BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
165
G
13
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

SACRÆ ROMANÆ ROTÆ

DECISIONES

Coram Reverendiſs. P. D.

ANSALDO
DE ANSALDIS

PATRICIO FLORENTINO

EJUSDEM SAC. ROTÆ AUDITORE,
ET POSTEA DECANO.

EX PROPRIIS AUTHOGRAPHIS DEPROMPTÆ

Argumentis, Summariis, uberrimoque generali Indice auctæ,

A STEPHANO DE ANGELIS J. C.

TOMUS TERTIUS.

ROMÆ MDCCXXXIX.
Typis, & ſumptibus Hieronymi Mainardi
Impreſſoris Cameralis.
CUM PRIVILEGIO.

Digitized by Google

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISS. PRINCIPI

CAROLO
REZZONICO

S. R. E. CARDINALI

HIERONYMUS MAYNARDUS

FELICITATEM.

DEciſionum clariſſimi Præſulis ANSALDI de ANSALDIS Sacræ Rotæ Romanæ Auditoris Volumen Tertium, communibus Juriſconſultorum votis expetitum, Typis meis maturè pro-

dit: illudque Cardinalis Eminentissime, jure, meritoque Tibi inſcribo; tum quia & ipſe inter ejuſdem Sacræ Rotæ XII. Viros litibus judicandis jampridem adlectus, earumdem cauſarum, quum ad juris trutinam expenderentur, Judex doctiſſimus & integerrimus conſediſti; tum etiam quia viventem Auctorem arcta familiaritate ac benevolentia complexus, vita functi memoriam ita recolis, ut quovis debiti honoris genere proſequaris. Nimirum, facit ad hæc non parum animi ſimilitudo, & ingenii. Ea ſiquidem juriſperitià clares, qua ille præſtitit: neque minoris doctrinæ atque juſtitiæ laude, quàm judicii maturitate, integritate morum, pietate, ac religione celebraris. Tot autem illuſtrium virtutum ab ineunte ætate ſplendidiſſima edidiſti ſpecimina: id unum perpetuò contendens, ut eximiam generis nobilitatem, ac majorum tuorum res, domi foriſque præclare geſtas, longè multùmque ſuperes. Quas Præſul juſtè ſanctèque rexiſti illuſtres Urbes, Reate, ac Fanum, tuarum virtutum ſplendore perſtrictæ, ſingularibus laudibus Te efferunt. Neque minora conſummatæ virtutis argumenta edidiſti in Tribunali Supremo Sacræ Conſultationis, ubi Ponentis munus obiviſti, ex urbium regimine Romam revocatus. Qui Te penitus noverunt, Clemens XI. Innocentius, & Benedictus XIII. Pontifices Maximi, fecere plurimi: nec ore tantùm Te ſtudio, pietate, & utili opera Sanctæ Romanæ Eccleſiæ profuturum prædicabant; ſed, collatis quoque honorificis muneribus, nova ſpectatæ virtutis experimenta ceperunt. Tantis commotus meritis CLEMENS XII. qui nunc Catholicæ Eccleſiæ feliciter præſidet, Te in ampliſſimum Cardinalium Ordinem cooptavit, tanto cum omnium plauſu, ut publica propemodum collegiſſe ſuffragia viſus ſit. Quemadmodum verò conſtanti bonorum om-

nium judicio Sacra Purpura dignus es habitus, ita Eminentiſſimam Cardinalatus Dignitatem ita geris, ut religione, pietate, Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtudio, & ſplendidis virtutum exemplis ad eam natus videare. In hujuſmodi publicæ exiſtimationis teſtimonium, meique obſequii ac demiſſæ venerationis argumentum, hoc Tibi munus offero; quod ut libenter excipias, oro & flagito. Erit id mihi gratiſſimum perinde ac honorificentiſſimum. Tanti ſiquidem Cardinalis auctus gratiâ & patrocinio, amplioribus in poſterum opibus literariam Rempublicam juvare conabor.

Digitized by Google

BENEVOLO
LECTORI
STEPHANUS DE ANGELIS
JURIS CONSULTUS
S. D. P.

EN Tibi Amice Lector reliquas Deciſiones bo: me: Anſaldi de Anſaldis Patricii Florentini Sacræ Romanæ Rotæ Auditoris & poſtea Decani Juris Conſulti noſtrorum temporum præſtantiſſimi, & facile Principis, quas ego ordine ſuo collectas, ſuiſque Argumentis, Summariis, uberrimoque demùm Indice ornatas, Eo majori, quo potui ſtudio, ac diligentia Prælo mandandas curavi, non alia ſane de cauſsa motus, niſi quod non exiguam utilitatem tum Judicibus in cauſis decidendis, tum Theoricis, & Practicis in addiſcendis Juris quæſtionibus me allaturum exiſtimarim. Deſunt his Deciſionibus Annotationes, quibus illuſtratæ leguntur priores, ſed cum in eis peragendis valde de meis viribus dubitarim, illaeque tantum temporis, atque ocii requirant, quantum mihi certè non ſuppetit, qui ſtudiis potiſſimùm forenſibus nonnullis ab hinc Annis penès clariſſimum Romanæ Curiæ Advocatum veluti ſtudiorum ejus Adjutor addictus ſum; Iccirco has inter temporis anguſtias a ſubſecivis tantum horis excerptas ego, qui nihil ingenio, & doctrina poſſum, id exequi nullo modo ſum auſus. Quamobrem meos hoſce qualeſcumquè ſint labores benignè, & comiter excipias queſo, quos ſi probaveris, alacriorem forſitan ad aliquid commodius moliendum animum feceris.

De hoc autem te vehementer rogatum velim, ne incuriæ, vel potius ignorantiæ meæ adſcribas menda omnes ob Typographorum parum diligentem curam in his Voluminibus impreſſas, cum te latere non debeat, ſedulam etiam quamcumque adhibitam diligentiam eas evitari nullo modo poſſe. Vale.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

Ph. Spada Epiſcopus Piſauren. Viceſgerens.

IMPRIMATUR

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Præd. Sac. Palatii Apoſt. Magiſter.

IN-

INDEX DECISIONUM

PER DIOECESES.

A

ALbanen. Archipreſbyteratus Veneris 2. Junii 1702. - *Deciſ.* 246.
Albanen. Archipresbiteratus Lunæ 29. Januarii 1703.- *Deciſ.* 269.
Aretina Jurium Parochialium ſuper bono jure Lunæ 15. Januarii 1703.- *Deciſ.* 266.
Eadem ſuper Manutentione Lunæ 15. Januarii 1703.
Aretina Beneficii Lunæ 23. Aprilis 1703. - *Deciſ.* 284.
Aſculana Beneficii ſeu Abbatiæ ſuper expenſis Lunæ 3. Iunii 1702. - *Deciſ.* 258.
Aſculana Dotis Lunæ 26. Februarii 1703. *Deciſ.* 270.
Aſculana Dotis, & fructuum, Veneris 22. Februarii 1704. - *Deciſ.* 310.
Aſtoricen. Præeminentiarum Lunæ 2. Iunii 1704. *Deciſ.* 320.
Aſtoricen. Præeminentiarum ſuper proviſione Lunæ 2. Iunii 1704. *Deciſ.* 321.
Auximana Juriſpatronatus Lunæ 27. Junii 1701. *Deciſ.* 208.
Auximana Succeſſionis Lunæ 13. Martii 1702. *Deciſ.* 235.
Auximana Fideicommiſſi, ſeu Pecuniaria Veneris 9. Maii 1702. - *Deciſ.* 247.
Auximana Succeſſionis Lunæ 12. Martii 1703. *Deciſ.* 277.
Auximana Succeſſionis Mercur. 30. Ianuarii 1704. *Deciſ.* 308.

B

BArchinonen. annuæ præſtationis Veneris 12. Decembris 1704. - *Deciſ.* 328.
Baren. Teſtamenti Lunę 21. Aprilis 1704. - *Deciſ.* 316.
Biſuntina, ſeu Baſilien. Parochialis Lunæ 26. Iunii 1702. - *Deciſ.* 253.
Biſuntina, ſeu Baſilien. Parochialis ſuper manutentione Lunæ 26. Iunii 1702. - *Deciſ.* 254.
Bononien. fideicommiſſi de Bavoſiis Veneris 10. Iunii 1701. - *Deciſ.* 201.
Bononien. Montis Butrii Lunæ 5. Decembris 1701. *Deciſ.* 216.
Bononien. Fideicommiſſi de Bavoſiis Lunæ 6. Februarii 1702., *Deciſ.* 229.
Bononien. Cenſus ſuper Extractione Lunæ 10. Februarii 1702. - *Deciſ.* 230.
Bononien. Bonorum Lunæ 13. Februarii 1702. *Deciſ.* 231.
Bononien. Cenſus Veneris 2. Martii 1703. *Deciſ.* 272.
Bononorum Montis Butrii Lunæ 12. Martii 1703. *Deciſ.* 275.

C

CAvallicen. Homagii Veneris 10. Junii 1701. *Deciſ.* 202.
Carpentoracten. Prælegati Veneris 26. Januarii 1703. *Deciſ.* 268.
Carpentoracten. ſeu Vaſionen. Primogenituræ Lunæ 19. Novembris 1703. - *Deciſ.* 300.
Civitatis Vetulæ Tranſactionis Lunæ 28. Aprilis 1704. - *Deciſ.* 317.
Cornetana Cenſus Lunæ 20. Junii 1701. - *Deciſ.* 205.
Cornetana Iuris offerendi ſuper præſentis exceſſu, & attentatis Lunæ 28. Aprilis 1704. - *Deciſ.* 318.
Cortonen. ſeu Peruſina fideicommiſſi ſuper immiſſione Ven. 17. Novembris 1701. - *Dec.* 261.
Craccovien. Canonicatus Lunæ 13. Junii 1701. *Deciſ.* 203.

E

EUgubina Pecuniaria Veneris 6. Iunii 1704. *Deciſ.* 322.

F

FArſen. Juris offerendi Mercurii 6. Decembris 1702. - *Deciſ.* 262.
Farfen. Iuris offerendi Veneris 22. Februarii 1704. - *Deciſ.* 311.
Ferrarien. ſeu Imolen. Bonorum Veneris 1. Julii 1701. - *Deciſ.* 210.
Ferrarien. ſeu Imolen. Bonorum ſuper remiſſoria Veneris 1. Julii 1701. *Deciſ.* 211.
Ferrarien. ſeu Anconitana fideicommiſſi ſuper fructibus Lunæ 8. Maji 1702. - *Deciſ.* 242.

Ferrarien. ſeu Imolen. Bonorum Lunæ 23. Aprilis 1703. - *Deciſ.* 285.
Ferrarien. ſeu Anconitana Fideicommiſſi Veneris 15. Junii 1703. - *Deciſ.* 289.
Ferrarien. ſeu Anconitana fideicommiſſum ſuper fructibus Mercurii 16. Ianuarii 1704. - *Deciſ.* 306.
Ferrarien. Primogenituræ Lunæ 16. Februarii 1704. - *Deciſ.* 309.
Ferrarien. ſeu Anconitana Fideicommiſſi ſuper fructibus Lunæ 9. Junii 1704. - *Deciſ.* 324.
Foroſempronien. Molendinorum Veneris 16. Maii 1704. - *Deciſ.* 319.

G

GErunden. Juris ſepeliendi Veneris 31. Martii 1702. - *Deciſ.* 238.
Gerunden. Juris ſepeliendi Veneris 28. Aprilis 1702. *Deciſ.* 240.
Gerunden. Ferialis Veneris 20. Iunii 1704. *Deciſ.* 326.
Giennen. Jurismutandi ſuper aggravatoria Lunæ 11. Decembris 1702. - *Deciſ.* 263.

H

HIſpalen. Proceſſionum ſuper primo dubio Veneris 2. Decembris 1701. - *Deciſ.* 214.
Hiſpalen. Proceſſionum ſuper ſecundo dubio Veneris 2. Decembris 1701. - *Deciſ.* 215.
Hildeſimen. Canonicatuum Lunæ 3. Iulii 1702. *Deciſ.* 258.

I

ILlerden. Diſtributionum Lunæ 5. Martii 1703. *Deciſ.* 273.
Illerden. hæreditatis de Gomar Lunę 4. Junii 1703. - *Deciſ.* 286.
Illerden. diſtributionum Lunæ 7. Aprilis 1704. *Deciſ.* 314.

L

LEodien. exemptionis Lunæ 2. Iulii 1703. - *Deciſ.* 295.
Leodien. Juriſdictionis Lunæ 7. Aprilis 1704. *Deciſ.* 315.

M

MAjoricen. Subpræcentoriæ Vener. 12. Januarii 1703. *Deciſ.* 265.
Melevitana Penſionis ſuper expenſis, Veneris 17. Februarii 1702. - *Deciſ.* 232.
Melevitana Pecuniaria Lunæ 19. Iunii 1702. *Deciſ.* 250.
Melevitana Beneficii Lunæ 19. Junii 1702. - *Deciſ.* 249.
Melevitana Pecuniaria Veneris 22. Iunii 1703. *Deciſ.* 292.
Monaſterien. Præpoſituræ Lunæ 26. Iunii 1702. *Deciſ.* 255.

N

NEapolitana Matrimonii Lunæ 18. Iunii 1703. *Deciſ.* 290.
Neapolitana Matrimonii ſuper alimentis & ſumptibus Litis Lunæ 18. Junii 1703. - *Deciſ.* 291.
Neritonen. Manutentionis Veneris 6. Junii 1704. *Deciſ.* 323.
Nullius, ſeu Legionen. Juriſdictionis ſuper Bono jure Veneris 23. Martii 1703. *Deciſ.* 280.
Eadem ſuper manutentione Veneris 23. Martii 1703.

P

PAlentina Beneficii Mercur. 16. Januarii 1704. *Deciſ.* 305.
Pampilonen. Beneficii Lunę 5. Decembris 1701. *Deciſ.* 217.
Pampilonen. Parochialis Lunæ 6. Martii 1702. *Deciſ.* 234.
Parmen. Beneficii Lunæ 16. Januarii 1702. - *Deciſ.* 221.
Peruſina Affictus ſuper aſſociatione Mercurii 22. Junii 1701. - *Deciſ.* 206.
Peruſina Affictus ſuper inhibitionibus Lunæ 22. Junii 1701. - *Deciſ.* 207.
Peruſina Bonorum Lunæ 16. Januarii 1702. - *Deciſ.* 222.
Peruſina Affictus ſuper aſſociatione Veneris 3. Februarii 1702. - *Deciſ* 228.
Peruſina Bonorum ſuper fructibus Lunę 16. Iunii 1704. - *Deciſ.* 325.
Piſauren. ſucceſſionis, ſeu redditionibus rationis Lunæ 10. Martii 1704. - *Deciſ.* 312.

R

REatina Fideicommiſſi Veneris 9. Decembris 1701. - *Deciſ.* 218.
Romana Fideicommiſſi Veneris 17. Junii 1701. *Deciſ.* 204.
Romana fideicommiſſi de Pinis ſuper expenſis Lunæ 27. Junii 1701. - *Deciſ.* 209.
Romana Cenſus Veneris 1. Julii 1701. -- *Deciſ.* 212.
Romana Fabricæ Veneris 13. Januarii 1702. - *Deciſ.* 219.
Romana Fabricæ ſuper Articulis Veneris 13. Januarii 1702. - *Deciſ.* 220.
Romana communantiarum, & Fontanilis Veneris 20. Januarii 1702. - *Deciſ.* 223.

Ro-

Romana pecuniaria, ſeu Tranſactionis Veneris 20. Ianuarii 1702. - *Deciſ.* 224.

Romana Legitimæ Lunę 23. Januarii 1702. - *Deciſ.* 225.

Romana Cauthelæ Angeli Veneris 27. Januarii 1702. - *Deciſ.* 226.

Romana Immiſſionis Lunæ 30. Januarii 1702. *Deciſ.* 227.

Romana Pecuniaria Veneris 17. Februarii 1702. *Deciſ.* 233.

Romana, ſeu Veliterna Teſtamenti Veneris 17. Martii 1702. - *Deciſ.* 236.

Romana reintegrationis fideicommiſſi de Columna Ven. 24. Martii 1702. - *Deciſ.* 237.

Romana Salviani Lunæ 3. Aprilis 1702. - *Deciſ.* 239.

Romana, ſeu Albanen. Pecuniaria Veneris 28. Aprilis 1702. - *Deciſ.* 241.

Romana Fideicommiſſi Mutii de Bubalo ſuper Arte Agraria Veneris 12. Maii 1702. - *Deciſ.* 244.

Romana, ſeu Licien. Cap. Odoardus Veneris 12. Maii 1702. - *Deciſ.* 245.

Romana fideicommiſſo de Goris Lunæ 12. Junii 1702. - *Deciſ.* 248.

Romana Cenſus Veneris 23. Iunii 1702. - *Deciſ.* 251.

Romana Pecuniaria Mercurii 28. Iunii 1702. - *Deciſ.* 256.

Romana Primogenituræ de Albericis Lunæ 3. Iulii 1702. - *Deciſ.* 259.

Romana Fornacis ſuper melioramentis Veneris 15. Decembris 1702. - *Deciſ.* 264.

Romana Dotis de Salviatis Lunæ 22. Januarii 1703. - *Deciſ.* 267

Romana Salviani Veneris 9. Martii 1703. *Deciſ.* 274.

Romana Primogenituræ de Bubalo ſuper Palatio ad plateam columnæ Lunæ 12. Martii 1702. *Deciſ.* 276.

Romana Salviani Veneris 16. Martii 1703. *Deciſ.* 278.

Eadem ſuper manutentione Veneris 16. Martii 1703.

Romana Fideicommiſſi Mutii de Bubalo ſuper cenſibus, & Argentis Mercurii 21. Martii 1703. *Deciſ.* 279.

Romana Pecuniaria Lunæ 26. Martii 1703. - *Deciſ.* 281.

Romana Cenſus Veneris 20. Aprilis 1703. - *Deciſ.* 282.

Romana Primogenituræ de Albericis Lunæ 4. Iunii 1703. - *Deciſ.* 287.

Romana fideicommiſſi Proſperi Sen. de Caffarellis Lunæ 25. Junii 1703. - *Deciſ.* 293.

Eadem ſuper Cauthela Angeli Lunæ 25. Iunii 1703.

Romana fideicommiſſi Joannis Petri Sen. de Caffarellis Mercur. 27. Junii 1703. - *Deciſ.* 294.

Eadem ſuper Cauthela Angeli Mercur. 27. Junii 1703.

Romana Cenſuum & Cambiorum ſuper reſervatis Lunę 2. Julii 1703. - *Deciſ.* 296.

Romana Cenſuum, & Cambiorum Lunę 2. Julii 1703. - *Deciſ.* 297.

Romana Immiſſionis Lunæ 2. Junii 1703. - *Deciſ.* 298.

Romana Attentatorum Lunæ 2. Iulii 1703. - *Deciſ.* 299.

Romana Locorum Montium Mercurii 28. Novembris 1703. - *Deciſ.* 301.

Romana Locorum Montium ſuper fructibus Mercurii 28. Novembris 1703. - *Deciſ.* 302.

Romana prætenſorum Fructuum Veneris 11. Ianuarii 1704. - *Deciſ.* 303.

Romana fideicommiſſi Mutii de Bubalo ſuper domo Paſini Lunæ 14. Ianuarii 1704. - *Deciſ.* 304.

Romana Salviani ſuper Executione Lunæ 21. Ianuarii 1704. *Deciſ.* 307.

Romana fideicommiſſi Mutii de Bubalo Veneris 4. Aprilis 1704. - *Deciſ.* 313.

S

SPoletana Cautelæ Angeli Lunæ 26. Februarii 1703. *Deciſ.* 271.

T

TErmulen. Manutentionis Lunæ 3. Iulii 1702. *Deciſ.* 260.

Tiburtina Donationis ſuper attentatis Veneris 1. Julii 1701. - *Deciſ.* 213.

Tiburtina Donatione ſuper Articulis Mercur. 6. Junii 1703. - *Deciſ.* 288.

Tiraſonen. Portionis Ven. 23. Iunii 1702. - *Deciſ.* 252.

V

VAlentina Beneficii Veneris 28. Novembris 1704. *Deciſ.* 327.

Viterbien. Fideicommiſſi Lunæ 8. Maii 1702. *Deciſ.* 243.

Viterbien bonorum ſuper Creditis Veneris 20. Aprilis 1703. - *Deciſ.* 283.

ELENCHUS ARGUMENTORUM

Hujus Tertii Tomi

DECISIONUM

Bo: mem: R. P. D. ANSALDI.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BAVOSIIS.
Ven. 10. Junii 1701.
DECIS. CCI.

Hæres fideicommiſſarius, agens pro immiſſione ad bona fideicommittentis, probare debet illa eadem bona fuiſſe a fideicommittente acquiſita, atque in illius patrimonio adeſſe. Acquiſitio facta per conſocium *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, an, & quando intelligatur de pecunia ſociali, vel particulari, & ex quibus reſultet, quod Conſocius pro ſe libere, non verò pro ſocietate acquirere voluerit.

CAVALLICEN. HOMAGII
Sub eadem die.
DECIS. CCII.

Ex quibus excludatur univerſale dominium directum fundiarium quoad bona exiſtentia etiam intra limites Feudi, ſeu Caſtri: Quando agitur inter ſupremum Principem & Baronem, conjecturæ leviores ſufficiunt: Quando vero agitur inter Baronem & Vaſſallos, tunc conjecturæ debent eſſe urgentiſſimæ, inter quas unica pro capitali. Recenſentur aliqua adminicula pro excluſione d. Dominii univerſalis fundiarii.

CRACCOVIEN. CANONICATUS.
Lunæ 13. Junii 1701.
DECIS. CCIII.

Prorogatio ad effectum dimittendi Beneficium, quando concedi poſſit. Stante d. prorogatione Proviſus non ſpoliatur Beneficio. Prorogatio quid ſit, & a quo tempore incipere debeat. Proviſus non cogitur dimittere primum Beneficium ſi ſecundum noviter obtentum, eſt litigioſum, vel de eo nullam adhuc poſſeſſionem fuerit adeptus. Qui nititur impetrationi Beneficii incompatibilis, tenetur plene & concludenter probare, & quaſi digito oſtendere poſitivam & inexcuſabilem in Poſſeſſore reluctantiam in dimittendo. Gratia quando eſt obreptitia & ſubreptitia, non præſumitur Papam illam concedere voluiſſe; ſed ſubreptio ut evitetur, ſufficit Papam id, quod obſtat, potuiſſe in genere cogitare.

ROMANA FIDEICOMMISSI.
Veneris 17. Junii 1701.
DECIS. CCIV.

Peritia, a qua non fuit appellatum, & ſuper illa prodiit res judicata, eſt ſummopere attendenda, nec criticari amplius poteſt. Tranſactio, & res judicata equiparantur, & pariunt præſumptionem litis finitæ. Res judicata prolata cum minus legitimo contradictore an alterum afficiat vigore *l. Ingenuum ff. de Stat. Homin.* ubi plura diſtinguuntur. Subſtari non poteſt temporale commodum hæredis gravati, qui non propria, ſed fideicommittentis debita perſolviſſe coactus eſt; ſecus tamen eſt ſi propria debita contraxit, & tunc extincta ejus vita, nulla per hæredes præſtari debet evictio Creditoribus.

CORNETANA CENSVS.
Lunæ 20. Junii 1701.
DECIS. CCV.

Ad validitatem cenſus juxta formam Pianæ Conſtitutionis requiritur, ut pecunia coram Notario & duobus Teſtibus numeretur. An iſta contextualis numeratio ſuppleri valeat mediante ordine directo alicui Monti, in quo extent pecuniæ. Affertur diſtinctio inter Cedulam Bancariam & ordinem alicui Monti directum, ſed tamen reprobatur attentis facti circumſtantiis. Sanatio quid operetur, & quo caſu poſſit concedi per Summum Pontificem.

PERVSINA AFFICTVS SVPER ASSOCIATIONE.
Mercurii 22. Junii 1701.
DECIS. CCVI.

Frater promittens de rato non data ratificatione aliorum Fratrum iſtos non obligat. Subſcriptio in vacuo non inducit obligationem contra ſubſcribentem. Ratificatio fieri poteſt per quemcumque actum inter vivos. Petitio dilationis ſolutionis debiti inducit agnitionem, & approbationem ipſius debiti. Solutio procedens metu mandati quo caſu non præjudicet ſolventi.

PERUSINA AFFICTUS SVPER INHIBITIONIBVS.

Sub eadem die.

DECIS. CCVII.

Argumentum patet ex Summario.

AVXIMANA IURISPATRONATVS.

Lunæ 27. Junii 1701.

DECIS. CCVIII.

Appellans, quæ facere teneatur, ne lis dicatur deſerta: Tempore vacationis S. Sedis Apoſtolicæ fatalia non currunt in Rota, quæ ſilet. Præſentatio quando in Iurepatronatus in ſtirpes fieri debeat. An, & quando appellatione lineæ fœmininæ contineantur nedum ipſæ fœminæ ſed omnes maſculi derivantes a Fœmina. Iuſpatronatus paſſivum pari paſſu ambulat cum activo. Late diſcurritur quando proximitas accipienda ſit a gravante, ſeu potius a gravato. Obſervantia ultimi ſtatus eſt fida interpres, eaque multum ſpectanda eſt, præſertim in materia Beneficiali.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE PINIS SVPER EXPENSIS.

Sub eadem die.

DECIS. CCIX.

Eo non indiget.

FERRARIEN., SEV IMOLEN. BONORUM.

Ven. 1. Julii 1701.

DECIS. CCX.

Late tractatur, quando renovatio juxta æquitatem Bartholi concedenda ſit proximioribus, & intra quantum tempus d. renovatio petenda ſit. Moniales ſunt incapaces hujuſmodi renovationum, licet proximiores. Bona Eccleſiæ abſque cauſa, & Beneplacito Apoſtolico alienari non poſſunt.

FERRARIEN. SEV IMOLEN. BONORVM SVPER REMISSORIA.

Sub eadem die.

DECIS. CCXI.

Literæ dimiſſoriales quando ſint concedendæ, latè examinatur. In alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum duo copulative debent concurrere utilitas, & Beneplacitum Apoſtolicum. Neque iſtud a Summo Pontifice conceditur niſi in evidentem Eccleſiæ utilitatem.

ROMANA CENSVS.

Sub eadem die.

DECIS. CCXII.

Late tractatur quando per Summum Pontificem derogatio fideicommiſſi intelligatur conceſſa; & refellitur vitium ſubreptionis, & obreptionis, quo annullari poſſet præd. derogatio. Sub appellatione *Minorum*, an, & quo caſu veniant etiam Infantes, & pupilli; & an iſti legitimum præſtare poſſunt per eorum Tutorem, & Curatorem conſenſum in contractibus.

TIBVRTINA DONATIONIS SVPER ATTENTATIS.

Sub eadem die.

DECIS. CCXIII.

Intimatio attentatorum quando perſonalis, vel domi dimiſſa copia fieri debeat fuſe, tractatur. Citatio an vires aſſumat a reproductione, ſive potius retrotrahatur ad ſuum initium.

HISPALEN. PROCESSIONVM SVPER PRIMO DVBIO.

Ven. 2. Decembris 1701.

DECIS. CCXIV.

In ſecretaria Status, aliarumque Sacrarum Congregationum non aſſervantur omnia memorialia, ſed ſcripturę magis perſpicuæ. In ſolemni feſto Corporis Chriſti deferendum eſt Sanctiſſimum Sacramentum ſuper humeris Sacerdotum ſacris veſtibus indutorum; & an id fieri debeat, etiamſi Machina, ſuper qua defertur, ſit maximi ponderis: & quomodo hoc caſu procedendum ſit. S. Rituum Congregatio, & Summus Pontifex abſolutam habent poteſtatem ſuper omnibus Functionibus Eccleſiaſticis.

HISPALEN. PROCESSIONVM SVPER SECVNDO DVBIO.

Sub eadem die.

DECIS. CCXV.

Regula: incluſio unius excluſio alterius: exemplificatur. Papa quando gratiam concedit, hoc ſemper fieri ſolet ſine præjudicio Tertii jus quæſitum habentis. Conſuetudo an ſcindi valeat, & an extendenda ſit de caſu aliquo particulari ad generalem. Exempla quæ ſint ſequenda. Epiſcopus quo caſu in Feſto Corporis Chriſti deferre valeat Sanctiſſimum Eucariſtiæ Sacramentum.

BONONIEN. MONTIS BVTRII.

Lunæ 5. Decembris 1701.

DECIS. CCXVI.

Commendantur ii, qui Montes Auxiliarii ad ſublevandos Pauperes inſtituunt. Inferior, Supremum Principem recognoſcens, an poſſit leges ſeu ſtatuta edere latè examinatur.

PAMPILONEN. BENEFICII.

Sub eadem die.

DECIS. CCXVII.

Literæ Apoſtolicæ plene juſtificatæ ſunt exequendæ. Late tractatur quæſtio: an & a quo exceptio non verificationis clauſulæ: *dummodo aliunde commode vivere poteſt*: apponi ſolitæ de Stylo in Reſignationibus proponi poſſit, & ope diſtinctionis contrariæ omnes conciliantur Authoritates. Conſtitutio B. Pii V., quæ primario præſcripſit omnes reſignationes eſſe faciendas ſub d. clauſula, quomodo ſit intelligenda. Examinatur diſpoſitio *Text. in l. Mediens ff. de var. & extraord. cognit.* Simonia quando excludatur in Reſignationibus.

REATINA FIDEICOMMISSI.

Veneris 9. Decembris 1701.

DECIS. CCXVIII.

Dos concurrente præcepto Teſtatoris eſt exolvenda de fructibus fideicommiſſi, & quando ex eiſdem fructibus ſoluta dicatur.

RO-

ROMANA FABRICÆ.

Veneris 13. Januarii 1702.

DECIS. CCXIX.

Fuſe examinantur verba *poſſino e debbino* & alia ex Summario relegenda.

ROMANA FABRICÆ SVPER ARTICVLIS.

Sub eadem die.

DECIS. CCXX.

Admiſſo articulorum an, & quo caſu contra publicum inſtrumentum admitti poſſit, late tractatur: Et quando d. Articulorum admiſſio fieri debeat cum clauſulis *abſque retardatione*, aliiſque ſimilibus, & quid de ſtylo Tribunalium in hac materia.

PARMEN. BENEFICII.

Lunæ 16. Januarii 1702.

DECIS. CCXXI.

Beneficium an & quando dicatur Eccleſiaſticum ſeu Laicale, & quando reſervationibus Apoſtolicis ſit ſubjectum. In hac quæſtione, inſpicienda eſt voluntas Fundatoris, quæ plurimum meretur attendi. Fundator, licet poſt defectum laicorum, quos primo vocaverat, voluerit, ut ad Eccleſiaſticos tranſiret Iuſpatronatus, non tamen induit naturam Eccleſiaſticam, ſi obſtet contraria Fundatoris voluntas nimis anxia pro perpetua ſæcularitate Beneficii, & pro omnimoda exemptione Apoſtolicis reſervationibus.

PERVSINA BONORVM.

Sub eadem die.

DECIS. CCXXII.

Sententia lata contra nominantem ſeu cedentem an afficiat etiam Nominatarium ſive Ceſſionarium. Læſio quando intret, & in qua ſumma Fiſcus illam probare teneatur. Bona Baronalia, ſeu juriſdictionalia augent juſtum pretium itaut bonorum prophanorum venditiones, quæ correſpondent annuo redditui ſcutorum quatuor aut quinque, in bonis juriſdictionalibus commenſurantur ad duo ſolummodo pro quolibet centenario.

ROMANA COMMUNANTIARUM ET FONTANILIS.

Veneris 20. Januarii 1702.

DECIS. CCXXIII.

Manutentio debetur habenti pro ſe aſſiſtentiam tituli. Poſſeſſorium abſorbetur aperitorio, ſi incontinenti conſtat de titulo vel per inſtrumentum, vel rem judicatam, vel confeſſionem Partis. Venditio præſumitur facta in ſola portione, ſi ſola portio ſpectat ad venditorem idque non obſtantibus verbis univerſalitatem denotantibus. Ex quantitate pretii recte deſumitur, quid fuerit comprehenſum in venditione Diviſio quomodo probari poſſit: & quando ſit præſumenda, late tractatur.

ROMANA PECUNIARIA, SEU TRANSACTIONIS.

Veneris 20. Januarii 1702.

DECIS. CCXXIV.

Late tractatur an qualitas pupillaris officiat obligationi reſpicienti extraneos contrahentes, qui ſemper ſibi retinet obnoxium illum cujus nomine cantat ratio bancaria, & an Tranſactio inita cum Pupillo ſit læſiva, & negative in utraque parte reſolvitur concurrentibus pluribus facti circumſtantiis.

ROMANA LEGITIMÆ.

Lunæ 23. Januarii 1702.

DECIS. CCXXV.

Filius renunciare non poteſt in fraudem Creditorum legitimæ uti Juri quæſito. Simplici copiæ ſtandum eſt ſi plura concurrant adminicula. Fœminæ de communiori opinione favore maſculorum faciunt numerum in computatione legitimæ, etiamſi ſint a ſtatuto excluſæ.

ROMANA CAUTELÆ ANGELI.

Veneris 27. Januarii 1702.

DECIS. CCXXVI.

Ad juſtificationem Canthelæ Angeli quid requiratur late, diſſeritur, & inferius aſſertur diſtinctio inter poſſeſſionem captam ante executionem, & illam poſt executionem ejuſdem Canthelæ. Poſſeſſio quæ dicatur anterior, & quis in ea veniat perferendus.

ROMANA IMMISSIONIS.

Lunæ 30. Januarii 1702.

DECIS. CCXXVII.

Renunciatio facta a Monialibus quibus ſolemnitatibus muniri debet ad hoc ut ſubſtineri poſſit. Heres uſu fructuarius, quando in proprietate dicatur etiam inſtitutus.

PERUSINA AFFICTUS SUPER ASSOCIATIONE.

Veneris 3. Februarii 1702.

DECIS. CCXXVIII.

Subſcribens ignoranter folium ut vulgo dicitur *in Bianco* nullæ obligationi obſtrictus remanet. Ad effectum inducendi communionem inter Fratres quæ requiſita copulative requirantur, & an uno deficiente iſta communio induci poſſit.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BAVOSIIS.

Lunæ 6. Februarii 1702.

DECIS. CCXXIX.

Non indiget

BONONIEN. CENSUS SUPER EXTRACTIONE.

Veneris 10. Februarii 1702.

DECIS. CCXXX.

Proponitur modus ſuccedendi per Buſſolum, ſive per Urnam a Teſtatore demandatus. Infantes an ſint habiles ad præſtationem juramenti, & an Juri certo ob ſpem eventualem renunciare poſſint.

BONONIEN. BONORUM.

Lunæ 13. Februarii 1702.

DECIS. CCXXXI.

Fructus ſtabilium licet antea taxabantur ad rationem quinque ſc. pro centenario: Hodie tamen

men S. Rota illos taxare conſuevit ad rationem ſc. 4. Quæ probationes requirantur in hac taxatione, & quomodo ſit procedendum.

MELEVITANA PENSIONIS. SUPER EXPENSIS.

Veneris 17. Februarii 1702.

DECIS. CCXXXII.

Expenſæ an, & quando ſit liquidandæ. Sportulæ in cauſis Penſionum Eccleſiaſticarum in qua ſumma, ſeu quantitate ſolvendæ ſint, & referuntur Conſtitutiones ſummorum Pontificum, qui illorum quantitatem taxarunt.

ROMANA PECUNIARIA.

Sub eadem die.

DECIS. CCXXXIII.

Socius nequit aufugere Legalitatem librorum inſcriptorum ab inſtitore de communi conſenſu electo. Compenſatio an & quando admittatur etiam reſpectu creditorum anteriorum, ſive intermediantium.

PAMPILONEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 6. Martii 1702.

DECIS. CCXXXIV.

Inſtitutio debetur habenti majorem partem vocum, & quomodo ſint voces commenſurandę, Symonia quibus probationibus, ſit probanda, & an probationes debeant eſſe undique concludentes. Sola diffamatio ſimoniæ, an ſit ſufficientes ad privandum aliquem Beneficio, & dē diſtinctione.

AUXIMANA SUCCESSIONIS.

Lunæ 13. Martii 1702.

DECIS. CCXXXV.

Late tractatur, quando ſubſtitutio pupillaris in compendioſa ſubintelligatur, & an Matri ſtante dicta ſubſtitutione debeatur legitima, & Trebellianica, & que legitima debeatur. Diſſeritur *Theorica Bartoli in l. Centurio ff. de vulgar.* & expenditur diſpoſitio Textus in l. *Coheredi* §. *fin. ff. de vulgar. & pupillar.*

ROMANA, SEU VELITERNA. TESTAMENTI.

Veneris 17. Martii 1702.

DECIS. CCXXXVI.

Filius familias an citra Patris authoritatem teſtari poſſit de peculio caſtrenſi, vel quaſi. Quid ſi idem filius fam. ſit Clericus, Doctor, & Judex. Pater an gerendo actus hæreditarios approbare dicatur teſtamentum ipſius filii nullum, & an requiratur ſcientia in ipſo approbante de nullitate ipſius Teſtamenti, & ſuper hoc aſſertur magiſtralis diſtinctio, & plurime docte enucleantur ad rem neceſſaria.

ROMANA REINTEGRATIONIS FIDEICOMMISSI DE COLUMNA.

Veneris 24. Martii 1702.

DECIS. CCXXXVII.

Prematura hęreditatis reſtitutio an, & quo caſu per hæredem gravatum licite fieri poſſit. Optime interpretantur diſpoſitiones, *Text. in l. ſed ſi, & ante diem ff. ad Sen. Con. Trebell. & l. Poſt mortem Cod. de fideicom.*, & poſtea mirifice conciliantur. Hæres gravatus reu tuens ante tempus hęreditatem an poſſit gravatem aliquod imponere commenſurabile cum emolumentis quæ percepiſſet, ſi antea non reſtituiſſet.

GERUNDEN. JURIS SEPELIENDI.

Veneris 31. Martii 1702.

DECIS. CCXXXVIII.

Unicuique licitum eſt ſepulturam Eligere in loco ſacro ubi vult etiam in Eccleſiis Monaſterialibus & Regularibus. PP. Servitæ habent privilegia ab *Innocentio III.* conceſſa, ut poſſint in ſuis Eccleſiis tumulari cadavera defunctorum qui inibi in teſtamento tumulari demandarunt non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 3. Aprilis 1702.

DECISIO CCXXXIX.

Habes ſupra decis. 183. quæ confirmatur.

GERUNDEN. JURIS SEPELIENDI.

Ven. 28. Aprilis 1702.

DECIS. CCXL.

Eccleſia quæ tranſegit nolle tumulari corpora defunctorum tranſactionem ſervare tenetur. Neque hoc modo lęditur libertas Chriſti fidelium eligendi ſepulturam quocumque maluerint, quia cogenda non eſt Eccleſia ad recipienda Corpora Defunctorum, quę nolle recipere ſolemniter promiſit.

ROMANA, SEU ALBANEN. PECUNIARIA.

Veneris 28. Aprilis 1702.

DECIS. CCXLI.

Liquet ex Summario.

FERRARIEN. SEU ANCONITANA FIDEICOMMISSI SUPER FRUCTIBUS.

Lunę 8. Maii 1702.

DECIS. CCXLII.

In Summario videre eſt.

VITERBIEN. FIDEICOMMISSI.

Sub eadem die.

DECIS. CCXLIII.

Filii legitimati ex Reſcripto Principis licet habentur ac ſi eſſent legitimi, & naturales, nihilominus quoties agitur de excludendo ſubſtituto nullus penitus jus habent quia in quacumque legitimatione a ſupremo Principe profluens ſemper adeſt, vel ſubintelligenda eſt clauſula illa *S. P. venientium ob inteſtato*, & maxime ſi ſubſtitutus ſit cauſa Pia, vel concurrat contraria Teſtatoris voluntas, & aſſeruntur multæ circumſtantiæ, & conjecturæ ex quibus illa elicitur, & plura docte diſtinguntur ad rem.

ROMANA FIDEICOMMISSI MUTII DE BUBALO SUPER ARTE AGRARIA.

Veneris 12. Maii 1702.

DECIS. CCXLIV.

Simplex, & privata notula exarata a Viro nobili & probitate eximio quando preferenda ſit publico, & ſolemni inventario. Societas, quando dica-

dicatur extinta per mortem unius ex conſociis, ſeu potius tranſeat ad illius hæredes; Plures in propoſito aſſeruntur conjecturæ perſeverantiam prædictæ Societatis in Hæredibus ſuadentes. Preterea enucleantur laudes Artis Agrariæ.

ROMANA, SEU LICIEN. CAP. ODOARDUS

Sub eadem die.

DECIS. CCXLV.

Præſidium *Cap. Odoardus* non prodeſt illi qui deſtitutis reperitur tribus Requiſitis a S.Conc.Trid. præſcriptis. Multoque minus illo potiri poteſt Clericus qui mediante negociatione Clericis interdicta plura contraxit debita. Ordinibus initiatus ab ordinario non proprio remanet ipſo Jure ſuſpenſus, & interdictus. Dolus, & fraus ex quibus arguatur, in Clerico d. præſidium obtinere cupiente.

ALBANEN. ARCHIPRESBITERATVS

Veneris 2. Junii 1702.

DECIS. CCXLVI.

Cura animarum cui ſit conferenda. Permanentia in curia per multos annos plurimum confert ad obtinendam antelationem in collationibus Beneficiorum, & hoc paſſim ſervat Dataria. Item originarius eſt ſemper præferendus in concurſu, Extraneorum.

AUXIMANA FIDEICOMMISSI, SEU PECVNIARIA.

Veneris 9. Maii 1702.

DECIS. CCXLVII.

Spolium an, & quando dicatur commiſſum. Aditio hæreditatis ex quibus dicatur inducta, & ex quibus excludatur plura vide remiſſive.

ROMANA FIDEICOMMISSO DE GORIS.

Lunę 12. Junii 1702.

DECIS. CCXLVIII.

Verbum filiorum *naſciturorum* quando præſeferat fideicommiſſum progreſſivum, & perpetuum. Filii in conditione poſiti quo caſu, & quibus circumſtantiis dici poſſint diſpoſitive vocati quoad bona Patris, & an quoad bona Patrui ſi iſte ſine filiis deſceſſerit in Terminis ſtatutis Urbis.

MELEVITANA BENEFICII.

Lunę 19. Junii 1702.

DECIS. CCXLIX.

Fusè diſputatur an Gratia a ſupremo Pontifice conceſſa *in forma dignum* ſit conditionalis, & reſolvitur quod dicta Gratia non efficiat collationem conditionalem & gratiam imperfectam quando liquet Gratiam ex poſt fuiſſe juſtificatam; aut eam fuiſſe juſtificabilem, niſi mors præſentantis, vel reſignantis intermedie contigiſſet. Et quid de alia Gratia in *forma gratioſa* conceſſa & quando Summus Pontifex illam concedere ſolet.

MELEVITANA PECVNIARIA.

Sub eadem die.

DECIS. CCL.

Non indiget.

ROMANA CENSVS.

Veneris 23. Junii 1702.

DECIS. CCLI.

Simulatio impoſitionis cenſus ex pluribus circumſtantiis arguitur, & in ſpecie ſi illius Impoſitor pecuniæ indigens fructus nunquam exegerit neque unquam illius vigore fuit aliquid perſolutum.

TIRASONEN. PORTIONIS.

Sub eadem die.

DECIS. CCLII.

Sede vacante, & Epiſcopo etiam defuncto an poſſit Capitulum Eccleſiæ Tiraſonen. Beneficia conferre hoc medio tempore vacata, & an etiam ſimultaneum Ius habeat conferendi Beneficia una cum Epiſcopo & licet videatur hujuſmodi collationes eidem Capitulo eſſe quodammodo permiſſas, nihilotamen minus recurrendum eſt ad conſuetudinem, quæ in hac materia totum operatur, & quomodo illa ſit probanda.

BISVNTINA, SEV BASILIEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 26. Junii 1702.

DECIS. CCLIII.

Vnio Parochialis Eccleſiæ alicui Capitulo facta tanquam odioſa probari debet univocis, & concludentibus demonſtrationibus, & ex quibus illa excludatur.

BISVNTINA SEV BASILIEN. PAROCHIALIS SVPER MANVTENTIONE.

Sub eadem die.

DECIS. CCLIV.

Hæredes ſæculares ſunt capaces percipiendi fructus Beneficii, quos percipere potuiſſet illorum Author Clericus vel Beneficiatus ſi viveret. Manutentio, quæ Authori debebatur, debetur etiam illius hæredi, in quem tranſeunt omnia Iura, & actiones.

MONASTERIEN. PRÆPOSITVRÆ.

Sub eadem die.

DECIS. CCLV.

Literæ in forma ſubrogationis gratioſæ expeditæ celerem ſemper expoſcunt executionem, quia nuſquam expedit quod Beneficia remaneant vacantia, & ſub incerta, nimiumque diuturna Judiciorum procraſtinatione pendeant, unde emanavit *Reg. 29. de ſubrogand. litigant.* & longe antea *Text. in cap. 1. & 2. ut lit. pen den.* per quem impeditur novum præbere collitigantium in defatigationem, & perniciem ſuperſtitis. Aſſeruntur requiſita omnino neceſſaria pro ſubſtiuenda d. ſubrogatione gratioſa: lis ad hoc, ut in hac materia dicatur calumnioſe intentata requiritur tam palmaris injuſtitia temeritas, & cavillatio, ut nullo penitus diſputabili velamine queat colorari. Commenſalitas Papæ an expiret per mortem ejuſdem Papę late differitur.

ROMA-

ROMANA PECUNIARIA.
Merc. 28. Iunii 1702.
DECIS. CCLVI.

Medicamina æquiparantur alimentis, ideoque pro illis competit Beneficium *Auth. Res quæ*, cujus vigore poteſt illorum Creditor agere contra bona fideicommiſſaria licet adſit bona libera litibus, & aliis debitis involuta. Si vero illa conſequi poteſt ex fructibus fideicommiſſi alienari non debet ſubſtantia ejuſdem fideicommiſſi, ſed ex illius fructibus creditor eſt ſatisfaciendus. Diligentiæ pro exactione ſui crediti an & quando factæ appareant, & ex quibus circumſtantiis, & adminiculis concludantur. Inopia probatur ex ſequeſtrationibus omnium fructuum, & appoſitione bonorum ſub Economo.

ASCULANA BENEFICII SEU ABBATIÆ SUPER EXPENSIS.
Lunæ 3. Julii 1702.
DECIS. CCLVII.

Non eſt opus.

HILDESIMEN. CANONICATUM.
Sub eadem die.
DECIS. CCLVIII.

Ad Canonicum exiſtentem in Turno in Germania pertinet totum Jus conferendi cui non præjudicatur per innovationem Tabellæ Turnariæ attentate factam.

ROMANA PRIMOGENITURÆ DE ALBERICIS.
Sub eadem die.
DECIS. CCLIX.

In fideicommiſſo Conſervatorio ſi hæres gravatus alienet bona fideicommiſſaria ſtatim ſit locus ſubſtitutioni: accedente vero expreſſa, & litterali fideicommittentis voluntate hæres ſi partem aliquam hæreditatis alienet non decidit ſtatim in commiſſum reſpectu illius partis dumtaxat, ſed reſpectu totius hæreditatis. Scientia fideicommiſſi ex quibus circumſtantiis arguatur, & quæ ſit neceſſaria in hujuſmodi caſibus.

TERMULEN. MANUTENTIONIS.
Sub eadem die.
DECIS. CCLX.

Manutentio debetur poſſeſſori de ſua legitima, & immemorabili poſſeſſioni docenti, cui obeſſe non valet ſententia in qua nec citatus, nec auditus fuit.

CORTONEN. SEU PERUSINA FIDEICOMMISSI SUPER IMMISSIONE.
Ven. 17. Novembris 1702.
DECIS. CCLXI.

Reciproca inter deſcendentes levioribus induci tur conjecturis; ſecus ubi agatur de deſcendentibus a diverſis lineis ſeorſim efformatis & perſonis inſtitutis, quo caſu niſi conjecturæ exiſtant efficaciſſimæ deſiderarentur famigerata requiſita ad inducendam reciprocam linearem inſinuata per *Text. in L. Titia ſeio §. Seia Libertis ff. de legat.* 2. Teſtator an, & quo caſu gravare poteſt bona hæredis.

FAVEN. JURIS OFFERENDI.
Mercurii 6. Decembris 1702.
DECIS. CCLXII.

Beneficium Juris offerendi competit Creditori poſteriori, offerendo primo, ſive anteriori Creditori creditum pro quo res communis debitoris exiſtit illius favore diſtracta, & pignus obtinet ſive recuperat. Dictum tamen beneficium utpote ſubſidiarium locum ſibi non vindicat niſi in caſu ſubſidii, & cui illud probandi onus incumbat Legatario utpote foventi cauſam me relucrativam tale Beneficium non tribuitur. Explicatur diſpoſitio *Text. in l. Cum prior ff. de diſtract. pignor.*, & conciliatur.

GIENNEN. JURISMUTANDI SUPER AGGRAVATORIA.
Lunæ 11. Decembris 1702.
DECIS. CCLXIII.

Annalis permanentia non dicitur ephimera, vel momentanea, cum ephimereitas ex ſui ſignificatione unum, vel alterum diem minime prætergrediatur, ideoque incurſa non dicitur mora, ſive contumacia propter annalem paritionem. Declaratoriæ, ſive aggravatoriæ ubi eſſent. Excommunicatus licet comparere nequeat in Judicio, neque Beneficium obtinere valeat, id tamen fallit ſi in judicio veniat nedum tanquam reus, ſed tanquam actor contendendo ſe vel eſſe abſolutum, vel abſolvendum.

ROMANA FORNACIS SUPER MELIORAMENTIS.
Veneris 15. Decembris 1702.
DECIS. CCLXIV.

Melioramenta ex quibus probentur, & a quibus ſint reficienda Melioraus, ſeu ædificans mala fide an, & quo caſu amittat melioramenta, & ædificium cedat ſolo, & quomodo induci debeat hæc mala fides.

MAIORICEN. SUBPRÆCENTORIÆ.
Veneris 12. Januarii 1703.
DECIS. CCLXV.

Ordinarius tenetur de jure communi conferre Beneficia, & dignitates Cathedralis Eccleſiæ ſimultanee cum illius Capitulo. Litteræ Apoſtolicæ ſufficienter juſtificatæ ſollicitæ executioni demandandæ ſunt, neque pro illarum retardatione ullum intrare poteſt arbitrium.

ARETINA JURIUM PAROCHIALIUM SUPER BONO JURE.
Lunæ 15. Januarii 1703.
DECIS. CCLXVI.

Parochialitas probari poteſt ex ſubminiſtratione Sacramentorum Infirmis, ex tumulatione corporum Defunctorum in Eccleſia Parrochiali, & demum ex aſſiſtentia adhibita Matrimoniis inter Parrochianos initis, excludendum tametſi hæc omnia geſta fuerint cum licentia vel Parrochi. Parrochus debet eſſe perpetuus & ad nutum non amovibilis Diſmembratio curæ tunc fieri permiſſum eſt, ubi adeſt Populi neceſſitas, & major commoditas. Conſuetudo

diu obſervata non eſt immutanda ne ſcandalum, & diſſentio Populis inferatur.

EADEM CORAM EODEM SVPER MANVTENTIONE.

Sub eadem die.

DECIS. CCLXVI.

Non indiget.

ROMANA DOTIS DE SALVIATIS.

Lunæ 22. Ianuarii 1703.

DECIS. CCLXVII.

Plura habentur circa modum proponendi, ac decidendi cauſas in devolutivo in Rota, & in aliis Tribunalibus. *Auth. Res quæ* non habet locum niſi in ſubſidium, & conſequenter diſcuti prius debent bona libera. Diligentiæ quomodo in illorum diſcuſſione fieri debeant.

CARPENTORACTEN. PRÆLEGATI.

Veneris 26. Ianuarii 1703.

DECIS. CCLXVIII.

Prælegatum a Teſtatore filiæ relictum ad hoc ut cum certa, & deſtinata Perſona matrimonium ineat alias lucrum amittat ſui Prælegati, iſte lucri amiſſio, quæ pœnæ æquiparatur præjudicare non debet Matrimonii libertati. Optime diſtinguitur & conciliatur diſpoſitio *Text. in L. Titio centum §. Titio centum il primo ff. De cond. & demonstr.* Prælegatum quando in hæreditate comprehendatur. Diſpenſatio Apoſtolica ſi ſuper his accedat facit rem undique claram.

ALBANEN. ARCHIPRESBYTERATVS.

Lunæ 29. Ianuarii 1704.

DECIS. CCLXIX.

In concurſibus, qui fiunt coram Ordinario circa vacationes Curæ animarum, ſi Ordinarius gratificaveri ſibi notum, & vita, & morum probitate, necnon in eadem Eccleſia ſummo cum plauſo animarum curam exercuit, dicti Ordinarii Judicium non eſt de irrationabilitate redarguendum: Et hoc procedit etiamſi gratificatus ſit cæteris minus doctus & idoneus: Item eſt præferendus ſi ſit Civis ejuſdem loci, & Populo valde prædilectus.

ASCVLANA DOTIS.

Lunæ 26. Februarii 1703.

DECIS. CCLXX.

Libris, ac notulis licet familiaribus, & privatis plena fides adhibenda eſt ſi partitæ in illis deſcriptæ verificentur vel omnes, vel in majori ſaltem parte ex publicis Inſtrumentis. Solutio probatur ex divitiis Debitoris, & ex inopia, & ſumma egeſtate Creditoris.

SPOLETANA CAVTELÆ ANGELI.

Sub eadem die.

DECIS. CCLXXI.

Caducitatis pœna ad hoc ut ab hærede alienante incurſa dicatur, perneceſſe requiritur apertiſſima ſcientia talis appoſitæ pœnæ caducitatis in Teſtamento, quinimo comulative etiam concurrere debet in alienante dolus, & malitia inexcuſabilis, quando potiſſime alienatio ex pluribus titulis erat permiſſa. Relatum debet eſſe clarum, ad hoc ut referens ſuam etiam habeat virtutem, & operationem. Pœna caducitatis, quæ in Civilibus æquiparatur pœnæ capitali, ſive ſolemni deportationi, adeo eſt legibus odioſa, ut quantum fieri poteſt reſtringenda ſit, neque extendenda, ſive amplianda de caſu ad caſum, ſeu de parte Teſtamenti ad aliam Teſtamenti partem.

BONONIEN. CENSVS.

Veneris 2. Martii 1703.

DECIS. CCLXXII.

Teſtator in ſuo Teſtamento demandaverit, ut poſt aliquod tempus a ſuis hæredibus per ſortem extraheretur Primogenitus, qui primogenituræ ab ipſo condita ſuccedere deberet, hic Primogenitus ſic nominatus nequit repetere fructus, quos interim perceperunt hæredes licet Beneficiati, quia etſi Beneficiatus dicatur tantum Adminiſtrator, hoc tamen non procedit in fructibus, quos tamquam Dominus percepit, niſi in eo concurrat mala fides, quę quomodo ſit probanda, & quomodo rejicienda habes in deciſione: Hoc etiam procedit *in Auth. Res quæ*, quæ ſimpliciter bona concernit in proprietate, cum non poſſit Mulier poſtea nata repetere fructus aut perceptos a gravatis, aut ab illorum Creditoribus.

ILLERDEN. DISTRIBVTIONVM.

Lunæ 5. Martii 1703.

DECIS. CCLXXIII.

Diſtributiones, quæ dantur tamquam merces, & nuncupantur danarii diurni debentur ratione laboris, atque operis impenſi in vinea Domini ideſt Eccleſia. Archivium privatum Capituli, illiuſque ſcriptoræ Archiviatæ probare nequeunt conſuetudinem. Et quomodo hæc ſit probanda latè habetur.

ROMANA SALVIANI.

Veneris 9. Martii 1703.

DECIS. CCLXXIV.

Sors licet ex Summorum Pontificum ſanctionibus ſit irrepetibilis, id tamen limitatur ſi cenſus debitori immineat concurſus creditorum ſuper bonis cenſitis. Fundus cenſitus ſi fuerit evictus ceſſant ſtatim fructus in poſterum decurrendos: Iſta tamen evictio debet eſſe neceſſaria, & cum decreto Iudicis, ſecus ſi ſit voluntaria, quia tunc Creditori datur actio pro cogendo debitore cenſus ad alterum fundum ſubjugandum. & hoc caſu requiritur ſcientia Creditoris. Plene explicatur diſpoſitio *Text. in l. magis puto §. Non paſſim ff. de reb. eor. qui ſub tut.*

BONORVM MONTIS BVTRII.

Lunæ 12. Martii 1703.

DECIS. CCLXXV.

Non eget.

ROMANA PRIMOGENITVRÆ DE BVBALO SVPER PALATIO AD PLATEAM COLVMNÆ.

Sub eadem die.

DECIS. CCLXXVI.

Quamvis regula ſit quod ædificium cedat ſolo,

hæc

hæc tamen limitatur in pluribus caſibus, quos habes in deciſione. In diſcordia duorum Peritorum Tertius eſt eligendus, qui ſi & ipſe a duobus primis diſcordet, tunc Judex intercedere debet, & quid facere teneatur.

AVXIMANA SVCCESSIONIS.
Sub eadem die.
DECIS. CCLXXVII.

Plura de ſubſtitutione pupillari contenta in compendioſa, an, & quando excludat matrem etiam a legitima dantur plures diſtinctiones & in hac materia, quid operetur voluntas Patris & ſtatutum Auximanum, quid operetur circa talem ſubſtitutionem. De inſtitutione in certa, an valeat comprehendere pupillarem, & plura de Canthela Soccini adhibenda in gravamine legitimæ.

ROMANA SALVIANI.
Ven. 16. Martii 1703.
DECIS. CCLXXVIII.

Executio, quæ vel nititur credito prorſus inſubſiſtenti vel inconſiderabili parte ſatisfactum, & extinctum nullo pacto eſt ſubſtentabilis. Affertur differentia, quæ intercedit inter exceſſum exiſtentem in mandato, & tranſcenſum concomitantem ipſam executionem jam perfecte conſumatam.

EADEM SVPER MANUTENTIONE.
Sub eadem die.
Non indiget.

ROMANA FIDEICOMMISSI MVTII DE BVBALO SVPER CENSIBVS, ET ARGENTIS.
Mercurii 21. Martii 1703.
DECIS. CCLXXIX.
Leges in Summario.

NVLLIVS. SEV LEGIONEN. IVRISDICTIONIS SVPER BONO IURE.
Veneris 23. Martii 1703.
DECIS. CCLXXX.

Juriſdictio Spiritualis nunquam conceſſa præſumitur Laicis, ſed tantum Perſonis eccleſiaſticis, niſi de hac conceſſione facta Laicis apertiſſime conſtet. Diſmembratio in ſpiritualibus tanquam tertio præjudicialis non eſt extendenda, neque facienda eſt illatio a conceſſione facta per Principem de temporalibus, ad ſpiritualia etiam, quæ indigent ſpeciali animadverſione, & nota. In diſmembratione quid fuerit compræhenſam optime declaratur ab obſervantia proxima & diſcretive procedente. Militiæ S. Iacobi de Spatha Legionen. privilegium conceſſum *ab Alex. III. in ejus conſtit.* 5. circa iuriſdictionem ſpiritualem, extendendum non eſt ultra Clericos, & Vicarios ejuſdem Ordinis, nec ſecularibus ſpectare debet.

EADEM CORAM EODEM SVPER MANVTENTIONE.
Sub eadem die.
Non indiget.

ROMANA PECVNIARIA.
Lunæ 26. Martii 1703.
DECIS. CCLXXXI.

Procurator ſi fuerit revocatus, nequit in judicio amplius comparere pro conſtituente actus correſpectivi, qui dicantur. Novatio ex quibus inducatur, & quæ ad illam inducendam requirantur.

ROMANA CENSVS.
Veneris 20. Aprilis 1703.
DECIS. CCLXXXII.

Bulla Baronum quid diſponat in contractibus cenſualibus. Quilibet Creditor æque principaliter habens obligatum tam principalem debitorem quam fidejuſſorem poteſt poſthabito debitore principali ſatisfactionem expetere a fidejuſſore, necnon etiam licitum eſt eidem Creditori contra hanc, vel illam rem pro ſuo libito variare, maxime ſi accedat obligatio cameralis.

VITERBIEN. BONORVM SVPER CREDITIS.
Ven. 20. Aprilis 1703.
DECIS. CCLXXXIII.

Plura vide remiſſive in hac Deciſione: Et primo quando cenſus dicatur extinctus: Secundo, cui debeatur interuſuria dotalia, & quando de illis ſatisfactus præſumatur Maritus: Tertio cuinam ex ſtatuto Viterbii *lib. 2. rubr. 76.* debeatur lucrum dotale, & quomodo probanda ſit conſuetudo contraria; Quarto de quibus rebus Adminiſtrator rationem reddere tenetur: Quinto an munuſcula calore ſponſalitio ſponſæ tradita dicuntur donata, & quid de aliis jocalibus, & veſtibus, quæ mundum muliebrem conſtituunt: Sexto demum quid diſponat ſtatum Viterbii circa maternam hæreditatem.

ARETINA BENEFICII.
Lunæ 22. Aprilis 1703.
DECIS. CCLXXXIV.

Inſtititutio in Beneficio debetur illi, qui demonſtrat ſe fuiſſe præſentatum a Patrono exiſtente in quaſi poſſeſſione Iuriſpræſentandi. Vltimus ſtatus, quomodo probari debeat, ad effectum ut quis, ad illius tramites poſſeſſiones nanciſcatur.

FERRARIEN. SEV IMOLEN. BONORVM.
Sub eadem die.
DECIS. CCLXXXV.

Eccleſia nolens pro ſe retinere bona ad ſe devoluta compellitur ea æquitate Bartoli de illis renovare Proximiores ultimi Inveſtiti. In Civitate tamen Ferrarienſi vigore notiſſimarum Conſtitutionum S. M. Bonifacii IX., & Pauli V. non valet pro ſe retinere, ſed coactive renovare tenentur; Idque etiam ſervatur in ſtatu Vrbini vigore Conſtitutionis S. M. Vrbani VIII. Conclaviſtæ privilegium habent eligendi civilitatem in quacumque civitate ipſis Beneviſa. Quibus in caſibus limitetur de celebris æquitativa Theorica Bartoli, & quos comprehendant prædictæ Bullæ Bonifaciana & Paulina, & an ultra Civilitatem requirant bonorum etiam ſubjectionem & in fine enucleantur *deciſ. 545., & 680. cor. Pamphil.*

ILLERDEN. HÆREDITATIS DE GOMAR.

Lunæ 4. Junii 1703.

DECIS. CCLXXXVI.

Jus detrahendi legitima tranſmitti etiam poteſt ad quoſcumque hæredes extraneos, & ſucceſſores univerſales. Hæres uſufructuarius quo caſu teneatur ſolvere debita etiamſi illa non ſint annua. Creditor legitimæ aliorumque Iurium, ſi per longum temporis ſpatium fructus totius hæreditatis a qua legitima detrahenda erat percepit præſumitur cum fructus de ſuis creditis ſatisfactus: idem die de Muliere pro ſuo credito dotali, aliiſque rebus Marito extraditis. Rationis redditio ex temporis afflictu, atque ex conſtitutione hæreditatis præſumitur, & quando hæc concluſio limitetur. Ignorantia & ſcientia in Teſtatore gravante bona tam hæredis, quam alterius fideicommittentis ex quibus includitur, ſive arguatur: Et quando dicendum ſit filium fuiſſe læſum in aditione paterna, vel Patris bona cum gravamina acceptaiſſe, vel recuſaſſe.

ROMANA PRIMOGENITURÆ DE ALBERICIS.

Sub eadem die.

DECIS. CCLXXXVII.

Habes ſupra in Deciſ. 259. quæ confirmatur in omnibus.

TIBURTINA DONATIONIS SUPER ARTICULIS.

Mercurii 6. Junii 1703.

DECIS. CCLXXXVIII.

Articuli quid debeant continere ad hoc ut poſſint admitti, & quando illi concedi valent abſque cauſæ retardatione.

FERRARIEN. SEU ANCONITANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 15. Iunii 1703.

DECIS. CCLXXXIX.

Patet ex Summario.

NEAPOLITANA MATRIMONII.

Lunæ 18. Iunii 1703.

DECIS. CCXC.

Mandatum Procuræ quando agitur ad effectum annullandi matrimonium ſolemniter in faciem Eccleſiæ contractum ad hoc ut revocatum dici poſſit requiritur revocatio certa, & indubitata: Copula quomodo ſit probanda in hoc caſu, & an ſit deferendum. Judicio obſtetricium, circa incluſionem, vel excluſionem Virginitatis.

NEAPOLITANA MATRIMONII SUPER ALIMENTIS. ET SUMPTIBUS LITIS.

Sub eadem die.

DECIS. CCXCI.

Aliementa, & ſumptus litis denegari non debet collitiganti, in quo concurrant bonum Jus, & paupertas, & ad quem effectum ad his caſibus apponatur clauſula *In cauſam declarandam*. Lis ſi verſetur ſuper ſimplici ſeparatione Thori ad effectum concedendi alimenta, & ſumptus litis impleri ſolet cum cauſa, an Mulier vel ſine cauſa divertat a Viro; ſecus autem dicendum venit ſi eadem lis agitetur ſuper federe matrimonii. Taxa alimentorum ex quibus deſumatur.

MELEVITANA PECUNIARIA.

Veneris 22. Iunii 1703.

DECIS. CCXCII.

Habetur in deciſ. 250. quæ confirmatur.

ROMANA FIDEICOMMISSI PROSPERI SEN. DE CAFFARELLIS.

Lunæ 25. Iunii 1703.

DECIS. CCXCIII.

Salviano quando locus ſit, & quantum differat utile Salvianum, præſidio *L. fin. Cod. de edict. Div. Adr. tollen.* in utili namque Salviano poſſeſſio eſt temporalis, & durat quouſque Creditor fuerit ex fructibus ſatisfactus, vigore vero *fin. Cod. de edict. Div. Adr. tollen.* poſſeſſio capta eſt perpetua.

EADEM SUPER CAUTHELA ANGELI.

Sub eadem die.

Non indiget.

ROMANA FIDEICOMMISSI JOANNIS PETRI SEN. DE CAFFARELLIS.

Mercurii 27. Iunii 1703.

DECIS. CCXCIV.

Liquet ex Summario.

EADEM SUPER CAUTHELA ANGELI.

Sub eadem die.

Non indiget.

LEODIEN. EXEMPTIONIS.

Lunæ 2. Iulii 1703.

DECIS. CCXCV.

Appellatio infra quantum tempus interponi poſſit, & acta tranſportari debeat Conſervatores in districtu Leodienſi aliiſque locis nullam fovent forenſem, & contentioſam Juriſdictionem, ſed ad ſummum valent compeſcere turbatores fulmine cenſurarum. Licet exemptio ad effectum viſitandi ſit a *l. Concilio Triden. in ſeſſ. 7. cap. 8. de reformat.* fuerit revocata, poteſt tamen ſummus Pontifex cui ſuperior eſt illam concedere abſque ſpeciali, & individua derogatione: Decimarum ſolutio ad quos titulos referri poſſit.

ROMANA CENSUUM, ET CAMBIORUM SUPER RESERVATIS.

Sub eadem die.

DECIS. CCXCVI.

Creditor veluti legalis procurator ſui Debitoris omnia Jura, & actiones per eundem debitorem exercibiles transfuiæ remanet in ejus Perſonam, cui ſemper poteſt eas promovere. Per editionem hæreditatis ſui debitoris a Creditore factam confunduntur actiones omnes, quas Creditor contra ſuum debitorem habebat: Limita tamen ſi ante aditionum hæreditatis Debitor jura ſua Creditoribus ſubjugaverit. Donatio alicui facta etiam contemplatione illius agnationis, & Familiæ ſi Donatarius abſque filiis decedat

non

Digitized by Google

non per hoc reſolvitur donatio ſed tranſit in hæredes donatarii.

ROMANA CENSVVM, ET CAMBIORVM

Sub eadem die.

DECIS. CCXCVII.

Non indiget.

ROMANA IMMISSIONIS.

Sub eadem die.

DECIS. CCXCVIII.

Licet *Bald. in conſ. 94. num. 2. lib. 2.*, aliique cum ſequentes teneant quod ne plus conſequatur hæres gravatus, quam fideicommiſſarius permittenda non ſit utraque detractio legitimæ, & Trebellianicæ, attamen magis recepta, ac communis in Foro eſt opinio quod ambæ veniunt faciendæ deductiones. Parentibus concurrente legitima, ac rationabili cauſa licitum eſt filios exhæredare, inter quas adnumeratur illa ſi filius contra Parentes arma ſumpſerit, vel injurioſe eoſdem tractaverit, & a quo cauſæ veritas probari debeat, an ab Hærede, vel filio. Pro Melioramentis quando detur retentio, & quid ad illam obtinendam neceſſarium ſit diſtinguere.

ROMANA ATTENTATORUM.

Lunæ 2. Julii 1703.

DECIS. CCXCIX.

Auditor Cameræ, quas hodie facultates habeat; Et quamquam executor nequit excedere limites mandatorum in ſubhaſtationibus, & deliberationibus quæ facere prius debeat, l'oſſeſſio tranſlata a Judice Juriſdictionem non habente eſt nulla, & attentata.

CARPENTORACTEN., SEU VASIONEN. PRIMOGENITURÆ.

Lunæ 19. Novembris 1703.

DECIS. CCC.

Hæredes creditor quo caſu adiens hæreditatem ſui debitoris confundat actiones itaut non poſſit agere contra bona defuncti debitoris. Reſtitutio in integrum hæredi, & præſertim Mulieri an & quando ſit concedenda, & quid illius petitio, ſive conceſſio operetur. Legitima, & legata debentur deducto prius toto ære alieno Teſtatoris, itaut iſte vel legando, vel legitimam relinquendo prejudicare nequit ſuis Creditoribus.

ROMANA LOCORUM MONTIUM

Mercurii 28. Novembris 1703.

DECIS. CCCI.

Ad hoc ut vigore Bullæ Baronum emanatæ a S.M. Clemente Octavo abſcindantur fideicommiſſa, & bona reducantur ad naturam indifferentium neceſſe eſt quo utraque circumſtantia verificetur, qualitas ſcilicet Baronalis, & poſſeſſio rerum eximendarum a fideicommiſſo penes Baronem obligatum, ſeu Debitorem, Bulla Vrbani Octavo quæ nuncupatur *Arebivii* ſucceſſive edita, an prædictam Bullam Baronum in aliqua parte moderaverit, & quid eadem Bulla Vrbana circa exhibitionem fideicommiſſorum, & bonorum regiſtrationem in Archivio diſponat, & quomodo ſit intelligendus *Card. de Luc. in diſc. 87. lib. 1. de f.nd.* hanc materia ediſſerens.

ROMANA LOCORUM MONTIUM. SVPER FRVCTIBVS.

Sub eadem die.

DECIS. CCCII.

Dies adventæ, ſeu purificatæ conditionis ſtat loco interpellationis, Fidejuſſor ſi accedat tanquam principalis, principaliter, & in ſolidum ſit & ipſe correus debendi, & tenetur ad omne id, quod principali promiſſori incubebat: Fructus quo caſu debeantur ſi non tanquam fructus, ſed uti ſors principalis petantur.

ROMANA PRÆTENSCRUM FRUCTUUM.

Veneris 11. Januarii 1704.

DECIS. CCCIII.

Fructus prætendi nequeunt ex credito quantitativo niſi concurrant vulgata requiſita lucri ceſſantis, & damni emergentis; Idque adeo verum eſt, ut Jura tantopere abhorrent hanc illicitam productionem, ex cauſa promiſſæ pecuniæ de ejus intrinſeca quidditate ſteriliſſimæ, ut ipſemet conventio, & obligatio præſtandi etiam fructus tanquam redolens uſurariam pravitatem ab utroque Jure, & ſignanter Pontificio damnetur, niſi eadem conventio, & pactio ab aliqua extrinſeca, & ſufficienti ratione, & cauſa legitimetur, alternative condemnatus poteſt a præcedenti electione variare, & unum ex duobus modis alternativis adimplens amplius moleſtari nequit.

ROMANA FIDEICOMMISSI MVTVI DE BVBALO SVPER DOMO PASINI.

Lunæ 14. Ianuarii 1704.

DECIS. CCCIV.

Acquiſitio etiamſi facta noſcatur *pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus* ſi poſtea acquirens declaraverit d. acquiſitionem fuiſſe confectam cum bonis fideicommiſſariis, res acqiſita non tranſit in hæredes acquirentis libera, ſed remanet pro illis quorum favore, & intuitu declaravit acquirens acquirere voluiſſe.

PALENTINA BENEFICII.

Mercurii 16. Januarii 1704.

DECIS. CCCV.

Nuncii Hiſpaniarum ultra cæteras facultates, quas eiſdem benigne tribuerunt ſummi Pontifices illa præpollent, ut valeant nomine S.Sedis diſtribuere, ſive conferre Clericis illarum Partium Beneficia, quæ computatis etiam incertis valorem non excedat ducat. 24. auri de Cammera, dummodo tamen Beneficia non exiſtant in Eccleſiis Metropolitanis aliiſque ſimilibus, & dummodo reſervatio rationem menſium contingat. Hujuſmodi vero Indultum attributum eiſdem Nunciis uti videtur ſpecificat vacatione per obitum, & non per ceſſum, ſive reſignationem.

FER-

FERRARIEN. SEU ANCONITANA FIDEICOMMISSI SUPER FRUCTIBUS.

Sub eadem die.

DECIS. CCCVI.

Fructus a quo tempore reſtituendi ſint an a die reproductionis Monitorii, vel a die exhibitionis Jurium ex quibus probetur intentio Actoris, quia tunc, & non prius effici potuerit certior reus de ſuo malo jure. Limitatur tamen ſi fructus extarent antecedenter percepti, & non conſumpti quia tunc poſſeſſor etiam bonæ fidei compellitur eos Domino reſtituere, & quæ ſcientia requiratur ad inducendam in hoc caſu malam fidem: Qui fructus ſint ab hærede fideicommiſſario reſtituendi.

ROMANA SALVIANI SUPER EXECUTIONE.

Lunæ 21. Januarii 1704.

DECIS. CCCVII.

Immiſsio in Salviano, an & quando concedenda ſit. Emptor ſolvens Creditoribus vendentis prætium rei emptæ ſemper citra ceſsionem, & conventionalem ſubingreſſum tueri ſe valet juxta importantiam Creditorum dimiſſorum, ſtipulante quatenus opus eſſet pro hujuſmodi ſubintrantia ipſamet Lege. Natura Salviani eſt ut poſtquam Creditor fuerit Integre ſatisfactus, prædium libere redeat ad Dominum.

AUXIMANA SUCCESSIONIS.

Mercurii 30. Ianuarii 1704.

DECIS. CCCVIII.

Ponens ſive Relator S. Rotæ nequit abſque voto, & conſultis prius Correſponſalibus per ſe tantummodo procedere ad expeditionem alicujus decreti, ſive ſententiæ, etiam in negociis ſive magni, ſive parvi momenti. S. Rota quandoque ſe abſtinet a ſubſcriptione, ſeu indulgentia dubii undequaque ſuperflui, atque indubitabilis, & illi exuberat per viam memorialium præbere votum ſuper interlocutione decreti, vel pronunciatione facienda per ſententiam a Ponente.

FERRARIEN. PRIMOGENITURÆ.

Lunæ 16. Februarii 1704.

DECIS. CCCIX.

Sententia lata contra hæredes incitatos vel contra mortuum, eſt nulla; valida tamen eſt ſi lata ſit contra Procuratorem Dominum litis effectum. Mandatum autem procuræ probatur præſumptionibus. Excipiens illegitimitatem contra exiſtentem in quaſi poſſeſsionem legitimitatis, & nobilitatis ſinceræ, tenetur illegitimitatem probare, cum in dubio legitimitas præſumatur. Invocatione nati, & concepti de legitimo matrimonio, ſufficit deſcendentia cum conceptione, & procreatione legitimitatis, Ceſsio facta de re primogenituræ, quando importet translationem proprietatis bonorum.

ASCULANA DOTIS, ET FRUCTUUM.

Veneris 22. Februarii 1704.

DECIS. CCCX.

Late tractatur articulus in hac Deciſione an Uxor poſt obitum Viri poſsit prætendere interuſuria dotalia, & ſolide firmatur quod concurrente interpellatione, & extrema Uxoris inopia, debentur fructus; Inopiæ vero probatio non ſpectat ad Mulierem pro ſe habentem juridicam præſumptionem *L. Quintus Mutius ff. de donat. int. Vir. & Uxor.*, & refellitur opinio *Rocc. diſput.* 118. qui aſſerit ſecundum requiſitum inopiæ fruſtra a Doctoribus fuiſſe ſtabilitum ſi mulier per dictam præſumptionem relevaretur ab onere probandi dict. ſecundum requiſitum. An vero dd. dotalia interuſuria debeantur etiam in caſu, & pendenter termino dilationis ſuſceptæ pro dote reſtituenda docte diſputatur, & plura in hac materia enucleantur in deciſione perlegenda.

FARFEN. JURIS OFFERENDI.

Sub eadem die.

DECISIO CCCXI.

Præſidium Juris offerendi ad ſimilitudinem alterius Auth Res quæ uti mere ſubſidiarium conceditur quoties Creditor non potuerit aliunde ſatisfieri, vel bona debitoris non ſuffecerint pro ſuo Credito, & hoc onus incumbit ipſi Creditori, Mobilia licet ex longe temporis decurſu conſumpta dicantur, ſi tamen illa fuerint ſtabilis, & ſolidioris materiæ, tunc iſta juris præſumptio non procedit.

PISAUREN. SUCCESSIONIS, SEU REDDITIONIS RATIONIS.

Lunæ 10. Martii 1704.

DECIS. CCCXII.

Hæres poſsidens Bona ſui Authori non dicitur titulo hæreditario poſſediſſe, ſi poſſeſsio referri poteſt ad alium titulum magis proprium & naturalem. Alimenta quando perſoluta dicantur ex bonis hæreditariis filiis, & deſcendentibus defuncti, & quando præſumantur donata ratione charitatis, ſeu Conſanguinitatis. Fructus quo caſu prætendi poſſunt ex prædio vendito. Hæres beneficiatus quando teneatur reddere rationem defunctibus.

ROMANA FIDEICOMMISSI MUTII DE BUBALO.

Veneris 4. Aprilis 1704.

DECIS. CCCXIII.

Hæres gravatus tenetur bonificare ſubſtituto, ſeu ulteriori poſt ſe vocato loco rei ex facto Principis non exiſtentis, ſeu alienatæ ipſum valorem, & pecuniam vice alienationis coactæ, aut voluntariç ſuſceptam, ac ſubrogatam Reliqua ſparſim adnotantur in Summario.

ILLERDEN. DISTRIBUTIONUM.

Lunæ 7. Aprilis 1704.

DECIS. CCCXIV.

Diſtributiones quotidianæ quibus debeantur & an valeat Conſuetudo lucrandi diſtributiones quotidianas ab illis, qui abſunt a Chorali ſervitio Eccleſiæ, maxime ſi accedat neceſsitas, & utilitas ejuſdem Eccleſiæ, & ex quibus excludatur, iſta neceſsitas ſive utilitas. Immemorabilis in hac materia quando probata dicatur, & quando non.

LEO-

LEODIEN. JURISDICTIONIS.
Lunæ 7. Aprilis 1704.
DECIS. CCCXV.

Ab exemptione paſſiva argui nequit ad ipſam Juriſdictionem activam in toto Territorio. Archidiaconus unde dicatur, & quas habeat Juriſdictionem, & an in ſtatu Leodienſe ejus ſplendor, & dignitas adhuc vigeat Vicarius itidem, & Epiſcopus an faciunt unam figuram, & unum conſiſtorium.

BAREN. TESTAMENTI.
Lunæ 21. Aprilis 1704.
DECIS. CCXVI.

In Teſtamento ad pias cauſas ſufficit ſola Parochi præſentia ac duorum Teſtium juxta *Cap. tum eſſet, & cap. relatum de Teſtam.*, quæ procedunt etiamſi Teſtamentum fuerit factum ad pias cauſas. Et ratio eſt quia in hujuſmodi teſtamentis non iſpicitur ulla ſolemnitas legalis, ſed nuda Teſtandi voluntas comprobata ſignanter ex dicto duorum Teſtium; & qui Teſtes in hac re ſint idonei, & an, & quo caſu Religioſus ad commodum ſui Conventus deponere poſſit.

CIVITATIS VETULÆ TRANSACTIONIS.
Lunæ 28. Aprilis 1704.
DECIS. CCCXVII.

Litis introductio in Judicio ordinario quomodo fieri debeat & quomodo in Judicio executivo, & quid importet Monitorium. Quæ ſolemnitates copulative requirantur in contractu, ſeu tranſactione inita cum Eccleſia, ſeu Loco Pio, & quomodo excludatur trigenaria præſcriptio promanans ex inobſervantia, ſeu ineffectualione ejuſdem tranſactionis Renunciatio quando dicatur abdicativa, & extinctiva omnium Iurium, & actionum.

CORNETANA JURIS OFFERENDI SVPER PRÆSENTIS EXCESSV, ET ATTENTATIS,
Sub eadem die.
DECIS. CCCXVIII.

Late in hac Deciſione tractatur de privilegio Juris offerendi conceſſo a lege creditori poſteriori ad ſimilitudinem Salviani, & Juris retractus, ſeu Prelationis. Creditor poſterior ſolvens Creditori anteriori ſuum Creditum an teneatur libere illi perſolvere & abſque ullo vinculo ſive conditione, ſive potius cum pactis, & conditionibus.

FOROSEMPRONIEN. MOLENDINORVM,
Ven. 16. Maii 1704.
DECIS. CCCXIX.

Molendina in ſua ſolo conſtruere unicuique permiſſum eſt, & id procedit etiam conſtructione hujuſmodi Molendini damnum inferatur Molendino vicino jam præexiſtenti, quia eadem publica libertas, quæ faciet Conſtructori adaugetur ex ipſa majori copia, vel minori, per quam molere cupientes majorem, magiſque liberam habent amplitudinem eligendi quem maluerit. Supremus Princeps an poſſit promulgare hujuſmodi Bannimenta prohibitiva conſtructionis Molendinorum. & datur diſtinctio. Dictum, ſeu Bannimentum quando dicatur inobſervatum. & revocatum, & an conſtitutiones Apoſtolicæ per inobſervantiam abrogatæ cenſeantur.

ASTORICEN. PRÆEMINENTIARVM.
Lunæ 2. Junii 1704.
DECIS. CCCXX.

Quæſtio orta eſt inter Epiſcopum, & Decanum Capituli quis eorum in Capitularibus Comitiis pulſare deberet Campanula ſeu Tintinnabulum, & revolvere Cleſydram, & pro Epiſcopo reſolvitur, qui eſt caput totius capituli, & ipſi omnes actus, ac titulos præheminentiales ſpectant. Et quid ſi Epiſcopus interveniat non uti Epiſcopus, ſed uti alius Canonicatus. Neque conſuetudo multum in hac materia attendi debet, cum illa fuerit a S. Conc. Trid. abrogata. Campanam priori loco pulſandi in Sabbato Sancto ad quamnam Eccleſiam ſpectet.

ASTORICEN. PRÆEMINENTIARUM SVPER PROVISIONE.
Sub eadem die.
DECIS. CCCXXI.

Conſtat ex Summario.

EVGUBINA PECUNIARIA.
Ven. 6. Junii 1704.
DECIS. CCCXXII.

Solutio, & tranſactio quaſcumque perimunt actiones, ſive obligationes. Contractus, ſeu donatio, tunc præſumitur ſimulata, quoties contrahens, ſive donans poſt contractum, ſeu donationem permanet in poſſeſſione rei ceſſæ, vel donatæ. Quietantia, ac ſolidatio quando præſuponat extinctionem cujuſcumque debiti. Confeſſio facta a creditore ſi fuerit dubitativa, præſervativa, vel aliquo modo incerta, & ambigua nocere non valet confitenti.

NERITONEN. MANVTENTIONIS.
Sub eadem die.
DECIS. CCCXXIII.

Licet citatio de Iure ſit omnino neceſſaria in ſubhaſtationibus, deliberationibus, atque adjudicationibus, tamen hæc materia plerumque pendet a ſtatutis, vel a ſtylo loci in quo negocium tractatur ad quorum normam eſt ſemper procedendum. Deliberatio an differat ab adjudicatione. In adjudicationibus Iudex, ut recte conſulat debitori præmittere prius debet æſtimationem bonorum adjudicandorum, ſeu precedenter poſitorum ſubhaſta, eademque æſtimatione prætermiſſa ſubſidiaria adjudicatio facta Creditori eſt nulla: Iſta vero æſtimatio an eſſe debeat rigoroſa. Valor bonorum ex meliorамentis dicitur immutatus. Accollatio crediti etſi ſpeciem ſolutionis redolere videatur debet tamen accollatarius aſſenſum ſuum in actu deliberationis contextualiter præbere alias non obſtante etiam tali accollatione Creditor retinet in ſuo nexu & obligatione veterem debitorum. FER-

FERRARIEN. SEV ANCONITANA FIDEICOMMISSI SVPER FRUCTIBUS.

Lunæ 9. Junii 1704.

DECIS. CCCXXIV.

Expenduntur in hac deciſione ſingulæ expenſæ, quas detrahere poteſt hæres gravatus in reſtitutione fideicommiſſi hæredi fideicommiſſario facienda.

PERVSINA BONORUM SUPER FRVCTIBVS.

Lunæ 16. Junii 1704.

DECIS. CCCXXV.

Fructuum liquidatio eſt penitus arbitraria cum nimis de raro contingat juſtificari poſſe ab alterutro collitigantium, & cum ea ſit difficilis probationis admittuntur conjecturæ etiam leviores: Dictæ tamen conjecturæ, ſeu probationes debent eſſe legales, neque in hoc propoſito admittendæ ſunt fides ſimpliciſſime Teſtium Inconcludentium. Beſtiamina veluti inſtrumenta fundi nequeunt ab illo ſeparari, ſeu divelli.

GERVNDEN. FERIALIS.

Veneris 20. Junii 1704.

DECIS. CCCXXVI.

Diſcurſus iſte fuit confectus pro inſtructione animi Dominorum correſponſalium Quæſtio eſt in hac cauſa an uſus cujuſdam Burſæ, ſeu Maſſæ nuncupatæ il Feriale verſi debeat in uſum mere arbitrarium Capituli, itant uſurpari poſſit per eumdem Capitulum Eccleſiæ Gerunden., in lites, & Jurgia contra ipſas dignitates ejuſdem Eccleſiæ, & alia ad hanc materiam enucleantur.

VALENTINA BENEFICII.

Ven. 28. Novembris 1704.

DECIS. CCCXXVII.

Beneficium adjudicatur præſentato a Patrono exiſtente in poſſeſſione juxta ultimum ſtatum.

BARCHINONEN. ANNUÆ PRÆSTATIONIS.

Veneris 12. Decembris 1704.

DECIS. CCCXXVIII.

Poſſeſſio quando amittatur, & quando non, & quo caſu procedat regula, quod per lapſum decennii præſcribatur remedium poſſeſſorium. In contractibus, quæ fiunt ad invicem cum Eccleſiis, ſimiliter & in alienationibus non requiritur Beneplacitum Apoſtolicum, multoque minus in ſolidationibus Computorum Adminiſtratoribus ab Eccleſia factis, & illud præſumitur interveniſſe per lapſum triginta annorum. Error nunquam præſumitur, ſed ab allegante eſt plene, & concludenter probandus.

DE-

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
CORAM BON. MEM.
R. P. D. ANSALDO
DE ANSALDIS
Ejuſdem Sacræ Rotæ Auditore, & poſtea Decano.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BAVOSIIS.

Ven. decima Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Hæres fideicommiſſarius, agens pro immiſſione ad bona fideicommittentis, probare debet illa eadem bona fuiſſe a fideicommittente acquiſita, atque in illius patrimonio adeſſe. Acquiſitio facta per conſocium *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, an, & quando intelligatur de pecunia ſociali, vel particulari, & ex quibus reſultet, quod Conſocius pro ſe libere, non verò pro ſocietate acquirere voluerit.

SUMMARIUM.

1 *Hæres fideicommiſſarius probare debet, quando agit pro immiſſione, rem, ad quam petit immitti, fuiſſe coemptam ex bonis fideicommittentis.*

2 *Hæres gravatus acquirens pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, non fideicommiſſo, ſed ſibi libere acquirit, ejuſque bona obnoxia remanent Creditoribus ejuſdem Hæredis acquirentis.*

3 *Idque procedit etiamſi d. hæres pecunias deſumpſerit ex bonis fideicommittentis, quia ad ſummum eo caſu fideicommiſſarii contra eumdem inſtare poterunt pro damnis & intereſſe, ſi reinveſtire tenebatur.*

4 *Si autem de tempore acquiſitionis nullam in ſe habebat paſſivam obligationem faciendi ullam inveſtimentum, d. acquiſitio per eum facta propria remanet.*

5 *Socius acquirens nomine proprio, & pro ſe, & hæredibus, omnis præſumptio militat, quod eadem acquiſitio fuerit expleta de rata proprii Capitalis immiſſa in Societate, vel de illius utilibus.*

6 *Hæres gravatus expreſſe vetitus alienare, ſi alienat, alienationes in cauſam ſuarum detractionum imputat, non vero cenſetur id feciſſe ad evertendum fideicommiſſum.*

7 *Circumſtantiæ adductæ pro oſtendendo, quod Conſocius, licet acquiſiverit pro ſe, & hæredibus, adhuc intellexerit acquirere ſocietati; non probant; quia hoc eſſet colludere Creditores credentes illi Socio tamquam perſonæ particulari, & expreſſe ac literaliter ſibi acquirenti.*

8 *Et quatenus d. circumſtantiæ aliquam conſtituerent probationem, numerandæ tamen ſunt inter illas, quæ nuncupantur altioris indaginis, ſuntque inhabiles ad retardandam publicorum inſtrumentorum expreſſionem & executionem.*

9 *Sola antidata ſufficit ad tollendam fidem libris.*

10 *Libris mercatorum fides præſtanda eſt.*

11 *Deſertio Jurium, quæ quis habere contendit, demonſtrat illorum invaliditatem & inſubſiſtentiam.*

12 *Relatio reſtrigitur ad ea, in quibus verificari poteſt, non autem ad cætera, quibus non adaptatur.*

13 *Socius juxta praxim campſoriam aliquid ſemper ſumit de burſa Societatis.*

14 *Extra omnem veriſimilitudinem eſt, quod quis voluerit negligere jus, quod habebat.*

15 *Diſcurſus equivocus & irrelevans non probat.*

16 *Confeſſio, ne noceat confitenti, ſat eſt, quod ſit dubia & generica.*

17 *Aſſertio magis clara & certa ambiguam & incertam detrudit.*

18 *Si Socius de tempore acquiſitionis, nec tot capitalia nec tot lucra habebat, quæ correſpondere poſſent valori bonorum acquiſitorum, acquiſitio referri debet pecuniæ ſociali, & gravius delictum excludendum.*

19 *Ex facto tollitur omnis intellectualis ratiocinatio.*

20 *In hæredem tranſeunt omnia jura hæreditaria & libera ſui Authoris.*

21 *Hæres gravatus non poteſt præjudicare fideicommiſſariis.*

22 *Heres gravatus inveſtire de certis effectibus, ſi de ſuo ſolvat, ſibique ſtipuletur, & acquirere intendat, ſibi quoque libere & infallibiliter acquirit.*

DECISIO CCI.

GEmina Taberna, Aromatariæ ſcilicet & Serici Laborerii eum diverſis Sociis olim exercita ab Joanne de Bavoſiis, plura non minus in partibus, quam in Sacro noſtro Auditorio progenuit diſſidia; ſignanter autem vix conſumpto diuturno litigio inchoato coram bo: mem: Buccabella inter Lauram & Hieronymum, uti liquet ex *deciſ. 33., & 52. coram Cardinali Cerro*; eodem tandem Hieronymo e vivis prærepto, gravatoque quamplurimo ære alieno, acrior exarſit controverſia promota per Vincentium alioſque de Bavoſiis, utpote vocatos, ſive ſubſtitutos in Teſtamento memorati Joannis erga creditores prædicti Hieronymi, ſed parum feliciter ex parte fideicommiſſariorum; nam ex petita ab eis precipue immiſſio ſuper quatuor prædiis exiſtentibus in regione, ſeu Communi nuncupato *del Trebbo*, præviis tribus deciſionibus coram bo.me. Urſino, & Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, prorsus extitit denegata: hodieque non minus Domini hujus judicati validitatem & juſtitiam funditus haurientes, ac approbantes, *Sententiam Rotalem confirmandam eſſe reſponderunt*.

Neglectis ſiquidem quampluribus diſcurſibus hinc inde extra aleam veræ dubitationis intermixtis, quive ſine profectu hodiernam diſceptationem reddere videbantur ſubobſcuram, & involutam, baſis fundamentalis reſolutionis ſtetit in eo, quod, cum memorata quatuor Prædia, ad quæ fratres de Bavoſiis expoſcebant immiſſionem, nullo modo apparerent coempta de crumena Societatis ſuper eiſdem Tabernis ſucceſſive vigentis inter Vincentium & Hieronymum, ceſſabat in radice motivum prætendendi, quod ſaltem medietas hujuſce acquiſitionis ſpectaret ad fideicommiſſarios, utpote deſumentes Jura eorum fideicommiſſi ab ipſo capitali & lucris præfatarum Tabernarum, quas Joannes fideicommiſſo ſuppoſuerat; ideoque nequibant Domini in conſequentiam ullam immiſionem ſuper hiſce prædiis impartiri; deficiente etenim aſſerta ſubrogatione prædiorum loco pecuniarum, identitas apprime requiſita in
1 Judiciis immiſionum juxta notiſſimum principium, de quo *Peregrin. de fideicomm. artic. 44. num. 1. Cravett. conſ. 61. num. 6. Decian. reſponſ. 55. num. 32. lib. 4. Caſtald. conſult. 146. num. 1. Rot. deciſ. 20. num. 1. coram Arguelles, & in Ferrarien. ſeu Anconitana fideicommiſſi 3. Iunij 1701. §. Perperam autem: coram Me*.

Quod autem deficeret hæc juſtificatio ſemper facienda per actorem *leg. Actor. quod aſſeruerat Cod. de probat., & l. 2. ff. eodem*, palpabatur evidenter, quia tum ex publicis Inſtrumentis emptionum, tum & pariter ex facto in hoc concordato incontrovertibiliter emicabat, Prædia prædicta extitiſſe ab Hieronymo comparata *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque*, ac propterea illa fuiſſe effecta libera & hæreditaria; ac conſecutive obnoxia creditoribus ejuſdem
2 Hieronymi, plene tradunt *Peregrin. de fideicommiſ. art. 44. num. 28. Valleron. de tranſact. quæſt. 6. tit. 5. num. 22. Urceol. eod. tractat. quæſt. 62. num. 36. Noguerol. allegat. 20. num. 130. Rot. dec. 145. num. 20. & 21. coram Celſo, & dec. 1143. num. 4. & ſeq. coram Emerix Iun., & dec. 318. num. 12. part. 17. rec.*, Fuitque in fortiribus reſolutum *in Romana fideicommiſſi Ioannis Petri Sen. de Caſſarellis 5. Iunij 1699. §. cum igitur, & ſeq., & 13. Iunij 1701. §. Minus relevat, coram R. P. D. meo Lancetta, & in Romana Cenſuum & Cambiorum 12. Junii 1699. §. Idque convincitur, & in alia Romana fideicommiſſi Proſperi Sen. de Caſarellis 1. Junii 1699. §. Siquidem, & 10. Junii 1701. §. Firmato, cum ſeqq., & 13. eorum menſis, & anni §. Minus relevat, coram eodem*,

Idque adeo verum, ut etiamſi mediantibus perſpicuis perſtringentibuſque conjecturis demonſtratum fuiſſet a fideicommiſſariis in rei veritate totum oppoſitum, videlicet Hieronymum deſumpſiſſe ab Arca communi & ſociali pecunias pro exolvendo pretio memoratarum emptionum, ad ſummum fideicommiſſarii poſſent in concurſu dumtaxat creditorum comparere pro ratâ immiſſâ de pecuniis ſpectantibus ad Vincentium reinveſtire obligatum, atque etiam inſtare & agere ad damna & intereſſe,
3 ex notatis per *Menoch. conſ. 621. num. 32. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 16. ſub. num. 34.*; verum quatenus concernebat prætenſam immiſſionem, ſatis erat, prædiorum acquiſitiones cantare non jam pro negocio ſeu Societate: ſed, ut præmiſimus, pro Hieronymo ipſo, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus: cum enim de tempore acquiſitionis Hieronymus nullam in ſe haberet paſſivam obligationem faciendi ullum inveſtimentum, ex quo jam erat præterlapſum intervallum duodecim annorum ab Joanne fideicommittente præſcriptum, corruebat omnis anſa hæſitandi, & acquiſitio, ut ſupra, per eum facta, propria remanebat ex uberrime diſtinctis atque firmatis per *Rot. in Cathacen. hæ-*
4 *reditatis coram Cardinali Cerro inter ſuas deciſ. 413. num. 2., & ſeqq.*, de qua etiam *Cardin. de Luc. de fideicommiſſ. diſcurſ. 177. ex num. 4. & ſeqq.*, & concordant *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 44. num. 28. verſ. Nam non cogitur, & conſ. 31. num. 11. verſ. Secundo, & deciſ. 2. num. 9. ver. ſed tamen; Surd. deciſ. 15. num. 28. & 29. Rot. deciſ. 653. num. 2. part. 2. recen. Deciſ. 421. num. 4. verſ. Quæ duo, & num. 15. & 16. poſt. Cenc. de cenſ.* cum aliis *in deciſ. 52. n. 1. & 2. coram eodem Card. Cerro*.

Quin etiam ex alia ratione, propius ad rem noſtram accedendo, labefactabatur aſſumptum fideicommiſſariorum, quia dum Vincentius unice

ee ab initio utriuſque Tabernæ adminiſtrator, ac ſucceſſive Dominus effectus, & poſt adſciverat in Socium ipſum Hieronymum, utique, celebrata deinceps prælaudata emptione per ſolum Hieronymum, non jam, ut præmiſimus, nomine ſociali, ſed proprio, ejuſque indifferentium hæredum, omnis præſumptio militabat, quod eadem acquiſitio fuerit expleta de rata proprii
5 Capitalis immiſſa in ipſa peculiari ſocietate, vel de illius ſuperfætationibus & utilibus, ad literam *text.* valde præclari in *leg. Merito ff. pro Socio, juncta leg. ſi patruus 4. Cod. comm. utriuſq. Judic., Bartol. in leg. Titium & Mævium §. altero ff. de adminiſtrat. tut., Paciſtc. de Salvian. inſp. 3. cap. 2. num. 582., Menoch. conſ. 121. num. 78.* cum aliis plena manu congeſtis *in tract. de commerc. & mercat. diſcurſ. 93. n. 15.*

Atque idcirco, cum ſive una ſive altera ſuppoſitione originis pecuniæ implicatæ in emptionem prædiorum circumſpecta ſemper effulgeret, nullam competere poſſe immiſſionem fideicommiſſariis ſuper hujuſmodi prædiis particulari propriove nomine acquiſitis a Hieronymo, parum neceſſe erat vindicare a ponderationibus fideicommiſſariorum ultimam hanc moxque adductam rationem in terminis Socii, ementis ſive acquirentis de pecuniis marſupii ſocialis rem in ſui faciem & commodum dumtaxat; nempe quod inſinuata concluſio de relatione habenda ad Capitale & lucrum, competens pro ſua quota Socio acquirenti, procederet, quotieſcumque ageretur ad punitionem facti, ſive ad excuſandum Socium, ita acquirentem de ſociali burſa, in Judicio criminali, ſecus autem in civili, prout hic; ſiquidem authoritates & exempla plene animadverſa in prædicto diſcurſu edito in cauſa civili, quæve benigne Domini approbarunt, percutiunt adamuſſim terminos pariter civiles, ut eſt illud Procuratoris præciſe etiam conſtituti ad cenſum acquirendum pro datore pecuniæ, ad ſui tamen favorem ſtipulantis; quando poterat adjungi alterum etiam frequens & familiare, pariterque in civilibus indiciis quotidie practicatum exemplum de gravato, expreſſe vetito & interdicto alienare bona fideicommiſſaria, qui ſi tamen de facto ad effectivam alienationem deveniat, æquitativa Juris indulgentia interpretatur, quod ubi eidem alienanti competant detractiones legitimæ, vel Trebellianicæ, eædem alienationes, prælectæ per ipſum alienantem, judicentur in cauſam ſuarum detractionum, non ad interverſionem fideicommiſſi, idque ad excluſionem illius pravitatis, quæ honeſtos viros dedecet etiam in diſſentione non criminali, ad
6 terminos *text. in leg. Marcellus §. in quartam ff. ad Trebell. in leg. Imperator §. fin. ff. de legat. 2., Mantic. de conject. lib. 7. tit. 8. num. 2.* punctualiter *Card. de Luc. de fideicommiſſ. diſcurſ. 177. num. 11., & de legit. & detract. diſcurſ. 25. n. 42. Rot. dec. 299. num. 16. part. 11. recen.*

Diffiteri non valebant ſcribentes pro fideicommiſſariis in ſubſtantia hanc veritatem; ſed enervare adhuc ſatagentes principium reſultans a publica acquiſitione, ut ſupra, facta per Hieronymum pro ſe ſuiſque hæredibus, ſubtiliter, animum ipſius Hieronymi penetrare tentabant ſupponentes ex infra recenſendis demonſtrationibus & ſignis oſtendere, quod Hieronymus, licet acquiſiverit pro ſe & hæredibus, adhuc intellexerit acquirere Societati. Sed bina in primis occurrebant argumenta contraria, alterum nempe, quod numquam atque nimis de raro Societates hujuſmodi apothecariæ ſive mercantiles, quæ totæ conſiſtunt in mercibus, pecuniis, ac nominibus debitorum, practicare ſolent conſimiles acquiſitiones bonorum ſtabilium pro Arca Sociali; & alterum, quod ſi per aſſertas circumſtantias aut ratiocinationes & illationes admitteretur, ſive poſſet operari intrinſeca intentio acquirentis favore Societatis, quando externa & publica acquiſitio ſonat pro ſe & hæredibus, foret nimis aſpere decipere contrahentes, ac tertias perſonas creditrices, ſive credentes illi Socio tamquam perſonæ particulari;
7 cum ſemper hujuſmodi contrahentes inquirant ſtatum & conditionem creandi conſtituendique debitoris; unde durum extitiſſet, quod invenientes ab extra Hieronymum poſſidere conſimilia prædia empta pro ſe & hæredibus, decipi poſtmodum valerent per factum clandeſtinum, & ſæpe ſæpius colluſivum cum fratre & Socio, ex perpenſis ad rem per *Gomez variar. reſol. tom. 2. cap. 5. num. 6. tit. de ſociet., Donat. Anton. de Marin. cap. 207. num. 5., Carol. Anton. de Luca ibid. num. 2., Rot. deciſ. 734. num. 9. coram Dunozet Jur., deciſ. 151. num. 12. part. 10. recent. & in Veneta ſeu Anconitana Pecuniaria 9. Maii 1698. §. Potiſſime, coram Me; & in Romana Pecuniaria, ſeu tranſactionis 17. Jun. 1701. §. At non ſic erat, in fin. pariter cor. Me.*

De reliquo, præciſive etiam ab his ex practica prudentia Juris imbibitis reflexionibus, Domini adinvenere, quod allatæ per fideicommiſſarios conjecturæ atque illationes nequaquam poterant proſternere & abolere literam ipſius publicæ inſtrumentariæ acquiſitionis, itaut, quando etiam hujuſmodi argumentationes aliqualem toleraſſent, ſeu præbuiſſent ſpeciem probationis, adhuc nuſquam præſervari nequibant ab involucro, & quadam innegabili dubietate; quapropter numerandæ erant inter illas exceptiones, quæ nuncupantur altioris indaginis, ſuntque inhabiles ad retardandam publicorum Inſtrumentorum expreſſionem & exe-
8 cutionem reſpective, reſiſtente regula, de qua *Burſat. conſ. 129. num. 53. & 57., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 734. num. 13. & 14., Modern. Manſ. conſult. 179. num. 4. & 5., Rot. Lucenſ. penes Palmam nepot. deciſ. 122. num. 1. & 2. tom. 2. & deciſ. 287. num. 10. tom. 3., Urceol. deciſ. Florent. 44. num. 10.*

Et quidem, quod hæ conjecturæ atque illationes forent ſaltem turbidæ, ſi non penitus & ad oculum inſubſiſtentes, patefaciebant deci-

ſtones uſquedum æditæ in cauſa, & in quibus fer-
me omnes ſingillariter confutabantur; principa-
lior autem, quod in libris Socialibus exiſterent
controverſa prædia adnotata ſub titulo: *Beni ac-
quiſtati dalli Signori Vincenzio, e Girolamo Bavoſi*,
& alibi– *Beni acquiſtati da noi*: cum ſimilibus ru-
bricationibus tripliciter conterebatur, primo
ex quo non modice ſuſpicari fas erat de hujuſce
rubricaturæ realitate, dum iidem libri per ſpa-
tium annorum fere triginta ſteterant in poſſe
Actorum, non autem in aliquo publico officio
immuni ab omni ſuppoſitione vel alteratione,
9 proindeque cum ſola probabilis antidata hujus
intitulationis ſuffeciſſet, ne poſſent cenſeri gra-
vati creditores ad fidem iiſdem libris perhiben-
dam, multo magis, quoties poterat fortiter du-
bitari de ſubſtantia, præſertim in re ſuapte na-
tura non mercantili, ad quam reſtringuntur
etiam particularia ſtatuta, jubentia contra rigi-
diorem Juris cenſuram fidem adhiberi libris
mercatorum, ut habetur in *tract. de commerc.
& mercat. diſcurſ. general. num.* 105., *& penes
Conciol. ad ſtat. Eugubin. lib.* 2. *rubric.* 74. *num.*
10 4. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 312. *num.* 6., *Gratian.
diſceſ. Marcb.* 137. *num.* 10., *ibique Scopp. num.*
417., *Rot. deciſ.* 272. *num.* 4. *&* 5. *par.* 17. *rec.*, *&
deciſ.* 1365. *num.* 1. *coram Emerix Jun.*

Secundo plenius, quia Peritiæ ſuper iiſdem
libris & prætenſionibus adſcitæ nunquam de
hac intitulatione, & conſecutivo fideicommiſ-
ſariorum argumento fecere mentionem, quod
utique nec ipſi Periti, neque partes contendentes
promovere deſeruiſſent, ut ait Juriſconſultus in
leg. 3. *ff. de militar. teſtam.*, *& in l. cum pater
ff. de Jur. dot.*, *Rot. Florentin. apud Palmam nep.*
11 *deciſ. Lucenſ. decis.* 143. *num.* 25., *Rot. noſtr. de-
ciſ.* 262. *num.* 19. *coram Cerro*, *deciſ.* 154. *num.*
17. *part.* 12. *recent.*, *Romana ſeu Veneta Immiſ-
ſionis* 12. *Maii* 1698. §. *In præſenti coram Me*, *&
in Urbinaten. Pecuniaria* 14. *Maii* 1700. §. *Tertio
potenſius, pariter coram Me*.

Tertio demum, quia neque formaliter tenor
ejuſdem intitulationis: *Beni acquiſtati &c.* ſonans
in numerum pluralem quicquam ſolide adſtrue-
bat ad intentum eorumdem fideicommiſſario-
rum; ſub eodem namque titulo non ſolum con-
tinebantur bona de facto acquiſita per Hierony-
mum particulari nomine, verum etiam adſcri-
ptæ legebantur acquiſitiones ſimultanee per
Vincentium & Hieronymum expletæ; ac prop-
terea ſat erat verificari correſpondentiam rubri
cum ipſo nigro in aliqua parte, ex animadverſis
per *Altograd. conſ.* 63. *num.* 11. *lib.* 1., *Palmas
nep. allegat.* 47. *num.* 12. *&* 13., *& alleg.* 50.
num. 36. *&* 37., *Manſ. conſult.* 355. *num.* 84.,
12 *Rot. deciſ.* 386. *num.* 6., *& deciſ.* 394. *num.* 17.
part. 16., *deciſ.* 225. *num.* 45., *deciſ.* 230. *num.*
16., *& deciſ.* 262. *num.* 12. *part.* 17. *recent.*, *de-
ciſ.* 792. *num.* 12. *coram Buratt.*, *& deciſ.* 1289.
num. 10. *coram Emerix Jun.*

Non minus, (proſequendo partitas, ſeu an-
notationes prædictorum librorum) reddebatur
ſuſpecta & irrelevans illa oppoſitio, quod, cum
Hieronymus pro ſolvendo pretio ipſorum Præ-
diorum ſuſcepiſſet quædam nomina debitorum
attinentia ad Societatem, fuiſſetque idcirco de-
bitor in hoc diſignatus, in altera poſtmodum par-
tita declararetur creditor; unde inferebatur,
quod ſuperfluum fuiſſet, quod idem Hierony-
mus debitor, & creditor efficeretur, quoties in
proprio dumtaxat nomina debitorum aſſumpſiſ-
ſet, & loco pretii expendiſſet; ſolus namque
debitor debebat dici & affirmari juxta notiſ-
ſimam praxim capſoriam, ubi Socius aliquid
ſumit de burſa Societatis, uti ponderarunt *Mi-
chalor. de fratrib. cap.* 18. *num.* 5. *&* 6. *Dec.*
13 *conſ.* 12. *num.* 6., *Menoch. conſ.* 12. *num.* 17., *Jaſ.
conſ.* 12. *verſ. decimo lib.* 2., *Manſ. conſult.* 437.
ſub num. 36. *& num.* 37. *in fin.*

In primis quippe torquebatur hujuſmodi ar-
gumentatio & ſuperfluitas, dum poſito, quod
Hieronymus acquiſiviſſet nomine Societatis, li-
quide fuiſſet inſcriptum, quod nomina hæc ſo-
cialia fuerunt detracta ab ipſo negocio pro com-
plenda hac acquiſitione prædiorum in communi
ſicuti per ſe pateat ad ſenſum; Et in omnem
caſum ſubintrabat potentior occaſio ſuſpicandi
circà has mutationes partitarum, dum ex ipſa
data comprehendebantur appoſitæ poſt ſex
menſes ab obitu Vincentii, & quatuor uſque
Periti, de more ſemper informati & inſtructi
per ipſos contendentes, nullam de hujuſmodi
partitis effecerant mentionem contra ſolemnem
veriſimilitudinem, de qua ultra ſuperius alla-
tos teſtificantur, *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præ-
ſumpt.* 77. *n.* 1. *& ſeq.*, *Manſ. conſult.* 377. *n.* 31., ha-
beturque *in tract. de commerc.*, *& mercat. diſcurſ.*
14 29. *n.* 31. *in med. Modern. Argentan. collucl.* 21.
n. 26. 28. *&* 29., *& ſeq. lib.* 1. *Rot. deciſ.* 543.
num. 43. *coram Dunozet. Jun.*

Ejuſdemque inſubſiſtentiæ nota laborabat al-
tera illatio pariter deprompta ex aliis libris do-
meſticis reſpectu annotationis fructuum perce-
ptorum ab hiſce prædiis coemptis a Hieronymo;
nàm, præter ſemper coincidentem ſuſpicio-
nem hujuſcemodi librorum ob illorum perma-
nentiam in manibus fideicommiſſariorum per
prædictum ſpatium annorum triginta, adhuc,
cum deſcriptio iſtorum fructuum nullam conti-
neret ſpecificationem ſocialem nullamve mix-
turam, ſive confuſionem involveret cum fru-
ctibus & utilibus aliorum, ſive effectuum com-
munium; omnis propterea diſcurſus remanebat
15 æquivocus, & conſequenter irrelevans ad
ullum conſtituendum gradum probationis, ex
collectis per *Maſcard. de probat. concluſ.* 36. *num.*
64., *Modern. Argentan. collucl.* 50. *num.* 77. *lib.* 2.,
Manſ. conſult. 552. *num.* 2., *& conſult.* 616. *num.*
22., *Rot. deciſ.* 920. *num.* 4. *coram Coccino*, *&
deciſ.* 525. *num.* 3. *coram Cardinali Cerro*.

Denique non leviori æquivocatione afficieba-
tur præſuppoſitio, & quod in Sententia prolata
in altera cauſa Lauræ cum Hieronymo nomina-
retur quoddam prædium *di S. Giovanni del Treb-
bo*,

ho, velnti commune cum Vincentio, & quod
tàm in Bilancio, quàm in tranſactione per
eundem Hieronymum cum Laura profiterentur
bona detinere, ac recognoſcere a Vincentio,
ſeu a fideicommiſſo: quoniam in ordine ad
enunciatum prædium *di S. Giovanni* jam fidei-
commiſſarii illud occuparunt, illudque nihil
commune habet cum quatuor hactenus contro-
verſis; & quoad præfatam aſſertam confeſſio-
nem emiſſam in tranſactione acbilancio, eo ipſo,
quod nihil præciſe, & ſignificative exprimebatur
de prędiis in ſtatera hodierni Judicii perpenſis,
neutiquam inferri valebat, quod in individuo
prædia ad præſens oppugnata complecteretur, ut
16 ad rem habetur *Tract. de commerc. & mercat.
diſcurſ. 56. num. 53. Modern. de Angel. de confeſſ.
lib. 3. quæſt. 1. num. 3. Tob. Nov. conſ. 24. num.
27., & conſ. 27. num. 7. Cravett. conſ. 157. num. 4.,
Manſ. conſult. 343. num. 75. Palma nep. inter ejus
recollect. deciſ. 226. num. 12. Rot. deciſ. 121. num.
18. & deciſ. 685. num. 3. part. 1. diverſor., deciſ.
164. num. 13. part. 9. recent., deciſ. 54. num. 7.
coram Pænia, deciſ. 61. num. 3. coram Durano, &
deciſ. 169. num. 13. coram Bichio.*

Efficacius autem quia, ut etiam extitit obſer-
vatum in deciſionibus alterius inſtantiæ, quate-
nus ſermo eſt de tranſactione celebrata cum
Laura, potius ſub eadem coruſcabat fortior, &
clarior explanatio contrariæ veritatis, ex quo
in ipſa tranſactione Hieronymus ſerio profeſſus,
ac proteſtatus fuerat, conflictata prædia ad ſe-
metipſum privative ſpectare, ideoque nemo po-
terat inficias ire, quominùs hæc aſſertio magis
clara, & certa non detruderet ambiguam &
17 incertam, uti vidimus allatam per Fideicom-
miſſarios, *Poſth. de manut. obſerv. 38. num. 34.
& ſeq., & obſerv. 71. num. 77. & ſeqq., & reſolut.
141. num. 95., Cyriac. controv. 10. num. 27., Me-
noch. conſ. 449. num. 6.,* Giovagnon. *conſ. 9. num.
108. & 114., & conſ. 12. num. 16. & 18. lib. 1.,
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 402. num. 14.*

Firmiter itaque his præpoſitis, parum Domi-
nis relevare viſum eſt id, quod poſtremo loco
ſubjungebatur per defenſores Fidecommiſſario-
rum, nempe quod de tempore acquiſitionis prę-
diorum, Hieronymus nec tantam ratam Capita-
lis, neque tot lucra adeptus eſſet, quæ poſſent
correſpondere valori horum prædiorum, quaſi-
quod nequiret exinde referri eadem acquiſitio
niſi pecuniæ ſociali, & ſimul intelligi, ad gravius
18 delictum excludendum, uti facta beneficio ejus
ſocietatis ex his, quæ non abs re fuerunt ponde-
rata *in tract. de Commerc. & mercat. diſcurſ. 51.
n. 17. & 18.,* & tradiderunt *Menoch. de arbitrar.
lib. 2. cent. 3. caſ. 300. num 7. & 8, Rota deciſ.
395. num. 13. coram Celſo, deciſ. 543. num. 45. coram
Dunozett. jun. deciſ. 133. n. 13. & 14. coram Eme-
rix. jun., & dec. 420. n. 5. part. 12. recent.*

Statim quippe huic objectioni ſeſe obtulit
ampliſſima replicatio tam in facto, quam in Ju-
re; etenim ex quo ſecundum ſupra firmata non
poterat ob id ulla certitudinaria totalis immiſ-
ſio concedi, maxime reluctante adverſus hoc
mere conjecturale ratiocinium cubitalis lite-
ra publici Inſtrumenti acquiſitionis; In facto
autem aliud erat tempus acquiſitionis. & aliud
pecuniæ ſolutæ, unde dato millies, quod de
præciſo tempore ſtipulatæ acquiſitionis tot utili-
bus, & capitalibus Hieronymus careret, quæ
pretium implerent, nihilominus cum ſolutio fa-
cta venditori non ex iterit poſitive expleta niſi
poſt immiſſionem totius ratæ capitalis, lucro-
rumque reſpective additamentum, ecce quod
manifeſte ex ipſo facto jugulabatur omnis intel-
lectualis ac mera ratiocinatio, *ad Text. in leg.
Si ex plagis 52. §. in clivo Capitolino ff. ad leg. aquil.
19 Bald. conſil. 52. num. 2. in fin. lib. 3., Rot. deciſ.
163. num. 1. part. 19. recentior., & in Cracovien.
Scholaſticæ 9. Februarij 1699. §. final. coram
Me.*

Omiſimus, ſed non abs re, peragere de alio
quinto quodam corpore, quod pariter in præ-
ſenti ſententia fuerat ab immiſſione præſerva-
tum commodo creditorum; apertiſſime ete-
nim conſtabat, iſtud corpus fuiſſe coemptum a
Thoma Patre Hieronymi ac Vincentii, nul-
lam obligationem ſubeunte de explendo inve-
ſtimento pro pręſenti Fideicommiſſo; cumque
ſolus Hieronymus, repudiata hæreditate per
Vincentium, fuerit hæres ipſius Thomæ omnis
ratio expoſtulabat, quod in eumdem Hierony-
mum ſolummodo tamquam ſolum hæredem ef-
fectum transfuſum fuerit hoc quintum corpus ſi-
ve jus hęreditarium ac liberum authoris ſui, vul-
gat. *text. in leg. 3. in fin. & leg. 4. ff. de bonor. poſſeſſ.
contr. tabul., Caſtren. in leg. pactum num. 8. Cod.
20 de collat., & in leg. ſi actionem num. 2. Cod. de
pact. Bellon. de Iur. accreſc. lib. 1. cap. 5. quæſt. 58.
num. 7. & 8. & ſeq., Surd. conſil. 244. num. 5.
Giovagnon. conſ. 2. n. 19., conſ. 3. n. 14., & conſ.
91. num. 6. lib. 1., Rot. dec. 49. n. 31. poſt., Torr.
de pact. futur. ſucceſſ.*

Non adverſante nova reſponſione Fideicom-
miſſariorum, quod cum non tantum Thomas,
ſed etiàm Vincentius inſimul coemiſſent idem
Corpus, & e contra foret innegabilis obligatio
Vincentii reſpectu memorati Inveſtimenti per
Fideicommittentem ordinati, nequiverit, ra-
dicata jam acquiſitione, ſucceſſive Vincentius
propriam medietatem retrocedere genitori in
præjudicium inveſtimenti jam facti, ſeu Fidei-
commiſſi, *Rocc. diſput. Jur. 137. n. 11. tom. 2.,
Rot. deciſ. 350. num. 4., & ſeq. coram Priolo, in
21 Romana Salviani 3. Iunij 1689. §. Etenim obie-
ctum. coram R. P. D. meo Caprara, & 20. Februa-
rij 1690. §. Minus coram Reverendiſſimo Manuel.
Epiſcopo Zamoren.*

Siquidem objecto aliquam ſibi promereri va-
luiſſet probabilitatem ad terminos prælaudatæ
diſtinctionis enucleatæ in dicta Cathacen. Hære-
ditatis coram Cerro, quando efficaciter per
violentes conjecturas, aut ſpecifice oſtenſum
fuiſſet, quod acquiſitio medietatis Vincentii fa-
cta extitiſſet ex effectibus hæreditariis Fidei-
com-

committentis, ut extorquere, ac convincere ſatagebant Informantes pro prædictis Fideicommiſſariis ex quadam alia ſuppoſitione, quod tertia pars Capitalis Tabernarum, de quibus ſupra, pertineret ad idem Fideicommiſſum, quodque ex hac tertia rata fuerit a Vincentio in ſolutione pretii ſatisfacta, ſeu completa propria virilis. Verum omnia hæc abſque ullo probationis fulcimento gratis undique figurabantur, quia jam præteritæ deciſiones luculenter, ac citra neceſſitatem ulterioris replicationis demonſtrabant, prædictum tertium Capitale fuiſſe libere acquiſitum a Vincentio; ſed, quod plus erat, atque eliminabat omnia præſuppoſita, jam in facto fuerat concordatum §. 10. quod Vincentius ex ſolverat pretium hujuſce quinti Corporis de propriis liberiſve pecuniis, proindeque reddebatur inapplicabile ſecundum membrum diſtinctionis habitæ in memorata cauſa *Cateeen. coram Cerro*; & non erat amplius dubitabile, quod quilibet etiam gravatus inveſtire de certis effectibus, ſi de ſuo ſolvat, ſibique ſtipuletur, & acquirere intendat, ſibi quoque prorſus libere & infallibiliter acquirat, ex uno ore affirmatis apud *Vreeol. de tranſact. quæſt. 82. ex num. 35. & pluribus ſeqq., Venturin. conſ. 16. n. 52., Menoch. conſil. 213. num. 23., Cæphal. conſil. 645. num. 49. & ſeqq., Merend. contr. Jur. cap. 23. num. 15. lib. 6., Noguerol. allegat. 20. num. 130., Andreol. contr. 125. num. 10., & cont. 182. num 2., Rota diciſ. 70. num. primo part. 9. recentior., deciſ. 72. num. 8. coram Zarata, & pleniſſime deciſ. 1143. per tot. coram Emerix Jun.*

Et ita, præcipue in hoc Judicio immiſſionis, reſervatoque jure Fideicommiſſariis rectius agendi in concurſu creditorum Hieronymi, necnon remiſſive de cætero ad uberes deciſiones bon. memor. Urſini, & Reverendiſſimi Domini Decani, reſcriptum fuit utraque &c.

CAVALLICEN. HOMAGII.

Veneris 10. Junii 1701.

ARGUMENTUM

Ex quibus excludatur univerſale dominium directum fundiarium quoad bona exiſtentia etiam intra limites Feudi, ſeu Caſtri: Quando agitur inter ſupremum Principem & Baronem, conjecturæ leviores ſufficiunt: Quando vero agitur inter Baronem & Vaſſallos, tunc conjecturæ debent eſſe urgentiſſimæ, inter quas unica pro capitali. Recenſentur aliqua adminicula pro excluſione d. Dominii univerſalis fundiarii.

SUMMARIUM.

1 *Homines Vaſſalli Baronum ſtatus Avenionenſis, & Venaiſſini, quam juriſjurandi formulam præſtare debeant.*

2 *Baro poteſt a Vaſſallis aliud juramentum exquirere, quam illud debitum ab iis Vaſſallis, qui ſub alterius poteſtate territoriali ac juriſdictionali, ratione Perſonæ, commorantur.*

3 *Nulla conſequentia vel illatio extorqueri permittitur a particularibus ad univerſalia.*

4 *Altius dominium ſeu juriſdictio Principis ſuperioris ſeu ſupremi ſemper eſt præſupponendum in ſpecie ſtatus Eccleſiaſtici.*

5 *Dominium fundiarium univerſale, publicæ libertatis & commercii impeditivum, per concludentiſſimas juſtificationes probari debet aliàs omnis præſumptio viget pro libertate.*

6 *Quæſtio ſi agitur cum ſubditis Domini & Baronis ſubalterni (excepto tamen Principe ſupremo cum ſuo feudatario) ſuper præſumenda qualitate feudali bonorum exiſtentium intra circumdarium Caſtri, tunc recurri valet etiam ad conjecturas & demonſtrationes.*

7 *Iſtæ tamen ad eam unicam reſtringuntur, an ſcilicet reperiantur exſtare intra idem circumdarium alia bona privatorum libera, quia tunc poſſidens habet pro ſe præſumptionem libertatis, illique ſufficit ſola poſſibilitas ejuſdem libertatis.*

8 *Vel quoties reliqua bona ſunt ſervilia, quia tunc oppoſitor premitur a majori præſumptione, quod bona ſua ſint ejuſdem naturæ, cujus ſunt reliqua univerſa.*

9 *Princeps ſupremus poteſt indefinite circa univerſam juriſdictionem ac etiam proprietatem inveſtire unum Baronem, & particulariter alium in certa parte vel quantitate Dominum conſtituere.*

10 *Negativa demonſtratio Dominii univerſalis fundiarii reſultat, ſi Baro in ſuo Cathalogo admodum pauca deſcripſit alienationes ſeu acquiſitiones, quæ illius directum dominium recognoſcerent.*

11 *Præſumptio ſemper militat pro validitate & conſiſtentia rei judicatæ.*

DECISIO CCII.

TRinæ Sententiæ favorabiliter impetratæ, prima nempe vice in Curia A. C., & deinceps in Sacra Rota *coram R. P. D. meo dell' Olmo, & coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*, meſſem, ſive fructum recolligere ſuſpirans Communitas Caſtri Thori, procuravit alacriter in hac quarta ſeu quinta inſtantia reaſſumi conflictum ſuper diſpoſitione univerſalis ac fundiarii dominii prætenſi per Ducem de Caderoſia ejuſdem Caſtri Dominum ac Baronem, mediante nova commiſſione mihi directa. Unde ad illius limites iterato certamine, Domini incontinenti dignoverunt, *conſtare de re judicata*, prout in propoſita dubitatione, illos de ſtylo Sacri Tribunalis, humiliter interrogaveram.

Præſuppoſito namque puncto validitatis incontrovertibili prædictarum Sententiarum, & ſine qua aliàs nulla prorsus, ex notoriis, potuiſſet efformari res judicata, rursus quæſtio reducebatur ad juſtitiam: utrum ſcilicet in rei veritа-

ritate tenerentur homines præfati Caſtri ſubire
illam,jurisjurandi formulam,quæ a Duce ſeu Ba-
rone offerebatur, ſecumque manifeſtiſſimè tra-
hebat agnitionem & confeſſionem plenarii do-
minii proprietarii,ſeu fundiarii univerſalis ſuper
bonis totiusCaſtri,juxta celebrem altercationem
aliàs inter Barones & Vaſſallos hujuſce ſtatus
Avenionenſis,& Venaiſſini exardentem,ſicuti li-
queta pudScribentes illarum partium,& ſignan-
ter penes *Ludov. Bell. conſ.* 111. *per tot., Tondut.
Sanleger reſolut. civil. cap.* 41. *pariter per tot.* ubi
videtur, familiarem hanc inibi materiam a ſuis
principiis exordiri atque differere.

Demum igitur viſum eſt, Ducis petitionem
haud eſſe de juſtitia fundatam in toto ſuo genere,
quidquid dicendum eſſet reſpectu particularium,
qui illam ex propria confeſſione vel agnitione
de facto approbaſſent, ideoque non poſſe Du-
cem univerſaliter exquirere ab enunciatis Vaſ-
ſallis aliud juramentum, quàm debitum ab iis,
qui ſine re ullo modo in ſub feudum recepta, ſub
alterius tantummodo poteſtate Territoriali ac
juriſdictionali, ratione perſonæ, commorantur,
3 cum poſitiva ſeu paſſiva qualitate Vaſſallagii,
& ut ita dicamus, ſubdiditatis, quemadmodum
poſt *Jacobin. de feud. in verbo: Qui quidem inveſti-
ti. num.* 9. *& Vulter. eodem tract. lib.* 1. *cap.* 6.
num. 5. 6. *&* 7. *diſtinguit Sanleger. dicto cap.* 41.
num. 30.

Probationes etenim pro parte Ducis in antea-
ctis propoſitionibus allatæ, & ſeriè inſiumul re-
jectæ *in deciſ.* 20. *Martii* 1699. *coram R. P. D.
meo dell' Olmo, &* 29. *Januarii* 1700. *coram Re-
verendiſſimo D. meo Molines Decano*, hodieque ad
triplicatum,& quamvis ex officio plus quam ma-
turum examen appenſæ apparuerunt penitus
inefficaces, pront & quales erant in primis for-
mulæ Juramentorum,quas de preterito hujuſmo-
di homines adhibuiſſe dicebatur;quædam pariter
tranſactio inita inter ipſum Ducem & Commu-
nitatem de anno 1608. nec non quamplures
alienationes terrarum factæ per nonnullos Vaſ-
ſallos ſub expreſſa reſervatione conſenſus Baro-
nalis, & Juris laudemiorum ad normam *Text.
in l. fin. C. de jur. emphit.* ac denique depoſitiones
nonnullorum Teſtium una cum Sententiis la-
tis de anno 1580. & 1591. quia citra im-
probam neceſſitatem retexendi jam dicta &
ſolide fundata in ſupra mox prælaudatis deciſio-
nibus, ſemper inconcuſſa ad excluſionem rigi-
dæ hujus prætenſionis aſſurgebat reſponſio,quod
præciſive a quadam ulteriori aſſertione per Pro-
curatorem Communitatis emiſſa de anno 1691.
& cæteroquin ab omni præjudicio penitus vin-
dicata *in dicta deciſione R. P. D. mei dell' Olmo
§. Nullum*, hæ omnes demonſtrationes nequa-
quam percutiebant exoptatam univerſalitatem,
ſed arctabantur intra cancellos bonorum, vel
perſonarum particularium, in quibus ſane ter-
minis, ſi in quacumque indifferenti materia ne-
que logicè neque juridicè permittitur extor-
queri ulla conſequentia vel illatio a particula-
ribus ad univerſalia, teſte *Altograd. conſ.* 62.
ſub num. 19. *verſ. Quia negatur, & conſ.* 69. *num.*
101. *lib.* 2., *Gatt. conſ.* 22. *num.* 54. *Modern. Ar-
gentan. collect. legal.* 34. *num.* 130. *tom. primo, &
collect.* 20. *num.* 11. *verſ. Tum quia, & collect.* 35.
num. 99. *& collect.* 45. *num.* 44. *tom.* 2.

Quanto fortius hoc ipſum remanebat inadu-
cibile, ſive inextendibile, dum ſubjecta materia
penitus repugnabat, ex quo ſalvo alto dominio
ſeu juriſdictione Baronis, & multo magis altiori
Principis Superioris ſeu Supremi, de quo tam-
quam ſemper præſupponendo in ſpecie ſtatus Ec-
cleſiaſtici extat plenum conſilium *Spadæ conſ.* 1.
4 *lib.* 1., ipſamet natura, nedum jura proclamant
ad libertatem, proindeque ſpecificè non docto,
oſtenſoque per concludentiſſimas juſtificationes
hoc magis præjudiciali fundiario Dominio, uni-
verſali publicæ libertatis & commercii impe-
ditivo, & inſimul oneroſo ratione conſenſus,
Canonum, & Laudemiorum,omnis præſumptio
viget pro libertate, vel quod idem eſt,pro libera
poſſeſſione rem detinentis, quemadmodum
5 unanimiter concludunt *Menoch. conſ.* 127. *num.*
17. *Valenz. conſ.* 78. *num.* 2. *&* 5., *Gatt. conſ.* 22.
num. 1. *&* 2. *&* 56., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*
736. *num.* 59., *Cardin. de Luc. de feud. diſcurſ.*
43. *num.* 5. *verſic. Applicando., Epiſc. Rocc. diſput.
jur. ſelect. cap.* 58. *num. primo*, præter alios ad-
ductos in antecedentibus deciſionibus, nempe
20. *Martii* 1699. §. *Potiſſimum, coram R. P. D.
meo dell' Olmo, &* 29. *Januarii* 1700. §. *Iterum,
coram Reverendiſſimo D. meo. Molines Decano.*

Et ob id, licèt in hac famigerata controver-
ſia, an bona, exiſtentia intra feudum aut cir-
cumdarium Caſtri & Territorij Baronalis, præ-
ſumenda ſint feudalia, ſive in eorum proprieta-
te Baronalia, conveniant Doctores, quod vbi
eadem controverſia(exceptivè a Principe Supre-
mo, aut alio Superiori cum ſuo feudatario) agi-
tetur cum ſubditis Domini & Baronis ſubal-
terni, recurrere oporteat, aut valeat etiam ad
conjecturas, & demonſtrationes, vti proſequi-
6 tur *Altograd. conſ.* 3. *num.* 33. *tom.* 2., *Gatt. di-
cto conſ.* 22. *num.* 51. *verſic. Ex ſignis, Menoch. de
præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 91. *num.* 29., *Moder.
Argentan. collect. legal.* 35. *num.* 103. *volum.* 1.,
Adden. ad Buratt. deciſ. 602. *num.* 15. *cum alijs
in prædicta deciſione* 29. *Januarij* 1700. §. *Agno-
ſcebant coram Reverendiſſimo D. meo Molines De-
cano*;

Nihilominus omiſſis ferme veluti ſubſtantia-
liter inanibus reliquis magis vagis ſignis, cir-
cumcumſtantiis, & demoſtrationibus,ſolemnio-
ri calculo apparet innixa hujuſce diſputationis
diſſolutio ac deciſio ad illam potentiorem,
& quodammodo vnicam conjecturam, utrum
reperiantur extare intra idem circumdarium
alia bona privatorum, quæ ſint libera, vel po-
tius nulla prorſus per contendentem juſtificetur
libertas aliorum particularium bonorum. In
primo etenim caſu, quia poſſidens habet ad
ſui favorem preſumptionem libertatis, de qua
ſupra

ſupra, eique idcirco ſufficit ſola poſſibilitas ejuſ-
dem libertatis, recte opponere valet Baroni,
quod ſi adſunt in diſtrictu hæc & illa bona pri-
vatorum libera, ita non minus talia ſint repu-
tanda, vel ſaltem queant eſſe illa, quæ poſſi-
7 det, prout bene ratiocinantur idem *Altograd.*
conſ. 4. num. 30. tomo 2., Gatt. dict. conſ. 22.
num. 50., Cardin. de Luca de feud. dict. diſcurſ. 2.
num. 16. & diſcurſ. 56. num. 12., Tondut Saleger.
dict. cap. 41. num. 4., Epiſcopus Rocc. diſput. Jur.
ſelect. cap. 58. num. 7., & Rota in præcedentibus
hujus cauſæ deciſionibus 20. Martii 1699. §. Tan-
tum abeſt, coram R. P. D. meo dell' Olmo, ac 29.
Januarii 1700. § In idem, coram Reverendiſſimo
Domino meo Molinens Decano.

In ſecondo autem caſu quoties reliqua vni-
verſa bona certo certius exiſtant ſervilia, tunc
conquaſſatur præfata generica præſumptio, quæ
aſſiſtit poſſeſſioni & libertati, illeque oppoſi-
tor, qui vnicus eſt in ſua prætenſione & oppoſi-
tione, neceſſario ſuffocatur a fortiori præſum-
ptione. quod bona ſua ſint ejuſdem naturæ, cuius
eſſe dignoſcuntur indiſcriminatim reliqua uni-
8 verſa, ad tradita per *Soccin. ſen. in l. prima num. 27.*
verſ. Ex quibus. ff. de acquiren. poſſeſſ., Natt. conſ.
449. numero primo cum duobus ſequentibus., Surd.
conſ. 135. numero primo & ſequentibus, & ſignan-
ter numero 6. & 7., Maſcard. de probation. con-
cluſ. 79. numero 25., Sanleger dicto cap. 41. num.
5., & Card. de Luca de feud. dicto d. ſcurſ. 2. num.
16. & diſc. 56. num. 12.

Immo hæc ſecunda propoſitio ſeu caſus am-
pliatur etiam, quando conſtaret, quod in eodem
Territorio reperiretur alius Dominus directus,
qui aut bona pro ſe retineret, aut illa alii in feu-
dum, vel emphitheuſim concederet, quoniam
tunc non ſumus in perfecto caſu excluſivo Do-
minii univerſalis, contigente, ubi adſint plures
particulares perſonæ, vel Collegia libere in
Territorio bona detinentes: concurſus quippe
alterius Domini omnino non repugnat, & pror-
ſus abſolutè, cum potuerit Princeps Supremus
9 generaliter ſeu indefinite circa univerſam ju-
riſdictionem ac etiam proprietatem inveſtire
unum Baronem, & particulariter alium in certa
parte vel quantitate Dominum conſtituere
aut creare, ex prænotatis per eumdem *Sanleger.*
dict. cap. 41. num. 6., Cardin. de Luca de feud.
diſc. 133. num. 29., & de regal. diſc. 50. num. 3.

Recurrendo igitur ad præmiſſa principia,
coincidebat favore Communitatis tam negati-
va quàm etiam poſitiva juſtificatio, quod aliæ
citra dubium forent perſonæ omnimodo allo-
dio ac libertate pollentes, & ſic apertiſſime
caſus ſiſtebat in primo membro diſtinctionis, ſi-
vè figurationis ſuperlative excludentis univerſa-
litatem Dominii Fundiarii. Negativa namque
demoſtratio reſultabat, ex quo Baro recenſens
in ſuo Cathalogo ſeu ſummario alienationes,
& reſpective acquiſitiones ſequutas per interval-
lum trium circiter ſæculorum, nempe ab anno
1428. uſque ad annum 1687., admodum paucas
deſcripſerat, ſeu oſtentaverat, quæ illius dire-
cteitatem recognoſcerent, ſeu præſupponerent;
inveriſimile quippe reddebatur, quod intra ſpa-
tium adeo longævum, & intra totum hujuſmo-
di Baronale Territorium nullæ aliæ indicarentur
ſimili modo expletæ, ſive judicales ſive extra-
judicales diſtractiones; proindeque probabilius
emergebat aſſertum Dominium fundiarium re-
ſtringi ad hæc vel illa bona particularia, non
autem amplecti univerſa bona totius Territorii,
ut poſt *Rotam deciſ. 628. num. 21. part. 18. re-*
cent. egregie animadvertit *deciſio Reverendiſſimi*
10 *D. mei Molines §. Præter quam quod*, & conſo-
nant deducta *in Montis Regalis Prioratus 2. Maii*
1701. §. Eoque pronius, coram Me.

A contrario autem poſitiva ſive affirmativa
juſtificatio pro parte Communitatis effulgebat
ex multiplici ſolutione laudemiorum facta ad
commodum non unius, ſed plurium Eccle-
ſiarum, abſque eo quod eædem Eccleſiæ unum
obulum pro canone & quindenniis Baroni per-
ſolverint: quodque plus erat, oſtendebatur,
ipſummet Baronem acquiſiviſſe quaſdam terras
ſitas in hoc diſtrictu a privatis Dominis libere
diſtrahentibus; quin etiam dabatur *in Summa-*
rio Communitatis diei 29. Januarii 1700. num. 21.
explicita confeſſio ejuſdem Baronis, quod quæ-
dam domus unà cum jure laudandi maneret ſub
directo Dominio alterius Domini: quibus pro-
fecto omnibus inſimul, & non ſeorſim in lance
judicii collibratis, proculdubio verſabamur
in ſupradicto præcedente membro diſtinctionis
communiſſime receptæ, & per conſequens po-
ſita hac aliarum & quamplurium terrarum
& bonorum immunitatem, reſpondendum erat
pro rei judicatæ confirmatione, ſive ſolida con-
ſiſtentia, pro qua etiam militat fortiſſima ſem-
per præſumptio, ut inquit *Rota deciſion. 889.*
num. 3. coram Vbald., deciſ. 312. num 14. coram
Bich., deciſ. 58. num. 14. coram Arguel., deciſ.
127. num 3. coram Cero, deciſ. 201. num. pr. par.
18. recent.. & in Melphicten. Capellaniæ 7. Junii
1700. §. Non enim, coram Me.

Et ita Communitate tantum informante &c.

CRACCOVIEN. CANONICATUS.

Lunæ 13. Junii 1701

ARGUMENTUM

Prorogatio ad effectum dimittendi Beneficium;
quando concedi poſſit. Stante d. prorogatione
Proviſus non ſpoliatur Beneficio. Prorogatio
quid ſit, & a quo tempore incipere debeat. Pro-
viſus non cogitur dimittere primum Beneficium,
ſi ſecundum noviter obtentum, eſt litigioſum, vel
de eo nullam adhuc poſſeſſionem fuerit adem-
ptus. Qui nititur impetrationi Beneficii incom-
patibilis, tenetur plene & concludenter proba-
re, & quaſi digito oſtendere poſitivam & inex-
cuſabilem in Poſſeſſore reluctantiam in dimit-
tere

tendo. Gratia quando eſt obreptitia & ſubreptitia, non præſumitur Papam illam concedere voluiſſe; ſed ſubreptio ut evitetur, ſufficit Papam id, quod obſtat, potuiſſe in genere cogitare.

S U M M A R I U M.

1 *Gratiæ obreptitiæ, ac ſubreptitiæ nunquam ſubſtinentur, neque executioni ſunt demandandæ.*

2 *Sacra Congregatio Conſiſtorialis, quoties promoveri contingat ad Cathedralem aliquem obnoxium particulari reſidentiæ vel Curæ Animarum, ſolet temporalem iſtius fruitionem, ac retentionem concedere.*

3 *Si quis per aſſecutionem Canonicatus Parochialem non dimittat, remanet de jure orbatus Canonicatu propter incompatibilitatem.*

4 *Præcipue ſi accedat decretum Summi Pontificis, vel alterius de dimittendo.*

5 *Limita, ſi proviſus prorogationem obtinuerit a ſummo Pontifice, quia tunc non cadit in commiſſum cujuſcumque pœnalis decreti.*

6 *Et ſtante prædicta prorogatione, non poteſt proviſus a jure ſuo, & ſignanter a gratia Canonicatus noviter obtenta decidere.*

7 *Prorogatio præſupponit durationem temporis prorogati ſeu prorogandi, neque locum ſibi vindicat illo defluxo & extincto.*

8 *Vacatio inducitur per detentionem alterius Beneficii incompatibilis, & Poſſeſſor utriuſque abſque Pontificia diſpenſatione ſe confovet in illicita poſſeſſione.*

9 *Prorogatio non eſt concedenda in præjudicium illius, qui ante per ſupplicationem a Pontifice ſignatam Jus acquiſiverat ad Beneficium.*

10 *Papa quoties vult, ut gratia ſive diſpenſatio deſumenda ſit ab ipſo momento ſive die datæ ipſius gratiæ, apponere ſolet clauſulam illam* a diæ datæ præſentium.

11 *Dimiſſio Beneficii per Papam demandata infra certum tempus, nuſquam illud decurrere incipiet niſi a die pacificæ apprehentionis ſecundi Beneficii.*

12 *Proviſus nequit propria auctoritate capeſſere, vel legitime retinere poſſeſſionem Beneficii, priuſquam Executor in literis Apoſtolicis deputatus opportunam illi dederit authoritatem.*

13 *Proviſus ſi ante obtentam legitimam apprehenſionem ſeu intraturam Beneficii, poſſeſſionem obtinuerit, cenſendus potius eſt intruſus ob male expreſſam ejuſdem beneficii qualitatem.*

14 *Durante rationabili timore ſuper præcedenti impetratione alicujus beneficii, tempus non currit noviter Proviſo ad dimittendum beneficium quod ante habebat.*

15 *Amplia, quod neque de effectivit moleſtiis poſſeſſor Beneficii tenetur edocere, niſi prius impetrator ſuam fundaverit intenſionem.*

16 *Gratiæ, quæ in forma commiſſaria Papa relaxat, ſemper ad ſui integritatem & effectum expectant declarationem Judicis Commiſſarii.*

17. *Tempus prorogatum de jure labi numquam incipit ſive exorditur, niſi a præciſo momento expiratæ præcedentis dilationis;*

18 *Potiſſimum, ſi ita declaretur ab ipſis viſceribus Pontificiæ prorogationis obtentæ.*

19 *Cupiens obtinere impetrationem Beneficii incompatibilis, tenetur ex parte ſua patefacere poſitivam ac inexcuſabilem in Poſſeſſore reluctantiam in dimittendo.*

20 *Et dura provincia vocatur illa aſſumpta per hoſce Impetratores ex præciſo capite non factæ dimiſſionis.*

21 *Prorogatio de ſtylo attentis circumſtantiis numquam denegari ſolet.*

22 *Melioranti reſpectu Domini directi in bonis emphyteuticis conceditur antelatio ratione melioramentorum & expenſarum.*

23 *Ad impediendam quamcumque intermediam acquiſitionem ſui eſt afferre mandatum Procuræ exaratum ad prorogationem aſſequendam.*

24 *Ad effectum evitandi privationem Beneficii ſat eſt illud coram Notario in partibus dimittere.*

25 *Pendente probabili & honeſto ad Principem recurſu, nunquam mora, quæ eſt mater privationis, incurritur.*

26 *Ex facto fugantur omnes diſcurſus & imperfectæ probationes.*

27 *Præpoſitura alicujus Eccleſiæ collegiatæ, veluti prima Dignitas perſonalem reſidentiam expoſcit.*

28 *Gratia dicitur obreptitia, quando fuit ſuppoſitum Beneficium eſſe reſidentiale, quamvis in rei veritate illud reſidentiam perſonalem non requireret.*

29 *Papa ſi ſciviſſet gratiam eſſe vel obreptitiam vel ſubreptitiam, illam certe non conceſſiſſet.*

30 *Impetrans beneficium, tanquam actor concludenter & digito juſtificare compellitur propriam narrativam, & modum ab eo narratum fuiſſe verum.*

31 *In gratia, quæ nuncupatur* certo modo, *modum expreſſum, qui fuit impetrationis fundamentum, ad unguem verificare neceſſe eſt, quidquid ſit in aliis collationibus.*

32 *Subreptio, ut evitetur ſufficit Papam id quod obſtat potuiſſe in genere cogitare.*

DECISIO CCIII.

Binis innixæ ſuppoſitis ſubſignatæ prodierant literæ Pontificiæ favore Andreæ ſuper quodam Canonicatu ſeu Præbenda Cathedralis Eccleſiæ Craccovien., ſed cum hodie illarum verificationem ac executionem mihi directam Dominis propoſuerim, illico compertum eſt, utrumque ſuppoſitum collabeſcere; proindeque in apertam & innegabilem conſequentiam reſponſum accepi undique negativum, videlicet, haſce literas nullam ſibi promereri executionem.

Præhabitis enim atque præmiſſis regulis valde tritis & familiaribus, quod gratiæ a Paterna Pontificum liberalitate perperam ſubreptæ, vel quomodolibet obreptæ, nequaquam ſuſtinentur, multoque minus executioni deman-

dandæ ſunt præcipue ad commodum, ut in Curia nuncupant extranei delatoris, & piſcatoris hujuſmodi gratiarum regulariter abhorriti & exoſi, ſecundum annotata per *Hoſtien. in cap. cum in multis ſub n. 4. verſ. provide, & ſub n. 9. verſ. verum de reſcript. in 6., Loter. de re beneſ. lib. 2. q. 44. n. 2. & ſeq., Card. de Luc. de beneſ. in ſupplem. par. 4. diſc. 134. n. 4., Rota dec. 269. n. 4., & deciſ. 303. n. 10. coram Roxas in Romana Cappellaniæ 27. Novembris* 1680. *§. Ideo non applicantur in fin. coram clar. me. Card. Vicecomite, in Ferrarien. Cappellaniæ* 10. *Maii* 1694. *§. Hæc complicativè coram bo. me. Urſino, & in Reatina Archipresbyteratus* 13. *Januarii* 1697. *§.* 1. *coram R. P. D. meo Muto, & in Leodien. Canonicatus* 14. *Decemb.* 1699. *§.* 1. *coram bo. me. Jacometto*, & magis luculenter expenſa *in Barchinonen. Beneficii* 14. *Aprilis* 1698. *§. Quamvis, & §. ſequen. coram Me.*

Profectò claudicabat manifeſtiſſime primum ſuppoſitum, quod nempe Petrus ejuſdem Canonicatus actualis poſſeſſor prolapſus ab eo extitiſſet ob non factam in tempore iniunctam a S. Sede dimiſſionem Parochialis Eccleſiæ Villæ Moravicæ; quamvis enim increparet Andreas, quod ſa. me. Alexander VIII. benigne indulgendo conceſſiſſet Petro temporalem fruitionem, ac retentionem prædictæ Eccleſiæ Parochialis juxta prudentialem ſtylum æquitativum, quem plerumque ſervat Dataria in proviſionibus illarum Partium, ac etiam in fortioribus quandoque indulget Sac. Congregatio Conſiſtorialis, quoties promoveri contingat ad Cathedralem aliquem obnoxium particulari reſidentiæ vel curæ Animarum, uti teſtatur *Amayden. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 26. *per tot.*, & concor-
2 dat *Felix de Matta Epiſc. S. Severinæ de Conſiſtorialib. Cauſ. ſect.* 16. *tit de Dignitat. incompatibilit. ex n.* 4.

Eam tamen in caſu noſtro legem ſuperjunxerit, quod niſi idem Petrus infra circulum quinquennii effective in manibus Sanctiſſimi dimiſiſſet hujuſmodi Parochialem, eo ipſo remaneret orbatus nedum ipſa Parochiali, verum etiam beneficio conceſſionis obtenti Canonicatus; ideoque non conſtito ad præſens de hac formali dimiſſione, videretur Petrus juſtæ decidiſſe ab ipſo Canonicatu, & conſequenter ſubſiſtere
3 ſuppoſitum, & impetrationem Andreæ ſolide firmatam in præfata decidentia tum ad normã Juris per *Text. in cap. de multa de Præbend. & in Extravag. Execrabilis de Præbend. Sac. Concil. Trident. de reform. ſeſſ.* 7. *cap.* 4. *& ſeſſ.* 24. *cap* 17., *Gonzal. ad Regul. Cancellar. gloſſ.* 15. *num.* 14., *Caſtropal. Oper. Moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 57. *ſub num.* 22. *verſ. in quo notant, Gabr. conſ.* 193. *num.* 8. *lib.* 1., *Panimoll. deciſ.* 31. *ann.* 1. *num.* 1. *&* 2., *Rota deciſ.* 6. *num.* 1., *&* 2. *coram Merlino, deciſ.* 74. *num.* 13., *& ſeqq. coram Priolo, deciſ.* 266. *num.* 1., *& ſeqq. coram Cerro, & deciſ.* 811. *num.* 10., *& ſeqq. coram*
4 *Dunozet. Jun.*, tum & fortius vigore ipſius decreti de dimittendo, uti annotarunt *Lotter. de re Benefic. lib.* 3. *qu.* 23. *num.* 20. *&* 23., *Garz. de beneſ. part.* 11. *cap.* 5. *ſub num.* 61., *Cocchier. de permut. Beneſ. par.* 3. *cap.* 28. *in princip., Gonzal. ad regul.* 8. *gloſ.* 5. *num.* 100., *Panimoll. deciſ.* 31. *annot.* 1. *num.* 14., *Rota deciſ.* 266. *num.* 1. *coram Cerro, deciſ.* 817. *num.* 11. *coram Dunozet. Jun., in Gneſnen. Canonicatus* 18. *Aprilis* 1690. *§. Validitas coram R. P. D. meo Capra, in Craccovien. Archidiaconatus* 29. *Aprilis* 1697. *§. Et proinde coram Reverendiſſ. D. Meo Decano.*

Nihilominus rimatis ſerio temporibus, lucide apparuit, quod etſi Petrus validam ejus proviſionem controverſi Canonicatus ſecunda vice reportaverit ſub die 24. Octobris 1690., dimiſſionem autem vix expleverit in Curia ſub die 10. Julii 1699., & ſic longe ſupra quinquennium ipſi præſcriptum adhuc cum intermedio, conſtipatus opportune effulgeret prorogationibus ab eadem Sancta Sede ſibi attributis in vanum proinde objurgabatur ſuper hac ſerotina dimiſſione; de natura etenim conſimilium prorogationum ſemper eſt, quod terminus prorogatus retro trahatur, habeaturque acſi extitiſſet ab initio conceſſus, ideoque nuſquam fulfultus hiſce prorogationibus, cadit in commiſſum cujuſ-
5 cumque pœnalis decreti, ex his, quæ perpendendo præfatam naturam prorogationis, generaliter monuerunt *Rocc. diſput. Jur. cap.* 89. *num.* 3., *Coſt. de retrotract. cap.* 8. *caſ.* 29. *a num.* 1. *& ſeq., Maſt. in deciſ.* 35. *n.* 2. *par.* 1., *Rota deciſ.* 505. *num.* 1. *in fin. par.* 3., *deciſ.* 343. *num.* 29. *&* 33. *par.* 12. *recent.*, *& deciſ.* 85. *num.* 26. *&* 29. *coram Priolo, in Romana hæreditatis* 29. *Maii* 1693. *§ Moti coram Reverendiſſimo D. meo Decano*, & magis ad rem noſtram, *Mandoſ. de commiſſ. in xviii. commiſſ. fatal. prorogat. in verb. lite, & cauſa fol. mihi* 105., *Scacc. de appell. cap.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 235., *Rota deciſ.* 369. *n.* 3. *coram Celſo: dec.* 343. *num.* 33. *par.* 12. *recen.*, *& in Romana Multiplici de Falconeriis* 14. *Junii* 1697. *§. Hæc autem circa fin. coram bo. me. Urſino.*

Quod autem revera Petrus uſque ad enunciatam diem decimam Julii 1699. communitus emicaret exuberanti prorogatione, liquebat, quia de anno 1695. legitime fuit aſſecutus prorogationem ad ineundam dimiſſionem Parochialis per aliud triennium, deindeque bis quoque reportavit trimenſtrualem aliam prorogationem, unam videlicet ſub die 19. Februarii 1699. per organum Datariæ, & alteram de menſe Maii ejuſdem anni a Sacra Congregatione Eminentiſſimorum Interpetrum Sacri Concilii Tridentini, quibus ſane prorogationibus collatis & in unum ſummatis certum erat, quod nec in uno momento Petrus remanſerat abſque diſpenſatione, ſive prorogatione Apoſtolica, proindeque nec etiam poterat a jure ſuo, & ſignanter gratia Canonicatus decidiſſe, quemadmodum præter ſuperius inſinuatos optime proſequuntur, *Molin. de Iuſt. & Jur. tract.* 2. *diſp.* 108. *verſ. eſt vero prohibitio, Lotter. de re beneſ. lib.* 1. *quæſt.* 37. *n.* 21., *& quæſt.* 40. *num.* 164., *de Roſ. de execut.*

lite

literar. Apoſtolicarum cap. 5. ſub num. 308. verſ.
6 *nam omnis incompatibilitas de Juſt. de diſpenſat.*
lib. 1. cap. 1. num. 13., Rota deciſ. 187. num. 11.
coram ſa. me. Alexandro VIII., & deciſ. 74.
num. 25., & 26. part. 16. recent.

Et ſane Scribentes pro Andrea parum diffi-
teri videbantur, hujuſmodi computationem,
quatenus, ut ita dicamus, coacervatim & in
confuſo dinumerarentur indulta prorogatio-
num, ſed totam aggreſſionis aciem dirigebat
in ſeparatione dierum & temporum; dicebant
etenim, quod cum proviſio hujuſmodi Canoni-
catus obtenta foret, ut præmiſimus, ſub die
24. Octobris 1690. prima autem majorque pro-
rogatio ad aliud triennium ſignata noſceretur
dumtaxat die 20. Novembris 1695. de plano ſe-
quebatur, quod abſque ulteriori progreſſu, etiam
ſiſtendo in hac prima prorogatione, convince-
batur, prorogationem fuiſſe reportatam jam
penitus expirato termino ad dimittendum, cum
idem terminus egredi non poſſet, niſi reſpon-
dentem totam diem 24. Octobris 1695., ſicque
poſita hac expiratione, non amplius ſufficiens
eſſe valeret nuda prorogatio diei 20. Novem-
bris ſubſequentis, ſed omnino neceſſaria redde-
retur nova conceſſio; prorogatio quippe præ-
ſupponit durationem temporis prorogati, ſeu
prorogandi, neque locum ſibi præoccupat illo
7 defluxo, & extincto, ut advertit *Staphil. de*
ſignat. liter. Juſt. in rubric. fatalia quo vigor.
prorogen. numer. 1. verſ. quæ debent fol. 751.
Marcheſan. de commiſſ. par. 3. prorogat. fatal. §. 1.
num. 41. verſ. petique, & num. 88. verſ. ratio eſt,
Gabriel. de dilat. concl. 3. num. 1. cum ſeqq. Scacc.
de appellat. quæſt. 15. num. 198., Rota deciſ. 105.
num. 3. coram Carillo, & dec. 180. num. 21. &
22. par. 18. rec.

At quando etiam excuſabilis eſſet hæc prima
labentia poſticipatæ prorogationis, ad ſummum
(uti ſubdebant iidem Informantes) nova gratia
dilatoria debuiſſet a Petro ſaltem demonſtrari
intra decurſum menſis Novembris anni 1698.,
ad quem porrigi & ſubextorqueri valebat trien-
nium reportatum de anno 1695.; ſed cum non-
niſi die 19. Februarii 1699. tertia prodiiſſet
enunciata prorogatio per organum Datariæ, pa-
lam erat, quod ſemper intermediabat tempus
exuberans prohibitæ detentionis utriuſque Be-
neficii ſine diſpenſatione, quod ſufficit, ut ve-
rificaretur de jure & facto, Petrum (ſicut ex-
poſuerat Andreas) ſe confoviſſe in illicita poſ-
ſeſſione citra Pontificiam diſpenſationem, ex
8 traditis per *Roſ. de execut. liter. Apoſt. cap. 6. num.*
24., & pluribus ſeqq. Hoied. de incompatibilit. bene-
fic. cap. 11. n. 1. & ſeqq. par. 1. Gonzal. ad regul. 8.
gloſſ. 15. §. 1. num. 45. & ſeqq., & num. 72. &
ſeqq., Rot. deciſ. 266. num. 1. 2. 3. & 4. in fin.
coram Card. C rro deciſ. 246. num. 3. coram ſa.
me. Alexandro VIII., dec. 33. num. 3. & 4. co-
ram Priolo, deciſ. 112. num. 7., deciſ. 325. num.
3., & deciſ. 433. num. 24. coram Dunoz. Jun.,
dec. 87. n. 11., & dec. 587. n. 15. coram Bichio.
Tom. III.

Eoque potiſſime, quia antequam idem Petrus
hujuſmodi tertiam procraſtinationem trime-
ſtralem reportaſſet, jam fuerat ex parte Andreæ
porrecta, ſignatave ſupplicatio pro conſecutio-
ne hujus Canonicatus, ac propterea nullatenus
in præjudicium hujuſce intermediantis Juris ac-
quiſiti per Andream valuerat Petro poſtmodum
ſub prædicta die 19. Februarii ulterior trime-
ſtralis attribui prorogatio, ex bene ad rem per-
9 penſis per *Bartol. in l. ſi quis pro emptor. n. 12. &*
ſeqq. ff. de uſucap., & in tract. de c mmerc. & mer-
cat. diſc. 69. num. 5. Io. Franc. de Pont. de poteſt.
Proreg. tit. 6. §. 1. num. 22. Carleval. de Judic.
tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſput. 23. num. 18. & 25.
Larath. de feud. par. 8. dilucidat. 60. Rocc. diſput.
Jur. cap. 62. num. 29. Franc. deciſ. 86. num. 2.
& 3. ibique Carol. Anton. de Luc., Rot. deciſ.
1721. num. 44., & deciſ. 1769. num. 11. coram
Coccino.

Verum prona ad omnes haſce temporum
partitiones aſſurgebat replicatio, quatenus enim
attinebat ad aſſertum quinquennii decurſum an-
te reportatam a Petro primam prorogationem,
res quidem ita fortaſſe habere ſeſe potuiſſet
quotieſcumque connumeratio quinquennii rigi-
de deſumi debuiſſet ab ipſo momento, ſive die
datæ ipſius gratiæ, conceſſæve diſpenſationis.
Aſt æquius & juſtius viſum fuit, quod cum non
liqueret de hac præciſa Summi Pontificis inten-
tione, aliàs in circumſtantiis a ſe volitis explica-
10 ri conſueta ſub illa clauſula *a die datæ præſen-*
tium, ut habetur *penes Pariſ. de reſign. lib. 1. quæſt.*
6. n. 40., lib. 6. q. 2. n. 81., & lib. 11. quæſt. 2. n. 14. &
19. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 67. n. 11. &
ſeqq. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 6. ſub
num. 30., cap. 16. §. 7. num. 15.

Certe in hodierna theſi non ipſum momen-
tum datæ, ſed potius gratiæ executioni deman-
datæ computandum eſſe videbatur, cum tunc,
& non prius legitima enaſceretur ac pacifica
poſſeſſio ſecundi Beneficii, ſive Canonicatus in-
compatibilis cum Parochiali, convenientibus uno
ore Doctoribus, quod ſimilis juridica, ut ſu-
pra, vel demandata per Papam dimiſſio primi
Beneficii infra certum terminum, nuſquam de-
currere incipiat, niſi a die appræenſionis ſecun-
11 di Beneficii undequaque pacificæ, quemadmo-
dum monuerunt *Card. de Luc. de Benefic. diſc. 56.*
n. 5., & 6. Roſ. de exec. literar. Apoſtol. cap. 4. il 2. n.
56., & ſeqq. Garz. de Benefic. par. 11 cap. 5. ſub nu.
63., Lotter. de re benefic. lib. 3. quæ;?. 23. num. 17.
& plurib. ſeqq., Tondut. quæſt. Benefic. cap. 69.
num. 3., Rot. deciſ. 175. num. 9. coram Buratto,
& deciſ. 811. ex numer. 1. coram Dunozet ju-
nior.

Applicando autem ad rem, dum tantummo-
do gratia retentioris conceſſa Petro de prædicta
die 24. Octobris 1690. remanſit executioni de-
mandata ſub die 10. Auguſti 1691., palàm con-
ſequebatur, quod de hoc poſtremo tempore, &
non antea canonica interceſſerit intratura in
controverſo Canonicatu, ſequutaque fuerit le-

gitima adeptio ejus poſſeſſionis, nequibat enim hujuſmodi proviſus propria authoritate capeſſere, vel legitime retinere poſſeſſionem Beneficii, priuſquam Executor in literis Apoſtolicis ſpecifice deputatus congruam & opportunam illis ſuppeditaret authoritatem, quemadmodum affirmarunt *Card. de Luc. de benef. diſcurſ. 37. n. 12.*
12 *Pariſ. de reſignat. lib. 10. quæſt. 6. num. 26. & 31. de Roſ. de execut. litterar. Apoſtolic. cap. 14. num. 83. & ſeq., Rot. deciſ. 10. num. 7. coram Dunozet. Jun. & deciſ. 194. num. 11. coram ſa. me. Alex. VIII.*

Nec obicem iniiciebat animadverſio, quod Petrus etiam ante quodlibet decretum Judicis Executoris reperiretur in actuali poſſeſſione ejuſdem Canonicatus, ideoque ſemper per retentionem illius cum Parochiali incompatibili, tam de jure quam ex præſcripto decreti vacaverit utrumque Beneficium ex jam ſuperius ad ſatietatem congeſtis. Quoniam non immerito Domini mox dixerunt, quod uſque ad diem decimam Auguſti ſecutæ executionis non aderat in Petro canonica intratura, & legitima appræenſio, ſive retentio poſſeſſionis: præcedenter quippe potius cenſendus erat intruſus ob male expreſſam qualitatem hujus Canonicatus, nec.
13 non cujuſdam Præpoſituræ inſimul cum Parochiali detentæ, ſicuti adnotarunt *Pariſ. de reſignat. lib. 7. quæſt. 1. num. 115. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 20. num. 83. & 84. de Roſ. de execut. liter. Apoſtolic. cap. 4. il 2. num. 154., Rota deciſ. 21. num. 6. part. 2. diverſ. & deciſ. 455. num. 21. & 22. coram Dunozet. Jun.*

Ac propterea quidquid dicendum foret de importantia hujus falſæ vel reticitæ expreſſionis, de qua inferius occaſione ſecundi capitis impetrationis factæ per Andream, utique ad effectum, de quo agebatur, minime reputari poterat pro exiſtente in legitima ac pacifica ejus poſſeſſione, donec inſimul ſub eadem quinquennali prorogatione, obtenta etiam nova gratia deſuper revalidatoria, illam executioni demandari reportaverit, ideoque tanquam juſte verens pati poſſe moleſtias ſuper præcedenti impetratione Canonicatus, nullatenus interea tenebatur dimittere Parochialem; uno ſiquidem eodemque tempore, ſeu paulo poſt facile valuiſſet reperiri denudatus tam Parochiali vigore ſpontaneæ dimiſſionis, quam etiam Canonicatu, veluti perperam extorto; Unde durante hujuſmodi rationabili timore, non currere tempus iniunctum ad dimittendum cenſuit,
14 *Garz. de Benefic. part. 11. cap. 5. num. 123., Lotter. de re benefic. lib. 3. quæſtione 23. num. 34., Rota deciſ. 175. num. 17. & ſeq. coram Barutto*, ubi quod nec de effectivis moleſtiis poſſeſſor beneficii tenetur edocere, niſi prius impetrator
15 ſuam fundaverit intentionem *deciſ. 764. ſub num. 3. & deciſ. 811. num. 1. coram Dunozetto Juniore.*

Atque ob id, cum medio tempore Petrus certior effectus hujus illicitæ intruſionis, ac illegitimæ detentionis recurſum habere ſategiſſet ad Sanctam Sedem pro medicamine revalidationis, ac diſpenſationis, nequibat unquam, vel ab ipſo tempore primævæ proviſionis ſecutæ de anno 1684., vel etiam gratiæ revalidatoriæ anni 1690. ſeſe tutum exiſtimare, uſque dum Executor, deguſtatis, ſibique juſtificatis expoſitis, deveniendum eſſe ad executionem præcitatæ prorogationis, ac revalidationis decreviſſet, ſtante præſertim natura hujuſmodi gratiarum, quas in forma Commiſſaria Papa relaxaverat; hæc quippe forma Commiſſaria ſemper ad ſui integritatem & effectum expectat declarationem Judicis Commiſ-
16 ſarii, *de Roſ. de execut. litter. Apoſtol. cap. 2. num. 78. Lotter. de re benefic. lib. 3. quæſt. 8. n. 138. Tondut. quæſt. Benefic. lib. 2. cap. 4. §. 1. n. 10. Corrad. in prax. benef. lib. 3. cap. 5. num. 26., Rot. deciſ. 1446. n. 3. coram Seraphino dec: 367. num: 22. cum ſeqq. coram Dunozet. jun. deciſ. 634. num. 25. penes Poſth. de manut. deciſ. 288. coram Cardinali Cerro, & deciſ. 256. utrobique num. 3. par. 13. recent.*

Stabilito igitur hoc primo tempore a die 30. Auguſti 1691. uſque ad diem 30. Auguſti 1696. prout ſubextendebatur eadem prima gratia quinquennii, non erat amplius ambigendum, quod ſubſequens prorogatio ad aliud triennium reportata non foret tempore prorſus idoneo, & opportuno; hæc quippe ſubſequens prorogatio emanaverat die 30. Novembris 1695., proindeque adjungendo iſtud aliud trienuium primævæ prorogationi retentionis reddebatur innegabile, quod tempus legitime prorogatum vigeret uſque ad diem 30. Auguſti 1699.; proindeque cum ſub antecedenti die 10. Iulii ejuſdem anni 1699. Petrus incontrovertibiliter dimiſerit interdictam ſibi Parochialem, ecce quod nunquam idem Petrus remanſerat orbatus fulcimento legitimæ Apoſtolicæ diſpenſationis, neglecta penitus in hoc propoſito contorſione, utrum ſuperaccedens iſte terminus prorogationis ad trienuium foret a die conceſſionis computandus, necne, non ſolum quia de jure eſt, quod tempus prorogatum labi nuſquam incipiat, ſive exordiri, niſi a præciſo momento expiratæ præcedentis dilationis, teſte *Amayden. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 16. §. 7.*
17 *num. 14. Mandoſ. de Commiſſ. prorogat. fatal. 24. verb. lite, & Cauſa verſ. & ſic pro qualibet vice fol. 75. Seacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 15. num. 235., Rota deciſ. 343. num. 33. part. 12. recent., deciſ. 83. num. 29. coram Priolo.* Verum etiam quia ita perſpicue declarabatur in ipſis
18 viſceribus Pontificiæ prorogationis ibi — *a fine dicti quinquennii computan.* vulgat *l. eg. ille aut ille §. Cum in verbis ff. de legat. 3. deciſ., Rot. deciſ. 44. num. 14. par. 11. recent. & in Bononien. fideicommiſſi de Bovoſiis 10. Junii 1701. §. Statim quippe, coram Me.*

Et ex his ſupervacaneum non minus reddebatur divagari ſuper examine ſive adjectione bi-

binæ ulterioris trimeſtralis prorogationis a
Petro reportatæ ab ipſa Dataria, necnon a Sac.
Congregatione Concilii, & reſpective non mi-
nus evanidum erat immorari ſuper diſquiſi-
tione: An hujuſmodi trimenſtrales, novæque
gratiæ valerent inferre præjudicium juri, me-
diante aſſerta ſupplicatione ſignata, interim
acquiſito per Andream; dum ex jam demon-
ſtratis duo ſimpliciter juncta, & numerata tem-
pora dilatoria neceſſitatem hujus indaginis ex-
cedebant. Et nihilominus quando oportuiſſet
hoc etiam iteratum; trimeſtre ſuperopponere
plura ſuaſiſſent juſtam Dominorum æquitatem.
Cum enim, ut ab initio enunciavimus, nite-
retur Andreas impetrationi potius abhorritæ
quam plauſibili, ideoque compelleretur ex
parte ſua pateſacere poſitivam ac inexcuſabi-
lem in Petro reluctantiam in dimittendo, ut
bene inquit *Lotter. de re beneſ. lib. 3. quæſt. 13.
num. 45.*, qui prius *ſub num. 40.* obſervaverat,
duram provinciam aſſumi per hoſce Impetrato-
res ex præciſo capite non factæ dimiſſionis in
20 tempore *Rot. deciſ. 6. num. 12. coram Merlino*,
ac generaliter *Car. de Luc. de fideicomm. diſc. 154.
num. 2. & diſc. 158. num. 3., Honded. conſ. 58.
num. 43. & conſ. 72. num. 17. lib. 1.. Manſ. con-
ſult. 227. num. 41. & 42., Altograd. conſ. 84.
num. 53. & ſeq., Rot. deciſ. 491. num 18. coram
Merlino, deciſ. 420. num. 14. par. 18. recen., & in
Romana, ſeu Portuen. Tenutarum 17. Junii 1697.
§. Vindicatis, coram R.P.D. meo del Olmo.*

Vtique Petro ſuffeciſſet e converſo ſpes ni-
mium probabilis non decadendi a præcedenti-
bus gratiis, ac reſpective novas conſequendi,
ſine ex eo quod plures erogaverat exſpenſas tam
pro meliorandis bonis Eccleſiæ poſtmodum di-
miſſæ, quam pro repellendis turbinibus milita-
ribus Eccleſiam ejuſque bona alias invaſuris,
ſive ex eo, quod de ſtylo cujuſdam Æpicheja
nuſqam conſimiles denegari ſolent prorogatio-
21 nes, ut ait in ſpecie *Carol. de Matta Epiſcopus
S. Severi de Conſiſtorial. Cauſ. ſect. 16. num. 35.
& 36.*, ubi quod ſtantibus hujuſmodi circumſtan-
tiis potius, ex juſtitia quam ex gratia concedi-
tur retentio indeque videmus, quod concur-
rente motivo melioramentorum & expenſa-
rum jura ipſa Cæſerea largiuntur antelationem
melioranti, prout in terminis æquitativis em-
phytheuticis reſpectu Domini directi, quemad-
modum eſt Papa reſpectu omnium Beneficio-
rum, docuerunt *Bartol. in l. Quicumque num. 4.
Cod. de omn. agr. deſert. lib. 11. Pacion. de locat.
& conduct. cap. 62. num. 2. cum ſeqq. & num. 34.
22 Fragoſ. de regim. Eccleſ. Reipub. par. 3. lib. 7.
diſp. 14. §. 11. num. 4. & ſeqq.. Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 813. num. 38., Bero conſ. 89. num. 15.
lib. 1., Balthaſſ. de Angel. in addit. ad Gizzarell.
deciſ. 5. num. 5., Sanfelic deciſ. 109. num. 6. Ro-
ta deciſ. 17. n. 3. coram Mantica, deciſ. 54. n. 32.
par. 16. recen., & in Nullius, ſeu Senogallien.
Bonorum 13. Maii 1697. §. Tenetur ſecundo, coram
R. P. D. meo Muto, & in Piſana Devolutionis 24.
Januarii 1701. §. Demum coram R.P. D. meo del
Olmo.*

Quin etiam ad retundendam ſive impedien-
dam eidem Andreæ cujuſlibet Juris interme-
diam acquiſitionem ſatis videbatur ipſa confe-
23 ctio mandati procuræ ad hanc prorogationem
aſſequendam interim, exarata ſub die 16. Mar-
tii 1699. teſte *Amayden. de Styl. Datar. l. 1. cap. 22.
24 num. 26. verſ. med., Rota deciſ. 626. num. 5. in
fin. coram Coccino* & in durioribus terminis di-
miſſionis factæ in partibus coram Notario regu-
lariter ex ſe inſufficientis, quod nihilominus ad
effectum evitandi privationem efficax exiſtat
*Garz. de beneſ. par. 11. cap. 5. ſub. num. 63. Rot.
deciſ. 175. num. 8. coram Buratto, & in Campo-
ſtellana Canonicatus 20. Junii 1601. coram Cor-
duba, regiſtrata penes eumdem Amayden. de ſtyl.
Datar. lib. 1. cap. 22. num. 17.*, necnon gene-
25 raliter, quod pendente probabili & honeſto ad
Principem recurſus nunquam mora, quæ ma-
ter extitit aſperæ hujus privationis, incurratur,
*Juriſconſultus in leg. Si quis ſolutioni 24. ff. de uſur.
leg. ſi quis ſine dolo malo 63. ff. de regul. jur., & leg.
Cum anterioribus §. Si tamen Cod. de tempor. &
reparat. appellat., ibique Perez num. 4. Fermoſin.
in cap. Venerabilis 20. quæſt. 11. num. 1. de Judic.
& for. compet., Lancellot. de attent. part. 1. cap. 12.
de attent. appellat. pendent. in præfat. num. 4., Rot.
deciſ. 4. num. 3, par. 3. & dec. 416. num. 4. par. 4.
rec.*

Prævidens ac palpans fortaſſe Andreas ſoli-
ditatem horum munimentorum Petri quoad
obtentas haſce opportunas diſpenſationes, ulte-
rius convolare tentabat ad præſidium denegandi
realitatem memoratæ dimiſſionis in Curia fir-
matæ die 9. Julii 1699., idq; miniſterio quorum-
dam teſtium attentantium aſſerere, quod Pe-
trus etiam deinceps ſeſe confoviſſet in poſſeſſio-
ne Parochialis, illiuſque fructuum perceptione,
quodque propterea eadem Parochialis durave-
rit viduata alio Rectore; ſed prorſus inutiliter,
nam etiam poſthabita iſtorum Teſtium ob exce-
ptiones a Petro datas ſufficienti repulſa; conſta-
bat ex longe fortiori teſtimonio Vicarii ipſius
Parochialis de totali abſtinentia Petri circa ad-
miniſtrationem ejuſdem Eccleſiæ: conſtabat de
effectiva deputatione Æconomi, atque non mi-
nus de actuali depoſitione pecuniæ per eum col-
lectæ in ſuo Æconomatu: conſtabat denique de
ſucceſſiva inſtitutione novi Rectoris Summario
reſponſionis Petri per totum; & ſic ex facto
palmari omnia fugabantur ſuffragia diſcur-
ſum, & undique imperfectarum probationem
36 in oppoſitum ex his, quæ in ſimili reſpondit
*Rot. deciſ. 163. num. 1. par. 19. rec., in altera
Craccovien. Scolaſtriæ 9. Februarii 1699. §. final.
coram Me* cum aliis *in Bononien. fideicommiſſi de
Bovoſiis 10. Junii 1701. §. Statim quippe in fin.
pariter coram Me.*

Eadem denique prorſus infirmitate alterum
laborabat caput impetrationis Andreæ, conſi-
ſtens in falſitate expreſſionis factæ per Petrum,
quod

quod Præpoſitura quædam Collegiatæ Eccleſiæ Tarnovien. inſimul, ut præmiſimus, per eumdem ultra Parochialem detenta, perſonalem reſidentiam non requireret, quando tamen veluti prima Dignitas aſſurgens in prædicta Collegiata procul dubio perſonalem hanc reſidentiam expoſcebat juxta ſanctionem *Sac. Concilii Trident.*
27 *de reformat. ſeſſ. 24. cap. 12. §. Præterea obtinentibus, de qua Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 180. & ſeq., Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 53. n. 10., Rota dec. 154. n. 1. coram Priolo.*

Corruebat etenim hujuſmodi ſuppoſitum ſive objectum ex nuda lectura memoratæ diſpenſationis Apoſtolicæ, quam ſan. mem. Alexander VIII. Petro fuerat impartitus; in ipſa namque non ſolum præciſe narrabatur qualitas hujus Præpoſituræ, ſed & continebatur nova illius collatio ſub ea ſolum conditione, quatenus eidem Præpoſituræ non incumberet cura Animarum, niſi ea, quæ per Vicarios perpetuos exerceri ſoleret. *Summar. Petri n. 1.*; quapropter obreptitia potius a contrario, maleque fundata efficiebatur impetratio Andreę ex animadverſis in ſimilibus per *Palma nep. allegat. 40. num. 11.*
28 *& 12., Rot. deciſ. 496. num. 5. par. 5. tom. 2. recent., deciſ. 342. num. 22. coram Priolo, deciſ. 367. n. 11. & ſeq. coram Peutingerio, & deciſ. 249. num. 2., & dec. 313. n. 7. coram Cardinali Cerro.*

Opponebatur poſtremo, ſed pariter incaſſum, quod omnia hucuſque deducta recte forſan proceſſiſſent, quotieſcumque abſtractive & ex integro ageretur de proviſionibus & gratiis a Petro reportatis tam circa Canonicatum, quam etiam reſpectu Præpoſituræ ſub annis 1690. & reſpective 1695.; ſed cum præcederet ſuperius indicata prima collatio ejuſdem Canonicatus de anno 1684. continens falſam expreſſionem qualitatis prælaudatæ Præpoſituræ, ac etiam ipſius Canonicatus; quodque plus eſt, cum de ipſa primordiali proviſione anni 1684., & falſitatis in ea narratæ nullum verbum aut mentio facta appareret in conceſſionibus ſucceſſivis prædictorum annorum 1690., & 1695., profecto claudicarent hujuſmodi gratiæ ſucceſſivæ, ex quo ſi Papa ſciviſſet vitium originariæ collationis, necnon poſitivam atque ineluctabilem intruſionem Petri cum illicita perceptione fructuum, equidem, vel has ſecundas ſubſequentes gratias penitus denegaſſet, vel difficilius ſaltem conceſſiſſet quod ferme ſuperabundat ad cujuslibet gratiæ ruinam & infractionem juxta communiter ponderata per *Lotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 11. n. 56., Peregrin. conſ. 78. num. 11. lib. 1., Cravett. conſ. 68. num. 5., Palma nep. alleg. 201. n. 12. Rot. deciſ. 363. num. 24. & ſeqq. par. 10. deciſ. 186.*
29 *num. 1. par. 16. deciſ. 41. num. 6. & deciſ. 159. num. 3. par. 18., & dec. 15. n. 3. & deciſ. 259. n. 15 coram. ſan. mem. Alex. VIII.*

Siquidem iterum reſponderunt Domini, quod litera præfatæ ſanationis, de qua *Summ. Petri n. 1.* jugulabat omne ſuppoſitum objectionis promotæ per Andream; jam enim, ut diximus, in ipſa exprimebatur qualitas Præpoſituræ, necnon altera qualitas Canonicatus una *cum poſſeſſione, ac fructuum perceptione ſubſecutis*, proindeque dum Pontifex omnia revalidando deſcenderat uſq; ad condonandam damnabilem eorumdem fructuum perceptionem, lucide ſequebatur, quod Andreas forſan ignorans hanc gratiam intermediam ejuſve efficaciam, perperam expoſuerit oppoſitum, & perperam nonminus ſub hac expoſitione ſeu modo impetraverit Canonicatum, quando tamen ipſe tanquam
30 Actor, & Actor odioſus, concludenter & digito juſtificare compellebatur propriam narrativam, & modum ab eo narratum & expreſſum. *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 11. num. 100. & ſeqq. Rota deciſ. 300. num. 2. & 3. coram Vbaldo, deciſ. 14. num. 15. coram Duran., deciſ. 1215. num. 1. coram Emerix. Jun.* cum alijs punctualiter relatis *in deciſ. 71. num. 23. poſt Tondut. de penſionib. & in Barchinonen. Beneficii* 14. *Aprilis* 1698 §. *Hinc non mirum cum ſeqq., coram Me.*

Quod ſi ſubiungeretur, defeciſſe ſaltem Petrum in non exponendo, quod & in præfata primordiali gratia anni 1684. quinquennii diſpenſationem obtinuerat cum altera deinceps prorogatione anni 1688. pro retinenda Parochiali, ac propterea difficilius, informato Pontifice, fuiſſet aſſecutus alterum independens quinquennium, præſeferens in ſubſtantia pluſquam decennium ob jam expletam conſumptionem aliorum ſex annorum; multiplex occurrebat reſponſio, & ſignanter, quod contraria expoſitio Andreæ minime ſiſtebat in hoc puncto reticitæ a Petro veritatis ſeu facti præcedentis, dum ſimpliciter Canonicatum impetraverat; vel ex quo, vt præmiſimus, Petrus Parochialem Eccleſiam intra terminum ſibi præfixum minime dimiſerat, vel ex quo falſo ſuppoſuerat Præpoſituram non eequirere perſonalem reſidentiam; Vnde etiam, dato, quod Pontifex difficilius ſub anno 1690. conceſſiſſet iſtud quodamodo novum & independens quinquennium, ſemper tamen corruebat impetratio Andreæ ex vtroque, vel alterutro capite omnino diverſo ſimpliciter extorta, abſq; eo quod clauſula nimirum generalis adiecta in literis Andreæ *ſive præmiſſo &c.* poſſet eidem in hoc propoſito vllatenus ſuffragari, cum neceſſe ſit gratia, quæ nuncupatur *certo modo*, modum expreſſum, qui fuit ipſius impetrationis fundamentum, ad unguem verificare, quicquid ſit in aliis collationibus, prout optimè diſtinguit, & comprobat
31 de *Roſ. de execut liter. Apoſtolic. cap. 5. num. 230. Lotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 8. num. 63. cum pluribus ſeqq. Rot. deciſ. 390. lib. 1. deciſ. 260. ſub num. 6. verſ. nec. obſtat clauſulam lib. 3. coram Puteo, dec. 152. num. 49. & 50. cum tribus ſeqq. par. 12. recen., deciſ. 971 num. 10. 11. & 12. coram Dunozet. Jun., & deciſ. 34. num. 41. & 42. coram Priolo.*

Certius autem, quia etiam præciſive ab hac fatali replicatione, ſtatim ac Petrus expoſuit

Pe-

Pontifici, ſeſe obtinuiſſe Canonicatum controverſum ante gratiam *perinde valere*, inſimulque reportavit collationem Præpoſituræ *ſine præjudicio* Juris hujuſmodi *ſibi ſuper Præpoſitura aliunde quæſiti*; Necnon obtinuit retentionem Parochialis; Manifeſtiſſime propterea etiam non reticuit totam ſcenam facti, imo, & eminentius ſub hoc modo ſuppoſuit, & faſſus eſt, ſe ſimul ſine recta expreſſione veritatis, & conſequenter ſine congrua diſpenſatione detinuiſſe uſque ad illud tempus Canonicatum, Parochialem, ac denique Præpoſituram, quando a fortiori ſat eſt, Papam etiam in genere cogitare potuiſſe de circumſtantiis gratiam antecedentibus, vel quomodolibet
32 concomitantibus ſecundum Collectos apud *Palma nep. alleg.* 201. *num.* 26. *& allegat.* 202. *num.* 34., *Rota dec.* 38. *num.* 3., *decis.* 210. *num.* 5. *par.* 1., *decis.* 57. *num.* 11. *par.* 4. *tom.* 2., *decis.* 608. *num.* 16. *par.* 4. *tom.* 3., *decis.* 360. *num.* 11. *par.* 10. *& decis.* 273. *num.* 6. *par.* 18. *rec.*

Et ita Cauſam fortaſſe magis ſcrupuloſe, quam opus eſſet, Domini eviſcerantes, reſolverunt utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 17. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Peritia, a qua non fuit appellatum, & ſuper illa prodiit res judicata, eſt ſummopere attendenda, nec criticari amplius poteſt. Tranſactio, & res judicata equiparantur, & pariunt præſumptionem litis finitæ. Res judicata prolata cum minus legitimo contradictore an alterum afficiat vigore *l. Ingenuum ff. de Stat. Homin.* ubi plura diſtinguuntur. Subhaſtari non poteſt temporale commodum hæredis gravati, qui non propria, ſed fideicommittentis debita perſolviſſe coactus eſt; ſecus tamen eſt ſi propria debita contraxit, & tunc extincta ejus vita, nulla per hæredes præſtari debet evictio Crœditoribus.

SUMMARIUM.

1 *Falſitas omnem perimit actionem.*

2 *Peritia, a qua non fuit appellatum, ſed fuit per rem judicatam approbata, nequit ſine aliquo documento manifeſti erroris criticari, & improbari.*

3 *Libri exitus, & receptarum contra ſcribentem ſuperlative probant.*

4 *In criminalibus neceſſe eſt per proceſſum, ſeu ſententiam probare actionem criminoſam ad hoc, ut in foro externo debeat aliquis tanquam criminoſus repelli.*

5 *Condemnatio ſuper falſitate neque de vigore ſufficienter probat in judicio civili.*

6 *Solutio debiti ſive compenſatio inducitur ex contrapoſitione partitarum inter negotiatores, ac in quibuſlibet Tabernis mercantilibus.*

7 *Nil magis repugnat prætenſæ coæquationi, & contrapoſitioni ſatisfactoriæ, quam reliquatus.*

8 *Quælibet judicialis ac ſolemnis deliberatio ruit ex inſubſiſtentia crediti.*

9 *Liberatio moleſtiarum de neceſſitate implicat tertium moleſtantem, & operatur, ut moleſtatus ab hoc tertio pro conſequenda liberatione ſeu relevatione laudet authorem ſibi obligatum, vel de jure, vel ex pacto.*

10 *Termini liberatorii, ſeu relevatorii non intrant, quando agitur de probibendo directe alieni, & non tertio Creditori, ne ſe ſuamque hæreditatem moleſtet, ſed intrant probibitiones de non petendo.*

11 *Tranſactio, & res judicata ad invicem fraternizzant, amboque ſilentium imponunt tranſigentibus, & reſpective ſuccumbentibus.*

12 *Tranſactio inducit peremptionem, & exceptionem litis finitæ.*

13 *Diſpoſitio Text. in* l. Ingenuum &c. de ſtat. Homin. *non procedit in iis ſententiis, quæ ratione ſpirationis fatalium facere tranſitum in rem judicatam, & ſunt prolatæ cum minus legitimo contradictore, ſed hoc caſu ſententia lata contra unum non poteſt haberi pro re judicata contra alterum.*

14 *Sententiæ pronunciatæ cum legitimo Contradictore ſunt aptæ ad alligandum ſucceſſorem etiam ſingularem.*

15 *Si autem dd. ſententiæ apparent prodiiſſe cum ſimultate & colluſione Partium, contemni debent a Judice, coram quo opponuntur;*

16 *Iudex enim exequi non valet illud Judicatum, quod eſſe palpat injuſtum.*

17 *S. Rota nuſquam niti conſuevit cæca fide aliorum Judicum, ſed judicatorum juſtitia, vel injuſtitia perſpecta, modo abſtinet ab executione, modo pro ipſorum executione reſpondet.*

18 *Literæ* Hortatoriæ, *vel* requiſitoriæ *de una Curia ad alteram, dummodo ſint diverſi Principatus, Dominii, & Juriſdictionis, efficiunt, ut Perſonæ, vel bona ejuſdem Juriſdictionis minime ſubiiciantur primo judicanti.*

19 *Contra rem judicatam opponi non valet ſine expreſſa commiſſione reſtitutionis in integrum.*

20 *Res judicata efficit de albo nigrum, & aptat quadrata rotundis.*

21 *Reſoluto jure datoris, reſolvitur etiam jus acceptoris.*

22 *Quod procedit etiam in illis juribus ad vitam tantummodo diſtractis, remanente vinculo fideicommiſſi favore vocatorum.*

23 *Bona alienata pro debito fideicomittentis perpetuo remanent extra cauſam fideicommiſſi.*

24 *Bona hæreditaria fideicommittentis pro debito ad ipſum ſpectante, nuſquam præſumuntur diſtracta ad vitam gravati, qui ad nihilum de proprio tenebatur.*

25 *Facultas alicui tributa recuperandi certa bona referenda eſt ad merum jactum retis, ſeu talem qualem ſpem recuperandi, quæ remanet in eventualitate, nec aliquid firmat vel concludit.*

26 *Evi-*

26 *Evictio nulla debetur per vendentem rem ad vitam alienjus, quando hujuſmodi vita defecta ſuapte natura res redit ad dominum.*

27 *Hæres gravatus ſive vocatus, ſive in aliqua inveſtitura comprehenſus, alienare poteſt pro ſatisfaciendis propriis debitis temporale dumtaxat commodum fruitionis bonorum emphyteuticorum, vel fideicommiſſariorum, illudque ſubiicitur judicialibus ſubbaſtationibus, & executionibus.*

DECISIO CCIV.

TRiplici quodammodo lancea confodere ſuſpirans Marcus Antonius reſolutionem captam ſub die 15. Ianuarii anni proxime elapſi coram Me, anxie exoptabat receſſum a deciſis: ſed Domini, rurſus contrectata debilitate telorum aggreſſoris, firmi remanſerunt in ſtabilitis.

Quatenus enim pertinebat ad ſubſtantiam debiti prius a Perito liquidatam in ſumma ſcutorum 4002., & ſucceſſive pro ſcutis 3202. cano-
1 nizatam a plena Camera per rem judicatam, in vanum adlaborare viſus eſt. Siquidem tota noviter reſtaurata objectatio, conſiſtens in eo, quod hujuſcemodi debitum fuerit conſcriptum in libris ſocialibus triduo poſt mortem Viti debitoris, & reſpective Authoris ejuſdem Marci Antonii, quapropter ſuſpicari fas eſſet de aliqua
2 ſuper impictione, ſeu falſitate quæ tollit omnem actionem, ex deductis per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 483. num. 2:, Hodiern. contr. 29. num. 28., Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 13. num. 27., Magon. decis. Lucen. 31. num. 34. & ſeq., Rota decis. 220. num. 10. ubi, Adden. num. 13. coram Buratt., & deciſ. 390. num. 6. coram Bichio;*

Incontinenti fugabatur, quia quicquid eſſet de hac ſerotina deſcriptione in libris ſupradictis fortaſſe ſubſecuta per ſpeciem ſimplicis memoriæ, majoriſque confrontationis; baſis apertiſſimæ reſponſionis attributæ per Informantes pro Eccleſia Divi Caroli ad Curſum fundabatur in Peritia, viſis videndis determinante ſeu calculante debiti quantitatem in ſumma prædicta, a qua ſane peritia cum non liqueret fuiſſe congrue appellatam, quinimo conſtaret, in illius approbationem ſuperveniſſe rem iudicatam plenæ Cameræ, nequibat hactenus, ſine aliquo documento manifeſti erroris, Marcus Antonius
2 amplius reſilire, ut paſſim habetur apud *Poſth. reſolut. 51. num. 3., Cancer. variar. reſolut. par. 3. cap. 15. num. 305., Rota deciſ. 220. num. 4. coram ſan. mem. Gregor. XV., cum aliis in deciſ. 103. num. 2. coram Emerix Senior., & deciſ. 263. num. 11. par. 19. Recent.*

Potiſſime, (etſi quodammodo ex abundanti) reflectendo, quod opus non fuerat Perito in præcitata liquidatione ſolis inniti libris ſocialibus negocii communis inter Vitum & illos de Lucarinis: Debitum quippe Viti reſultabat ex pecuniis receptis, libriſque exitus, necnon a penitus diverſa figura, videlicet ex munere Capſerii, quod compatibiliter, ſive extra figuram ſocialem, uti familiare eſt, exercebat, ſicuti colligebatur *ex Summ. Eccleſiæ num. 3. in fin.*, & melius *ex Summ. reſponſionis num. unico*, ibi -- *Per riportare la ſcrittura, che mancava, mi portarono tutti i libri, che biſognavano*. Proindeque bene, ſuperventa morte Viti, & agnito, quod pecunia & Capſa per eum exercita ac recepta non reſpondebat quantitati exitus, valuit, ac debuit Vitus declarari debitor in ſumma enunciata conſtituente, (prout præſumi debet poſt rem judicatam) ſub hac diſtincta obligatione Vitum obſtrictum ipſo libro Capſæ exitus & receputarum, quę ſuperlative probant contra Scribentem, & reſpective recipientem, *Spad. conſ. 295. num. 1. & 6. lib. 2., Felic. de Societ. cap. 38. num.*
3 *21. in Tract. de Commerc. & Mercat. diſc. 51. num. 3., Rota deciſ. 898. num. 3. & 4. coram Card. Cerr., deciſ. 80. num. 1. par. 18., Recent., & in Romana Pecuniaria 28. Jan. 1700. §. Atque hinc coram R. P. D. meo del Olmo.*

Nullumque fomentum ſupradictæ prętenſioni Marci Antonii ſuperaddebat aſſertum quoddam criminale Judicium ſubinde promotum contra Lucarinum Viti Socium; nullibi quippe demonſtrabatur, ſuper quo conſimilis criminoſa actio verteretur, quin etiam minime ſuffeciſſet, quod palam foret oſtenſum, criminalitatem percutere ſuppoſitam falſitatem, niſi afferretur quoque ſubſequens condemnatio, quę neque de rigore ſufficienter probat in judicio civili, quemadmodum reſpectu primæ concluſionis notarunt *Modern. Raynaldus ad Bannimenta general. Bonon. tom. 3. cap. 32. §. 4. & 5. n. 206., Rot. in Leodien. Canonicatus 3. Junii 1680. §. Quo vero ad notam coram bo. me. Paulucio, & in Papien. Præpoſituræ 28. Februarii 1698. §. Verum coram Me*, & in propoſito ſecundæ *Angel. de Confeſſ. lib. 1. quæſt. 7. effect. 5. num. 60. Adden. ad Buratt. deciſ. 118. num. 15., Rot. deciſ. 220. num. 21. cor. Bich., dec. 382. num. 16. & 17. par. 9. Recent., & in Vrbinat. Pecuniaria 14. Maii 1700. §. Profecto in fin. coram Me.*

Fragile apparuit etiam refugium, quod ſubſidiare ſuper hoc ipſo primo articulo promovebatur cum ſuppoſito, quod in antecedenti inſtantia pendente *coram Reverendiſs. D. meo Molines Decano* diſtributus extiterit quidam calculus ejuſdem Periti, ob quem partitæ debiti, & crediti ex cauſa hujus negocii ſocialis inter Vitum & Lucarinos remanſerint contrapoſitæ, ſive ut dicitur *sbattute*, & conſequenter ſatisfactę per ſpeciem compenſationis de ſtylo inductæ, mediante contrapoſitione partitarum inter Negociato-
6 res, ac in quibuslibet Tabernis mercantilibus, teſte *Cenſal. deciſ. Lucenſ. 11. num. 16:, Adden. ad Greg. deciſ. 366. num. 8., Rota dec. 165. num. 1. coram Card. Cavaler., deciſ. 272. num. 27. par. 17. Recent., & in Romana Pecuniaria ſuper negocio principali 25. Februarii 1701. §. Quin hinc coram Me.*

Quoniam figuratio hæc morabatur in ſola aſſer-

ſertione, & ore Marci Autonii, cum neque in præcedenti propoſitione, neque in hodierna Audientia enituerit hujuscemodi contrapoſitio, quin potius *in præterito Summ. Eccleſiæ diei. 15. Jannarii* 1700. *coram Me num.* 3. Peritus apertiſſime noviſſimo loco concludebat per hec verba, *Sig. Vito Tentacapelli deve dare ſcudi* 4002. 6. 18. *moneta, tanto reſtò debitore a ſuo conto di Caſa nel libro della Compagnia a Car.* 158. Nihil autem magis repugnat prætenſæ coequationi, &
7 contrapoſitioni ſatisfactoriæ, quam reliquatus, ex traditis per *Paulum de Caſtr.conſ.*71. *n.*22.*lib.* 1., *Manſ. conſult.* 321. *num.* 37., *Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 72. *ſub num.* 17., *Actolin. reſolut.* 111. *num.*46., *Rota deciſ.* 415. *n.* 13. 15., & 19. *part.* 19. *recentior.*

Atque hinc tranſeundo ad ſecundam exceptionem elicitam ex eo, quod idem Vitus abeundo legavit Lucarinis omne commodum, & incommodum negocii lignaminum, præcedenter communis cum Io: Paulo illorum Patre ſuperaddita cubitali conditione, ne poſſet illius hæreditas ab ipſo negocio ſeparata, ac generali fideicommiſſo per eum ſuppoſita, ullo modo divexari, & inquietari, *per detti oblighi, ipoteche, debiti, vincoli, e peſi, e per qualſivoglia altra coſa per cauſa, & occaſione ſpettante a detto negozio &c., o dependenti, e provenienti da eſſa in qualſivoglia coſa*; Quapropter inferebatur, quod cum præfati Legatarii citra controverſiam acceptaverint hujuſmodi legatum, nequiverint poſtea cruciare eandem Viti hæreditatem, illamque exauriri mediante condemnatione ipſius hæreditatis, reportata in plena Camera cum ſucceſſiva deliberatione; comperta etenim ex præmiſſis inſubſiſtentia crediti, utpote jam eliſi per ſupradictam prohibitionem Viti debitoris inſimul, & Teſtatoris, procul dubio ruebat quælibet etiam judicialis, ac de cætero ſolemnis deliberatio ex collectis, *per Gratian. diſcept.* 375. *num.* 22., *Mangil. de ſubbaſt. quæſt.* 21. *num.* 11.
8 *Poſt. eod. Tract. inſpect.* 10. *num.* 1., *Peregrin. de Jur. Fiſc. lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 4., *Rot. deciſ.* 326. *n.* 6. *par.* 13., *deciſ.* 487. *n.* 7., & *dec.* 512. *n.* 3. *par.* 18. *rec.*

Solide quippe non minus agnitum fuit, diſcurſum hunc, ſeu præſuppoſitionem omnino claudicare, quoniam, ultra cæteras ponderationes deſuper latius examinatas in præterita *Deciſ.* 15. *Ianuar.* 1700. *ex* §. *Abſque eo, quod, cum pluribus ſeq.*, probabilius videbatur, quod eadem quamtumvis effrenatiſſima verba potius ſonarent in nudam liberationem Viti, ejuſque hæreditatis caſu, quo tertii communis menſæ creditores aſſurgerent, & ratione promiſcuæ negociationis & ſocietatis agerent contra Vitum coobligatum; ſecus autem, quoties idem Vitus foret in proprio debitor ipſius negocii, præfata etenim verba revera importabant ſimplicem relevationem moleſtiarum, ut proſequendo verba ſuperius in objecto tranſcripta palam deducebatur, ibi-- *Et in caſo che detti miei Eredi e ſucceſſori per cauſa, e occaſione di detta Compagnia, ſentiſſero danno e moleſtia alcuna, e che detti Legatarii non li levaſſero ſubito, voglio che li medeſimi miei Eredi, oltre il potere agitare contro il loro per la detta revelazione e liberazione, poſſino &c. dichiarare li ſopradetti Legatarii privi del ſopradetto Legato*: ac propterea nequibat hæc volita relevatio & liberatio moleſtiarum congrue referri ad prædictum debitum in proprio, pro quo urgerent ipſo Lucarino conſocii; cum relevatio, & liberatio moleſtiarum de neceſſitate implicet tertium moleſtantem, quodve moleſtatus ab hoc tertio pro conſequenda liberatione ſeu relevatione laudet authorem ſibi
9 obligatum, vel de Iure, vel ex pacto ad normam *Text. in leg. ſive in libertatem* 12. *Cod. de eviction.*, & *tradita per Bart. in l. Lucius* §. *Tres hæredes num.* 1. *ff. ad Sen. Conſult. Trebellian.*, *Panſirol. conſ.* 45. *ſub num.* 14. & 15., *Surd. conſ.* 13. *n.* 6., *Gratian. diſcept.* 175. *num.* 28., *Chaeberan. dec.* 24. *num.* 4., *Grammatic. deciſ.* 101. *num.* 81., *Rota deciſ.* 636. *num.* 1. & 2. *par.* 18. *recent.*

Et ſane quando peragitur de prohibendo directe alicui, & non tertio creditori, ſeu prætenſori, ne ſe ſuamque hæreditatem moleſtet & invadat, non iutrant termini relevatorii & liberatorii, ſed prohibitiones ne quidquam audeat prætendere, & pacta de non petendo, uti videre eſt apud, *Palmam Nep. alleg.* 293. *n.* 15., & *alleg.* 294. *num.* 21. & 22., *Gallerat. de renunciat. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 2., *Capon. de pact. & ſtipulation. cap.* 5. *num.* 14., *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 33. 34. & *ſeq.*

De reliquo pro fatali diremptione & infractione tam primi, quam ſecundi teli, obſiſtebant ineluctabiliter Marco Antonio Actori in hoc Judicio illa duo munimenta defenſionis Eccleſiæ pleniſſime perpenſa in præcedenti *Deciſione ex* §. *Sed ut diximus cum ſeqq.*: nempe tranſactio exuberanti bona fide celebrata per Nicolaum Actoris Patrem, nec non ſæpius allegata res judicata, ad invicem fraternizant, & ambo tanquam ipſa veritas ſilentium ſempiternum imponunt tranſigentibus, & reſpective ſuccumbentibus, ut præter allegatos in dicta *Deciſione* 5. *Januarii* §. *Advertend.* & §. *Ex hoc.* proſequuntur *Tranchedin. conſult.* 50. *num.* 1. & *ſeq.*, *Bonden. collect.* 7. *num.* 2. *lib.* 1., *Cala de reſtit. in integr. denegan. qu.* 19. *ex n.* 7., *Urceol. de tranſact. quæſt.* 6. *num.* 60. & 61. *cum ſeq.*, *de Angel. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 33. *ex num.* 1. *cum pluribus ſeq.*, *Rot. deciſ.* 150. *num.* 12. *par.* 16., *deciſ.* 153. *num.* 15. & 16. *part.* 17. *rec.*, & *in Viterbien. fideicommiſſi* 16. *Junii* 1684. §. *Sed tota exceptio cor. bon. mem. Albergato.*

Abſque eo quod juvare poſſet Actorem replicatio circa tranſactionem, quod illa ſolummodo præſeferret punctum, ſive facultatem inibi conceſſam Nicolao recuperandi loca Montium per ſupradictam deliberationem diſtracta in tertios alienatarios: Siquidem, quicquid eſſet de viribus hujus ratiocinationis ſeu prætenſionis in propoſito aſſertæ venditionis locorum

Montium ad vitam ipſius Nicolai hęredis gravati juxta opportunius diſpungenda in tertia mox trutinatione enucleanda; profectò quatenus eadem tranſactio reſpiciebat veritatem & juſtitiam debiti, confeſſio & approbatio ejuſdem Nicolai erat pluſquam literalis, vt in ipſo *Summar. Marci Antonii num.7.*, & hoc ſuperabundat ad finem, ut etiam ſi aliàs diſputabilis foret articulus, tranſactio quoad hęc priora puncta concernentia exiſtentiam & ſubſiſtentiam debiti retineret ſuam operationem inducendę peremptionis & exceptionis litis finitę, ex his, quæ habentur per *Pariſ. conſ. 23. num. 18. lib. 1., Cephal. conſ. 772. num. 3., Surd. conſ. 451. num. 51.,*
12 *Cyriac. controv. 3. num 36. & 37. & ſeqq., Caren. reſolut. 204. num. 6. & 7., Rot. deciſ. 374. num. 15. coram. Buratto, deciſ. 149. num. 1. cum pluribus ſeqq., & deciſ. 854. num. 5. coram Merlino, & in Romana ſeu Firmana ſucceſſionis 10. Decemb. 1698. §. Vehementius cum pluribus ſeqq. cor. Me.*

Quo vero ad ęque prępotentem clypeum rei judicatę, ſat non erat ad illius everſionem & impugnationem adducere, quod etiam abſque impetratione reſtitutionis in integrum, ſufficeret, ab alio Judice delibari claram injuſtitiam ejuſdem rei judicatæ; In primis etenim Marcus Antonius hoc ſibi figurando, gratis ſupponebat id, quod erat in quæſtione, imo de quo contrarium convincebatur ex præmiſſis, cum Sententiæ Camerales juſtiſſimæ coruſcarent; Et nihilominus pro abolendis in hac materia æquivocationibus, Domini duxerunt, plures eſſe caſus diſtinguendos, quorum primus eſt, quando ſententiæ, quæ ratione numeri vel ſpirationis fatalium fecere tranſitum in rem judicatam, demonſtrentur eſſe prolatæ cum minus legitimo contradictore, tumque non militante amplius determinatione *Text. in l. Ingenuum de ſtat. homin.* Sententia lata contra unum non poteſt haberi pro re judica-
13 ta quoad alterum, ut liquet *ex Bald. in leg. 2. num. 2. C. quib. res judicat.* non noceat. *Alex. in leg. ſępe num. 56. & 76. ff. de re judicat., Palm. Nep. allegat. 344. ſub num. 38.. Manſ. conſult. 572. num. 10. & 11., Peregr. de fideicom. art. 58. num. 84., Surd. deciſ. 289. num. 17., Rot. deciſ. 126. num. 6., & deciſ. 1164. num. 13. coram Emerix. Jun.*

Secundus eſt caſus, quando Sententiæ pronunciatæ quidem extiterunt cum legitimo contradictore, & in ſubjecta materia noſcuntur ob bonam fidem proportionatæ ad alligandum ſucceſſorem etiam ſingularem, ut per *Lanar. conſ. 44. num. 25. & conſ. 69. num. 21.. De Pont. conſ. 75. num. 5. lib. 1.. Cancer. variar. reſolut. lib. 2. cap. 16. num. 98. & 100., Monach. de feud. cap. 45. ex*
14 *num. 26.* cum innumeris aliis collectis per *Moden. Schettin. de tert. venient. ad cauſ. cap. 3. inſpect. 1. num. 28., Sanfelic. deciſ. 90. num. 3., Giurb. deciſ. 1. num. 15. 38. & 47., Seſſe deciſ. 5. num. 47., Rot. in Romana Officii. 4. Martii 1695. §. Cæterum coram R. P. D. meo Caprara, & in Romana Officii, Aquæ Felicis 4. Junii 1700. §. Reſiſtente itaque coram Reverendiſſ. D. meo Decano.*

At nihilominus emicant prodiiſſe cum ſimultate & colluſione partium apparenter tantummodo contendentium, & in his pariter terminis, quia fraus unius non debet alteri obeſſe, & ſimulate geſtum introſpecta veritate æquiparatur non enti. pariformiter etiam ab ulteriori judice, coram quo opponatur ſimplex res ju-
15 dicata, contemnuntur ex pluribus relatis per *Manſ. conſult. 572. ſub num. 12. & ſeq., Merlin., Pignattel. controverſ. 62. ſub num. 7., Scacc. de Senten. & re judicat. gloſſ. 14. quæſt. 12. num. 123. & ſeq., Surd. deciſ. 256. num. 13. & 14., Rot. deciſ. 112. num. 27. deciſ. 126. num. 5., & deciſ. 475. num. 6. coram Emerix. Jun., & in Romana Cambii 15. Maii 1699. §. At cum acta, coram Me.*

Ceſſantibus autem his circumſtantiis, Tertius valde familiaris ſubintrat caſus, quotieſcumque videlicet ſententiæ, quæ eſformarunt rem judicatam, eodemque modo allegatæ extiterunt coram Judice ulteriori, palpentur injuſtæ ſub illa notorietate injuſtitiæ, quæ nullitati comparatur; in hoc nanque caſu profectò ſubdiſtinguere rurſus neceſſe eſt, quod ſi hujuſmodi Sententiæ, ſive res judicata exhibetur pro conſequenda vel conſumanda executione, & in hoc ſtatu certo certius, retentis terminis notorietatis injuſtitiæ, etiam citra reportationem commiſſionis reſtitutionis in integrum minime attenduntur, cum Judex exequi non valeat illud Judicatum, quod eſſe palpat injuſtum, & hoc
16 eſt, quod firmant *Manſ. conſult. 171. num. 16., Palm. Nep. alleg. 14. num. 2., Odd. de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 79. num. 15. & 16.. Scacc. de Sent. & re judicat. gloſſ. 14. quæſt. 11. num. 59., Rot deciſ. 317. n. 1. 2. & 3. coram ſa. me. Greg. XV., dec. 97. num. 33., coram Card. Cerro, deciſ. 33. n. 13. coram Arguelles, & deciſ. 1337. num. 16. coram Emerix. Jun.*

Idque fortius procedit in Sacro noſtro Auditorio, nam, ut illius decet Majeſtatem, & ut ex eadem ratione practicatur in cæteris majoribus ac Supremis Tribunalibus, Rota nuſquam conſuevit cæca fide ſubniti aliorum Judicum judicatis, ſed illorum juſtitia vel injuſtitia introſpecta, modo abſtinet ab executione, & declarat eorundem judicatorum injuſtitiam, modo pro
17 ipſorum executione reſpondet; quemadmodum teſtatur *eadem Rota in deciſ. 650. n. 3. coram Buratto, deciſ. 657. num. 3., coram Card. Cavalerio, deciſ. 1255. num. 3. coram Card. Seraphin. deciſ. 475. num. 7. coram Emerix. Jun., deciſ. 215. num. 2. par. 14. recent.* & late exornat *in Neapolitana, ſeu Ianuen. Laudi 18. Martii 1672. §. final. coram bo. me. Rondinino impreſſ. apud Manſ. poſt. conſult. 295.*

Quod & rationabiliter in praxi contingit occaſione literarum, quas nuncupant *hortatorias*, vel *requiſitorias* de una Curia ad alteram, dummodo ſint adeo independenter diverſi Principatus, Dominii, & juriſdictionis, ut perſonæ vel
18 bona ratione ejuſdem Hierarchiæ vel juriſdictionis minime ſubiiciantur primo Judicanti latiſ-

tiſſime *Caneer. var. reſolut. par. 2. cap. 15. tit. de liter. requiſitor. ex num. 1. 8. 54. & ſeqq. & fere per tot., Card. de Luc. de juriſdict. diſc. 98. n. 16.*

Quartus denique ad normam ſuperius indicatæ diſtinctionis, ac propriiſſime noſter eſt caſus, quando res judicata promanans ab alio legitimo Tribunali jam fuit executioni demandata, & ſine ulla poſteriori pendentia obtentæ reviſionis, recurſus, vel reſtitutionis in integrum opponitur a Reo laceſſito per viam exceptionis; tunc etenim quia præſumptio, quæ ſemper cæteroquin ineſt cuicumque rei judicatæ, nimium vallatur alia præſumptione derivante ab expleta jam executione, aliaſque eſſet, ut ajunt, revolvere mundum, ſuſcitando lites demortuas,
19 non licet ſine expreſſa commiſſione reſtitutionis in integrum manus apponere contra ipſam rem judicatam, *Rot. deciſ. 489. num. 17. & 18., & dec. 613. num. 10. & ſeq. par. 18. recent. deciſ. 414. num. 8. & pluribi. ſeqq. & dec. 455. num. 6. & 7. coram. Priolo. & in Bononien. Bonorum 15. Martii 1697. §. Nequeas hæreditarium, & 26. Februarii 1698. §. Etenim coram R. P. D. meo Pio.*

Cum igitur, expetente Marco Antonio immiſſionem adverſus loca Montium, vigore rei judicatæ per bina media translata, & hactenus poſſeſſa per Eccleſiam Divi Caroli, hæc oppoſuerit exiſtentiam rei judicatæ cum ſuccedanea conſumatione omnimodæ executionis, utique nequibat Marcus Antonius ad limites proximi quarti caſus auſcultari, nedum plenarie exaudiri, ſed favore ejuſdem rei judicatæ undique impletæ verificabantur omnia dicteria ſcribentium, nempe, quod ad claudendum os impugnanti; res judicata pro veritate habeatur, & operetur quodammodo incompoſſibilia, efficiendo de albo nigrum, & aptando quadrata rotun-
20 dis, ſicuti paſſim dixerunt, ſeu determinarunt *Ciarlin. controv. forenſ. lib. 2. cap. 135. num. 7., Scace. de ſent. & re judic. gloſ. 14. quæſt. 2. ſub num. 7., Card. de Luc. de Emphyteuſ. diſc. 53. nu. 3. & de Juriſdict. diſc. 5. num. 2., Fontanell. deciſ. 174. per tot., & deciſ. 271. num. 9. 10. & ſeqq., Rot. dec. 127. num. 3., & dec. 694. num. 4. coram Card. Cerro deciſ. 149. num. 18., & dec. 251. n. 41. par. 19. rec.*

Infracta itaque, ſeu contorta utraque priori lancea prima, & ſecunda, reſtabat tertia projecta per Marcum Antonium, ex quo etiam in caſu, quo ſubſiſteret debitum Viti fideicommittentis, nec non ſubſiſteret etiam res judicata ac conſecutiva deliberatio, adhuc ipſi non foret expoſtulata immiſſio deneganda, cum deliberatio quoad Loca Montium controverſa reſpiceret dumtaxat vitam Nicolai primi gravati, qui in plena Camera ſuccubuerat; quamobrem reſoluto jure Nicolai Datoris condemnati, reman-
21 ſerit etiam reſolutum jus acceptorum, ſive Authorum Eccleſiæ conventæ, *vulgat. leg. lex vectigali 31. ff. de pignor.* & in ſpecie bonorum, vel
22 jurium ad vitam tantummodo diſtractorum, manente vinculo fideicommiſſi favore vocatorum, affirmarunt, *Gratian. diſcept. for. cap. 255. num. 50., Vrceol. conſult. forenſ. cap. 11. num. 43. & 49. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 42. num. 102., Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 663. num. 17. Card. de Luca de Dot. diſc. 145. ſub num. 102. verſ. proindeque ad fideicommiſſum., Rota deciſ. 592. num. 2., & deciſ. 639. num. 4. coram Card. Cerro in Romana Salviani 16. Februarii 1699. §. Hae ſolum coram me. & in Romana Cenſuum ſuper reſervatis 7. Decembris ejuſdem anni §. Non obſtat coram Reverendiſſimo* D. *meo Decano.*

At neque hæc extrema projectio, ſive impugnatio ſubſtentabilis emicavit; ſiquidem, alio non apparente per efficaciſſimas demonſtrationes, dum Loca Montium hæreditaria Viti fideicommittentis fuerunt ſub haſta judiciali vendita pro debito ejuſdemmet fideicommittentis, certe quemadmodum bona ſic alienata perpetuo re-
23 manent extra cauſam fideicommiſſi, ut per *Rot. in Romana fideicommiſſi de Quadris 7. Martii 1701. §. Aſſerta coram me*; omnis æquitas, omniſq; præſumptio eſt, quod bona non ad vitam gravati, qui in ſemetipſo debitor non erat, ſed in ſempiternum reputentur libere translata in alienatarios, ſtante correlatione, quam habet alie-
24 natio, vel executio ad cauſam, ob quam ſubſequuta dignoſcitur, ſicuti in hiſce terminis præciſe & punctualiter reſpondit *Rota in Romana Cenſuum ſuper reſervatis 7. Decembris 1699. ex §. Etenim cum pluribus ſeqq. coram Rmo D. meo Molines Decano.*

Hocque procedere Domini exiſtimarunt, non obſtante duplici replicatione Marci Antonii, altera deprompta vigore ſæpius enunciatæ tranſactionis, per quam impartiebatur Marco Antonio ejuſque Fratri facultas recuperandi hæc ipſa Loca Montium una cum fructibus a tertiis alienatariis ex cauſa vinculi fideicommiſſarii in literis patentalibus ejuſdem Montis expreſſi: Quoniam, tota lege tranſactionis perſpecta, nihil emergere viſum eſt, quod poſſet enervare præfatam propoſitionem, quod, ubi bona hæreditaria fideicommittentis alienata ſunt pro debito ferente ipſum Teſtatorem, vel fideicommiſſum, nuſquam præſumantur diſtracta ſimpliciter ad vitam gravati, qui ad nihilum de proprio tenebatur; præmiſſa ſiquidem poteſtas attributa Marco Antonio ad oculum referenda erat ad merum
25 jactum retis, ſeu talem qualem ſpem, ac facultatem recuperandi, quæ remanet in ſua eventualitate, abſque eo quod aliquid firmet, vel concludat ad normam *Text. in leg. ſpem. 3. C. de donat. & leg. jactum retis ff. de action. empt. Caſtrenſ. conſ. 229. num. 1. & ſeqq. lib. 1., Cyriac. controv. forenſ. 1. num. 14. & 19., Vela differt Jur. diſc. 11. num. 4. lib. 1., Leotard. de Vſur. quæſt. 26. num. 23., Olea de ceſſion. jur. tit. 3. quæſt. 10. num. 14. Rot. deciſ. 292. num. 23. & ſeqq., & deciſ. 320. num. 18. & ſeq. p. 6. rec., & deciſ. 160. ſub num. 14. verſ. Cum in bis juribus &c., poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*

Et de facto Lucarini ex alia parte tranſigentes expli-

explicite pepigerunt, nolle per hoc pati & ſentire ullum, vel minimum damnum, & moleſtiam, ideoque mordicus obſtriuxerunt eumdem Marcum Antonium pro opportuna liberatione ac relevatione, quæ utiq; cauthela fuiſſet penitus evanida aberrans & inſulſa, quotieſcum; Lucarini mature, & vere intendiſſent ſubhaſtare, ac deliberare vitam Nicolai, quia tunc iam de iure moleſtari non poterant: nulla etenim debetur evictio per vendentem rem ad vitam
26 alicuius, quando huiuſmodi vita defecta ſuapte natura res rediit ad Dominum. *Ciroccb. diſcept. 60. num. 74. Amat. var. reſolut. cap. 73. num. 32. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 52. num. 26. 58. & 68. Rota deciſ. 308. num. 12. p. 11. deciſ. 48. num. 11. part. 17. deciſ. 135. num. 10. p. 18. rec. & in Savonen fideicomm. 23. Februarii 1682. §. Nam, cum evictionis coram bo. me. Vrſino, & 1. Julii ejuſdem anni §. Quare, coram eodem.*

Et altera vigore vinculorum adiectorum in præcitatis literis patentalibus expreſſe præſervantibus, ultra legatum favore illorum de Lucarinis, omnes ſubſtitutiones, & fideicommiſſum Viti, quæ ſane vincula fuerunt ſemper repetita in iudicialibus diſtractionibus & ſucceſſivis reſignationibus *Summ. Marci Anton. dat. coram Rmo D. Decano num.* 8., & *Summ. ejuſdem dato in bodierna propoſitione num.* 8. Unde juncta modicitate pretii incaleſcere videbatur aſſumptum, quod ſola vita Nicolai fuerit ab initio deliberata, atque diſtracta; Cum etenim ad hæc omnia legeretur ſuperlative ſatisfactum in præterita *deciſ. 15. Januarii 1700. ex §. Agnoſcentes, cum ſex Paragraphis ſubſeqq.* Domini ſuperfluum cenſuerunt refricare jam dicta: Potiſſime quia ſemper ad iugulationem quorumcumque diſcurſuum ac ratiocinationum adſtabat regula inconcuſſa, de qua ſupra, *ſub. §. At neq;* numquamve captivari valebat intellectus, quomodo ſubhaſtanda eſſet ſola vita Nicolai, quando Nicolaus Viti fideicommittentis filius nullum æs alienum, nullumve negocium erga Lucarinos contraxerat: conſimilis quippe quæſtio & difficultas venditionis factæ in perpetuum, vel potius ad vitam gravati, coincidit ſolummodo, ubi tractatur de diſſolvendo debito proprio eiuſdem gravati ſive vocati, aut in aliqua pactionata inveſtitura comprehenſi, cuius dumtaxat temporale commodum fruitionis bonorum Emphyteuticorum, vel fideicommiſſariorum (firma
27 de reliquo remanente ſubſtantia & proprietate eorumdem bonorum) ſub hypotheca venit creditorum, ſubiiciturque in conſequentiam judicialibus quoque ſubhaſtationibus, aliiſque executionibus *Ex Pacion. de locat. & conduct. cap. 32. num. 29. Card. de Luca eodem tract. in Summ. num. 3.. Rota in Romana Herti 4. Februarii 1695. §. Quæ ſane omnia, coram R. P. D. meo Pio, in Romana Salviani 13. Iunii 1698. §. Et proprius, & 16. Febr. 1699. §. Et quidem coram me, & in Romana Immiſſionis 9. Maii 1701. §. Sed & valid us. pariter coram Me.*

Et neglectis reliquis tamquam revera negligentibus, ac etiam in præterita deciſione colliſis, Domini dixerunt. Utraque &c.

CORNETANA CENSUS.

Lunæ 20. Iunii 1701.

ARGUMENTUM.

Ad validitatem cenſus juxta formam Pianæ Conſtitutionis requiritur, ut pecunia coram Notario & duobus Teſtibus numeretur. An iſta contextualis numeratio ſuppleri valeat mediante ordine directo alicui Monti, in quo extent pecuniæ. Affertur diſtinctio inter Cedulam Banchariam & ordinem alicui Monti directum, ſed tamen reprobatur attentis facti circumſtantiis. Sanatio quid operetur, & quo caſu poſſit concedi per Summum Pontificem.

SUMMARIUM.

1 *Cenſus ad hoc ut valide dicatur conſtitutus juxta formam Pianæ Conſtitutionis, requiritur, ut pecunia numeretur coram duobus Teſtibus & Notario.*

2 *Sanatione non eſt opus, ſi loco pecuniæ numeratæ fuerit contextualiter directus ordo alicui Monti, in quo pecunia extabat, & fuit per Impoſitorem cenſus exactam.*

3 *Vel ſaltem hoc caſu denegari nullo modo poteſt ſanatio.*

4 *Cedula bancharia tradita Notario per emptorem cenſus in ipſa impoſitione reddit contractum tutum; ſecus tamen eſt de ordine, qui fictione ſubjacet, & intermediæ exactioni.*

5 *S. Rota ſemper abhorruit execrabile crimen uſurarum.*

6 *Dicta tamen diſtinctio nimis dura eſt, ſi doceatur de effectiva monetæ exiſtentia in Monte, & illius exactione, ac proinde ſi accedat in commiſſione indultiva ſanandi cum clauſula* arbitrio, *iſta juris rigorem temperat ac relaxat.*

7 *Cenſum ex credito creari non poteſt juxta conſtantem S. Rotæ opinionem, rejectis contrariis ſententiam affirmativam tenentibus.*

8 *Limitatur tamen ubi liqueat de crediti præexiſtentia, & realitate, tunc enim nunquam denegatur ſanatio infirmitatis ex hoc capite derivantis.*

9 *Sanatio efficit, ut pro fructibus decurſis & non ſolutis relaxari ſoleat & debeat etiam mandatum.*

10 *Fructus ſoluti per debitorem tempore, quo cenſus erat nullus, cedunt in extinctionem ſortis.*

11 *Et ſi ſors fuerit extincta, concedi non poteſt amplius ſanatio; quia tunc non eſſet infirmos ſanare, ſed mortuos reſuſcitare.*

12 *Depoſitum factum in pecunia numerata transfert dominium in recipientem, qui uti poteſt pecuniis, & aſſumit periculum in ſe ſicut in mutuo.*

13 *Depoſitarius per lapſam longi temporis præſumitur* ſuæ

ſuæ adimpleviſſe obligationi reponendo monetam conventam.

14 *Papa non ſolet abſque juſta & rationabili cauſa cenſum ſanare.*

15 *Appellatio tollit quemcumque effectum rei judicatæ, neque de rigore ſententiæ nomen ſententiæ promorentur.*

16 *Papa poteſt cenſum ſanare non obſtantibus ſententiis, illius nullitatem convincentibus.*

17 *Papa nunquam præſumitur juri a tertio quæſito per ſanationem voluiſſe præjudicare.*

18 *Limita ſi Papæ fuit expreſſum, quod aderant tertii Creditores, & quod hi obtinuerint prædictas ſententias, quia tunc ſanatio a Papa conceſſa afficit etiam hypothecarium Creditorem intermedium.*

19 *Et cenſum reddit legitimum.*

20 *Licet in materia fæneratitia neque ætas neque ſimplicitas ſatis eſt pro validando, quod eſt invalidum & nullum.*

21 *In quibuſdam tamen circumſtantiis ſuggerit Epicheja, quod imbecillitati Perſonarum conſulatur.*

DECISIO CCV.

ASſociationem obtentam ab Hieronyma & Virginia vigore Cenſus, earum favore impoſiti per Antonium ſuper Tenuta vulgo compellata *del Taccone*, intervertere ſatagentes Marius aliique de Fanis, tertii ipſius Tenutæ Poſſeſſores, fœliciter impugnaverant coram A. C., poſtmodum coram tunc temporis inſignii Prælato Judice Commiſſario ex capite eradicativo cujuslibet actionis exoriente ab infecta radice prænominati Cenſus, utpote in ſe nulli, atque ita declarati in utraque inſtantia ob inobſervationem Pianæ Conſtitutionis, provide ſancietis pecuniam creatricem Cenſuum numerari coram duobus Teſtibus & Notario: Verum ſubinde porrecta per eandem Hieronymam & Virginiam ſupplicatione Sanctiſſimo pro aſſueta ſanatione hujuſce defectus reportanda, impetratoque commiſſivo reſcripto per organum Signaturæ Juſtitiæ loco Signaturæ Gratiæ deputatæ votis favorabilibus, videlicet *Arbitrio Rotæ*, Domini ſub hodierna die deſuper requiſiti nullatenus ambigerunt, quo minus in præſentibus facti circumſtantiis hujuſcemodi arbitrium faventem ſibi locum uſurparet.

Cenſus quippe, de quo agebatur, etſi non
fuerit ad normam memoratæ Bullæ Pianę con-
tractus ſub actuali & phyſica dinumeratione
pecunię in pręſentia, ut diximus, duorum Te-
ſtium & Notarii, ſicque primo intuitu nequi-
ret reputari validus ac recte conſtitutus in ſua
forma eſſentiali ac vivificativa, prout ad ex-
tirpandam ſuſpicionem fænoris, & ſimulatio-
nem mutui, alteriuſve confeſſionis, aut con-
tractus, ad literam legitur determinatum in
dicta conſtitutione la 79. §. *Rurſus*, & abſque
1 Contradictore eidem Bullę, ut par eſt, obſe-
quentes affirmarunt *Palma Nep. alleg. 152. num 4. & alleg. 153. num. 1. & ſeqq., Mangil. de evict. quæſt. 83. num 15. & 16. Modern. Peruſin. de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ. 22. §. 9. num. 1., Gratian. deciſ. Marcb. 224. num. 1. Rot. deciſ. 9. num. 6. coram Priol., deciſ. 337 num. 1., & deciſ. 356. n. 2. par. 18. recent.*

Nihilominus palam demonſtrabatur, extitiſ-
ſe creatus mediante ordine effectivo directo per
Hieronymam & Virginiam Monti Pietatis Cor-
neti, ubi major ſumma invenſtienda depoſita
extabat in faciem & proprietatem earumdem
Hieronymæ & Virginię, quapropter cum ſub
identifica die creationis hujuſcemodi Cenſus,
2 & pecunia in Monte adhuc extaret, & fuerit
citra ſcrupulum exacta per Antonium Impoſi-
torem, vel non erat opus ulla alia ſanatione, ut
in ſpecie ordinis incontinenti effectuati rerutarunt *Joſeph Ant. Pilaja in obſervat. ad Franc. de Poteſt. conſider. 73. num 10. & conſider. 98. num. 13. Card. de Luc. de Cenſ. diſc. 4. ſub num. 6., Rot. deciſ. 256. ex n. 9. uſque ad 17. par. 9. recent. tom. 1., & deciſ. 48. num. 3. verſ. Eoque magis & ſeqq. coram Ubago.*

Vel in omnem caſum non poterat denegari
3 ſanatio, Tribunalis noſtri cognitioni & arbitrio
delegata, ſicuti punctualiter ad terminos pecu-
niæ inveſtiendę & inamovibilis deciſum fuit *in Farfen. Cenſus coram bo. me. Albergato impreſſa par. 17. rec., deciſ. 311. ſub. num. 3. verſ. De æquitate autem uſque ad n. 10. & per tot.*, & in terminis ſimplicis ordinis effectuati reſponſum fuit *in Romana Cenſus coram clar. me. Card. Taya pariter impreſſa par. 18. rec., deciſ. 356. per tot. & ſignanter n. 7.*

Quin propterea ullo modo reſiſteret celebris de reliquo in Foro noſtro diſtinctio, quamve ſæpius S. Rota eſt amplexata inter nudum ordinem de ſolvendo traditum ab emptore Cenſus, ac effectivam cedulam banchariam, ſeu fidem depoſiti aut crediti, conſignatam Notario in ipſa Cenſus impoſitione, quaſi quod huiuſcemodi cedula bancharia ſive fides crediti, aut depoſiti tutum ab uſurario inquinamento reddat contractũ ac pręſeferat certitudinem monetę pręexiſtentis, ſolumque non numeratæ, vel e Bancho aut e Monte traductæ, ratione incommodi, & commercii magis expediti: Ordo vero ſubiaceat non minus fictioni, & meræ ſuppoſitioni exiſtentiæ pecuniæ revera non extantis, quam intermedię exactioni & amotioni ſecundum perpetuo ſub hac diſtinctione ſtabilita per adductos apud *Novar. in Sum. Bullar. Comment. 48. n. 54., Epiſc. Rocc. diſput. Iur. cap. 126. num. 1., Cenc. de Cenſ. q. 50. num. 13. Giballin. de uſur. lib. 4. cap. 6. art. 17. confect. 10., Mangil. de evit. q. 84. n. 14. de Angel. de confeſſ. lib. 2. q. 5. n. 22. & 23., Modern. Peruſin. de ſolemn. in contract. minor. gloſſ. 22. §. 10. n. 38. & ſeq., Card. de Luc. de Cenſ. diſc. 4. num. 3. 4. & 5. cum ſeq. diſc. 34. num. 7. & diſc. 35. nn. 6. & 7.* & late per me fuit annotatum *in tract. de Commerc. & Mercat.*

*cut. diſc. 7. num. 4. & 5., & in diſc. general. ex
num. 167., Rot. deciſ. 337. num. 14. cum plurib.
ſeqq. par. 19. rec.*

Siquidem quantumvis circumſpecta religio
Judicantium in materia tam proxima peccato,
& crimini execrabili uſurarum, precifius vere
noſtrum Sacrum Auditorium hunc pravam
etiam ſuſpicionem abhorrens, ut *in Romana Ca-*
5 *bii 17. Iunii 1697. §. Quamvis, coram Me*, ita
rigoroſe cenſuerit, & recte diſtinxerit ad oc-
currendum fraudi etiam poſſibili: adhuc tamen
evidentia facti demonſtrante contrarium ob ef-
fectivam monetæ exiſtentiam, illiuſque incon-
trovertibilem exactionem, durum nimis viſum
eſt cum ſolo poſſibili proſtituere, & proſternere
veritatem, ſaltem ſuperaccedente commiſſione
indultiva ſanandi cum clauſula *Arbitrio*, quæ
trucem Juris aſperitatem ſobrie & æquitative
6 temperando relaxat, ex vulgatis juribus, de
quibus *Rot. deciſ.* 284 *num. 5., & deciſ.* 506.
*num. 2. par. 2. rec., deciſ. 61. num. 1. & ſeqq.
par. 8., deciſ. 150. num. 1., & deciſ. 311. num. 2.
par. 17., & deciſ. 769. nu. 2. par. 18. rec.*; & bene,
ac individualiter in caſu noſtro poſt *Card. de
Luc. de Cenſ. diſc. 4. ſub. num.* 6. obſervat *Rot.
deciſ. 356. n. 7. par. 18. rec.*

Indeque pariter videmus, quod adeo Ec-
cleſia mater eſt, & amica Veritatis, ut in
fraternizantibus fere terminis, & ſi ob ne-
glectam Conſtitutionis cenſuram, ſpretæque in-
juriam formæ, interdixerit, Cenſum ex Credi-
to ereari poſſe, quemadmodum, quicquid male
fuerint opinati nonnulli, de quibus apud *Aſto-*
7 *lin. reſol. 17. num. 1., Avendan. de Cenſ. q.
43. n. 9., Roderic. de ann. reddit. lib. 1. q. 13.
num. 3., Salgad. in labyrinth. Credit. par. 1. cap.
40. num. 65., Fontanell. deciſ. 130. num. 7., Tho-
mat. deciſ. 243. n. 10. & ſeqq., Urceol. deciſ. 16.
num.* 14. & quidquid pariter innixæ anterioribus
Bullis Nicolai V. & Calixti III. in hac parte
per poſteriorem B. Pii V. procul dubio revoca-
tis, minus recte ſenſerint Curiæ Regni Neapo-
lis & Siciliæ, teſte *Io. Franc. de Pont. conſ. 41.
n. 37. lib. 2., de Marin. quotid. reſol cap. 20. num.
9. & ſeqq., & alleg. 84. num. 6. aliiſque penes Rocc.
diſput. Jur. lib. 2. cap. 126. num. 48., Card. de
Luc. de Cenſ. diſc. 1. num. 3., Maſtrill. dec. 262.
num. 2.*

Perpetue tentum, & judicatum manſit in
Urbe, & univerſa Pontificia ditione, & ſignan-
ter in Tribunali noſtro, uti proſequen. teſtifi-
catur idem *Card. de Luca de Cenſ. d. diſc. 1 n. 4.*
& patet ex *deciſ. 184. nu. 5. coram Dunoz. Jun.
deciſ. 43. n. 17. & plur. ſeqq. poſt. Merlin. de pi-
gnor., deciſ. 55. num. 4. coram Ninot., dec. 20. ex
n. 19. cum plur. ſeqq. par. 9. rec., & in Baren. Cen-
ſus 4. Julii 1663. coram bo. me. Veroſpio, & in
Melphicten. Reintegrationis 25. Junii. 1696. §.
Conſtitit, coram bo. me. Emerix.*

Attamen ubi liqueat de incontrovertibili
Crediti præexiſtentia & realitate, Summi Pon-
tifices nuſquam denegare conſueverunt ſanatio-
nem infirmitatis ex hoc capite derivantis, ita-
ut neque plerumque reſcribant, prout in præ-
8 ſenti caſu *pro ſanatione arbitrio Rotæ*, ſed com-
mittant, & imperent abſque alio arbitrio ſana-
tionem, dummodo veritas Crediti pelluceat
& convincatur, adhibentes idcirco illam fami-
liarem & ſimpliciſſimam clauſulam *conſtito de
vero credito ſanet &c.* ſecundum ea, quæ ha-
bentur per *Marcheſ. de commiſſ. appell. in cauſ.
oblig. Cam. par. 1. §. 2. num. 50. tom. 1., Modern.
Peruſ. de ſolemn. in contract. de min. gloſ. 22. §. 10.
num. 24., de Angel. de Confeſſ. lib. 1. quæſt. 7. eff.
17., Card. de Luc. de Cenſ. diſc. 2. num 2. & in
annotat. ad diſc. 4. num. 4., Sperell. dec. 28. num.
29. & 30., Rot. in Avellina, ſeu Nullius Præſta-
tionum 9. Maii 1698. §. Nam cum Hoſpitale, co-
ram R. P. D. meo del Olmo.*

Cadente ſolum amaritudine ſive quæſtio-
ne circa fructus a debitore ante petitam con-
ceſſamve ſanationem debitorum, vel perſolu-
tos; nam quamuis in caſu, quo facti circumſtan-
tiæ Principem, & deinceps Judicem impellant
ad ſanationem, eadem ſanatio efficiat, quod
ex quadam vi retrotractiva fructus, tamquam a
medicata radice provenientes, uſq; ab initio ex-
titerint quodammodo legitimati, ideoq; pro de-
9 curſis & non ſolutis relaxari ſoleat & debeat
etiam mandatum juxta perpenſa & reſoluta
penes cumulatos a moderno *Jou. de ſolemn. in
contract. minor. gloſſ. 22. §. 10. nu. 27. & 28.,
Urceol. dec. 16. num. 3.. Rot. dec. 14. num 3. de-
ciſ 111. num 3. par. 12. & dec. 311. num. 11. par.
17. rec.*

Si tamen fructus omnes, vel major pars in
effectu fuerit ſoluta per debitorem tempore,
quo Cenſus erat nullus & infirmus, iique re-
cte calculati ſortem principalem penitus abſor-
beant, ex quo tunc iidem fructus paulatim ceſ-
ſerunt in ſortem, illamque extinxerunt ad men-
tem *Text. in cap. cum contra de pignor., & in l.
ſi non ſortem 26. ff. de uſur.* difficile eſt, quod op-
10 ponente eodem debitore integram & tota-
lem extinctionem capitalis cenſus, adeout nec
in minimo obulo vigeat amplius ipſum capita-
le, Pontifex vel ejus Signatura Gratiæ ullate-
nus indulgeant exoptatæ ſanationi, etiam in for-
ma Commiſſaria; nimis enim in hoc caſu læ-
deretur jus debitoris liberati, eſſetque non infir-
mos ſanare, ſed mortuos ſuſcitare ex optime
perpenſis apud *Pacion. alleg. Civil. & Canonic.
cap. 103. num. 8., Card. de Luc. de cenſ. diſc. 3.*
11 *ſub num. 3. verſ. Unde cum &c.* Meque olim oc-
cupante manus *Auditoris glor. me. Innocentii* XII.
ſic fuit inconcuſſe per Sanctitatem Suam, ejuſ-
que Signaturam ſub hac diſtinctione practica-
tum.

Sentientes itaque Informantes pro Fanis pra-
xim, & efficaciam horum fundamentorum, inu-
tiliter convolabant ad quædam refugia, ſed
parum obſtitit. Primum, quod contra ſuperius
præſuppoſita, pecunia in rei veritate non exta-
ret in Monte Pietatis Corneti, ex quo Depoſi-

tariis

tarius pecuniam de reliquo inveſtiendam ad ſui
commodum traxerit, variando aliquo modo
naturam depoſiti regularis ad illam depoſiti ir-
12 regularis, de qua *Cobell. ad Bull. Bon. Regim.
cap. 22. num. 30., Reverendiſſimus Zaul. ad Statut.
Favent. lib. 2. rub. 4. num. 18., Card. de Luc. de
credit. diſc. 2. num. 12., Barboſ. vot. deciſ. lib. 1.
vot. 13. num. 8. cum ſeqq.*

Ultra etenim cæteras ſingillares reſponſiones
huic facto datas per Creditrices, ſtatim obver-
ſata eſt talis Dominorum levitas objecti, dum
prædictus Depoſitarius ſeſe contextualiter obli-
gaverat de reponenda in arca Montis pecunia
intra terminum ſex menſium, cumque id accipe-
rit de anno 1658. *Summario reſponſionis illorum
de Fanis num. unico*, & cenſus fuerit impoſitus de
anno 1663., itidem eadem die creationis exa-
cta pecunia. *Summarium eorundem de Fanis n. 3.
in fin.*, non erat ulterius ad normam propoſitio-
nis ſuper inſinuatæ inquirendum denuo præexi-
ſtentia pecuniæ in ipſo Monte tempore contra-
ctus; in omnem quippe eventum omni jure
præſumendum erat, quod in ſpatio integri fer-
me luſtri Depoſitarius propriam impleverit præ-
ambulam obligationem cum opportuna & con-
13 venta repoſitione monetæ ad tradita per *Me-
noch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 135. num. 3. &
conſ. 1257. num. 6., Capyc. Galeott. contr. 14. nu. 7.
& ſeq. lib. 2., Novar. quæſt. forenſ. 136. num. 4., Ca-
ren. reſolut. 108. num. 4. & ſeq., Sard. deciſ. 105.
num. 4.* cum aliis pluribus adductis per *Rot. Lu-
cen. in fin. 4. vol. allegat., Palma Nep. deciſ. unic.
ſub. num. 80. & ſeqq.*

Minus refragari valuit ſecundum refugium
depromptum a geminis ſententiis, quæ ante ſa-
nationem declaraverant nullitatem controverſi
Cenſus, quamobrem ſanando Cenſum, vide-
retur iterum onerari debitor, qui jam extite-
rat per hujuſmodi binas ſententias liberatus,
quod Pontifex fons æquitatis & juſtitiæ fa-
cere non ſolet, niſi ex magna & rationabi-
14 li cauſa ex connotatis per *Pacion. alleg. 103.
num. 2., Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. tit de Signa-
tura Grat. cap. 2. num. 481. fol. 97. Card. de Luca
de Cenſ. diſc. 3. num. 4., Rot. in Baren. Cenſus 4.
Julii 1663. §. Siquidem. coram bon. mem. Vero-
ſpio.*

Etenim in primis propoſitio hæc in ſe abſtra-
ctive vera recipienda ſolum videbatur, quo-
tieſcumque tales ſententiæ tranſitum feciſſent
in rem judicatam, ſiquidem in his terminis du-
bio procul remanſiſſet debitor jam liberatus;
ſed quando, prout hic, ab eiſdem ſententiis
pendebat appellatio, nequibat ullo modo repu-
tari debitor liberatus, cum excepta illa nuda
præſumptione boni juris, quam ad alios effectus
præſeferunt regulariter ſententiæ, ea ſit vis,
& robur appellationis, ut tollat quemcunque
effectum Judicati, neque de rigore ſententiæ no-
men ſententiæ promereantur ex copioſe diſertis
15 per *Card. de Luc. de Iudic. diſc. 36. n. 45., & diſc. 37.
n. 46. Fontanell. deciſ. 420. n. 30. lib. 2., Rot. in Fa-
ventina Primogenituræ 11. Martii 1701. §. Atque
hæc coram Me*; & in noſtris terminis ſpecifice
reſpondet *Card. de Luc. de cenſib. diſc. 3. ſub n. 4.
verſ. Quoniam ubi ſententia &c.* Aſt trucidabat
omnem difficultatem, quod Papæ jam fuerant
fideliter per Creditrices expreſſæ eædem duæ
ſententiæ contra ſe pro nullitate cenſus pro-
nunciatæ. *Summario reſponſionis numer. unico*,
proindeque ſi Papæ, apud quem reſidet omnis
ſanatoria & diſpenſatoria poteſtas, placuit iiſ-
dem ſententiis non obſtantibus ſanationem hanc
elargiri, mole ſua ruebat objectum, ut aliàs in
16 hoc ipſo propoſito reſponſum fuit *in Neapoli-
tana Cenſus 20. Aprilis 2692. coram Reverendiſ-
ſimo Turonen. confirmata 26. Martii 1694. coram
bon. mem. Benincaſa, & in Romana Cenſus 26.
Julii 1693. coram præfato Reverendiſſimo Turo-
nen., in Avellina. ſeu nullius præſtationum 29.
Aprilis 1697. §. Nec refragat. coram R. P. D.
meo del Olmo, & 9. Maii 1698. §. fin. coram Eo-
dem.*

Conſecutive ad reſolutionem præcedentis ob-
jecti, decidebat etiam, ſternebaturque tertium
refugium, quod eliciebatur a qualitate oppoſi-
torum, qui veluti tertii Creditores ſortientes
intermediam hypotecam prætendebant, eis
nequiviſſe, ſaltem ex voluntate Principis, præ-
judicari, ad ea quæ in ſupradicta ſimilitudine
17 legitimationis perpenduntur apud *Malvas
conſ. 116. num. 8., Decian. reſp. 38. num. 21. & 22.
lib. 3., Caſtald. conſul. 102. num. 2., & conſul. 202.
num. 11. & 12., Borgnin. deciſ. 33. num. 51. par. 4.,
Rot. deciſ. 673. num. 15. par. 18. recentior.*, & in
ſpecie cenſus *Rot. deciſ. 614. num. 5. uſque ad 8.
coram Bichio.*

Expoſitum quippe legebatur a præfatis Ora-
tricibus, quod nedum aderant Creditores in-
termedii, ſed quod & hi obtinuerant præ-
citatas ſententias, unde ſive ex intrinſeca
ratione ſanativa radicis uſque ab initio fa-
cta ſub aſſueta clauſula *perinde &c.*, ſive ex cla-
ra & indubitabili intentione Papæ, gratiam ſa-
nativam, hoc non obſtante, impartientis, il-
lam afficere etiam tertium hypothecarium cre-
18 ditorem intermedium ſine ſcrupulo concluſit,
& affirmavit eadem *Rot. dicta deciſ. 614. num.
12. cum pluribus ſeqq. coram Bichio*, & in termi-
19 nis legitimationis tradiderunt *Peregrin. conſ. 62.
n. 3. lib. 2., Gabriel. conſ. 29. n. 15. & 16. lib. 1.
Giovagnon. conſ. 17. num 2. lib. 2., Gratian. diſ-
20 cept. 635. num. 37., Rot. dec. 2354. num. 9. coram
Coccino, deciſ. 54. num. 5. coram Bichio, dec. 546.
num. 11., & deciſ. 625. n. 13. coram Emerix jun.
& deciſ. 751. num. 4. & ſeqq. par 18. rec.*

Subſiſtentibus igitur motivis affirmativis, fu-
gatiſque contrariis objectionibus, eo magis Do-
mini inclinarunt pro interpoſitione eorum ar-
bitrii, quia ſemper firma remanente ſubſtan-
tia contextualis realitatis & exactionis pecuniæ,
pro faciliori diſpenſatione circa nudam formam
urgebat etiam qualitas Creditricium, quæ &
fuerant proteſtatæ velle contrahere ad normam

Bullæ

Bullę B. Pii V., & tamquam fęminæ plerunque ignarę formalitatum pronius erant excuſandę, licet nempe in materia fęneratitia, neque ętas, neque ſimplicitas, neque alia qualitas ſatis exiſtat pro validando, quod eſt invalidum &
20 nullum *Lup. de vſur. comment. 2. §. 1. num. 4. & 5. Cenc. de Cenſib. quæſt. 88. num. 12., Leotard. de vſur. quæſt. 100. num. 61. & ſub num. 62. verſ. denique vt hæc Cauſa, Card. de Luc. de vſur. diſcurſ. 17. num. 20., Rot. decis. 1006. num. 7., coram Card. Seraphino, & deciſ. 651. num. 7. coram Emerix junior.*

Nihilominus in quibuſdam occurrentiis rei cęteroquin diſputabilis, ipſa ſuggerit Epicheia, quod imbecillitati perſonarum conſulatur, ut non abſcendendo a noſtra theſi anima dvertit, *Card. de Luc. de cenſ. in Summ. num. 22.* & faciunt tradita per *eumd. Car. de Luc. de vſur. diſc. 17. ſub n. 20. verſ. Verum*, alioſque congeſtos per *Modern. Saball. reſol. 17. num 8. & 9., Rot. deciſ. 316. n. 2. & 3. par. 4. diverſor., & deciſ. 74. n. 17. par. 14. rec.*

Et ita &c. utraque &c.

PERUSINA AFFICTUS SUPER ASSOCIATIONE.

Mercurii 22. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Frater promittens de rato non data ratificatione aliorum Fratrum iſtos non obligat. Suſcriptio in vacuo non inducit obligationem contra ſubſcribentem. Ratificatio fieri poteſt per quemcumque actum inter vivos. Petitio dilationis ſolutionis debiti inducit agnitionem, & approbationem ipſius debiti. Solutio procedens metu mandati quo caſu non præjudicet ſolventi.

SUMMARIUM.

1 *Locatori finito affictu denegari non poteſt manutentio, vel aſſociatio.*
2 *Promiſſio de rato. facta a Fratre nulla ſuperveniente ratificatione reſpectu aliorum fratrum, inutilis redditur.*
3 *Ac proinde ea non probata fieri non poteſt executio ſuper bonis aviti fideicommiſſi eorum favore purificati, ac fiat executio ſuper bonis alterius, quam debitoris.*
4 *Subſcriptio in vacuo ſignata apta non eſt ad inducendam in ſubſcribente ullam obligationem.*
5 *Creditor ſeu contrahens, veriſimile non eſt quod pro gravi ſumma gravi niti voluerit in nuda ſubſcriptione.*
6 *Epiſtolæ contra ſcribentem plene probant.*
7 *Ratificatio non minus fieri valet per Epiſtolam, quam per quemcumque efficaciorem actum inter vivos.*
8 *Petitio mera dilationis debiti illius approbationem, & agnitionem præfefert.*
9 *Præſertim ſi d. petitio fuerit in Judicio deducta, illaque debitor uſus fuerit.*
10 *Solutio ſi proceſſerit metu mandati nullum ſolventi præjudicium infert.*
11 *Declara, id procedere. ſi appareat concomitans proteſtatio, quæ neceſſario requiritur.*
12 *Timor executionis erga Perſona, conjunctas validat contractum mulierum & Perſonarum a jure vel ſtatuto effectarum incapacium.*

DECISIO CCVI.

AD Bona, quę Franciſcus Maria proprio nomine, illiuſque Fratrum tradiderat in ſolutum Comiti Vincentio, & unico contextu retroacceperat titulo Conductionis, non ſolum termino ejuſdem Affictus expirato, ſed moroſo nimirum exiſtente in exſolvendis pęnſionibus conventis eodem Franciſco Maria, multoque magis ejus Fratribus, coactus fuit Comes Joannes Baptiſta Vincentii filius, & hæres (pręter alterum Judicium ſuper prædictarum conſecutione penſionum feliciter inceptum, & reſpective conſumatum) eradicativam poſtremo inſtantiam promovere pro reportanda Aſſociatione, illaque bis coram Me citra reſolutionem diſpuncta, in hodierna pariter Audientia nullatenus reperii ſuffragia Dominorum concordia circa perſonam, ſive ratam Ioannis Baptiſtæ, ſed in reliquis videlicet erga portiones ipſius Franciſci Mariæ, alteriuſve fratris Nicolai annuendum eſſe petitis unanimiter reſponderunt.

De pręexiſtentia namque extremorum, quæ in hoc executivo Judicio deſiderantur, nulla coincidebat ambiguitas; mediante quippe bino Inſtrumento per Franciſcum Mariam nomine. de quo ſupra exarato ad favorem Comitis Vincentii, priori loco conſtabat de credito liquidato in ſumma ſcutorum 27. mil., pro qua effective præceſſerat enunciata datio in ſolutum; & ſecundo palam liquebat de titulo Affictus, quo ut ad præſens dufluxo, Domino, ſive Locatori expoſtulanti denegari non poſſe, aut in ſuis caſibus manutentionem, vel ſaltem aſſociationem, quotidie habetur in practica, & tradiderunt reſpectu manutentionis, *Pacion. de Locat. & Conduct. cap. 65. num. 29., Poſth de manut. obſerv. 16. num. 49., Rot. poſt eumdem deciſ. 269. num 2. coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 105. num. 5., & in recent. deciſ. 183. num. 9. par. 19.*, & quoad Aſſociationem, *Pacion. de Locat. & Conduct. d. cap. 65. num. 24., Rot. deciſ. 318. num. 2. par. 19. recent., & alibi ſæpiſſime.*

Verum tota moles, & anguſtia difficultatis reſidebat in diſcernendo perſonas obligatorum, quia cum pręciſive ab aliis fratribus pręmortuis, ac de quibus quæſtio non erat, tantummodo appareret Franciſcus Maria pluſquam perfecte obligatus in ſua propria perſona; in ordine autem ad ejus fratres ſuperſtites nullum antecederet ſpeciale mandatum, hinc proinde ſola promiſſio ab eodem facta de rato illorum reſpectu

prор-

prorſus reddebatur inutilis, nulla ſuperveniente canonica ratificatione, ex notiſſima *gloſſ. in l. inter ſtipulantem* 83. *verb. non obligat. ff. de verbor. ſignific., Paul. de Caſtr. conſ.* 278. *n.*3. *vol.* 2., *Rot. coram Celſ. deciſ.* 16. *num.* 6., *deciſ.* 22. *num.* 5. *&* 8., *ac deciſ.* 28. *num.* 3. *& ſeqq., in recen. deciſ.* 316. *num.* 1. *par.* 17., *deciſ.* 337. *num.* 27. *par.* 19., *& in Romana Fornacis* 26. *Martii* 1700. §. *Demum coram Me.*

Et ſane quoad Joannem Baptiſtam, is penitus inficiabatur ſomniaſſe, aut primordiale debitum, aut conſecutivam traditionem in ſolutum cum ſimultanea retroſuſceptione in conductionem approbaſſe, ſchedulamque ob id privatam prætenſæ ratificationis, etſi proprio caractere ſubſcriptam, extitiſſe dumtaxat conſignatam ſeu tranſmiſſam confidentialiter in albo ad alium penitus diverſiſſimum effectum deſponſandi communem ſororem, quantumuis ipſo poſtmodum abſente & ignaro repletam. Quapropter Domini ob conflictum atteſtationum, necnon conjecturarum deſuper hinc inde pugnantium in ſententia, ut præmiſimus, diviſi, alteri diſcuſſioni reſervantes articulum, interim, ut par erat, retardandam omnino fore ſuper illius portione Aſſociationē exiſtimarunt; donec etenim melius aut concordius eluceſceret de ſubſiſtentia ac efficacia prętenſę ratihabitionis, omnis ratio expoſtulabat, quod bona ſeu rata per eum poſſeſſa vigore aviti & indubitati fideicommiſſi, nulli moleſtationi ſubjacerent, ne alias nimirum prępitanter fieri contingeret executio ſuper bonis
3 alterius, quam proprii ac perantea declarati debitoris, reluctante in hac lege & ęquitate, & juxta *Text. in leg. a Divo Pio* §. *Super rebus ff. de re judicat., & in animadverſa ibi per Angel, num.* 1. *&* 2., *in tract. de Commerc. & Mercat. diſc.* 64. *num.* 1., *in deciſ.* 339. *num.* 1., *& in deciſ.* 340. *num.* 7., *& in deciſ.* 424. *n.* 4. *& ſeqq. par.* 13., *in deciſ.* 32. *num.* 4. *par.* 15., *& in deciſ.* 730. *num.* 6. *&* 7. *par.* 18. *rec.*

At non ſic Dominis viſum fuit circa Nicolaum, licet namque parem ipſe ſortem & defenſionem cum Joanne Baptiſta ſibi competere blandiretur, exagerans eodem modo ſolia ratificationis ex oppoſito productæ ſuperinſcripta extitiſſe opere vel conſilio Julii, certo certius in ſe obnoxii, tuncque a Comite Creditore divexati, quando ſimplex ſubſcriptio ad memoratum extraneiſſimum finem in vacuo per eum ſi-
4 gnata, apta non erat ad infligendam in ipſo ullam obligationem, ſicuti in terminis ſimilium ſubſcriptionum, *Cardinalis de Luc. de credit. & debit. diſc.* 81. *num.* 5. *&* 6. *& de Judic. diſc.* 29. *num.* 27., *Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. animadverſ.* 162. *num.* 1., *Adden. ad Pamphil. deciſ.* 346. *n.* 10., *Rot. deciſ.* 308 *n.* 2. *& ſeqq. par.* 13. cum aliis *in dicto Tract. de Commerc. & Merc. diſc.* 35. *ſub num.* 10.

Quin etiam ulterius adderet, ad ſeſe magis ſpecialiter eximendum intrare aliam particularem tuitionem, ex quo, quando in rei veritate ſe obſtrinxerat occaſione ſubconductionis lacus Tranſimeni una cum Eliſabeth ejus Matre, non fuerat ab eo ſuſcepta obligatio per ſimplicem Apodixam, ſeu interceſſit de medio ſolemne Inſtrumentum; Unde non erat veriſimile, quod
5 idem creditor ſeu Contrahens voluerit inniti in actu, & ſumma tam gravi, debili nimirum documento nudæ ſubcriptionis, ſicuti ad rem obſervat, *Neverol. allegat.* 26. *num.* 127., *Rot. dec.* 61. *ſub num.* 12. *par.* 5. *rec., in Romana mutui* 15. *Martii* 1683. §. 2. *Ex in ſolita coram bon. me. Rondinino, cum aliis in Romana, ſeu Veliterna Mutui* 26. *Aprilis* 1697. §. *Opitulabatur coram Me.*

Nihilominus omnes hujuſmodi diſcurſus & poſſibilitates apertiſſime corruebant ex ſeriis & iteratis epiſtolis per eumdemmet Nicolaum directis Comiti Creditori, in quibus non ſolum in genere literaliter fatebatur, verum in individuo exprimebat omne, quod ut ſupra geſtum fuerat inter Partes, nempe & ſubſecutam traditionem inſolutum controverſorum bonorum, illorumque reaſſumptionem ex cauſa affictus, ipſum Comitem enixe rogando de benigna & opportuna dilatione ad effectum ſuſpendendi fulmina decretorum tunc temporis A. C. Thomati, quæ pro decurſis affictibus jam proſilierant, ſeu emanaverant; ad quid igitur divagari (dicebant in hoc uno ore Domini) ſuper magis nodoſa ac intricata ſarcina probationum, & circumſtantiarum, tam quoad prætenſam inter hos fratres univerſalem communionem, quam reſpectu ſubſcriptionis in vacuo necne, dum Nicolaus inevitabiliter ad literam omnia geſta enunciaverat, approbaverat, & dilationem ex cauſa debiti exinde provenientis ſupplex petierat: cum enim tot epiſtolæ non negatæ ſuperabunde probarent contra Scribentem, ut millies dictum fuit, & ſignanter *in deciſ.* 341. *num.* 7. *& in deciſ.* 372. *n.* 4. *par.* 13., *in deciſ.* 492. *n.* 6. *par.* 14., *in deciſ.* 162. *n.* 13. *& in dec.* 170. *n.* 1. *par.* 15. *recen., & in Veneta, ſeu Anconitana Pecuniaria* 9. *Maij* 1698. §. *Invaluit & ſeqq. &* 18. *Julij* 1700. §. *Sentientes, & in Tudertina Pecuniaria* 2. *Julii eiuſdem anni* §. *Quarto non minus coram Me.*

Utique quando etiam nulla communio ac ſocietas univerſalis extaſſet, & ſolia ratificationis perperam fuiſſent impleta, nonne toties geminatæ epiſtolæ illam etiam de novo importaſſent? Cum ratificatio non minus fieri valeat per epiſtolam, quam per quemcumque efficaciorem actum inter vivos, ut animadverſum fuit *in Tract. de Commerc. & Mercat diſc.* 30. *num.* 22. *& diſc.* 63. *num.* 6., *in deciſ.* 139. *num.* 2. *coram Cavaler.*, *& in deciſ.* 492. *num.* 7. *par* 14. *rec.*

Eoque vehementius, dum Nicolaus mediantibus hiſce epiſtolis, in quibus tota præcedentium obligationum & contractuum ſeries exponebatur, ac rata habebatur, eo uſque pervenit, ut Comiti Vincentio Creditori formulam quo-

dammodo inſinuaverit conceden. dilationis, eademque indulgente robtenta uſus promiſcue fuit, illam producendo coram prædicto A.C. Thomato
8 *Sum. Comitis ultimæ propoſitionis n. 25. cum ſex ſeqq*; ac propterea ſi mera petitio dilationis certi debiti illius approbationem & agnitionem inexcuſabiliter prefert juxta *Text. in leg. ad ſolutionem, ibique gloſſ. Bart., & Bald. Cod. de re judic. Menoeb. de recuper. remed. 15. num. 122., Grat. conſ. 47. num. 22. lib. 1., Surd. conſ. 576. n. 26., Cyriac controv. 441. num. 43., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 501. num. 29. & 30.*

Quanto certius, ubi quoque illemet, qui dilationem imploravit, ipſa uſus in Judicio convincitur, eam ad hunc finem in actis producendo, quemadmodum proſequuntur in propoſito uſus
9 ſive productionis, *Surd. conſ. 529. num. 18., Poſth. de manut. obſerv. 56. num. 147., Tract. de Commerc. & Merc. diſc. 89. num. 22., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 706. num. 9., Magon. deciſ. Florent. 58. n. 24. & ſeqq., idem Poſth. deciſ. Bonon. 15. num. 3. & ſeq., Rot., deciſ. 364. num. 5. par. 15., deciſ. 150. n. 5., & deciſ. 174. num. 14. & ſeqq. par. 17., & deciſ. 124. num. 12. & 13. par. 19 rec.*

Abſque eo quod importantia talium factorum poſſet ullatenus enervari per illam excuſationem, ſub qua ſubſidiarie ſeſe obtegere contendebat Nicolaus, videlicet, quod in tantum ad hoſce actus devenerat, in quantum naturalis charitas erga fratrem, periculo executionis, etiam perſonalis obnoxium, illum confuderat; Ideoq; idem cenſendum eſſet de hiſce epiſtolis, confeſſionibus, & ratiſicationibus, quod in dies paſſimque contingit etiam in fortiori ſuppoſito ſolutionis cum effectu, quod ſi ea proceſſerit metu mandati, nullum inferat præjudici-
10 um ipſi ſolventi, ex prænotatis in *Tract. de Commerc., & Merc. diſc. 87. num. 14., & per Actolin. reſolut. 1. num. 98., & ſeqq., coram Duran. deciſ. 373. num. 18., coram Dunoz. Jun. deciſ. 921. num. 32., & in recentior. deciſ. 6. num. 16. par. 17.*

Quoniam ultra quod nulla apparebat concomitans proteſtatio, prout requiritur in præcitato exemplo ſolventis metu mandati, vel alte-
11 rius indubitabilis violentiæ ad *Text in leg. ait prætor 7. §. Permittitur ff. de minor.* & exemplificata, ſeu ſubaudita per *Creſp. de valdar. obſerv. 94. num. 14., Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 22. num. 22., Gratian. deſcept. forens. cap. 524. num. 35., & ſeqq., Adden. ad Gregor. deciſ. 365. num. 4., Rot. poſt Salgad. in Labyrint. Credit. deciſ. 77. num. 10.*, & penes *Poſt. de manut. deciſ. 202. num. 7.*

Et vltra etiam quod ceſſabat ex facto ipſius objecti præſuppoſitio, dum mandata, ſive decreta A. C. Thomati non fratrem tantum, ſed eumdem quoque percutiebant Nicolaum; Adhuc tamen diametraliter contorquebatur objectio, quia non data ulla violentia & injuſtitia in mandatis (quæ in ordine ad Franciſcum Mariam erat omnino inallegabilis) potius timor executionis erga perſonam arcta neceſſitudine copulatam ſuffragatur ad veſtiendum obligationem, nedum perſonæ majoris & liberæ ad contrahendum, ut ad præſens, ſed etiam ipſarum mulierum, ac perſonarum a jure, vel ſtatuto effectarum incapacium abſque cauſa ſubeundi obligationes, quemadmodum contingit in uxoribus pro redimendo viro a poſitiva,
12 vel etiam imminente carceratione, teſte *Vrceol. conſult. forenſ. cap. 24. num. 41., Carol. Anton. de Luc. ad Grat. animadverſ. 108. nu. 1. Modern. Forolivien. ad conſ. Ramon. obſerv. 98. num. 36., Card. de Luc. de alienat. & contract. probibit. deciſ. 31. nu. 16., Rot. in Recineten. fideicommiſſi 11. Decembris 1693. §. Et in hunc ſenſum coram bo. me. Benincaſa.*

Atque ita Domini abſtinentes a portione Ioannis Baptiſtæ, & ad ſcito ſuper reliquis, ut moris eſt, in geminato votorum æquilibrio pro futura propoſitione, ſuffragio quinti & ſexti Coauditoris, pro nunc reſcripſerunt utraque &c.

PERUSINA AFFICTUS SUPER INHIBITIONIBUS.

Lunæ 22. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Argumentum patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Jura vitalitia poni poſſunt ſub haſta, & deliberatione.*
2 *Hæres gravatus ſuo vita durante reſolvibile tenet dominium.*
3 *Ideoque effugere nequit ſuper fructibus ad eum perventuris executionem, ac ſi ageretur de aliis bonis indifferentibus.*
4 *Executio, ſeu etiam ſubbaſtatio, & deliberatio facta in re alterius, quam Debitoris, eſt nulla.*
5 *Hæres ad omnia jura active & paſſive ſuccedit, ad quæ defunctus tenebatur.*
6 *Concurrente anterioritate crediti ſeu cauſæ, paſſim conceditur retentio adverſus creditorem poſteriorem promoventem remedium favorabilius Salviani.*
7 *Subbaſtatio non impeditur a tertio poſſidente tantummodo jure pignoris, ſeu prætoriæ detentationis licet anteriori.*
8 *Nec eidem competit privilegium* non amota.
9 *Quod competit mulieri, bona viri pro ejus dote mancipata poſſidenti.*
10 *Alienatio facta non ſolum in præjudicium creditorum, ſed etiam parata executionis, utpote colluſiva, remanet nulla.*
11 *Data Cauſa ſimulandi, & concurrentibus conjecturis, colluſio eſt innegabilis, & n. 12.*
15 *Simonia arguitur, ſi reſignans poſt beneficium reſignatum adhuc in illius poſſeſſione, fructuumque perceptione perſeverat.*

16 So.

16 *Solutio decimarum ſequitur rem , & poſſeſſorem .*
17 *Teſtes, pendente lite , & abſque citatione partis examinati , & in eorum dicto ſingulares , & unici nullum probationis gradum conſtitunnt .*
18 *Quoties conſtat de veritate ſimulationis, nil valent præſumptiones & diſcurſus .*
19 *Inhibitio formalis , ſeu aliquod aliud impedimentum hominis ſeu legis ubi non obſtat, nunquam debitor impeditur ſolvere ſuo creditori præſertim anteriori .*

DECISIO CCVII.

IN ipſo veſtibulo præparatæ, ſive incæptæ exequutionis mandatorum , quæ Comites de Plancianis , canonizante Signaturâ Juſtitiæ , reportauerant pro conſequutione Affictuum adverſus Franciſcum Mariam de Ciccis , plures in ſcænam prodiere inhibitiones , quæ, progreſſum ad ulteriora neceſſario retardantes, obſtrinxerunt Comites , ut coram Me , veluti poſtremo Judice conceſſionis *exequatur* eorumdem mandatorum ad normam Reformationis glor. & ſa. me. Inncentii XII. ſuper hujuſcemodi Inhibitionibus, vulgo *Cautelæ Angeli* nuncupatis, anxie deprecarentur quodlibet ſubmoveri impedimentum ; quapropter juxta Conſtitutiones , & ſtabilimenta Sacri Tribunalis conſulens Dominos - *An eſſet procedendum ad ulteriorem exequutionem mandatorum , non obſtantibus inhibitionibus* - oraculum audivi · *quod ſic , ſed pro modo in deciſione enucleando.*

Occaſio inſinuandi , ſive decernendi modum, de quo proxime , promanavit a multiplicitate ipſarum Inhibitionum , perſonarumque reſpective inhibentium , & ob id ſeorſim incedendo, quatenus attinebat ad inhibitiones , ſeu perſonas prędictorum fratrum , cum illæ dumtaxat appodiarentur qualitati bonorum , ſuper quibus
1 implorabatur Proceſſus , & conſumatio exequutionis , Domini (exceptâ rata tangente Joannem Baptiſtam , qui , præter diverſos ac peculiares titulos tuendæ ſuæ poſſeſſionis , adhuc in ſtatu ancipiti condemnationis vel abſolutionis circa debitum eorumdem Affictuum verſabatur ex hodie ponderatis in altero Dubio ſuper aſſociatione) nullatenus hæſitarunt reſpondere affirmative quoad, jus facultatem , vel commoditatem percipiendi fructus ad vitam Franciſci Mariæ , & Nicolai aliorum fratrum ; cum & pariter hæc jura vitalitiæ fruitionis poni valeant ſub haſta ac ſucceſſiva deliberatione , ex firmatis per *Menoch. conſ.* 777. *num* . 8. , *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 580. *num.* 18. , *Molin. de Primogen., Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 21., *Card. de Luc. de fæud. diſc.* 50. *num.* 19. , *Rot. deciſ.* 307. *num.* 9. *par.* 4. *to.* 2. *recent .* , *& in Romana fideicommiſſi* 15. *Januarii* 1700. §. *Agnoſcentes, coram Me.*

Dixerunt *ad vitam* , ex quo præfati duo fratres non alium umbonem opponebant , quam Aviti fideicommiſſi , qui ſane, non ſufficit ad præpediendam omnimodam ſubjugationem ; ſalva quippe proprietate poſt obitum , ex enunciata cauſa fideicommiſſi reſtituenda
2 vocatis & ſubſtitutis in teſtamento , hæres gravatus , qui ſua vita durante reſolubile tenet dominium , ut ait *Rota in Nullius , ſeu Terræ Pontiani ſucceſſionis ſuper attentatis* 16. *Novembris* 1699. §. *Siquidem coram Me* , effugere ne-
3 quit , quominus ſuper fructibus, ad eum vigore pręfati tituli Dominicalis intermedie perventuris, non patiatur exequutionem , ac ſi peragere-tur de aliis effectibus indifferentibus ſecundum ea , quę proſequuntur *Peregrin. de fideic. art.* 40. *ſub num.* 110. , *Poſth. de ſubhaſt . inſpect.* 18. *num.* 221. *& ſeqq., & in Addit. ibidem num.* 117., *Rot. poſt. eumdem deciſ.* 23. *num.* 4. , *& deciſ.* 189. *num* 16. *in recen., deciſ.* 328. *num.* 27. *par.* 10., *& in Romana reintegrationis Fideicommiſſi de Columna* 25. *Aprilis currentis anni* §. *Et quidem, coram Me .*

Deſcendendo igitur ad examen reliquarum inhibitionum ; In primis ſeſe offerebant Sorores de Ferrettis duplicatum creditum oſtendentes uſq; ab anno 1607. , & 1622., & ſic utrumque anterius cuicumque credito Comitum de Plancianis , cum hoc ortum deſumeret ab anno 1667. ex cauſa initæ ſublocationis Lacus Tranſimeni , necnon Dohanarum , & exactionum , quas iidem Comites directe ab Apoſtolica Camera conduxerant ; quamobrem cum in ſequelam talium Creditorum memoratæ Sorores receperint in ſolutum nonnulla ex ipſis bonis, executioni ſuppoſitis , concludere neceſſe erat , quod nulla executio valebat nedum progredi , ſed nec etiam intentari contra ipſas tanquam Tertias jure præfati dominii in poſſeſſione exi-
4 ſtentes , ut uno ore conclamant Scribentes *in l. a Divo Pio* §. *Si ſuper rebus ff. de re judic.*, *Ridolph. in prax. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 26. *& ſeqq.* , *Poſth. de ſubhaſt. d. inſpect.* 18. *num* 89.. *Mangil. eodem tract. quæſt.* 160. *num* 15., *Modern. Foroliv'ien. ad conſ. Ramon. obſerv.* 83. *cap.* 1. *n.* 9. , *& in altera Deciſione edita hac eadem die ſuper aſſociatione* §. *Et ſane, coram Me .*

Idemque ex conſimilis rationis identitate ſtabilire oportebat reſpectu inhibitionis a Franciſco Marino præſentatæ ; nam & is edocebat parem acquiſitionem in vim alterius dationis in ſolutum pro credito longe anteriori cuiuſdam ratæ Cenſus in ſumma ſcutorum 600., impoſiti quidem de anno 1634., ſed ad effectum ſubintrandi in juribus alterius Cenſus , quem in ſe accollaverat Fulvius Columbus ab anno 1622. ideoq; dum unus ex prædictis fratribus conventis , ſcilicet Franciſcus Maria , reperiebatur hæres enunciati Fulvii , palam ſequebatur , quod hæc paſſiva accollationis obligatio transfuſa remanſerit in eumdem Franciſcum Mariam , *vulgata l. unica C. ut actio & ab hæred. & cont. hæred. incip., Modern. Palm. inter ejus recollect. deciſ.* 156. *num* 10., *Rot. coram Dunoz. Iun. deciſ.* 658. *nu.* 15. , *coram Arguell. deciſ.* 106. *n.* 19. ,

in recen. deciſ. 180. *num.* 3. *par.* 19. , *& in Soaven. Immiſſionis* 14. *Maii* 1696. §. *Et moti coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano.*

Conſecutive etiam ad præmiſſa ſubſtentabatur altera quarta inhibitio obtenta per Sebaſtianum pariformiter Marinum, qui duplex fovere creditum oſtendebat, una cum conſimili ac correſpondente datione in ſolutum, quorum præcedens profluebat a creatione Cenſus in forte ſc. 1000, impoſiti per Lucam Patrem Reorum favore cujuſdam Alexandri Angelini, a quo per girum plurium ceſſionum & ſubingreſſuum devenerat in ipſum Sebaſtianum: & alterum conſiſtebat in alio Cenſu efformato de anno 1642. ſub fidejuſſoria obligatione ejuſdem Lucę, cumque hęc duo Cenſualia credita una cum fructibus quantitatem conflarent ſcut. 6366., & proculdubio deberentur a Franciſco Maria, utpote filio, & hærede Lucæ, non videbatur hærendum, quin etiam traditio in ſolutum facta ad commodum præfati Sebaſtiani undequaque ſubſiſtere:, ac conſequenter appareret efficaciſſima ad remorandam quamlibet executionem ex eodem Clypeo tertii, ac titulati poſſeſſoris, contra quem ex ſupra relatis nunquam admittitur proceſſus executivus, præcipue quoties ad exuberantiam intercedit anterioritas crediti, ſeu cauſæ, qua concurrente paſſim quoque conceditur retentio ergam Creditorem poſteriorem promoventem remedium favorabilius utilis
6 Salviani, *Card. de Luc. de Judic. diſc.* 44. *num.* 47. *verſ. Sive quod, Moder Palm. inter ejus recollect. deciſ.* 226. *num.* 2., *Rot. deciſ.* 139. *num.* 1. *& ſeqq. poſt Contr. diſcept. foren. coram P. iol.*, *deciſ.* 390. *num.* 1., *& in recen. dec.* 75. *num.* 9., *& deciſ.* 216., *ac deciſ.* 243. *utrobique num.* 1. *par.* 15. *cum aliis in Romana Salviani* 7. *Martii currentis anni* §. *Si igitur, coram Me.*

Quinta finaliſſime inhibitio impetrata per Joannem Carolum Saccaloſſo (pro ſexta enim cujuſdam Franciſci Luci nemo inſtitit coram Me) diverſam aleam ſortita eſt; nam, etſi anterioritatem ejus crediti videretur & ipſe demonſtrare ob quandam impoſitionem Cenſus ſub anno 1609., nihilominus poſſeſſio prædii in CaſtroRipæ in eum deventa nullibi importabat propriam & veram translationem Dominii, quę requiritur ad effectum, ut quis tanquam
7 tertius queat penitus contraire executioni; mandatum quippe a Ioanne Carolo obtentum explicite cantabat -- *ad effectum retinendi, donec, & quouſque ex illorum fructibus, & proventibus fuerit ſatisfactus de ſent.* 1609. *Summario impreſſo de Ciccis diei* 18. *Aprilis anni currentis num.* 1., ac propterea hujuſmodi formula Pretoriæ detentionis non erat apta ſubhaſtationem offuſcare ex celebri non minus, quam recepta diſtinctione, de qua *in Romana Subhaſtationis de Alexiis coram clar. mem. Card. Cerro, inter ejus impreſſas deciſ.* 234. *num.* 23. *& ſequen.*, *& deciſ.* 262. *num.* 1. *& ſequentib.*, *& deciſ.* 335. *pariter num.* 1. *& ſeqq.*, *& deciſ.* 950. *n.* 2. *& ſeqq.*

Siquidem in hoc caſu rem communis debitoris detinens ſub alio titulo, quam dominii, valet duntaxat, ſubhaſtatione & deliberatione conſumpta, concurrere ſuper prętio, proponendo jura ſuæ prætenſæ anterioritatis; ſed de cætero non habet illam adeo radicatam inſiſtentiam, quam aſſequitur Dominus poſſidens pro ſe ipſo, non autem pro communi debitore, itaut nec
8 etiam ſimili Creditori, ac Detentori jura tribuant illud privilegium, quod in Curia nuncupant *Non amota &c.*, prout competit mulieri, bo-
9 na viri pro ejus dote mancipata poſſidenti, ſicuti poſt *Cardinalem de Luc. de Dot. diſc.* 166. *n.* 76. *Urceol. conſult. foren.* 52. *num.* 18. 19. *&* 20., *Modern. Forolivien ad conſ. Ramon. obſervat.* 50. *num.* 92. *&* 93., *& obſervat.* 83. *num.* 18., *Rot. coram Peutinger dec.* 334. *n.* 7., *& dec.* 470. *n.* 8., *& in Anconitana dotis* 17. *Martii* 1698. §. *Hoc temperamentum coram bon. mem. Urſino, reſolutum fuit in Romana Immiſſionis* 14. *Decembris* 1699. §. *Quod reſpicit coram R. P. D. meo Caprara.*

Demonſtrata itaque ratione & neceſſitate diſcriminandi modum capeſſendę reſolutionis inter tot inhibitiones diſcrepantes, parum juvit Comites in hodierna colluctatione exageratio, quod omnes pręmiſſę traditiones inſolutum eos a proſequenda executione deviantes, undequaque manifeſtam ſupplantationem & colluſionem ſaperent, & oſtentarent, non ſolum quia exaratæ palpabantur poſt mandata jam relaxata favore eorumdem Comitum, in quibus termi-
10 nis hujuſmodi dimiſſiones & translationes bonorum præſumuntur ſimulatæ ex collectis per *Gratian. diſceptat. foren. cap.* 502. *num.* 37., *Rota coram Buratt. deciſ.* 917. *num.* 10. *in recen.*, *deciſ.* 229. *num.* 8. *& ſeqq. par.* 19., *& in Ferrariana dotis* 8. *Martii* 1688. §. *Nec validitas*, *&* 28. *Junii ejuſdem anni* §. *Nec ad elidendam, coram bon. mem. Emerix.*

Aſt etiam quia conſpirabant ultra prædictam cauſam effugiendi executionem jam paratam evidentiſſimæ (ut ipſi ſubiungebant) conjecturæ, apertam ſimulationem patefacientes, cum omnes hæ inhibitiones, ſub nomine diverſorum Creditorum exhibitæ, noſcerentur expeditæ ab eodem Procuratore Reorum, necnon ſub eadem quoquemet die; Liqueret pariter emolumenta Amanuenſium Scriptorum vulgo *Copiſti*, necnon Curſoris, qui has inhibitiones præſentaverat, ſoluta extitiſſe per manus alterius Procuratoris, ſeu Agentis Franciſci Mariæ; Ac denique eluceſceret, quod Fratres etiam expoſt ſaltem, quoad aliquam bonorum apparenter abdicatorum partem, perdurarent adhuc in poſſeſ-
11 ſione, *dicto Summario Comitis num.* 48.; conveniente ſiquidem aperta, ut ſupra, cauſa colludendi cum premiſſis valde ſtringentibus conjecturis colluſionem emergere innegabilem, quotidie ponderarunt *Spad. conſ.* 212. *num.* 4. *&* 5., *Urceol. de Tranſact. quæſt.* 100., *Modern. Argentan. colluct. legal.* 42. *num.* 21., *Epiſcopus Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.* 46. *num.* 5., *Sperell. de-*
ciſ.

eiſ. 27. n. 51. & ſeqq., *Rota poſt. dictum conſ.* 212. *Spad. n.* 10., *Penting. dec.* 21. *n.* 11. & *ſeqq.*, & *deeiſ.* 148. *num.* 4. *eum duobus ſeqq. par.* 16. *rec.*
12 Maxime inter eaſdem conjecturas aſſurgente dicta continuatione in poſſeſſione, prout proſequuntur *Menoch. de Arbitar. caſ.* 39. *num.* 1. *ind. Feretrana Dotis* 28. *Iunii* 1688. §. *Nec ad elidendam coram. bo. me. Emerix*; & *in alia Peruſina Donationis* 17. *Maii* 1700. §. *Secunda coram bon. mem. Jacometto, eum aliis in Romana Salviani* 7. *Martii currentis anni* §. *Fortius coram Me.* Ea namque tanti roboris eſt, ut valida quoque præſumptionem induat criminum atroeiorum, & præſertim ſimoniæ, quoties reſignans poſt bene-
15 ficium reſignatum adhuc in illius poſſeſſione, fructuumque perceptione perſeverat *Cochier. de permut. benefic. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 10., *Pariſ. de reſig. benef. lib.* 14. *quæſt.* 9. *num.* 10.

Addito ulterius, quod & eædem dationes in ſolutum nimium oſcitanter apparebant confectæ, dum conſignata legebantur bona eum animantibus, & beſtiaminibus ſine ullo immaginabili diſtincto appretio, vel æſtimatione precedenti, quodve plus erat inter alios eſſectus inſolutum datos, aderat pariter ſine ulla peculiari æſtimatione traditio domus S. Florentii in Civitate Peruſiæ junctim cum mobilibus, non obſtante, quod eandem domum actu inhabitarent fratres prælaudati, dum pariter pro bonis dimiſſis continuavere in ſolutione decimarum eidem Parocho S. Florentii *dicto Summario Comitis num.* 49. ſolutio etenim decimarum regulariter ſequitur
16 rem, illiuſque poſſeſſorem ad limites *Textus in eap. fin.* §. *Cæterum de decim. in* 6. *Abb. in cap. in aliquibus num.* 6. *verſ. ratio eſt eodem tit., Card. Tuſch. pract. eoncluſ. litt. D., concluſ.* 165. *n.* 1., *Rot. coram Coccin. deciſ.* 895. *num.* 4.

Etenim ad hæc omnia manſit inſolubili reſponſione replicatum, quod quidquid eſſet de veritate aſſertarum conjecturarum, ex quo plerumque Teſtes deſuper inducti convincebantur, lite pendente, & ſine citatione Partis examinati, & in dicto reddebantur ſingulares, & unici,
17 quo caſu notorium eſt nullum probationis gradum præſeferre, ex paſſim firmatis in propoſitionis primæ partis per Epiſcopum *Roc. diſp. jur. ſelect. cap.* 175. *num.* 23. & 24., *Modern. Palm. inter ejus recollect. deciſ.* 31. *n.* 5., *Rot. deciſ.* 348. *num.* 22. *par.* 17. *deciſ.* 20. *n.* 16., & *deciſ.* 355. *num.* 8. *par.* 18. *rec.* & quoad ſecundam, *Gabriel. de Teſt. concluſ.* 2. *n.* 15., *Rot. coram Dunoz. jun. deciſ.* 649. *num.* 6. *coram Priolo, deciſ.* 51. *n.* 19. *coram Cerr.*, *deciſ.* 761. *n.* 12. & *coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ.* 167. *num.* 25.

Tollebatur omnis anſa dubitandi ex palam abſorbente fundamento, nimirum, quod vanum erat immorari ſuper præſumptionibus, & conjecturis, dum ex parte Comitum nullibi juſtificabatur, quod eredita alias ex publicis inſtrumentis reſultantia, & pro quibus prodierant hæ dationes in ſolutum, eſſent minus vera, colluſiva, vel fictitia, quapropter, nedum ceſſabat in radice præjudicium Comitum, ſi adhuc in concurſu ſuper prætio, veluti poſſeſſores poſtpoſiti extitiſſent, verum quoque fruſtraneū
18 erat inniti iiſdem præſumptionibus, & diſcurſibus, quoties a contrario de veritate ſimulationi ſemper inimica inevitabiliter conſtat, ſicuti ultra generale deſuper Axioma *apud Barboſ.* 185. appoſite reſpondit *Menoch. de præſumpt.* 75. *n.* 27., *Gratian. diſcept. forenſ. eap.* 832. *nu.* 15., *Modern. Palm. deciſ. Lucen.* 6. *num.* 45., *Rot. dec.* 311. *n.* 21. & 22. *par.* 19. *recent.*, & *alibi ſæpiſſime.*

Vbi quippe nulla intermediat formalis inhibitio, ſive aliquod intercedit impedimentum legis, aut hominis, nuſquam impeditur Debitor indubitatus & certus ſolvere ſuo legitimo Creditori præſertim anteriori, ex deductis per *Concìol. allegat.* 51. *n.* 9., *Addenn ad Buratt. dec.* 793. *n.* 13., & *per Card. de Luc. de credit. & debit. diſc.* 40. *n.* 5., & *diſc.* 56. *n.* 13., *Rot. dec.* 681. *n.* 1. *par.* 1. *rec.*

Et ita &c. utraque &c.

AUXIMANA JURISPATRONATUS.

Lunæ 27. *Junii* 1701.

ARGUMENTUM.

Appellans, quæ facere teneatur, ne lis dicatur deſerta. Tempore vacationis S. Sedis Apoſtolicæ fatalia non currunt in Rota, quæ ſilet. Præſentatio quando in Jurepatronatus in ſtirpes fieri debeat. An, & quando appellatione lineæ fœmininæ contineantur nedum ipſæ fœminæ ſed omnes maſculi derivantes a Fœmina. Juſpatronatus paſſivum pari paſſu ambulat eum activo. Late diſcurritur quando proximitas accipienda ſit a gravante, ſeu potius a gravato. Obſervantia ultimi ſtatus eſt fida interpres, eaque multum ſpectanda eſt, præſertim in materia Beneficiali.

SUMMARIUM.

1 *Appellans tenetur infra annum appellationis congruam obtinere commiſſionem, & intra biennium proſequi Jura.*
2 *Rota quieſcit tempore Sedis Vacantis.*
3 *Actis non tranſportatis infra biennium cauſa remanet deſerta.*
4 *Fatalia non currunt tempore vacationis Sanctæ Sedis, quæ ſemper præſtat in qualibet materia impedimentum.*
5 *Actis in termino citata parte præfixo non tranſportatis, moderata remanet inhibitio, & fit executio a Judice, a quo.*
6 *Moderatio inhibitionis non eſt neceſſaria ad effectum, ut cauſa efficiatur deſerta, ſed ſufficit lapſus temporis, abſque eo quod aliquid actum fuerit in primo fatali, & in ſecundo tranſportata acta, & juſtitia Judicati.*
7 *Juſpatronatus, ubi non conſtat de fundatione; cenſendum eſt hæreditarium*, & num. 14.

8 *In-*

8 Juſpatronatus licet ab initio hæreditarium, deflectere tamen poteſt in gentilitium & familiare.

9 Juſpatronatus familiare æquiparatur ſucceſſionibus fideicommiſſariis.

10 Defecto primo genere vocatorum, Juſpatronatus purificatum remanet in Perſonis ſecundi generis.

11 Quando vocabulis lineæ & familiæ ſuperaccedit adjectio cognominis ſive agnitionis, filii, ac deſcendentes a Fœmina, utpote alterius agnationis & familiæ, minime comprehenduntur.

12 Patronus non valet contemnere legem a Fundatore præſcriptum quoad Jus præſentandi.

13 Obſervantia omnem dubitandi occaſionem perimit.

14 Juſpatronatus, non conſtito de Fundatione, præſumitur hæreditarium.

15 In Jurepatronatus hæreditario præſentatio fit in ſtirpes.

16 Inſtitutio omni Jure debetur habenti medietatem vocum.

17 Sacerdos in concurſu ſimplicis Clerici gratificandus omnino eſt;

18 Prout Senior in concurſu Junioris.

19 Et hoc paſſim ſervat S. Rota in Beneficiis Calaguritanis, in quibus vigore conſtitutionis S. M. Clementis VIII. directe induit Jura Epiſcopalia.

20 Patronus Juſpat. hæreditarium efficere non poteſt gentilitium.

21 Reciproca linearis inducitur, ſi ab initio teſtator duos hæredes inſtituiſſet.

22 Succeſſio Jurispatronatus in ſtirpes arguitur, ſi Fundator duos columnellos hæredes inſtituiſſet.

23 Præſentatus a medietate Patronorum, inſpectis præpollentibus qualitatibus, præelegi & gratificari debet.

24 Proximitas ad hoc, ut ſucceſſio minus evadat ſaltuaria, magis attendenda eſt in ordine ad ultimum gravatum, quam ad ipſummet gravantem.

25 Et hæc quæſtio percutienda etiam eſt in terminis Jurispatronatus.

26 Limitatur tamen regula præmiſſa in caſu, quo extincto primo genere vocatorum, tranſeundum eſt ad aliud genus ſubſtitutorum, quia tunc omnino ſpectatur proximitas erga gravantem.

27 Appellatione lineę fœmininæ nedum continentur ipſæ fœminæ, ſed omnes etiam maſculi derivantes a fœmina.

28 Limita in vocatis de linea maſculina, quæ in ſua proprietate non includit maſculos a fœmina deſcendentes, & vix verificatur in prima fœmina ultimi maſculi.

29 In vocatione lineæ fœmininæ ſatis eſt, quod ut quis cenſeatur de linea fœminina, ſuam manifeſtet originem a fœmina vocata, citra ullam alterius ſenſus indagationem.

30 Præſertim ſi linea fœminina fuerit in conditione poſita, quia hoc caſu ſufficit, quod quilibet in perpetuum deſcendens a præcedenti fœmina, lineam fœmininam inchoante, exiſtat vocatus.

31 Vocatione maſculorum de aliqua familia non veniunt maſculi ex fœminis, qui qualitate cognominis d. familiæ ſint deſtituti.

32 Vocatio lineæ fœmininæ etiam cum additamento cognominis de aliqua familia ſtat dumtaxat demonſtrative ad deſignandam qualitatem deſcendentiæ a principio fœminino, non vero taxative.

33 Fideicommiſſum reciprocum & perpetuum inducitur, ſi deficiente una linea, alia vocetur.

34 Juſpatronatus paſſivum pari paſſu ambulat cum activo, nec ab illo diſcordat.

35 Ideoque qui fuerunt in Jurepatronatus activo prædilecti, tales etiam reputari debeant in paſſivo.

36 Fœminæ immediate deſcendentes a maſculo, & lineam fœmininam exordientes, retinent in ſe propriam ac nativam agnationem.

37 Dictio ex originem, & derivationem indicat.

38 Prætermiſſa deſcendentium mentione, ex æquitate cenſentur ſemper expreſſi ad arcendum ſaltum bonorum ad ſecundario ſubſtitutum.

39 Patronus ſive per viam adhæſionis, ſive per alteram ſupplicationis gaudere poteſt eo beneficio, cujus præſentatio activa ad eum pertineret.

40 Obſervantia, ut mereatur attendi, debet eſſe clara, ne alias interpretatio deſumenda ab obſervantia ſit obſcurior, quam teſtamentum.

41 Clauſula quatenus citandi forent legitimi contradictores nullam præſefert agnitionem juris paſſivi, ſed apponitur pro cautela adiecta in literis Apoſtolicis.

42 Inſtituti ſeu vocati ex eadem unica deſcendentia teſtatoris, lineæ ſubalternantes conſiderantur per modum unius; ſecus ſi vocati eſſent tranſverſales.

43 Reciproca linearis ut inducatur, quæ requiſita debeant concurrere.

44 Obſervantia ultimi ſtatus in quacumque materia, præſertim in beneficiali, eſt attendenda.

45 Linea prædilecta & admiſſa quouſque durat, non eſt faciendus tranſitus ad aliam.

46 Deſcendens de linea fœminina lineæ jam admiſſæ, is ſemper eſt præferendus, licet exiſtant alii fortaſſe proximiores de linea non adhuc admiſſa.

47 Proximitas gravati ſemper attenditur, ſi Teſtator voluit ſucceſſivitatem, quia alias ſucceſſivitas iſta corrumperetur quoties a genere ſubſtituto lineæ admiſſæ fieret tranſitus prætextu proximioritatis quoad teſtatorem ad aliam lineam non admiſſam.

48 Succeſſiones habentur ad inſtar fluminum, quæ nunquam regurgitant ad caput ſuum, ſed in proximum canalem defluunt.

DECISIO CCVIII.

SUper geminis Beneficiis vernaculo ſermone nuncupatis *Sorutiæ*, & *Coradutii*, & ſi vacantibus per obitum ſolius Antonii Franciſci utriuſque poſſeſſoris, ſciſſa fuere ſuffragia modernorum præſentantium; Servilius etenim, ac Philippus inſimul cum Antonio prætenſo Compatrono nominarunt ad illud *Coradutii* Cajetanum, & ad alterum *Sorutiæ* ipſummet Antonium, qui ad normam celebris *cap. Per noſtras*, ſeu ut alii legunt *per veſtras de Jurepatronat.*, adhæſit incontinenti propriæ præſentationi. Vo-

rum

rum non admodum pacifice;nam inſurgentes alii aſſerti preſentantes oppoſitam nominationem explevere in perſonam Dominici, & reſpective Franciſci; quapropter delato negocio ad Ordinarium, is, pœnitus neglectis rejectiſque hiſce poſtremis, nempe Dominico ac Franciſco, cenſuit inſtituendos Antonium & Cajetanum, a quo judicato minus opportune ſuccumbentibus interpoſitam proſequentibus appellationem, conſului Dominos: *utrum conſtaret de re judicata; ſeu potius, an, & cui danda foret inſtitutio?* Seduloque in hodierna quadripartita colluctatione, diſpunctis Juribus uniuſcujuſque contendentis, ſtatim effulſit, neceſſe non eſſe, ſubſidiariæ dubitationi reſpondere, opinantibus Dominis abſolute favore Cajetani & Antonii: *conſtare de re judicata*.

Rationem ita reſcribendi in puncto meri ordinis,& telæ judiciariæ,ſuadebat triennii fere delapſus a die prolatę perOrdinarium Sententiæ,quo caſu certum eſt, quodlibet judicatum tranſire in rem vere & effective judicatam, cum non liceat appellantibus ocioſe in eorum primitiva appellatione deſiſtere, ſed, ut litibus finis imponatur,teneantur infra annum ejuſdem appellationis congruam obtinere commiſſionem, nullaque ulteriori ſuperadiecta mora,intra biennium proſequi jura jam admiſſæ provocationis,
1 ſicuti paſſim admonent *ex cap. Cum ſit Romana de appellat. ibidem.Barboſ. num. 1.,Grannaniet., & Gonzalez utrobique pariter num. 1., Vbert. de citat. cap. 10. num. 430.,Rot. deciſ. 124. num. 1. & 2. par. 17.,deciſ. 226.num 2.par. 19. recent., deciſ.254. num. 20. coram Coccino, & deciſ. 586. 2. coram Emerix Iun.*

Nec ullum eidem ordini inferebat obſtaculum:aut quod de medio interreverit tempus undequaque luctuoſum Apoſtolicæ Sedis Vacantis, quo mediante nequiverit in Tribunali Rotæ, quod ſiſtit ad ſonitum infauſtum nolę denunciantis obitum Supremi Principis & Paſtoris, teſte
2 *Coccin in annotat. 44 ex num. 4. & ſeq. Emerix Jun.in deciſ. 18. in princip. & num. primo*, obtineri ulla proſecutio Judicii, quin etiam ſimplex ſubrogatio ſubinde facta in mei perſonam poſt alterum prædeceſſum bo. mem. Urſini Decani: aut quod in omnem caſum debuiſſet ad finem conſtituendi perfectam rem judicatam adhiberi aliqua judicialis præfixio termini ad docendum de legitima proſecutione interiectæ appellationis, & ad acta tranſportanda; vel ſaltem, quod Judex nuncupatus *ad quem*, ſive ipſius appellationis, poſitive pronunciaſſet eſſe moderandam inhibitionem in vim appellationis perdurantem, ſeu, quod idem eſt, declaraſſet, eandem appellationem remanſiſſe derelictam, uti ad cohibendam malitiam appel-
3 lantium, deindeque conticentium obſervavere Practici Doctores, & ſignanter *Marcheſan. de commiſſ. ſuper deſert. cauſ. par. 2. §. 1. num. 21., Scacc. de appellat. quæſt. 20. art 1. num. 22., Ridolphin. in prax. parte prima cap. 13. ex num. 640., Rot. deciſ. 578. nu. 1. 2. & 3. par. 18. recent.*

Siquidem circa primam excuſationem ex capite vacationis Sanctæ Sedis agnitum fuit incontinenti, quod, etiam hujuſmodi tempore ſublato, adhuc effluxerat intervallum ſuperexcedens ſpatium biennii, ut ſupra, tantummodo requiſiti ad efficiendam rem judicatam, aliud autem de toto rigore prætendi non poterat, quam ſubtractio ſive deductio præfatæ vacationis, quæ in qualibet materia congruum pro-
4 gignit impedimentum, ut ait *Lancellot. de attentat. appellat. pend. par. 2. cap, 12. ,in præfat. nu. 51., Scacc. de appellat. quæſt. 15. num. 131. prop. fin., Ridolphin. in prax.parte prima cap. 13. nu. 562., Rot. deciſ. 362. nu. 2. coram Cardinali Seraphino, & in Hiſpalen. Juris votandi 29. Martii 1700. §.Nec ad elidendam,coram R. P. D. meo Caprara*.

Quo vero ad omiſſam termini præfixionem, ſive judicialem declarationem ſuper appellationis deſertione, plana pariter emergebat replicatio. quod tunc exigatur alterutrum, quoties vel ipſa Pars, vel Judex *a quo* ſive prioris Inſtantiæ, ſatagerent executioni demandare mandatum & Sententiam, quod tranſitum feciſſe
5 prætenderetur ex ſola labentia temporis in rem judicatam,quemadmodum bene adnotarunt *Veſtr. in prax. lib. 8. cap. ultim. num. 9. verſus fin. verſ. Et ſi appellationis, Scacc. de appellat. quæſt. 20. art. 1. nu. 21. & ſeq., Ridolphin. in prax.parte prima cap. 13. ex num.640. cum tribus ſequen., & ſignanter num. 643., Vbert. de citat. cap. 10. num. 428.*

At quando ſubſtantialiter eluceſcit, decurſum extitiſſe ſpatium ſufficiens, prout hic, biennii & ultra, ad inducendam hanc deſertionem, aut Signatura Juſtitiæ de facto reſcripſit *conſtito de re judicata*, profecto ſuperabundat, quod, Actis quomodolibet tranſportatis, ex una parte præfulgeat idonei ſpatii delapſus ad efformandam ipſam rem judicatam, & ex altera, quod, introſpecta juſtitia, bene, & non
6 male fuerit in primo ſubſellio judicatum, ſecundum in his terminis animadverſa per *Valboa in cap. Perſonas 4. num. 1. cum pluribus ſequen., & in cap. Cum ſit Romana 5. de appellat. num. 45. in fine tom. 1. fol. 33., Avendan. reſponſ. 2. num.6.,Urſill.in addit.ad Afflict.deciſ.79.ſub num. 2.,* idem *Afflict. deciſ. 243. ſub.num.4. verſ. Tertio per tot. uſque in fin.,Rot. deciſ. 399. nu. 8. & 9. par. 4. tom. 2., deciſ. 82. num. 12. par. 12., & deciſ. 131. num. 7. par. 19. recent.,in. Tudertina Penſionis. 10. Maii 1683. §. Commiſſio vero, coram bo. mem. Albergato*, & optime *in Camerinen. Cenſus 25. Junii 1696. §. Neque etiam, coram Reverendiſſimo Domino meo Decano.*

Deſcendendo itaque ad Juſtitiam, parum erat heſitandum, ex quo Juſpatronatus, de quo agebatur, deſtitutum apparere legitima probatione conſtructionis, fundationis, ſeu dotationis controverſorum beneficiorum,ad limites *Text. in*

in cap. Nobis 25. *de Jurep.*, *& gloſſ. in can. Piæ mentis verb. Patronum cauſ.* 16. *quæſt.* 7., ideoque ſuapte natura, ad latius indulgendum fundatoribus, cenſendum foret pure hæreditari-
7 um, per *Text. in cap.* 1., *& cap.* 3. *de Jurepatr.*, *clement. Plures eod. tit.*, *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 20. *&* 21., *Rot. deciſ.* 798. *num.* 7. *coram Merlino*, *deciſ.* 3. *nu.* 6. *coram ſa. mem. Alex. VIII.*, *deciſ.* 300. *num.* 2. *coram Celſo*, *deciſ.* 367. *num.* 2. *&* 3., *& deciſ.* 489. *num.* 6. *&* 7. *coram Emerix Jun.*, *deciſ.* 223. *num.* 2. *par.* 19. *recent.*, *in Hypporegien. Præpoſituræ* 1. *Julii* 1697. §. *Abſque eo quod*, *coram R. P. D. meo Pio*, *& in Tridentina Cappellaniæ* 11. *Martii* 1699. §. *In nibilo*, *&* 17 *Junii ejuſdem anni* §. *Clarius coram R. P. D. meo Muto.*

Quoniam cum Vincentius effectus, & approbatus ab Eccleſia tanquam unicus Patronus uſque de anno 1550., de eodem Jure nominandi, ac præſentandi diſpoſuerit in ſuis Codicillis, non jam ſimpliciter ad commodum indifferentium hæredum, ſed poſitive ad favorem certarum perſonarum, de certa familia ac lineis ſucceſſive etiam ſubſtitutarum; innegabile idcirco erat, quod idem Juſpatronatus, quamuis ſperantea juridice vel præſumptive hæreditarium, deflexerit in familiare vel gentilitium, quod fieri poſſe ad facilius ſternendam viam libertati Beneficiorum & Eccleſiæ, uno ore dixerunt
8 *Vivian. de Iurepat. lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 24. *& ſeqq.* *Card. de Luc. de Iurepatr. diſcurſ.* 18. *num.* 4. *in med.*, *& diſcurſ.* 60. *num* 17., *Sanchez conſ. moral.* 3. *dub.* 91. *num. primo lib.* 2., *Garen. reſolut.* 142. *nu.* 5., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 577. *nu.* 41. *& ſeqq.*, *Adden. ad Rot. deciſ.* 46. *num.* 24. *& ſeqq. par.* 9. *recent.*, *ead. Rot. deciſ.* 430. *num.* 11. *dicta par.* 9., *deciſ.* 121. *num.* 15. *&* 16., *& deciſ.* 122. *num.* 26. *&* 27. *poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*, *& deciſ.* 47. *num.* 8. *poſt. Tondut. de penſionib.* Et ob id receptùm non minus eſt, quod interpetrationes hujuſmodi Iuriumpatronatus familiarium pari paſſu deambulent cum aliis ſucceſſionibus fidiecommiſſariis, ac non diſſimili familiari & agnatitia gradualitate, ſeu vocatione dirimendis, ex ponderatis per
9 *Card. Luc. de Jurepatr. diſcurſ.* 33. *num.* 9., *diſcurſ.* 50. *num.* 5., *& diſcurſ.* 61. *num.* 9., *Palma Nep. allegat.* 101. *num.* 23., *Rot. deciſ.* 71. *num.* 4. *poſt Vivian. de Iurepatr.*, *Marant. reſpoſ.* 61. *il* 2. *num.* 14. *lib.* 5., *Rot. deciſ.* 374. *num.* 6. *par.* 11., *& deciſ.* 68. *num.* 7. *par.* 12. *recent.*

Redacta igitur trutinatione ad literam Codicillorum memorati Vincentii, is quidem primario loco invitaverat ad iſtud Iuſpatronatus *omnes ſuos filios, & hæredes maſculos, ac eorum deſcendentes in perpetuum de familia de Vitaleonibus*; deindeque *deficiente linea maſculina* mandaverat *fœminas ex dicta linea & familia procreatas &c. ſuccedere*; in caſu vero defectus utriuſque lineæ maſculinæ & fœmininæ clare vocaverat *omnes maſculos & deſcedentes in perpetuum ex linea Sebaſtianæ ejus Sororis uterinæ*; Cumque primaria linea maſculina Teſtatoris defeciſſet in Antonio Franciſco, per cujus obitum adamuſſim hodierna contingebat vacatio; hinc Dominicus infallanter deſcendens a prænominata Sebaſtiana Sorore Codicillantis præſumebat, ad ejus favorem devolutam extitiſſe præſentandi facultatem, quam & de facto erga eum iniverant cuncti a prædicta Sebaſtiana pariter deſcendentes; defecto etenim genere primo vocatorum, tam ſucceſſionem fideicommiſſariam, quam Iuſpatronatus (eodem jure, ut diximus, commenſurandum) remanere purificatū in perſonis ſecundi generis, ſive ſubſtituti, plena ſunt volumina, & ſignanter in propoſi-
10 to reſponderunt *Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 8. *num.* 145. *& ſeqq.*, *Tondut. quæſt. benef. par.* 3. *cap.* 157. *ſub num.* 33., *Ciarlin. contr.* 222. *num.* 4., *Caſtald. conſult.* 250. *num. primo & conſult.* 281. *num.* 15., *Manſ. Conſult.* 278. *num.* 9., *Rot. in Romana, ſeu Parmen. Juriſpatronatus* 13. *Decembris* 1700. §. *final. coram Reverendiſſimo Domino meo Decano.*

Abſque eo quod refragari valeret, quod prænominati deſcendentes a Sebaſtiana non forent ſubſtituti poſt nudam deficientiam maſculorum deſcendentium ab ipſo Teſtatore, ſed extaret de medio enunciata vocatio fœminarum ex eadem linea & familia. Siquidem (ſubiiciebat Dominicus) hoc utique efficaciter promoveri potuiſſet a Cajetano ac Florentio, quotieſcumque hi in præſenti oppugnatione edocerent, ſeſe fuiſſe præſentatos ab ipſis fœminis immediatis de linea & familia de Vitaleonibus. At cum Servilius dumtaxat & Philippus per organum Juliæ Sororis Antonii ultimi maſculi prædefuncti deſcendentes præſentaverint eundem Cajetanum & Florentium, ſatis proinde perſpicuum videbatur, quod neutiquam ad impediendam literalem ſubſtitutionem deſcendentium a Sebaſtiana mererentur in aliqua conſideratione haberi præfati Servilius & Philippus, tanquam exiſtentes de aliena familia & cognomento *ab Aqua & de Florentiis*, non autem de *Vitaleonibus* ſicuti expreſſerat & ordinaverat Teſtator; quando etenim hiſce vocabulis cœteroquin indifferentibus *lineæ*, *& familiæ* ſuperaccedit adiectio cognomenti, ſive agnationis, filios ac deſcendentes a fœmina, utpote alterius agnationis & familiæ, minime ſub illis com-
11 prehendi unanimiter affirmarunt, *Ruin. conſ.* 110. *num.* 24. *lib.* 2., *Roland. conſ.* 70. *num.* 25. *& ſeqq. lib.* 3., *Rota deciſ.* 232. *nu.* 18. *par.* 19. *recent.*, *in Romana, ſeu Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis* 4. *Junii* 1667. §. *Tum ex quo*, *&* 28. *Aprilis* 1998. §. *Præterea coram R. P. D. meo Muto*, *in Senogallien. Fideicommiſſi* 5. *Februarii* 1700. §. *Probata coram Eodem*, *in Romana Fideicommiſſi de Goris* 7. *Junii* 1699. §. *Nec pro urgentiſſima coram Reverendiſſimo Domino meo Decano*, *&* 9. *Maii* 1701. §. *Ejuſdemque efficaciæ coram Me.*

At quando etiam aliqua ſubeſſe poſſet difficultas circa intelligentiam verborum, de quibus ſupra, ſolummodo percutientium Juſpatrona-

natus actinum, ſive, qnod idem eſt. Jus, & facultatem præſentandi, profecto (proſequebatur Dominicus) ceſſabat in radice quælibet anſa ambigendi, habito reſpectu ad alteram qualitatem Juriſpatronatus paſſivi, ſive perſonarum, qnas codicillator in hoc caſu juſſerat præſentari finaliter ſubjungendo: *cum hac tamen conditione &c. quod vacantibus dictis Beneficiis &c. præſentari debeat unus ex familia de Vitaleonibus ſi ſupererit; ſin autem præſentetur unus ex filiis, & hæredibus, & deſcedentibus Sebaſtianæ &c.*, adeout, ſtante hac cubitali paſſiva vocatione congruente dumtaxat Dominico, is etiam, quando nullam in ſui perſonam oſtenderet præſentationem, habendus tamen foret pro præſentata, non valentibus Patronis contemnere legem a fundatore, ſeu Teſtatore præſcriptam, quemadmodum in ſpecie, ac ſine con-
12 tradictore tradiderunt *Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. parte prima quæſt. 8. art. 4. num.* 11., *Card. de Luc. de Jurepatr. diſcurſ.* 18. *num.* 3, *Rot. deciſ.* 301. *num.* 28. *par.* 10., *& deciſ.* 68. *nu.* 3. *par.* 13. *recent. in Corduben. Cappellaniæ* 26. *Martii*, *&* 4. *Julii* 1696 *utrobique* §. *Primo coram R. P. D. meo Muto & in Aſculana Beneficiorum* 26. *Novembris* 1699. §. *Juſtitiam vero coram Eodem*: Et ob ib opus non erat ulterius immorari, ſed ad amovendam quamlibet hæſitationem (exagerabat Dominicus) quod in ordine ad hanc paſſivam vocationem conſpirabat quoqne poſitiva obſervantia practicata in penultima vocatione, ſive ſtatu præſentationis expletæ in perſona Vitaleoni alienæ familiæ de Bartolis; etenim idem Vitaleonus tunc ad hujuſmodi Beneficia præſentatus, videlicet de anno 1638. parum fidens de ſua deſcendentia ex linea fœminina, necnon de activa voce ſuorum præſentantium anxie quæſivit obſtaculum removere perſonarum habentium hanc vocationem paſſivam, ideoque curavit, quod Mutius, a prælaudata Sebaſtiana deſcendens, proprium deſuper mutuaret aſſenſum, iſque non alias præſentationi conſenſit, *quam ad faciendam rem gratam pro hac vice tantum, & non alias aliter, nec alio modo*. Quamobrem, concomitante tam proxima obſervantia, ſi qua per umbram adeſſet occaſio dubitandi de ſhac ſaltem vocatione paſſiva deſcendentium a Sebaſtiana, illam retundi & clarificari per hujuſmodi obſervantiam, nemo ignorat, & pondera-
13 runt *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 521. *nu.* 17. *&* 19., *Rot. deciſ.* 184. *num.* 24. *coram Buratto, deciſ.* 64. *num.* 17. *&* 18. *par.* 13., *& deciſ.* 335. *num.* 2. *& ſeq. par.* 18. *recent.*, & præciſe *in Lauretana Canonicatus* 20. *Junii* 1692. §. *Accedit rurſus, & in dicta Aſculana Beneficiorum* 26. *Novembris* 1699. §. *final. coram R. P. D. meo Muto*.

Hæc erant, quæ in ſubſtantia pro parte Dominici promovebantur; ſed non leves coruſcabant etiam oppugnationes adverſus eoſdem Cajetanum & Florentium excitatæ ex altera parte Franciſci, qui ſuam præſentationem nactus fuerat a quodam deſcedente Teſtatoris ex alio Columnello Vitaleonis; primordialiter etenim aſſurgebat, dicens, quod cum de controverſo Jurepatronatus nulla, ut diximus, exhiberetur actualis fundatio, vel dotatio, ſive aliud legitimum initium, ſuccedebat de plano juridica præſumptio, quod idem Jus cenſendum
14 foret penitus hæreditarium, ad literam *Text. Clement. plures de Jurepatr.*, *Rot. deciſ.* 870. *num. primo coram Merlino, in Melevitana Beneficii* 1. *Julii* 1697. §. *Minus denique coram R. P. D. meo Priolo, in Firmana Dotis* 15. *Januarii* 1700. §. *Haud ſubſiſtente coram R. P. D. meo Pio, & in Tuden. Parochialis* 9. *Junii ejuſdem anni* §. *Et tamen coram R. P. D. meo del Olmo*, ultra alios allegatos ſupra *in* §. *Deſcendendo*.

Iſtoque principio retento, utique prorſus innegabile reddebatur, quod, cum inſpecta perſona Vincentii Senioris unici de eo tempore Patroni, geminæ extiterint ab ipſo lineæ ſive Rami efformati, eſto idcirco millies, quod ii, qui propriam præſentationem conſumpſerant in Cajetano & Florentio, veluti deſcendentes ex perſona Labieni alterius filii Vincentii Senioris obtinerent medietatem hujus vocis hæreditariæ, nemo tamen poterat inficiari, quin Franciſcus, nominationem aſſecutus a Titio deſcendente a Vitaleone ſecundo filio ejuſdem Vincentii Senioris, aliam pro ſe numerare quoque poſſet medietatem, cum ſemper Jurapatronatus hæreditaria, perſpecto numero primorum hæredum, ſcindantur in ſuas viriles, & in ſtirpes, itaut unaquæque linea ſubalterna, ſeu Columnellus propriam ac originariam ratam retineat, quamtumuis tractu temporis in una magis, quam in altera deſcendentia ac Columnello capita multiplicentur hæredum, pro-
15 ut deciditur in ſæpedicta *Clement. plures. de Jurepatr.*, *Vivian. de Jurepatr. lib.* 4. *cap. primo nu.* 58., *Barboſ. de Epiſcop. par.* 3. *allegat.* 72. *num.* 70., *Card. de Luc. de Jurepatr. diſcurſ.* 61. *num.* 8., *Rot. deciſ.* 37. *num. primo par.* 6., *& deciſ.* 268. *num.* 3. *par.* 11. *recent.*

Atque in hunc modum conſtabilita medietate vocis hæreditariæ in perſona Franciſci, is non immerito ſubiungebat, quod ei omni Jure deberetur inſtitutio; deficiente namque in præſenti caſu Pontificia derogatione medietatis vocum, & ſic adaperto loco gratificationi inter hinc in-
16 de præſentatos *Rota* vigore celebris *Clement. Auditor de reſcipt.*, de qua eadem *Rot. deciſ.* 232. *num.* 14. *&* 15. *par* 11., *deciſ.* 238. *num.* 6. *&* 7 *par.* 14., *deciſ.* 760. *num.* 5. *&* 6. *par.* 18. *recent.*, *deciſ* 120. *num.* 9. *& ſeq. coram Zatate*, *& deciſ.* 87. *nu.* 18. *coram Pexting.*, *deciſ.* 535. *num.* 10., *& deciſ.* 580. *num.* 2., *& dec.* 581. *n.* 4. *coram Cardinali Cerro, & in Melevitan Commendæ* 27. *Martii* 1675. *in princip. coram bo. mem. Bourlemont*, aſſumens in ſe Jura & poteſtatem Ordinarii, non poterat citra quandam injuriam non gratificare, ac præeligere ipſum Franciſcum tanquam, & ratione ſenioritatis, & characte-

re Sacerdotii nimis præpollentem ſuis Adverſa-
riis, ex his quæ in propoſito faciendæ gratiſica-
tionis favore Sacerdotis in concurſu ſimplicis
17 Clerici teſtificantur *Panimoll. deciſ.* 101. *annot.*
1. *num.* 11., *Rot. deciſ.* 118. *num.* 3., *deciſ.* 945.
num. primo, *& ſeq. coram Dunozet. Jun.*, *deciſ.*
18 171. *num.* 2. *&* 16. *par.* 10., *deciſ.* 515. *num.*
4., *& deciſ.* 659. *num.* 2. *par.* 18. *recent.* & fa-
vore Senioris in concurſu Iunioris *Marc. Anton.*
lib. primo variar, *cap.* 104. *num.* 2., *Barboſ. de*
Offic. & Poteſt. Epiſcop. alleg. 72. *num.* 105.,
Rot. deciſ. 458. *num.* 2. *&* 3. *coram Cerro*, *deciſ.*
17. *num.* 3. *coram Zarate*, *& deciſ.* 760. *num.* 11.
par. 18. *recent.*, & paſſim religioſe ſervat Tri-
19 bunal in Beneficiis Calaguritanis, in quibus
idem ſacrum Auditorium vigore peculiaris
Conſtitutionis ſanctæ mem. Clementis VIII. di-
recte induit Jura Epiſcopalis, ut in *deciſ.* 142.
num. primo coram Peutinger., *deciſ.* 274. *nu.* 7. *co-*
ram Bicbio, *deciſ.* 815. *num. primo*, *& deciſ.* 691.
nu. 4., *& deciſ.* 859. *in fin. coram Emerix. Iun.*
deciſ. 313. *num.* 9. *par.* 17. *recent.*, *& in Calaguritа-*
na, *Beneficii de la Baſtida* 9. *Maii* 1686. §. *Neque*
obſtat, *coram bo. mem. Rondinino.*

In omnem vero caſum, quod etiam juxta ſu-
perius affirmata in §. *Quoniam*, valuiſſet Vincen-
tius hujuſmodi Iuſpatronatus originarie hære-
ditarium tranſvertere, & efficere gentilitium,
20 contra ea, quæ conſueverat *Rot. deciſ.* 346.
num. 6. *cum. ſeqq. coram Merlino*, ideoque aſſu-
mendæ forent fraternizantes regulæ ſucceſſio-
num fideicommiſſariarum, nihilominus & ea-
dem fatalis partitio in ſtirpes ſemper manebat
obſervanda; quia cum Vincentius duos a prin-
cipio filios Labienum & Vitaleonum inſtituiſ-
ſet, cenſetur ab ipſo eodem primordio inſtitu-
tionis & aditionis, ſucceſſio fideicommiſſaria
diviſa in duos Columnellos, ſicuti quoad effor-
mationem linearum ſubalternantium, occaſione
examinandi reciprocam linearum, & in aliis
21. non diſſimilibus caſibus habetur apud *Card. de*
Luc. de fideicomiſſ. diſc. 101. *num.* 2., *Manſ. con-*
ſult. 219. *num.* 1. *& plurib. ſeqq. lib.* 3., *Rot. deciſ.*
383. *num.* 18. *coram Vbaldo*, *deciſ.* 105. *num.* 22.
coram Carillo, *deciſ.* 68. *num.* 7. *&* 15. *part.* 15.,
& deciſ. 20. *num.* 15. *& ſeqq. part.* 19. *rec. & in Tuſ-*
culana Fideicommiſſi 9. *maii* 1687. §. *Et Teſtator*
22 *coram bo: me: Rondinino*; & in terminis Iuriſpatro-
natus *Card. de Luc. de Iurepa. diſ.* 61. *n.* 13., *Grati.*
diſcept. forenſ. cap. 521. *num.* 13., *Tondut. reſolut.*
benefic. lib. 8. *cap.* 157. *num.* 5., *Gabr. conſ.* 196.
num. 6. *in fin. lib.* 2., *Ricc. in prax. Cur. Archiep.*
Neap. part. 2. *deciſ.* 120. *num.* 1., *Rot. deciſ.* 763.
num. 3. *&* 4. *coram Pœnia*, *& deciſ.* 2. *num.* 9.
& 10. *par.* 7. *recen.*

Ac propterea ſemper etiam reincidebat an-
telatio ipſius Franciſci; quia, data pariter in ca-
ſu gentilitiæ qualitatis aut mixtæ partitione
vocis patronalis in duas ratas, idem proinde
Franciſcus, utpote etiam in hoc caſu a medieta-
te Patronorum præſentatus, merebatur, inſpe-
ctis præpollentibus qualitatibus, præelegi, &
gratificari, ut citra jam ſupra laudatos conve-
23 niunt *Garz. de Benefic. par.* 7. *cap.* 16. *num* 4. *&*
ſeqq., *Gutier. conſ.* 2. *num.* 22., *& conſ.* 44. *num.*
9., *Rot. deciſ.* 65. *num.* 8., *deciſ.* 654. *num.* 1.
part. 4. *diverſ.*, *deciſ.* 65. *num.* 8. *part. prima*, *de-*
ciſ. 232. *num* 7. *&* 8. *par.* 11. *recen.*, *deciſ.* 362.
num. 2. *coram Bicbio*, *deciſ.* 237. *num.* 1. *coram*
Emerix Iun., *& in Calaguritana Beneficii de Brio-*
nes 16. *Maii* 1687. §. *Primo*, *coram bo: me: Benin-*
caſa.

Neque in aliquo (putabat Dominicus) obeſ-
ſe valebat, quod Servilius & Philippus, qui
Cajetanum & Florentium ejus oppoſitores præ-
ſentaverant, apparerent proximiores ultimo
maſculo de linea Labieni vocato, nam ultra
quod non agebatur ad præſens de vero pro-
priove gravamine, & obligatione faciendę re-
ſtitutionis, itaut proprie congrueret fami-
gerata quæſtio, utrum attendenda magis eſſet
proximitas reſpectu ad ultimum gravatum, ſeu
potius recurrendum eſſet ad proximitatem ipſi-
uſmet gravantis, in qua ſane colluctatione for-
taſſe, ſeu regulariter in abſtracto prævaluiſſent
ſortientes majorem proximitatem in ordine ad
ultimum gravatum ad hoc, ut ſucceſſio minus
evadat ſaltuaria, effugianturque labirynthi ge-
nealogiarum, & graduum perentelę, & pro-
24 ximitatis, plerumque intricatorum, teſte *Mo-*
dern. Lucen. de primogen. tom. primo cap. 7. *num.*
22. *& ſeqq.*, *Baitell. de vltim. volunt. deciſ.* 2. *num.*
228., *& deciſ.* 10. *num.* 94., *Mart. de ſucceſſ. le-*
gal. par. prima quæſt. 12. *art.* 1. *ſub. num.* 12., *Fu-*
ſar. de ſubſtit. quæſt. 484. *num.* 10., *& conſ.* 38.
num. 4., *Amat reſol.* 10. *num.* 21. *& ſeqq.*, *Bonden.*
collect. 41. *num.* 109., *Ciroc. diſcept.* 26. *num.* 91.,
Modern. Forolivien. conſult. forenſ. cap. 12. *num.* 7.
& 36., *Caſtald. conſult. forenſ.* 226. *num.* 13., *Rot.*
deciſ. 465. *num. primo coram Cavalerio*, *deciſ.*
682. *num. primo*, *& ſeqq. coram Buratto*, *deciſ.*
58. *num.* 9. *& deciſ.* 211. *num.* 14. *par.* 14. *recen.*

Adhuc tamen in concreto ubi quoque per-
cutiendi propugnandique forent terminis hu-
jus quæſtionis in ſubjecta materia Iuriſpatrona-
25 tus, prout cenſuere *Perez. de Lar. de Anniver-*
ſar. & Cappellan. lib. 2. *cap.* 1. *ſub. num.* 7. *& ſeqq.*,
Garz. de Benef. par. 7. *cap.* 15. *ſub num.* 20.,
verſ. Vnde prædicta reſolutio limitatur. Pax Iordan.
variar. lucubrat. lib. 10. *tit.* 27. *num.* 33. *tom.* 2.,
Cabed. deciſ. Luſitan. 51. *num.* 4. *lib.* 2., *Rot. dec.*
315. *num. primo coram Dunozet. Sen.*

Profecto verſabamur ad præſens magis in ca-
ſu limitationis communiter receptæ, quam re-
gulæ præmiſſæ, ex quo dum terminata linea
maſculorum, ſeu maſculina Vincentii Teſtato-
ris, tranſeundum erat ad alteram fœmininam,
& ſic ad aliud genus vocatorum, ſpectanda om-
nino erat proximitas erga Gravantem, ſeu Vin-
centium Seniorem, quamve lubentius aptari
eidem Franciſco, quam Cajetano, aliiſque,
ſatis convincebatur ex arbore diſtributa, ubi
præfulgebat, eundem Franciſcum extitiſſe præ-
ſentatum a Titio Pronepote Teſtatoris, quando
Ser-

Digitized by Google

Servilius & Philippus vix erant abnepotes ſecundum ea, quæ in ſpecie ſupradictæ quæſtionis li-
26 mitavere *Modern. Torr. de primogen. Ital. tom. 2.*
quæſt. 64. num 21., Altograd. conſ. 65. num. 11. lib. 1., Spad. conſ. 266. num. 2., Palma nep. allegat. 221. num. 89., Manſ. conſult. 89. num. 22., Rot. deciſ. 98. num. 6. part. 8., dec. 358: num. 8. part. 9., deciſ. 232. num. 35. part. 19. recen., deciſ. 234. num. 5. coram Roxas, deciſ. 70. num. 3. & 4., deciſ. 233. num. 11. coram Carillo, & in Romana Fideicommiſſi Vannotiæ Pontianæ 13. Februarii 1690. §. Tanto magis coram Reverendiſſimo D. meo Decano.

Cæterum, neque fundamentis Dominici, neque Franciſci in aliquo obſiſtentibus, Domini, ut præmiſimus, authumarunt, ad utriuſque favorem conſtare de re judicata. Nam cum Servilius & Philippus, qui prædictos Cajetanum & Florentium præſentaverant, rectam, & plenam oſtenderent deſcendentiam ab ipſo Teſtatore per Organum Juliæ, ac Franciſcæ eorum Matris, & reſpective Sororum memorati Antonii Franciſci ultimi Patroni prædefuncti, incontrovertibile reddebatur, ad eorumdem præſentantium commodum remanſiſſe purificatam activam vocationem; ſtatim quippe ac Teſtator expreſſerat, *etſi defecerit linea maſculina ſuperſtite linea fœminina &c. mandavit fœminas ex dicta linea & familia de Vitaleonibus procreatas & natas ſuccedere in Iurepatronatus*, deindeque ſubiunxerat, *& deficientibus ambabus lineis, tam maſculina quam fœminina*, invitavit deſcendentes in perpetuum a Sebaſtiana Sorore, utique dum iidem Servilius & Philippus erant prima puncta utriuſque lineæ fœmininæ (tam hujuſmodi lineas fœmininas accipiendo a perſona Labieni alterius ex primis filiis maſculis Teſtatoris inſtitutis, quam etiam illas dimetiendo ab ipſomet Teſtatore) non poterant idcirco quoque non cenſeri ſubincluſi, & vocati ad notiſſimam concluſionem, quod appellatione *lineæ fœmininæ* nedum contineretur ipſę fœminæ, ſed omnes etiam maſculi derivantes a fœmina vocata, etiam ubi contingeret fieri interſecatio aliarum fœminarum; pari namque modo, quo
27 dicuntur, & ſunt de *linea maſculina* cuncti de-
ſcendentes a maſculo, ita exiſtunt de linea fœminina cuncti deſcendentes a fœmina ex traditis per *Surd. conſ. 344. num. 14., Rot. deciſ. 28. num. 45. & ſeqq. coram Arguelles, deciſ. 984. num. 6. & plurib. ſeqq. coram Dunozet. Iun., deciſ. 336. num. 6., & deciſ. 373. num. 3. coram Emerix. Iun., deciſ. 97. num. 8. part. 19. recen., & in Reatina Fideicommiſſi 22. Martii 1700. §. Quo vero coram Me*, & in terminis *Rox. de incompat. Regn. part. 1. cap. 6. num. 349. cum plurib. ſeqq., Rot. deciſ. 1136. num. 3. & num 8. & 9. coram Emerix. Iun.*

Hac ſolum intercedente differentia, quod quoties pertractetur *de linea maſculina*, hæc in ſua proprietate non includit maſculos a fœmina deſcendentes, vixque verificatur in prima fœ-
28 mina ultimi maſculi, ex quo fœmina, velut i
gutta nigra intermedians, ſiſtere facit, & corrumpit albam maſculorum ex animadverſis per *Carol. Ant. de Luc. de lin. leg. art. 16. n. 40., Card. de Luc. de fideic. diſc. 28. num. 10., Peregrin. de fideicom. artic. 26. num. 29 in fin., Sim. de Pret. de Interpret. ult. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. primo ſol. 11. num. 54. poſt med., Burſatt. conſ. 228. num. 17., Menoch. conſ. 205. num. 18. & 38., Gratian diſcept. 428. num. 8.*, ibique *Carol. Anton. de Luc. ſub num. 6. verſ. Ego in tractat., Venturin. conſ. 26. num. 9. & num. 13.*

In vocatione autem *lineæ fœmininæ*, quia ceſſat in ſui principio volita qualitas arctata ad ipſum genus maſculinum, ſatis eſt, quod, ut quis cenſeatur de linea fœminina, ſuam manifeſtet originem a fœmina vocata citra ultra alteru-
29 trius ſexus indagationem, Teſte *Carol. Anton.*
de Luc. de lin. legal. art. 16. num. 52., Rox. de Incompat. Regnor. d. part. prima cap. 6. num. 350., Rot. deciſ. 97. num. 8. part. 19. rec., deciſ. 1136. num. 3. & 8. coram Emerix Iun., & in Eugubina Dotis 20. Iun. 1685. §. Non attenta, coram bo: me: Rondinino.

Eoque clarius in præſenti reflectendo, quod Teſtator minime contentus vocatione quoad fœminas *ex linea & familia de Vitaleonibus procreatas & natas*, priuſquam tranſiret ad vocationem deſcendentium a Sebaſtiana ſorore, poſuit in conditione eorumdem lineam fœmininam ut ibi -- *& deficientibus tam linea maſculina, quam fœminina*, in quibus profecto terminis neceſſe eſt, quod quilibet filius maſculus, ſive fœmina, quomodolibet in perpetuum deſcendens a præcedenti fœmina incoante propriam lineam fœmininam, exiſtat vocatus, quia non eſſet verificabilis purificatio ſuccedentis ſubſtitutionis ordinatæ ſub hac conditione defectus lineæ fœmininæ, niſi quilibet, & ſignanter ultimus ab eadem prima fœmina quomodocumque derivans reputari poſſet incluſus, & correſpective in materia fideicommiſſaria gravatus, prout communiter arguunt *Andreol. contr. 85. n. primo Giovagnon. conſ. 36. num. 45. lib. 2., Rot. deciſ. 231. num. 7. coram Cerro, deciſ. 186. num. 9. 10. & 13. coram Dunozzett. Iun. dec. 307. n. 3. part. 16., & dec. 433. num. 8. part. 18. rec.. in Interamnen. fideicommiſſi 26. Ianuarii 1682. §. Accedit coram bo: me: Albergato, & in Romana Fideicommiſſi Luciæ de Moronis 21. Februarii 1701. §. Conſequebatur cum ſeq., coram Me.*

Firmata vocatione Servilii & Philippi, palam profligabantur objecta ſive Dominici ſive Franciſci, ſeorſim etenim diſcurrendo, quatenus attinebat ad exceptiones allatas ex parte Dominici in nihilo adverſabatur, quod iiſdem lineis & familiis, ſeu vocabulo *Lineæ* & *Familiæ* ſequeretur ſuperimpoſitum cognomentum *de Vitaleonibus*, quale profecto non erat adaptabile Servilio & Philippo, cognominatis *ab Aqua*, & Antonio *de Florentiis*. Siquidem ambigendi motivum adfuiſſet, quando quæſtio foret ſuper voca-

tione maſculorum, vel ſuper explicatione ſolius
nominis de cætero indifferentis Familiæ; tunc et-
enim non obſtante celebri conſ. Fulgoſ. 85. in diſtin
ℓte admittente quoſcumque maſculos, tam me-
diante organo maſculino quam fęminino deſcen-
dentes, conſimile additamentum cognomenti fa-
31 miliæ de Vitaleonibus obſtitiſſet illis ab Aqua &
Florentiis, tãquam deſtitutis hujuſmodi qualitate,
quoſque terminos in ſubſtantia percutiunt auℓto-
ritates in objeℓto allegatæ, & fuit late demonſtra-
tum in Romana Fideicommiſſi de Moronis 10.
Maji 1697. §. Abſque eo quod, & ſeq. coram
R. P. D. meo Pio, & in Romana Fideicommiſſi de
Goris 9. Maji 1701. §. Imo etiam coram Me.

Verum quando perſpicue noſcitur vocata to-
ta linea fœminina, præſeferens, ut ſupra, neceſ-
ſitatem interſecationis maſculorum & fęmina-
rum, proindeque excludens ſimplicem reſtri-
ℓtionem ad nudam qualitatem deſcendentiæ a
principio fęminino, conſimile adjeℓtivum de
Vitaleonibus ſtat dumtaxat ad deſignandam ſca-
turiginem fęminę, quæ debeat producere
propriam lineam fęmininam ad hoc, ut illa
exiſtat effeℓtivè de linea vel familia de Vi-
taleonibus, prout tales erat Julia genitrix Ser-
32 vilii & Philippi, nec non Franciſca Mater Flo-
rentii, ſecundum colleℓta in hac eadem materia
Juriſpatronatus per Modern. Lucen. de Primo-
gen. Ital. lib. 1. cap. 38. num. 273., Lotter. de re
benef. lib. 2. quæſt. 11. num. 71., Card. de Luc.
de Præeminen. diſcurſ. 13. ſub num. 17. verſ. Licet
vero, Palma nep. allegat. 101. num. 20. & duab.
ſeq., Rot. deciſ. 115. num. 2. coram Durano, de-
ciſ. 755. num. 17. & 18. coram Buratto, & in præci-
ſis terminis vocationis familiæ cum adjunℓto
cognominis tradit Card. de Luc. de Præeminent.
d. diſcurſ. 13. ſub num. 7. verſ. Difficultatem uſ-
que ad nu. 34., & egregie Rot. dec. 864. ex n. 22.
uſque ad fin. coram Merlino.

Et de faℓto clariſſime ita ſe gloſſavit Teſta-
tor, ſiquidem antequam, ut præmiſimus, de-
ſcenderet ad ſubſtitutionem deſcendentium a
Sebaſtiana, primordialiter indicando principium
lineæ fęmininę, mentionem fecit tantummodo de
filiabus procreatis ac natis ex linea & familia de
Vitaleonibus; quia vero nolebat ſucceſſionem
hanc in aℓtivo Jure præſentandi conſumi in iiſ-
dem fęminis eo modo procreatis & natis, poſuit
in conditione univerſam lineam fœmininam
de neceſſe vocatam, & evacuabilem ante
tranſitum Juriſpatronatus in præfatos deſcen-
dentes a Sebaſtiana, ut prçter proxime collau-
33 datos habetur penes Mart. de ſucceſſ. legal.
par. 1. quæſt. 9. artic. 5. numer. 33., Pere-
grin. conſ. 19. per tot. lib. 6., Bellon. Jun. conſ. 50.
num. 36. & ſeqq., Cyriac. contr. 365. num. 45. &
ſeqq., Rot. deciſ. 177. num. 8. coram ſa: me: Ale-
xandro VIII., deciſ. 287. num. 12. coram Bichio,
deciſ. 18. num. 17. part. 8., & deciſ. 280. num. 20.
& ſeqq. part. 10. rec., & in Romana fideicommiſſi
15. Aprilis 1701. §. Ita trutinando coram
Me.

Minuſque (etſi majorem amaritudinem in
rei veritate progigneret) officere viſum eſt,
quod ubi quoque ex hucuſque demonſtratis de-
ſcendentes Sebaſtianæ forent excluſi ab aℓtivo
Jure præſentandi, nihilominus ad omne pejus
potiri deberent exercitio paſſivo, dum per viam
regulæ & conditionis Teſtator occaſione va-
cationum ſanciverat nominari, aut præſen-
tari unus ex familia de Vitaleonibus; ſit
autem unus ex filiis, & hæredibus & deſcen-
dentibus diℓtæ Sebaſtianæ. Quoniam cum
aperte conſtaret, deſcendentiam Sebaſtianæ poſt-
habitam fuiſſe quibuslibet utriuſque ſexus deſcẽ-
dentibus ab ipſo Teſtatore, mediante perſona La-
bieni & Vitaleoni per medium ſaltem fęminæ
agnatę, ac filiæ filiorum, & hæredum ab eo in-
ſtitutorum, non erat ratio, propter quam non
debuiſſent a fortiori poſtponi in hoc Jurepatro-
natus paſſivo, quod magis fortem habet regu-
lam pro ſe, ut pari paſſu ſemper ambulet, nuſ-
quamve, quantum fieri poteſt, diſcordet ab aℓti-
vo ex Card. de Luc. de Iurepatr. diſcurſ. 28. n. 12.
diſcurſ. 29. num 3., & diſcurſ. 45. num. 4., Rot.
deciſ. 49. num. 19. & 20., & deciſ. 84. num. 4.
34 par. 4. tom. 2., deciſ. 384. num. 20. par. 11.,
deciſ. 248. num. 17. & 18. par. 16. recent., in
Nullius, ſeu Orbitellen. Iuriſpatronatus 23. Ianua-
rii 1696. §. Adſtipulantibus coram R. P. D. meo
Scotto, & 4. Aprilis ejuſdem anni §. Ultra quod
coram R. P. D. meo del Olmo.

Et ob id neceſſarium erat impropriare illam
particulam ſeu partem antecedentem: unus ex
familia de Vitaleonibus. videlicet unus, qui de-
ſcenderet a familia de Vitaleonibus, ſive per li-
neam maſculinam ſive per lineam fęmininam
per organum fęminæ agnatæ ab initio, ſuaden-
te hoc ipſum eademmet qualitate deſcendentiæ
prædileℓtæ. omnis enim æqui bonique ponde-
ratio expoſtulat, quod hi, qui fuerunt indubi-
tanter in parte Juris honorifici præſentationis
aℓtivæ prædileℓti, tales etiam reputari debeant
in materia commodi & emolumenti paſſivi, ut
35 in proximis Menoch. de præſumpt. lib. 4. præ-
ſumpt. 16. num. 4. verſ. ſecundo, Peregrin de fi-
deicomm. art. 25. num. 48. in med., Torr. de Ma-
jorat. & Primogen. Ital. lib. 2. quæſt. 17. num. 41.
& ſeqq., Rot. Florentin. penes eumdem tom. 3. de-
ciſ. 1. num. 50.

Potiſſime adnotando, quod jam ſuperius Te-
ſtator uſurpaverat hoc idem vocabulum Fami-
liæ de Vitaleonibus, ſed nihilominus adjecerat al-
terum magis latum & expreſſivum Lineæ Fœ-
mininæ, ac propterea quemadmodum ſuperius
injunxerat, quod fœminæ exordientes Lineam
fœmininam immediate deſcenderent a ma-
ſculo, ex quo hujuſmodi fœminæ immediate
ſemper retinent in ſe propriam, ac nativam
36 agnationem, & familiam juxta gloſſ. in
leg. Gallus §. Nunc de lege verb. nam etſi
in fine ff. de liber. & poſthum. Torr. de Pri-
mog. Ital. l. 1. quæſt. 37. n. 77., Menoch. conſ. 625.
num. 8., & conſ. 1085. num. 2. & ſeqq., Theſaur.
ad-

addit. ad deciſ. 37. *in fin., Fuſar. conſ.* 60. *n.* 26. *Giovagn. conſ.* 39. *num.* 9. *cum dub. ſeqq. Cyriac. contr.* 271. *num.* 89. *Altograd. conſ.* 96. *num.* 10. *lib.* 1., *Palma nep. alleg.* 191. *num.* 21., *Rot. deciſ.* 1036. *num.* 14. *coram Coccino, deciſ.* 46. *num.* 3. *coram Dunozett. Iun., deciſ.* 486. *num.* 6. *part.* 13. *recent.*

Ita opinandum nimis erat, quod noluerit in concurſu faciēdę præſentationis contemni is, qui certitudinarie includebatur in Linea fœminina, ac de cætero mediante initio primæ fœminæ derivabat a familia de Vitaleonibus, hoc nequaquam ſuboſcure præciſius indicante illa particula, *ex*, ibi -- *unus ex familia* quę ſimplici derivatione, & origine contentatur ex adductis apud *Peregrin. de fideicomm. art.* 28. *num.* 34., *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 321. *num.* 15. *&* 16. bene, *Venturin. conſ.* 25. *ex num.* 25. 26. *& ſeqq., Marzimed. deciſ. Senen.* 1. *num* 80. *& ſeqq., Rot. deciſ.* 4. *num.* 17. *coram ſa: me: Alexandro VIII., & in Reatina fideicommiſſi* 22. *Martii* 1700. §. *Quin in aliquo coram Me.*

Validius autem recipiendus omnino videbatur hujuſmodi intellectus, introſpiciendo quantum Iura naturali innixa æquitati repugnent, fieri tranſitum ad poſteriores ſubſtitutos, exiſtentibus de medio deſcendentibus a primo vocatis, & ab ipſo Teſtatore, ut etiam prætermiſſa eorumdem deſcēdentium mentione, adhuc ſemper cenſeantur hi deſcendentes tacite ſubexpreſſi ſaltem ad arcendū ſaltum Juris, ſeu bonorum ad ſecundario ſubſtitutum, ad mentem & diſpoſitionem famigerati Teſtus *in leg. cum Avus ff. de cond., & demonſt. & in leg. cum acutiſſimi Cod. de fideicom.*, de qua *Modern. Torr. de Primogen. Ital. part.* 1. *cap.* 25. §. 14. *num.* 145., *& lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 17. *&*
38 *ſeq., Palma nep. alleg.* 24. *num.* 12., *& alleg.* 90. *num.* 4. *&* 11., *Rot. deciſ.* 132. *num.* 6. *cum ſeq. par.* 16. *recent., deciſ.* 266. *num.* 11. *coram Carillo, & in Bononien. fideicommiſſi de Volta* 20. *Iunii* 1692. §. *Prout neque coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & in Romana fideicommiſſi* 15. *Aprilis* 1701. §. *Verum animadverterunt coram Me.*

Addito, quod non minus Sacri Canones æquitatem hanc adeo fuerunt amplexati, ut quantumvis a ſacrario & miniſterio Dei, & patrimonio Chriſti, ſicuti ſunt beneficia, interdixerint ambientes, nihilominus ad evitandam hanc aſperitatem, quod aliquis fovens activo Iure præſentandi nequiret in ſui perſona illo gaudere, admiſerint tam per viam adhæſionis, quam per alteram ſupplicationis porrigendæ proprio Paſtori & Ordinario, ipſum Patronum gaudere
39 poſſe eo beneficio, cujus præſentatio active alias ad eum pertineret, ut habetur in *cap. per noſtras de Iurepatr., Card. de Luca de Iurepatr. diſcurſ.* 31. *num.* 9. *&* 13., *Ventrigl. in prax. annotat.* 1. §. 3. *num.* 67., *Rot. dec.* 599. *num.* 12. *par.* 4. *tom.* 3. *recent., dec.* 339. *num.* 4. *coram Vbaldo, & dec.* 20. *num.* 3. *coram Celſo.*

Ea denique, quæ ſubjungebantur a Dominico vigore obſervantiæ practicatæ in penultima vocatione nullam firmitatem in facto agnoſcebant. Siquidem minime verificabatur, quod Vitaleonus Bartolus anxie rogaſſet Mutium tamquam deſcendentem a Sebaſtiana pro impetrando ejus aſſenſu, ſed tantummodo ex eodemmet *Summario Dominici num.* 3. liquebat, Vitaleonum præſentatum, qui deſuper etiam, ut quandoque moris, eſt literas Apoſtolicas obtinuerat ad ſatisfaciendum clauſulis in hiſce literis Pontificiis apponi conſuetis *vocatis vocandis*, citavit, & laceſſivit omnes deſuper quomodocumque habere volentes intereſſe, & inter hos eumdem Mutium, ſed nihil penitus expetens ab eo; quapropter, ſi pręfato Mutio ſic provocato libuit, juxta verba ſuperius annotata, conſentire, & proteſtari, eadem profecto proteſtatio reputari ad ſummum valebat idonea pro conſervatione prætenſorum ejus Iurium in ſucceſſivis vacationibus, abſque eo, quod tamen aliquid poneret in eſſe quoad confeſſionem præſentati, & quoad ſubextorquendam ullam obſervantiam, quę debet eſſe clara ad hoc, ut ullatenus mereatur attendi, ne alias interpretatio deſumenda per ipſam obſervan-
40 tiam ſit obſcurior, & magis ęquivoca, quam ſit Teſtamentum, & diſpoſitio interpretata, ex connotatis penes *Rot. deciſ.* 454. *num.* 7. *coram Merlino deciſ.* 176. *num.* 46. *par.* 5., *dec.* 29. *n.* 23. *& ſeq. par.* 3., *& dec.* 165. *num.* 16. *part.* 10. *rec., dec.* 34. *num.* 28., *dec.* 594. *num.* 7., *& dec.* 799. *num.* 5. *cum ſeqq. coram Emerix Iun.*

Quid plus? cum non ſolùm pręfata citatio practicata in perſonam Mutii contineret conſimiles, ac non minus efficaces clauſulas præſervativas, nempè *quatenus citandi forent legitimi contradictores, & ſua quomodolibet intereſſe putaverint, & non alias &c. de quo &c.* Verum perſpicue apparebat, quod ſimiliter in eodem actu fuerat laceſſitus Nicolaus Florentius, qui certe nullum, utpote minime deſcendens a Sebaſtiana, poterat ſibi aſſerere Iuſpatronatus paſſivum, ſicque clariſſime convincebatur, hanc citationem neutiquam præſeferre aliquam agnitionem Iuris paſſivi in deſcendentibus a Sebaſtiana, at ſolummodo nudam obſervationem cauthelæ requiſitæ ad normam, ut ſupra, clauſulæ adiectæ in literis Apoſtolicis ſecundum tradita per *Merlin. Pignatell. contr. forenſ. cap.* 81. *n.* 50. *lib.* 2., *Capyc. Galeott. cont.* 31. *num.* 71. *Saminiat. contr.* 15. *num.* 40. 41. *& ſeq. Menoch. conſ.* 812. *num.* 19, *Mell. allegat.* 26. *num.* 36. *&* 37. *lib.* 1., *Rot. deciſ.* 338. *num.* 5. *deciſ.* 1139. *num.* 11., *& deciſ.* 1272. *num.* 3. *coram Emerix. Iunior.*

Eliſa oppugnatione Dominici, facile fuit etiam proſternere colluctationem Franciſci: Ea quippe omnia, quæ dicebantur de præpollentia ejus qualitatum, verſabantur in ſubjecto non ſupponente, quia nullibi congruebat, quod ad effectum hodiernæ vacationis medietas vocis patronalis permaneret in linea, ſeu perſona ejus præ-

præſentantis; jam enim, quæ ſubuectebantur de Iurepatronatus cenſendo hęreditario, & ſic in ſtirpes diviſo, ac dividendo inter Labienum & Vitaleonum filios, & hæredes inſtitutos a Vincentio Seniore prolabebantur ex litera occiſiva teſtamenti Vincentii Sen., qui ex a principio ſtabilitis ſecundum comuniter & firmiorem ſententiam recte valuerat Iuſpatronatus, quantumcumque fortaſſe in ſua origine hæreditarium, efficere gentilitium; ſubalterna autem replicatio, quod & eadem partitio in ſtirpes facienda foret etiam inſpecto memorato teſtamento, ex quo tot lineæ, columnelli exiſtimantur ineſſe conſtituti, quot exiſtunt perſonæ ab initio per Teſtatorem inſtitutæ, locum ſibi vindicaſſet, quotieſcumque Teſtator non præordinaſſet inter ipſos filios maſculos, eorumque deſcendentes in perpetuum duo genera perſonarum cum antelatione unius ad alterum; at cum obſolute prætuleriet lineam maſculinam fœmininæ ibi; *patronos eſſe voluit omnes ſuos filios, & hæredes maſculos, ac eorum deſcendentes in perpetuum de familia de Vitaleonibus; & ſi defecerit linea maſculina ſuperſtite linea fœminina, tunc &c.* ad ſummum prætendi valebat, quod hæc prælatio lineæ maſculinæ ſeu maſculorum ex maſculis eſſet intelligenda diſtributive ſive in unaquaque linea reſpective; Aſt hic intellectus nequibat exaudiri, quia, ultra quod ubi de inſtitutis ac vocatis ex eadem unica deſcendentia Teſtatoris lineæ ſubalternantes conſiderantur per modum unius, quidquid dicendum eſſet in vocatione tranſverſalium, ex
42 bene perpenſis per *Roſ. conſult 99. num. 62., Rot. dec. 339. num. 11. par. 17. rec., dec. 417. nu. 14. cor. Priolo, dec. 287. n. 8. cor Biebio, & dec. 159. nu. 16. cor. Emerix Iun., in Romana fideicommiſſi de Urſinis 1. Februarii 1685. §. Tertia, & in Anconitana fideicommiſſi 27. Junii 1685. §. Data itaque coram bon. mem. Albergato, & in Romana ſeu Reatina fideicommiſſi de Vincentinis 2. Aprilis 1696 §. Poſito ex bis coram R. P. D. meo Caprara;*

Attamen magis proprie in caſu noſtro, poſita ad tenorem ſupradictorum verborum prælatione lineæ maſculinæ, etiam quando peractum fuiſſet de ſucceſſione effective fideicommiſſaria, intercedebant omnia requiſita derivantia ad inducendam reciprocam de uno ad alterum columnellum *ex leg. Titia Seia §. Seia Libertis ff. de legat. 2.*, cum ageretur de ſolo, & reſpective toto indiviſibili Jure præſentandi, ac inter
43 omnes deſcendentes honoratos, ac de ultimo de qualibet linea maſculorum perneceſſe gravata, ut alias jam annotavimus, & in ſpecie præfatorum requiſitorum pleni ſunt noſtri Codices Juridici, ut patet ex *Rocc. diſp. Jur. cap. 16. & 17. per tot. lib. 1. Manſ., conſult. 355. num. 26. cum ſeqq., Rot. deciſ. 409. ex num 1. & ſeqq. coram Cerro, dec. 277. n. 156. & ſeqq., & dec. 287. num. 15. cor. Biebio, & alibi paſſim.*

Et ſane ex ipſa veriori & potentiori obſervantia res coruſcabat in aperto, quoniam non minus in penultima, quam in ultima vacatione privative ad Juliam de Linea Vitaleonis, præſentavit Vincentius filius Labieni, in poſtrema autem vacatione Antonius ipſius Vincentii filius ad mentem & indulgentiam præfati text. *in cap. per veſtras*, active & paſſive per viam ſupplicationis agnitus fuit in unicum patronum. Quamobrem tacitæ præcedentis reciprocæ maſculinæ cœteroquin claræ, ſuperaccedente hac obſervantia utriuſque ultimi ſtatus, illam in quacumque materia, prȩſertim in linea ac materia beneficiali, fore attendendam, atque ſer-
44 vandam nemo ignorat ex collectis per *Card. de Luc. de præmin. diſcurſ. 13. num. 34., Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 7. num. 11., Gratian. diſcept. 521. num. 19., ibique Carol Ant. de Luc. num. 8., Modern. Manſ. conſult. 148. num. 49. & plurib. ſeqq., Rot. dec. 113. num. 18., & deciſ. 136. num. 4. & 5. coram Priolo, & dec. 36. num. 11., & dec. 86. num. 20. poſt Vivian. de Jurepatr., deciſ. 106. num. 8. cor. Celſo, dec. 364. num. 1. & 2. cor. Emerix Jun., & dec. 364. nu. 21. & ſeqq. par. 11. recent.*

Comperto itaque, quod Jus activum præſentandi fuerit, exploſis fœminis, & ab eis aſcendentibus ex altero columnello, integraliter & privative radicatum in maſculis, ſive linea maſculina Labieni, & mox conſumptum in Franciſco Antonio maſculo Agnato ejuſdem lineæ, ſuccedebat indubia propoſitio, quod donec eadem Linea ultimo admiſſi perdurabat in Servilio & Philippo deſcendentibus a Labieno, a quo pariter deſcendebant Antonius & Vincentius ultimi præſentantes, non erat faciendus tranſitus ad jam ſeparatam, ac ſemel excluſam Lineam Vitaleonis, a qua procedebant authores
45 Franciſci, recalcitrante regula, de qua *Conſul. ad Peregrin. de Fideicomm. art. 20. verſ. ſecund., Bero conſ. 113. num. 8. lib. 2., Soccin. Jun. conſ. 69. num. 29. lib. 3., Rocc. diſp. Jur cap. 3. ex num. 5., Bellon. Jun. conſ. 1. per tot., Ramon. conſ. 100. num. 148., ibique Balduec., Fontanell. deciſ. 34. num. 6. & deciſ. 35. num. 7., Rot. deciſ. 122. num. 21. coram Emerix Jun.*

Quin obiicem adſtruere valeret ſupra enunciata replicatio ipſius Franciſci, quod cum hodie, defecta linea in univerſum maſculina, convolandum perneceſſe foret ad alteram fœmininam, non amplius Servilius & Philippus tanquam proximiores, & ex Julia Sorore Nepotes Antonii Franciſci ultimo defuncti merentur anteponi, ſed quod omnino foret præferendus idem Franciſcus veluti præſentatus a Titio proximiore habito, ut in his terminis fieri debet, reſpectu ad ipſum Teſtatorem, ſeu gravantem; quia quicquid dicendum eſſet circa hanc præſuppoſitam proximioritatem Titii erga Teſtatorem, cujus etiam reſpectu proximiores dici poterant Servilius & Philippus, nullibi apparebat, quod teſtator invitaſſet proximiores, unde quærendum eſſet de gradu viciniorititatis ad ultimo gravatum, vel gravantem, ſicuti in ſuis termi-

exiſtimarunt ſupra in objecto numerati *l. b* §. *Adhuc tamen*: Ideoque cum ſolum introſpici abſtractive deberet, quis de linea fœminina ſubſidiarie vocata præſentare deberet, non erat amplius quæſtio de gradu, ſed de linea; quique derivabat a linea fœminina Lineæ jam admiſſæ, eratque capax, & invitatus, is ſemper erat præferendus, licet exiſtentibus aliis fortaſſe proximioribus de linea non adhuc admiſſa, ſeu pro ſe non habente ſtatum antecedentium præſentationum, ut præciſe tradunt *Card. de Luc. de*
46 *fideicom. diſc. 23. ſub num. 8., Torr. de Majorat. & Primog. Ital. lib. 1. cap. 12. n. 17., Palma nep. alleg. 93. num. 6. verſ. Et licet quando, Altograd. Sen. conſ. 92. ſub. num. 34. & ſeq., Carl. Anton. de. Luc. ad Gratian. diſcept. obſ. 493. ſub n. 6. verſ. In caſu; & optime firmavit Rot. deciſ. 520. ex num. 13. & plur. ſeq. coram Merlin., & deciſ. 1136. num. 13. coram Emerix Iunior.*

Eoque potentius, quia Teſtator ab initio vocando deſcendentes in perpetuum de familia de Vitaleonibus, ibi: *deficiente linea maſculina, ſuperſtite linea fœminina*, & invitando fœminas ex dicta linea, ſatis ſuperque indicavit exoptaſſe ſucceſſivitatem perpetuam in hoc Jure honorifico præſentandi, quo caſu, quia ſucceſſivitas deſignata & volita magis corrumperetur, quoties a genere ſubſtituto lineę jam admiſſæ fieret tranſitus prætextu proximioritatis in ordine ad Teſtatorem ad lineam poſſeſſione vacuam & non admiſſam, ſemper attenditur proximitas Gravati ex his, quæ limitando & declarando habentur apud *Surd. conſ. 370. n. 15., Ga-*
47 *br. conſ. 112. num. 13. & 14., Amat. reſolut. 10. n. 60., Caſtald. conſult. 126. n. 17., Palma nep. d. alleg. 93. ſub n. 6. & plurib. ſeq., Rot. dec. 682. n. 6. & deciſ. 744. num. 12. cor. Buratt., dec. 22. n. 20., & d. 35. n. 6. coram Sa. Mem. Alex. VIII.,*
48 *& deciſ. 1136. n. 12. coram Emerix. Jun.*: unde bene dicebat Roxas *de Incompatib. Regnor. par. 3. cap. 4. num.* 30. quod ſucceſſiones, ad inſtar fluminum, non obſiſtente contraria, vel expreſſa, vel conjecturata, mente Teſtatoris, nuſquam regurgitant ad caput ſuum, ſed in proximum quemque canalem defluunt, ac dilabuntur.

Et ita, Partibus hinc inde trifarie, & accerrime informantibus, extitit reſolutum.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE PINIS SUPER EXPENSIS.

Lunæ 27. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Eo non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Pro inſtrumentis repetitis ſolvi debet Notario Cauſæ tertia pars mercedis ratione copiæ extendendæ.*

2 *Expenſæ judiciales ſemper veniunt per ſuccumbentem reficiendæ.*

3 *Qualibet Inſtantia in Rota taxari ſolet ſcuta decem.*

DECISIO CCIX.

Ab exceſſiva taxatione expenſarum poſt quatuor ſententias recurſum habuere Pini ſuccumbentes in Signatura Juſtitiæ, & ſub eadem clauſula conſulti DD. per Me reſponderunt - *Non coſtare de execeſſiva taxatione expenſarum.*

Siquidem exceſſivitas verſabatur in paupere Regno duarum partitarum: Prima conſiſtebat in foliis, quia nempe Extractus, ſive Acta Notarii præcedentis Inſtantiæ non deberent taxari in ſcutis 25. juxta propoſitionem harum operum ſervilium; ſed cum repetita conſtarent inſtrumenta, ſuccedebat Reformatio ſa: me: Pauli V. præcipiens, quod Actuario ſive Notario Cauſę ſolvi debeat in hoc caſu tertia pars mercedis
1 ratione copiæ extendendæ, ut videre eſt in ejus Conſtitutione poſt *Ridolphin. in prax* §. 20. *num.* 20., idcirco DD. reputarunt, quod quidquid ſolvendum eſſet ratione foliorum, quæ mechanice numerabantur ad 185., adhuc ratione præfatorum Inſtrumentorum repetitorum potius ad formam præcitatę Conſtitutionis Pauli V.. bene egerit Eliſabet victrix, & Reverendiſſimus D. meus Molines Decanus in taxatione hujuſmodi expenſarum, quam quod læſos ſe exiſtimare potuerint Pini ſuccumbentes, cum hæ expenſæ judiciales, ſive ex uno titulo, ſive ex altero paſſæ per ſuccumbentem, veniant ſemper per eundem reficiendæ, ſicuti perpetuo dictum fuit, &
2 prę́ſertim *coram Cerill. deciſ. 77. per tot., Coccin. dec. 1705. num. 1., Priol. deciſ. 241. num. 2., in Romana Penſionis ſuper expenſis 27. Februarii 1693. in principio coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano, in Romana Succeſſionis & legitimæ ſuper expenſis 13. Februarii 1696. §. Juſtitia coram R. P. D. meo Scotto, & in Vrgellen. Servitutum ſuper expenſis 22. Junii 1699. §. Reliquas, coram R. P. D. meo Lancetta.*

Secunda vero concernens refuſionem honorariorum, quæ in defenſione Cauſæ tolerare conſtricta fuerat Eliſabeth, viſa eſt DD. nullam habere ſubſiſtentiam, quoniam licet juxta ſtylum Tribunalis A. C. prætenderetur a Pinis, quod moderarentur expenſæ, de reliquo ſuperlative ex praxi, & ex crumena ſuperantes hujuſmodi taxationes, nihilominus exceptio ibat in præceps, ſtante conflictu, rebuſque judicatis, ſive ſententiis poſt A. C. revocatis, ac exercitatis in Sacro noſtro Auditorio; Eliſabeth enim triumphaverat, cauſam reſtaurando, ſive invita reaſſumendo coram bon. men. Rondinino, poſtea coram Card. Mattheio, & deinceps coram R. P. D. meo dela Tremoille, & finaliter coram bo. me. Vrſino Decano, ac finaliſſime coram illius ſucceſſore Reverendiſſimo D. meo Molines. Unde cum hęc ſolum quinque inſtantię inſre-

8 ſpectus rationibus, & urbanitatibus Sac. Auditorii ſecum ferret pro qualibet inſtantiata rationem ad *ſcuta decem*, teſte quotidiano experimento, & indulgentia, de qua obloquuntur etiam *Card. de Luc. de Judic. diſc.* 39. *num.* 17., *Rot. coram Priol. deciſ.* 454. *num.* 7., *& deciſ.* 471. *num.* 3. *coram Cerr., deciſ.* 170 *num.* 2. *in recen., deciſ.* 271. *num.* 8. *par.* 16., *deciſ.* 583. *num.* 3. *par.* 18., *& in dicta Romana penſionis ſuper expenſis in principio coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*; Propterea cum taxatio, a qua recalcitrabant ſuccumbentes, ſtaret in inferiori ſumma ſc. 43. dixerunt DD. tantum abeſſe, quod Pini fundamentum haberent reclamandi ab exceſſivitate taxationis, quin potius in ipſa reclamatione venire viderentur, ut mos eſt, ſive dicitur in Italia - *Al bagno per le doglie*.

Et ita utraque &c.

FERRARIEN, SEU IMOLEN BONORUM.

Ven. prima Julii 1701.

ARGUMENTUM.

Late tractatur, quando renovatio juxta æquitatem Bartholi concedenda ſit Proximioribus, & intra quantum tempus d. renovatio petenda ſit. Moniales ſunt incapaces hujuſmodi renovationum, licet proximiores. Bona Eccleſiæ abſque cauſa, & Beneplacito Apoſtolico alienari non poſſunt.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia valet bona emphyteutica pro ſe retinere.*

2 *Sed quoties illa non vult pro ſe retinere, tenetur inveſtire proximiorem ultimi inveſtiti, quæ inveſtitura dicitur coacta renovatio.*

3 *Moniales licet proximiores impedire non valent renovationem proximis capacibus de æquitate debitam.*

4 *Conſtitutiones Bonifacii IX., & Pauli V. locum habentes in ſtatu Ferrariæ, potius præſervant, quam excludunt æquitatem Juris in renovationibus, quæ fiunt favore proximiorum.*

5 *Renovatio intra unum annum & diem peti debet, in materia emphyteutica, quam feudali.*

6 *Limita, ſi mediante lite cadente ſuper dd. bonis, qui eſt proximus, fuerit ab alio coercitus, ideoque renovationem obtinere nequiverit.*

7 *Et conſequenter tanquam agere prius non valenti nullum tempus currit.*

8 *Declara, quod annus & dies defluere debet non ab hora deceſſus ultimi inveſtiti, ſed ſolum ab illa ſuperventa ſcientiæ quoad inveſtituram expletam ad commodum extranei.*

9 *Quinimo hoc caſu jus conquerendi pro renovatione ad intervallum* 30. *annorum protrabitur.*

10 *Corruente principio, corruit etiam dependens, & acceſſorium.*

11 *Bona Eccleſiæ alienari non poſſunt niſi concurrente neceſſitate, ſeu utilitate evidenti, & Beneplacito Apoſtolico.*

12 *Actore non probante, reus abſolvitur.*

DECISIO CCX.

Conqueſtio *Maronis*.

Hos Ego verſiculos feci, tulit alter honorem;
Sic vos non vobis mellificatis Apes:

cum cæteris ab hoc inſigni *Vate* replicatis exemplis, optime poterat aptari moderno Rectori S. Stephani de Barbiano: Is enim poſt diuturnam, ac æque diſpendioſam controverſiam exantlatam adverſus Theodoram & Lauram Sorores a Baleno, ſive Monaſterium S. Catharinæ Civitatis Forolivii, ſuper reintegratione feliciter etiam poſtea per tres uſque ſententias reportata ad nonnulla bona, de quibus extiterant primordialiter inveſtiti Alexander & Conſtantius, earundem Monialium aſcendentes, non adhuc integre noviſſima illius inſtantia coram Me conſumata, novos & inſimul fortiores aſſurgere nedum ſenſit oppugnatores, videlicet DD. Ducem Cæſium, & Marchionem a Balneo; verum etiam in hodierna nova ac diſparata colluctatione procumbere coactus eſt; cum Domini, præcognita juſtitia expoſtulatæ renovationis, nequiverint non aſſentiri iſtorum precibus, veluti juridica, & inevitabili prorſus æquitate ſolidiſſimis.

Ratio conſentiendi, ſive decidendi palam & incontinenti coruſcavit undique brevis & liquida, quoniam cum idem Rector, nondum plene, ſeu vix ſtabilita prima victoria, contra præfatum Monaſterium ſupradicta bona, ad quæ reintegrari robuſte obtinuerat, alteri conceſſerit in Emphyteuſim, jure merito inſurrexere præcitati Actores pro aſſequenda prælatione, ſive, quod idem eſt, renovatione; ubicumque etenim Eccleſia, illiuſque Rector negligit hujuſmodi bona, de reliquo aſſueta concedi in emphyteuſim, ad ſuas manus, vel pro ſe retinere, quemadmodum regulariter ad terminos Juris communis, & ſecluſis particularibus conſtitutionibus Apoſtolicis vel immemorabili conſuetudine, reducentibus conſimi-
1 lia bona ad perpetuum allodium, eadem jura ac SS. Canones permittunt indubitanter *Alb. in cap. Bonæ il* 2. *num.* 28. *verſ. in glo. final. de poſtulat. Prælat. Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de renovat. quæſt. prima num.* 10. *verſ. veritas, & num.* 23. 24. *& ſeqq., Mareſcott. var. reſolut. lib. primo cap.* 3. *num.* 11., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 88. *num.* 5. *& ſeqq., Carol. Anton. de Luc. ad eundem num.* 5., *Gob. conſult.* 11. *num.* 17., *Panimol. deciſ.* 4. *ad not.* 2. *num.* 30. *& ſeqq., Rot. coram Cerr. deciſ.* 701. *num.* 3., *deciſ.* 143. *num.* 2. *par.* 10. *in Eugubina, ſeu Senogalien. devolutionis* 14. *Januarii* 1695. §. *His in articulo coram bo. me. Urſino, &* 27. *Jun. ejuſdem anni* §. *Tertio coram clar. me Card. Thaurnſio, & in Urbinaten. ſeu Senogallien. Emphyteuſis* 23. *Martii* 1696.

1696. §. *Porro, coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*.

Semper favore habentium proximiorem ſuccedendi cauſam ab ultimo inveſtito ſeu poſſeſſore, locum ſibi vindicat altera non minus indubitata limitatio, quæ communiter Bartolo tribuitur, ut ſcilicet ii adverſus perſonam penitus extraneam de novo inveſtitam nanciſcantur illam prælationem, quę ſub nomine coactæ in hoc caſu renovationis explicatur, juxta eun-
2 dem *Bartol. in l. prima §. Permittitur ff. de aqu. quotid. & æſtiv.*, *Nicol. Catan. conſ. 30. num. primo & ſeqq.*, *Epiſc. Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 63. num. 2. & ſeqq.*, *Card. de Luc. de Emphyteuſ. diſc. 3. num. 4. & ſeqq.*, *Modern. Palm. inter ejus recollect. deciſ. 183. num. primo*, *Rot. coram Emerix Jun. deciſ. 261. num. 3. & in Callien. Caſtrorum 21. Januarii 1701.*, *§. Cum enim, & 17. Junii ejuſdem anni, §. Identitas coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*.

Dum itaque tam ipſe Dux Ceſius, quam Marchio a Balneo, ut in Arbore diſtributa, noſcerentur eſſe proximiores, ſeu proximi in gradu ſucceſſibili reſpectu Portiæ ultimæ poſſeditricis eorundem bonorum, ac de illis ulterius quoque inveſtitæ ſub anno 1635. perſpicuum ex una parte reddebatur, iiſdem Duci & Marchioni ex ſupradictis concedendam eſſe renovationem, & ex altera eorum intentui nullatenus obeſſe præexiſtentiam præfatarum Monialium de reliquo proximiorum in ordine ad præfatam Portiam: declarata namque ipſarum omnimoda incapacitate vigore Bullarum Bonifacii IX. & Pauli V. ut in enunciata altera cauſa, de qua ſtat deciſio diei 2. Decembris 1699. coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, & diei 26. Martii 1700. coram Me, perinde erat, ac ſi ad pręſentem effectum impediendi renovationem proximis capacibus illæ nec actu degerent, nec unquam fuiſſent in humanis, ſicuti recte
3 comprobat *Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. primo cap. 9. num. 27. cum duobus ſeqq.*, *Andreol. contron. 389. num. 2. & ſeqq.*, *Gob. conſult. 113. num. 13.*, *Rodulph. allegat. 66. num. 10.*, *Rot. coram. Bich. deciſ. 52. num. 3.*

Nullumque ſubalternum obſtaculum prætexere valebat, quod memoratæ Conſtitutiones Bonifacii & Pauli viderentur protendere contemplationi dumtaxat Civium, & ſubditorum Ducatus Ferrariæ; Ultra enim quod Marchio alter ex contendentibus aſſerebat ſe ſe gaudere beneficio hujus civilitatis ſecundum adamuſſim ea, quę in altero *Ferrarien Bonorum de Schianchis dicebantur coram Pamphil Jun. deciſ. 545. num. 10., & ſeqq.*, utique in caſu noſtro proſternebatur omnis anſa hæſitandi, quia Dux, & Marchio nullibi prætendebant aſſequi renovationem ex vi hujuſcemodi Conſtitutionum, ſed ſolum ex providentia ęquitativa Juris communis, quamue potius pręſervarunt, quam excluſerint cædem Conſtitutiones, prout præ-
4 ciſe reſponſum fuit in prælaudata *Ferrarien. Bonorum de Schianchis coram Pamphil. deciſ. 680. num. 18., & in alia Ferrarien. Bonorum 20. Februarii 1696. §. Cum igitur, coram bo. me. Vrſino*,

Stabilita neceſſitate renovationis, nequibat pariter officere Actoribus, quod nimis ſerotine efflagitaverint hanc renovationem, quæ tamen venit expetenda intra circulum unius anni & diei, tam in hac materia emphyteutica quam in ſimili fraternizante fęudali, ſicuti reſpectu
5 primæ *Fulgin. de Jur. emphyteut. tit. de renovat. quæſt. 2. in princip.*, *Pigant. ad Statut. Ferr. lib. 2. rubric. 127. num. 35.* *Rot. deciſ. 48. num. 3. coram Ninot.* & quoad fæuda *Text. in cap. primo in princip. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amit.*, *Larat. in Theat. fæud. tom. primo parte 4. dilucid. 29. num. primo*, *Roſenthal. de fæud. parte prima cap. 6. concluſ. 30. num. primo, & ſeqq.* *Franciſc. de Rub. inter conſ. Spad. il 4. num. 109.*, *a Pont. deciſ. prima num. 6.*

Geminæ quippe ex puro facto emergebant reſponſiones, prima nimirum, quod cum ſecuto de anno 1665. obitu Portiæ ultimæ inveſtitæ acrius exarſerit controverſia inter Rectorem prædictaſque Moniales, profecto negari nequibat, quod plus quam in anno, vel termino juridico Dux, & Marchio comparuerint; quoniam, ut ab initio præmiſimus, non terminata adhuc per effectivam executionem Sententiæ, tertia inſtantia apud me pendente, iidem hodierni Actores mediante peculiari commiſſione mihi directa, quæve nuncupatur *admiſſionis ad Cauſam, Summario Actorum Num. 10.*, formiter inſteterunt pro conſecutione hujus renovationis, nullo pacto per antea expetibilis, exiſtentibus de medio & jugiter jura propria propugnantibus Monialibus non enim attenditur ſimplex proximitas, quotieſcumque penes Judicem ſiſtit
6 proximior in gradu remotiore coercens, *Fulgin. Jur. emphyteut. tit. de ſucceſſ. in bonis emphyteut. quæſt. 2. n. 10.*, *Rot. poſt. Contr. deciſ. 113. n. 7. coram. Cerr.*, *deciſ. 908. n. primo coram Priol.*, *dec. 387. num. 2., & coram Ninot.*, *deciſ. 21. num. primo & ſeqq.*

Donec igitur detecta non fuit hujuſmodi proximiorum incapacitas, nequaquam poterant cenſeri in petitione moroſi DD. Inſtantes, quia nondum explanata apparebat ſemita eorum ſub-
7 alternanti ſive ſubſidiariæ prætenſioni, ideoque ipſis, tanquam agere prius non valentibus, nullum tempus, nulla præſcriptio poterat obiectari, *Rot. coram Pentinger. deciſ. 430. num. 8.*, *in recen. deciſ. 51. num. primo par. 18.*, *deciſ. 366. num. 5. par. 19.*, *in Romana, ſeu Civitatis Caſtelli Dotis 17. Maii 1681. §. Alter; coram bo. mem. Albergato, & in Vrbinaten. Pecuniaria 14. Maii 1700., §. Nullumque coram Me*.

Secundam reſponſionem ſuppeditabat altera circumſtantia, quod nullatenus Actores notitiam habere valuerant, quod Rector alium extraneum inueſtire deſtinaſſet, ac in effectu inveſtiverit, loco retinendi pro ſe & Eccleſia bo-

na devoluta, ac propterea nequiviſſe annum, & diem ullatenus defluere ab hora deceſſus Portiæ ultimę inveſtitæ, ſed ſolum ab illa ſuperventæ ſcientiæ quoad Inveſtituram expletam
8 ad commodum extranei, ut ait *Gloſ. in cap. primo, §. Si quis deceſſerit verb. per annum, ſi de fæud. defunct. conſ. ſit inter Domin., & Agn.it. Vaſſal., Pacion. de locat. & conduct. cap. 22. num. 52., Pigant. ad Stat. Ferrar. tom. 2. rubric. 127. num. 64., Ciroc. diſcept. 62. num. 69., Rot. coram Pamphil. deciſ. 545. num. 6. in recent. deciſ. 306., & deciſ. 513., utrobique num. 6. par. 13. deciſ. 71. num. 24. par. 19., & in Piſauren., ſeu Fanen. Emphyteuſi 3. Junii 1697., §. Enim vero coram Reverendiſſimo Domino meo Molines De-*
9 *cano*. Quinimmo, quidquid ſit, ubi inita fuiſſet nova conceſſio aut renovatio favore remotioris, nemo non ſcit quod adverſus extraneum jus conquirendi renovationem ad intervallum 30. annorum protrahitur, teſte *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 88. num. 33., Carol. Anton. de Luc. ad eumdem num. 15., Card. de Luc. de emphyt. diſc. 53. nu. 14. verſ. Prout, Rot. diciſ. 630. num. 2. coram Seraph. deciſ. 431. num. 3. coram Duran., deciſ. 604. nu. 13. coram Pamph. deciſ. 192. num. 11. coram Celſ., & deciſ. 113. num. 9. par. 13. recent.*

Prævidens fortaſſe Rector imminens ſibi fatum contrariæ reſolutionis, vice impugnandi hęc jura Ducis & Marchionis, totum ſe contulit ad infrigendam originariam conceſſionem exaratam, ut diximus, per illius temporis Rectorem de anno 1528. erga Alexandrum & Conſtantium, ſubinde reputans cæteras quoque renovationes ſive conceſſiones ſuapte natura collabeſcere, cum hę omnes forent acceſſoriæ, conſecutivæ, & penitus relativæ ad primam, unde corruente principio rueret etiam principiatum atque dependens, ſecundum
10 *Text. in l. egi ff. de except. re judic., & in Can. cum Paulus 26. prima quæſt. prima, Barboſ. tract. var. axiom. 103., Paul. Rub. reſolut. practic. cap. 54. n. 245., Mart. Medic. deciſ. Senen. examinat. 2. num. 50.*

Verum quia adeo pervetuſta conceſſio firma præfulgebat per munimentum Apoſtolicę confirmationis, nullatenus potuit Rector exaudiri ſuper defectu cauſæ, ſeu utilitate Eccleſiæ, vel (quod idem eſt) ſuper oppoſita ſubreptione, & obreptione ejuſdem Pontificię confirmationis; licet namque notorium ſit, ultra ſolemnitatum interventum copulative deſiderari cauſæ concurſum ad normam extravagantis *Ambitioſæ*
11 *de reb. Eccleſ. non alien.*, prout advertunt *Pacion. de locat. & conduct. cap. 14. §. 10. num. primo, Card. de Luc. de alienat. & contract. probibit diſc. primo num. 8., diſc. 13. num 3., diſc., num. 7., ac diſc. 18. num 4., Contr. diſcept. forenſ. cauſ. 50. num. 11., Panimoll. deciſ. 54. adnot. prima num. primo & ſeqq., Modern. Palm. inter ejus recollect. deciſ. 2. num. 6. 10. & 11., & Rot deciſ. 764. num. 2. coram Merlin.*

Nihilominus Rector non erat in probatis ſuper hujuſmodi deficientia cauſę, quin etiam illa, prout in altera deciſione hujus diei reiciente deſuper prætenſionem admiſſionis articulorum, viſa fuit undique improbabilis, quamobrem ſubſiſtente juſtitia, & reſpective neceſſitate faciendæ renovationis, intrabat in hoc ultimo propoſito (ſicuti fuit, Duce & Marchione tan-
12 tum informantibus, reſolutum) deciſio *Textus in l. qui accuſare C. de eden., de qua Contr. diſcept. forenſ. cauſ. 13. num. 10., & cauſ. 14. num. 3., Modern. Argentan. collect. leg. 30. num. 2. lib. 2., & Rot. in Nepeſina devolutionis 22. Aprilis 1695., §. Tum quia, coram clar. mem Card. Thaurufio.*

FERRARIEN. SEU IMOLEN. BONORUM SUPER REMISSORIA.

Veneris prima Julii 1701.

ARGUMENTUM.

Literæ Dimiſſoriales quando ſint concedendæ, latè examinatur. In alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum duo copulative debent concurrere utilitas, & Beneplacitum Apoſtolicum. Neque iſtud a ſummo Pontifice conceditur niſi in evidentem Eccleſiæ utilitatem,

SUMMARIUM.

1 *Conceſſio Partis in Judicio ſuperat quodcumque genus probationis.*
2 *Præſumptio ſemper militat pro validitate & juſtitia executionis jam factæ.*
3 *Ad effectum concedendi Remiſſoriam requiritur, ut articuli ad cauſæ victoriam relevent: ne alias Judicem, & Partem inutiliter defatigent.*
4 *Utilitas ubi deficit in alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum, corruit etiam confirmatio Apoſtolica illam ſupponens ac requirens.*
5 *Rimiſſoria non conceditur, quoties materia articulata probata non relevat.*
6 *Teſtes aſſerere non valent factum plura ſæcula attingens, & in dies variabile.*
7 *Articuli, & Teſtes examinandi, ſi concludere nequeunt principale objectum cauſæ, non ſunt concedendi, nec examinandi.*
8 *Beneplacitum a S. Sede nuſquam relaxatur*, niſi in evidentem Eccleſiæ utilitatem.
9 *Et inutilitas, & pernicies d. conceſſionis eſt per allegantem lucidiſſime demonſtranda.*
10 *A ſtatu præſenti argui non valet ad præteritum, & maxime plurium ſæculorum.*

DECISIO CCXI.

Utpote alio fortaſſe tegmine defenſionis denudatus, petiit modernus Rector Eccleſiæ S. Stephani de Barbiano, ſibi per Tribunal impartiri Literas Remiſſoriales ad finem detegen-

gendi ex defectu malæ impetrationis, ac requiſitæ utilitatis ſubreptam extitiſſe a ſa. me. Clemente VII. confirmationem conceſſionis emphyteuticæ expletæ ſub anno 1528. per Rectorem tunc temporis in perſonas Alexandri & Conſtanti ejus fratrum de Manzolis; ſed Domini ſtatim introſpecta non minus improbabilitate, quam irrelevantia articulorum datione earundem literarum, annuere reſpuerunt.

Diximus introſpecta improbabilitate, & irrelevantia articulorum, quia de cætero neque forte oportebat ad eorum deſcendere rimationem, dum cuicumque conceſſioni Remiſſoriæ obſiſtebat poſterior ratio ineluctabilis, videlicet confeſſio ipſiusmet hodierni Rectoris, qui in diſputationibus habitis cum Monaſterio S. Catharinæ Forolivii ultro admiſerat validitatem memoratæ inveſtituræ, quin etiam ſub illa fretus infringere ſategerat ſubſequentes conceſſiones, veluti relativas quidem ad primam, ſed eam de facto ſine alia impetratione beneplaciti longe excedentes, prout videre eſt in deciſionibus deſuper editis coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano 1. Julii, ac 2. Decembris 1699., & coram 26. Martii 1700., ac propterea perperam inſiſtere videbatur in probando id, cujus contrarium ipſe judicialiter confeſſus fue-
1 rat, & ſubſtinuerat ex collectis per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 789. n. 5., Angel. de confeſſ. lib. 3. q. 20. n. 7. & 8. cum ſeqq., Rot. dec. 48. n. 12., & dec. 53. n. 3., coram Card. Celſ. dec. 6. n. 15. & 16. par. 13. rec., in Romana Manutentionis 27. Junii 1698. §. Erroneitas in Compoſtellana Parochialis 2. Junii ejuſdem Anni, §. Præmaxime coram R. P.D. meo del Olmo*

Cæterum tranſcurrendo ſingulos articulos, ac ſuper eis diſcurrendo fuit adinuentum, quod tractabatur in ſubſtantia de prætenſione irritandi ſolemnem conceſſionem poſt intervallum annorum 173. cum ſubſecutis ſervatis ſervandis, vocatiſque vocandis, uti præcipiebat Breve Clementis, executione deſuper facta per Vicarium Imolen. in ipſa Apoſtolica Commiſſione ſpecialiter deputatum, in quibus terminis eandem Papalem confirmationem, ac ſucceſſivam executionem cum numquam interrupta uſque ad præſens obſervantia, ſubuertere & infringere duriſſimæ profecto provinciæ eſt, ſtante ſolida præſumptione, quæ ſemper militat pro validitate, & juſtitia jam factæ executionis, ad
2 tradita per *Rot. dec. 426. n. 3., & dec. 635. n. 3. coram Baratt. dec. 147. num. 5. coram Peuting. dec. 203. num. 11., coram Card. Cerr., & deciſ. 521. n. 3. coram Emerix. jun.*

Et quidem primus articulus continebat, Eccleſiam S. Stephani actu conſiſtere in eodemet loco, ubi prius videlicet ante direptionem Caſtri Barbiani permanebat; circa quod optime (ad modum argumentum in qualibet facultate) replicabant Informantes pro Duce Cæſio, & Marchione a Balneo, tranſeat aſſumptum, ſive propoſitio, prout pariter reſpondebant ad ſecundum, in quo proponebatur, bona controverſa vix a memorata Eccleſia S. Stephani diſtante per ſpatium medii miliaris, ſeu ſtadii, hi etenim articuli non minus in abſtracto, ac de per ſe, quam ex dicendis inferius nullibi relevare poterant ad Cauſæ victoriam, ſicuti exigitur ad effectum concedendæ Remiſſoriæ, ne aliàs & Judicem & Partem inutiliter defatigari contingat, ex paſſim firmatis, & præſer-
3 tim *in dec. 193. n. 1., & dec. 521. n. 2., & 6. coram Emerix jun. in Bononien. Prædii ſuper Remiſſoria 2. Decembris 1699., §. Unica ſiquidem in Cracovien. Scolaſteriæ 4. Decembris ejuſdem Anni, §. Poſthabita, & in Romana Dotis ſuper Articulis 2. Julii 1700. in principio coram Me.*

Progrediendo autem ad tertium, qui magis directe videbatur introduci ad viſcera quæſtionis, cum enim Breve Clementis prodiiſſe noſceretur ſub illa narrativa, ſeu cauſa, quod bona, ſeu poſſeſſiones extradendæ in emphyteuſim perpetuam forent *parum utiles, & fructuoſæ ob illarum ſterilitatem, & diſtantiam ab ipſa Terra, ſic etiam innudationis aquarum, tum etiam quia in eis nullæ ſunt habitationes, vel domus pro uſu & habitatione Agricolarum*, prætendebatur a Rectore per hujuſmodi tertium articulum juſtificari, quod paulo diſtantes a bonis emphyteuticis extarent aliæ duæ propriæ poſſeſſiones ipſius Eccleſiæ, quodque deficientibus domibus & habituriis Colonorum mos ſit, terrena exerceri per finitimos Agricolas, ob id inferendo, quod ſi Rector illius temporis hujuſmodi morem ſervaſſet, profecto magis fructuoſe valuiſſet pro Eccleſia Domina directa retinere poſſeſſiones emphyteutice tranſlatas, & conſequenter quod deficiente utilitate, caderet etiam confirmatio,
4 illam ſupponens & requirens ex deductis per *Fulgin. de jur. Emphyteut. de contract. emphyt. quæſt. 22. ſub. princip. verſ. ſed prædictis, Mar. Anton. var. reſol. lib. 1., reſolut. 22. n. 11. in fin., Card. de Luc. de Emphyt. diſc. 6. n. 8. & ſeqq., Rot. cor. Durant. dec. 250. n. 1. & ſeqq.*

Verum nec hic articulus effugiebat apertiſſimam notam improbabilitatis, & irrelevantiæ, dum narrativa, de qua ſuperius, non immorabatur ſimpliciter in aſſerenda infructuoſitate ex capite ſolius diſtantiæ, ſed literis ſatis claris inibi dicebatur *ob illarum ſterilita-*
5 *tem, & diſtantiam*, ſicque eſto millies, quod aliunde poſſet diſtantia reparari, quid inde? cum non excluderetur ſterilitas generice, & inſimul aſſerta, ac plerumque naturalis, ſuper quo puncto ſubſtantialiſſimo, nec unus dabatur articulus in contrarium, ut alias reſpondit *Rot. in deciſ. 173. n. 1. & 5., & dec. 521. n. 2. 3. & 6., ac dec. 531. n. 1. coram Emerix. jun. dec 56. n. 4. 8. & 12., & deciſ. 174. n. 7., & dec 315. n. 18. par. 15., & dec. 625. num 5. & 6 par. 18. recen.*

Laborabat etiam idem articulus altera nota improbabilitatis, quippe non poterant nedum quatuor Teſtes exhibiti, ſed etiam mille, baſ-

ſque alio extrinſeco fulcimento teſtificari, & quod de anno 1528. Eccleſia poſſideret has duas alias poſſeſſiones, quodque commoditas in præſenti præſuppoſita ſupplendi per vicinos agricolas, de eo tempore practicaretur, & fructuoſe deſerviret, maxime junctis inundationibus in ſupplicatione expreſſis, & pariformiter enunciatis in hiſcemet articulis; quodque tandem ſuppoſita quoque hac commoditate, factis calculis uberiores fructus percepti extitiſſent, quam præſeferrent canones, & pacta conventa in conceſſione emphyteutica; impoſſibile quippe eſt, quod Teſtes aſſerere auderent hujuſcemodi facta, duo quaſi ſæcula attingentia, & in dies, ut quotidiana monſtrat
6 experientia, variabilia, ut inquit *Ridoph. in prax. par. 1. cap. 12. n. 112. Card. de Luc. de Iudic. decis. 31. n. 26. Rot. coram Pen. dec. 434. n. 8. juxta Venet. impreſſ. coram Cerr. dec. 302. n. 14. & 15. coram Zarat. dec 65. n. 7. cum duob. ſeqq. coram Bich. dec. 104. n. 5. in rec. dec. 271. n. 4. & 7. par. 5. & dec. 266. num. 17. & 18. par. 6.*

Mirandumque ſane erat, quod ſuper hiſce diſcurſibus tam evanide morarentur articuli, dum Papa ad confirmandam inveſtituram minime movebatur a vicinitate, vel diſtantia, aut ab eo, quod Eccleſia Domina directa colere poſſet terrena concedenda, ſed a narrata dumtaxat infructuoſitate, & ſterilitate, ſive illa tunc temporis oriretur ab ipſamet diſtantia, vel a peculiari qualitate, & natura bonorum; proindeque ſemper quoties articuli, multoque magis Teſtes examinandi nequibant tale
7 objectum concludere, caſſa erat omnis adlaboratio Informantium pro Rectore, quemadmodum ſubdit eadem *Rota dec. 355. n. 1. & dec. 489. n. 2. coram Duncz. Jun. dec. 13. n. 5. par. 12. & dec. 625. n. 4. 5. & 6. par. 18. rec.*

Neque idcirco ſat erat per exempla noſtri Tribunalis oſtendere, quod quantumuis ageretur de conceſſionibus ſupra ſæculum, adhuc illius aſſueta juſtitia nullitatem recognoverit, & canonizaverit; omiſſo etenim, quod in authoritatibus allatis, ſcilicet *in dec. 330. n. 1. uſque ad 12. coram Priol. & dec. 395. n. 6. & ſeqq. par. 18. recen.* vel etiam deficiebat ſolemnitas beneplaciti, aut obſervantia formæ, S. Rota fuerat innixa deficientiæ utilitatis comprobatę, non jam ex hiſce frivolis animadverſionibus, ſed comparatione Canonis cum valore, & menſuratione terrarum ex publicis documentis demonſtrato, quoniam, ut bene
8 inquit *d. dec. 395. n. 15. par. 18. rec.* beneplacitum a S. Sede unſquam relaxatur, niſi in *euidentem Eccleſiæ utilitatem*; ſecundum etiam formulam, quam tradit, & examinat *de Roſ. de execut. lit. Apoſtol. cap. 4. num. 312.*

Hiſque præmiſſis propria levitate diſſipabatur probabilitas, & relevantia aliorum articulorum; quartus quippe, qui ſequebatur articulus, totus inſudabat ad oſtendendum, quod Colonica domus poſſet cum ſolis ſc. 25. elevari; ſed quidquid foret de hac tenui, & non ita veriſimili impenſa, reincidebat idem principium, quod Teſtes non poterant idipſum affirmare de tempore anni 1528. & quod non exinde detegatur inutilitas, & pernicies conceſſionis, quæ venit per allegantem in hiſce caſibus luculentiſſime demonſtranda; *Surd. conſ. 39. n. 7. Rot. dec. 345. n. 1. coram Duran. decis. 392. coram ſa. me. Gregorio XV. dec. 191. utrobique num. coram Buratt. & dec. 407. n. 1. & 5. coram Priol.*

Quintus denique & ultimus articulus dilaniabatur ſemper eodem vitio improbabilitatis, & irrelevantiæ, quia quod ad impediendas inundationes adeſſent quędam aquarum receptoria vulgo *ſcoli publici grandi*, quodque providentia Rectoris pro tempore valuiſſet ſeminare, ſeu profundere alia ſemina, quam frumentum, & fabam: Et quomodo valebat omnia hæc ſufficienter affirmari per modernos Teſtes etiam ſub Sacroſancta jurisjurandi Religione interrogandos, & maxime ad finem eruendi inſubſiſtentia cauſæ, & detrimentum conceſſionis; non enim poterat citra periculum temeritatis ab hodie aſſerere, ac percutere tempus tam antiquum, reſiſtente etiam vulgata regula, quod a ſtatu præſenti non li-
10 cet arguere ad pręteritum, & maxime duorum circiter ſæculorum; *Surd. conſ. 151. n. 71. Natt. conſ. 353. n. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 510. n. 1. 2. ac 3. & cap. 826. n. 57. & 58. Rot. dec. 574. n. 8. par. 18. & dec 106. n. 19. par. 19. rec.*

Et ita utraque &c.

ROMANA CENSUS.

Ven. 1. Julii 1701.

ARGUMENTUM.

Late tractatur quando per Summum Pontificem derogatio fideicommiſſi intelligatur conceſſa; & refellitur vitium ſubreptionis, & obreptionis, quo annullari poſſet præd. derogatio. Sub appellatione *Minorum*, an, & quo caſu veniant etiam Infantes, & Pupilli; & an iſti legitimum præſtare poſſunt per eorum Tutorem, & Curatorem conſenſum in contractibus.

SUMMARIUM.

1 *Abrogationes fideicommiſſorum, aliarumque ultimarum voluntatum concedi poſſunt a Summo Pontifice.*

2 *Et ſuper eadem derogatione adeſt in ſtatu Eccleſiaſtico celebris Bulla Baronum.*

3 *Dicta vero derogatio, cum odioſitatem contineat, neceſſe eſt, ut profluat a Principe de plana & certa eius intentione, & voluntate; aliàs, ſi verum fuit reticitum & falſum enarratum, derogatio pręd. collabeſcit.*

4 For-

4 *Fortius, ſi agatur de adſtruenda, ſeu alteranda teſtatoris voluntate.*

5. *Quimo ſi ſcruata non fuerit forma in derogatione præſcripta, præter nitium ſubreptionis, & obreptionis gratia caducatur, quia non meretur gratia adiuvari, qui illa abutitur.*

6 *Pupillus eſt prorſus incapax cujuſlibet conſenſus ſive civilis, ſive naturalis.*

7 *Verbum* mentre, *latine* dummodo *ſive* dum, *conditionem, ſeu formam præſefert.*

8 *Ad hoc ut conſtet de certa voluntate Papæ derogantis, requiritur explicita claritudo, non autem ſuboſcurum verborum involuerum.*

9 *In conceſſionibus, ſeu derogationibus Principis non inſpicitur, quid Partes rogaverint, ſed quid Princeps indulſerit, ſeu voluerit.*

10 *Statutum* Urb. lib. 1. cap. 113. *ultra Tutorum aut Curatorum authoritatem, nec non Judicis decretum exquirit interventum duorum proximiorum; & in eorum defectum demandat alterum deputari curatorem.*

11 *Quidquid geſtum in contemptum Papæ, & ſtatuti fuerit per contrahentes, nequit ab aperta nullitate præſervari.*

12 *Æquitas non patitur, ut contrahens ſub fide, & gratia Principis remaneat deceptus.*

13 *Derogatio, ſeu gratia a Principe conceſſa, ad hoc, ut de ſubreptione & obreptione redargui nequeat, ſat eſt quod Princeps veriſimiliter, ac generice ignorare non potuerit circumſtantias reticitas.*

14 *Minores, Pupilli, vel infantes, licet de per ſe civiliter conſentire non poſſunt, hujuſmodi tamen ſenſus recte impletur per Tutorem ſive Curatorem ad id deputatum una cum decreto judicis interponendo prævia cauſæ cognitione.*

15 *Sub verbo* Minori *infantes quoque comprehenduntur.*

16 *Contractus a Minore juramento munitus ſubſtinetur.*

17 *Pupillus ſine Tutore in aliquibus caſibus ratione conſenſus valide ſe obligare poteſt.*

18 *Quæſtio an præſentia impuberum ſeu Pupillorum ac neceſſitate exigatur ad validitatem contractus, dependet ut plurimum a Judicis arbitrio, & facti circumſtantiis.*

19 *Nullum verbum in gratia Principis remanere debet otioſum.*

20 *Pro effugienda nota ſubreptionis, vel obreptionis ſufficit, quod etiamſi reticitum Pontifici fuiſſet expoſitum, illum tamen a conceſſione Indulti non retardaſſet.*

21 *Inveſtimentum, ſeu multiplicatio pecuniæ facilius adimpleri poteſt, ſi hæres gravatus ſit robuſtæ valetudinis.*

22 *Infantes per medium Curatoris conſentire poſſunt.*

23 *Gratia derogationis ne retrotrahatur, ſuperabundat quod quis prius pervenerit ad alienationem bonorum, & poſtea gratiam expediverit.*

24 *Declaratur ſtatutum* Urb. in cap. 113. lib, 1.

25 *Ab una Rubrica ad alteram nulla legitima fieri poteſt illatio.*

DECISIO CCXII.

PRO diſſolvendo alieno, quo premebatur, ære Paulus impetraverat facultatem imponendi unum aut plures Cenſus ſuper bonis oneri Fideicommiſſariæ reſtitutionis obnoxiis uſque ad ſummam ſcut. 1500., ſed verens ipſe deinceps, ſeu potius Creditores cum eo contracturi, de aliquo forſan ſubreptionis, vel obreptionis oſtaculo, per quod Gratia Principis minus fideliter extorta corrueret, rurſus deſuper alium Chirographum prioris Indulti revalidatorium a ſ. mem. Clemente X. obtinuit, at non ita firmiter, & tute, quo minus adhuc non oportuerit IoanniThomæ datori pecuniarum ad Cenſum in quantitate ſcut. 1000. aleam ſubire Judicialem, & ſi fauſto prorſus euentu, nam extitit fruſtra conclamantibus Pauli filiis, ad ejus favorem opportune relaxatum in Curia A. C. mandatum, Signatura Iuſtitiæ illud approbavit cum clauſula *ſine præjudicio*; hodieque poſtremo reſtaurata coram me diſputatione in devolutivo Judicio, Tribunal abſolute cenſuit *Conſtare de credito*.

Occaſio conclamandi tota reſidebat in eo, quod neque perſpecta textura primæ Gratiæ, neque ſuperaddita ſecunda valebat ſubreptio, vel quandoque, ut ad præſens, intermixta obreptio conceſſionis evitari, quemadmodum enim ſacrilegium eſſet intrare Sanctuarium poteſtatis in Principe circa abrogationes Fideicommiſſorum aliarumue ultimarum voluntatum, quæ in ſubſtantia nulli juri Divino, aut alteri, quod nuncupant Naturæ, innituntur, ſed ſolummodo permiſſioni, & largitati Cæſarum, & Juris Civilis, ſupra quod quilibet hodie Princeps ſupremus, & eminentiùs Papa ſemper exiſtit ex
1 traditis per *Monet. de commut. ultim. volunt. cap.*
9. num. 680., Torr. de majorat., & primogenit
Ital. cap. 32 num. 23., Molin. de Hiſpan. primogen. lib. . . . . cap. 8. num. 28., Conſal. ad Pregrin. de fidecommiſ. obſervat. ad art. 52. verſ. Tertio, & verſ. ſecund, Card. de Luc. de fideicom. diſc. 6. num. 4., & diſc. 14. num. 2., Urceol. deciſ. Florentin. 3. num. 2., Modern. Palm. inter ejus recollect. deciſ. 169. n. 14., & in Eccleſiaſtica ditione manet ex ſupradicta ratione altius exemplum genericæ derogationis eorumdem fideicommiſſorum in celebri Bulla Baronum, ut ad-
2 vertit *Card. de Luc. de feud. diſc. 73. n. 2., & de fideicom. diſc. 273. n. 4,*

Ita e converſo, cum hujuſmodi abrogationes contineant in rei veritate quamdam odioſitatem reſpectu prejudicii, quod videtur irrogari ſubſtitutis, aliiſque ex permiſſione Juris communis a Teſtatore vocatis, neceſſe idcirco eſt, quod eadem derogatio a Principe emanaverit de plena & certa ejus intentione & voluntate; aliàs quippe ſi ad illam aucupandam fuit reticitum verum, quod erat exprimendum, vel falſum enarratum, illud, quod generale

eſt in omni materia ad effectum judicandi quamlibet conceſſionem, & Gratiam Principis collabeſcere juxta utriuſque Juris præfinitiones ad *Text. in l. univerſa C. de diverſ. reſcript. cap. ſuper literis* 20. *de reſcript., Modern. Argent. in Append. ad collect.* 43. *num* 6., *Rot. deciſ.* 301. *num.* 3. *coram Dunoz. Jun.* fortius magis urget in hypotheſi alterandæ, ſeu deſtruendæ ultimæ voluntatis, ſecundum ea, quæ in ſpecie harum derogationum fideicommiſſi affirmarunt *Caſtald. conſult.* 112. *nu.* 7., *Card. de Luc. de. fideicom. diſc.* 165. *num.* 2., *& in Summar. n.* 298., *Rot. dec.* 67. *num.* 1., *& deciſ.* 152. *num.* 1., *&* 2. *coram Peuting. deciſ.* 53. *num.* 3. *coram Priol., deciſ.* 41. *num.* 18., *& deciſ.* 363. *num.* 23. *& ſeqq. part.* 10. *rec.*

Immo præter hujuſmodi vitium ſubreptionis, & obreptionis caducatur etiam Gratia, quando non appareat obſervata forma adamuſſim, quæ fuerit in ipſa conceſſione præſcripta, ex
5 quo non meretur Gratia adiuvari, qui illa abutitur, ut pariter in terminis conſimilis derogationis fideicommiſſi *idem Caſtald. conſult.* 112. *n.* 8. *Rot. deciſ.* 113. *num.* 1. *& ſeqq.*, *& deciſ.* 152. *num.* 10. *& ſeqq., ac deciſ.* 367. *num.* 1. *& ſeqq. coram Peuting., & in recen. d. dec.* 363. *n.* 15. *par.* 10.

His itaque præſuppoſitis, & ſtabilitis, utroque defectu laborare dicebant filii Pauli tam primum, quam ſecundum Indultum memorati Pontificis; ſiquidem in ordine ad primum quomodo (ſubjungebant) ſalvari poterat a falſo manifeſto illa expreſſio, *quod ejus nati, ſive filii poſt ipſum Paulum ad fideicommiſſum ejuſmodi vocati, ſunt parati conſentire*, dum de tempore porrectæ nedum ſupplicationis, ſed etiam Gratiæ ſubſignatæ Paulus tres tantummodo filias fæminas procreaverat, earumque natu major Magdalena ſextum annum ætatis ſuæ non excedens vix fari poterat, eratque proinde
6 cujuslibet conſenſus, ſive civilis, ſive naturalis penitus incapax juxta *Text. in l. pupillus* 150. *ff. de regul. Jur. gloſ. in l. ſi infanti verb. quacumque, C. de Jur. deliber., Michalor. de fratrib. par.* 2. *cap.* 15. *num.* 4., *Modern. Peruſin. de ſolemnit. in contract. min. gloſ.* 15., §. *n.* 21. *Contr. diſcept. Foren. cau.* 92. *n.* 12., *Rot. deciſ.* 106. *num.* 3. *coram Peuting. deciſ.* 617. *n.* 4. *coram Cerr., & deciſ.* 129. *part.* 10. *recent.*

Nullum autem adjutorium circa hoc valebat ſecunda Gratia adhibere, quoniam pariformiter, & in ea fuit habita præſuppoſitio, quod filiæ ejuſdem Pauli oratoris forent habiles, licet cum auxilio ſolemnitatum Juris & ſtatuti, ad præſtandum hujuſmodi conſenſum, ſignanter quippe Papa (diſpenſative ſe habens ſolummodo quoad ulteriores vocatos) poſitive præceperat, aſſenſum hunc præbendum eſſe cum decreto Judicis, & adhibitis ſtatutariis ſolemnitatibus ibi: *Mentre il detto conſenſo ſia dato con il decreto del Giudice, e con le ſolennità dello Statuto di Roma*-quamobrem ſi tales fœminæ infantes, & multo magis Marcus Antonius inter utramque conceſſionem ſubortus, penitus reperiebantur in ævo incapaci ad aſſentiendum, ut ſupra, ecce quod ſecunda quoque Gratia reſtabat inefficax, dum non erat implebilis forma, & conditio appoſita per concedentem, prout conditionem, ſeu formam hanc præſeferebant verba mox regiſtrata, *Mentre*, latine *dummodo* ſive *dum*, ex adnotatis per *Bottilier. de ſucceſſ. cap.* 1. *theor.* 41. *n.* 31. *Barboſ. tract. var. dict.* 95. *n.* 3., *& dict.* 96. *n.* 1., *Contr. diſcept.* 28. *num.* 5. *in deciſ. Sicil. ſub. n.* 109. *penes Card. de Luc. de feud., Rot. coram Ubald. deciſ.* 664 *n.* 8.
7 *coram Pamphil. dec.* 389. *n.* 4., *& coram Cerr. dec.* 862. *n.* 5.

Nilque ſuffragari poterat illa præcedenter adjecta in narrativa Pauli *inabili* ibi: *e che li figlioli del medeſimo, che doveranno dare il Conſenſo, fuſſero minori, e inabili a poter dare detto conſenſo*, quaſi quod eadem particula foret apta comprehendere etiam infantes re vera plus, quam inhabiles, non tantum quia ad hoc, ut
8 conſtet de certa voluntate Papę derogantis exquiritur in his caſibus explicita claritudo, non autem ſubobſcurum, prout hic, verborum involucrum, ut appoſite poſt *Grammat. deciſ.* 66. *n.* 17 advertit *Rot. d. deciſ.* 152. *n.* 7. 8. *coram Peut. in recent. deciſ.* 41. *num.* 33., *& deciſ.* 303. *nu.* 25. *par.* 10., ſed etiam, quia inutiliter divinamus, an Papa ſub prædicta particula *inabili* intellexerit etiam infantes, quando legem habemus ab ipſo literaliter injunctam, quod ſolemniter perbibendus eſſet aſſenſus, & is neque naturaliter præſtabilis erat ab infantibus non etenim inſpicitur, quid Partes
9 rogaverint, ſed quid Princeps indulſerit, & voluerit, ad regulam, de qua *Lot. de re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 138., *Barboſ. de Jur. Eccleſ. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 201., *Rot. coram Peuting. deciſ.* 465. *n.* 17. *coram Cerr. dec.* 703. *n.* 10., *in rec. dec.* 102. *n.* 9. *par.* 11., *deciſ.* 49. *n.* 10. 11. *&* 12. *par.* 15., *& dec.* 83. *num.* 7. *par.* 17.

Peccabat, ad ſenſum filiorum Pauli, etiam contractus ab Io: Thoma celebratus in ipſa ſubſtantialiori forma æque per Pontificem ordinata, de ſervandis ſolemnitatibus Statutariis, nam cum *Statutum Urbis in cap.* 113. *lib.* 1.
10 ultra Tutorum, aut Curatorum authoritatem, nec non Judicis decretum, exquirat interventum duorum proximiorum, & in eorum defectum demandet alterum deputari curatorem, utique in præſenti caſu ſive contractu non obſtante omnimoda deficentia proximiorum nullus fuit ſubrogatus, ſive adhibitus curator, ideoque quidquid geſtum in contemptum Papæ & Statuti extitit per contrahentes, nequibat ab aperta nullitate preſervari, ut in ſpecie hujus defectus *deciſ.* 12. *num.* 4., *& ſeqq. coram Emerix Jun., deciſ.* 41. *n.* 11. *&* 16., *& deciſ.* 363. *numer.* 3. *&* 4., *& ſeqq. par.* 10. *recent.* confirmat *in deciſ.* 113. *num.* 1. 2. *&* 3.

dec.

dec. 152. *ſub. n.* 9. *& ſequen., deciſ.* 367. *n.* 1., *& pariter ſeqq. coram. Peutinger. in rec. dec.* 131. *n.* 7. *par., & dec.* 137. *n.* 1. *par.* 15.

Cæterum his parum opitulantibus cenſualem contractum initum ex vi præfatæ Pontificiæ derogationis, ſubſiſtere viſum eſt juſtius ac rationabilius; objectis namque theoricis in ſe veriſſimis generaliter in primis occurrebant Domini, quod quamvis materia ex una parte reputari mereatur undique odioſa, adeout conſtare debeat perſpicue de Principis voluntate; nihilominus ex altera ſaltem aliquo modo contraponitur illa conſiderabilis epicheja, quod truce nimis eſſet, tertium quoque contrahentem ſub fide & gratia Principis remanere deceptum, quando etiam de per ſe
12 convenit, ut Principis beneſicentia, quantum fieri poſſet, manuteneatur, & valeat, prout obſervat *Moder. Argentan. colluct. legal.* 38. *n.* 15. *tom., Capyc. deciſ.* 182. *num.* 62., *Rot. in rec. deciſ.* 485. *num.* 6. *par.* 4. *tom.* 2., *deciſ.* 358. *num* 4. *par.* 11., & in ſpecie *Modern. Palm. allegat.* 337. *n.* 77. *& ſeqq.*

Quapropter non minus in genere ſubſequatur, quod ubi illud, quod fuit tacitum vel expreſſum, non erat aptum obnubilare mentem Principis, eumque reddere difficiliorem ad indulgendam derogationem ſeu Gratiam, ſufficiat, quod idem Princeps potuerit veriſimiliter, ac virtualiter vel generice non ignorare circumſtantias facti, & nihilominus etiam in caſu non explicato vel non ita bene expreſſo intendiſſe ſupplicanti beneficium efflagitatum impartiri, ſecun-
13 dum late ponderata per *Roſ. de execut. lit. Apoſtol. cap.* 5. *n.* 53. *in Card. de Luc. de Teſtam. Sum. diſc.* 19. *n.* 7., *& de Juriſd. diſc.* 8. *n.*, & pariter in ſpecie idem *Card. de Luc. de fideicommiſſ. diſc.* 165. *numer* 2., *Modern. Palm. dict. allegat.* 327. *num.* 86.

Ad normã igitur hujus contrapoſitionis Domini expendentes præfatum Breve San. men. Clementis X., illiuſque ſucceſſiuum Chirographum comperierunt, nullam extare differentiam rationis ad finem, de quo agebatur, inter minores, pupillos, vel infantes; horum quippe nemo queit de per ſe civiliter conſentire, ſed hujuſmodi conſenſus recte impletur per organum Tutoris, ſive Curatoris ad id deputati, una cum decreto Judicis prævia cognitione cauſæ mature interponendo; aliàs namque cum in omnibus contractibus exigatur aſſenſus contrahentium, nuſquam hujuſmodi perſonæ, & præſertim infantes poſſent contrahere, vel, quod idem eſt, nemo valeret illorum nomine celebrare ullum contractum contra ea, quæ ha-
14 bentur in *leg.* 4. *in fin. ff. de evict.*, *Arpret. in princip. tit. de auct. Tut. num.* 3. *& ſeqq.*, ibique *Fab. numer.* 1., *Modern. Peruſin. de contract. minor gloſſ.* 15. §. 7. *num.* 73. *&* 74. *gloſſ.* 20. §. 3. *num.* 37. *contr. diſcept.* 71. *num.* 8., cum aliis in *tract. de commerc. & merc. diſc.* 18. *num* 17., *Rot coram Emerix Jun. deciſ.* 98. *numer.* 10.

Lucidius autem penetrando ſubſtantiam præfatæ particulæ *Minori, & inabili*, quidquid enim dicendum eſſet, quotieſcumque ſolum Papæ expoſitum fuiſſet verbum *Minori*, utrum adhuc ſtantibus ſubſequentibus aliis verbis *inabili a poter dare il conſenſo*, ſub hoc vocabulo contineri poſſent etiam infantes, cum niſi in ſpecie infans ſub illo concludatur, ſaltem in genere comprehendatur ex iis, quæ non egrediendo ſenſum
15 Canonum, ac Pontificum, ſatis innuit *Innocent. III. in cap. in Meſſentia* 8. §. *Quarẽ de probat.* ibi — *Præterea cum verbum illud, Minor annis, duobus potuerit modis intelligi, cum & qui Minor eſt quatordecim annis, & qui viginti quinque dici ſoleat minor annis &c.*. & diſtinguendo ponderavit, *Narbon. de ætat. anno* 25. *quæſt.* 2. *num.* 3. *&* 4.

Patentiſſimum ſane erat, quod additio alterius particulę, ſeu verbi, *& inabili*, nulli alii magis præciſe congruere poterat, quam infantibus revera penitus ad conſenſiendum, uti ſuperius in obiecto diximus, inhabilibus, dum e converſo Minores, adeo (præciſive a quadam majori ſolicitudine Juris ac Statutorum) queant ſufficienter exhibere conſenſum circa religionem jurisjurandi, ipſiuſque animæ diſcrimen, ut pro eo evitando, etiam contractus a Minore ſub juramento conſtipatus, firmus exiſtat, ac te-
16 neat ex celebri *Auth. Sacramenta puberum Cod. ſi adverſ. vendit.*, *Modern. Argent. colluct.* 28. *num.* 11., *& colluctat.* 38. *n.* 18. *vol* 1., *& colluct.* 41. *num.* 15. *vol.* 2., *Crocb. diſcept.* 13. *num.* 46. *cum duobus ſeqq.*, *Gratian. diſcept.* 555. *num.* 21., *Cyriac. controv.* 182. *num.* 28., *Sperell. deciſ.* 46. *n.* 4., *Rot. coram Carill. deciſ.* 124. *num.* 3., *& deciſ.* 153. *num.* 2.

Pupillus pariter cenſeri non poteſt totaliter inhabilis ad conſenſum eliciendum; ultra etenim caſus, in quibus etiam ſine Tutore valet
17 ratione ejuſdem conſenſus obligari per *Text. in l. naturaliter §. Ultim. ff. de condit. indebit, l.* 1. *ff. de novat.*, & notata per *Fabr. in* §. 1. *ſub num.* 2., *Inſtit. tit. de auctor. Tutor.*, *Montan. de Tutor., & Curator. cap.* 30. *num.* 100. *cum duobus ſeqq.*, *Gutier. eodem tract. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 24. quotidie videmus præcipuæ illius quæſtionis ſuppoſitionem, an, & quando præſentia horum impuberum vel pupillorum de neceſſitate exigatur ad validitatem contractus, quave dependet a recto Judicantis arbitrio, circumſpecta majori vel minori præventione Judicis idonei ad cognoſcendum & aſſantiendum, ſecundum animadverſa & diſceptata per *Menocb. de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 57. *num.* 44., *Narbon. de ætat. quæſt.* 2. *n.* 9. *&* 15. *Calvin. de Æquit. lib.* 3. *cap.* 251. *n.* 22. *& ſeqq.*, *Caren. reſolut.* 169. *n.* 6 cum. aliis per *Rot. in Bononien. renunciationis* 3. *Aprilis* 1695. §. *Attamen cum quatuor ſeqq. cor. R. P. D. meo Pio.*

Eoque maxime, conſiderata illa dictione *Et* intermediante verbum *Minori* & verbum *inabili*; quoniam ubi Minores tantummodo, vel etiam impuberes, ſuppoſiti fuiſſent in mente Papæ inabiles ad effectum conſentiendi. fru-

ſtra

ſtra quodammodo addidiſſet hujuſmodi particulam ampliativam, *& inabilis*, & tamen nullum verbum in Gratia Principis regulariter re-
19 manere debet otioſum, *Palm. Nep. allegat.* 107. *num.* 45., *Rot. deciſ.* 64. *num.* 5. *cor. Ninot., dec.* 358. *num.* 3. *q.* 4., *& dec.* 77. *num.* 22. *par.* 10. *rec.*

Comperto itaque, quod ex præmiſſis Pontifex adjiciendo particulam hanc, *& inabili*, ſaltem in genere ac virtualiter cogitare potuerit de adhuc in infantili ætate detentis, non fuiſſet ultra immorandum ſed & non deerant trinæ aliæ circumſtantiæ undique ſuadentes, Principem, etſi ex quadam honeſtate mandaſſet præſtari conſenſum, & municipales adhiberi ſolemnitates, attamen effective inclinaverit ad omnimodam Gratiæ conceſſionem, adeout ferme palparetur, quod ſi etiam expoſitum ſibi extitiſſet, adfuiſſe ſolummodo infantes vivos ac ſubſtitutos, non idcirco ſeſe difficilio-
20 rem reddidiſſet ad ſignationem Indulti, quod exuberat pro nota ſubreptionis vel obreptionis effugienda, *Dec. in cap. ſuper literis* 20. *n.* 4. *de Reſ. Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 54. *n.* 9. idem *Palm. allegat.* 202. *n.* 39., *Cardin. de Luc. de Penſ. diſc.* 56. *num.* 4., *Rot. coram Barrat. dec.* 638. *num.* 6., *coram. Pamph. dec.* 183. *num.* 5., *coram Dunoz. Jun. deciſ.* 640. *num.* 23. *coram, Cerr. deciſ.* 488. *n.* 10. *& dec.* 11. *n.* 16. *par.* 6. *rec.*

Prima circumſtantia verſabatur in aſſueta cautela, ac providentia reintegrandi fideicommiſſum cum tertia parte pecuniæ accipiendæ, & reſpective multiplicandæ: hæc autem multiplicatio facilius poterat effectum ſuum operari, & adimpleri, exiſtentibus ſubſtitutis in ævo infantili; dum probabilior exinde credulitas oriebatur, quod Pater, reſtituere gravatus, longius vixiſſet, prout præſumitur in habente de
21 proximo robuſtam valetudinem ad ſobolem procreandam, ex deductis per *Carol. Anton. de Luc. ad Grat. animadverſ. ad diſcept.* 55. *n.* 4. *& ſeqq., Rot. Florent.* penes *Saminiat. conſ.* 34. *n.* 72. *&* 91.

Secunda pariter circumſtantia reſultabat, ex quo Princeps literaliter derogaverat juri naſciturorum abſque ullo eorum conſenſu, ac propterea multo magis videbatur opinandum, quod
22 obligare voluerit infantes, qui aliquo ſaltem modo per medium Curatoris poterant conſentire: ex iis, quæ habentur apud *Barboſ. tract. var: Axiom.* 140. *num.* 5., *Menoch. conſ.* 210. *n.* 11., *Surd. conſ.* 288. *num.* 14., *Rot. dec.* 22. *n.* 6. poſt *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. dec.* 768. *n.* 16. *cor. Dunoz. Jun.*, *& dec.* 165. *n.* 3. *par.* 16. *rec.*

Tertia, ac fortior circumſtantia deſumebatur a verbis Chirographi, in quibus adeo Pontifex videbatur pronus ad Gratiam, ut etiamſi literæ in forma commiſſaria expeditæ apparent ſub præcedenti innegabili falſa narrativa executionis demandatæ, adhuc Index Commiſſarius illam confirmaret ac ſuſtineret ex ipſa plenitudine poteſtatis concedentis, ibi: *vogliamo, e vi ordiniamo, che non oſtante, che non ſia ſtato provato e giuſtificato eſſere ſtati contratti li ſudetti debiti per le cauſe ſopra narrate, & eſpreſſe nel detto noſtro Breve, purche il detto Paolo ſi ritrovi veramente aggravato de' detti debiti, dobbiate mandare in eſecuzione il detto Breve, & eſſendo ciò fatto da voi lo dobbiate confermare, ſoſtenere, mantenere, come noi con la pienezza della noſtra Autorità Apoſtolica lo confermiamo &c.* quando ex oppoſito ſolum hoc motivum, quod quis prius devenerit ab obligationem, vel alienationem bonorum, quam legitimam Gratiam expedive-
23 rit, ſuperabundat, ne Gratia ex poſt ſuperventa retrotrahatur, illique ſuffragetur, quemadmodum poſt *dec.* 258. *lib.* 3., *Verall. advertit Rota ipſa in dec.* 67. *n.* 12., *& dec.* 113. *n.* 4. 5. *&* 6. *cor. Peuting.*

Quo demum ad aſſertam inobſervationem formæ ſtatutariæ propter defectum proximiorum, agnitum fuit incontinenti, neutiquam Papam, ordinando adhiberi interventum ſolemni-
24 tatum ſtatuti Vrbis, intellexiſſe de recenſitis in *d. cap.* 113. *lib.* 1. cum nedum in illo ſermo ſimpliciter habeatur de minoribus, ſed, quod plus eſt, ibidem tractatur de alienationibus effectivis, non vero, ut in præſenti, de ſimplici conſenſu perhibendo alienationi, Supremi Principis authoritate per alium faciendæ, præſertim dum Statutum loquens de infantibus peculiariter diverſimode ſancivit in *cap.* 48. *&* 49. *d. lib.* 1. ab ima namque rubrica ad alteram nul-
25 lam fieri poſſe illationem vulgati juris eſt, ex congeſtis per *Alexand. conſ.* 76. *num.* 4. *&* 8. *lib.* 5., *Rot. dec.* 1701. *n.* 5., *& per tot. cor. Coccin. dec.* 72. *n.* 9., poſt *Gilian. ad ſtat. Peruſ. & dec.* 727. *n.* 1 *&* 2. *par.* 18. *rec.* &, in propoſito ſenſus ſtatuti *in cap.* 113., *Fenzon. in d. cap. n.* 1. *& ſeqq., Rot. dec.* 1641. *nn.* 2. *ac dec.* 1664. *n.* 2. *& ſeqq. cor. Coccin.*

Et ita DD. cenſuerunt utraque &c.

TIBURTINA DONATIONIS SUPER ATTENTATIS.

Veneris prima Julii 1701

ARGUMENTUM.

Intimatio attentatorum quando perſonalis, vel domi dimiſſa copia fieri debeat ſuſe, tractatur. Citatio an vires aſſumat a reproductione, ſive potius retrotrahatur ad ſuum initium.

SUMMARIUM.

1 *Citatio facta in manibus Domeſticorum, ſeu Domi dimiſſa copia, in Tribunali A. C. quotidie admittitur, & ad commodum citantis ſuos producit effectus.*

2 *Intimatio attentatorum perſonaliter fieri debet ad hoc, ut inducatur ſcientia, ad differentiam intimationis relictæ in manibus domeſticorum, quæ aliam ſcien-*

ſcientiam inducere nequit, niſi præſumptam.

3 Amplia, etiamſi facta fuerit filio, quia abſque ullo præcedenti mandato procuræ factum; vel ſcientia filii Parentibus nocere non poteſt:

4 Inhibitio non egreditur propriam cauſam, & expreſſionem; neque, præſertim in materia odioſa, porrigitur ad diverſa, ac ſeparata.

5 Citatio vires aſſumit a reproductione, & ob id evaneſcit, ac ſi facta non foret, donec & quouſque ſubſequatur illius legitima reproductio.

6 Attentata non habentur in conſideratione, vel ad finem litis illorum purgatio eſt ſuſpendenda, ſi ſtat de bono Jure attentantis.

7 In inhibitionibus regulariter apponi ſolent verba — Perſonaliter, ſi ipſonam Perſonas commode habere potueritis, ſin minus Domibus ſuarum habitationum —

8 Citatio facta egroto ſat eſt, quod in manibus domeſticorum relinquatur; nec eſt neceſſe illam perſonaliter exequi.

9 Concurrente rationabili impedimento citati, ſufficit citationem deſerere in manibus Domeſticorum, & in aliquibus caſibus etiam ad valuas & confinia.

10 Coniunctio ſanguinis probat de facili colluſionem.

11 Recurſus ad Judices laicos pro impedienda executione citationis, vel alterius actus, præſumuntur habiti ab eo, cujus intererat, quominus actus fieret.

12 Subſequuta quandocumque reproductione citationis aliàs legitime expletæ, actus retrotrahitur ad ſuum initium.

13 Poſſeſſio apprehenſa in vim fideicommiſſi aliàs, quam de manibus hæredis, vel habentis cauſam univerſalem a gravato, eſt nulla, & attentata.

14 Cauſarum continentia operatur, ut facta coram alio Judice ſint omnino nulla, & attentata.

15 Attentata quando ſunt clara, celeriter purganda ſunt.

DECISIO CCXIII.

SUſpicantes Margarita ejuſque Sorores, una cum Catherina Matre Gaſparis Donatarii, fruſtrari ſibi triumphum, quam reportaverant ſub die 25. Jan. Sæculi defluxi cor. me, ſtante exiſtimatione D. D. quod donatio facta memorato Gaſpari per Andream neque fore invalida neque reſoluta, provide procurarunt, præveniendo caſum obitus ipſius Andreæ, ne poſſeſſio bonorum in donatione comprehenſorum occuparetur a Simphoroſa præſumente, eamdem vel majorem partem eorundem bonorum ad ſe ſpectare vigore cujuſdam aſſerti fideicomiſſi ad ejus favorem purificati ſeu purificandi; & idcirco opportunam inhibitionem in vim litis pendentiæ a me ſubſignatam ſive conceſſam, ſalubriter præſentarunt, nedum antiquis collitigantibus dimiſſa, uti voluerunt, illius copia in manibus domeſticorum, ſed & perſonaliter Joſepho filio Simphoroſæ uſque ſub die 7. Septembris nuperrime decurſi. Verum neque hæc cautela ſuffecit, quia idem Joſeph clam, ſive, ut dicitur, *Sub Banca* mandatum extorſit ab A. C. de Immittendo, illudque poſitive executioni demandavit: Unde merito prædictæ Sorores & reſpective Mater, ad juſtitiam S. Tribunalis provocantes, aſſecutæ ſunt declarari: *Conſtare de Attentatis*.

Abſque eo, quod hujuſmodi reſolutionem obliterare potuerint exceptiones adductæ ex parte Simphoroſæ, quæque in ſubſtantia ad biceps caput reſtringebantur; Alterum nempe, quod enunciata inhibitio, attentatorum cauſativa, minus legitime præſentata extitiſſet, dum Simpharoſæ non fuit intimata perſonaliter, ſed ſolum, ut dicitur, domi dimiſſa copia, ſive in manibus domeſticorum, qui ſane modus citandi, licet in ſuis caſibus, & precipue in Tribunali A. C. quotidie admittatur, ac proficuos neceſſarioſque producat effectus ad commodum
1 citantis, ſicuti teſtatur *Ridolph. in prax. par. 1. cap. 2. num. 61., Ubert. de citat. cap. 7. num. 319., & cap. 11. num. 275., Card. de Luc. de Judic. diſc. 9. num 9., Rot. decis. 234. num. 4. par. 12., decis. 101. num. 3. par. 18., & decis. 316. num. 16. par. 19. rec.*

Id tamen ſufficere poſſe non videbatur in præſenti, ubi actorum prætentio feriebat punctum attentatorum, quæ tanquam involventia delictum, eorumque idcirco natura ſemper excuſabilia, vel excludibilia, prout etiam notatum fuit in Nullius, ſeu terræ Pontiani ſucceſſionis ſuper attentatis 16. Novembris 1699. §. Cum etenim, cor. me; canonizari non poſſe dicebatur, non ſequuta perſonali intimatione, per quam enaſcitur indubitata ſcientia, ad differentiam intimationis relictæ in manibus familiarium, quæ nequit inducere ad ſummum aliam ſcientiam quam præſumptam, ideoque incapacem,
2 in flingendi culpam & delictum ſecundum ea, quæ in terminis primæ aſſertionis habentur penes *Ubert. ubi ſup. dict. Cap. 11. num 391., Card. de Luc. de Jud. dict. diſc. 9. num. 9.*, & in propoſito ſecundæ ponderantur per eumdem *Ubert. dict. cap. 11. num. 392., Rot. decis. 168 num. 35. 36. & 37. par. 12, & decis. 276. num. 12. par. 15. rec.*, Ac deniqe circa tertiam referuntur a *Card. de Luc. de Emphyt. diſc. 36. num. 12., & de locat. & conduct. diſc. 10. ſub num. 11. & in ſpecie ab Adden. ad Lodoviſ. dec. 127. ſub num 11. verſ. ſexto, Rot. coram Caval. decis. 499. ſub. num. primo.*

Et quamvis hujuſmodi perſonalis præſentatio ſecuta appareret cum Joſepho filio Simphoroſæ, ſolide replicabatur, non poſſe, abſque ullo præcedenti mandato procuræ, factum, vel ſcientia filii Matri nocere, ex deductis *in Melevitana*
3 *Domus 15. Jun. 1699. §. Quin relevaret, coram me, & 11. Martii 1701. §. Neque ad evitandam, cor. R. P. D. meo Scotto.*

Et alterum, quod in omnem caſum eadem inhibitio minime tangebat titulum & eſſentiam captæ poſſeſſionis, nullaque idcirco poterat produxiſſe attentata, quę forent ullo modo revocanda; nam lis vertens in S. Tribunali per-

percutiebat donationem expletam ab Anurea de omnibus quidem bonis, ſed ſemper ſuis & ad eum pertinentibus, ut dici merebantur paterna & materna in ipſa donatione expreſſa, & ad ſummum etiam propria donatoris; at nullatenus capeſſere valebat illa bona, quæ proveniebant a quondam Bartholomeo fideicommittente; proindeque cum poſſeſſio, capta per Joſephum nomine Simphoroſæ, coarctabatur ad hujuſmodi cauſam fideicommiſſi, quælibet inhibitio remanebat inefficax ad progignenda attentata; illa etenim non egreditur propriam cauſam & expreſſionem, neque, præſertim in materia tam dura, porrigitur ad omnino diverſa &
4 ſeparata, ut adnotarunt *Lancellott. de Attentat. lit. pend. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. primo, & 2. cum alii ſeqq., Ridolph. in prax. par. 3. cap. 5. num. 249. & 250.; Card. de Luc. de Judic. diſc. 18. num. 32., Rot. deciſ. 38 num. primo cor. Bich., deciſ. 324. num. primo par. 14. rec.*

Addito ulterius, quod memorata inhibitio fuerat utique modo, de quo ſupra, executioni demandata ſeu præſentata ſub die 10. Decembris anni delapſi, ſed non extiterat reproducta niſi ſub die 25. ejuſdem menſis; cumque interim, ſive tempore intermedio, reperiretur per Simphoroſam aut Joſephum apprehenſa poſſeſſio, nequibat de toto rigore ſuperimpingi crimen
5 attentatorum; quia citatio vires aſſumit a reproductione, & ob id evaneſcit, ac ſi facta non foret, donec & quouſque ſubſequatur illins legitima reproductio, teſte *Ridolph. in prax. par. prima cap. 2. num. 70., Vbert de Citat. cap. 12. num. 409. & ſeqq., Card. de Luc. de Judic. diſc. 7. num. 11. diſc. 9. num. pri. & 48., Rot. coram Lodoviſ. deciſ. 94. num. 2.*

Neque omittebatur proſtremo loco ad eadem attentata euitanda, quod minime videbatur conſonum pietati & juſtitiæ pronunciare pro attentatis poſt ſuperventam declarationem Andreæ donatoris, intendentis reſolutam eſſe donationem ob alimenta ſibi promiſſa & non preſtita per donatarium, ut in hodierno *Sum. Joſeph. n. 8.* ex qua ſane declaratione corruerent ponderata in præcedenti mea Deciſione die 25. Jan. 1700. § . Attamen, cum duobus ſeqq. & e converſo aſſurgeret indiſputablle bonum jus Simphoroſæ: unde omnis æquitas expoſtulabat, quod vel conſtito de claro bono jure Attentantis Judex ſiſteret ab omni revocatione attentatorum, vel ſaltem quod illorum purgationem
6 ſuſpenderet ad finem litis, ex eadem in utraque pro poſſeſſione identifica, ratione circuitus euitandi, ex iis quæ congrue obſervarunt quoad primam *Gratian. diſcept. foren. cap. 960. n. 14., Rot. dec. 64. n. 42. p. 17. rec., & in Albanen. Canonicatus ſuper attentatis 16. Jun. 1699., §. Tertia tandem, coram me; Et quoad ſecundam, Card. de Luc. de Judic. in Sum. n. 169. verſ. ac etiam, Rot. coram Vbald. dec. 683. n. 10., & in Nullius ſeu Terræ Pontiani ſucceſſionis ſuper Attentatis 4. Maii 1699. §. Verum, verſ. quin etiam, coram me.*

Verum reſpectu primæ exceptionis D. D. parum inſiſtentes ſuper citatione perſonaliter expleta erga Ioſephum, ſatis duxere immorari ſu altera citation executioni demandata erga Simphoroſam, de cujus principali jure agebatur, non obſtante quod non fuiſſet eidem perſonaliter intimata; Quoniam quidquid, abſtractive, ut ſupra, dicendum extitiſſet, quoties verſaremur in terminis generalibus: utrum ſcilicet ſat eſſet pro inducendis attentatis citationem deſerere in manibus Domeſticorum perſonæ citandæ ſecundum rationes in obiectu allegatas; utique litera ipſius inhibitionis totam divellebat hæſitationem, cum in ſuis viſceribus contineret ſubſidiarium illud remedium, quod quatenus perſonaliter præſentari nequiviſſet, inhibitio relinqueretur in manibus Domeſticorum ibi: *perſonaliter, ſi ipſorum perſonas commode habere potueritis: ſin minus, Domibus ſuarum habitationum*, ſecundum praxim, de qua etiam videre eſt penes *Ridolph. in prax. p. 3. cap. 5. n. 7. circa medium.*

Potiſſime quia, ſi unquam ſuberat ratio adhibendi prefatum ſubſidiarium remedium, illa congruebat in præſenti, ubi Simphoroſa egra jacebat in lecto; aſperum autem videbatur ipſam repentino acceſſu Curſoris in eo ſtatu divexare; ſicuti namque neceſſe erat, ad impediendam turbationem poſſeſſionis bonorum controverſorum quoquomodo Simphoroſam inhibere, ne quidquam auderet inſuper attentare, ita inhumanum fuiſſet pavore citationis addere affli-
8 ctionem afflicto, dum ipſa Pia Mater Eccleſia quotidie Deum deprecetur: *ne litis horror inſonet*: uti plenius etiam in propoſito cum aliis conclamat *Vrceol. Tranſact. in exord.* ſeu *præfat. n. 22. & c. ſeqq.* & eſt regulare quod poſito congruo rationahili impedimento, nedum ſufficiat citationem deſerere in manibus familiarium ſed et in ſuis caſibus, & impedimentis praxis equitativa introduxit Citationes ad valvas & Conſinia, vel per edicta, ut liquet ex *Prax Ridolph. p. p. cap. 4. n. 26 & 28., Card. de Luc. de dot. diſc. 123. n. 8., Rot. cor. Cerr. dec. 121. n. 8. cor. Dunoz. Jun. dec. 423. n. 10.*

Cæterum, etſi diximus, quod parum D. D. fuerint innixi citationi expletæ in perſonam Joſephi. hoc ſane intellexerunt, quatenus idem Joſeph nihil ultra geſſiſſe, quam ſeſe habere paſſive in citatione recipienda; at dum idem Joſeph paulo deinceps ſuſcipiendo mandatum Simphoroſæ matris poſſeſſionem apprehendit, non erat perceptibile, quomodo eadem perſona inhibita valeret actum ſibi vetitum explere, quantumvis velato procuratorio nomine alterius, quia veriſimile non erat, quod Joſeph occaſione conſiciendi, & ſuſcipiendi mandatum ab ejus Matre, non denunciaverit, vel illi denunciare debuerit citationem, ſeu inhibitionem, quam paſſus erat; quinimo ex ram
10 arta ſanguinis conjunctione nimium perſtringens oriebatur præſumptio colluſionis, juxta

con-

congeſta in *Tractat. de Commercio & merc.*
diſc. 27. n. 14. in dec. 80. n. 19. poſt. Tarr.
de pact. fut. ſucceſſ., in dec 13. n. 7. coram Merlin.,
in Aſculana Cautelæ Angeli 9. Maii 1695., §.
Franſ. Verſ. rurſus coram R. P. D. meo Pio, & in
Romana pecuniaria 5. Maii 1700. §. Eoque perſtrin-
gentius, coram me.

Neque eſt nouum, quod præcipue in Judi-
ciis Iudex omnino cogatur ſuper hujuſcemodi
colluſionibus arbitrari etiam ad graviorem ef-
fectum incurſus Cenſurarum, E. G. ob recur-
ſus ad laicalia Tribunalia, ſeu ſæcularem Pote-
ſtatem; licet enim non appareat recurſum ha-
11 bitum fuiſſe a collitigante, nihilominus a non
diſſimilibus circumſtantiis collitiganti imbibi-
tur ipſe recurſus, ex prænotatis per *Vbert. de*
citat. cap. 4. n. 15 & 16., Adden. ad Pamph.
d. 366. n. 10. Rot. coram Ludoviſ. d. 96. n. 5. co-
ram Burratt. dec. 536. num. 2. coram Penting.
dec. 156. n. 7. coram Arguell. dec. 94. n. 6. &
ſeqq.

Atque hinc, ſubſiſtente contemptu Rotalis in-
hibitionis, parum refragabatur ſecundum caput
excuſationis, vel ex quo poſſeſſio capta fuerit ex
bonis fideicommiſſariis Bartholomei, vel ex quo
inhibitio non extiterit reproducta niſi poſt ca-
ptam eamdem poſſeſſionem; quia ultraquod ſub-
ſecuta quandocumque reproductione citatio-
nis, aliàs legitime expletæ, actus retrotrahitur ad
12 ſuum initium, ad firmata per *Vbert. de citat. cap.*
12. ſub. n. 419., Rot. dec. 48. n. 2. parte 4. diverſ.
& dec. 282. n. primo cor. Millin.

Adhuc non erat in poſſe perſonæ inhibitæ jus
ſibi dicere, ac proprio marte ſeparare bona a
bonis, & ex titulo fideicommiſſi non probati
contemnere judicem & partem; maxime cum,
præciſive etiam ab inhibitione, niſi aliud ſuadeat
forenſis, ſeu magnorum Tribunalium Epicheia,
poſſeſſio apprehenſa in vim fideicommiſſi aliàs,
quam de manibus hæredis, vel habentis cauſam
univerſalem a gravato, cenſeatur nulla, vitioſa,
13 & attentata, quemadmodum pro regula tradi-
derunt *Peregrin. de fideicom. art. 47. n. 78. Con-*
ſal. ad eumd. verſ. ex bis, Mareſc. var. reſolut. lib.
primo cap. primo in principio, cum aliis in dec. Nul-
lius, ſeu Terræ Pontiani ſucceſſionis ſuper at-
tentatis 4. Maii 1699. §., Siquidem, coram me.

Quin etiam ſola litis pendentia ſuper bonis
poſſeſſis a donante, inter quę procul dubio ade-
rant quoque illa, quæ prætendebantur provenire
a Bartholomeo fideicommittente, cauſaſſet ad
14 abundantiam attentata juris inevitabilia, prout
ponderavit *Rot. cor. Cerro dec. 347. n. 6., coram*
Arguell. dec. 31. n. 21. & 22., & cum aliis ad-
ductis, etiam dictum fuit in prędicta Nullius, ſeu Ter-
ræ Pontiani ſucceſſionis §. Ad ſpeciem, coram me.

Palpabilibus itaque præcognitis attentatis
in facto & in jure, D.D. nequiverunt aures præ-
bere contra Juſtitiam imploratæ commiſeratio-
nis, ſive ex capite prætenſi boni juris, ob declara-
tionem Andreę donantis, ſuper reſolutione ob
non recepta alimenta a Gaſpare Donatario, ſi-
ve ex altero turbiditatis attentatorum, ob quam
illorum purgatio ad exitum litis protrahitur;
Quoniam cum jam S. Auditorium definiviſſet in
alia deciſione diei 25. Ian. 1700. §. Cæterum,
& ſeqq. & §. finali coram me, Donationem ex
hoc præciſo allegato fundamento nullatenus re-
manſiſſe reſolutam, debebat Simphoroſa ejuſ-
que hæres petere, & expectare receſſum a De-
ciſis, ne ſibi pariter, ut adnotavimus, nimium
15 audacter jus diceret contra *Textum in l. unica*
C. ne quis in ſua Cau. Circa exoptatam ſuſpen-
ſionem ad finem litis hujuſmodi commiſeratio,
ſive æquitas non intrabat, corruente aſſerta tur-
biditate, & tam in facto, quam in jure conclaman-
te rigore pro celeri attentatorum purgatione,
ſicuti in ſpecie reſpondit *Rot. dec. 260. n. 9. &*
10., & deciſ. 264. n. primo cor. Penting., deciſ. 50.
n. 2. & ſeqq. cor. Vbag., deciſ. 707. n. 2. par. 4.
tom. 3., & deciſ. 205. n. 8. par. 12. rec.

Et ita utraque &c.

HISPALEN. PROCESSIONUM. SUPER PRIMO DUBIO.

Ven. 2. Decembris.

ARGUMENTUM.

In ſecretaria Status, aliarumque Sacrarum Con-
gregationum non aſſervantur omnia memora-
lia, ſed ſcripturæ magis perſpicuæ. In ſolemni fe-
ſto Corporis Chriſti deferendum eſt Sanctiſſimum
Sacramentum ſuper humeris Sacerdotum ſacris
veſtibus indutorum; & an id fieri debeat, etiamſi
Machina, ſuper qua defertur, ſit maximi ponde-
ris: & quomodo hoc caſu procedendum ſit. S.
Rituum Congregatio, & ſummus Pontifex ab-
ſolutam habent poteſtatem ſuper omnibus Fun-
ctionibus Eccleſiaſticis.

SUMMARIUM.

1 *Negativa convincitur ex diligentiis factis, citata parte, in voluminibus, ac Regeſtris Sacr. Congregationum Secretariarum.*
2 *Conſuetudo numquam eſt extendenda, ſeu ampliandа.*
3 *Facto immutato, Jus quoque variatur.*
4 *Sanctiſſimo Sacramento tota debita eſt reverentia, illudque in Feſto Corporis Chriſti deferendum eſt a Sacerdotibus, non autem ab infimis Perſonis.*
5 *Nec exemplum deſumi poteſt ab Arca Veteris Teſtamenti, quia ſancitum fuerat in eodem veteri Teſtamento, ut a Levitis deferretur.*
6 *Affertur exemplum Ozæ, qui cum non eſſet Levita, & labentem Arcam ſubſtentare auſus fuerit, mortuus eſt juxta Arcam Dei.*
7 *In Secretaria Status, & Sac. Congregationum non aſſervantur niſi Scripturæ magis perſpicuæ, & non omnia memorialia.*
8 *Et in d. Secretaria Status non permittuntur diligentes perſcrutationes, ne pandantur illius arcana.*

9 *Ratio eadem quando militat, eadem ſit deciſio caſuum dubiorum.*

10 *Fraſtra quis petit, quod intus habet.*

11 *Ad geſtationem Corporis Chriſti in Solemnitate, quolibet anno fieri conſueta, vocandi ſunt Sacerdotes, qui exterius oloſeriis fimbriis induti illud aſportare videantur.*

12 *Laici non arcentur ab Eccleſia a ſervili & mechanico ſervitio, ſed tantum a rebus & implicationibus ſacris.*

13 *Exempla diverſificantur, ſi eorum ratio diverſificat.*

14 *Sac: Rituum Congregatio, & ſummus Pontifex abſolutam habent poteſtatem regulandi univerſam Lythurgiam, omneſque Sacras Functiones.*

15 *Conſequens qui vult, vult etiam antecedens.*

16 *Sacra Rota ſolet reſpondere quid Juris dumtaxat, relinquendo Partium diſcretioni & arbitrio, ubi velint amicabiliter convenire.*

17 *Mutanda ea non ſunt, quæ certam ſemper habuere interpretationem.*

DECISIO CCXIIII.

PRecipiente eadem Commiſſione Sanctiſſimi manu ſignata, noſtroque Tribunali directa, quod *præviis duabus Deciſionibus, appellatione remota*, procederetur ad Sententiam definitivam ſuper unoquoque articulo, ſeu dubitatione; iterum idcirco reaſſumpta fuit hodie diſceptatio ſuper reſolutis in hac inſpectione ſub die 28. Junii Sæculi expirati, in qua licet Informantes pro Archiepiſcopo fundamenta præteritæ Deciſionis divellere conarentur, nihilominus Domini, ex una parte de catero collaudantes Scribentium ingenium, & ex altera non minus commendantes ſolertem ejuſdem Archiepiſcopi pietatem, ita tamen exigente ratione, coacti fuerunt perſiſtere in deciſis.

Nilque propterea viſum eſt adverſari illam oppoſitionem, per quam dicebatur corruere in Facto, quod Eccleſia ſeu Capitulum Hiſpalen. particulares preces porrexerit ſa. mem. Innocentio XI., ſive Sacræ Rituum Congregationi, una cum imagine ſeu delineatione Tabernaculi deferendi, ex quo, mediante etiam ſpecifica citatione, laceſſiti defenſores Eccleſiæ ſive Capituli, nequiverunt verificare ſuppoſitum, perluſtrando rimandoque cuncta volumina ac regeſtra tam ejuſdem Sacræ Congregationis Rituum, quam Pontificiæ Secre-
1 tariæ, quæ *Status* appellatur, ex quibus ſane
diligentiis a provocata Parte conſumatis, comprobatam exiſtere negativam inferebatur, ex deductis per *Lotter. de re benefic. lib. 2. cap. 46. n. 4., Card. de Luca de penſ. diſc. 22. num. 13.*, & dixit *Rota in Neapolitana Penſionis 26. Novembris 1696. §. In præſenti, & 22. Aprilis 1697. §. final. coram bo. me. Urſino.*

Submoto igitur obſtaculo hujuſce peculiaritatis, non obeſſe (ſubjungebatur) quod prælaudata Sacra Congregatio Rituum de anno 1686. generice, ad iſtantiam Agentis Eccleſiarum Hiſpaniæ nomine totius Cleri, reſcripſiſſet, *continuari poſſe conſuetudinem pervetuſtam in illis Regnis pro conſolatione illorum populorum, deferendi videlicet Sanctiſſimum Sacramentum in Proceſſionibus ſolemnibus Corporis Chriſti ſuper humeris Sacerdotum Sacris veſtibus indutorum.* Quia reliquæ Eccleſiæ, inter quas nonnullæ primaria non minus antiquitate & dignitate illuſtres, modeſte magis conſueverant peruti conſimili geſtatione, cum nequaquam ad hujuſmodi Tabernacula aſportanda adhiberetur ſordidum miniſterium vilium perſonarum, uti contigebat in Eccleſia Hiſpalen., Sed re vera machina ipſa geſtatoria incubabat humeris Sacerdotum; quapropter non erat trahenda tam moderata, ſeu forte tolerabilis conſuetudo de uno ad alterum caſum, quemadmodum non ſolum in hac adeo Sacroſancta functione, verum etiam in qualibet indifferen-
2 ti materia exigit ipſa natura conſuetudinis nunquam extendendæ & ampliandæ, ad tradita per *Oldrad. conſ. 287. per tot., Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 13. num. 8., diſcurſ. 29. n. 23., & diſcurſ. 30. num. 12., Rot. deciſ. 326. num. 2. coram Seraphino, & deciſ. 304. num. 9. part. 12. recent., & deciſ. 407. num. 6. coram Emerix. Jun.*

Atque ad hunc effectum regiſtrabantur in *Summario* Archiepiſcopi *ex Num. 11. uſque in*
3 *fin.* atteſtationes & exempla nominatim plurium, & ferme cunctarum Eccleſiarum præfatorum Regnorum; ſicque, firmo etiam durante reſcripto ſive oraculo Sacræ Congregationis, probabile nimis erat, quod ſi eadem Congregatio reſciviſſet circumſtantias Eccleſiæ Hiſpalen. adeo aberrantes a magis tolerabili conſuetudine cęterarum, diverſimode proculdubio determinaſſet, prout ſemper contingere neceſſe eſt, variari Jus, facto immutato, ut ait Juriſconſultus *in leg. ſi ex plagis 52. §. In Clivo Capitulino, ff. ad leg. Aquil., Bald. conſ. 52. n. 2. in fin. lib. 3., Rota in Cracovien. Scholaſtr. 9. Februarii 1699. §. final. coram Me.*

Potiſſime, ut præmiſimus, in ac Auguſtiſſima Solemnitate, in qua, cum Divinus quodammodo Redemptor palam quotannis manifeſtet illam dilectionem, qua *cum dilexiſſet ſuos,*
4 *in finem dilexit eos*, quælibet etiam urbanitas, ac debita gratitudo, & agnitio poſcit ab Eccleſia totum illum cultum, quem pro ſua infirmitate tribuere valet humana conditio, unde inverecundum ac prorſus indecens erat, adhiberi gregales & infimas perſonas, quando ipſimet Sacerdotes in tanto præcipue Feſto *ſpectaculum facti ſunt Deo, Angelis, & Hominibus*, cum aliis, quæ numquam ſatis ſuper hoc excelſo ac imperceptibili Sanctiſſimo Sacramento adnotantur per *Zerol. in prax. Epiſc. §. Eucharistia lib. 1. §. 2., Coninch. de Sacramen. tom. primo quæſt. 73. n. 15., & quæſt. 76. n. 95., Reginald. in prax. for. pœnit lib. 29. num 37.,*

Suar

*Suar. diſput 35. per tot. tom. 3., Fr. Raphael.
de la Torr. in 2. 2. D. Thom. tom. 2. qu. 99. ar. 3.
diſput. 4. in princip., Sac. Conc. Trident ſeſſ. 13.
d. SS. Eucariſt. cap. 5., Caſtropal. oper. moral.
par. 4. tractat. 21. punct. 8. diſput. unic. num. 8.,
Barboſ. de poteſt. Epiſcop. tom. 2. alleg. 22. ex
num. 1. & ſeq.*

Abſque eo, quod proinde congrueret exem-
plum delationis Arcæ veteris Teſtamenti, ultra
etenim quod longe & in infinitum diſtabat me-
ra figuratio & umbra futuræ realitatis Divi-
niſſimi Corporis Domini, *quem deſiderant An-*
5 *geli proſpicere*, adhuc, & reſpectu Arcæ, vice
eam bajulandi per actus infimæ plebis, ſanci-
tum poſitive fuerat in eodem veteri Teſtamento
in *Paralyppomenon. cap. 10. Illicitum eſſe, ut a quo-
cumque portetur Arca Dei, niſi a Levitis, quos
elegit Dominus ad portandam eam*. Itaut attentan-
te Oza, de eorumdem Levitarum numero
non exiſtente, labentem etiam Arcam ſubſten-
6 tare, *iratus fuerit indignatione Dominus contra
Ozam, & percuſſit eum temeritate, qui mortuus eſt
ibi juxta Arcam Dei*, ſicut habetur *in Numeris
cap. primo circa fin.*, ponderarunt *Div. Ambroſ.
in epiſt. ad Ebr. cap. 9. nu. 3., Didac. del Caſtill.
de Ornat. & Veſtib. Aron illation. 226. n. 114.,
Jacob. Eurillon. Canon. Andegaven. de Proceſſ.
Eccleſiaſ. cap. 25. cum ſeq. fol. 270., & magis de
recenter Royaoumont. in Hiſtor. utriuſq. Teſtam.
Reg. lib. 2. cap. 6.*

Cæterum quippe reaſſumentes Domini radi-
cem memoratæ oppoſitionis quoad particula-
rem porrectionem Memorialis, fortaſſe ſufficere
poſſe exiſtimabant, ipſam probabilitatem &
veriſimilitudinem, quoniam ſuper enunciato
Decreto Sacræ Congregationis, præter inſtan-
tiam Agentis Eccleſiarum nomine totius Cleri,
ut ſupra, præcedenter exponebatur, aliàs ad in-
ſtantiam particularium Eccleſiarum ipſam Sa-
cram Congregationem de anno 1605. declaraſ-
ſe, Librum Cæremonialium non tollere imme-
morabiles & laudabiles conſuetudines Hiſpa-
niarum, ac propterea veriſimile nimium red-
debatur, quod præ reliquis Eccleſia Hiſpalen.,
quæ præcipuam ingentem machinam ad hunc
effectum conſtruxerat, & in hac Solemnitate de-
tulerat, ad Partes exoraverit eamdem Sacram
Congregationem, abſque eoquod negativa ejuſ-
dem porrecti Memorialis emergere valeret ex
nuda revolutione Librorum ſive Actorum Sa-
cræ Congregationis, ipſiuſque Secretariæ *Status*,
cum in Secretaria Sacræ Congregationis non aſ-
ſerventur niſi ſcripturæ magis præcipuæ, & non
omnia, & illa Memorialia, ſicuti coarctare. &
comprobare debuiſſent Archiepiſcopi Defenſo-
7 res, teſte *Vermigliol. conſ. 105. num. 10., & conſ.
423. num. 11., Card. de Luca de Regal. diſcurſ.
14. num. 4. de alienat., diſcurſ. primo num. 91.,
Rot. deciſ. 1. num. 15. part. 8. recent., & deciſ.
301. num. 1. coram Emerix. Jun.* Et in Secretaria
8 Status non conſueverunt fieri, ſive permitti di-
ligentes perſcrutationes, ne pandantur illius
arcana religioſiſſime cuſtodienda, itaut etiam
in hac parte excluſa dici non poterat contraria
poſſibilitas, prout omnino ad hunc effectum
requireretur ex firmatis per *Rot. deciſ. 1102. n.
8. coram Seraphino, deciſ. 322. num. 16. coram
Bich., & in Calaguritana Decimarum de Agui-
lar. 13. Januarii 1698. §. Quin etiam, coram
R. mo D. meo Molines Decano.*

Et nihilominus procedendo etiam cum gene-
ralitate prædicti Decreti, illud proculdubio ſu-
perabundare videbatur, quia in ſubſtantia, Map-
pa iterato exhibita in Sacro Auditorio contro-
verſi Tabernaculi præſeferebat illud idem quod
præfiniebatur, ſeu permittebatur in prędicto
generali Decreto. Apparebat etenim, idem
Tabernaculum ſupportari ab humeris viginti-
quatuor Sacerdotum elegantiſſime ac decen-
tiſſime indutorum, proindeque non erat hæſi-
tandum, quo minus Eccleſiæ Hiſpalen. aptari
deberet hujuſmodi reſcriptum, a Summo etiam
Pontifice approbatum, quoties in ejus caſu præ-
ciſo concurrebant omnia expoſita nomine totius
Cleri Regnorum Hiſpaniæ, juxta regulam, de
9 qua *Bald. in l. de quibus, ff. de legib. Alex. conſil.
5. in fin. lib. 5., Surd. conſil. 301. num. 19., &
deciſ. 52. num. 10., Rot. dec. 229. num 28. coram
Priolo, & in Ferrarien. ſeu Anconitana Fidei-
commiſſi 3. Junii 1701. § Cum igitur, coram Me.*

Hujuſmodi autem principio retento ſive
conſtabilito, decidebant de per ſe cunctę, etſi
ſanctiſſimæ, contrariæ ponderationes, quæ ju-
remerito exagerabantur per Defenſores Archi-
epiſcopi circa nunquam ſatis explicabilem Ma-
jeſtatem tantæ ſolemnitatis, & circa argumen-
tationem a fortiori deprompiam ab exemplo
Arcæ veteris Teſtamenti; ſed eædem reflexio-
nes nullatenus ſubſtentabantur in facto, ſiqui-
dem, ut præmiſimus, eę perſonæ, quæ præful-
gebant oculis ſubjectæ fidelibus, non erant mer-
cenariæ & infimi vulgi, ſed erant Viri Eccle-
ſiaſtici, & pluſquam Levitæ, veluti Sacroſancto,
& ſupra cæleſtium Choros venerabili Characte-
re Sacerdotali inſignitæ, ſicque fruſtra ab exi-
mia religione Archiepiſcopi expetebatur quod
actu fiebat, ad normam alterius regulæ: *Fruſtra
10 petis &c.*, de qua *Gratian. diſcept. foren. cap. 731.
num. 27., Palma Nep. alleg. 15. num. 12., Rota de-
ciſ. 240. num. final. coram Card. Celſo, & deciſ.
380. num. 3. p. 16. rec.*

Quod ſi pro exantlanda tam gravi mole li-
brar. ſolius argenti 1400. & ultra, & cujus ma-
teriam mirifice ſuperabat opus, implicabantur
perſonæ nullo presbyterali Ordine ac corona
radiantes, id quantum fieri poterat penitus la-
tebat, cum præfatæ inferiores perſonæ robuſtos
humeros dumtaxat apponerent ſubtus ipſam
machinam, de reliquo cooperti undequaque olo-
ſericis, pretioſiſque fimbriis, ac decidentiis,
itaut aſportatio Tabernaculi externe ſuam un-
dique retineret dignitatem & decus tanto Feſto
conveniens, quod utique exuberabat, cum in
hiſce pompis honorificis extrinſeca totum fa-
ciat

ciat, atque ornet apparentia; gaudet etenim Eccleſia, quę eſt Sponſa Agni, externa ſaltem
11 circumdari varietate, ex notatis per *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 5.* ibi - *Cum natura hominis ea ſit, ut non facile queat ſine adminiculis exterioribus ad rerum Divinarum meditationem ſubſtolli, propterea pia Mater Eccleſia ritus inſtituit &c. quo Majeſtas tanti Sacrificii commendaretur, & mentes Fidelium per hæc viſibilia ſigna ad rerum altiſſimarum contemplationem excitarentur*, relatum per *Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 4. de ſacr. indumen. cap. 7. tit. de Sacerdot. nov. teſtam. veſtib. num. 4.*

Quin etiam, ut plenius fuit animadverſum in prima Deciſione §. *Vel quod pejus*, abſonum & indecorum Dominis videbatur, quod adeo præcelſi humeri Sacerdotales ſubjugarentur ponderi tam ingenti, cui ferendo prorſus impares cenſebantur, ideoque dummodo, uti ſupra ſuppoſuimus, obtectæ remanerent perſonæ ſeculares, & ab extra effulgerent vere applicita tergo Sacerdotum ad normam memoratæ delineationis, & Mappæ, & non aliàs, non dubitarunt adhiberi poſſe adiumentum eorumdem Laicorum, quos non a ſervili, prout hic, mœchanico ſervitio, ſed tantum a rebus & implicationibus ſacris arcet Eccleſia, ad tradita per *Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 1. cap.*
12 *3. nn. 9. 10. & 11. & cap. 8. ante nu. 10. Suarez diſp. 81. ſect. 8. verſ. 4. addendum. Choninch. de Sacram., quæſt. 83. art. 3., Pax Jordan. variar. elucubr. tom 1. lib. 4. tit 1. ex n. 180. uſq. ad n. 183. & tom. 2. lib. 7. tit. 15. nu. 12.*

Atque ob id ſuerpſlua convincebantur exempla aliarum Eccleſiarum, quia præterquam atteſtationes Magiſtrorum Cœremoniarum, quæ deſuper adducebantur ſuper geſtatione ſimilium machinarum, non excludebant omnino pro majori eorum parte hujuſcemodi fulcimentum ſecularium, adhuc, ſi in aliqua Eccleſia ſoli effectivi Sacerdotes huic delationi abhibebantur, hoc utique proveniebat ex minori gravitate ponderis, quam quod præſeferret hujuſmodi eximia moles Hiſpalen. unde diverſificante ratione, multo minus dijudicari poterat ab exemplis per ea, quæ tradunt *Menoch. conſ. 2. num. 207. & ſeqq., Surd. conſ. 407. num. 16., Modern. Manſ. conſ. 88. n. 20., Capyc. Galeott. controverſ. 2. ſub. num. 44. lib. 1., Modern. Argentan. collect. 20. num. 55. lib. 1. & collect. 8. num. 125. lib. 1.*

Et ſane cum tota ac præcipua vis geminatæ Reſolutionis captæ in hac cauſa reſideret in oraculo ſeu decreto Sacrę Congregationis, & Papæ, in quibus ſubſtantiatur omnimoda, & abſoluta poteſtas regulandi univerſam lythurgiam, omneſque ſacras Functiones, ut eſt no-
14 torium, & advertunt *Suar. de Relig. tomo 1. lib. 2. cap. 3. num. 2., Fagun. in præcept. Eccleſ. lib. 1. cap. 3. num. 2., Lezan. in Summ. verſ. Feſti dies num. 7., Pignattell. conſ. canon. 80. ex num. 3. uſque ad 7. tomo 4.*

Quis dixerit, quod ſi (pręſcindendo a pręfata nimiumque probabili veriſimilitudine) revera indubitabiliter Eccleſia Hyſpalen. exhibuiſſet ipſi Sacrę Congregationi & Papæ illammet eamdem Iconem, quamue hodie Scribentes pro Capitulo expoſuerant oculis Dominorum, prælaudata Congregatio, Summuſque Pontifex æquo Jure non approbaſſent inveteratam illius delationem; cum aſſertum ſcandalum ſive irreverentia appodiationis ſecularium inibi appareat, quantum fieri valet, undequaque velata & cooperta, ſolæque vires Sacerdotum minime ſuffeciſſent; quinimo ſcandalum parere potuiſſet inordinata delatio, quæ, laxatis a tam ponderoſa geſtatione viribus, contigeret; & quando quidditas; & anima permiſſæ continuationis indiſtincte quoad omnes Eccleſias unice fundabatur in non abolenda conſuetudine tam vetuſta ob ſolatium illorum Populorum; aliàs quippe, ceſſante ſemper ſcandalo, ut ſupra, vel oportuiſſet in hoc caſu conſuetudinem hujus Eccleſiæ aſpere nimis abrogare, vel omnino neceſſe erat, quod Laici etiam vilioris, validioris tamen conditionis, ſub imo molis occuparent membra lacertoſque; quiſquis enim vult couſequens, velle ſeu tolerare ſaltem obſtringitur antecedens ad *Text. in leg. ad rem mobilem, & leg. ad Legatum ff. de. Procurat., Alex. conſ. 110. n. 3. lib. 5., Fuſar. conſ. 69. nu. 3., Rot. deciſ. 185. num. 18. cor. Duran. deciſ. 142. nn. 17. par. 10.*

Et de facto Defenſores Archiepiſcopi ſentientes efficaciam præteritæ Deciſionis, & a fortiori robur ſupradicti decreti Congregationis Rituum, in præſenti pro parte ejuſdem Archiepiſcopi convolabant ad quandam oblationem reformandi, ſeu diverſimode adſtruendi Tabernaculum ab immemorabili uſque ad pręſens circumlatum per longam itineris intercapedinem ab Eccleſia Hyſpalen. diſtribuendo unicuiq; ex Dominis depictam figuram hujus oblatę reaptationis, circa quam, opus non erat, amplius apponere, uti aſſerebatur tergora Laicorum, atque exinde prætendabantur ſaltem, quod ad illius normam hujuſcemodi permitteretur aſportatio; verum cum præpoſita de more dubitatio, de qua hodie inquirebatur, foret: *An eſſet ſtandum, vel recedendum a deciſis?* profecto conſimilis oblatio nequibat, ad limites Juſtitię ullam præbere anſam pro receſſu a jam tute reſolutis, ſed ſolum allicere merito valebat præcordia Dominorum, ut optime audirent de tanti Antiſtitis pietate, qui propriis expenſis machinam attemperare pollicebatur; exceptis etenim particularibus ur-
16 gentibuſque circumſtantiis, Tribunal aſſuetum eſt reſpondere ſolum, quid Juris, relinquendo Partium diſcretioni & arbitrio, ubi velint, amicabiliter convenire; ut etiam pro regula faciendum eſſe dixerunt *Cardin. de Luca in relat. Rom. Cur. diſc. 32. n. 97., Rota deciſ. 132.*

in

in fine coram Cavaler. & in Romana Primogenituræ de Cæſarinis 22. Aprilis §. Temperamentum coram Reverendiſs. D. meo Decano, & 25. Februarii 1697. §. finali cor. R. P. D. meo Muto, & 16. Junii 1698. §. finali coram R. P. D. meo Lancetta.

Denique ob hanc ipſam conſiderationem non valuere Domini pariformiter propitias aures adhibere iiſdem Defenſoribus in concernentibus Tectorium, ſeu Baldachinum, quia cum de reliquo ſolida & ineluctabilia remanerent ſuper hac appendice dubitationis fundamenta anteactæ reſolutionis, ut in præfata Deciſione diei 28. Junii 1700. §. *final.* non erat niſi relinquendum voluntati collitigantium recipere non abſimilem oblationem erigendi ſupra ipſam machinam quoddam Tectorium ſubſtentabile per quatuor argenteas haſtas a totidem Angelorum ſimulacris elevatas ſuper angulis ejuſdem molis; imo non deerant, qui vererentur, ne ad formam Typi diſtributæ poſſet fortaſſe ventis quandoque inſanientibus a ſpiritu metheo-
17 ricarum tempeſtatum nimis inflari Tectorium, & cum ſcandolo graviori machinam interverti & procumbere, ideoque rectius reſpondendum videbatur cum Juriſconſulto *in leg. minime mutanda ea, quæ certam ſemper habuerunt interpretationem.*

Et ita &c. omnibus pariter Dominis in unum convenientibus reſponſum fuit, utraque &c.

HISPALEN. PROCESSIONUM SUPER SECUNDO DUBIO.

Ven. 2. Decembris 1701.

ARGUMENTUM.

Regula: incluſio unius excluſio alterius: exemplificatur. Papa quando gratiam concedit, hoc ſemper fieri ſolet ſine præjudicio Tertii jus quæſitum habentis. Conſuetudo an ſcindi valeat, & an extendenda ſit de caſu aliquo particulari ad generalem. Exempla quæ ſint ſequenda. Epiſcopus quo caſu in Feſto Corporis Chriſti deferre valeat Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum.

SUMMARIUM.

1 *Incluſio unius eſt excluſio alterius.*
2 *Limita ſi agatur de genere permiſſorum, quo caſu uno permiſſo per ſpeciale forſan privilegium, minimi cenſetur alio derogatum, ſi id ex diſpoſitione Juris noſcatur conceſſum.*
3 *Gratia Principum intelligenda venit ſine præjudicio Tertii, præſertim in Papa.*
4 *Gratia quælibet nuſquam egredi cenſetur Cancellos ſupplicationis, niſi litera expreſſa contrarium oſtendat.*
5 *Conſuetudo ſcindi non valet, ſed vel eſt omnino abolenda, vel permittenda cum ſuis practicis incidentiis.*
6 *Incluſio unius eſt excluſio alterius, præcipue ſtante inapplicabilitate rationis.*
7 *Tenor gratiæ, & non petitio, venit attendendus, quoties in litera, vel in explicata ratione inſimul diſcordant.*
8 *Argumentum non valet ab uſu particulari aliquorum ad uſum genericum & univerſalem.*
9 *Exempla ea ſunt inſequenda, quæ ne dum aſſimilantur, ſed ſunt in individuo.*
10 *Nec ſunt attendenda ea, quæ ſunt conſecutiva legi abrogatæ, ſed potius legis abrogantis.*
11 *Sacra Rota in reſcribendo nunquam ſe ingerit extra ſpheram propoſitæ dubitationis.*

DECISIO CCXV.

PRæſuppoſita confirmatione reſolutionis ſub hac ipſa die ſtabilita ſuper altero Dubio reſpiciente conſuetudinariam delationem inſignis Tabernaculi Hiſpalen. in anniverſaria feſtivitate Sanctiſſimi Corporis Chriſti, conſequens omnino erat permanentia in deciſis, etiam ſuper altera dubitatione hodie repropoſita: An liceret Archiepiſcopo in hujuſmodi Proceſſione & circumſtantiis propriis manibus Sacroſanctam Euchariſticam Hoſtiam circumferre; una ſiquidem diſſertatio quodammodo dici merebatur præjudicialis ſecundæ, ex vi irreconciliabilis incompatibilitatis inter utramque; eo namque ipſo, quod hæc tã ponderoſæ, ac tam reſpectu formæ, quàm reſpectu materiæ, ſummopere ſpectabilis Machinæ, ſeu Tabernaculi geſtatio ex oraculo Sac. Cõgregationis Rituum, & approbatione Sũmi Pontificis decernebatur licita atque permiſſa, nequibat evidenter Archiepiſcopus pro ſuo libitu conceſſionem Pontificiam, & inſimul definitionem Sacræ Congregationis, noſtrique Auditorii reſcindere, & intervertere; incluſio quippe aſportationis molis tam prægrandis, ſuper qua velut in triumphali Sede reſidebat immaculatum Auguſtiſſimum Corpus Divini Redemptoris, non poterat excludere honeſtam cæteroquin, & ſanctam voluptatem ipſius Antiſtitis, abſque ullo Tabernaculo ſatagentis idem Venerabile propriis manibus deferre, juxta non minus legale, quam philoſophicum axioma,
1 *incluſio unius &c.* de quo *Text. in cap. ex parte de Decim. & in cap. nonne de Præſumpt., & in leg. cum. Prætor. ff. de Judic., Fagnan. in cap. ex parte num. 13. de arbitr., Menoch. conſ. 106. n. 44., & 314. cum ſeqq., Surd. deciſ. 195. num. 12., & dec. 291. num. 20., Rot. dec. 43. num. 1. par. 15. rec.*

Quin fomentum aliquod ſortiri valeret Archiepiſcopi deſiderium ex limitatione aliàs attributa eidem regulæ, videlicet quod non ſemper incluſio unius ſtare dicatur ad excluſionem alterius, & ſignanter quotieſcumque verſamur in genere permiſſorum, quo caſu, uno permiſſo, per ſpeciale forſan privilegium, minime cenſetur alio derogatum, ſi id ex diſpoſitione Juris æque, imo præciſe, noſcatur eſſe conceſſum,

ex

ex Bald. in leg. 1. *C.de adult.*, *Sebrader, de Feud.*
par. 2. *quæſt.* 6. *in princip. ſect.*6.*num.* 68., *Giurb,*
ad conſuetud. Meſſan. gloſſ. 12. *cap.* 15. *num.* 13.,
Menoch. conſ. 86. *n.* 30., *Surd. conſ.* 25. *num.* 35.,
Rota deciſ. 258. *num.* 19. *par.* 5., & *dec.* 28. *n.*
13. *par.* 9. *rec.*

Quamobrem cum in decretoSacræCongrega-
tionis Rituum nulla legatur expreſſio facta de
nativa non minus,quã dativa quoad hoc Epiſco-
porum poteſtate, ſed ſimpliciter per viam cujuſ-
dam tolerantiæ approbetur conſuetudo illuſtri-
um Hiſpaniæ Regnorum circa elevationem &
aſportationem ſimilium Tabernaculorum, ſem-
per idcirco cenſeri debeat ſubintellecta præſer-
vatio præjudicii ejuſdem voluntatis, ac poteſta-
3 tis Epiſcopalis, ex adnotatis *per Roland. conſ.* 45.
num. 12. & *ſeq.*, & *num.* 17. *lib.* 4., *Ciarlin.*
controv. 161. *num.* 119., *Palma Nep. allegat.*
327. *num.* 81., *Rocc. diſput. Jur. Select. lib.* 1. *cap.*
71. *num.* 31. *Card. de Luca de Jurepatronat. di-*
ſcurſ. 70. *num.* 15., & *de Renunc. diſc.* 17. *num.*
17., *Rota dec.* 698. *num.* 7. *par.* 1. *rec.*

Potentius autem ſuperaccedentibus geminis
circumſtantiis, altera nimirum, quod ipſemet
Agens Eccleſiarum eorundem Regnorum reſi-
dere ſolitus in Curia, ſeorſim a peculiaribus
Agentibus particularium Capitulorum, vel Ec-
cleſiaſticarum perſonarum impetrando memo-
ratum reſcriptum Sacræ Congregationis ad evi-
tandam ſanctionem Cœremonialis Romani *lib.*
2. *cap.*63. ordinantis, quod Sacramentum Oſten-
ſorio incluſum Epiſcopi manibus deferatur, reſ-
pondere curaverat per hęc verba: *Quia loquitur*
in caſu, quo Epiſcopus ipſe deportare velit: quo caſu
etiam Concil. Bracharen. manibus portari voluit;
proindeque dum correlative ad preces ipſius
Agentis deinceps emanavit prælaudata reſolu-
tio Congregationis, & Apoſtolica approbatio,
non aliter gratia ſuperventa poſſit interpretari,
quam ſi Epiſcopus nollet ſuiſmet manibus pa-
nem hunc Angelorum pie ſubſtinere; quælibet
etenim gratia nuſquam cenſetur egredi cancel-
los ſupplicationis, niſi litera expreſſa contrari-
4 um oſtendat, *Lotter. de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 2.
num. 4., *Rota decis.* 8. *num.* 10. *coram Comitulo,*
decis. 16. *num.* 2. *coram ſan. mem. Innocentio X.*,
decis. 482. *num.* 5. *coram Dunozett. Jun.*, *decis.*
537. *num.* 4. *coram Emerix Jun.*, & *dec.* 117.
num. 12. *par.* 10., & *decis.* 83. *num.* 22. *par.*
19. *rec.*

Et altera, quod cum Cauſa motiva tam ſup-
plicandi quam concedendi unice fundaretur in
inveterata conſuetudine illarum Eccleſiarum
circumgerendi conſimilia pretioſa Tabernacu-
la, demonſtrabatur *in præſenti Summ. Archie-*
piſcopi ex num. 11. *uſque in fin.* quod omnes fer-
me aliæ Eccleſiæ Hiſpaniarum minime abnue-
bant, quod, poſthabito Tabernaculo, proprius
Paſtor, ubi vellet, eundem Dominicum Panem
de per ſe in hac ſolemnitate proprio gregi oſten-
deret, & ferret; ac propterea, cum ipſa con-
ſuetudo, quæ fuit baſis conceſſionis, temperata
ex finitima obſervantia doceretur ſub iſta ni-
mis juridica declaratione, quatenus nollet Epi-
ſcopus fortaſſe æger vel impeditus implere mi-
niſterium adeo cæleſte, concludendum profecto
erat, quod ſemper eidem decreto Sacræ Con-
gregationis ineſſet hujuſmodi tacita conditio, ſeu
declaratio; allegata quippe conſuetudo ſcindi non
valebat, ſed vel erat omnino abolenda, aut
permittenda cum ſuis practicis incidentiis & uſi-
5 bus, ut bene inquit *Saminiat. controv.* 25. *num.*
41., *Ciroc. diſcept.* 29. *num.* 47. & *ſeq.*, *Tho-*
mat. decis. Marcb. 131. *num.* 34. & *ſeq.*, *decis.*
239. *num.* 4., *Rota decis.* 1159. *num.* 5. *coram*
Seraphino, *decis.* 162. *ex num.* 2. *uſque in fin. co-*
ram ſan. mem. Gregor. XV., *decis.* 879. *n.*
6. *coram Emerix. Jun.*, *decis.* 304. *num.* 6.
& *ſeq.*, & *decis.*278. *num.* 6. *par.* 12. *recent.*

Rurſus namque, præter reſponſiones jam da-
tas in præcedenti Deciſione ſub §. *Siquidem*, &
ſeqq. hiſce objectionibus, ſatis occurſum fuit,
ex quo quantumvis verum exiſtat, quod in ge-
nere permiſſorum, uno permiſſo alterum non
reputetur prohibitum, ubi de Jure fieri valeat;
nihilominus quia poſitiva, ac eſſentialior ratio
ejuſdem permiſſionis verſabatur in ſolatio po-
pulorum, ſicut litera ipſa Decreti exprimebat,
& certum foret hujuſcemodi ſolatium æque con-
currere non poſſe, quando pedes incedens Epiſco-
pus quodammodo auferret aſpectum Machinæ
&c. adeo irradiantis, aciemque oculorum læta
quadam majeſtate occupantis, judicandum id-
circo fas, vel neceſſe erat, quod, ſtante ina p-
plicabilitate rationis, pluſquam virtualiter in-
cluſio Tabernaculi excluderet ſolicitudinem
Epiſcopi, ſicuti enucleando regulam ab initio
6 præmiſſam proſequuntur, *Salycet. in leg. diſcri-*
mine Cod. qui accuſ. poſſ., *Torr. de majorit. Lib.* 1.
cap. 37. *ſub. num.* 195. *in fin.* & *ſeq.*, *Dec. conſil.*
189. *num.* 4., *Surd. conſ.* 25. *num.* 75., *conſ.* 56. *n.*
38., & *conſ.* 339. *num.* 30., *Becc. conſ.* 93. *num.*
34., *Corn. conſil.* 203. *num.* 3. *lib.* 4., *Farinac.*
conſ. 65. *num.* 85. *lic.* 1., *Redenaſcb. conſil.* 29. *n.*
6. & 7., *Rot. decis.* 258. *num.* 19. *par.* 5., *de-*
cis. 28. *num.* 13. *par.* 9., & *decis.* 226. *n.* 8. *par.*
19. *rec.*

Quo vero ad præfatas circumſtantias ſuperad-
ditas nulla obſtringebat, aut reſpective appli-
cabatur; non quidem prima de agnitione &
ſupplicatione Agentis Eccleſiarum ſecundum ver-
ba ſuperius adnotata, quoniam, quidquid eſſet de
eorumdem verborum præciſa ſignificatione &
importantia, dum non per hoc, quod Agens
exponebat, quid iniungeret Cœremoniale Ro-
manum, aut Concilium Bracharenſe, quidquam
ad præſcriptum alterutrius conſequi exoptare
profitebatur; ſicuti ad altiorem effectum ſuper
illis verbis Euangelii S. Mattæi: *antequam conve-*
nirent: hujuſmodi loquendi modum egregie ex-
planavit Divus Hieronymus *lib.* 1. *comment. cap.*
1. Matthæi, cujus Homilia ad dictum Evange-
lium pluries legitur in Eccleſia.

Attamen quotiſcumque in Decreto neuti-
quam

quam facta apparebat ulla præſervatio, vel declaratio ad limites ejuſdem (gratias de cætero præſuppoſitæ) agnitionis; ſed e converſo extitit illimitate approbata prædicta conſuetudo, & ſuperadicta ratio conſolationis populorum, excluſiva geſtationis faciendæ per Epiſcopum, ut ſupra, utique locum ſibi ſternebat alia concluſio, quod tenor gratiæ, & non petitio venit attendendus, quoties in litera, vel in explicata ratione inſimul diſcordabant; ex traditis per
7 *Gomez. ad regul. de non judic. juxt. form. ſupplicat. quæſt. 1. verſ. tamen, & per tot., Lotter. de re beneſ. lib. 1. quæſt. 40. num. 138., Corrad. in prax. diſpenſ. lib. 2. cap. 3. nu. 20. & 21., Rot. dec. 730. num. 2. par. 2. rec., & dec. 554. nu. 6., & 7. cor. Pentinger.*

Reſpectu autem ſuperlatorum exemplorum, ſive uſus aliarum Eccleſiarum, arriſit replicatio, quod neque præfata exempla erant univerſalia, neque feriebant proprie tempus ipſius allegatæ conſuetudinis, ac præſentis inſpectionis, jam enim in controverſum erat apud partes, quod tam ipſe Archiepiſcopus Hiſpalen., quam cuncti ejus Anteceſſores ſemper ab hominum memoria abſtinuerant ab hac delatione Hoſtiæ Sanctiſſimæ, prout ſemper etiam deſtiterant Archiepiſcopi Toletani; quare neutiquam argui poſſe videbatur ab uſu hujus vel alterius particularis ac etiam plurimarum Eccleſiarum ad
8 uſum genericum & univerſalem; quinimo aptius erat inſequi exempla, nedum magis aſſimilantia, ut erat illud Eccleſiæ Toletanæ, ſed & hujuſce Eccleſiæ Hiſpalen. in individuo juxta ea, quæ obſervant in propoſito cujuſcumque obſervan-
9 tiæ ſeu conſuetudinis *Cardinalis de Luca de Juriſd. diſcurſ. 46. num. 5., & de regalib. diſcurſ. 189. num. 3., Rota deciſ. 461. num. 7. coram ſan. mem. Gregorio XV., deciſ. 2264. num. 19. & 20. coram Coccino, & dec. 301. n. 2. cor. Emerix Jun., dec. 167. num. 45. par. 5., & dec. 314. n. 11. par. 11. rec.*

Eoque clarius, quia, ut præmiſimus, fere omnes recenſitæ atteſtationes ſuper reliquis exemplis ex illarum confrontatione percutiebant tempus, quo per antea & prima vice idem ſan. mem. Innocentius XI. injungendum cenſuerat, conſimiles uſus Tabernaculorum fore delendos (ſub quo tamen mandato opinantes forſan non comprehendi Eccleſia Toletana, & Hiſpalenſis, non deſtiterere a geſtatione conſuetæ molis, prout fecerunt aliæ, quæ proviſionaliter uſque ad ſucceſſivam permiſſionem ab ejus uſu abſtinuerunt) verum a parte præcedenti, & poſt ſecundam maturiorem ordinationem ejuſdem Papæ talia non convincebantur & demonſtrabantur exempla, adeo ut nonnulli Teſtes hujuſmodi intermediam geſtationem expletam ab Epiſcopis nuncupent innovationem, aut præſupponant adfuiſſe contrariam antiquiſſimam conſuetudinem. *Summ. Archiepiſcopi n.*
10 *19. litt. B., & num. 31. in fin.*, ac propterea non tempora & exempla conſecutiva legi abrogatæ, ſed potius legis abrogantis erant attendenda, ex ponderatis apud *Palm. Nep. alleg. 3. n. 109., Rot. deciſ. 308. n. 14. par. 5., & deciſ. 262. num. 12. part. 11. recentior., cum aliis in Ferrarien., ſeu Anconitana Fideicommiſſi 3. Junii labentis anni §. Atque ob id, coram Me.*

Ultra hæc, ſcribentes pro Archiepiſcopo conquerebantur, quod etiam in die octava ejuſdem præcelſæ ſolemnitatis circumferebatur humeris Sacerdotum intus quoque ipſam Eccleſiam quoddam magis exiguum Tabernaculum, & ob id paſtoralis ipſius Antiſtitis præpediebatur pietas & ſolicitudo; ſed hujuſmodi querimonia dici merebatur extra rombum, quando ad tenorem præteritæ Deciſionis ſub §. *Perpenſum* deſuper intactæ relinquebantur prætenſiones & jura ipſius Archiepiſcopi, & quando principale Dubium, Partibus hinc inde convenientibus, a me primariò ſubſcriptum reſtringebatur ad fe-
11 ſtum ſeu Proceſſionem Corporis Chriſti, & quando hodie ſimpliciter repropoui eveniebat cauſa dumtaxat ſuper deciſis; Rota etenim nuſquam reſcribendo ſe ingerit extra ſpheram propoſitæ dubitationis, ut teſtatur *in deciſ. 378. in fin. coram Biebio, & in deciſ. 274. num. 20. & 21. part. 19. rec.*, ex rationibus in non diſſimili propoſito adamuſſim allatis occaſione extendendi breves deciſiones in gradu expeditionis, ſive prolationis Sententiæ *in Romana Cambii 15. Martii 1700. cor. Me.*

Et ita pro ſecunda vice reſolutum fuit, utraque &c.

BONONIEN. MONTIS BUTRII.

Lunæ 5. Decembris 1701.

ARGUMENTUM.

Commendantur ii, qui Montes auxiliarii ad ſublevandos Pauperes inſtituunt. Inferior, Supremum Principem recognoſcens, an poſſit leges ſeu ſtatuta edere late examinatur.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſiæ filiales in ordine ad propriam Matricem habere debent dependentiam ſive inferioritatem.*

2 *Patroni alicujus Beneficii debent ſuperincumbere pro illius recta adminiſtratione, ne redditus & bona ipſius Beneficii dilapidentur, aut diſſipentur.*

3 *Quilibet Superior etiam Epiſcopus corrumpere non valet leges veræ Fundationis ab alio factæ, illiuſque immediata quamtumvis inferiora Jura quomodolibet ſubvertere.*

4 *Verbum* ſubſidiarium, *ſeu* ſubſidium *regulariter involuit ſuppletionem, ac præſtationem auxilii, quod nequit ab inferioribus recipi.*

5 *Montes ſubſidiarii pecunias Pauperibus mutuantes fuerunt a pluribus ſummis Pontificibus, & ab ipſo Oecumenico Concilio Lateranenſi ſub Leo-*

ne X. celebrato commendati , & approbati .

6 *Leges & ordinationes , quæ celebrantur, debent eſſe claræ , non vero ſuboſcuræ, litiumque productivæ .*

7 *Finem inſtituti ſeu diſpoſitionis qui adimplet , laudabiliter ſemper agit .*

8 *Promittens ex quocumque titulo etiam pio aliquem indemnem relevare , damna ſemper ſive occurſa , ſive occurrenda refundere tenetur .*

9 *Ratio præteriti ſcire docet futura .*

10 *In materiis illiquidis demandari ſolet minoris ſummæ ſolutio, vel in cauſam omnino certam , vel in cauſam declarandam .*

11 *Judices taxare ſolent alimenta ad veriſimilem normam futuræ congruentię , ſeu neceſſitatis .*

12 *Pater , & Filius in eodem Magiſtratu conſiſtere poteſt .*

13 *Limita, niſi aliter fuerit cautum per inveteratam conſuetudinem , vel ſtatuta particularia .*

14 *Inferior nequit edere ſtatuta a determinatione Juris communis aberrantia .*

DECISIO CCXVI.

A Sententia lata ab A. C. de voto Supremi noſtri Auditorii edito coram Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano ſuper reformatione nonnullarum regularum , quas Præſides Montis Pietatis Bononię præſcripſerant Adminiſtratoribus alterius Montis Pietatis erecti in Caſtro Butrii, recurſum habuerunt iidem Præſides ad Signaturam Juſtitiæ loco Signaturæ Gratiæ ab R. P. D. Auditore Sanctiſſimi deputatam, obtentoque reſcripto permiſſivo navæ reviſionis , non obſtante clauſula *appellatione remota* in primordiali Pontificia commiſſione contenta, diſceptari proinde contigit hodie de viribus memoratæ ſententiæ ; ſed quia circa illius validitatem nulla vertebat contentio, Juſtitia vero palam effulſit citra fluctuationem; Domini dixerunt *non conſtare de Cauſis* , per quas adverſus rem judicatam, vigore prædictæ clauſulæ prohibitivæ appellationis reſultantem, ulla foret in integrum reſtitutio concedenda .

Reaſſumendo etenim motiva diſſidendi inter præfatos Prę́ſides Montis Bononię , & Adminiſtratores ſeu Prę́ſidentes alterius Montis, nulla verſabatur amaritudo circa honorificam quandam ſuperintendentiam ipſis Prę́ſidibus Bononiæ competentem , tam ſuper prę́ordinatione , renovatione , additione , ac reformatione regularum obſervandarum pro meliori regimine Montis prę́dicti Caſtri , quam ſuper facultate revidendi computa , cę́teraque explendi , mediante, quatenus opus eſſet , viſitatione, prę́ciſa omnia ea , quę intra ſpheram præmiſſę honorabilis ſuperintendentiæ includebantur , cum ex latius deductis *in utraque ex præcedentibus deciſionibus Reverendiſſimi Domini mei Decani*, ſatis liqueret de hujuſmodi prę́eminentia ob non diſſimiles Regulas uſque ab initio , & ſucceſſive pluries de conſenſu, ac etiam ad preces Butrienſium ſancitas ab eiſdem Prę́ſidibus Montis Bononię, quando e converſo poſterior erectio Montis in Caſtro Butrii redolebat ſpeciem potius ſubalternantem filiationis ad inſtar eorum , quę reſpectu conſimilis dependentię ſive inferioritatis habentur in Eccleſiis filiabus in ordine ad
1 propriam Matricem, animadverſa & exornata per *Rot. dec. 81. n. 2. & ſeqaen. cor. Card. Ubald. deciſ. 258. num. 8. in fine par. 1., deciſ. 288. num. 4. par. 2. & deciſ. 104. num. 12. par. 17. recen. , & in Faventina Jurium Parochialium* 23. *Junii* 1698. §. *Corollarie in fine coram Me* , & in ſimili pariter propoſito Patronorum alicujus Beneficii, quod , & hi valeant ſupericumbere pro illius recta adminiſtratione , ne redditus & bona ipſius Beneficii dilapidentur, aut in ſuperfluos uſus diſ-
2 ſipentur *Pariſ. conſ. 47. num. 44. lib. 4., Card. de Luca de Jurepatr. diſc. 12. n. 8., Rota dec. 2. de Jurepatronat. in nov. cum aliis in dec. 264. num. 15. par. 9. recen.*

Aſt non idcirco in libero poſſe & arbitrio præfatorum Præſidum Bononiæ reſidere debebat, eas ſtatuere Ordinationes , quæ penitus ſuffocarent & ſubjugarent immediatos Præſides & Adminiſtratores hujuſcemodi Caſtri , cum ex pariter demonſtratis *in prædictis deciſionibus , & ex Summario Butrii nn. 1. & 2.* convinceretur, ipſoſmet Butrienſes cogitaſſe prius proprio ære fundare , deindeque decreviſſe , & poſtremo loco actualiter fundaſſe ſeparatum hunc Montem in eorum Patria eodem modo , quo neque quilibet Superior, etiam Epiſcopus, valet corrumpere leges veræ fundationis ab alio factæ , illiuſque immediata quantumvis inferiora jura quomodolibet ſubvertere & impedire, ex anno-
3 tatis apud *Fraſſ. de Reg. Patron. Indiar. cap. 32. num. 49., Rota dec. 737. num. 5., deciſ. 804., & dec. 890. utrobique n. 1. cum pluribus ſeq. coram Pænia .*

His igitur denuo ſtabilitis , iterumque Domini regulas, proficiſcentes a Præſidibus Montis Bononiæ, examinantes , ſtatim pariformiter hæſerunt in titulo regularum anni 1682., cenſentes ab illis verbis - *Come Padri , e Fondatori del Monte Suſſidiario di Budrio*, delendum eſſe illud adjectivum- *Suſſidiario*, tanquam vel improprium, vel prorſus indebitum , & ſane improprium , & potius in ſua veriori ſignificatione non decens ſuperioritatem Bononienſium; nam vocabulum hujuſmodi *ſubſidiarium* ſeu *ſubſidii* regulariter involvit ſuppletionem ac præſtationem auxilii, quod neque poterant Bononienſes , neque decebat a Butrienſibus undequaque inferioribus recipere , quemadmodum perpendentes importan-
4 tiam hujus adjectivi *ſubſidium* ſeu *ſubſidiarium*, reputarunt *Azzor. Inſtit. Moral. par. 2. lib. 9. cap. 14. quæſt. 2., Belenein. de Charitat. ſubſid. quæſt. 14., Barboſ. de officio & poteſtate Epiſcopi par. 3. alleg. 87. num. 3., cum aliis per Bellett. diſquiſ. Clerical. par. 1. de Cleric. debit. §. 12. num. 5. & 6.*

Quod ſi per iſtudmet adjectivum prætendebatur

tur exprimi in ſua vera ſignificatione activa Montem ſubſidia pecuniarum Pauperibus mutuantem; & tunc, ultra ipſam improprietatem verſionis de paſſivo in activum, intitulatio hæc dubio procul laborabat manifeſta ſuperfluitate legibus inimica cum nemo non ſciat hujuſmodi Montes extitiſſe a pluribus Summis Romanis Pontificibus, & ab ipſo Œcumenico Concilio Lateranenſi ſub ſa. me. Leone X. celebrato commendatos & approbatos, ex imbibita pietate largiendi Pauperibus hujuſmodi ſubſidia,
5 ut præter allegatos *in deciſ. diei* 16. *Januarii* 1699. §. *Et quamvis coram Reverendiſſimo Decano*, tradunt *Leotard. de uſur. quæſt.* 22. *ex num.* 33. *& pluribus ſeqq.*, *& alii late præadducti in Tract. de Commerc. & Mercat. diſc.* 100. *n.*5.

Si vero ſub hujuſmodi ambiguitate vocabuli latebat intentio forſan explicandi omnimodam juriſdictionem, ac, ut ita dicamus, quandam prædialitatem Montis Butrii penitus ſubiectivam, & acceſſoriam Monti Bononiæ; & ex diametro talis prætenſio repugnabat ſeparatæ fundationi factæ per Butrienſes de propriis pecuniis, ideoque ad tollendam omnem ambaginem adimere viſum eſt idem adiectivum; cum leges & ordinationes, quæ celebrantur, quantum fieri poſſit, debeant eſſe claræ, lucidæ, & non ſuboſcuræ, vel captioſę, litiumque productivæ,
6 ſicuti habetur in *Can. Erit autem lex diſt.* 4. *Auth. de Teſtam. imperfect.* §. *Nos igitur*, *Lancill. Gall. de Stat. verb. ſolidos quæſt.* 2. *num.*5. *& ſeq.*, *Anton. Mar. Corat. de comm. opin. in præfat. num.*20., *Maſtrill. de Magiſtr. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 103., *Borell. de Magiſtr. edict. lib.*2. *cap.* 5. *num.* 1. *& ſeq.*, *Card. de Luc. in conflict. leg. & ration. obſerv.* 20. *fere per tot.*

Temperata ex præmiſſis, atque ad æqui bonique menſuram redacta intitulatione Regularum, Domini progredientes ad illarum ſcrutinationem, excepta tertia & ſexta Regula, cæteras omnes condemnatione dignas authumarunt; Quo etenim ad tertiam, quantumvis ea præſeferret in ſua primæva apparentia charitativam undequaque proviſionem, cum ea mediante prohiberetur Adminiſtratoribus Montis Butrii impoſterum exigere aſſuetam eleemoſynam reſtaurativam expenſarum, niſi pignora, mutuave excederent libras quatuor, necnon minoraretur intereſſe ejuſdem eleemoſynæ de quinque ad quatuor pro centenario, quod utique magis appropinquabat levamini Paupertatis, ac Miſerabilium Perſonarum, prout extitit intentio pręnominati Generalis Concilii Lateranenſis, Summorumque Pontificum, ut ſupra tetigimus;
7 Unde videbatur, quod neutiquam in ſubſtantia poſſet aliquo modo redargui conſimilis ordinatio; laudabiliter namque ſemper agit, qui pinguius adimplet finem inſtituti ſeu diſpoſitionis, ut notant relati per *Modern. Manſ. conſult.* 153. *num.* 55., *& conſult.* 184. *num.* 20., *Rota deciſ.* 451. *num.*22. *coram Bichio*, *& alii in deciſ.* 1342. *num.* 12. *coram Emerix. Jun.*

Verum medulla negotii ſubtilius inſpecta illico compertum eſt, quod ob anguſtiam loci, facultatumque deficientiam in hominibus hujuſce tenuis Univerſitatis levamen hoc de cætero plauſibile particularium Perſonarum oppignorare ſategentium, protendebat in nimium gravamen ipſius Univerſitatis non valentis numerare Pignorantibus pecunias, & ſimul ſubſtinere pondus quoad ſalaria Miniſtrorum, & reliquas expenſas neceſſario faciendas pro manutentione ejuſdem Montis, adeoque amplexando Tribunal munificam oblationem Præſidum Bononiæ, de qua *Summarium eorum dicto num.*5. iterum ſubcenſuit ſententiam ſeu votum Reverendiſſ. D. mei Decani omni innixum eſſe juſtitiæ & æquitati, utpote merito reſici demandans per præfatos Præſides Bononiæ libras interim bis mille ex cauſa prętеritæ jacturæ paſſę per Butrienſes, nec non ſubminiſtrari quotannis in principio conſimiles libras annuas bis mille, ita dictante qualibet juridica ratione, ut promittens ex quocunque titulo, etiam pio, aliquem indemnem ſervare, damna ſemper, ſive occurſa, ſive occurrenda refundere compellatur, ad *Text. in leg. apud Celſum* 4. §. *Item labeo ff. de dol. except.*, *Surd. conſ.* 442. *num.* 10. *Cyriac. controv.* 274. *num.*6., *Ciarlin. controv. lib.* 2. *cap.* 173. *num.*2., *Rota deciſ.* 129. *num.* 3. *par.* 14., *& deciſ.* 394. *num.* 3. *par.* 15. *rec.*

Eoque clarior viſa eſt Juſtitia in hac parte memoratæ ſententiæ; Quoniam hujuſmodi refectio, & reſpective ſubminiſtratio minime injungebatur in forma fixa & abſoluta, ſed ſub eo prudentiali temperamento, quod, ſi quid rationibus diſpunctis ſupra importantiam veræ indemnitatis exegiſſent de prętеrito, ac in futurum exigerent Butrienſes, obligati forent illud reſtituere, in caſu vero converſo tenerentur ſupplere Bononienſes cum enim hujuſce Montis preſſura non pateretur dilationem, & pręciſa quantitas damnorum, quæ provenerant ex prędicta tertia Regula, ac ſucceſſivis temporibus obtingere potuiſſet, ignoraretur, alia capi nequibat in pręſenti reſolutio, quam quę reſultabat ab ipſa veriſimilitudine, & a prę-
9 cedenti experimento, quippe *præteriti ratio ſcire futura docet*, ut poſt *Vatem* prępmonuit *Valenzuel. conſ.*121. *num.* 112. *&* 113. *lib.* 2. *Marc. Anton. var. lib.* 2. *reſol.* 33. *num.* 10., cum aliis per *Rotam deciſ.* 612. *num.* 10. *&* 11. *par.* 18. *recent.*

Pręſuppoſuimus ita pręſeferte pręcedens experimentum, in ordine quippe ad tempus prętеritum ex geminata relatione Peritorum evincebatur, damna Butrienſium conſcendere ad libras 4123. unde pręfinitio, quę pro nunc capeſſebatur de ſolis libris bis mil. non erat niſi plena mitigationis & ęquitatis ad inſtar eorum quę practicantur in quibuſcunque materiis illiquidis, in quibus demandari ſolet minoris ſummæ ſolutio, vel in cauſam omnino certam, vel in cauſam declarandam, ſicuti patet ex *Modern. Melphi-*

Elen. ad Gratian. diſcept. 187. *ex num.* 15. *& ſequen., Rota deciſ.* 596. *num.*20. *coram Bichio deciſ.* 169. *num.* 14. *&* 15. *coram ſan. mem. Alexandro Octavo , deciſ.* 209. *num.* 29. *par.* 15., *deciſ.* 411. *num.* 5. *par.* 16. , *& dec.* 217. *num.* 10. *par.* 19. *rec.*

Reſpectu autem temporis futuri pariformiter ex collatione trium antecedentium annorum prefulgebat , quod adeo dira ſtringebat pauperes inopia , ut per pauca numerarentur pignora ſuperantia valorem librarum quatuor, quodque propterea potius difficile reddebatur, ut annuę librę bis mille ſat eſſent pro ſubſtentatione ipſius Montis, qui nullum reſtaurum conſequi valebat ex pignoribus tum levioribus tum frequentioribus. Quare non minus exigebatur enunciata proviſio, quę ſingulis annis huic moraliter certę indigentię obviam iret, eo modo, quo Iudices taxant alimenta ad veriſimilem normam futurę
11 congruentię , ſeu neceſſitatis , teſte *Mareſcot. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 83. *num.*2., *Sim. de Pret. de interpr. ultim. volunt. lib.* 4. *dub.*11. *n.*58., *Surd. de Aliment. tit.* 4. *quæſt.* 18. *in princ., Rot. deciſ.* 67. *num.* 7. *coram Card. Celſo, deciſ.* 1153. *num.* 1., *& dec.* 1184. *ſub.* §. 2. *in fine coram Emerix Jun.* , *& in Romana annuæ præſtationis ſuper alimentis & ſumptibus litis* 8. *Martii* 1700. §. *Quo vero coram R. P. D. meo Scotto.*

Evidentiori (ut fuit pariter animadverſum coram Reverendiſſimo Domino meo Decano) aſperitate laborabat altera regula ſexta prohibitiva, ne ad officium pręſidendi huic Monti Butrienſi prę eligeretur, quicunque Patrem, filium, aut fratrem teneret actu exercentem alterum Miniſterium , quod nuncupant *Maſſaro*. Ultra enim, quod paucitas loci impraticabilem efficiebat hujuſmodi ſanctionem , adhuc nullatenus invenitur in jure , quod Pater , & filius nequeat in eodem Magiſtratu conſiſtere , imo potius contrarium apertiſſime ſuadetur ex reſ-
12 ponſo *Vulpiani relato in leg.* 5. *ff. quod cujuſque Univerſit*; Niſi aliter fuerit expreſſe cautum per inveteratam conſuetudinem, vel ſtatuta particularia , ab habente poteſtatem ędita, vel aliàs legitime per ipſum Supremum Principem confirmata & approbata , prout cautum habetur
13 in capitulis Civitatis Cuſentinę apud *Caput. de Regim. Reipub. cap.* 12., & de Parlamento Pariſienſi adeſt Regia Conſtitutio , de qua meminit *Franc. Marc. deciſ. Delphin.*629. *num.* 2. *lib.* 1.

Firmato igitur, quod Jus aſſiſteret Butrienſibus, quodque oppoſita ordinatio ob memoratam anguſtiam foret impracticabilis; utique non poterant Bononienſes eandem concedere ordinationem ; Quippe inferior a Principe non recognoſcente Superiorem nequit edere ſtatuta a deter-
14 minatione Juris communis aberrantia . *Tob. Non. conſ.* 104. *num.*18. *&* 19. *cum ſequen., Bertazzol. conſ. Criminal.* 347. *num.*2., *Honded. conſ.* 93. *num.* 69. *lib.*2., *Marſil. conſ.* 49. *num.*69., *Gratian. diſcept.* 300. *num.*49. *& ſequen., Conciol. alleg.* 28. *ſub num.* 5. *in fine, Gambar. de poteſt. Legat. lib.* 8. *rub.* 2. *num.*14., *Rota deciſ.* 353. *ante num.* 56., *& deciſ.*740. *ante num.* 11. *coram Merlino, & in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus ſuper bono jure* 7. *Martii* 1701. §. *Tum, etiam coram R. P. D. meo Scotto.*

Atque hęc circa regulas anni 1682., quo autem ad alias pendente lite ſuperadditas, de anno ſcilicet 1696., & ſuper quibus hodie parum inſiſtebatur , Domini, ſupervacaneam aborrentes repetitionem, in totum tranſiere cum fundamentis primę deciſionis hujus Cauſę coram *Reverendiſſimo Domino meo Decano ex* §. *Prout Domini exiſtimarunt uſque ad finem.*

Et ſic ipſi juri, ut par erat, intermiſcendo prudentiam , concordi ſuffragio reſponſum extitit utraque &c.

PAMPILONEN. BENEFICII.

Lunæ 5. *Decembris* 1701.

ARGUMENTUM.

Literæ Apoſtolicæ plene juſtificatæ ſunt exequendæ . Late tractatur quæſtio: an & a quo exceptio non verificationis clauſulæ: *dummodo aliunde commode vivere poteſt*: apponi ſolitæ de Stylo in Reſignationibus proponi poſſit , & ope diſtinctionis contrariæ omnes conciliantur Authoritates . Conſtitutio B. Pii V; quæ primario præſcripſit omnes reſignationes eſſe faciendas ſub d. clauſula, quomodo ſit intelligenda . Examinatur diſpoſitio *Text. in l. Medicus ff. de var.* , *& extraord. cognit.* Simonia quando excludatur in Reſignationibus.

SUMMARIUM.

1 *Judex ſuperior deſerere debet, quod eſt obſcurum & incertum , & niti ſoliditati Jurium adductorum.*
2 *Gratia ſubreptitia & obreptitia debet penitus irritari .*
3 *Literæ Apoſtolicæ, quoties ſunt juſtificatæ, executioni demandandæ veniunt .*
4 *In reſignationibus Beneficiorum apponi ſemper ſolet clauſula , quod reſignans haberet,* unde commode vivere valeret; *ne alias abdicans a ſe Beneficium, ſtipem quærere poſtea compellatur.*
5 *Declara, id procedere etiamſi reſignans, cujus favore alimenta decernantur, obiiſſet ante expeditionem , ſeu executionem gratiæ , & de ratione .*
6 *Poſſeſſor Beneficii valet excipere de jure ac re , ad Tertium ſpectante, præſertim ad excluſionem Juriſagentis .*
7 *Confeſſio propria impugnari non poteſt .*
8 *Mentem Legis , ſeu Pontificis ſat eſt adimpleri uno vel alio modo .*
9 *Alterutro ex correlativis deficiente , deficit in totum relatum .*
10 *De non verificatione præfatæ clauſulæ*: Dummodo aliunde &c. *opponere poteſt dumtaxat ipſe reſignans, non vero Tertius .*

11

11 *Optime declaratur Decisio in* Compoſtellana Parochiali 2. Maii 1692., 16. Junii 1693. & 28. Junii 1694. cor. Card. Caprara.

12 *Clauſula*: Dummodo aliunde &c. *ſi non percutit alimenta ob ipſa reſignatione percipienda, tunc non opponente Reſignant exceptionem alimoniæ, gratia ſubſiſtit, & cenſetur jus abdicatum.*

13 *Si vero penſio reſervanda eſt pars integralis verificationis alimentorum, vel d. Clauſulæ, tunc quilibet tertius valide poteſt exceptionem promovere; quia ſupponitur, quod Reſignans reſignationi non conſenſerit, niſi ſtabilita ſibi penſione valida.*

14 *Dicta tamen clauſula verificari non eſt neceſſe, ſi Reſignans prædeceſſit poſt ſignatam ſupplicationem, vel expeditas literas reſignationis.*

15 *Quod procedit, etiamſi reſignans civiliter mortuus fuerit.*

16 *Deciſiones* 480. part. 13., & cor. Buratt. 437. & 512. *quo caſu procedant, late explicatur.*

17 *Authoritates ſemper capiunt interpretationem a Doctrinis collaudatis.*

18 *Conſtitutio B. Pii V. præſcribens primario reſervationem congruæ alimoniæ ſub d. clauſula* dummodo aliunde &c. *expreſſe limitat, ubi Reſignans ſit ingreſſus in Religionem, quo caſu ſatis ſuperque exiſtimatur proviſus.*

19 *Ratio ubi eſt æqualis, idem Jus ſtatuendum eſt.*

20 *Forma ad certum effectum ordinata regulariter ſuppleri poteſt ex modo æquipollenti, dummodo idem ſequatur effectus.*

21 *Valor Beneficii, neceſſarium eſt, ut innoteſcat Pontifici ad finem denegandi, concedendi, vel temperandi gratiam.*

22 *Verificatio d. clauſulæ non expoſcitur in reſignatione, quæ fit per merum Clericum.*

24 *Text. in* l. Medicus ff. de var. & extr. cognit. *non ita facile ſubextenditur ad filium ejuſdem Medici, niſi probetur, quod contemplatione Patris fuiſſet erga filium inita donatio.*

24 *Præterea ſatis non eſt fuiſſe geſtum contractum favore Medici, quoties non evincatur Medicum doloſe ſe geſſiſſe in excruciatione infirmi pro extorquendo ab eo aliquam promiſſionem, ſeu contractum.*

25 *In reſignationibus, quæ fiunt coram Ordinario, vel coram Summo Pontifice inter conſanguineos, exulat omnis fraus.*

26 *Publicationem præſumitur intercesſiſſe per ſententiam latam ab Ordinario ſuper executione earundem literarum.*

27 *Reſignatio quoties admittitur per ſummum Pontificem, locus non eſt collationi ab alio factæ.*

28 *Juſtum impedimentum excuſat a publicatione.*

29 *Reſignatio Beneficii corruit, conſtito de Simonia inter Reſignantem & reſignatarium.*

30 *Limita, ſi adſit Beneplacitum Apoſtolicum in reſignatione, quod pravitatem animi ſemper excludit.*

31 *Ulterius limita, ſi interveniat Papæ authoritas ſeu ſcientia, quæ ſimoniæ labem dirimit.*

DECISIO CCXVII.

FOrmula confirmationis Sententiæ latæ ab Ordinario in hac Cauſa ſuper executione literarum reſignationis, quas a S. Sede ſubſignari impetraverat Antonius, adhibita in Curia Metropolitana, ſcrupulum injecit, ne Domini per me ſupplicati, ut reſpondere dignarentur Dubitationi - *An conſtaret de re Judicata, vel potius literæ Apoſtolicæ eſſent exequendæ?* - Tuto valerent circa priorem partem alternantem ſolidum proferre Judicium, non obſtante, quod tam Temporis effluxus, quam Juſtitia præcedentium Judicatorum impelleret ad illius undique affirmativam reſolutionem; Sed non idcirco defraudata remanſit eadem Juſtitia, quominus ad limites ſecundi membri ipſius dubitationis reſcriberetur - *Literas Apoſtolicas eſſe exequendas.*

Aſcendente ſiquidem appellatione Joſephi oppoſitoris, quive controverſum Beneficium medio tempore ſibi conferri obtinuerat a Priore Parochialis Eccleſiæ Divi Stephani *de Arguedas*, ad prænominatam Curiam Metropolitanam prodiit in illa ſecunda Sententia, ut diximus, confirmatoria decretæ executionis ab Ordinario; ſed cum una ſimul legeretur adiecta in hujuſmodi Sententia quædam conditio, iterum remittens eidem Ordinario verificationem expreſſorum Papæ ab Antonio, modus iſte pugnare quodammodo videbatur cum ipſa confirmatione, a qua reſultare poterat res judicata; ac proinde cum anceps efficeretur conformitas ipſarum Sententiarum, partes ulterioris Judicis ac Superioris erant deſerendi, quod erat ſubobſcurum & incertum, nitendique e con-
1 verſo fulgidæ magis ſoliditati, ſicuti faciendum ſemper eſſe per Judices vere Juriſprudentes, in his præciſis terminis admonuit *Caſtrenſ. in l.* 1. *ff. ſi quis cantion., Dec. conſil.* 445. *num.* 4., *Cravett. conſ.* 207. *in fin., Card. Tuſch. pract. concluſ. Jur. litt. V. concluſ.* 181. *num.* 7. & generaliter *Valenz. conſ.* 184. *num.* 12. *lib.* 2., *Fontanell. deciſ. Cathalon.* 356. *num.* 24. *in fin.*

Motivum igitur, quodammodo ex integro, & ut in prima vel alia veriori inſtantia, reſcribendi, quod literæ reſignationis obtentæ per Antonium executioni demandari mererentur, verſabatur in eo, quod in rei veritate omnia narrata Pontifici per eundem Antonium pluſquam abunde juſtificabantur etiam ex nunc, quando tamen hoc ipſum præſumendum erat, ſtante prima Sententia Ordinarii declarantis - *Per legitima la grazia fatta per Sua Santità &c. nel detto D. Antonio &c.* - Non enim valuiſſet, legitima nuncupari, neque preces ab Antonio porrectæ plene fuiſſent juſtificatæ; aliàs namque hujuſmodi gratia extitiſſet prorſus illegitima, & veluti ſubreptionis aut obreptionis macula vitiata, debuiſſet penitus irritari, juxta familia-
2 ria principia, de quibus *Caſtald. conſult.* 11.2 *num.* 7.

num.7., Bonden. in Appendic. ad collu.t. 43. n. 6., Vizzan. de mandat. Princip. lib. 2. num.36. & ſeqq., Lotter. de re benefic. lib.2. quæſt. 54. num. 9. & ſeqq., Rot. decif. 301. num.3. coram Dunoz. Jun. in Ileien. Archidiaconatus 23. Jun. 1698. in princip. coram R. P. D. meo Muto, in Barchinonen. ſeu Vrgellen. prætenſæ Nullitatis Profeſſionis 15. Januar. 1700. §. Quo vero coram Me, & in Romana Cenſus 1. Julii 1701. §. Ita e converſo, pariter coram Me.

Siquidem non minus reſpectu valoris hodierni beneficii in literis reſignationis expreſſi, quam ſuper propria idoneitate, quam etiam circa qualitatem ejuſdem beneficii, ac denique in ordine ad alterum valorem obtentorum præcedenter ab Antonio, dabantur adamuſſim ad limites narrativæ Teſtimonia exuberantia in *Summario Antonii per totum Numerum* 11., adeout nec hujuſmodi veritatem hodie admodum controverterent Informantes pro Joſepho, unde plana ex hoc capite efficiebatur antecedentium judicatorum Juſtitia, faſque non erat amplius ambigere, quin literæ tam recte juſtificatæ forent in omnibus executioni demandan-
3 dæ, per *Text. in cap. Si capitulo*, ibique, *Gloſſ. verb. exequatur de conceſſ. Præbend. in 6., Rot. decif. 1024. num. 1. coram Emerix Jun., decif. 154. num. 1. & ſeqq. part. 12., decif. 276. num. 1. part. 19. recen., & in Forolivien. Canonicatus Theologalis 25. Jun. 1700. §. Firmamentum coram Me.*

Unica propterea, ſi qua erat, in hoc propoſito difficultas radicabatur in non adhuc verificata peculiari ſuppoſitione facta eidem Pontifici, quod Reſignans comprehenſa penſione ducatorum 17., reſervanda ſuper ipſo beneficio reſignando, haberet, *unde commode vivere valeret*, prout etiam de Jure neceſſarium exiſtit, ne abdicans a ſe voluntarie & ſine cauſa beneficium, ſtipem deinceps quærere in opprobrium Sacerdotalis Characteris compellatur, ſicuti recenſendo ſimilem clauſulam, apponi conſueta in hiſce renunciationibus, ſeu reſignationibus be-
4 neficiorum, affirmarunt *Gratian. diſcept. 159. num.13., & diſcept. 991. num. 1. & 8., utrobique Carol. Ant. de Luca num.4. & primo, Tondut. reſolut. benefic. part. 2. cap. 1. §. 2. num. 43., Rot. decif. 448. num.2. part. 19. recen., & in Sypontina Canonicatus 28. Januar. 1701. §. Hoc autem coram R. P. D. meo Lancetta.*

Quod & procedere videtur, quantumvis reſignans, in cujus favorem & ſubſtentationem decernebatur alimonia, obiiſſet, prout hic, ante expeditionem, ſive executionem gratiæ; ex quo reſignatio unice non pendet ab arbitrio Partium, ſed potiſſimam firmitatem agnoſcit a libito & voluntate Papæ, qui aliàs etiam circumſcripto Reſignantis intereſſe, non admiſiſſet, atque authorizaſſet ſine prædicta, vel conſimili clauſula hujuſmodi reſignationem, prout
5 cum *Buratto* generaliter loquente *in decif. 417. num. 9., & decif. 512. num. 8.* ſenſiſſe videtur eadem *Rota in decif. 480. num. 10. 11. & 12. part. 13. recen.* & admonet ſcribens, & ſuccumbens in ea Cauſa, *Card. de Luc. de Benefic. diſc. 22. n. 4.*

Abſque eo, quod proinde ſubſiſtere pariter videretur, quod hujuſmodi exceptio verificationis præfatæ clauſulæ, *dummodo aliunde &c.* non eſſet a Tertio opponibilis, qualis erat in ſubſtantia Joſeph proviſus ab Ordinario; nam præter mox inſinuatam ponderationem, quod id non pendeat a partium conſenſu, quodque ex deficientia Pontificiæ Voluntatis reſignatio remanet nulla, & inabdicativa Juris a Reſignante, adhuc quod quilibet Tertius, multoque magis jam effective proviſus de controverſo Beneficio, & actualis illius Poſſeſſor valeat excipere de Jure ac re ad Tertium ſpectante, præſertim ad excluſionem Juris agentis, latius reſolutum quoque apparebat poſt *Priolum decif. 284. num. 6. & 7., in Compoſtellana Parochialis 2. Maii 1692. §. Primo, & ſeqq. & 16. Junii 1693. §. Verum cum ſeqq. coram R. P. D. meo Caprara*, & quarum prima habetur *impreſſa ad Cardinal. de Luc. ſub tit. de Benefic. decif. 5.*

Verum his in nihilo reſiſtentibus, neque iſta difficultas Dominos a capeſſenda reſolutione favore Antonii retrahere potuit ex pluribus; primo videlicet, quia conſimilis anſa dubitandi forſan congrueret, quoties reſignans ſimpliciter ad ſui tutamen, ſive pro conſequendis alimentis præcaviſſet de reſervatione penſionis in ipſa expeditione reſignationis, & Papa exoptans illum reddere ſecurum circa eandem neceſſariam alimoniā ſuperadiecíſſet clauſulam, quod computata penſione liqueret executori, reſignantē habere, unde commode poſſet vitam ſubſtentare; ſed quando, prout hic, idem Reſignans jam expoſuerat ſe ſe remanere præcedenter ſuſſultum alio beneficio in altera Eccleſia Parochiali *de Vive*, nec non altera penſione ducatorum 14. ſuper quodam beneficio Villæ *de Thaurieta*, adeout, ſicut ipſe ſubjungit, una cum bonis ſui Patrimonii, *ha congrua baſtante*, in hoc ſane caſu concurrente explicita confeſſione ejuſdem Reſignantis innixa rebus extrinſecis, & in facto conſiſtentibus, non erat facienda ulterior Juſtificatio; ſolummodo quippe de præmiſſo nudo ſtylo apponitur præfata clauſula, at de cætero Papa non intendit, quod Reſignans perſeveret in ſtatu opulento, cum exuberet extare in Reſignante ſufficientem, ſeu commodam ſubſtentationem, quæ cum emergeret in vim præfatæ confeſſionis, tantum abeſt, quod Tertius poſſet hanc opponere exceptionem, ut nequiret etiam idem Reſignans contra propriam venire confeſſionem, conſpirantibus in hunc diſcurſum binis regulis; Altera de non impugnabilitate proprię confeſſionis, & altera, quod ſat eſt adimpleri uno vel alio modo mentem legis, ſeu Pontificis, ut in ordine ad primam tradunt *Angel. de confeſſ. lib. 3. quæſt. 20. num. 1. & ſeq., Rot. decif. 544. num. 1. coram fa: mem: Innocent. X., decif. 170. num. 10. coram Card. Celſo, decif. 250. num. 4. part. 10. recent.,*

& in

& in Bononien. Tranſactionis 19. *Aprilis* 1697. §. *Fortius coram Me*; & quoad ſecundam, *Signorel. de Hemod. conſ.*17. *per tot.*, *Card. de Luca de credit. diſcurſ.* 84. *num.*5., *Rota deciſ.* 558. *num.* 14. *coram Merlino*, *in Leodien. Canonicatus* 4. *Julii* 1698. §. *Dum itaque coram Me*, *confirmata* 25. *Jun.* 1700. §. *Quod eo magis coram bo: me: Jacometto*.

Et de facto Auctoritates in objecto ſuperius allatę loquuntur in caſu, quo nedum ipſa penſio, contextualiter cum ipſa reſignatione reſervata, apparebat omnino neceſſaria ad integrandam ſeu conſtituendam juxtam Alimoniam Reſignantis, ſed neque docebatur, quod ea penſio foret valide impoſita ob non probatum, prout hic, a Reſignatario valorem beneficii, ſuper quo imponebatur, unde nil mirum, quod hanc exceptionem obiicere valeret etiam Tertius, & maxime proviſus ab Ordinario, ac actualis Poſſeſſor beneficii, quia nimirum de hiſce duabus complicatis gratiis, adinvicem ſe ſubſtentantibus, & alioquin neceſſariis, nulla erat juſtificata; ſicque utraque, aut etiam alterutra ceſſante, gratia reſignationis ex mente Papę, ac etiam Partium, corruebat in totum, uti dicimus, deficiente alterutro ex
9 correlativis, juxta perpenſa per *Papon. conſil.* 58. *num.*54., *Beuden. collect. legal. tom.* 2. *collect.* 50. *n.* 214., *Rot. deciſ.* 337. *num.* 29. *part.* 11. *deciſ.* 12. *num.* 10. *part.*13., *deciſ.* 1. *num* 1. *& ſeq.*, *& deciſ.*519. *num.* 18. *part.* 14., *deciſ.* 87. *n.* 12., *& deciſ.* 142. *num.*19. *part.*19. *recentior.*

Secundo movit etiam Dominos, quod adeo verum erat, quod intrinſeca ratio decidendi in prædictis contrariis auctoritatibus apprime conſiſtebat in non verificato valore beneficii, ſuper quo penſio imponebatur, ideoque curruerat ipſa penſio conſtitutiva vel integrativa decentis alimoniæ contra intentionem reſignationis, ac Papæ, ut cum diverſimode prius in contingentia caſuum reſpondiſſet *Rota*, videlicet, quod
10 de non verificatione præfatæ clauſulæ, *Dummodo aliunde &c.* opponere poſſet dumtaxat ipſe Reſignans, & non Tertius, quemadmodum videre eſt *in deciſ.* 482. *num.* 12. *coram Rojas*, *& deciſ.* 313. *num.* 13., *& ſeqq. part.* 11. *recen.*, *Card. de Luc. de benefic. d. diſcurſ.* 22. *num.* 11.

Noviſſime reaſſumpta hac inſpectione in præ-
11 fata *Compoſtellana Parochialis coram R. P. D. meo Caprara*. tota vis ibidem conſtituta eſt in clauſula reſolutiva, appoſita per Reſignantem in ejus preambulo mandato Procuræ ad reſignandum ex tradito *non alias, aliter, nec alio modo &c.* quę ſane veſtiebat non jam ſimpliciter ipſam alimoniam & ſubſtentationem, ſed reſervationem penſionis, ſine qua Reſignans neque vivere valebat, neque intendebat a ſe beneficium abdicare; itaut conceſſa in eadem *Compoſtellana* poſtremo loco alia Audientia dumtaxat ſuper meliori perquiſitione: An hæc clauſula reſolutiva *non alias &c.* re vera adeſſet implicite vel explicite in eodem mandato Procuræ Reſignantis, & agnito, quod ſic, perſitum præciſe fuit ex hoc ſubſtantialiori fundamento *in deciſis*, ut apertius legitur *in dicta ultima deciſione diei* 28. *Junii* 1694. *coram eodem R. P. D. meo Caprara per totam*.

Atque ex his, non diſcedendo ab hac ſecunda reſponſione, fœdere diſtinctionis de facili conciliabantur eę, quę videbantur, & non ſunt, diſcordes inter ſe deciſiones, ſcilicet, quod aut clauſula, *Dummodo aliunde &c.* ſive ipſa alimenta effective, ut in caſu noſtro, non pendent ab ipſa penſione reſervanda occaſione reſignationis, ſed aliunde ſufficientiſſime emergunt, ac de reliquo noſcitur ex poſt juſtificatus valor expreſſus beneficii reſignati; tuncque non opponente Reſignante hanc exceptionem Alimonię, gratia reſignationis ſubſiſtat, cenſeaturque jus perfecte abdicatum ab eodem Reſignante, ex
12 *Card. de Luc. de Beneſic.*, *Rot. coram Rojas*, *& part.* 11. *recen. in hanc Claſſem ſupra allegatis*.

Aut vero eadem penſio reſervanda exiſtit Pars integralis, vel quandoque totalis verificationis præcitatę Alimoniæ, vel clauſulæ, *Dummodo aliunde*, quemadmodum regulariter pręſeferre ſolet formula ipſius ſupplicationis datæ ad reſignandum, uti conſtat apud *Conrad. in prax. Beneſ. lib.*5. *cap.*1. *ſub n.*1. *&* 4. & in his terminis, quia vel adeſt. vel a leſſe ſupponitur Animus reſolutivus in Reſignante non conſentiendi reſignationi, niſi ſtabilita ſibi penſione valide conſtituente ipſam Alimoniam. quilibet etiam Tertius, & multo magis Poſſeſſor, queit eamdem objectare exceptionem; nam per hanc expreſſam vel ſubintellectam Clauſulam reſolutivam jam præcedit declaratio Principalis ſuper proprio animo, & uſu gratiæ. ex his, quæ reſpondendo in hac materia (quidquid ſit in aliis)
13 prædictæ regulæ. ut Tertio permittatur obiicere Jus Tertii, dummodo ſit excluſivum Juris agentis, recte explicat *R t. in d. deciſ.* 313. *n.* 14. *&* 15. *part.* 11. *recen.*, & in hoc ſenſu non diſſonat *deciſ.* 480. *num.* 10. *& ſeqq. part.* 13. *recen.* & optime compatiuntur diſcuſſa ſive inſinuata in *d. deciſ.* 284. *coram Priolo*, *& in Compoſtellana Parochialis coram R. P. D. meo Caprara*, *& ſignanter in ultima diei* 28. *Junii* 1694. quæ magis ſe ſe videtur explicare.

Tertia præclarius viſa eſt adaptari reſponſio, quod hæc omnia locum ſibi diſputationis gratia vindicarent, quotieſcunque tam de tempore expeditionis gratiæ reſignationis, quam illius executionis faciendę coram Ordinario, aliove Executore deputato, Reſignans adhuc degeret in humanis; ſecus autem eſt, quando contigit, prædecedere Reſignantem poſt ſignatam quidem ſupplicationem, vel expeditas literas reſignationis, ſed tamen ante ejuſdem gratię executionem; in his namque terminis ſubſiſtente de cætero veritate aliorum narratorum, profecto quia debet inſpici tempus ipſius executionis, eoque introſpecto mortuus non indiget alimentis, Claſſici, ac fere cuncti conveniunt

Be-

Beneficialiſtæ, quod minime quidquam debeat
circa hanc Clauſulam, Dummodo aliunde &c.
14 verificari, prout videre eſt apud Vivianum de
Jurepatronatus lib. 13. capit. 5. numer. 44. &
ſeqq., Corrad. in prax. beneficior. lib. 5. cap. pri-
mo ſub num. 3. §. Hæc autem Clauſula, Thom. di
Roſa de exec. Literar. Apoſtolicarum part. 1.
cap. 6. num. 206., Amayden. de ſtylo Datariæ lib.
15 primo cap. 16. §. Primo. Qui omnes cum Pariſ.
de reſignat. ex identitate rationis id ipſum affir-
mant, ubicumque medio tempore Reſignans ſæ-
culo obierit, ſive habitum, ac profeſſionem ſu-
ſceperit Regularem.

Hnic vero nimium palpabili rationi, tamque inſignibus atque concordibus authoritatibus nullatenus adverſabatur Rot. dicta deciſ. 480. ex n. 10. & ſeqq. par. 13. recent. quamvis etenim in litera ibidem videatur exprimere, quod eadem juſtificatio exigatur, licet Reſignans ante expeditionem, ſeu (ut ſubintelligere neceſſe quoque eſt) executionem gratiæ reſignationis deceſſiſſet; attamen nullus ſit in ea ſermo præciſus de probatione, aut verificatione prædictæ clauſulæ aliunde &c., ſed ſub ſubloquutione plu-
16 rali, ut ibi, quam probationem narratorum, De-
ciſio commiſcens probationem valoris neceſſario faciendam, non obſtante obitu Reſignantis, ſicuti meminerat ſub antecedenti num. 9. atque ita, & non aliàs de facto venit intelligenda, cum ſe referat ad deciſionem Buratt. la 437. & 512. in quibus unice inſiſtitur ſuper non facta juſtificatione valoris, ad effectum ſubſtinendi penſionem contemporanee reſervatam ac volitam a Reſignante ſub clauſulis reſolutivis, non aliàs &c. regulariter quippe authoritates ſemper capiunt interpretationem a Doctrinis collauda-
17 tis teſte Bartol. in l. non ſolum §. Si liberationis
ff. de liberat. legat., Alex. conſ. 32. num. 7. lib. 4., Cyriac. controu. 283. num. 19., Modern. Forolivien. ad Ramon. conſ. tom. 4. deciſ. 90. n. 36., Rot. deciſ. 67. num. 8., & deciſ. 574. num. 4. coram Coccino, & dec. 317. num. 22. par. 17. recent.

Generica autem ratio deducta in prædicta deciſ. 480. num. 10. & ſeqq. par. 13. recen. quod validitas reſignationis non pendet a voluntate Partium ſimpliciter, ſed potiſſimum a mente Papæ authorizantis, jam fuit ſuperius ſub. §. Verum. abunde diſſoluta, & tamen ſuperaccedit in ejuſdem diſſolutionis comprobationem, quod in quantum peragitur de reſervatione, ſeu remanentia congruæ ſubſtentationis, conditio & forma adiici ſolita in literis reſignationis reſpicit memoratum finem & effectum, ne Reſignans mendicare cogatur; unde & B. Pius V. in ſua Conſtitutione 56. primario præſcribens hanc reſervationem congruæ Alimoniæ, expreſſe limitat, ubi Reſignans ſit ingreſſus in Religionem, quo caſu ſatis ſuperque exiſtimatur pro-
18 viſus, ut expendit Garzias de benefic. par. 2.
cap. 1. num. 198., Amayden. de ſtylo Datariæ dicto lib. primo cap. 16. ſub. num. 15. ubi tranſcribit dec. Rot. in Leodien. Canonicatus S. Dionyſii nona Junii 1628. coram Pirovano, ubi ulterius animadvertit, quod prædicta clauſula dummodo aliunde &c. appoſita per Datariam in reſignationibus, promanat a Conſtitutione Piana.

Dum itaque, præſertim in ordine ad ceſſationem indigentiæ alimentorum, pares ſunt termini, æqualiſque ratio inter mortem civilem ob ingreſſum in Religionem, & mortem natura-
19 lem, idem profecto Jus ſtatuendum eſt Vulga-
ta leg. Illud. ff. ad leg. Aquil., Urccol. deciſ. Florent. 45. num. 21., Rot. deciſ. 348. num. 13. par. 17., & deciſ. 18. n. 9. par. 19. recent. & in omnem caſum quotieſcumque forma certum concernit effectum, ſemper ei ſuppletum reputatur
20 per æquipollens Salgad. in Labyrinth. Credit. par.
1. cap. final. num. 135., Card. de Luc. de Regal. diſc. 13. num. 4., Rot. deciſ. 306. num. 5. & 6. coram Merlino deciſ. 1342. num. 12. coram Emerix. Jun. deciſ. 126. num. 39. par. 14., & deciſ. 426. num. 16. par. 18. recent., & in Leodien. Canonicatus 25. Junii 1700. §. Quod eo magis coram bon. mem. Jaccmetto.

Aſt non ſic eſt in cæteris narrativis, quia Papa illarum reſpectu non reſpexit ad hunc certum effectum ſupplebilem per æquipollens, ne Reſignanti deſit ſubſtentatio, ſed ad propriæ gratiæ realem ac ſanctiorem diſpenſationem exquiſivit ex. gr. idoneitatem Reſignatarii cum ſimilibus, prout & circa penſionem, ſeu valorem juſtificandum, diſpar pariter ratio intercedit, quia nimirum, ut vidimus, Reſignans aliàs a ſe non obdicaſſet beneficium, nec Papa illius intentæ voluntati derogaſſet; ultra quod, cum in his circumſtantiis juſtificatio pendeat a narrativa valoris Beneficii inconcuſſe verificanda, ſive ſiat per aſcenſum, ſive per non exceſſum, utique ſemper eadem verificatio valoris exiſtit de intrinſeca ſubſtantia hujuſmodi gratiarum, ideoque emicat regiſtrata inter Regulas Cancellariæ la LV. neceſſarium quippe præfulget, beneficii valorem innoteſcere Pontifici ad finem denegandi vel concedendi, aut etiam temperandi gratiam, concedendam ex annotatis
21 Card. de Luc. de Benefic. diſc. 90. num. 8., Rot.
deciſ. 410. ſub num. 11. coram Bichio, & deciſ. 375. num. 18. & 19. par. 19. recent.

Quarto tandem, quantumvis exabundanti, & ad magis roborandam tertiam proximam reſponſionem adſtipulabatur in facto, quod Martinus in Theſi noſtra reſignans exiſtebat ſimplex Clericus nullo Ordine Sacro mancipatus; quapropter, & ſi forſan ex incuria, quam ſecum aliquo modo trahebat ſolicitudo expeditionis ob ingruentem mortem Reſignantis uſque ad inſerendam derogationem Regulæ de viginti, vel ad magis frequentem formalitatem obſervandam, inſcripta noſceretur prælaudata clauſula dummodo aliunde &c. ea tamen tanquam ſuperflua etiam non juſtificata, gratiam non vitiaſſet; quia non minus ad terminos Pianæ Conſtitutionis, de qua ſupra, quam conſequenter ad

ne-

noſtros in reſignatione , quæ fiat per merum
Clericum , hujuſmodi verificatio non expoſci-
22 tur ex rationibus uno ore ponderatis, per *Pa-
riſ. de Reſignat. lib.5. quæſt. 6. n. 178., Kocebier.
ad Regul. Cancell. regul. 34. alias 36. de publ. re-
ſignat. num. 18. verſ. Atque, Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 159. num. 9. & 10.*

Exploſa ex præmiſſis unica , ut diximus , vel
ſaltem potiori difficultate , nimirum de plano
labebantur tres aliæ nimium debiles ſuperfæ-
tantes objectiones , & quidem ruebat prima de-
prompta ex eo , quod Antonius foret filius Me-
dici curantis ipſum Reſignantem in ultima in-
firmitate , unde ex hoc poſſet militare reſpon-
ſum *Papiniani in lib.5. opin. alias in l. Medicus ff.
de var. , & extraordinar. cognit.* præter enim
quamquod hujuſmodi reſponſum infirmativum
contractuum geſtorum inter Medicum, & ægro-
tum , non ita facile poſſet ſubextendi ad filium
ejuſdem Medici , niſi probaretur , quod poſiti-
ve contemplatione Patris fuiſſet erga filium ini-
ta reſignatio,argumento eorum , quæ habentur
23 penes *Bertrand. in leg. hac edictali num.14. Cod.
de ſecund. nupt. Lancellott. Gall. conſ. 18. nu. 50.
& ſeq: Bardellon. conſ. 4. num.32., Praneb. deciſ.
425. num. primo & ſeqq.* cum aliis *in Anconi-
tana Hæreditatis 20. Januarii 1700. ex §. Vehe-
mentius coram Me .*

Adhuc tamen ceſſabat applicatio præcitati
reſponſi , quia de veriori ſententia, ſatisnon eſt,
fuiſſe factam mentionem , aut geſtum alium
contractum favore Medici , quoties ſimultanee
non evincatur , Medicum doloſe ſeſe geſſiſſe in
excruciatione ejus Infirmi pro extorquenda ab
eo aliquam promiſſionem , vel contractum, aut
etiam diſpoſitionem per ultimam voluntatem,
24 ſicuti patet ex verbis ejuſdem Textus, ibi -*Me-
dicus, cui curandos ſuos oculos , qui eis laborabat,
commiſerat , periculum amittendorum eorum per
adverſa medicamenta inferendo compulit, ut ei poſ-
ſeſſiones ſuat &c. æger venderet ;* & communius
annotavere *Gloſſ. ibid. cæterique Scriben., Urceol.
de tranſact. quæſt. 30. num. 7., Card. de Luc. de
Teſtament. diſc. 51. n. 3. & 4., Rot. deciſ. 194. n.
16. & ſeqq. par. 19. recent., deciſ. 358. num.9. co-
ram Emerix Jun. , & in Romana Teſtamenti 7.
Decembris 1699. §. Et quidem coram R.P. D. del
Olmo .*

Certius, ex quo non tractabatur de diſpoſitio-
ne privata , aut clandeſtina , aut etiam facta co-
ram Ordinario , ſed coram Pontifice Maximo ,
ideoque quando etiam ſanctio prędictę legis
profanę trahenda eſſet ad materiam beneficia-
lem , iſta fraus , quæ poſſet ineſſe in actu clam
exercito labefactatur , & ceſſat in reſignatione
admiſſa per Papam , ſicuti in propoſito reſigna-
tionum , quæ fiant coram Ordinario inter con-
ſanguineos , ſive Patrem , & Nepotem , ad dif-
ferentiam illarum , quæ celebrentur coram S.
25 Sede , extat celebris Conſtitutio B. Pii V. *la
LVII.* , de qua plene *Carol. Anton. de Luc. in
addit. ad Ventrigl. prax. for. Eccleſiaſt. tom. 2. tit.
de renunciat. benefic. annotat. 4. §. 1. n. 4.*, *la-
tius , ac erudite R. P. D. Severol. in vot. impreſſ.*
penes *Palmam Nep. allegat. 300. tom. 3. per tot.*

Secunda non minus inanis reducebatur exce-
ptio ſuper omiſſa publicatione literarum reſi-
gnationis ad formam alterius Conſtitutionis
Gregorii XIII. Tum quia per ſententiam Ordi-
26 narii latā ſuper executione earumdem litera-
rum, prçſumendum erat prçceſſiſſe omnem ne-
ceſſariam publicationem . Tum etiam quia non
27 per hoc locus erat collationi factę per ſupradi-
ctum Priorem Divi Stephani in perſonam Joſe-
phi , ſtante oppoſitione manus Papæ reſignatio-
nem admittentis. Tum & demum quia per eam-
28 demmet prætenſam collationem factam a præ-
nominato Priore ſufficiens reſultabat impedi-
mentum ineundę publicationis , ex his , quæ
in ordine ad primam concluſionem reſponde-
runt *Quarant. in ſumm. Bullar. verb. Benefic. reſi-
gnat. public. verſ. Adveniente , Pariſ. de reſign.
lib. 12. quæſt. 6. num.71. Kocebier. ad reg. 34. ad
36. num.20. & ſeq., Rot. in Hiſpalen. Archidia-
conatus 23. Junii 1698. §. Talis coram R. P. D.
meo Muto* ; & quoad ſecundam *Lotter. de re be-
nefic. lib. 3. quæſt.8. num. 128., Rot. deciſ. 96. n.
2. coram Emerix. Senior., deciſ. 385. num. 31. par.
19. recent., & in Aurien. Parochialis 17. Maii
1700. §. Prætermiſſis coram R. P. D. meo Capra-
ra*; & circa tertiam *Card. de Luc. de benefic. diſc.
94. num.9., Marg. eodem Tract. quæſt. 3. ſect. 3.
num. 1167., Rot. deciſ. 1508. num. 7. coram Cc-
cino, deciſ. 252. num.6. par. 8., & deciſ. 260. n.
36. par. 17. recent.*

Denique nimium de facili profligabatur poſt-
rema exceptio deſumpta ex pactionibus exaratis
ſuper expedienda gratia reſignationis ſumpti-
bus & expenſis Reſignatarii , nec non obliga-
tione extinguendi penſionem reſignandam ſub
appretio novem annatarum impoſita eidem Re-
ſignatario , ex quibus inferebatur erumpere ſi-
moniam infringentem ipſam reſignationem ad
29 prænotata per *Innocent. in cap. Cum univerſorum
de rer. permutat., Pariſ. de reſignat. lib. 14. quæſt.
1. num. 21. & ſeqq., Azor. Inſtit. moral. tom. 2.
lib.7. cap. 27. num. 1., Rot. dec. 256. n. 19. & 22.
par. 12. recent.*

Suppoſito etenim , quod hæc pacta in rei ve-
ritate præſeferrent aſſertam ſimoniam , nihilo-
minus hujuſmodi vitio plenarie fuerat occur-
ſum mediante expreſſa prçſervatione beneplaci-
citi Apoſtolici , quæ utique pravitatem animi
30 ſemper excludit , ut ad rem dixit *Kocebier. de
permut. Benefic. par. 3. cap. 3. num. 2. & 3., Bel-
lett. diſquiſ. Cleric. par. 2. §. 36. num. 21., Rot.
deciſ. 1508. num.5., & deciſ. 2131. num.6. coram
Coccino , deciſ. 322. num. 7. coram Card. Celſo ,
deciſ. 538. num. 7. par. 4. tom. 3., deciſ. 256. n.
23. par. 12., & deciſ. 35. num. 7. par. 15. recent.*

Et in omnem caſum cum verſaremur in fieri,
& ſtante intermorientia Reſignantis non fuerint
expeditæ Bullæ reſervatoriæ hujuſmodi penſio-
nis , de qua ſimpliciſſima mentio indicativa fa-

cta fuerat ſolummodo in literis reſignationis, probabile nimis erat, quod in ſequelam expli-
31 citi mandati deſuper confecti *Summario Antonii num.*. De hiſce pariter pactionibus facta fuiſſet literalis expreſſio, quod exuberaſſet, cum interveniente Papæ authoritate vel ſcientia, quælibet ſimoniæ labes excutiatur, teſte *Gloſſ. in cap. Cum pridem verb. illicite de pact., Menoch. conſ. 67. num. 20., Rot. deciſ. 40. num. 5. & deciſ. 1508. numer. 4. coram Cerino*, & alibi ſæpe.

Et ſic ad majorem cauthelam abſtinentibus Dominis a canonizatione rei judicatæ pro executione Literarum, ad limites primi Judicati, reſolutum fuit utraque &c.

REATINA FIDEICOMMISSI.

Ven. 9. Decembris 1701.

ARGUMENTUM.

Dos concurrente præcepto Teſtatoris eſt exolvenda de fructibus fideicommiſſi, & quando ex eiſdem fructibus ſoluta dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Rota ante ſententiam definitivam ſæpe pandit, quid ſentit.*

2 *Idque facit, poſthabita nimia & inutili ſcrupoloſitate ſeu rigore deſumpto a* Text. in l. ubi falſi 22. cod. ad L. Corn. de falſ. *ubi explicatur.*

3 *Hæres hæredis habetur ac ſi foret primus hæres obligati, vel alias debitoris.*

4 *Fideicommiſſum, a quo dos ſubſidiaria extrahitur, ſuccedit in Jura dotatæ, ad bona huic competentia.*

5 *Dos detrahenda eſt in ſubſidium a fideicommiſſo, quando ſcilicet non adſint bona libera.*

6 *Retentio non datur pro credito dotali, quod ex perceptione fructuum remanſit vel extinctum vel ſaltem illiquidum.*

7 *Teſtator ſi jubet, quod ex fructibus fideicommiſſi dos perſolvatur, tenetur hæres obedire præcepto Teſtatoris.*

DECISIO CCXVIII.

Quod in Sacro noſtro ſæpius atque laudabiliter contigit Auditorio, ut libere ac munifice etiam ante ſententiam diffinitivam Rota pandat, quid ſentiat, ſtylum hunc præce-
1 teris commendante *Velaſc. de partit. cap. 9. num. 21., Giurb. deciſ. Sicul. 54. num. 7.* Idque poſthabita nimia & inutili ſcrupoloſitate, ſive ri-
2 gore deſumpto a *Text. in leg. Ubi falſi 22. C. ad leg. Cornel. de falſ.* per quem ſcribentes fortaſſe non diſtinguendo tempora, aut medullam prohibitionis intrinſecæ perfecte deguſtando, facile exiſtimarunt ab animi detecto motu, ſeu, ut dicunt, propalatione, dari poſſe appellationem, vel recuſari Judicem ſuſpectum, ut liquet apud *Jacob. Buttrigar., Angel Cyn. & Bald.*, alioſque in dicta lege collectos *per Caſar. in Specul. peregrinar. quæſt. lib. 1. quæſt. 1. §. 1. ferme per tot. Giurb. dicta deciſ. 54. num. 3.*

Accidit etiam in hac cauſa, ex petentibus enim Laura & Catherina proferri ſententiam, vel, quod idem eſt, deveniri ad ipſius cauſæ expeditionem juxta reſolutionem favorabilem ab eis reportatam ſub die 22. Martii 1700. Domini, qui deſuper fuerant ſuffragati, reputantes negocium, eſſe planum quoad Cardinem, & Maſſam totius controverſiæ, ſolum Carolo & Hieronymo Reis, indulxere noviter audiri ſuper oppoſita retentione Dotis, ex perſona Bibianæ filiæ Joannis Pauli ultimo gravati, abſque eo quod exinde ulla ab hac certa in reliquis animi manifeſtatione fuerit interiecta, aut interponi valuiſſet appellatio, quare iterum ad examen traducta hujuſmodi oppoſitione reſervata, perſtitum nihilominus hodie citra fluctuationem fuit in deciſis.

Motivum perſiſtendi præbuit in ſubſtantia jam tactum & ſufficienter indicatum in ſupradicta deciſione diei 22. Martii proxime præteriti, quoniam cum appareret Bibianam, ex cujus juribus prætendebatur Dos, hæc retineri, contra fidei-commiſſum reſtituendum a Reis, extitiſſe ſaltem hæredem Lutii Patrui, ex actibus plene recenſitis in *Sum. Actricam ſub num.* 10. idem vero Lutius ſolidaliter ſeſe obligaſſet in coſtitutione dotis ejuſdem Bibianæ, in claram promanabat conſequentiam, quod ſupradicti Rei induentes in hac exceptione perſonam Bibianæ tenerentur aſſumere etiam illam Lutii, cum hæres hæredis habeatur, ac ſi foret primus hæres
3 obligati, vel aliàs debitoris, Teſte *Menoch. conſ. 89. num. 129., Ceſal. conſ. 392. num. 37. uſque ad 50., Gratian. diſcept. Forenſ. 266. num. 6. 7. & ſequen., & diſcep. 743. num. 18., Manſ. conſult. 122. num. 43., cum aliis per Rotam deciſ. 227. part. 14. recen.*

Si igitur Rei ſimultanee repræſentabant Lutii coobligati, ſeu expromiſſoris perſonam, non poterant citra beneficium Inventarii, cum intermedia ac ſolemni redditione rationis, agere, vel excipere de hac dote, ad cujus ſolutionem ſeſe Lutius obſtrinxerat, reſiſtente vulgata *leg. quem de evictione*, & fideicommiſſum quippe quoties remanſiſſet extenuatum, a retentione hujus dotis, optime pro ſui reintegratione potuiſſet agere abſque neceſſitate ullius ceſſionis,
4 contra hæredes Lutii, quales erant ipſi Rei, ad tradita per *Carol. Anton. de Luc. in ſpicileg. ſive addit. ad Oleam, de ceſſion. jur. quæſt. 29. n. 4., Card. de Luc. de Dot. diſcurſ. 7. n. 6., diſcurſ. 48. n. 5., diſcurſ. 52. num. 3., diſcurſ. 145. n. 55., & 56., Rota deciſ. 1681. num. 2. & 4. coram Coccin.* cum aliis in idem concedentibus propoſitionibus expoſitis *in præfata deciſione diei 22. Martii, §. Reſpectu demum coram Me.*

Validius, quia ad abundantiam quoque ex alia par.

parte, demonſtrabatur, quod nec in rei veritate locus erat ulli ſubſidiariæ deductioni huius dotis, a fideicommiſſo purificato in ſupramemoratis Actricibus; ex litera quippe ipſiuſmet Inſtrumenti dotalis Bibianæ conuincebatur, quod eadem Bibiana de tempore dotationis detinebat domum quamdam valoris ſc. 1000. penitus extra cauſam fideicommiſſi, utpote ſibi donatam ab altera Bibiana, cum ſimplici reſervatione uſus fructus, ad commodum Pauli eius Patris, necnon idem Paulus primario obligatus dotem Bibianæ filiæ conſtituere ſuffultus erat juribus alterius dotis Septimiæ uxoris ſuæ, quapropter etiam ex hoc capite vanum erat immorari ſuper hac obiecta retentione, adverſus fideicommiſſarios, recalcitrante pariter alia regula ſatis trita, quod nequit tangi, aut exhauriri fideicommiſſum, antequam pro dotibus conſtituendis, quando vel ipſa mulier dotanda, vel primario obligati, detinent bona libera, ex quibus huiuſmodi debitum dotale citra læſionem, aut diminutionem fideicommiſſi, deſumi valet, atque conſtituti, uti plena ſunt volumina, ex collectis, apud
5 *Bellon. Lun. conſ. 83. num. 8., Fuſar. conſ. 117. n. 3., Hodier. contr. 31. n. 38., & n. 56. Rot. dec. 19. n. 2. cor. Peutinger. dec. 293. n. 17. & 18. par. 17. recen., in Romana fideicommiſſi de Urſinis 14. Iunii 1683. §. Hæc ſufficere poterant, & §. Quia obiectum coram cla. mem. Card. Caccia,*

Poſtremo tandem omnem diſcurſum, ac dubitandi rationem abſorbebat perceptio fructuum facta per eoſdemmet reos conuentos, ſaltem ab obitu Bibianæ ſecuto de anno 1697. uſque ad præſens, qui cum coſiſterent in pluribus effectibus, quorum unus videlicet Cymba, ad transfretandum deſtinata, reddebat annuum fructum ſcutorum 160. profecto ſufficiebat, quod in omnem caſum hujuſmodi dotale creditum, ſi non omnino extinctum, redditum foret illiquidum, ne poſſet immiſſio vocatis
6 ad certum fideicommiſſum, retardari, ex adductis *in dicta decisione 22. Martii proxime præteriti §. finali coram Me*, quibus addi poteſt, *Rot. dec. 113. num. 7. coram Durano deciſ. 221. num. 13., & deciſ. 295. num. 12. coram Card. Celſo deciſ. 341. num. 11., & deciſ. 466. n. 8. coram Priolo deciſ. 116. n. 13. par. 8., deciſ. 80. n. 16., & dec. 119. n 8. par. 15., deciſ. 740. num. 9. par. 18. rec., & in Tuſculana Vineæ 15. Januarii 1683. §. final. coram bo. me. Albergato.*

Diximus ſaltem ab obitu Bibianæ, quia probabilius etiam fortaſſe erat, quod tempus perceptionis fructuum eſſet deſumendum ab obitu Pauli Patris Bibianæ, dum enim fideicommitens, enixe vetando alienationem, iniunxerat dotes inſtitutorum, ac ſubſtitutorum diſſolui ex fructibus ejus bonorum, non immerito Bibiana, quę ſucceſſerat in fideicommiſſo de anno 1689. compellebatur obedire præcepto Auctoris ſui fideicomm...entis, pręſertim in exceſſu, ac ſupra indigentiam propriæ Alimoniæ, ut generaliter. præter ad-
7 ductos *in dicta decisione diei 22. Martii §. At quando*, bene firmat *Rot. deciſ. 160. n. 3. & 7. cum ſequen. par. 18. rec.* & deſtinguendo habetur per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 531. ſub n. 162.* cum pluribus late adductis per *Rotam deciſ. 361. num. 7. coram Card. Cerro deciſ. 780. num. 2. coram Emerix Jun. & in Romana primogenituræ de Cæſarinis 11. Decembris 1699. §. Potiſſime coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.*

Atque ita remiſſive in reliquis ad eamdem præteritam deciſionem, a qua ſolum tributa fuerat reviſio quoad hanc Bibianę dotem, reſolutum fuit, utraque &c.

ROMANA FABRICÆ.

Veneris 13. Januarii 1702.

ARGUMEMTUM.

Fuſe examinantur verba *poſſino* e *debbino*, & alia ex Summario relegenda.

SUMMARIUM.

1 *Pretium rei ſi ſit collatum in certæ Perſonæ arbitrium, contractus eſt validus, & tenentur ſuccumbentes illud ſolvere.*
2 *Actor tenetur ſuam exceptionem liquido computare contra inſtrumentalem obligationem.*
3 *Ab uno caſu ad alterum diverſum non eſt inferendum.*
4 *Verbum* debbino *neceſſitatem inducit.*
5 *Verbum* poſſino *præſefert ſignificationem omnino liberam, & facultativam.*
6 *Limita, ſi d. verbum* poſſino *adiectum reperiatur in ultimis voluntatibus, quia tunc neceſſitatem, & coarctationem importat.*
7 *Una pars clara deſervit pro interpretatione alterius minus explicatæ, & ſuboſcuræ.*
8 *A diverſis non fit illatio.*
9 *Nemo præſumitur, æs & operam diffundere, & facto impracticabili & impoſſibili alligare voluiſſe.*
10 *Favor retorqueri non debet in odium.*
11 *Ab exemplis nunquam eſt judicandum.*
12 *Modus diverſus contrahendi diverſam denotat intentionem contrahentium.*
13 *Mos & conſuetudo Regionis non parum opitulatur interpretationi contractuum ambiguorum.*
14 *In contractibus conductionis nequit certa norma præfigi, cum totum proveniat a voluntate pactionis Patris fam. locatoris, vel conductoris.*
15 *Tractatus nihil affert ad arguendam concluſionem, & ſtabilimentum.*
16 *Verba dubia ſunt interpretanda contra eum, qui in illis ſe fundat.*

DECISIO CCXIX.

AD elidendam executionem Mandati, quod Tamantius, & Boſſius Fabri Murarii fuerant conſecuti in Tribunali A. C. in ſumma ſc. 1549.76. pro totidem laboreriis in elevatione cujuſdam Domus impenſis, Fratres de Pelliccia debitores quamdam conventam dilationem objectabant, & ad ejus uberiorem verificationem in hodierna audientia nonnullos quoque exhibuerunt articulos; Aſt Domini, ut moris eſt, ſeorſim, ac ſub diſcreta dubitatione, Actorum Jura, reorumque ſimul objecta allibrantes, præponderare Lancem contrectavere pro Actoribus, ideoque non omnino denegantes admiſſionem Articulorum, ut in altera Deciſione hujus diei, retardari tamen non poſſe, exiſtimarunt, Mandatum A. C. cujus validitatem & juſtitiam ſub aſſueta ſuſpenſiva clauſula: *Si quid exequendum*, Signatura Juſtitiæ mihi proponendam delegaverat.

Mediante ſiquidem publico Inſtrumento oſtendebant Actores, quod memorati Fratres expreſſe pepigerant, quod, perfecta conſtructione Domus, quicquid Leonardus fabricę Architectus diiudicaſſet, foret reputandum pro vero pretio, atque mercede conventi laboris, cęmentorumque; quamobrem cum idem Leonardus, ſerio præcognitis, & abſque ulla interpoſita appellatione extimatis prętatis operibus ac laboreriis retuliſſet, valorem aſcendere ad ſc. 1962. & ex parte fratrum reorum minime doceretur de ſubſecuta ſatisfactione pro enunciata quantitate ſcut. 1549. 76. in apertam deſcendebat conſequentiam, quod ipſi Fratres juſte ſubiverint condemnationem ſuper importantia ejuſdem reſidui, ita ſuggerente Juſtitia, quando quis ſeſe obligavit ſolvere pretium ſive quan-
1 titatem ab alio declarandam, per *Text. in leg. final. Cod. de contrahen. emption.* de quo *in tract. de commerc. & mercatur. diſcurſ.* 30. *num.* 39., *Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 70. *num.* 2. *lib.* 2., *Fontanell. de pact. nuptialib. clauſ.* 5. *gloſſ.* 9. *num.* 10. *& ſeq.*, *Modern. Manſ. conſult.* 164. *num.* 8., *Palma Nep. allegat.* 201. *num.* 2. 3. *&* 4., *Mell. allegat.* 99. *num.* 23. *lib.* 2., *Adden. ad Buratt. deciſ.* 898. *n.* 10. *&* 11., *Rot. dec.* 17. *n.* 1. *poſt Urceol. de tranſact.*

Neque fomentum aliquod habere noſcebatur in oppoſitum memorata exceptio, ſive objectatio, quod hujuſmodi ſumma liquidanda per Leonardum foret ſolvenda dumtaxat poſt quadriennium a die perfecti operis, & retardatæ ſolutionis; deguſtato etenim toto Inſtrumento conventionis nullibi legebatur hujuſmodi pactum, & tamen pręfati Fratres, utpote hoc ſolum opponentes, adverſus obligationem Inſtrumentalem arctabantur id liquido comprobare tanquam ef-
2 fecti Actores in hac ipſa exceptione, per *Text. in leg.* 1. *ubi late, Bartol. ff. de exception.*, *Altograd. Sen. conſ.* 60. *num.* 37. *&* 38. *lib.* 1., *Palma Nep. inter deciſ. ab ipſo collect. tom.* 2. *deciſ.* 179. *num.* 35., *Rot. deciſ.* 25. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 7. *recen.*, *& deciſ.* 366. *num.* 4. 5. *&* 6. *coram Bichio*, *deciſ.* 195. *num.* 5. *& deciſ.* 279. *num* 2. *coram ſan. mem. Gregorio XV.*, *& deciſ.* 333. *num.* 3. *coram Cardinali Cerro.*

Et ſane omnis dilatio, omniſque pactio concernens prætenſam protractionem ad tempus quadriennii, reſpiciebat diſtinctiſſimum caſum, quive nullatenus evenerat, videlicet, quod ubi moroſi extitiſſent iidem de Pelliccia, liceret Fabris Murariis creditoribus ſumere pecunias pro eorum reintegratione ac ſatisfactione ad Cambium ſub certis legibus, ac conditionibus, & ſignanter, quod interim perſolutis fructibus hujuſmodi Cambium quoad ſortem exolvendum eſſet, & extinguendum mirutatim pro rata ſc. 50. *nel fine del quarto anno da computarſi dal giorno, che sarà da eſſi Signori Pelliccia conſegnata la miſura come ſopra.* Ac propterea cum creditores, poſthabita via in ſe aſperiori deſumendi pecunias ad Cambium, elegerint illam effectivæ ſatiſfactionis, non erat ratio, propter quam dilatio concordata in illo caſu trahi deberet ad alte-
3 rum, præcipue adverſus liquidum, & indubitum creditorem, quemadmodum habetur ex traditis per *Felin. in extravag. inter cæteras ſub num.* 4. *de reſcript.*, *Contr. diſcept. forenſ. cauſ.* 42. *n.* 1. *&* 2., *Palma Nep. allegat.* 258. *num.* 31., *Sperell. deciſ.* 40. *num.* 28., *Palma Nep. inter ſuas collect. tom.* 3. *deciſ.* 279. *n.* 2., *Rot. deciſ.* 140. *n.* 7. *coram ſa. me. Innocentio X.*, *& deciſ.* 368. *num.* 5. *coram Emerix Jun.*, *& in Romana Legati* 10. *Decembris* 1694. §. 1. *coram R. P. meo Scotto.*

Inficiari nequibant rei hanc veritatem in abſtracto, ſed in concreto conabantur demonſtrare, quod acceptio pecuniarum ad Cambium non remanebat in mera optione, ſed in præciſa reſidebat obligatione creditorum; verum iſte diſcurſus nulla ſolidabatur verificatione ſuppoſiti, quia verba inſtrumenti poſt nonnulla capitula ferientia ſolutiones faciendas ante perfectionem operis, & declarationem Periti, ſic a parte poſt expreſſe cantabant, *Che detti Capomaſtri, conſegnata che averanno la miſura a detti Signori Pellicia, quando li medeſimi non approntino il denaro, e lo paghino a detti Capomaſtri per tutta quella ſomma, che a cauſa di detta fabbrica e lavoro eſſi anderanno creditori di detti Signori Pelliccia, poſſino li medeſimi Muratori cercare, e trovare il denaro, che avanzaranno da altri con crearne un Cambio &c.* ideoque cum ea pars
4 in effectu alternativa cambium concernens, regeretur ab illo verbo *poſſino* improprium nimis reddebatur, quod idem verbum naturaliter contrarium verbo *debbino*, quod neceſſitatem inducit, ut notant *Gloſ. in cap. attendentes verb. debeat de ſtat. Monachor.*, *Ridolphin. allegat.* 67. *num.* 3., *Manſ. conſult.* 40. *num.* 36., *Rot. deciſ.* 415. *num.* 18. *cum ſeqq.*, *& deciſ.* 783. *num.* 11. *coram Cardinali Cerro*, *deciſ.* 210. *num.* 11. *par.* 14. *recentior.* exuere poſſet ſuam naturalem

5 ſi-

5 ſignificationem omnino liberam & facultati-
vam, ſicuti monuerunt *Modern. Aſcalan. ad ſtat.
Vrbis annot. 57. num. 74. & ſeq., Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 2. præſ. 18. num. 26., Manſ. conſult.
285. num. 16., Surd. conſ. 98. per tot., Cyriac.
contr. 207. num. 16. & ſeq., Aretin. conſ. 102.
num. 1. & ſeqq., Rot. Lucen. inter collect. per Pal-
ma Nep. decis. 29. num. 13. tom. 3., deciſ. 329.
ſub num. 1. par. 2. recentior., deciſ. 85. num. 7.
coram Ludoviſio, deciſ. 46. n. 5. & deciſ. 295. n. 14.
cor. Peutingerio, & deciſ. 159. n. 11. poſt Modern.
Aſculan. ad Stat. Vrbis*.

Vixque conſimile verbum *poſsino*, in ultimis
voluntatibus, in quibus verba deprecativa, vel
quomodolibet indicativa voluntatis ipſius teſtan-
tis hoc ſibi uſurpavere privilegium, ut quan-
doque deflectant in forenſem coharctationem
6 & neceſſitatem, talem operari valet intellectum
*leg. omne verbum Cod. de legat., Peregrin. de Fi-
deicom. art. 1. n. 46. Bartii de ſucceſſ. lib. 8. tit. 1.
ſub num. 1., Rot. dec. 640. num. 16. par. 1. di-
verſ., deciſ. 320. num. 4. & 5. par. 13. & de-
ciſ. 139. num. 10. par. 15. rec., & deciſ. 992.
num. 10. coram Emerix Iun.*, & ita diſtinguendo
inter verbum *poſsino* adjectum in contractibus, &
appoſitum in ultimis voluntatibus animadverte-
runt *Peregrin. de Fideicom. art. 10. num. 9. &
10. & ſeqq., Surd. conſ. 375. ſub num. 6. verſ. Id-
que procedit, Gratian. diſcept. 630. num. 9. &
ſeq.*, late *Carol. Ant. de Luc. ad eumd. d. cap. 630. per
tot., & ſignanter num. 6. verſic. verbum Poſſint, Cy-
riac. contr. 540. num. 16. & 17., Caſtill. quotid.
contr. lib. 5. vol. 6. cap. 114. ex num. 30. cum ſeqq.
& num. 39., Modern. Manſ. conſult. 285. ex num.
16. & 17. Marcian. conſ. 2. num. 108. tom. 2.*

Reſiſtente igitur litera Inſtrumenti parum
refragatur, quæ fieri poterat, ponderatio, nem-
pe, quod cum ex præmiſſis literaliter appare-
ret, conventam extitiſſe dilationem quadrien-
nalem paciſcendam cum Mutuatario, ſeu Cam-
biatore extraneo, multo libentius, ex eodem
objecto introſpectæ intentionis, veriſimile fo-
ret, quod eamdem dilationem reportare ſtu-
duerint, ac voluerint debitores ab ipſo princi-
pali Creditore; cum una pars clara deſerviat
pro interpretratione alterius minus explicatæ,
magiſve ſuboſcuræ, ex ad rem perpenſis per
7 *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 2. tit.
primo num. 2. tom. 1., Altograd. Iun. controv. 37.
num. 26., Purpurat. conſ. 473. num. 20., Surd.
conſ. 78. num. 18. lib. 2. Riminald. Iun. conſ. 282.
num. 11., Manſ. conſult. 98. num. 13., Rota de-
ciſ. 85. num. 19. coram ſan. mem. Greg. XV.*

Hujuſmodi quippe ratio, ſive purum ratio-
cinium, utpote non veſtitum ulla authoritate
vel exemplo jurium & Doctorum, ad occiden-
dam literam præfati Inſtrumenti executivi in
nihilo penitus operabatur, & maxime per ſu-
perabundantiam intercedente diverſitate caſus,
ipſiuſque rationis, ex quo tertius Mutuatarius
ſeu Cambiator frui debebat correſpectivo re-
ſtauro fructuum ad menſuram ſcutorum 3: 50:
pro centenario, quo utique non gaudebant Fa-
brimurarii creditores; proindeque, ſtante adeo
manifeſto diſcrimine, nullam eliici poſſe illatio-
8 nem, paſſim habetur per Text. *in l. Papinianus ff.
de minorib. cum reliquis apud Gratian. diſcept. fo-
renſ. 839. num. 20., in tract. de Commerc. &
Mercatur. diſc. 60. num. 63., Cenſal. deciſ. Lu-
cen. 11. num. 80., Rot. deciſ. 238. num. 10. co-
ram Roxas, deciſ. 184. num. 11. coram Carillo,
deciſ. 142. n. 29. par. 10., & deciſ. 206. n. 13.
par. 11. recent., & in Viterbien. fideicommiſſi 24.
Ianuarii 1685. §. Multoque minus coram bo. me.
Urſino*.

Addito, quod in caſu Cambii, cum tertio
contrahendi, conventę emicabant conditiones
& leges adeo acerbæ reſpectu Cambiatoris
circa minutatas ac dilatas ſolutiones, ut nec
de facto conſimilis pecuniarum datio reperiri
poſſet, ſecundum teſtificata Proxenetarum,
Summ. Actorum num. 3. Proindeque eo mi-
nus reputari valebat, quod ſine ullo, ut præ-
miſimus, minimo intereſſe & reſtauro inten-
derint Fabrimurarii proprium ęs, operamque
diffundere, ſeſeque dilationi, ac facto mora-
9 liter impracticabili & impoſſibili alligare
*Brun. in tract. de ſtat. fœmin. exclus. art. 5.
num. 10. & 11., Ab. conſ. 97. num. 2. in fin.
verſ. Ergo eſt. Cravett. conſ. 595. num. 13.,
Riminald. Iun. conſ. 620. n. 54. & 55., Alto-
grad. Sen. conſ. 5. num. 18. lib. 1., Modern.
Lucen. conſult. 398. n. 18., Rota in Romana,
ſeu Neapolitana Pecuniaria 2. Decembris proxime
præteriti §. Conſonat coram R. P. D. meo Scotto*.

Quin imo ex hoc ipſo ſecutum evidentiſſi-
me foret, quod, data nimium palpabili im-
practicabilitate, illa facultas ſumendi pecunias
ad Cambium, quę aliàs importabat promptam
reimburſationem creditorum, & idcirco etiam
aliàs refulgebat appoſita ad eorum favorem,
verſa fuiſſet in illorum odium, utpote reſtan-
tium ſine ſatisfactione, ſine operibus, & cæ-
10 mentis, & denique ſine fructu, contra regulam
Text. *in leg. quod favore Cod. de legib, Rocc.
diſput. Jur. Selectar. cap. 116. num. 21., &
cap. 190. num. 45., Bon le.s. colluct. legal. 3.
num. 73., Rot. deciſ. 326. num. 14. cor. Celſo,
dec. 111. num. 7., deciſ. 180. num. 4. coram
Emerix Jun., deciſ. 482. num. 4. par. 17., &
deciſ. 343. num. 10. par. 19. rec.*

Minuſque pariter officiebant exempla alio-
rum Opificum, necnon quædam atteſtationes
extrajudiciales exhibitæ pro parte prædictorum
Fratrum de Pelliccia; quatenus ſiquidem per-
tinebat ad exempla, in illis quidquam non con-
tinebatur circa Cambium, ſive facultatem
ſuſcipiendi pecunias ad Cambium, ſed tantum-
modo liquebat, quod cum Fabrolignario &
Lapidicida, contextualiter ſive ſimultanee ad-
ſcitis, pro perficienda constructione e uſdem
Domus tractata ac promiſſa foret quædam
dilatio, vel honeſta, vel ad ſenſum Periti, &
Architecti *Summ. Reorum num. 6. & 7.*, qua-
pro-

propter ad ſummum prætendi quoque poterat
aliqualis etiam in hoc caſu ſubintellecta hone-
11 ſta dilatio, illaque nec defuit in ſubſtantia,
ex quo Fabrimurarii non ſtatim, ac levato velo
reos urgere cœperunt, ſed poſt lapſum plurium
menſium, quando de reliquo nil magis tri-
tum eſt in jure, quam quod ab exemplis nuſ-
quam ſit judicandum, *Mant. conſult.* 88. *n.* 17., *Card. de Luca de Præmin. diſc.* 13. *num.* 23., *Rota coram Ottobono deciſ.* 160. *num.* 8., *Vbald. deciſ.* 306. *num.*9., *Dunozett. Jun. deciſ.*944. *num* 23., *& in recent. deciſ.* 58. *n.* 15. *par.* 19. *rec.* & alibi paſſim.

Potiſſime quia potius eadem exempla diametraliter retorquebantur, quoniam hujuſmodi honeſta, & ceteroquin minime præfinita dilatio poſitive legatur adjecta in Inſtrumento, & Capitulationibus initis cum iiſdem Lapicida, & Fabrolignario; quare neſciebatur, cum nec ullum verbum de ulla dilatione indicatum fuerit in hujuſmodi altero Inſtrumento, ac Capitulationibus, exaratis cum Fabriſmurariis; iſte etenim modus penitus diverſus
diverſam, ac pariter diſcretam facilius inſpi-
12 rabat, ac denotabat intentionem contrahen-
tium juxta vulgatam regulam, de qua *Text. in cap. inter incorporalia de tranſact.*, *& in leg. unic. §. Sin autem ad deficientias Cod. de caduc. tollen.*, *Surd. conſ.* 426. *num.* 18. *lib.* 3., *Manſ. conſult.* 661. *n.*4. *&* 5. *Palma Nep. alleg.* 121. *num.* 12., *allegat.* 137. *n.*6., *& allegat.* 138. *n.* 39., *Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Manzolis* 22. *Junii* 1699. §. *Poſtremo in fine coram Me.*

Dubius feriebant reliqua exempla magis generalia, quod ſæpius in Urbe conſueverit paciſci cum Fabriſmurariis, ut hi eorum ſumptibus & cura Fabricas perficiant, poſteaque paulatim reintegrentur cum penſionibus ab elevato ædificio retrahendis; unde nec pariter dici meretur incongruum, quod non abſimilis
dilatio conventa fuerit in præſenti elevatione
13 maxime quia mos & conſuetudo Regionis non
parum opitulatur interpetrationi contractuum
ambiguorum, juxta notata penes *Mantic. de tacit. libr.*3. *tit.*9. *num.*10., *& lib.*12. *tit.*33. *n.*26., *Manſ. conſult.*127. *n.*33., *Conciol. alleg.*1. *n.*58., *Magon. dec. Lucen.*7. *num.*21., *Surd. dec. Mantuan.* 223. *num.*11., *Borell. in Summ. dec. tit.*14. *num.*93., *Rot. dec.*31. *num.*7., *poſt Zacch. de ſalar. & merced.*

Quoniam in primis, & hæc exempla varias involvebant circumſtantias, & præcipue cujuſdam ſpeciei fructuum recompenſativorum durante tempore ſatisfactionis ex penſionibus obtinendæ, ut in illa *Romana Fabricæ* 4. *Julii* 1696. *coram bo.me. Vrſino*; Et in omnem caſum, (in nihilo ſemper adjuvante, imo reſiſtente litera Inſtrumenti executivi) nequibat in hiſce contractibus conductionis certa norma præfigi, cum totum proveniat a voluntate pactionis pa-
tris familias locatoris, vel conductoris, ſecun-
14 dum celebre Teſtimonium Divini Redempto-
ris apud Matthæum: *pacto conveniſti mecum &c.* & bene in propoſito noſtro ponderarunt *Maſcard. de probat. concluſ.*468. *num.* 21., *Pacion. de locat. & conduct. cap.*23. *num.*129. *& ſeqq.*, *Purpurat. conſ.*598. *num.*3. *& ſeqq.*, *Rot. dec.*37. *n.*1. *coram Emerix Sen. dec.*208. *num.*5. *poſt ſecund. volum. conſ. Farinacc. dec.*20. *num.*19. *coram Priolo*, *& in Romana*, *ſeu Albanen. Vinearum* 4. *Februarii* 1675. §. *Quia animadverterunt cor. bo: me: Bourlemont.*

Denique circa teſtes, inter quos adducebatur etiam Architectus, & alius cooperarius, incontinenti Domini dignoverunt, pedem in præſenti ſigi non poſſe ſuper eorum extrajudicialibus atteſtationibus, potiſſime dum neque in ſubſtantia quicquam concludebant, ſeſe retinen-
tes in puro veſtibulo nudi tractatus, qui nihil in-
15 fert quoad punctum concluſionis, ac ſtabili-
menti ex congeſtis *per Rot. dec.*26. *n.*12. *par.*3., *dec.*267. *num.*2., *& dec.*317. *num.*31. *part.*18. *rec.* cum aliis relatis *in dec.*195. *num.*2. *cor. Emerix Jun.* *& in Bononien. Sportularum ſuper Poſitionibus* 22. *Martii* 1694. §. *Penultim. cor. Reverendiſs. D. meo Decano.*

Eoque fortius, quia ex deductis in altera contemporanea Deciſione hujus diei vix articuli ad normam dicti hujuſmodi teſtium extrajudicialium Dominorum oculis exhibiti valuerunt admitti abſque retardatione proceſſus, & mandati executivi, quando de cætero debebant, rei loco, immittendi futuræ & admodum incertæ probationi depoſitionis teſtium ad formale examen ſubiciendorum apertius ſibi legem dicere in Inſtrumento, de cetero in reliquis eius par-
tibus undequaque circumſpecto, ac ſtudioſe ex-
16 harata ad mentem Juriſconſulti in *leg. ſtipulatio iſta* 38. §. *In ſtipulationibus ff. de verb. obligat.*, *Alex. conſil.* 113. *num.*5. *lib.*2., *Ruin. conſ.*118. *num.*2. *lib.*3., *Cyriac. controv.*85. *num.*9. *&* 10., *Venturin. conſ.*13. *num.*60. *lib.*1., *Cravett. conſ.* 619. *num.*15., *Landerc. conſ.*9. *ant. n.*4., *Æmilian. conſ.*25. *num.*4., *Cirocch. diſcept.* 62. *n.*49. *tom.*1., *Surd. dec. Mant.*322. *num.*63., *Rot. dec.* 213. *num.*10. *tom.*1. *cor. Vbald.*

Et ita &c. utraque &c.

ROMANA FABRICÆ SUPER ARTICULIS.

Ven. 13. *Januarii* 1702.

ARGUMENTUM.

Admiſſio articulorum an, & quo caſu contra publicum inſtrumentum admitti poſſit, late tractatur; Et quando d. Articulorum admiſſio fieri debeat cum clauſulis *abſque retardatione*, aliiſque ſimilibus, & quid de ſtylo Tribunalium in hac materia.

SUMMARIUM.

1 *Examen Teſtium non admittitur contra publica in-*

Digitized by Google

inſtrumenta, ne illorum fides miniſterio privatarum perſonarum vacillare contingae.

2 *Limita, ſi agatur de materia prophana, & aliquis datur ſumus materiæ articuli, tunc enim articuli ſunt recipiendi.*

3 *Declara limitationem, dummodo directe non agatur de tollenda fide inſtrumento, & de arguenda tanquam falſa Perſona Notarii.*

4 *Licet etiam in hoc caſu concurrentibus urgentiſſimis circumſtantiis non denegetur admiſſio articulorum.*

5 *Dicta tamen admiſſio articulorum fieri ſolet cum clauſula* abſque retardatione, *ſi agatur de judicio executivo, & fuit alterius expeditum mandatum.*

6 *Quod quotidie practicatur n Supremis Tribunalibus Urbis.*

DECISIO CCXX.

NON modice forſan diffidentes Fratres de Pellicica de exitu capeſſendæ reſolutionis ſuper altero puncto, ſive dubiq executionis mandati contra eos ab A. C. relaxati, invocavere adjutorium admiſſionis Articulorum, qui toti tendebant ad comprobandum ſolvendi modum Tamantio & Boſſio Fabricatoribus, reſpective illorum Creditoribus, ſcut. 1549. & 76. utpote non expreſſum, & congrue declaratum in Inſtrumento initæ conventionis, unde Domini, qui præambule cenſuerant mandatum A. C. eſſe exequendum, annuerunt quidem admiſſioni iſtorum Articulorum, ſed inſimul illam temperarunt cum clauſula præſervativa Judicii executivi, videlicet *abſque retardatione*.

Prima pars hujuſcemodi reſcripti penes aliquem ex Dominis non levem ſecum ferebat exhitationem, videbatur enim contra futuras aſſertiones Teſtium examinandorum ſtare præſidium, & vim publici Inſtrumenti, adverſus quod regulariter non admittuntur examina ſimplicium Teſtium, ne publica Inſtrumentalis fides miniſterio privatarum perſonarum vacillare contingat, ſicuti teſtatur *Rot. deciſ.* 135. *n.*
1 3. *par.* 4. *deciſ.* 306. *n.* 4. *par.* 8. *recent., deciſ.* 672. *num.* 3., & *deciſ.* 834. *n.* 7. *coram Ubaldo, deciſ.* 69. *num.* 9. *coram Arguelles, deciſ.* 38. *n.* 10. *coram Card. Celſo, deciſ.* 89. *num.* 4., & *deciſ.* 90. *num.* 4. *coram Card. Cerro, & deciſ.* 521. *num.* 4. *coram Emerix. Jun.*

Vicit tamen benignior ſententia reputans, quod cum ageretur de materia prophana, & aliquis etiam fumus ejuſdem materiæ articulatæ appareret ex objectis, & reſponſionibus attributis in Deciſione ſuper negotio principali: Regula proinde extaret pro receptione eorumdem Articulorum, quemadmodum pluries, & paſ-
2 ſim liquet ex *deciſ.* 934. *num.* 1. *coram. Cerro, in Cæſenaten. Dotis ſuper Remiſſoria* 8. *Maii* 1695. *§. Quibus non adverſatur, coram R. P. D. meo Scotto, in Burgen. Panis ſuper Remiſſoria* 2. *Julii* 1700. *§. Articulis coram R. P. D. meo Lancetta, & in Romana Dotis ſuper Articulis* 2. *Julii* 1700. *in princ. coram Me*, & alibi millies.

Rigor autem exoriens ab efficacia publici Inſtrumenti, contra quod, ut diximus, non licet admittere conſimiles Articulos, ſufficienter modificari videbatur, ex quo inter eoſdem Teſtes numerabatur unus, qui fuerat mediator, & Teſtis Inſtrumentarius; quapropter, ſuperaccedente etiam altero adſtante ipſi ſtipulationi, negari non poterat, quin fortaſſe ſuo loco & tempore per eos dilucidari potuiſſent in melius verba Inſtrumenti, quicquid dicendum foret, quoties directe tractaretur de tollenda fide ipſi Inſtrumento, & conſequenter de arguenda tanquam falſa publica perſona Notarii ſecundum
3 animadverſa per *Alexan. conſ.* 75. *num.* 14. *lib.* 5., *Sim. de Pret. conſ.* 67. *num.* 12., *Caſtill. controv. par.* 4. *cap.* 19. *num.* 46., *Rot deciſ.* 57. *num.* 16. & 17. *coram Peutingerio, & deciſ.* 105. *num.* 9. *par.* 14. *rec. in Romana Cambiorum* 27. *Februarii* 1693. *§. Tanto magis coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano, & in ejus confirmatoria* 15. *Martii* 1694. *§. Nec adduci coram eodem*, quamvis ex valde perurgentibus circumſtantiis etiam in hoc poſtremo caſu quandoque non denegetur admiſſio Articulorum, & Teſtium, prout examinando quæſtionem late videre eſt
4 *penes Conciol. alleg.* 89. *num.* 12. *Caſtald. conſult.* 263. *num.* 7. cum pluribus ab eis adductis, *Rot. in deciſ.* 251. *num.* 2. *par.* 1. *recent., deciſ.* 57. *n.* 17. & 18. *coram Peutingerio, deciſ.* 174. *num.* 17. *par.* 13. *recent., & deciſ.* 697. *num.* 9. *par.* 18. *recent., & in dicta Romana Cambiorum* 15. *Martii* 1694. *d. §. Nec adduci coram Reverendiſſ. D. meo Decano.*

Circa vero ſecundam partem refrenativam ſub enunciata clauſula *abſque retardatione* viſum fuit, hoc eſſe de natura præſentis Judicii, quod tanquam ſapiens quodammodo ſatisfactionem mercedis pro operariis, & roboratum clauſulis, & conventionibus executivis, ac denique vallatum etiam ex ſubſequente Judicis mandato pariter executivo, non videbatur tolerare poſſe ullam ſuſpenſionem, quam de reliquo præſeferret ſimplex admiſſio Articulorum, ex addu-
5 ctis per *Marcheſan. de commiſſ. appellat. in poſſeſſ.* §. 2. *num.* 14., *Card. de Luc. de Judic. diſc.* 31. *num.* 17., *Ubert. de citat. cap.* 13. *num.* 405., *Rot. deciſ.* 294. *num.* 4. *coram Card. Seraphino*, & latiſſime obſervatum fuit cum plurium diſtinctione caſuum *in Romana Dotis ſuper Articulis* 2. *Julii* 1700. *§. Hoc ſolum cum ſeq. coram Me.*

Et quod a Magnis Tribunalibus, & præſertim in Sacro noſtro Auditorio quotidie ſub hac circumſpectione, & diſcretione practicatur, ſimilitudinarium recipit fomentum a contermina praxi illorum Magiſtratuum, & Tribunalium, qui a Principe Supremo deputantur pro concedendis, denegandiſve Cauſarum reviſionibus, ſive novis Commiſſionibus; nam quando aſpectus Cauſæ, illiuſque natura, aut privi-

le-

legium ex una parte non patitur appellationem, & ex altera fundamenta allata per ſuccumbentem non videntur totaliter & ſine ulla ulteriori ſpe ſuffocanda, conceditur utique reviſio, ſive nova commiſſio, ſed alligata cum reſcripto & clauſulis interim præſervativis executionis, manente ſolo refugio in altero Judicio, quod nuncupant devolutivum, uti ſunt familiaria reſcripta Signaturæ Juſtitiæ, ac etiam Gratiæ, ad opportunitatem meritorum, & telæ inſimul
6 judiciariæ, reſpondentis: *Sine præjudicio legitimæ executionis*, vel *mandati de manutenendo*, vel *rei judicatæ*, ſive *non retardata ſolutione &c.* cum ſimilibus fuſe expenſis per *Barboſ. tractat. var. clauſul. 157. 159. 160. 161. & 162. paſſim in omnibus*, *Rot. deciſ. 664. n. 5.*, *& deciſ. 1080. n. 3. coram Emerix Jun.*, & plenius *in dicta Romana Dotis ſuper Articulis 2. Julii 1700 §. Quoties autem, coram Me*.

Et ita &c. utraque &c.

PARMEN. BENEFICII.

Lunæ 16. Januarii 1702.

ARGUMENTUM.

Beneficium an & quando dicatur Eccleſiaſticum ſeu Laicale, & quando reſervationibus Apoſtolicis ſit ſubjectum. In hac quæſtione, inſpicienda eſt voluntas Fundatoris, quæ plurimum meretur attendi. Fundator, licet poſt defectum laicorum, quos primo vocaverat, voluerit, ut ad Eccleſiaſticos tranſiret Juſpatronatus, non tamen illud induit naturam Eccleſiaſticam, ſi obſtet contraria Fundatoris voluntas nimis anxia pro perpetua ſęcularitate Beneficii, & pro omnimoda exemptione Apoſtolicis reſervationibus.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium præſumitur Eccleſiaſticum, ſi illius Fundator fuerit Sacerdos & Canonicus, & de redditibus Canonicatus illud fuerit erectum.*

2 *Bona Eccleſiaſtica vocantur Chriſti Domini Hæreditas, & patrimonium.*

3 *Beneficium reputatur Eccleſiaſticum, ſi tale illud Fundator nominavit, vel ſignum Eccleſiaſticitatis adiecit.*

4 *Beneficium non præſumitur Eccleſiaſticum, ſi Fundator ultra redditus Eccleſiaſticos poſſidebat alia bona propria prophana, ex quibus cenſendum potius eſt erectum fuiſſe Beneficium.*

5 *Fundator reſervat Juſpatronatus pro hærede prophano, valida oritur præſumptio, quod fundatio facta ſit de bonis prophanis, & tunc non dicitur Eccleſiaſticum.*

6 *Clericus inter vivos ad ſui libitum diſponere valet de fructibus Eccleſiaſticis, ſecus in Fundatione teſtamentaria, in locis tamen in quibus vigent inteſtabilitas, & ſpolia Clericorum.*

7 *Inter beneficium Eccleſiaſticum, & legatum pium maxima intercedit differentia.*

8 *Præſumptio Juris ſtat pro omnimoda Beneficii ſęcularitate.*

9 *Declaratio in actu ſerio & proportionato emiſſa omnem tollit ambigendi cauſam.*

10 *Juſpatronatus licet ab initio fuerit reſervatum favore Laicorum, ſi poſtea legatur ſubſtitutus Locus Pius, in d. ſubſtituto mutat naturam, & de laicali efficitur Eccleſiaſticum.*

11 *Declara, id procedere, quoties Juſpatronatus tranſit in perſonas Eccleſiaſticas jure ſucceſſionis, quia ſicuti tunc coarctatio quadrimeſtris ad præſentandum ampliatur ad ſex Menſes, ita Patronus Eccleſiaſticus ſubmitti debet Legibus, & reſervationibus Eccleſiaſticis.*

12 *Limita, ſi in contrarium adſit voluntas, & mens Fundatoris, eo etenim caſu Juſpatronatus in ſua primeva laicalitate perſeverat, etiamſi præexiſtat penes Perſonam Eccleſiaſticam.*

13 *Maxime ſi agatur de Beneficio erecto a Patrimonio ſæculari, & prophano,*

14 *Reſervationes in Jure reputantur odioſæ, &, quatenus fieri valeat, effugiendæ.*

15 *Teſtator noluiſſe præſumitur ſubaiti illi Juri, a quo tam aperte etiam contra ſe deviarat.*

16 *Fundator Beneficii poteſt in fundatione quaslibet conditiones apponere.*

17 *Materia fideicommiſſaria penitus fraternizat cum illa Juriſpatronatus.*

18 *Ordo gradualis a teſtatore volitus excludit quemcumque juridicum ſubingreſſum cujuslibet alterius Perſonæ, quod explicatur ſub nomine vulgaris anomalæ, ſeu vulgaris.*

19 *Dictio* omnino *præſefert enixam intentionem volitam in omni caſu a Teſtatore, quam præſeferret dictio* ſemper.

20 *Doctrina punctualis non infimi Doctoris, etſi caſualis, pro Lege tamen habenda eſt.*

21 *Pontifex adeo alienus eſt a violanda intentione Fundatorum, ut vacante aliquo Beneficio affecto S. Sedi, & qualificato, derogare non ſoleat qualitatibus ipſi Beneficio præſcriptis.*

22 *Jura patronatus Eccleſiaſtica, & alia quæcumque Beneficia, quoties admiſta reperiantur cum Laicis, non ſubiiciuntur Regulis Cancellariæ.*

23 *Obſervantia omnem perimit difficultatem, atque amaritudinem.*

DECISIO CCXXI.

SUper qualitate Beneficii per olim Maurellum de Benedictis erecti in Eccleſia Parmen. uſque de anno 1350. non levis exarſit contentio *coram R. P. D. meo Scotto* inter Franciſcum, ac Petrum, prætendente primo hujuſmodi Beneficium hodie fore cenſendum Eccleſiaſticum, & conſequenter, ſtante noviſſima vacatione ſubſecuta de menſe Octobris, innegabiliter ſubjacere reſervationi contentæ in regula ix. aliàs viii. Cancellariæ: E converſo autem acriter ſubſtinente ſecundo prorſus oppoſitam qualitatem laicalem, ter proinde exagitata pugna, etſi in prima colluctatione vicerit Franci-

ciſcus, attamen in binis ſubſequentibus e Pale-
ſtra triumphator Petrus aſcendit; ſed ab hoc Ju-
dicato, ſeu definitione victoriæ, provocante
Franciſco, irriti rurſus manſere labores, &
conatus ex illius parte commiſſi; Nam pro ejuſ-
dem præcedentis Judicati, ſive Sententiæ Ro-
talis confirmatione hodie coram Me prodiit
oraculum.

Irritus ſane remanſit prior conatus, pro aſſe-
renda Eccleſiaſtica qualitate reaſſumptus, ex
quo Fundator extitit Sacerdos, & Canoni-
cali prærogativa ſuffultus; quapropter citra
aliam juſtificationem, præſumere oporteret,
Beneficium extitiſſe de ejus redditibus Ec-
cleſiaſticis erectum; ideoque etiam imbibitum
qualitate Eccleſiaſtica, ſicuti alio non apperen-
1 te communiter ſubcenſent *Scriben. in cap. Si quis
ſane, & in cap. Inquirendum de pecul. Cleric., Fa-
gnan. in cap. Querelam n. 17. de election., Lamber-
tin. de Jurepatr. lib. 1. par. 1. q. 8. art. 7. per tot.,
& art. 8. n. 2. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 10. n.
10., Bellett. diſquiſ. Cleric. tit. de bonis Cleric. §.
2. q. 1. n. 7., Fraſſo de Reg. part. Indiar cap. 3. n.
12., Corrad. in prax. benef. lib. 4. cap. 2. num.
48., Murg. de benef. q. 3. ſect. 2. n. 21.*

Facilius vero, comitante expreſſione facta per
eumdem Maurellum in precibus Epiſcopo pro
ineunda fundatione porrectis; cum enim expo-
ſuerit *velle unum Eccleſiaſticum Beneficium novi-
ter creare, & eidem Beneficio de bonis ſibi a Deo
collatis dotem congruam conſtituere* - de plano ſe-
qui videbatur, irrationabiliter quodammodo
diſquiri de præfata Eccleſiaſticitate, dum Ere-
ctor illud non ſolum compellavit Eccleſiaſti-
2 cum, ſed & profeſſus eſt ipſum dotare *de bonis
a Deo collatis*; Nulla quippe alia ſunt bona, quæ
magis immediate ab Omnipotentis largitate
conferantur, quam proventus Eccleſiaſtici, qui
nuncupantur Chriſti Domini hæreditas & patri-
monium, ut notat *Archidiac. in cap. Non debet
12. diſt., Alex. conſ. 101. n. 7. verſ. nec. obſtat lib.
7., Tiraquel. de Jur. conſtit. limit. 16. ſub num. 3.
verſ. dicunt Chriſtum &c., Navarr. de reddit. Ec-
cleſ. q. 1. monit. 40., Thom. de Roſ. de rect. diſtri-
but. reddit. Eccleſ. cap. 2. ex n. 23. uſque ad 26.
Murg. de benef. q. 1. n. 14. & q. 3. n. 742.*, &
in terminis, quod Beneficium debeat reputari
præditum Eccleſiaſtica qualitate, ſi illud Ec-
cleſiaſticum nominavit, vel ſignum Eccleſia-
3 ſticitatis adiecit idem Fundator *Rot. dec. 87. in
princ. uſque ad n. 4. coram ſa. me. Innocentio X.
dec. 1100. ex n. 2. cum duob. ſeqq., coram Eme-
rix Jun. dec. 48. n. 17. dec. 329. ſub n. 20. verſ.
præterea, & dec. 311. num. 12. par. 18. rec.*

Siquidem pro totali everſione hujus funda-
menti non ſolum preclarius in hodierna Audi-
entia in facto applicabantur reſponſiones ſolide
attributæ *in ſecunda deciſione R. P. D. mei Scotti
diei 28. Januarii 1701. ex §. Reſervatio cum plu-
rib. ſeqq., & in tertia diei 13. Julii ejuſdem anni
§. Iterum enim*, nimirum, quod ſatis ſuper-
que appareret, Maurellum quantumvis Sacer-
dotem, & Canonicum poſſediſſe quamplura bo-
na patrimonialia, & ex illis fundaviſſe contro-
verſum Beneficium; quando forſan ſuffeciſſet,
quod ultra redditus Eccleſiaſticos Maurellus
poſſideret bona quoque propria prophana, ad
hoc, ut prius in ipſius alimoniam abſumptis Ec-
cleſiaſticis proventibus, reliquum in Beneficii
erectione applicitum cenſeretur a proprio lai-
cali patrimonio, vel etiam ex induſtria licite
conquiſitum, ut conjungendo celebrem doctri-
4 nam *Innocent. in cap. Cum in officio num. 4. de te-
ſtam., & Abb. in cap. 1. in 4. notab. eod. tit., poſt
Menoch., & Rot. coram Verall.* reſpondit eadem
*Rot. dec. 280. n. 8., & dec. 314. n. 13. & 14.
coram Royas, Card. de Luc. de Jurep. diſc. 59.
ſub num. 2. verſ. Niſi iſta, & num. 3. & 4.*

Verum & omnis hæſitatio ceſſabat, quia cir-
cumſtantia inductiva præſumptionis quali-
tatis Eccleſiaſticæ, promanans a perſona
Fundatoris exiſtentis proviſi aliquibus redditi-
bus Eccleſiaſticis, aut locum ſibi dumtaxat
uſurparet, quoties non appareret extitiſſe ul-
lum Juſpatronatus reſervatum favore laico-
rum, & ita re verſante in ambiguo foret inſpi-
cienda bonorum fundationis origo, aut in om-
nem caſum ſuffocaretur a potentiori conjectura
prædictæ reſervationis Patronatus expletæ pro
laicis, ipſo Ordinario confirmante, & appro-
bante; In his namque terminis, quia non præ-
ſumitur Clericum, ſive Sacerdotem Fundato-
rem voluiſſe in commodum ſæcularium con-
ſanguineorum diſponere de Chriſti patrimonio,
quodque plus eſt, Epiſcopum maluiſſe huic il-
licitæ fundationi, & ſervili reſervationi man-
cipare bona Eccleſiaſtica, ſuamque deſuper præ-
ſtare authoritatem, Juſpatronatus exiſtiman-
5 dum eſſe penitus laicale optime firmat *Lotter.
de re benef. lib. 2. q. 10. n. 15. cum trib. ſeqq.,
Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 59. n. 9., Gonzal.
ad regul. 8. Cancell. gloſ. 18. n. 110., Rot. dec.
273. n. 4. par. 3., & dec. 655. n. 7. & 8. par. 4.
to. 3. rec.*

Quin etiã, cum ageretur de Simplici Canonico
fundatore, qui vivens, & non moriens erexit
idem Beneficium, profecto cum ulterius inierit
memoratam reſervationem juris præſentandi,
altera debilior præſumptio, de qua ſuperius, eli-
cita propter proventus Eccleſiaſticos, oculariter
corruebat; cum Clericus valeat inter vivos
etiam de fructibus Eccleſiaſticis diſponere ad ſui
libitum, quidquid dicendum eſſet in fundatione
teſtamentaria, in locis tamen, in quibus vigerent
inteſtabilitas & ſpolia Clericorum ex his quæ
6 proſequuntur *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 36. n.
45., Merlin. de Hiſpan. Primogen. lib. 2. cap. 10.
n. 33. & 34., Rot. dec. 401. n. 1. coram ſa. me.
Gregorio XV. dec. 65. n. 3. & 4. coram Card.
Celſo, & dec. 315. num. 13. & 14. coram Royas.*

Abſque eo quod idcirco amplius in oppoſi-
tum quidquam officeret vel denominatio Bene-
ficii Eccleſiaſtici facta per eumdem Fundato-
rem, vel illa expreſſio, quod dotem conſtitue-

re intendebat *de bonis ſibi a Deo collatis*. Quo enim ad præfatam denominationem utique illa neceſſaria quodammodo erat, ac verificabatur ad diſtinctionẽ piorum legatorum cum onere Miſſarum, juxta differentiam inter utramq; ſpeciem deductam & bene ponderatam apud
7 *Felin, in cap, ex parte il ſecondo n. 2. de reſcript., Navar. conſ. 5. n. 1. & conſ. 7. n. 1. de Præben., Gonzal, ad regul. 8. Cancell. gloſ. 5. n. 5., Rot. dec. 224. n. 1. & 5. coram Buratt. dec. 101. num. 1. & per. tot. coram Dunoz. Jan.*, & frequenter in aliis.

Poſita autem fundatione Beneficii certo certius Eccleſiaſtici, utrum poſtea Jus præſentandi ad idem Beneficium reputari debeat ejus intrinſecæ qualitatis Eccleſiaſticæ, ut cadat ſub reſervationibus Apoſtolicis, diverſa procul cadit inſpectio; imo offuſcata ſive prorſus ſublata ex præmiſſis Eccleſiaſtica origine bonorum, profecto inconcuſſa Juris regula, ac præſumptio ſtat pro omnimoda ſæcularitate, ad tradita per
8 *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 18. n. 12. & ſeqq., Lotter. de re benef. lib. 2, q. 10. n. 76., Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 12. n. 18., Card. de Luc. de Jurep. diſc. 59. ſub. n. 22. & diſc. 65. n. 32., Rot. dec. 547. n. 5. coram Cavaler.*

Quo vero ad ſupradictam expreſſionem, ea penitus referenda erat ſenſui (ut virum Eccleſiaſticum decebat) undique pio & orthodoxo; cum *omne datum* (ut ait Apoſt.) *deſurſum ſit*, & addat Pſalmiſta - *Domini eſt terra, & plenitudo ejus* - præcipue e conſpectu declarationis explete per ipſummet Fundatorem in ſuo teſtamento, & recte obſervatæ *in deciſione R. P. D. mei Scotti diei 28. Januarii 1701. §. Fundationem*, Quæ ſane declaratio, licet expoſt emanaverit, omnem tamen ambigendi cauſam circa intelligentiam prędictæ expreſſionis eliminat ex de-
9 ductis apud *Cyriac. controu. 295. n. 30. cum ſeqq., Caſtill. contr. jur. cap. 10. n. 5. lib. 3., Card. de Luc. de penſion. diſc. 20. n. 7., Rot. dec. 119. n. 8. & dec. 195. n. 18. coram ſa: me: Alex. VIII. & dec. 402. n. 31. & ſeqq. par. 9. rec.*

Inanis pariter compertus eſt labor aſſerendi hanc qualitatem Eccleſiaſticam, ex quo quantumuis inſpecta ab initio reſervatione Juriſpatronatus ſonante ad favorem Conſanguineorum laicorum, proculdubio idem Juſpatronatus reputandum eſſet omnino ſæculare, ex ſupra firmatis §. *Verum*. Nihilominus cum ex ipſa lege fundationis, deficientibus lineis ſæcularibus ejus Conſanguineorum, Jus præſentandi legeretur ſubſidiarie reſervatum corpori Eccleſiaſtico, videlicet Capitulo ejuſdem Cathedralis Parmen., profecto idem Juſpatronatus, mutata natura ſeu conditione poſſeſſoris, alteram quoque induerit qualitatem, & de laicali effectum fuerit Eccleſiaſticum, ad ea, que unanimiter
10 per *Text. in cap. unico §. fin. de Jurepat. in 6.* tradiderunt *Sanchez. conſ. moral. lib. 2. cap. 3. n. 4., Gambar. de offic. Legat. lib. 3. par. 2. n. 421. Sylu. de Benef. par. 3. q. 11. n. 64., Murg: queſt. paſtorat. par. 1. q. 3. §. 1. n. 3. verſ. Eſt etiam: idem in tract. de Benef. q. 3. ſect. 2. n. 21. & 22., Vivian. de Jurep. par. 1 lib. 1. cap. 2. n. 9., Rot. dec. 541. num. 4., & dec. 740. num. 2. par. 2. dec. 48. num. 5., & pluribus aliis in dec. 329. num. 4. par. 18. rec.*

Etenim pro omnimoda diremptione hujus quoque poſterioris fundamenti duas regulas ſive propoſitiones Domini proponendas eſſe exiſtimarunt. Unam nimirum, quod tunc inſinuata concluſio recte & abſolute procedat, quotieſcumque Juſpatronatus tranſeat in perſonas Eccleſiaſticas ex accidentali juridico titulo ſuperventæ ſucceſſionis, vel acquiſitoinis contentæ ſub aliqua bonorum univerſitate in perſonis, vel Collegiis Eccleſiaſticis; ſicuti namque tunc ad literam prænominati *Text. in cap. unico §. fin.* illa coarctatio quadrimeſtri, ad præſentandum laicis conceſſi ex benignitate Sacrorum Canonum, ſubſequuto tranſitu vocis patronalis in Patronum Eccleſiaſticum, ſubextenditur ampliaturque ad ſex menſes, ita omnis ratio ſervandæ æqualitatis expoſcit, ut in hoc caſu debeat e converſo idem Patronus Eccleſiaſticus ſubmitti quoque legibus, & reſervationibus Eccleſiaſticis, ad notiſſima jura, de qui-
11 bus *Gratian. diſcept. 916. n. 35., Modern. Argentan. colluct. 44. n. 318. lib. 2., Rota dec. 149. n. 6., & dec. 677. num. 5. par. 2. rec. cum aliis in dec. 114. n. 4. par. 19. rec.*

At quando ſucceſſio perſonæ, vel Collegi Eccleſiaſtici provenit a voluntate, & diſpoſitione ordinata per Fundatorem illud vocantis ſeu ſubſtituentis, eo ſane caſu indaganda tantummodo venit mens & intentio ejuſdem Fundatoris, utrum ſcilicet voluerit qualitatem a principio impreſſam penitus laicalem, & a quibuslibet reſervationibus exemptam immutari; accedente etenim in contrarium expreſſa vel etiam conjecturata illius voluntate, Juſpatronatus in ſua primæva laicalitate perſeverat, quamuis decidat, & præexiſtat penes perſonam Ec-
12 cleſiaſticam, teſte præ cæteris *Card. de Luc. de Benef. diſc. 6. ſub. n. 9. verſ. adhuc., & de Jurep. diſc. 7. n. 8., & diſc. 59. n. 16., & ante cum, Lotter. de re benef. lib. 2. q. 10. n. 4., Corrad. in prax. Benef. lib. 4. cap. 2. n. 40., Rot. dec. 640. num. 5. coram Card. Cavaler. dec. 611. num. 1., coram Card. Seraphin., & deciſ. 157. num. 7. par. 7. recen.*

Altera vero regula præteritę ſeu præcedenti ſubalternans illa erat, quod ubi agitur, prout hic, de Beneficio agnoſcente ſuam erectionem a patrimonio ſæculari & prophano, eo proculdubio magis ſit indaganda Fundatoris intentio ad finem ſubjacendi, necne, reſervationibus, quæ aliis locum non haberent in Jurepatronatus laicali a principio volito & ſtabilito; cum ſemper reſervationes reputatæ fuerint in jure odioſæ, & quatenus fieri valeat effugiendę, ex cumulatis circa primam propoſitionem per
13 *Lap. alleg. 96., Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 18.*

Digitized by Google

*18. n. 2., Garz de beneſic. par. 5. cap. 1. n. 582.
& ſeq., Lotter de re beneſ. q. 8. n. 7., Rot. dec. 769.
coram Buratt., & dec. 168. par. 10. rec. utrobique
paſſim, & per tot.* Et circa ſecundam, *Card. de
Luc. de beneſ. diſc. 6. ſub. n. 3. in fin., & n. 4. poſt
gloſſ. in cap. Præſenti verb. Finitur pro peſin. de
Offic. Legat. in 6, Lotter. de re beneſ. lib. 2. q. 32.
num. 101. & ſeqq., Murg. de beneſ. q. 3. nu. 259.
Rot. dec. 846. n. 11. & 12. coram Coccin., & dec.
43. n. 3. par. 1. rec.*

Applicando igitur ad rem, liquere lucidiſſime
videbatur de hac voluntate Maurelli penitus in
ſempiternum excluſiva reſervationum; non
obſtante tranſitu juris præſentandi in perſonas,
& corpora Eccleſiaſticâ, quoniam quidquid in-
ſudaverint in anteacta propoſitione Scribentes
hinc inde ſuper chronologico examine: An re-
gula ix. reſervatoria menſium antecederet, vel
ſubſequeretur præſentem fundationem; que-
madmodum erudite non minus fuerat diſpun-
ctum *in deciſione diei 28. Ianuarii* 1701. *ex §.
Neque obſtat cum trib. ſeqq. uſque ad fin coram R.
P. D. meo Scotto.*

Utique cum ſemper quęſtio reduceretur ad
introſpectionem hujus voluntatis, utrum Funda-
tor voluerit jus præſentandi a ſe relictum in
prçcitatis terminis ſubmitti legi Eccleſiaſticæ
reſervatoriæ, ſive editæ, ſive edendæ; eo ipſo
quod Fundator in ſua diſpoſitione jam aberra-
verat ab Juris Canonici Sanctione, nolens ad
terminos prælaudati *cap. unic. §. fin. de jurepat. in. 6.* ſucceſſores a ſe deſtinatos pro exerci-
tio hujus juris pręſentandi gaudere beneficio
temporis ſemeſtralis, vel quadrimeſtralis, ſed
ſub pæna devolutionis alligaverat eoſdem ſuc-
ceſſores ad præſentandum intra circulum de-
cem dierum, eadem proinde æqualitatis ratio
manifeſtiſſime retorquebatur, ac reſpective
vehementer coniiciebatur, quod ille noluerit
beneficium a ſe fundatum ſubniti illi juri, a quo
tam aperte, etiam contra ſe, deviaverat, ut
15 tradunt *Cravett. conſ. 250. n. 4. verſ. ſecundo,
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 402. n. 44., Mantic. de
conject. ult. volunt. lib. 8. tit 11. n. 8. verſ. Simili-
ter, Rot. Florent. inter. collect. per Palmam nepot.
dec. 210. n. 26., Rot. dec. 32. num. 6. & 8. cor.
Cocc., & deciſ. 34. num. 14. poſt Cenſal. ad
Peregr.*

Evidentius vero; Quia cum pariter minime
habeamus certam normam, ſive formulam
verborum, per quæ debeat eluceſcere, Funda-
torem voluiſſe juſpatronatus per ſe erectum
nullatenus ſubiacere reſervationibus, adeout
ex. gr. ſufficiat, Fundatorem dixiſſe, *quod per-
petuis futuris temporibus præſentatio ſemper perti-
neret ad Priorem, & Canonicos*, quēadmodū diſcuſ-
ſum fuit *in dec. 274. cor. Roxas, Card. de Luc. de
beneſ. diſc. 6. ſub. n. 10. verſ. & de Iurepatr.*,
& conſonant tradita per *Vivian. de jurepat. lib.
4. cap. 9. n. 56., Tondut. quæſt. beneſ. to. 1. cap.
47. n. 15., Adden. ad Pamphil. dec. 189. n. 27.
Rot. dec. 252. num. 2. cum. ſeqq. cor. Roxas.*

Quanto fortius hoc ipſum concludere neceſ-
ſe erat in præſenti, dum in caſu noſtro Funda-
tor ordinem præſcripſit gradualem devolutio-
nis de uno ad alterum ex patronis a ſe præele-
ctis ſub illis verbis ſæpius repetitis, *& transfe-
ratur omnino ſupradicto ſerioſe ordine circulari, do-
nec de perſona idonea ſit proviſum*. Gradualitas
etenim tantæ eſt in jure noſtro importantiæ, ut
excludat quemcumque etiam juridicum ſubin-
greſſum cujuſlibet alterius perſonæ, prout in
materia fideicommiſſaria (penitus fraternizan-
te cum illa Iuriſpatronatus, ex plene demoſtra-
tis *in Auximana Iuriſpatronatus 27. Iunii* 1701.
§. Quoniam in fin. cor. Me) receptum legimus
ad excluſionem illius legalis ſubingreſſus, quod
ſub nomine vulgaris anomalæ, ſeu vulgaris in
fideicommiſſo contentę explicatur, ex celebri
18 *conſil. Alex. 1. n. 7. & ſeqq. lib. 1., Peregr. de
fideicomiſſ. art. 15. n. 19., Card. de Luc. pariter
de fideicom. diſc. 242. n. 1. & 2., & diſc. 243. n.
6., Rot. dec. 548. n. 7. & 8. cor. Bich., dec. 246.
n. 5. par. 4. to. 2., & dec. 324. n. 9. par. 17. rec.,
& in Romana Fideicomiſſi 15. Aprilis* 1701. *§.
Citra cor. Me.*

Eoque demum certius juncta præfata arctiori
dictione *omnino*, quæ forſan magis expreſſe ac
præciſe deſignat intentionem volitam in omni
caſu abſolute penitus & indiſtincte, quam præ-
19 ſeferret dictio *ſemper* conſiderata *in d. deciſ.
274. cor. Roxas* ex collectis apud *Alex. conſ. 13.
n. 7. lib. 2., Decian. conſ. 582. n. 2., Ruin. conſ.
133. n. 8. lib. 2., Soccin. jun. conſ. 231. n. 23. lib.
1., Pariſ. de reſignat. lib. 11. in præfat. n. 12.* & in
terminis, ut practici dicunt, terminantibus,
*Prob. ad Monac. in cap. Cum de beneficio, de Præ-
ben., & Dignitat n. 34.* ibi - *illa enim dictio om-
nino reſervationes excludit, quia tantum eſt dice-
re, omnino, quam in omni caſu, & ſic etiam ſtan-
tibus reſervationibus*, cujus, & ſi caſualis, non
tamen infimi Doctoris punctualitas pro lege ha-
benda venit, ſicuti iidem noſtri proſequuntur
20 Pragmatici cum *Bero. conſ. 68. n. 9., Gratian.
diſcept. 282. num. 19., Magon. deciſ. Lucen.
7. n. 28. & 29., Vinc. de Franc. deciſ. 263. n. 4.*
& aliis quotidie.

Magis autem magiſque reflectendo ad ca-
ſum ſive rationem, per quam Fundator tam
ſerioſe, ut ipſe dicit, & enixe ordinem hunc
gradualem ac circularem unà cum prædicta
dictione *omnino* ſanciverat; quia nempe adèo
repugnabat diutinæ vacationi hujus Beneficii, ut
niſi infra decem dies ex una parte debentes inſti-
tuere, & ex altera debentes præſentare, munus
ſuum explicarent, idem ordo gradualis, ac reſ-
pective devolutivus obſervaretur: Quomodo
autem poſſibile erat, quod inſimul compati
poſſet hæc ſerioſa ordinatio devolutionis etiam
in præjudicium ſuorummet charitate ſanguinis
obſtrictorum cum reſervationibus Cancellariæ,
quæ nullo ad conferendum termino coarctan-
tur? imo nec per poſſibile valent coarctari? &
tamen Mens Pontificum adeo aliena eſt a vio-

lauda intentione Fundatorum, ut vacante ali-
quo Beneficio qualificato, ac de cetero indubi-
tanter affecto Sanctæ Sedi, derogare non ſoleant
21 qualitatibus ipſi Beneficio præſcriptis, teſte *Æn.
de Falcon. in tract. de reſern. quæſt. 3. n. 22., Gaſ-
par de Peruſ. eod. tract. cap. 2. n. 13., Rot. dec.
160. per tot. coram Puteo lib. 2. dec. 1420. n. 3.
verſ. Verum his non obſtan. coram Card. Seraphin.,
& dec. 153. n. 6. par. 6. rec.*

Ac denique citra hæſitationem obſervando, quod in ipſa gradualitate proviſionis, & circuli efflagitati per Fundatorem, in circumſtantia quoque Capituli præſentare debentis, adhuc fiebat reverſio ad primos Patronos Laicos, qui præcedenter ex procraſtinata præſentatione pœnam ſubiiſſent devolutionis, ut ibi - *tunc, & eo caſu infra alios decem dies ad illum, vel illos Patronos, quicumque extabunt, poteſtas præſentandi &c. ipſo facto revertatur* - Quamobrem data ex præmiſſis mixtura poſſibilis ex capite devolutionis, ſive hujus reverſionis intere ſe laicorum, neutiquam poterat hujuſmodi Beneficium ſubiici regulis Cancellariæ; ſicuti non ſubiiciuntur Jurapatronatus etiā Eccleſiaſtica, quoties
quomodolibet admixta reperiantur cum lai-
22 cis ex *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 18. n. 8.
& 12. cum ſeqq., Corrad. in prax. beneſ. lib. 4. cap.
2. n. 57. & 58., Garz. de Beneſic. par. 5. cap. 9.
n. 56., Epiſcop. Rocc. diſput. jur. cap. 183. n. 22.,
Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 59. n. 22. & diſc.
64. n. 4., Rot. dec. 640 n. 4. verſ. Tanto magis &
ſeqq., & dec. 541. n. 4. par. 2. recen.*

Poſtremo, ne quid deeſſet, neque deerat obſervantia ſupra tria ſæcula negativa: nam excepto unico caſu reſignationis factæ in manibus Sanctiſſimi, & cui optime ſatisfacit *deciſo R. P. D. mei Scotti edita* 13. *Iunii* 1701. §. *fin.*; neque ullum dabatur exemplum, quod per ſpatium adeo longævum expleta manſerit aliqua collatio, ſive proviſio extra perſonas præſentatas a vocatis in fundatione: & tamen imperceptibile eſt, quod in tanta diuturnitate aliquis Clericus, vel aliqua perſona Eccleſiaſtica non ſucceſſerit in hoc jure activo præſentandi, pluribus lineis relicto; Unde potuerit intrare regula Cancellariæ VIII., ſeu IX. contemporanea fundationi, juxta in propoſito
non abſimilis obſervantiæ eradicativæ cujuſlibet
23 amaritudinis animadverſa per *Rot. dec. 183.
n. 23. coram Buratt., dec. 46. n. 16. & 17.*, ubi
plures allegantur, *& dec. 159. n. 10. coram
Priol. dec. 41. num. 20. verſ. Quinto quia poſt Vivian.
de Jurepat., & dec. 24. n. 14. & ſeqq. cor.
Vbago.*

Et ita utraque &c.

PERUSINA BONORUM.

Lunæ 16. Ianuarii 1702.

ARGUMENTUM.

Sententia lata contra nominantem ſeu cedentem an afficiat etiam Nominatarium ſive Ceſſionarium. Læſio quando intret, & in qua ſumma Fiſcus illam probare teneatur. Bona Baronalia, ſeu Juriſdictionalia augent juſtum pretium, itaut bonorum prophanorum venditiones, quæ correſpondent annuo redditui ſcutorum quatuor aut quinque, in bonis juriſdictionalibus commenſurantur ad duo ſolummodo pro quolibet centenario.

SUMMARIUM.

1 *Sententia in rem judicatam tranſacta pro veritate habenda eſt.*

2 *Et prodeſt etiam quibuſcumque ſucceſſoribus.*

3 *Imo acceptata per Prædeceſſorem impugnari nequit per habentem cauſam ab eodem anteceſſore.*

4 *Limita, ſi contra illam obtenta fuerit ab utraque Signatura reſtitutio in integrum.*

5 *Acquirens* pro ſe, & Perſonis nominandis, *ſecuta nominatione, exit de ſcena, & nominatus habetur ac ſi ipſemet contraxiſſet.*

6 *Et factum Nominantis Nominatario obeſſe amplius nequit.*

7 *Quod procedit in terminis Cedentis, & Ceſſionarii poſt jam factam ceſſionem.*

8 *Quin etiam ſententia non tenet contra Nominantem vel Cedentem, non citato Nominatario aut Ceſſionario.*

9 *Limita, hæc omnia procedere, quoties prædicta nominatio innoteſcat, ſed quoties nullibi docetur de hac notitia ſeu ſcientia, ſententia lata contra Nominantem ſeu Cedentem afficit etiam Nominatarium ſeu Ceſſionarium.*

10 *Quod etiam procedit in ſolutione facta cedenti ante ſcientiam ſeu notificationem ceſſionis, quod adhuc d. ſolutio ſit valida.*

11 *Contractus initus* pro ſe & perſona nominanda, *tunc nominans in ſua obligatione & figura contrahentis perſeverat, itaut remaneat Legitimus contradictor; ſecus ſi d. contractus fuerit celebratus tantum* pro Perſona nominanda.

12 *Citatio facta contra quoſcumque intereſſe habere prætendentes, optime ſatiſfacit erga quoſlibet clandeſtinos vel ignoratos, aut ſuccedaneum ſoventes intereſſe.*

13 *Simulatio ut inducatur, ſufficit cauſam ſimulandi fuiſſe a ſimulante opinatam, aut quomodolibet ſibi creditam proficuam.*

14 *Datio in ſolutum præſumitur ſimulata, ſi poſſeſſor in poſſeſſione permanſit.*

15 *Simulatio nihil tribuens, unde quis laceſſiri mereatur, æquiparatur non enti.*

16 *Defectus citationis allegari nequit poſt decurſum an-*

Digitized by Google

annorum 20. ad infractionem Judicati .

17 *Nominatus tenetur acceptare factum defuncti Nominantis .*

18 *Fiſcus Minoribus & Pupillis æquiparatur, veluti ſub aliena ſtans adminiſtratione .*

19 *Et in ejus alienationibus , quæ requirantur .*

20 *Contractus reſcinditur, ſi pretium rei coemptæ non attingat medietatem juſtæ æſtimationis .*

21 *Læſio enormiſſima dolo æquiparatur , & efficit, ut nunquam cenſeatur abdicata poſſeſſio & dominium a poſſeſſore , cui jura ad hunc effectum manutentionis etiam impartiuntur auxilium .*

22 *Fiſcus tanquam hęres anomalus infallibiliter obligatur ad debita defuncti .*

23 *Lęſio ad reſcindendam venditionem eſt concludentiſſime juſtificanda .*

24 *Læſio ne intret , requiritur , ut pretium attigat dimidium juſti valoris .*

25 *Bona juriſdictionalia augent juſtum pretium, itaut venditiones , quæ circa bona indifferentia correſpondent annuo redditui ſc. 4. vel 5., in bonis juriſdictionalibus menſurantur ad duo ſolummodo pro eodem centenario .*

26 *Fideiuſſor de natura contractus ſervari debet indemnis a principali debitore .*

27 *Fiſcus eſt prohibitus evincere bona, quæ vendidit .*

28 *Fiſco an ſatis ſit juſtificare læſionem in ſexta parte.*

29 *Bona quæcumque compræenſa in emptione , includi etiam debent ſub appretio ; aliàs venditio remanet nulla ob concurſum læſionis .*

DECISIO CCXXII.

VEnditionem , quam ad terminos *leg. 1. & 2. & tot. titul. Cod. de fid. Inſtrum., & baſt. Fiſcal. lib.* 10. Fiſcus expleverat de bonis illorum de Ponfrenis mediante ſolo appretio ſcut. 502. favore Franciſci Berioli , paulo deinceps ex capite ſignanter enormiſſimæ læſionis irritari judicialiter obtinuerat , quando ſuper iiſdem bonis coæqualem aſſequi ſucceſſionem prætendentibus Carolo & Brunoro fratribus de Frolleriis , ſan. mem. Alexander VII. iſtorum precibus indulſit , quod in vim ineundæ tranſactionis , ac prævia refuſione præfatorum ſcut. 502., necnon ſolutione aliorum ſcut. 3920. ipſi in ejudem Fiſci jura ſuccederent. Sed pacificæ fruitioni hujuſmodi bonorum ſeſe opponente Gaſpare, cauſam habente a prænominato Franciſco de Beriolis , gemina , & inter ſe diſcordantia prodierunt judicata circa manutentionem utrinque expetitam , donec aſcendente Cauſa ad Sacrum Auditorium , illa reſolutio , quæ non prodiit ſub *die 15. Maii 1684. coram bon. mem. Benincaſa* , emanavit hodie coram Me , ipſius Benincaſæ in Hetruſca Sede Succeſſore , reſpondentibus uno ore Dominis: *conſtare de bono jure fratrum de Frolleriis* .

Rationem ita reſpondendi ſuggeſſere fundamenta militantia pro Fiſco ; cum enim nulla caderet ambago circa primordialē juſtitiam confiſcationis, quamve neque controvertere Gaſpar valebat , utpote innixus primæ venditioni Franciſco ejus Authori factæ per eumdem Fiſcum, eo ipſo quod adverſus prædictum Franciſcum Fiſcus reportaverat ſententiam declarantem , hanc venditionem tamquam ſupra omnem enormitatem enormem & læſivam fore reſcindendam , eademque ſententia ob nullam ſucceſſive interpoſitam appellationem pertranſierat in rem judicatam , erat hactenus pro veri-
1 tate habenda , vulgatis Juribus , de quibus *Ciarlin. contr. 135. num. 7. lib. 2., Card. de Luca de emphyt. diſc. 53. num. 3., Fontanell. deciſ. 174. per tot., & deciſ. 261. num. 9. & 10. cum ſeqq., Rota deciſ. 227. num. 3. coram Cardinali Cerro, deciſ. 251. num. 41. par. 19. recen.* , cum aliis *in Romana fideicommiſſi 17. Junii 1701. §. Cum igitur coram Me* . Quapropter ſicuti eidem Fiſco profuiſſet, pariformiter adjuvabat fratres de
2 Frolleriis in illius jura ſubingreſſos, *Seraphin. Maſſin. de confiſcat, quæſt. 48. n. 8., Caſtald. conſult. 162. num. 8., Rota deciſ. 27. num. 2. par. 8., & dec. 247. num. 32. par. 9. recent. tom. 1.*

Validius autem, quia prælaudatus Franciſcus poſt hujuſmodi ſententiam paſſus fuerat , imo & enixe rogaverat ſibi reſtitui enunciata ſcuta 502. ab eo , in emptione controverſorum bonorum ſoluta, *Summario fratrum n. 4.* Ideoque dum ultra efficaciam rei judicatæ adſtipulabatur quoque realis acceptatio ipſius Sententiæ , nequibat in præſenti Gaſpar amplius ab ea reſilire ; ſicut in terminis Sententiæ acceptatæ per Prędeceſſorem , ut ea nequeat impugnari per habentem Cauſam ab eodem Anteceſſore, plena ſunt volumina, & annotarunt *Ruin. conſ. 28. ſub num. 14. & ſeqq. lib. 2., Panſirol. conſ. 13. ſignanter num. 10. & 11., Alciat. conſ. 138. in princip. lib. 5. & conſ. 115. num. 4. lib. 9., Menoch. conſ. 502. num 19. verſ. Et hæc quidem & ſequen., Caſtald. conſult. 78. num. 4. Rota deciſ. 169. n. 35. par. 17. recent., & in Romana augmenti dotis 14. Junii 1680. §. Exiſtentia in fine coram bon. mem. Rondinino.*

In nihilo adverſante , quod ante hodiernæ Cauſæ propoſitionem fuerit ex parte Gaſparis præventum contra obſtaculum prædictæ rei judicatæ cum aſſueta commiſſione reſtitutionis in integrum ; & ob id, amoto præfato impedimento , utique poſſet excipere tam de illius nullitate , quam de injuſtitia ; quemadmodum ob præſidium reſtitutionis in integrum ab alterutra Signatura reportatæ , nemo eſt qui ignoret , & advertit *Rota dec. 1245. num. 3. & ſeqq. coram Cardinali Seraphino, dec. 282. num. 30., & deciſ. 610. num. 12. par. 18., deciſ. 262. num. 16. & 17., & deciſ. 365. num. 11. par 19. recent.* , & latiſſime *in Romana Fideicommiſſi 17. Junii 1701. §. De reliquo , §. Quo vero , & §. Quartus denique coram Me .*

Reſpectu vero prænominatæ acceptationis ſententiæ factę , ut ſupra , per eumdem Franciſcum , clara non minus ſuppeteret replicatio, quod Gaſpar in rei veritate nullam cauſam ,

nul-

Digitized by Google

nullumque jus recognoſceret ad ipſo Franciſco;
cum etenim is non ſimpliciter pro ſemetipſo
coemerit hęc bona, ſed *pro ſe, & perſonis nomi-
nandis*; hinc cum ante prolationem hujus ſen-
tentiæ, multoque magis ante illius acceptatio-
nem, Franciſcus nominaverit inter reliquos
eumdem Gaſparem, illico ſequuta hujuſmodi
nominatione non tantum exiiſſe de ſcęna repu-
taretur idem Franciſcus, ex quo nominatus ha-
betur, ac ſi ipſemet directe contraxiſſet a prin-
cipio, verum quoque illius factum amplius
obeſſe nequiret Nominatario, ut in ordine ad
5 primam concluſionem tradit *Conc. de Cenſib.
quæſt. 67. num. 14. in fine, Modern. Pernſin. de
ſolemnit. in contract. Minor. gloſſ. 22. §. 23. num.
21., Rot. decif. 377. num. 9. coram Cardinali*
6 *Celſo*, & quoad ſecundam *Noguerol. alleg. 20.
n. 88., Gratian. diſcept. 12. num. 3. diſcept. 84. n.
22., & diſcept. 194. num. 10., Ioſeph. Altograd.
contr. 67. n. 7., Scopp. ad Gratian. diſcept. 135.
n. 17., Rota deciſ. 163. num. 5. poſt Cenc. de Cenſ.*,
Et in fraternizantibus terminis Cedentis & Ceſ-
7 ſionarii poſt jam factam ceſſionem *Arias de
Meſa var. reſolut. lib. 1. cap. 19. num. 17. & 19.,
Hediern. controv. 15. num. 98., Galerat. de renun-
ciat. cap. 4. ex num 89. uſque ad 92. lib. 1., Fon-
tanell. deciſ. 560. num. 18., Hieronym. de Leon de-
ciſ. 211. n. 16. lib. 2., Rota deciſ. 470.*, ubi *Ad-
den. num. 9., & dec. 697. num. 4. coram Buratto.*

Quin etiam tantum aberat, quod ſive acce-
ptatio, ſive ſententia ullum inſligere valeret
præjudicium Gaſpari Nominatario, ut potius
eadem ſententia cauſativa acceptationis mani-
feſta laboraret nullitate, ex quo non tenet
judicatum contra Nominantem vel Cedentem,
8 non citato Nominatario aut Ceſſionario, *A
Ponte conſ. 45. n. 20. & ſeqq. ſignanter n. 23. lib.
2., Rot. deciſ. 3. n. 2. & per totam coram Card.
Cavaler. deciſ. 238. n. 17. coram ſan. mem. Ale-
xandro VIII., & deciſ. 449. num. 4. coram Car-
din. Cerro.*

Pro diluenda ſiquidem hujuſmodi objectio-
ne reſpondebatur, & bene, per fratres de Frol-
leriis, quod eſto, ut dicitur, millies per com-
miſſionem reſtitutionis in integrum, os reman-
ſiſſet adapertum Gaſpari impugnandi rem judi-
catam, ſtricte tamen defenſio ejuſdem Gaſpa-
ris claudicabat in ipſa impugnatione. Quoniam
nullitas adducta contra ſententiam ex defectu
poſthabitæ citationis Nominatariorum fortaſſe
congruere valuiſſet, quotieſcumque tam Fiſco,
quam Authoribus eorumdem de Frolleriis,
Franciſcum ſuccumbentem mediante exburſa-
tione pecuniæ dimittentibus, innotuiſſet præ-
laudata nominatio; ſed cum nullibi demonſtra-
retur fuiſſe hanc notitiam vel in Fiſco vel in
prædictis Authoribus, ſententiam latam con-
tra Nominantem, aut, quod idem eſt, adverſus
Cedentem, afficit citra ſcrupulum in hoc caſu
Nominatarium ſeu Ceſſionarium, uti com-
9 probat *Olea de ceſſion. iur. tit. 8. quæſt. 2. ſub n.
33.*, & in fortioribus de ſolutione facta Cedenti
ante ſcientiam, ſive notificationem ceſſionis,
10 *Carleval. de Iudic. lib. 3. diſput. 26. num. 24.,
Galerat. de Renunciat. lib. 1. cap. 4. ſub. num.
86., idem. Olea de ceſſ. jur. tit. 8. quæſt. 2. n. 34.,
Rota dec. 697. num. 6. coram Buratto.*

Abſque eo. quod proinde oporteret habere
recurſum ad alias æque palpabiles reſponſiones,
nempe quod cum enunciata emptio expleta
nullatenus foret abſolute *pro perſona nominanda*,
in quibus profecto terminis nominatus exiſtima-
tur & remanet purum materiale organum
ſubſequutę nominationis, & procedunt ſuperi-
us allatæ authoritates: Verum contractus fue-
rit initus *pro ſe, & perſona nominanda*, Nomi-
nans profecto tunc in ſua obligatione & figura
contrahentis perſeverat, itaut remaneat legi-
timus Contradictor juxta originalem doctrinam
11 *Bartol. in l. liberto 32. §. Inter negocia ff. de
negot. geſt.* cum aliis deductis *in Tractat. de
Commerc. & Mercat. diſc. 12. ex num. 9. cum
ſeqq.*

Potiſſime, quia Fiſcus non deſierat ultra Fran-
ciſcum Bonorum detentorem, per generalia
proclamata & edicta laceſſire etiam quoſcum-
que deſuper prætendentes habere intereſſe:
Summario fratrum num. 10 Unde potius negli-
gendo Nominatarii comparere, fatebantur ſe
non fuiſſe citandos tamquam fortaſſe ſolummo-
do ſimulate & in fraudem Nominatos, quam
quod neceſſe teneret Fiſcus alio exquiſitiori
modo conſulere validitati Judicii; per ſupradi-
ctam namque citationem ſatisfieri erga quosli-
bet clandeſtinos vel ignoratos, aut ſucceda-
12 neum foventes intereſſe, paſſim docuerunt *Lof-
fred. conſ. 3. num. 8., Surd. conſ. 139. n. 7., Mo-
dern. Manſ. conſult 138. n. 31., Mangil. de ſub-
baſt. quæſt. 65. num. 12., Poſth. eodem tract. inſpect.
29. num. 59; Epiſc. Rocca diſp. Iur. ſelect. lib. 2.
cap. 139. num. 7.*

Et ſane ſi de ſimulatione ſermo fuiſſet haben-
dus, non defuiſſent cauſa & urgentiſſimæ con-
jecturæ; cauſam quippe miniſtrabat nutatio ſyn-
dereſis non valentis ſubſtinere emptionem pro
ſcutis 502. reſpectu Bonorum attingentium, ut
infra, valorem ferme ſcut. 8000. Unde non
immerito conventus a Fiſco Franciſcus viam
probabiliter moliebatur illudendi imminens Ju-
dicatum; etſi de reliquo pro ſimulationis cano-
nizatione ſufficiat cauſam ſimulandi fuiſſe, ut
aiunt, a Simulante ordinatam, aut quomodo-
13 libet ſibi creditam proficuam, *Honded. conſ.
46. num 28. lib. 1. Sabell. var. reſolut. cap. 25. n.
41., Palm. Nep. allegat. 75. num. 13. & ſeqq.,
Epiſc. Rocc. diſp. Iur. cap. 46. num. 4., in Tra-
ctat. de Commerc. & Mercat. diſc. 47. num. 9.,
Rota deciſ. 472. n. 8. coram Emer. Iun.*

Conjecturæ vero pariformiter exuberabant;
quia loco exeundi de ſcęna, nominatio facta per
Franciſcum fuerat clandeſtina per apocam pri-
vatam favore nepotum, cum illa magis palma-
ri patefactione continuatæ poſſeſſionis Bonorum
in ſe nominante, unà cum acri ſuſcepta defen-
ſio-

Digitized by Google

ſione contra Fiſcum, ac denique inſtantia prædicta præciſa, recuperanda ſcuta 502. ab eo perſoluta, ex his, quæ in longe debilioribus terminis
14 paſſim reſponderunt *Valenzuel. conſ. 109. n. 24. l. 2., Menoch. conſ. 334. n. 51., Caſanat. conſ. 28. n. 12., Decian. conſ. 23. n. 14. & conſ. 68. n. 6. l. 2., Marott. diſcept. forenſ. cap. 40. num. 45., Sabell. var. reſol. cap. 25. num. 35., Surd. deciſ. 34. n. 3. Reverter. deciſ. 529. ibique Donat Anton. de Marin. n. 1. Rota deciſ. 84. n. 28. par. 18. recent., & in Peruſina Donationis 17. Maii 1700. §. Secunda cum ſeqq. coram bo: me: Iacommetto.*

Atque hinc concurrente quoque palpabili ſimulatione, vanum erat immorari ſuper aſſerto defectu citationis, quia ſimulatio nihil tribuens, unde quis laceſſiri ſingillanter mereatur,
15 æquiparatur non enti, ut ait *Surd. conſ. 168. n. 23. Valenzuel. conſ. 62. num. 20. lib. 1. Parlador. rer. quotidianar. lib. 2. cap. final. par 4. §. 5. n. 10. & ſeqq., Marott. diſcept. forenſ. cap. 40. num. 65. & ſeqq., Epiſc. Rocc. diſput. Jur. cap. 46. num. 23., & Giurb. deciſ. Sicul. 22. num. 8.*

Stringentius vero, quia præciſive a tot inſimul junctis reſponſionibus, quarum ſingulæ ſuperabundarent, binæ aliæ obſiſtebant contra Beriolum regulæ inſuperabiles; Altera, quod etiam in caſu quo ipſe fuiſſet de jure citandus, non tamen prætermiſſio hujus citationis potuiſſet, & maxime poſt decurſum viginti annorum continuati ſilentii, influere in ullam redargutionem nullitatis vel injuſtitiæ erga toties memoratam Sententiam, quando nec etiam in hodierna Audientia pro parte ipſius Gaſparis aſſcrebatur quicquam, quod valuiſſet quoque modo impedire Judicatum, prout fuit judicatum; in iis quippe circumſtantiis defectum citationis aliàs, ut præfertur, de Jure Divino demandatæ, ac quomodolibet neceſſariè minime nocere ad infractionem Judicati
16 unanimiter affirmarunt *Manſ. conſult. 571. num. 4., Epiſc. Rocc. diſp. Jur. cap. 121. nu. 15., Card. de Luca de empt. & vendit. diſc. 19. num. 8., Afflict. deciſ. 49. fere per tot., Rota deciſ. 315. n. 9. coram Bich., deciſ. 162. n. 5. & 6. par. 8. recent., in Bononien. liberationis a moleſtiis 2. Julii 1700. §. Facile coram Me, & in Romana fidei-commiſſi, ſeu Cautelæ Angeli 26. Aprilis 1601. §. Quapropter pariter coram Me.*

Et altera, quod tantum aberat, extitiſſe quicquam aliquo modo relevans a Gaſpare deductum, ut neque etiam de ſtricta Juris cenſura potuiſſet ab eo aliquid deduci; Cum enim Franciſcus, ut ſupra oſtendimus, inſtando pro ſolutione præfatorum ſcutorum 502. eaque actualiter recipiendo, præmiſſam dubio procul ſententiam acceptaverit, utique Gaſpar ſimulate nominatus, nullamque diſcretam figuram valens repræſentare, quam illam Franciſci, non poterat non ſervare factum, & acceptationem defuncti, ut præter ſupra cumu-
17 latos proſequuntur *Surd. conſ. 73. num. 34. & ſequentibus, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 511. n. 16., Cyſtald. conſult. 24. n. 14., Epiſc. Rocca diſput. Jur. cap. 51. n. 93. & ſeqq., Rota deciſ. 240. nu. 27. par. 7. recent., & in Romana ſeu Anconitana Dotis 4. Januarii 1697. §. Quartam coram Reverendiſſ. D. meo Decano*

Diximus (etſi exabundanti, ſubſiſtente, ut vidimus, fræno validitatis, & acceptationis rei judicatæ) quod nec aliquid in hodierna propoſitione relevans adduxerat Beriolus, quod poſſet obumbrare juſtitiam ejuſdem ſententiæ, & rei judicatæ, prout re vera erat inadumbrabilis; quis enim dixerit, quod Fiſcus, qui Minoribus & Pupillis æquiparatur, veluti ſub aliena ſtans ad-
18 miniſtratione ex *Arietin. conſil. 20. in fine, Egid. Boſſ. de Fiſco n. 21., Peregrin. de Jur. Fiſc. lib. 6. tit. 2. num. 10., Seraphin. Maſſin. de confiſcat. quæſt. 44. num. 32.*, & in cujus alienationibus tot jure merito præſcripſit, ſive adnotavit requiſi-
19 ta *Gloſſ. in d. l. prima C. de fid. Inſtrumen., & Haſt. Fiſcal. lib.* 10. reaſſumpta per *Peregrin. de Jur. Fiſc. lib. 6. tit. 4. & ſeqq. De Pont. de poteſt., Proreg. tit. 4. de Regul. impoſit. §. 5. num. 10. & 33. cum aliis apud Maſſin. de confiſcat. q. 97. n. 1. & ſeqq.*

Unquam teneretur ſubjacere diſtractioni Bonorum rite incorporatorum, ac valori circiter ſcut. 8000. pro ſolo pretio ſcut. 502. quando etiam in venditionibus factis a Perſonis Majoribus, ideoque valentibus propriam elargiri ſubſtantiam, ſi pretium rei coemptæ non attingat medietatem juſtæ æſtimationis, ordinarie reſcin-
20 ditur contractus ex *l. 2. Cod. de reſcindend. vendit.*, & quando tranſcendente injuſtitia ipſius appretii beſſem veri valoris, reſultat læſio adeo enormis & enormiſſima, ut dolo comparetur, & efficiat numquam cenſeri abdicatam poſſeſſionem & dominium a Poſſeſſore, cui Jura, & Doctores ad hunc effectum manutentionis etiā impartiuntur auxilium, ſecundum late firma-
21 ta in his terminis per *Card. de Luca de fidei-com. diſc. 39. num. 2. & 3., Rota in Soanen. Immiſſionis 25. Januarij 1697. §. Præſuppoſitis in fine coram Reverendiſſimo Domino meo Decano in Vercellen. Penſionis. ſuper manutentione 28. Junij 1697. §. Quia coram R. P. D. meo Caprara, & in eadem Vercellen. Penſionis 28. Junij 1699. §. Quoniam coram Reverendiſſimo Decano, & in Avenionen. ſeu Vaſionen. Primogenituræ 25. Iunij 1700. §. Cum itaque coram bo. mem. Iacometto.*

Parumque ad colorandam pretii juſtitiam ſuffragabatur diminutio facienda pro debitis ſuper hujuſmodi bonis exiſtentibus in quantitate ſcutorum 1430., & ad quæ Fiſcus tamquam hæres anomalus infallanter obligabantur, ad
22 *Text. in l. cum Fiſco ff. ad Sylian., Caball. reſolut. criminal. caſ. 266. per totum, Gratian. diſcept. forens. cap. 304. n. 19., Rota deciſ. 503. n. 10. par. 18. recentior.* Cumque tunc temporis non forent detecta ſingula bona confiſcationi obnoxia, ceſſaret proinde quælibet læſio, aliàs ad reſcindendam venditionem concludentiſſi-
23 me juſtificanda, per *Text. in l. ſi circumſcripta C. ſo-*

Digitized by Google

ſolut. matrim., *Abb. conſ.* 64. *num.* 3. *par.*1., *Bald. conſ.* 77. *n.* 6. *lib.* 2., *Gratian. diſcept.* 461. *num.*29., *Gamm. deciſ.* 66. *n.* 3., *Rot. deciſ.* 686. *n.*10., *& ſeqq. par.* 18. *recentior.*, *& in Aſculana Dotis* 28. *Iunii* 1700. §. *Præſentiebant in fine*, *&* §. *Iam vero coram R. P. D. meo Pio, confirmata* 29. *Aprilis* 1701. §. *Talis autem*, *&* §. *Aut allegatur, coram eodem.*

Quoniam, procedendo etiam cum hiſce omnibus figurationibus, adhuc læſio ſaltem ordinaria reſultaſſet, ex quo certum erat, Patrimonium a Fiſco diſtractum aſcendere ad ſcuta 3160. quamobrem detractis quoque ex cauſa æris alieni præfatis ſc. 1430., nonne remanebant ſcuta 1730. ſicque ſemper efficiebatur indubium, quod pretium ſcutorum 502. minime attingebat dimidiam, prout omnino deſidera-
24 tur, ne intret cenſura *dictæ legis ſecundæ* ad tradita per *Andreol. contr.* 246. *n.* 4. *&* 5., *Fachin. contr. Iur. lib.* 2. *cap.* 16. §. *Illud longe*, *Rota deciſ.* 325. *n.* 4. *coram Dunozett. Iun.*, *& in Romana Reſciſſionis Contractus* 11. *Februarii* 1675. §. *Quia in fine coram Revereadiſſimo Bourlemont*, *&* 5. *Aprilis* 1677. §. *Recte*, *&* 27. *Iunii* 1678. *in principio coram eodem.*

Certius, ſuperaccedente qualitate Baronali, ſive juriſdictionali inſita bonis coëptis; ea quippe admodum auget juſtam æſtimationem valoris, unde illæ venditiones, quæ circa bona indifferentia correſpondent annuo redditui ſcutorum quatuor vel quinque pro centenario, in bonis juriſdictionalibus conſcendunt, ſive menſurantur ad duo ſolummodo pro eodem centenario,
25 ſicuti millies dixit *Rota*, *& ſignanter in dec.* 1030. *n.* 3. *coram Cardinali Seraphino deciſ.* 94. *n.* 47. *par.* 7., *deciſ.* 161. *n.* 16., *& deciſ.* 249. *n.* 4. *par.* 17. *rec.*, *& alibi quotidie.*

Informantes pro Beriolo ſentiebant vim inevitabilem harum reſponſionum, ideoque contendebant cumulare poſſibiles alias diminutiones, & præcipue ex eo, quod pro antiquis Poſſeſſoribus, & Dominis eorundem Bonorum confiſcatorum, nonnullæ fuerint initæ fidejuſſiones *de non intrando Statum Eccleſiaſticum*, & reſpective *de non offendendo*, præſeferentes ſummam ſcutorum 5000.; dari quippe (& hi ſubjungebant) poterat caſus, quod infractis hujuſmodi præceptis & cautionis, compellerentur iidem antiqui Domini, & Poſſeſſores relevare fidejuſſores, ut eſt de familiari natura eujuslibet fideiuſ-
26 ſionis per *Text. in cap.* 2. *de fidejuſſor. & in l. qui fidem & l. ex mandato ff. mandati & l. mandati* 14. *Cod. eodem tit.*, *Rota deciſ.* 305. *n.* 1. *par.* 13., *& deciſ.* 43. *pariter n.* 1. *par.* 18. *recentior.*, *& deciſ.* 920. *num.* 3. *coram Emerix juniore.*

Aſt nullius adiumenti reddebatur hæc cumulatio, quia cum tales pœnæ, ſeu ſecuritates nequirent in effectu exigi niſi per Fiſcum, cujus intuitu præſtiti fuerunt fidejuſſores, *de non intrando &c. de non offendendo &c.* de plano ſequebatur, quod ad evitandos circuitus, Fiſcus, qui bona damnatorum diſtraxerat, nequaquam potuit inſtare pro exactione pœnarum, aliis etenim pati debuiſſet ipſe vinculum relevandi, & ob id dicitur, Fiſcum eſſe prohibitum evincere bona, quæ vendidit, ita reſcribentibus Imperatoribus *in l.* 1. *&* 2. *Cod. ne fiſc. rem quam vendid. evinc. lib.* 10., *Arias de Meſa variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 33., *Mangil. de evict. quæſt.* 161. *num.* 14., *Seraphin. Maſſin. de Confiſcat. quæſt.* 47. *num.* 21., *&* 22. & melius, magiſque punctualiter ex his rationibus reſpondet idem *Seraphin. Maſſin. de confiſcat. quæſt.* 35. *ex n.* 11. *uſque ad* 15. ubi refert concordantes.

Cæterum neque opus erat inhęrere cenſuræ
28 *dictæ legis ſecundæ C. de reſcidend. vendit.*, minuſque refricare quæſtionem, an pro Fiſco ſatis ſit juſtificare lęſionem in ſexta parte, ut diſceptarunt *Antonin. de Amat. reſolut.* 38. *num.* 21., *Salgad. in labyr. credit. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 9., *& alii apud Seraphin. Maſin. de confiſcat. quæſt.* 47. *ex num.* 48., *& num.* 73. *cum ſeqq.* Etenim valor bonorum indubitanter excedebat ſcuta 8000. unde ſecundum ſuperius inſinuata, læſio ſaliebat ad gradum enormitatis enormiſſimæ. In nihilo turbante oppoſitione, quod iſte conſcenſus provenerit a bonis poſt ſequutam venditionem detectis, quia non per hoc deſtruebatur baſis læſionis irrefragabilis undequaque ſemper irritanda; Tunc etenim nulla fuiſſet habenda ratio de hiſce bonis ad poſteriorem notitiam ſuperventis, quando in vim venditionis non veniſſent etiam hæc bona detecta ſub emptione facta per Authorem Berioli; ſed cum is coemerit bona de eo tempore reperta cum omnibus & quibuſcumque Iuribus, *dicto Summario Fratrum num. primo*, hæc utique bona ſicuti compræhendebantur in emptione, non minus intercludi debebant ſub appretio, ut ex ſe patet ad ſenſum, & monuerunt
29 pluribus allegatis *Modern. Saminiat. controverſ.* 2. *n.* 85., *Bonden. collect.* 38. *n.* 238. *lib.* 2., *Rota deciſ.* 71. *n.* 4. *poſt eumdem Bonden. collect. tom.* 1. *& dec.* 370. *num.* 2. *coram Coccin.*

Tam igitur in ratione ordinis effecta inimpugnabili ſententia lata pro Fiſco, quam etiam de novo hodie comperta, poſt lapſum adeo diuturnum & peremptorium, illius perſpicua validitate & Juſtitia, omnis æquitas eademque Juſtitia conclamabant, ut pro conſtantia rei judicatę reſcriberetur, utraque &c.

ROMANA COMMUNANTIARUM, ET FONTANILIS.

Veneris 20. *Januarii* 1702.

ARGUMENTUM.

Manutentio debetur habenti pro ſe aſſiſtentiam tituli. Poſſeſſorium abſorbetur a petitorio, ſi incontinenti conſtat de titulo vel per inſtrumentum, vel rem judicatam, vel confeſſionem Partis.

tis. Venditio præſumitur facta in ſola portione, ſi ſola portio ſpectat ad venditorem, idque non obſtantibus verbis univerſalitatem denotantibus. Ex quantitate pretii recte deſumitur, quid fuerit comprehenſum in venditione Diviſio quomodo probari poſſit: & quando ſit præſumenda, late tractatur.

SUMMARIUM.

1 *Inſinuatur, quam facile ſit in uno eodemque Tribunali, in quo diverſi pro tempore & cauſis in Claſſes diviſi Iudices ſententias proferunt, diverſas emanare Deciſiones in principio.*
2 *Iudex debet judicare ex actis.*
3 *Fontanile, ſeu paſcua communia, induount conſortium & dominium promiſcuum.*
4 *Bona in medio ſituata ſpectare præſumuntur ad Dominos habentes prædia circumſtantia.*
5 *Ius competens Authori tranſit in ſucceſſorem.*
6 *Ex affictibus, & venditionibus emergit obſervantia, & juſtificatio continuatæ poſſeſſionis.*
7 *Correctio, & contradictio incontinenti, & inter unum & alterum inſtrumentum non præſumitur, & ad eam evitandam omnis capitur interpretatio.*
8 *De natura relationis eſt, ut potius unum inſtrumentum alteri inſit, quam quod ab eo ſubſtantialiter diſcordet.*
9 *Ex quantitate pretii, quid incluſum fuerit in venditione, cognoſcitur.*
10 *Venditio non cenſetur ſtipulata niſi pro ea parte ad Venditorem ſpectante.*
11 *Teſtari de bonis alienis, nemo præſumitur.*
12 *Confeſſio emiſſa in Inventario reſpectu ſortientium cauſam ab Inventariantibus, plene probat.*
13 *Legitimatio Perſonarum, & pertinentia Jurium demonſtratur ex admiſſione earundem Perſonarum in Judicio, ſuper quo emanavit res judicata.*
14 *In Judiciis, ac in expreſſis ſtipulationibus quaſi contrahitur.*
15 *Manutentio datur poſſidenti.*
16 *Actus poſſeſſorii non ſunt manutenibiles, ſi fuerint expleti ſine ſcientia & patientia legitimi poſſeſſoris, vel ab iſtius præcaria conceſſione.*
17 *In concurſu Poſſeſſorum manutentio tribuitur habenti & oſtendenti titulum clariſſimum, ac proprietatem indubitatam.*
18 *Cumulationi cum petitorio tunc eſt locus, quando conſtat de bono jure claro & liquido, a quo dependeat poſſeſſio.*
19 *Limita, ſi poſſeſſio ex una parte ſit clara; tunc enim non datur, ne poſſeſſor gravetur onere probandi, & ſic figuram rei gerat.*
20 *Delibatio boni Juris quando aſſumitur ad magis roborandum vel colorandum poſſeſſorium, tunc dependente aliquo modo poſſeſſione ab ipſo titulo, deguſtatur idem titulus ſeu negocium principale, ac petitorium.*
21 *Præſertim accedente in commiſſione clauſula cumulationis utriuſque Judicii* Arbitrio, *quod aliquid de rigore Juris relaxat.*
22 *Exceptiones, requirentes altiorem indaginem, non retardant manutentionem.*
23 *A ſtatu antiquo argui non valet ad ſtatum hodiernum & præſentem, præcipue ſi intercedat ſpatium unius ſæculi.*
24 *Ad effectum removendi poſſeſſorem a ſua legitima poſſeſſione neceſſe eſt probare titulum, & dominium poſititivum, non vero inhærere præſumptioni, &* num. 46.
25 *Atque oriens in fundo alicujus eſſe dicitur de dominio illius, cujus pariter eſt fundus, a quo ſcatet.*
26 *Nemo præſumitur jactare ſuum.*
27 *Dictio* fino *latinè* uſque *magis probabiliter intelligitur excluſive.*
28 *Argumentum a fortiori deductum validiſſimum in jure reputatur.*
29 *Quando alibi poteſt quis habere viam, licet remotiorem, vicinus ad id adſtringi non debet.*
30. *Et de ratione.*
31 *Vicinus, qui non habet viam aliunde, ut valeat tranſire per prædium vicini, requiritur, ut fiat electio ſitus Domino Fundi minus damnoſi, & quod ſolvatur juſtum pretium.*
32 *Commodum, & dominium præſumitur illius, cui incumbit incommodum, & jactura refectionis, & expenſarum.*
33 *Immutatio uſuum, rerum, & dominiorum præſumitur per ſpatium longi temporis unius, nempe ſæculi.*
34 *Imo ſpatio tanti temporis, quidquid ſub Mundi Machina regitur, revolvitur, & innovatur.*
35 *Venditio fieri poteſt etiam de re aliena.*
36 *Locationes & venditiones ideo probant aut dominium aut poſſeſſionem, quia reſpectu illarum rerum ſuper quibus cadit quæſtio individua, comprobatur ſubſecuta actualis effectuatio.*
37 *Inſtrumenta affictuum & venditionum regulariter celebrantur juxta formulam antiquam.*
38 *Modicum & nihil æquiparantur & de modicis non curat Prætor.*
39 *Mulier Tutrix non informata præjudicare non poteſt filiis infantibus & Pupillis.*
40 *Amplia, quod nec etiam contra ſe ipſam mulier confitendo aut enunciando valet citra ſolemnitates ſtatutarias ullum vel minimum ſibi irrogare præjudicium.*
41 *Regula nuncupata* del tre *affertur.*
42 *Confeſſio nihil operatur niſi ſit clara perſpicua & indubitata, & aliquo modo non elidibilis.*
43 *Poſſeſſori exuberat trita reſponſio:* quoad te liberas Ædes habeo.
44 *Res judicata, emanata ſuper poſſeſſorio, neque minimum gradum conſtituit in petitorio.*
45 *Re judicata lata ſuper ſtatu rei gaudet Poſſeſſor, & dominus ipſius rei.*
46 *Ad infringendum privilegium poſſeſſorium exigitur, quod vel confeſſio, vel inſtrumentum publicum, vel res judicata nullam patiantur dubietatem, ſed rem omnino faciant manifeſtam, & non conjecturalem, & altioris indaginis.*
47 *In favorabilibus, qui tacet aſſentiri videtur, ſecus in præjudicialibus.*

48 *Manutentio eo libentius concedenda videtur, ſi poſſeſſor doceat de ſuo bono jure.*

49 *In dubio judicandum ſemper eſt pro poſſeſſore.*

50 *Diviſio licet tanquam quid facti nuſquam præſumitur.*

51 *Ex convincentibus tamen conjecturis, & præſumptionibus paſſim recipitur, & admittitur,* & n. 56.

52 *Ad evitandam illicitam uſurpationem præſumi debet quicumque titulus de Jure validus.*

53 *Confeſſionem propriam in Inſtrumento emiſſam impugnare nemo poteſt.*

54 *Semel quod placuit, amplius diſplicere non poteſt.*

55 *Identitas probatur ex duobus confinibus.*

56 *Diviſio ex adminiculis & indiciis, recto arbitrio Judicis penſandis, paſſim admittitur.*

57 *Nulla major intelligentia, & dilucidatio ſignorum, quæ ſunt ad placitum, exoptari nequit, quam ea, quæ noſcitur habita ac practicata per vicinos.*

58 *Termini apparentes habentur loco inſtrumentorum, appellanturque antiquarum rerum monimenta, & immutata facie loci, eo magis idem terminus eſt relinquendus.*

59 *Diviſio transfert illico dominium.*

60 *Illaque inventa eſt pro evitandis jurgiis & controverſiis.*

61 *Diviſio beneficio temporis favore poſſeſſoris inducitur.*

62 *Et de rationibus.*

DECISIO CCXXIII.

I. JACET in confinio plurium Caſalium, quę etiam hodie compellantur *Tormaggiore*, *Solforata*, *Solforatella*, e *Tortignoſa*, priuſue pro majori parte exiſtebant in dominio Nobilis Familiæ de Magdalenis, quædam Terreni pars paſcuorum uſui deſtinata, & conſecutive protendens ad Fontem, in quo boves, aliaque majora ad eorumdem Caſaliū culturam neceſſaria animalia ſitientia reficiebantur; cum autem unum ex memoratis Caſalibus nuncupatum *Sulpharatella* reperiretur penes illos de Cinciis extraneos, erupere conſueta jurgia finitimorum, utpote contendentium de promiſcuo & privativo reſpective uſu ejuſdem intermedii Terreni, & *Fontanilis* uſque de tempore bo: bo: me: me: Marcomontii, ac Buratti; *donec* perventa portione prædictorum Caſalium pertinente ad illos de Cinciis in DD. Serlupios, ut diximus, nuncupata *Solforatella* una cum aliis Tenimentis, ſeu Caſalibus *di Tormaggiore*, e *della Solforata*, præcedenter ab iiſdem Magdalenis, & Silvia Alteria reſpective acquiſitis, etiam reliqua reſidualis pars *di Tortignoſa* tranſlata fuit in dominium D. Marchionis Riccardi. Quapropter iterum concaluit, & exarſit litigium inter eundem D. Marchionem Riccardum, ac D. Marchionem Serlupium, hoc prætendente hujuſmodi Terrenum, licèt adhuc in præſenti retinens vetus vocabulum *delle Communanze*, ad ſe privative ſpectare: D. vero Marchione Riccardo in oppoſitum contendente; illud perdurare in antiqua natura ſociali, & inter limitryphos communi; Commiſſoque proinde primo conflictu coram A. C. circa purum poſſeſſorium, ſive manutentionem, vicit prima vice Riccardus; ſed per appellationem delata cauſa ad Sacrum Auditorium, ſive ad R. P. D. meum Priolum, ſuccubuit præviis duabus Deciſionibus; Felicius tamen in altera inſtantia demandata coram R. P. D. meo del Olmo deguſtatione boni Juris ſub aſſueto reſcripto: *Videatur de bono Jure etiam ad effectum manutentionis*; Judicium reaſſumpſit, ex quo dictum fuit ad præfatum effectum manutentionis: *Conſtare de bono Jure Marchionis Riccardi*; prout pariter extitit definitum, & confirmatum in tertia ulteriori cognitione coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano. Aſt hiſce judicatis nullatenus acquieſcente Serlupio, obtentaque per ipſum in Signatura Juſtitiæ nova Commiſſione ſuſpenſiva, ac mihi directa cum clauſula: *Conſtito de tribus*, exiit hodierna die reſcriptum prorſus nagativum: *Non conſtare*.

II. Primo igitur intuitu videbatur ſuccumbenti ſummopere durum, quod poſt tres uniformes ſententias, ante quas major pars Dominorum dedignata non fuerat accerſere locum differentiæ, præceſſerantque judiciales menſuræ Agrimenſorum, facto neutiquam immutato, ac non impugnata per D. Marchionem Serlupium validitate earundem trium ſententiarum, ex ſolo capite Injuſtitiæ Tribunal abſcinderet in hac reſolutione præfata tria judicata. Sed præterquam quod hujuſmodi vociferationes ſemper a Magnis Tribunalibus, & Judicibus negliguntur, potiuſve veniunt commiſerandi litium febre languentes, in primis tres hæ ſententiæ remanſerant interruptæ, uti meminimus, coram R. P. D. meo Priolo per contrariam definitionem in ipſo poſſeſſorio, de quo agitur; de cætero autem familiaria numerantur exempla, etiam forte in apparenter aſperioribus circumſtantiis unum ſiquidem; idemque Tribunal eſt Rota, a qua cauſæ, ut inquiunt, Rotales ſemper, niſi Summo Pontifici diverſimode placuerit, nuſquam exeunt; ſed ideo non exeunt, quia duodenarius Auditorum numerus tripartitur, & ab una Claſſe ſive Turno aſcendit ad alterum provocatio, Quin etiam perſæpe ſecundum humanas viciſſitudines novæ plerumque in dies perſonæ ſubrogantur, unde non obſtupendum, quod ſi iidemmet Judices quandoque, ut exigit juſtitia, ac major illuſtratio intellectus, ex ea docilitate, quam cum pia Salomonis ſupplicatione commendavit eadem *Rota in Romana Cambii* 17. *Junii* 1697. *in principio coram Me*, laudabiliter recedunt a primæva ſententia; multo magis, ita expoſcente lumine rationis, in diverſam abeunt opinionem novi Judicantes: imo turpe quodammodo foret propriam mancipare ſynderesim Anteceſſorum, vel aliorum cenſuræ

ad

Digitized by Google

1 ad monitum *Text. in cap. licet de ſponſ. duor. in cap. cum ex literis de in integr. reſtit. & in authent. de nuptiis verſ. Hos autem &c., Larrea deciſ. Granaten. 47. n. 52.*, ac de ſuo Senatu Pedamontano advertit *Anton. Feber. in Cod. in epiſtol. ad lector.* & in ſpecie Sacri noſtri Tribunalis notat & collaudat *Theſaur. in præfation. ad deciſ. Pedamont. ex n. 33., Valenzuel. conſ. 64. ſub n. 215. verſ. & de Sacro Romano Auditorio cum ſeqq.*, in quibus ad rem plura eruditiſſime congerit *Card. Albit. de Inconſt. in Iudic. quæſt. 36. n. 410., & ſeqq.*, & obſervatum quoque extitit *in Mediolanen. Clericatus 22. Martii 1683. coram bo: mem: Emerix Iun. inter ſuas deciſ. 583. in princip.*

III. Et ſane retento ſuppoſito hujus litigantium querimoniæ, objurgandi forent illi Magiſtratus a Principe Supremo deputati pro introſpicienda qualitate judicatorum ad finem indulgendi cauſarum reviſiones, novaſque concedendi commiſſiones cum clauſulis modo præſervantibus executionem eorumdem Judicatorum, modo illam ſuſpendentibus, & tamen nedum id frequens eſt, ſed neceſſarium in quocumque Principatu, ideoque in hoc Eccleſiaſtico Signatura Juſtitię ad hunc effectum præelecta quotidie ipſimet primævo Judici reſcribit: *Iterum audiat*, & (prout egit in caſu noſtro) reſpondet: *Conſtito de tribus &c. conſtito, quod ſit locus Ægidianæ &c. cum ſimilibus*; quia nempe dubitans aliquo modo de juſtitia mandati, vel Sententiæ præcedentis, iteratam injungit cognitionem, alteri Auditori cauſam delegando. Tantumque abeſt, quod facto non immutato per novorum jurium productiones, ſubſequentes Judices Delegati obſtringantur obſequi antecedenti, quod potius de ſtricta Iuris regula Judicibus, & maxime inferioribus, vetitum exiſtit in Judicio appellationis aliàs judicare, quam
2 ex eiſdem actis; *Granna. in cap. Significantibus num. 6. de libell. oblat., Bartol. in leg. prima num. 1. ibique Salycet. n. 5., Cod. ne lic. tert. provocar., Rip. in leg. 4. §. Condemnatum num. 15. verſ. ta clarius ff. de re judicat., Jaſ. in leg. 1. nu. 8. ff. de nov. oper. nunciat., Modern. Argentan. colluct. legal. 30. n. 140. lib. 2., Contr. diſcept. forenſ. cauſ. 43. num. 13., Poſth. reſolut. 58. num. 24., Scacc. de ſent. & re Judicat. gloſſ. 14. quæſt. 20. num. 8., Panimoll. deciſ. 138. num. 7., Rot. deciſ. 299. n. 5. coram Priolo, & in Fulginaten. Fideicommiſſi ſuper mobilibus 11. Maii 1688. §. Injuſtitia autem coram bo: me: Guaxardo.*

IV. Non longe igitur a pręmiſſis introeundo viſcera diſputationis, redacta (ut opinabantur Scribentes pro Marchione Riccardo) ſubſtantia diſputationis ad bonum jus, ſupponebant de illo liquidiſſime conſtare, primo ex quo ocularis inſpectio Plantę, optime & eleganter elevatæ, demonſtrabat neceſſitatem, quod præfata intermedia rubra Terreni vocata *le Communanze* eſſent omnino communia & ſocialia inter Caſalia adiacentia; nam, cum non adeſſet in toto Caſali, ſeu Tenimento Marchionis Riccardi *di Tortignoſa* ullum, ut nuncupabant, *Fontanile*, & exigentia ipſius Caſalis quandoque aratro, quandoque ſimplicibus paſculis deſervientis, poſtularet neceſſario, quod, alternante aratro, Boves, animalia aliave majora fundũ inſtruant, procul dubio ſequebatur, quod ne aliàs ſite perirent hujuſmodi Animantia, tam ipſum Fontanile, quam paſcua, ſeu rubra intermediantia forent uſus ac dominii promi-
3 ſcui ex his, quæ in ſimili bene tradunt *Card. de Luc. de ſervitut. diſcurſ. 32. n. 9., Rot. in Romana Iuris tranſeundi 29. Ianuarii 1700. §. Communio autem, coram R. P. D. meo del Olmo*, & conferunt adducta per *Curt. Iun. in leg. 2. num. 51. cum ſeqq. ff. de Iuriſdict. omn. Iudic., Cyriac. contron. forenſ. cap. 27. n. 4. cum ſeqq., Rocc. diſput. Iur. ſelectar. cap. 171. n. 9. & ſeqq., Michalor. de fratrib. part 3. cap. 36. n. 46.* cum pluribus relatis per *Rotam in Cajetana Iuris tranſeundi 11. Martii 1697. §. Quo enim coram R. P. D. meo Priolo.*

V. Quin etiam, non diſcendedo ab hac oculari animadverſione, ſtatim ac ſitus *Communantiarum* circumdabatur a Caſalibus non minus ſpectantibus ad Serlupium quam Riccardum, ſatis inferri (alia non accedente demonſtratione in oppoſitum) videbatur, quod, & idem ſitus, ſeu *Cummunantiæ* forent cenſendæ communes, & proportionabiliter ſpectantes ad Dominos Terrarum & Caſalium adjacentium, ut non in diſſimili propoſito bonorum alluvialium, & In-
4 ſularum ſaucivit *Juſtinian. in §. Inſula Inſtit. tit. de rer. diviſ.*, & notant *Bartol. in tractat. de flumin. part. 2. §. Communis fiat eorum per tot., Cepoll. de ſervitut. Urban. Prædior. tract. 2. cap. 33. num. 7., Aymo de alluvion. lib. 3. cap. 3. §. 1. num. 4., Alexand. Brugiott. de fluminib. cap. 2. ex n. 205., Pecchius de aquæduct. lib. 1. cap. 4. quæſt. 8. a num. 1. cum ſeqq., Gob. tract. var. tit. de aquis quæſt. 28. num 17. & 18., Antunez de donat. reg. lib. 3. cap. 7. num. 11., Modern. Leiſſer de Prædiis lib. 5. cap. 42. num. 48. verſus finem, Franc. Marc. deciſ. Delphinat. 271 num. 6. verſ. & efficitur illorum*, præter adductos per *Rot. in Narnien., ſeu Hortana Alluvionis 24. Januarii 1698. §. Hæc exuberarent, cum ſeq. coram R. P. D. meo Pio*, & magis in ſpecie noſtra *Surd. conſ. 125. num. 6. cum ſeq., Lel. Altograd. conſ. 100. num. 3., Palma Nep. allegat 263. num. 1. in fin. & num. 2., Modern. Argentan. colluctat. legal. tom. 2. colluctat. 44. n. 296. Vegg. conſ. 1. ſub num. 15., Card. de Luc. de ſervit. diſcurſ. 10. num. 3., Tranchedin. conſult. 19. n. 40., Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 73. n. 22., Leiſſer. de Prædiis lib. 3. cap. 32. n. 34., Sperell. deciſ. 54. num. 7., Rot. deciſ. 450. n. 4. & 5. coram Durano, & in hac eadem cauſa deciſ. 647. num 8. coram Buratto.*

VI. Fortius igitur, quia tantum aberat, quod quicquam oſtenderetur adverſativum huic geminæ legali proviſioni, ac præſumptioni, ut potius

tius ad intentum Marchionis Riccardi concurreret ſecundo loco publicum fulcimentum ſolemnis diviſionis exaratæ de anno 1570. inter illos de Magdalenis Dominos originarios horum Caſalium; ex eo namque liquebat, quod rubra 160. eorumdem Caſalium præcedenter diſtracta in Serlupios ab Io: Baptiſta & Marco Antonio, in ejuſdem Marci Antonii & Io: Baptiſtæ portione extiterint recenſita: remanentia vero rubra 82. permanſerint penes condividentes Julium & Petrum Dominicum de Magdalenis, *Summario Marchionis Riccardi Num.* 4. quapropter, cum mediante titulo ſingulari emptionis Riccardus conquiſiverit hęc rubra 82. una cum Communantiis, nec non *Aquis*, *Aquarum*, *juribus*, *curſibus*, *decurſibus*, *& derivationibus*, ecce, quod quemadmodum ex convento in præfata diviſione reſtabant indiviſæ & communes *Communantiæ*, illæ pariter ſic indiviſæ transiverint quoque in ipſum Marchionem Riccardum, qui ex vi memoratæ emptionis ſucceſſit in Jura Julii & Petri Dominici, ſicut optime fuerat ob-
5 ſervatum *in Deciſione ædita coram R. P. D. meo del Olmo* 13. *Aprilis* 1700. §. *Ex triplici*, *& in prima Reverendiſſimo D. meo Decano* 1. *Iulii* 1701. §. *Verum Domini*, *& in ſecunda* 24. *Ianuarii ejuſdem anni* §. *Quod ſane*, & præter allegatos in eiſdem deciſionibus late probant idipſum *Card. de Luc. de ſervitut. diſcurſ.* 32. *num.* 11. *verſ. ſed non eſt iſte &c.*, *Gothofred. Leiſſer. de prædiis lib.* 3. *cap.* 33. *n.* 37., *Modern. Aſculan. ad Statut. Urb. lib.* 1, *annot.* 21. *art.* 1. *ſub. n.* 22. *verſ. dominium in re communi cum ſeq.*

VII. Potiſſime, quia deinceps etiam prælaudati Julius & Petrus Dominicus, necnon habentes ſucceſſivam cauſam ab eis, locaverant hujuſmodi Jura Communantiarum, illis in diviſione remanſa pro indiviſo, necnon etiam herbas pari modo vendiderant, *dicto Summario Marchionis Riccardi Num.* 8. 9. 10. *&* 11. ex affictibus namque, atque conſimilibus venditionibus, emergere nedum obſervantiam ambiguarum rerum interpetrativam, ſed etiam juſtificationem continuatæ poſſeſſionis & do-
6 minii, aſſeruerunt *Rocc. diſput. Iur. ſelect. cap.* 171. *num.* 8., *Rot. deciſ.* 229. *n.* 4. 5. 6. *&* 7. *part.* 14. *recent.*, *dec.* 65. *n.* 24. *poſt Modern. Aſculan. ad Statut Urb. tom.* 3., *in Savonen. fideicommiſſi* 1. *Iulii* 1682. §. *His denique coram bo: me: Urſino*, *in Cajetana Iuris Tranſeundi* 11. *Martii* 1697. §. *Urget quoque eum ſeq. coram R. P. D. meo Priolo*, *in Romana Fideicommiſſi Proſperi Sen. de Caffarelli* 1. *Iunii* 1699. §. *Et hæc coram R. P. D. meo Laneetta*, *& in ejus confirmatoria* 10. *Iunii* 1701. §. *Fortius quia*, *& ſeqq. coram eodem*, *& in Romana Fornacis* 26. *Martii* 1700. §. *Fortius coram Me.*

VIII. In nihilo ob id refragante, quod in præcedenti Inſtrumento venditionis, expletæ ad commodum ipſorum de Serlupis, legerentur explicite nominatæ, & comprehenſæ *Communantiæ* ultra memorata rubra 160. ibi - *necnon*, *& ultra præmiſſa Communantiarum ſeuta alios ſeptuaginta ſimiles &c.* quoniam, cum poſtmodum in præfato Inſtrumento diviſionis extiterint relictæ, ac declaratæ communes eædem *Communantiæ*, profecto concludere oportebat, quod eæ *Communantię*, de quibus per antea loquebatur alterum Inſtrumentum venditionis, intelligerentur pro illa rata, ac promiſcuitate uſus & dominii, quod inter Venditores ex una, ac alios condividentes ex altera proportionabiliter pertinebat; non tantum quia ita exigebat ratio evitandæ contrarietatis inter unum & alterum inſtrumentum ab eadem
7 parte celebratum, ex collectis apud *Modern. Argentan. collect. legal. tom.* 2. *collect.* 5. *num.* 51., *Palma Nep. allegat.* 7. *num.* 44., *& allegat.* 48. *n.* 19., *Cyriac. controv.* 63. *num.* 33. *lib.* 1. *in tract. de Commerc. & Mercat. diſcurſ.* 34. *n.* 24., *Meichſner noviſſimar. deciſ. Camer. Imper. tom.* 2. *lib.* 1. *deciſ.* 1. *par.* 2. *num.* 14. *&* 15., *Rot. deciſ.* 69. *num* 15. *coram Priolo*, *deciſ.* 793. *num.* 6. *coram Card. Cerro*, *deciſ.* 128. *num.* 12. *par.* 16., *deciſ.* 400. *n.* 32. *par.* 18., *deciſ.* 303. *n.* 13. *par.* 19. *recent.*

IX. Verum etiam, quia in eodemmet contractu præambulæ venditionis fuit habita relatio ad menſurationem ac diviſionem faciendam; proindeque eo minus recipi valebat contrarius intellectus præſervationis pro indiviſo initæ in ſecuta paulo poſt diviſione, de natura quippe relationis eſt, ut potius unum Inſtrumentum alteri inſit, quam quod ab eo ſubſtan-
8 tialiter ullo modo diſcordet, teſte *Rot. deciſ.* 65. *n.* 12. *coram ſa: me: Gregorio XV.*, *deciſ.* 845. *n.* 14. *coram Emerix. Iun.*, *deciſ.* 64. *num.* 15. *poſt Modern. Aſculan. ad Statut. Urb. tom.* 3., *in Romana Fideicommiſſi* 21. *Februarii* 1684. §. *Utraque coram bo: mem: Benincaſa*, *in Romana Prælationis* 21. *Aprilis* 1692. §. *Proinde coram clar. me: Cardinali Cavallerino*, *& in Romana Dotis ſuper reſtitutione quoad reſervata* §. *Qualitas quippe coram R. P. D. meo Muto.*

X. Addito, quod cum valor rubrorum venditorum conventus appareret in ſcutis ſeptuaginta, abſonum foret, quod hæ *Communantiæ*, ad minus importantia rubra octo, integraliter alienata extitiſſent pro ſolis ſcutis 70., dum nemo non ſcit, quod a pretii quantitate recte, quatenus opus, arguitur, quid veniat in contractu, & ſic probabilius, imo manifeſtius erat, quod Veditores intellexerint tantummodo transferre ſolum jus memoratæ promiſcuitatis, non admodum ratione, communis uſus & reſpective ſervitutis, æſtimabile, ad tradita per
9 *Manſ. conſult.* 2. *num.* 8. *&* 14., *Palma Nep. allegat.* 312. *n.* 22., *Bonden. collect. legal. tom.* 2., *collect.* 5. *n.* 19., *Mantic. de Tacit. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 8. *&* 11., *Capye. Latr. dec.* 27. *num.* 8. *cum duob. ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 628. *num.* 32. *par.* 18. *tom.* 2., *deciſ.* 227. *num.* 13. *par.* 19. *recent.*, *in Bononien. Aquarum* 8. *Iunii* 1696. §. *Quarta* de-

Digitized by Google

demum coram R. P. D. meo del Olmo , & in
Romana Fornacis 26. Martii 1700. §. *Quodque coram Me .*

XI. Nec eſt novum , quod quis, alienans etiam ſub verbis indefinitis & univerſalibus aliquam rem, cenſeatur in effectu transferre voluiſſe illam partem , ſive Jus , quod in re diſtracta obtinebat , niſi poſitive verba ſuperadijecerit integralitatem præſeferentia , quod & locum ſibi vindicat in ultimis quoque voluntatibus , ſicut in terminis primæ concluſionis mo-
10 nuerunt , *Roman. conſil.* 386. *n.* 2., *Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 17. & 20., *Knipſchild: de Fideicommiſſ. Familiar. Nobil. cap.* 11. *num.* 55., *Scapnec. de ſingul. ſucceſſ. limit.* 2. *n.* 10., *Pacion. de Locat. & Conduct. cap.* 9. *n.* 31., *Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 33., *Manent. deciſ.* 17. *num.* 48., *Borgnin. deciſ.* 25. *n.* 14. *par.* 2., *Rot. dec.* 125. *n.* 1. *coram Cardinali Seraphino , deciſ.* 607. *n.* 12. 13. & 14., & *deciſ.* 644. *n.* 14. & 15. *coram Bichio , & in dicta Romana Fornacis* 26. *Martii* 1700. §. *Superva-*
11 *caneum coram Me* ; & in propoſito ſecundæ , *Palma Nep. allegat* 183. *num.* 12., *Peregrin. conſ.* 37. *n.* 23. *lib.* 1., *Fuſar. conſ.* 137. *num.* 4. & *de ſubſtit. quæſt.* 649. *num.* 5. & 6., *Merlin. de pignor. & hypotec. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 28., *Rot. deciſ.* 93. *num.* 3. & 12. *coram Durano , deciſ.* 378. *num.* 16. & 17. *coram Priolo , deciſ.* 127. *num.* 13. & 14. *par.* 15. *recent.*, & *in Romana, ſeu Januen. Trebellianicæ* 2. *Martii* 1693. §. *Neque major vis coram R. P. D. meo Pio , & in ejus confirmatoria* 5. *Junii ejuſdem anni* §. *final. coram Eodem .*

XII. Tertio ſubjungebant, hæc omnia validius communiri robuſtiori probatione , quæ promanabat a confeſſione eorundē Dominorum de Serlupis, emiſſa poſt viginti circiter annos a die eorum acquiſitionis, in quodam inuentario confecto ſub anno 1589. in quo literis adapertis præciſive a Communantiis emptis a Silvia Alteria , eæ , de quibus agebatur , *di Tormaggiore*, confuſim ſive indiſtinctim per antea venditæ a Magdalenis, cum Caſali *di Solforata* explicite exprimuntur pro duobus rubris ibi - *colle Communanze di Tormaggiore , che ſono due rubbia* . Ac propterea ſtante hac tam vicina lucidave confeſſione nequibat hodie Dominus Marchio Serlupius , non docto de aliqua intermedia novaque acquiſitione, ſibi arrogare totum Jus *Communantiarum* ; quemadmodum in ſpecie ſimilium confeſſionum emiſſarum in Inventario reſpectu ſortientium cauſam ab Inventariantibus probant adducti *in deciſione R. P. D. mei del Olmo* §. *Secundum* ; & præciſe in his terminis di-
12 ctum fuit *in dicta Romana Fornacis* 26. *Martii* 1700. §. *Concomitanter ad hæc coram Me , in Ferrarien. ſeu Anconitana Fideicommiſſi* 12. *Decembris* 1688. §. *Siquidem coram Reverendiſſimo D. meo Decano , &* 27. *Novembris* 1699. §. *Nec dictum Inventarium coram Eodem , &* 3. *Junii* 1701. §. *In primis quippe coram Me .*

XIII. Quarto tandem , quid plus ? cum & in hunc innegabilem ſenſum conſpirabat antiqua res judicata præviis tribus deciſionibus, ædita coram bo: bo: me: me: Marquemontio Archiepiſcopo Lugdunen. , & Buratto , ut penes hunc liquet inter ſuas *deciſ.* 513. , & *dec.* 648., cum enim , ſicut ab initio enunciavimus , Cincii poſſeſſores *Sulphuratellæ* prætenderent pari modo perfrui promiſcuitate harum Communantiarum & Fontanilis , non ſolum in eadem cauſa triumpharunt contra Dominos de Serlupis , ſed etiam adverſus illum Columnellum de Magdalenis , a quo Jura ſua dimetitur Dominus Marchio Riccardus : ſignum evidens , quod idem Columnellus de Magdalenis erat Condominus præfatarum Communantiarum & Fontanilis ; legitimatio quippe ac pertinentia jurium & perſonarum plenius demonſtrari non poteſt, quam ex admiſſione earundem perſonarum in Judicio , ſuper quo emanavit res
13 Judicata , ut ait in propoſito *Rot. deciſ.* 13. *n.* 1., & *deciſ.* 188. *pariter n.* 1. *coram Pentingerio , deciſ.* 1074. *num.* 1., & *deciſ.* 1079. *nu.* 1. & *ſeq. coram Emerix Jun.*, *in Romana Affictus* 12. *Martii* 1700. §. *His ita præhabitis coram R. P. D. meo de la Tremoille* , & in ſæpedicta *Romana Fornacis* 26. *ejuſdem menſis* §. *Ulterius quoque coram Me*, & *in Eugubina Præminaria* 25. *Novembris* 1701. §. *final. coram R. P. D. meo Pio .*

XIV. Eoque præſertim , quia ab initio ejuſdem litis poſtea devolutæ ac terminatæ in Sac. Tribunali, iidem de Magdalenis Authores Marchionis Riccardi una cum litis Conſortibus, quales præcipue erant Serlupii, Monitorium quoddam expediverant cum inhibitione contra Cincios coram Vicario Baſilicæ S. Petri ; quomodo namque valet excogitari, quod ipſi Magdaleni nullum foverent Jus in controverſis *Communantiis ac Fontanili* , ſi litem principaliter aſſumpſerunt ſuper privativa fruitione hujuſmodi *Communantiarum ac Fontanilis* ? Et quomodo denegare valebant moderniores Domini de Serlupis Jus coæquum in Domino Riccardo cauſam habente ab iiſdem Magdalenis , dum DD. Serlupii jus prædictum de Magdalenis ineluctabiliter agnoverunt a principio per totum tempus Judicii , in quo non minus ac in expreſſis ſtipulationibus quaſi contrahitur per
14 *Text. in leg.* 3. §. *Idem ſcribit ff. de pecul. cum concordantibus penes Franc. deciſ.* 136. *num.* 6. *in fin.*, *ac habetur in tractat. de Commerc.*, & *Mercat. diſcurſ.* 12. *num.* 15., *Rot. in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis* 5. *Decembris* 1698., §. *Fortius vero coram Me .*

XV. Hæc igitur erant , quæ ad ſubſtantiandam Juſtitiam trium favorabilium Sententiarum acriter ex parte Marchionis Riccardi promovebantur . Verum his omnibus pluſquam mature per Dominos ponderatis , & nihilominus ex prænunciata ratione , quod *Voto non vivitur uno*, parum refragantibus , in contrariam abiere ſententiam , Reaſſumentes namque pri-
mor-

Digitized by Google

mordium quæſtionis, illam dignoverunt agi-
tari ex remedio *leg. diffamari Cod. de ingen. & manumiſſ. & leg. ſi contendat ff. de fidejuſſorib.* (quod
in Curia nuncupant *jactationis jactationum*) ſim-
pliciter, prout etiam in ſua proſecutione ſuper
nudo poſſeſſorio. Quamobrem, cum Dominus
Marchio Serlupius mediante plurium Teſtium
in faciem loci examinatorum depoſitione jam
docuiſſet, & in præſenti uberius edoceret, quod
ipſe, ejuſque Cultores, habenteſve ab eo cau-
ſam tam ante, quam de præciſo tempore motæ
litis, manebant in privativa quaſi poſſeſſione
harum *Communantiarum & Fontanilis*, de
plano inſurgebat, quod ipſi tribuenda omnino
foret in eadem quaſi poſſeſſione privativa ma-
nutentio, per ſolida non minus, quam vulgata
15 principia, de quibus apud *Card. de Luc. de Re-
galib. diſcurſ. 145. num. 4., Capyc. Latr. conſult.*
68. *num. 22., Adden. ad Buratt. deciſ. 131. n.
9., Rot. deciſ. 222. num. 8. coram eodem Buratto,
deciſ. 4. num. 2. par. 2. diverſ. deciſ. 435. par. 9.
recent., in Cavallicen. Bannalitatis Furni ſuper
manutentione 5. Decembris 1696. §. Admitte-
bant coram R. P. D. meo Priolo, in Romana Juris
Legendi ſuper Manutentione 16. Maii 1698. §.
Sed factum ipſum coram R. P. D. meo Muto*, &
nuper dictum fuit *in Bononien. Canalis Navigii
ſuper Manutentione 18. Decembris 1701. §. Fun-
damentum coram Reverendiſſimo D. meo Molines
Decano.*

XVI. Abſque eo quod in rei veritate Scri-
bentes pro Domino Marchione Riccardo præci-
pue in hodierna colluctatione ſuper hoc præciſo
individuo tentarent prætendere contrarium;
quia omnes actus poſſeſſorii pro parte illius ali-
quomodo eipleti, vel nullam præſeferebant
ſcientiam & patientiam inſ D. Marchione Ser-
lupio, vel, quod plus erat, pendebant a præcaria
conceſſione præfati Serlupii, ideoque non erant
manutenibiles, ut bene, & fuſe, ac citra inu-
16 tilem tranſcriptionem enucleatum fuit *in De-
ciſione edita 3. Martii 1698. §. Nec extenſo, &
§. Prout nec minus cum ſeqq. uſque ad finem, &
in ejus confirmatoria 26. Junii 1699. §. In ſeque-
lam §. Verum procedendo, & ſeqq. uſque ad §.
Præter hæc omnia coram R. P. D. meo Priolo.*

XVII. Et idcirco omnis amaritudo cauſæ
reducebatur ad indaginem, utrum præcitata qua-
tuor capita fundamentorum boni Juris Mar-
chionis Riccardi verſarentur in eo ſtatu lucidi-
tatis, ut dici poſſet, quod petitorium ab ipſo
patefactum re vera attraheret & abſorberet
hujuſmodi poſſeſſorium: in quibus ſane termi-
nis, ne contingat impartiri manutentionem
injuſto uſurpatori palam detecto, fiatque cir-
cuitus, litigantibus & juſtitiæ præjudicialis, me-
rito contemnitur rigor hujus Judicii momenta-
neæ poſſeſſionis, ac manutentio tribuitur ha-
benti & oſtendenti titulum clariſſimum, ac
proprietatem indubitatam, ſicuti notarunt
17 *Poſth. de manutent. obſervat. 42. num. 148. 149.
& plurib. ſeqq., Cancer. variar. reſolut. lib. 3. cap.
14. num. 54. & ſeqq., Fontanell. de pact. nuptial.
clauſ. 7. gloſſ. 3. par. 10. num. 74., Roderic. de
ann. redditib. lib. 1. quæſt. 17. num. 21., Altograd.
Sen. conſ. 97. num. 19. & ſeq. lib. 2., Modern.
Forolivien. ad Roman. conſil. 57. num. 14., Palma
Nep. allegat. 159. num. 53. & ſeqq., & allegat.
161. num. 5. & 6., Rot. deciſ. 234. n. 32. coram
ſa: me: Alexand. VIII., & deciſ. 254. n. 22. par.
11. recent.*

XVIII. Eoque maxime, dum in ſecunda
Inſtantia *coram R. P. D. meo del Olmo* deguſtato
conflictu ſuper poſſeſſorio, & emicante radio
boni Juris in D. Marchione Riccardo demanda-
tum extiterat, quod *Videretur de bono Jure etiam
ad effectum manutentionis*: quod utique vehe-
mens erat indicium ad hunc effectum extitiſſe
locum implicitæ cumulationi poſſeſſorii cum
petitorio, quemadmodum in ſimillimis circum-
18 ſtantiis tradiderunt, *Spad. conſil. 279. num. 4.
lib. 2., Rocc. diſp. Jur. lib. 1. cap. 86. ſub num. 9.,
Card. de Luc. de penſ. diſc. 37. in princ., Capucc.
in prax. par. 1. cap. 10. art. 12. num. 145., Mar-
cheſan. de commiſſ. par. 1. cap. 2. num. 4. tom. 1.,
Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 8. num. 30., &
34., Rot. deciſ. 29. num. 7. verſic. nam ideo uſque
in fin. lib. 3. coram Puteo, & deciſ. 524. nu. 20.
par. 5. recent.*

XIX. Aſt Dominis viſum non eſt, adeſſe
hanc claritatem in prælaudatis fundamentis
petitorium tangentibus, ut recedere fas eſſet,
& oporteret a regulis ordinariis, & familiari
privilegio poſſeſſorii, cujus natura, quoties poſ-
ſeſſio ex una parte ſit clara, non admittit, quod
vel exiſtat locus ulli cumulationi, multoque
minus, quod petitorium reputetur abſorbere
poſſeſſorium, ſi neceſſe dignoſcitur, quomodo-
libet diſputare de Juſtitia vel Injuſtitia eorum-
dem meritorum, ſeu petitorii; ne alias poſſeſ-
ſor ſeu quaſi nimium celeriter deperdat bene-
ficium ſuæ poſſeſſionis, & aſſumere cogatur
vel partes ſemper incomodiores Actoris, vel il-
las Rei involuntarii ſub eo majori diſpendio
quod ſecum trahit prolixior tela diſcuſſionis ac
cognitionis meritorum, prout ratiocinatur &
19 ponderat *Natt. conſ. 473. num. 12., Rocc. di-
ſput. Jur. ſelect. lib. primo cap. 86. num. 10.,
Minſinger. obſervat. 93. num. 2. cent. 9., Poſth de
manutent. obſervat. 7. ex num. 52. uſque ad 66.,
Adden. ad ſa. me. Gregor. XV. deciſ. 189. num.
8. in fin., Rot. deciſ. 436. num. 4., & deciſ. 654. n.
7. poſt præcitat., Poſth. de manut. deciſ. 698. ex nu.
2. par. 2. recent., deciſ. 278. n. 2. & ſeqq. coram
Coccino, deciſ. 185. n. 3., & deciſ. 507. num.
3. & per tot. coram Card. Cavalerio, deciſ. 686.
num. 4. coram Buratto, & deciſ. 277. n. 32. par.
16. recent.*

XX. Neque propterea in hac ulteriori com-
miſſæ in ſuſpeſivo appellationis inſtantia admo-
dum placuit immorari ſuper antecedenti reſcri-
pto *videatur de bono Jure etiam ad effectum manu-
tentionis*; cum illud Domini prodiiſſe, reputave-
rint, vel ex opinata turbiditate poſſeſſorii, vel ex
ſup-

Digitized by Google

ſuppoſita nitiditate, aut etiam forſan incontrovertibilitate petitorii; dum quicquid ſit, quando delibatio boni Juris aſſumitur ad magis roborandum, vel, ut ajunt, colorandum poſſeſſorium, quo caſu dependente aliquo modo poſſeſſione ab ipſo titulo, rationabiliter deguſtatur idem titulus, ſive negotium principale, ac petitorium juxta optime notata *in Camerinen. Cenſuum 20. Martii 1699. §. Hæcque reſpicere videntur coram R. P. D. meo Pio, & 2. Decembris ejuſdem anni §. Et hæc omnia coram eo-*
20 *dem*, & in gravibus cauſis teſtificatur *Card. de Luc. de fideicommiſſ. diſc. 13. num. 9., & diſc. 138. num. 1.*, Et accedente in commiſſione clauſula cumulationis utriuſque Judicii *arbitrio*, quod aliquid de rigore Juris relaxat, in ſpecie
21 *proſequuntur Poſth. de manutent. obſervat. 7. n. 74. 79. & ſeq., Lancellot. de attentat. par. 3. cap. 24. quæſt. 19. num. 4. Adden. ad Buratt. deciſ. 522. num. 15., Rocc. diſput. Jur. ſelectar. tom. 1. cap. 86. ſub num. 4. verſic. ideoque præſtat Judici facultatem, Rot. deciſ. 284. per tot. coram Cardin. Caualerio, deciſ. 540. num. 6. & ſeqq. & deciſ. 611. num. 4. poſt. allegat., Poſt. de manutent., & deciſ. 359. num. 4. coram Priolo.*

XXI. Profecto, cum in nullo ex hujuſmodi caſibus diſceptatio verſaretur; clariſſime enim Domini exiſtimarunt ex jam ſupra inſinuatis ſtare poſſeſſorium pro Domino Marchione Serlupio, iſtudque nullam palparunt habere dependentiam a titulo; ſemper idcirco res vertebatur, atque redibat ad idem principium, utrum præmiſſa quatuor capita fundamentorum Marchionis Riccardi importarent eam certitudinem, & claritatem, de qua conſtare non dicitur, niſi probationes inſurgant ad oculum effulgentes ex publico Inſtrumento, aut confeſſione Partis, aut tandem vigore indubiæ rei judicatæ, & ita monens de ſtylo Rotæ, atque etiam loquens in caſu, in quo pariformiter præceſſerat reſcriptum: *Videatur de bono Jure*,
22 concludit *Rot. in ſuper allegata Camerinen. Cenſuum 10. Martii 1698. §. Quibus circa redditionis, & 23. Junii ejuſdem anni §. Nec pro redditione rationis cum pluribus ſeqq. coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano, & 20. Martii 1699. §. final. coram R. P. D. meo Pio, confirmata 2. Decembris ejuſdem anni §. Et hæc omnia coram Eodem*, Atque ita etiam re vera ſuppoſitum fuit in antecedentibus deciſionibus, & ſignanter in illa *R. P. D. mei dell' Olmo 13. Aprilis 1700. §. Atque ex his Domini*, atque in aliis *Reverendiſſimi D. mei Decani æditis 24. Januarii 1701. §. Verumtamen, & 1. Julii ejuſdem anni §. Et ſane coram Eodem.*

XXII. Hujus itaque certitudinis in primis neutiquam crediderunt eſſe præmiſſa quatuor capita, ſive ſeorſim examinata, ſive inſimul perpenſa; quatenus enim pertinebat ad primum, complectens tam *Communantias*, quam *Fontanile*, diſtincte progredientes, quoad *Communantias* parum fidendum videbatur tam cortici hujus vocabuli ſonantis in communionem, ſive ſocietatem, quam naturali ſituationi, ſive adjacentiæ horum olim unitorum Caſalium, inter quæ adnumeratur illud *di Tortignoſa* ſpectans ad D. Marchionem Riccardum: quoniam ex hiſce ratiociniis ad ſummum oriri poterat generalis quædam præſumptio, quæ tamen idonea non eſt ad fundandam probationem illius naturæ, quam mox eſſe diximus neceſſariam ad devorandum ſive abſorbendum poſſeſſorium, nam vocabula ſemel impreſſa ſemper retinent eandem denominationem, & adjacentia nequit unquam naturaliter immutari, ſed non per hoc a ſtatu perantiquo ulla fieri poterat valida illatio ad præſentem, dum ab ipſis naturæ primordiis, in quibus non aderat neque meum neque tuum, omnia apud Juriſtas, atque Poetas exiſtimabantur communia, & nihilominus vel origo peccati vel neceſſitas commercii impulit ad diviſiones, ideoque receptum eſt, quod interpolante, prout hi ſaltem a die aſſertæ rei judicatæ ſpatio ferme unius ſæculi, durum atque reprobum efficiebatur arguere a ſtatu vel denominatione antiqua ad ſtatum hodiernum & præſentem, juxta ea; quæ in fortioribus concla-
23 marunt *Decian. conſ. 27. n. 14. lib. 2., Corn. conſ. 24. n. 6. cum ſeq. lib. 4., Rot. deciſ. 88. in 16. par. 7., deciſ. 561. n. 12. & ſeq. par. 15., deciſ. 336. n. 9. par. 18. recent., deciſ. 124. n. 6. coram Bichio, in Cracovien. Decimarum 26. Junii 1675. §. Eo ſi enim verſ. fin. coram bo: me: Rondanino, & in Narnien., ſeu Interamnen. Bonorum 29. Martii 1700. §. Hac autem hypotheſi coram Me.*

XXIII. Argumentum vero adjacentiæ minus in ſe probaret, quia, quicquid ſit in caſu Inſulæ de novo erumpentis, quæ venit proportionabiliter ſecundum vicinitatem adiacentium Dominorum, ſeu Prædiorum dividenda, ſeu tanquam beneficium ex alieno maleficio ex divina providentia illuc adductum, ſeu tanquam quædam reſtitutio abraſionis earundem terrarum adjacentium, certe ubi agitur de ſimplici adjacentia, quoties vellemus conſimilia terrena adiacentia, præſupponere communia, omnia bona vicini talia ſemper reputari deberent, & tamen ad hoc ſunt introducta confinia & diviſiones; quapropter ſi hujuſmodi controverſa rubra ſtarent in ancipiti, & ſine actuali poſſeſſore, aliquo modo teneret argumentum, ſed ſuppoſita privativa poſſeſſione D. Marchionis Serlupi, quiſquis intendit illum a ſua poſſeſſione amovere, compellitur non vage inhærere præſumptioni; ſed adducere & comprobare titulum, & dominium poſitivum, prout vide-
24 re eſt penes *Gabr. tractat var. tit. de præſumpt. concluſ. 16. num. 6., Alciat. eod. tract. præſumpt. 44. regul. prima, Alex. conſ. 27. n. 7. lib. 7., Corn. conſ. 119. num. 2. verſ., & ultra adducta lib. primo, Rot. deciſ. 1. de probat. coram Achill. de Graſſ., deciſ. 1171. num. 2. coram Card. Se-*

ra-

raphino, *dec.* 102. *num.* 6. *par. prima divers.*, *deciſ.* 235. *num.* 2. *par.* 3., *deciſ.* 199. *num.* 9. *par.* 17., & *deciſ.* 82. *num.* 17. & 18. *par.* 18. *recent. tom.* 1., & in ſpecie *Sperell. deciſ.* 178. *n.* 84. & 85.

XXIV. Reſpectu autem *Fontanilis* circa annexionem ipſius cum *Communantiis*, labebatur undique ſuppoſitum; quia juxta teſtes receptos de anno 1605. *Vallis Communis* deſcribitur - *ſoda tutta, e piana* - Fons autem tam in ſui ſcaturigine, quam in ſinu ſive receptaculo ubi efformatur ipſum Fontanile, integre ſituatus dignoſcitur intra radices Montis Sulphuratæ, ut ex *Summ. Marchionis Serlupii dato* 1. *Junii* 1701. *coram Reverendiſſ. D. meo Decano Num.* 3. *lit. E* & *Num.* 4., iidemque Teſtes inter cæteros confines *Communantiarum* aſſignant *da una banda la ſtrada e dall' altra le Greppe*, quando Fontanile remanet ſiniſtrorſum extra dictos confines, *eod. Sum. Nu.* 1. *lit. Q.* & de cætero omnis nativa præſumptio militabat pro Serlupio; quia cum aqua ejuſdem Fontanilis orietur in Caſali *Sulphuratæ* pertinente ad dominium ejuſdem D. Marchionis Serlupi, omnis præſuppoſitio eſt, quod aqua, oriens in fundo alicujus, eſſe dicatur de dominio illius, cujus pariter eſt fundus, a quo ſcatet; pluribus alle-
25 gatis *Altogr. Sen. conſ.* 97. *lib.* 2. *n.* 23., *Venturin. conſ.* 20. *n.* 7., *Paris conſ.* 112. *n.* 1. *lib. primo*, & *conſ.* 129. *num.* 3. *lib.* 4., *Giurb. obſervat.* 7. *num.* 31. & 32., & *obſervat.* 20. *num.* 3. & *ſub num.* 10. *verſ. aqua ergo*, *Cioſus conſ.* 65. *n.* 7. *lib.* 1. *Iveſſembec. conſ.* 197. *nu.* 4. *circa medium*, *Cepoll. de ſervit. ruſticor. prædior cap.* 4. *ſub num.* 51., *Pecch. de aquæduct. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 9. *quæſt.* 33. *num.* 2., *Gob. de aquis quæſt.* 3. *nu.* 6. & *nu.* 22.

XXV. Et quidem tantum aberat, quod hoc Fontanile pateretur promiſcuum dominium vel ſervitutem favore dominorum participantium de controverſis rubris *Communantiarum*, ut licet ex hoc capite debuiſſent DD. Serlupii, veluti vigore emptionis per antea participantes citra ſcrupulum de eiſdem Communantiis in longe majori proportione, illius uſu & acceſſu potiri ad ſenſum D. Riccardi; nihilominus ex poſt neceſſe fuit, quod Serlupii ſub narrativa, (quod idem Fontanile *qualefece fare già la buona mem. di Gio. Celſi da Nepi*, qui non erat comparticeps *Communantiarum*) coemerent ab Alteriis tantum Terrenum, quod inſervire poſſet pro hujuſmodi acceſſu pretio ſcutorum 72. & 67., & conficiens *tutto inſieme tre quarte d' un rubbio di Terreno, e più tre ſcorzi, e mezzo*; *Summario dato per D. Marchionem Serlupium coram Reverendiſſimo Decano n.* 7. Sicque nunquam cenſeri poterat Fontanile commune etiam de tempore antiquioris emptionis factæ per Serlupios inter eoſdem Magdalenos [illegible]ores Communantiar[illegible] quibu[illegible] pars habuit cau[illegible]ve; [illegible]s, quod Serlupii ja[illegible] [illegible]um & ſuum, contra

26 notoriam regulam, de cujus efficacia eſt *Text. in cap. quia veriſimile de præſump.* & *in leg. cum de indebito ff. de probat. Tiraquell. de revocan. donat. verb. donatione largitur ex num.* 206., *in tractat. de commerc.* & *mercatur diſc.* 16. *num.* 8., *Rot. in Tudertina Pecuniaria* 2. *Julii* 1700. §. *Ad rem itaque in fine coram Me.*

XXVI. Nilque officiebat, quod in eodem Inſtrumento emptionis repetito per D. Marchionem Riccardum coram R. P. D. del Olmo *Summarium num.* 13. explicite per Alterios preſervaretur facultas paſcendi, *Come fanno gl' altri, che hanno parte per la Valle Sulfurea*; tum quia eadem præſervatio non concernebat uſum *Fontanilis*, ſed paſcuorum dumtaxat; maxime quia ſubjungebatur in propoſito paſcuorum *cominciando dalle Communanze di Tormaggiore fino a detto Fontanile*, quæ dicto *fino*, latine *uſque*, magis probabiliter intelligebatur *excluſive*,
27 bene *Bald. conſ.* 410. *per tot.* & ſignanter *verſ. fin. verſ. ex quibus uſque in fin. lib.* 2., *Card. Tuſch. pract. concluſ. lit. D. concl.* 291. *ex n.* 22. *uſque in fin.*, *Barboſ. tract. var. diction.* 437. *num.* 19., *Pecch. de ſervitut. cap.* 4. *quæſt.* 30. *ex n.* 5. & 6., *Rot. dec.* 195. *n.* 15. *par.* 8. *recent.*

XXVII. Tum etiam, quia fatalis ſemper erat replicatio, quod ſi inter hoſce comprehenſos in hujuſmodi præſervatione compræhenderetur D. Marchio Riccardus uti prætenſus compoſſeſſor Vallis Sulphureæ, multo magis eadem præſervatio profuiſſet, & competiiſſet DD. Serlupii antiquioribus poſſeſſoribus, majoribuſque Participibus ex eodem identifico Jure illorum de Magdalenis vulgato argumento a fortiori,
28 de quo *Text. in leg. in ſuis ff. de liber. & poſthum. Decian. reſponſ.* 49. *n.* 55., *Marcabrun. ab Anguill. conſ.* 37. *num.* 45., *Modern. Argentan. colluctat. legal. tom.* 2. *colluctat.* 8. *num.* 9., *Rot. in Romana Dotis* 19. *Junii* 1679. §. *Iſtaque veriſimilitudo coram bo: me: Bourlemont.*

XXVIII. Prout non minus ex his labefactabatur poſtremum argumentum hujus primi fundamenti depromptum ex neceſſitate, qua tenebantur majora animalia *di Tortignoſa* pro repellenda ſiti; quoniam objectum gratis præſuppònebat hanc neceſſitatem, dum in noviſſimo Acceſſu inito, quando Cauſa pendebat coram Reverendiſſimo D. Meo Decano, poſitive convincebatur extare in Caſali *di Tortignoſa* plures rivulos aquarum undique idoneos, quandocumque fuiſſent in unum recollecti ad ſaturandos *trenta, o quaranta Bovi inſieme*, *Summario D. Marchionis Serlupii anni* 1701. *coram Reverendiſſ. D. Meo Decano ſub Num.* 1. Ideoque pendente remedio arcendæ hujus neceſſitatis ab D. Marchione Ricardo, non erat amplius occaſio ſuper hoc motivo inſiſtendi; ex his, quæ in propoſito conſimilis ratiocinii ex neceſſitate
29 deducti, ad normam *Text. in leg. ſi quis ſepulcrum ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* reſponderunt *Modern. Aſculan. ad Statut. Urb. tom.* 1. *annot.* 22. *art.* 2. *num.* 140. & 141. *Antonell. de loc.* le-

gal. lib. 2. cap. 23. quæſt. 1. num. 13., Ciuciol. ad Statut. Egubin. lib. 6. rubric. 20. num. 5., Modern. Jovius ad Statut. Perusin. in appendic. gloſſ. 1. ad num. 15. ſub n. 7. verſ. licèt ſecus, Honded. conſ. 81. num. 45. & 46. lib. 1., Ciarlin. contr. forenſ. lib. 1. cap. 13. num. 10. & 11. Vbi quod id procedit etiamſi ad hujuſmodi neceſſitatem reparan-
30 dam maximum occurreret incommodum, labor, & difficultas, cum non debeat huic incommoditati provideri cum damno vicini, idemque repetit *Borgin. Cavalcan. deciſ. Fivizanen. lib. 5 dec. 3. num. 41., Rot. deciſ. 101. num. 26. & 27. par. 4. tom. 2. recent., & deciſ. 838. num. 13. coram Card. Cerro*.

XXIX. Obſervando inſuper quod hæc eadem neceſſitas aderat præcedenter in Dominis Serlupiis, & nihilominus quando potiri voluerunt commoditate hujus *Fontanilis*, necnon acceſſu ad illud, coacti remanſere tam ejuſdem uſum, quam tranſitum per interſecantia Terrena coemere, abſque ulla eorum prætenſione reſpectu communionis, ſeu promiſcuitatis excapite ejuſdem neceſſitatis, quemadmodum quotidiana etiam edocet praxis, ut ſitientia Terrena fulciantur commodo fontium, & aquarum non in
31 vim ſolius neceſſitatis, ſed mediante emptione poſitiva conventionali uſus hujuſmodi aquarum defluentium, aut orientium, in fundo vicini *Modern. Iovius ad Statut. Peruſin. in appendic. ad d. gloſſ. 1. in d. num. 15. ſub num. 7., Conciol. ad Stat. Egubin. lib. 6. rubric. 20. num. 4., Pigant. ad Stat. Ferrarien. par. 2. rubric. 2. num. 25., Leiſſer de Prædiis lib. 3. cap. 31. num. 13., Modern. Aſculan. ad Stat. Vrb. loc. ſupra allegat. num. 138., Card. de Luc. de ſervitut. diſc. 23. num. 8., Cancer. variar. reſolut. par. 3. cap. 4. ſub. num. 243. verſ. Concedere uſum aquæ &c. ſoluto juſto pretio, Gratian. diſcept. 681. num. 44., Borgin. Cavalcan. d. deciſ. 3. nu. 41. verſ. med. verſic. ubi late lib. 5., Rot. dicta deciſ. 838. num. 12. coram Cardinali Cerro*.

XXX. Et de facto in ſequelam hujus veritatis quod nempe *Fontanile*, de quo agitur, non eſſet promiſcuum cum Marchione Ricardo, ſubſequens etiam demonſtrabat eventus, occaſione quippe purgandi, reficiendique idem *Fontanile* totum diſpendium incumbit Marchioni Serlupio, ſicuti, quicquid dixerit unus Teſtis, qui ſe retractavit, plene oſtenſum fuit coram R. P. D. meo dell' Olmo *in Summario* D. Marchionis Serlupii *num.* 9. ex correlativorum quippe regula illius præſumitur commodum & dominium, cui pro-
32 cumbit incommodum, & jactura refectionis, & expenſarum ſicuti in his terminis arguit *Rip. in leg. Rutilia Gella in fin. ff. de contrahen. empt., Alb. conſ. 299. num. 4. & 5. Ruin. conſ. 191. ſub nu. 13. verſ. Et per hoc lib. 1., Vegg. conſ. primo nu. 82., Læl. Altorgrad. conſ. 4. nu. 159. in fin. & n. 160. cum ſeq. lib. 2., Gob. conſult. deciſiv. 56. n. 26. uſque ad nu. 33., & in tractat. var. tit. de Aquis quæſt. 3. n. 25. 26. & 27. & n. 29., Peceb. de aquæduct. lib. primo cap. 7. quæſt. 5. nu. 25. & lib. 2. cap. 9. quæſt. 33. ante nu. 3., Rot. deciſ. 75. n. 10. & 11. par. 4. tom. 2., deciſ. 414. n. 6. parte 16. recen., & in Sabinen. Inundationis ſuper Manutentione 27. Januarii 1698. §. Poſſeſſio in fin. coram R. P. D. meo de la Tremoille*.

XXXI. Ejuſdemque prorſus debilitatis ad prædictum effectum abſorbendi poſſeſſorium repertum eſt ſecundum fundamentum, quod ab Informantibus pro Riccardo deducebatur in vim diviſionis ſecutæ de anno 1570. inter illos de Magdalenis. In primis quippe reſpectu *Fontanilis* nullum imaginabile deſuper poterat conſtitui fundamentum, cum in Inſtrumento diviſionis, nec per umbrã de illo meminerint dividentes quapropter reſtringẽdo hujuſmodi motivũ diviſionis ad ſimplices *Communantias* certum utique erat, quod terrena nuncupata *Communantię* remanſerant inter dividentes indiviſæ, ſed non exinde ſolida, ac tuta inſurgebat conſequentia, ergo eædem Communantiæ perdurarunt indiviſæ in promiſcuo uſu, & domino per integrum adamuſſim ſeculum, videlicet ab anno 1570. uſque ad tempus, quo ultimo ſorores de Magdalenis diſtraxerunt de anno ſcilicet 1669. Caſale *di Tor Tignoſa* in D. Riccardum, Imo per ſpatium tam longevum unius ſæculi non ſuffultum aliqua intermediante, ſive urgente demoſtratione quęlibet præ-
33 ſumi poteſt immutatio uſuum, rerum, & dominiorum, ut exclamat *Bald. in leg. prima num. 6. Cod. de Annal. except.* ubi quod ſpatio tanti temporis quicquid ſub Mundi machina regitur, revolvitur, & innovatur, quam pluribus allegaris
34 laudavit *Rota in Romana, ſeu Portuen. Tenutarum coram b. me. Emerix Iun. inter ſuas impreſſas to. 3. deciſ. 1139. ſub n. 6., & in Romana Augumenti Dotis, & Legatorum 4. Martii 1695. §. Sed cum centenaria verſ. Ubi quod centenaria dicitur &c. coram R. P. D. meo Priolo*.

XXXII. Quod ſi in hoc noviſſimo Inſtrumento emptionis factæ per D. Marchionem Riccardum diſcurſum fuerat, ac venditum Jus *Communantiarum cum Aquis Aquarum juribus, curſibus, decurſibus, ac derivationibus*, jam quoad aquas, earumque decurſum, derivationem, ac verificationem reſpective reſponſum manebat ex præcitato acceſſu vertente cauſa coram Reverendiſſimo D. Decano, in quo aquas uſque ad quatuor uncias defluere, ſive oriri in Tenutis, & bonis D. Riccardi compertum fuit, & palam comprobatum, quo verò ad *C*[illegible]
35 non eſt emptori fundare inten[illegible] Tertium ex ipſo Inſtrumento [illegible] ſimul edoceat de Jure ſui v[illegible] res aliena vendi poſſit ad *T*[illegible] *communiter ſcriben. ff.* [illegible] *Maſcard. de prob*[illegible] *re- ſolut. 43. n. 8., &* [illegible] *25. Noguerol. alleg*[illegible] *43. n.* [illegible] *lib. 4., Barb*[illegible] *etiam* [illegible] *4., Card.* [illegible] *Modern.* [illegible] *obſer.* [illegible] *n. 4.* [illegible] *Nec* [illegible] *deciſ. 161.*

*par. 15. deciſ. 345. n. 11., & deciſ. 700. n. 3.
4., & 5. par. 18. rec., & deciſ. 115. n. 2. coram
Emerix Iun.*

XXXIII. Diximus abſque ulla intermediante
demonſtratione, quamvis enim D. Marchio Ric-
cardus oſtenderet, quod poſt memoratam divi-
ſionem anni 1570. habentes cauſam a Petro, &
Dominico locaviſſe haſce *communantias*, ac her-
barum emolumenta vendidiſſe, non tamen hæc
demonſtratio, ſeu obſervantia quicquam con-
cludebat præcipue ad premiſſum effectum præ
oculis ſemper habendum, ſcilicet, abſorbendi
poſſeſſorium, quia cum tam locationes, quam
venditiones non conſiſterent principaliter, vel
dumtaxat in iſtis Communantiis, ſed hujuſmodi
contractus concernerent totum Caſale *di Torti-
gnoſa*, ſeu totam portionem remanſam in præ-
dicta diviſione apud eundem Julium, & Petrum
Dominicum, nulla dabatur juſtificatio, quod
36 eædem locationes, vel venditiones in hac præ-
ciſa parte communantiarum fuerint effectuatæ,
ideoque fundamentum hoc prætenſæ obſervan-
tiæ ſucceſſive ad oculum remanebat nimis gene-
rale & incertum; in tantum etenim locatio-
nes, & venditiones probant, aut poſſeſſionem
aut dominium, in quantum reſpectu illarum
rerum, de quibus eſt quæſtio, individua com-
probetur ſubſequuta actualis effectuatio ex an-
notatis *per Spud. conſ. 204. n. 9. & 11. lib. 3.,
Becco. conſ. 6. n. 3. verſ. Et non refert., Rot. deciſ.
342. n. 1. lib. 3. coram Puteo, deciſ. 11. n. 4. par.
prima coram Verallo, deciſ. 115. n. 5. coram
Emerix. Iun. deciſ. 331. num. 5. coram Priol., deciſ.
625. n. 5. in fin. par. 4., deciſ. 193. nu. 8. par. 10.,
deciſ. 345. n. 10. & 11., & deciſ. 754. n. 2. in fin. &
nu. 3. par. 18. rec., & in Firmana Iuriſdictionis
15. Aprilis 1701. §. Eodem modo coram Reveren-
diſſimo Domino meo Decano.*

XXXIV. Neque Dominis videbatur mirum
quod in affictibus, & venditionibus præmiſſis
valuerit fieri expeſſio *Communantiarum*, quia
regulariter conſimilia Inſtrumenta cele-
brantur iuxta formulam antiquam, ut ad
rem dictum fuit in dicta *Firmana Iuriſdi-
37 ctionis 15. Aprilis 1701. §. Nec majoris
ponderis coram Reverendiſſimo D. meo Decano*, in
tantum autem ex altera parte non apparebat
fortaſſe, quod Conductores, vel emptores, re-
clamaverint, quia, cum ageretur de re in lon-
ge majori participatione per D. Marchionem
Serlupium comparata pro ſolo pretio ſcutorum
38 70. non erat abſonum, quod conductores, &
emptores abſtinerent ab ulla reclamatione
hujus minimæ, vel minoris participationis non
gaviſæ, reique tam exiguæ per *Text. in leg. Socio ff.
de in integ. reſtit. in leg. 4. in fin. ff. de ædilit. edict.,
& in l. ſi oleum §. final. cum leg. ſeqq. ff. de dol., Cra-
vett. conſ. 182. n. 14. & 15., Modern. Aſculan.
ad Statut. Urb. lib. 2. annot. 44. art. 5. n. 954., Leo
deciſ. Valent. deciſ. 113. n. 10. 19., & 21. lib. 2.
Panimoll. deciſ. 53. annot. 2. n. 23. in med.*

XXXV. Poſt hæc in ordine ad fundamenta
D. March. Riccardi ſuppetebat Tertium (nul-
libi tamen tangens *Fontanile*) elicitum ex con-
feſſione Authorum D. Marchionis Serlupi juxta
Inventarium confectum circa bona hæreditaria
Io: Philippi Serlupi paulo ante acquiſitoris pro
majori, ut diximus, parte eorumdem *Caſalium*
non tantum quia illa axpreſſio *colle Communanze
di Tormaggiore, che ſono due rubbia* facta noſceba-
39 tur a fœmina Tutrice, quæ veluti veriſimiliter
non informata non poterat obeſſe veritati,
& præjudicare filiis infantibus, & pupillis, ut in-
quit *Eſcobar. de ratiocin. cap. 23. n. 3., Cirocc.
diſcept. 78. n. 59., Menoch. conſ. 31. n. 36., Ludercb.
conſ. 157. num. 3., Surd. deciſ. 229. num. 24.,
Cornazzan. deciſ. Lucen. 154. per tot., Palmanep.
inter ſuas collect. to. 2. deciſ. 106. n. 27. & ſeq.,
Rot. deciſ. 3. n. 1. poſt Michalor. de Poſition., &
deciſ. 184. n. 6. coram Card. Celſo, & deciſ. 176.
40 num. 30. par. 18. rec.* Dum nec etiam contra ſe
ipſam, mulier confitendo, aut enunciando va-
let citra ſolemnitates ſtatutarias ullum, mini-
mum irrogare præjudicium *Modern. de Angel.
de confeſſ. lib. 2. quæſt. 23. num. 1., Modern. A-
ſculan. ad Statut. Urb. to. 2. annot. 44. art. 5.
num. 426. & ſeqq. Adden. ad ſa. me. Greg. XV.
deciſ. 188. n. 7. & 11., Pigan. ad Statut. Ferrar.
rubric. 90. n. 25., Gratian. diſcept. Forenſ. cap.
498. n. 5. & 6., & cap. 669. n. 5., Rot. deciſ.
321. nu. 10. par. 14., deciſ. 174. n. 7. par. 14.
rec.*

XXXVI. Verum etiam, quia, & hæc confeſſio,
ſeu enunciativa ex ſe non parum detegebatur
erronea, ac improbabilis, quomodo enim ſi in
Inſtrumento diviſionis per annos 19. anteceden-
ter ſequutæ, necnon per Inſtrumentum acquiſi-
tionis ad illam relativum *Communantiæ* reman-
ſerant indiviſæ, potuit ſola quarta pars at-
tingere in portionem dd. de Serlupis, quando ii
coemerant longe majorem partem rubrorum
videlicet 160. reſpectu rubrorum 82. remanen-
41 tium apud Authores D. Marchionis Riccardi.
Dum etenim *Communantiæ* ſecundum prætenſio-
nem D. M. Riccardi erant rubrorum octo, au-
rea regula vulgo nuncupata *del tre* pluſquam
quatuor rubra exigebat in portionem de Serlu-
pis, ſecundum obſervata in propoſito ejuſdem
auræ regulę in *Romana Grani 17. Iunii 1697. §.
Hæc autem, & 17. Ianuarii 1698. §. Ex tot
coram Me.*

XXXVII. Atq; propterea eo minus confeſſio
moraliter erronea poterat irrumpere poſſeſſoriũ
quando de ſui natura, & ad omnes alios effectus
42 nihil operatur, niſi ſit clara, perſpicua, & indubi-
tata, & aliquo modo non elidibilis *Cravett. conſ.
157. n. 9. l. 1., Honded. conſ. 69. n. 73. l. 2. de Angel.
de confeſſ. l. primo quæſt. 3. n. 1. 2., & plurib. ſeqq.,
Mancin. eodem tract. cap. primo nu. 11. Maſcard.
de probat. concluſ. 7. n. 47. Thomat. deciſ. 201. n.
71., Rot. deciſ. 68. num. 21. par. 8., deciſ. 54. n. 8.,
deciſ. 64. num. 18., & deciſ. 164. n. 13. part. 9.,
deciſ. 150. n. 5. part. 10., deciſ. 191. n. 5. par.
11. rec., deciſ. 200. num. 6. coram Carillo, &
deciſ.*

Digitized by Google

deciſ. prima num. primo coram Dunozett. Sen.
XXXVIII. Ac denique ſemper hujuſmodi obje-
ctum remeabat ad ſui principium, quia cum ab
anno 1589. uſque ad initium hujuſce litis inter-
ceſſiſſet ſpatium ferme ſæculare nequibat a ſtatu
tam pervetuſto ulla illatio extorqueri ad diem
motæ litis ex ſupra cum Baldo aliiſque compro-
batis. Maxime, dum poſito fundamento poſ-
ſeſſionis apud DD. Serlupios non erat in poſſe
D. Marchionis Riccardi perquirere quicquid de
anno 1589. poſſiderent Serlupii, ſed ipſe tan-
quam exiſtens extra poſſeſſionem arctabatur do-
cere de titulo proprio, non decertare ſuper ex-
43 cluſione alieni, cum poſſeſſori ſemper exube-
ret trita reſponſio *quoad te liberas ædes habeo* ju-
xta dictum *Caſſador. deciſ. 4. n. 8. de reſtit. ſpoliat.
de quo Modern. Jovius ad Statut. Peruſ., Gloſ. 15.
§. 10. num. 256., Poſth. de Manut. obſervat. pri-
ma n. 18., Cyriac. contr. Forenſ. cap. 244. n. 3.
lib. 2., Barz. deciſ. 47. ſub n. 15., Rot. deciſ. 366.
n. 14., Card. Mantica deciſ. 355. num. 4. poſt
eundem, Poſt. de manut., & deciſ. 709. num. 10.
parte prima rec.*
XXXIX. Qnartum denique fundamentum, il-
ludque bipartitum in re judicata, & in agnitio-
ne dominii, & Jurium illius Columnelli de Mag-
dalenis, a quo Jura ſua deducebat Riccardus
neutiquam pariter in ſtatera Juſtitiæ ponderatum
valuit adeo præponderare, ut ſecum traheret,
ſive abſorberet poſſeſſorium, quoniam primario,
advertebant Domini, tunc non extare litem ſu-
per ullo petitorio ſed ſimpliciter illa gradiebatur
in mero poſſeſſorio, proindeque neſciebatur quo-
modo D. March. Riccardus ſeſe hactenus reſtrin-
gẽs ad petitorium deducere poſſet pro re judica-
ta, quod neque tangebat idem petitorium, & quan-
44 do nihil extat tam familiare, quam quod res
judicata ſuper poſſeſſorio neque minimum gra-
dum conſtituat in petitorio prout ex *Rip. in leg.
naturaliter §. Nihil commune n. 103. ff. de acquiren.
poſſeſſ. admonent, Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed.
3. n. 808., Ridolphin. in prax. par. 3. cap. 2. n. 124.,
Poſt. de manut. obſervat. 6. num. 36. & 37., Pal-
manep. allegat. 139. nu. 16. lib. 2., Marc. Ant.
Bellonus deciſ. Januenſ. 62. n. primo verſ. Quaſi
ſententia &c., Rot. deciſ. 143. n. 21. par. 17., &
deciſ. 284. ſub nu. 7. & 8. par. 19. recent.*
XL. Eoque clarius, ex quo quatenus etiam con-
cernebat ipſum poſſeſſorium quæſtio exardeſcẽs
in eodem poſſeſſorio fuit judicata favore illorum
de Cinciis tunc Dominorum ac poſſeſſorum Ca-
ſalis *della Solforatella*, quapropter cum in Jura
præfatorum de Cinciis ſucceſſiſſent DD. de Serlu-
pii per emptionem ejuſdem Caſalis *della Solfora-
tella*, non autem D. Marchio Riccardus, ecce
quod res judicata militabat potius pro Serlupio,
quam pro Riccardo, gaudet enim re judicata
lata ſuper ſtatu rei quiſquis eſt poſſeſſor, & do-
minus ipſius rei, ut bene ad propoſitum ait Ju-
riſconſult. *in leg. qui aliena §. Uno defendente ff.
45 de negoc. geſt.* - ibi - *uno defendente cauſam com-
munis Aquæ, ſententia prædio datur, & in leg.
duobus §. Quod ſi reus ff. de Jur. iuran.* - ibi - *nam
quod in locum ſolutionis ſuccedit, hic quoque eo-
dem loco habendus eſt, Frecc. ſub de fæud. lib. 2. n. 5.
& 27. Torr. de Majorat. & Primogenitur. Ital.
par. 2. quæſt. 50. nu. 114. verſ. Sed. agitur de
exiſtentia, & non exiſtentia cum ſeqq., Palmanep.
allegat. 14. n. 26. in fin. verſ. prædictis.*
XLI. Unica vero talis, qualis nuſquam tamen
res judicata, argumentatio fieri poterat ad com-
modum D. Marchionis Riccardi reſpectu ſecun-
dæ partis hujus quarti fundamenti, nempe circa
agnitionem in præfato Judicio illorum de Mag-
dalenis, a quibus ipſe Marchio Riccardus cau-
ſam deſumebat, non erat quippe verſimile,
quod Serlupii, aliique Condomini impugnantes
uſum Paſcuorum, ac Fontanilis contra Cincios
in conſortium defenſionis adhibuiſſent, Magda-
lenos Authores Riccardi, niſi neceſſario quo-
dammodo faſſi fuiſſet illorum compoſſeſſionem
ac condominium, uti fuit conſideratum ſuperius
§. *Quarto tandem eum ſequen.* Juncto in idipſum
quoque Monitorio coram Vicario Baſilicæ S.
Petri, quemadmodum expenſum bene fuerat in
deciſionibus hujus cauſæ, in illa nempe ædita *co-
ram R. P. D. meo dell' Olmo 13. Aprilis 1700. §.
Altera rurſus cum ſeqq.* & in illa *Reverendiſſimi
Domini Mei Molines Decani 1. Julii 1701. ſuper
Communantiis §. Præterea ex præfata, & in altera
ejuſdem diei ſuper Fontanile §. Sed removetur
omnis dubietas.*
XLII. Verum ſubjungebant Domini, igitur
titulus proprietatis, ac dominii magis principa-
liter reſtringebatur ad nudam inveriſimilitudi-
nem, quæ ac ſummum operari valebat non le-
vem conjecturam (de tempore tamen antiquo,
& non longe ab integro ſæculo) tunc vigentis
alicujus condominii, vel intereſſe. Sed non ob
id cogitari poterat, quod hæc quantumcumque
valida conjectura, ſive diſcurſus poſſet contere-
re privilegium poſſeſſorii, quando ad illius in-
ternecionem exigitur, quod vel confeſſio, vel
Inſtrumentum, publicum, vel res judicata nul-
lam pænitus patiantur dubietatem, ſed rem
46 omnino faciant manifeſtam, & non ſimpliciter
conjecturalem, & altioris indaginis ſicuti proba-
runt *Poſt. de Manut. obſervat. 42. n. 153. &
ſeqq., de Roſa de execut. litter. Apoſtolic. c. 6.
n. 103., Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 34. n. 29.,
Modern. Forolivien. in obſervat. ad Ramon. conſil.
57. lib. 3. Adden. ad ſa. me. Greg. XV. dec. 77.
n. 12., Rot. deciſ. 269. n. 4. & 5. par. 2. diverſ.,
deciſ. 514. n. 3. par. 13., dec. 423. n. 5. par. 14.
rec., dec. 555. n. 8. & ſeqq. cor. Card. Seraphino,
dec. 86. n. 26. cor. Dunozett. Jun., deciſ. 38.
num. 8. cor. Priolo, in Mediolanen. Prioratus 15.
Febr. 1700. §. Verum cor. Reverendiſſ. D. Meo
Decano, & in Bononien. Canalis Navigii ſuper
Manutentione 18. Decembris 1701. §. Hinc. mi-
nime coram eodem.*
XLIII. Urgentius autem, quia nec hujuſmodi
conjectura erat in ſe fundata ſufficienter, ex
quo non conſtabat, Serlupios ullum actum po-

Digitized by Google

ſitive geſſiſſe, per quem invitaſſent ad conſor-
tium defenſionis præfatos de Magdalenis Autho-
res D. Riccardi, potius quippe initium litis, &
oppugnationis adverſus Cincios inſurgebat a
Juliano de Magdalenis Canonico S. Petri, abſque
eo, quod ullus de Familia Serlupia demonſtra-
retur unquàm comparuiſſe, actumve aliquem
in hoc Judicio expleviſſe; quinimo ſecundum
eadem acta conſopiti apparebant, dum ſignan-
ter deciſiones coram *bo. me. Buratt.* incuſant
contumaciam eorumdem de Serlupiis *in dict.*
deciſ. 513., *& deciſ.* 648. *in utraque in fin.*
Quamobrem tanquam conticentes poterant qui-
dem cenſeri etiam approbantes quidquid fiebat
in eorum utilitatem, nuſquam vero in ipſorum
47 præjudicium, juxta diſtinctionem communius
receptam, in propoſito axiomatis: Qui tacet aſſen-
tiri videtur, de qua *Dec. conſ.* 98. *num.* 3. *verſ.*
quia ad hoc reſpondetur, Menoch. conſ. 402. *n.* 78.
cum aliis penes Cirocch. diſcept. Forenſ. cap. 66.
num. 34. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 72. *num.* 17.,
Rot. deciſ. 64. *num.* 21., *& deciſ.* 316. *num* 6.
par. 17. *rec.*, *& dec.* 79. *num.* 12. *poſt Modern.*
Aſculan. ad Stat. Vrb. tom. 3., *& deciſ.* 221.
num. 10. *coram Carillo.*

XLIV. Interverſis, vel ſaltem non parum
enervibus effectis, fundamentis circa proprieta-
tem & petitiorum adductis pro parte D. Mar-
chionis Riccardi, ulterius ad finem hodiernæ
reſolutionis, & præſervationis Judicii poſſeſſorii,
ſive manutentionis omnino debitæ D. Marchio-
ni Serlupio, progredi citra ſcrupulum minime
oportebat, abſque eo quod, ut diximus, eidem
Marchioni Serlupio veluti poſſeſſori incumbe-
ret ullum onus demonſtrandi titulum privati-
vum ipſius ſuæ poſſeſſionis ſecundum propoſi-
tiones ſparſim hucuſque connotatas. Sed nihi-
lominus pro nunc ad colorandum ex abundanti
ipſum poſſeſſorium militans illius favore jam
reſpectu Fontanilis ſatis, ſuperque demonſtra-
verat illud, de quo erat quæſtio, potius ſpe-
ctaviſſe ad Dominos de Alteriis, a quibus, &
non ab antiquis Communantiis, uſum & acceſſum
ad eundem ex cauſa undique oneroſa conqui-
ſiverat, proindeque docto per eumdem D. Mar-
chionem Serlupium de peculiari titulo ſuæ ac-
quiſitionis cum ſubſequente obſervantia repa-
rationis ejuſdem Fontanilis propriis & privativis
48 expenſis, non erat quid ultra in bono Jure
ex ipſius parte deſiderandum, ad tradita per
Rot. deciſ. 204. *num.* 1. *&* 2., *& deciſ.* 254.
num. 23. *par.* 19. *Recent. in Sabinen. Inunda-*
tionis ſuper manutentione 23. *Januarii* 1698. §.
primo & per tot. coram R. P. D. meo della Tre-
moille in Cavalliten. Bannalitatis Furni ſuper ne-
gocio principali 26. *Junii* 1699. §. *Aytamen*
coram R. P. D. meo Priolo, & in dicta Bononien.
Canalis Navigii ſuper manutentione 18. *Decem-*
bris proxime præteriti §. *Rurſus prædictis coram*
Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.

XLV. Quo autem ad titulum, ac privativam
proprietatem *Communantiarum* in rei veritate,
nec etiam ex parte D. Marchionis Serlupi affe-
rebatur clara inſtrumentalis, aut alio modo
indubitabiliter concludens juſtificatio; ſed cum
ex jam demonſtratis, nec etiam D. Marchio
Riccardus ullam ſerio rimatam probationem
perſpicuam adduceret, certe titulus conjectura-
lis, ut mox dicemus, allatus a Serlupio ali-
quam fortaſſe præponderantiam in hac obſcuri-
tate ſibi undequaque uſurpabat, cum nihil ma-
gis familiare exiſtat, quam quod in dubio, & in
49 conflictu ſemper judicandum ſit pro poſſeſſore,
Modern. Jov. ad Statut. Peruſin. gloſſ. 15. §. 10.
ſub num. 160. *verſ. Sunt enim rei partes &c.*,
Menoch. de præſumpt. lib. 2. *præſumpt.* 90. *num.* 1.
& ſeqq., Tiraquell. de Jur. primogen. quæſt. 17.
opin. 11. *num.* 20. *cum ſeqq.*, *Surd. conſ.* 73.
num 76., *Nevizan. conſ.* 79. *num.* 26. *Ludovic.*
conſ. 101. *num.* 7. *Rot. deciſ.* 2345. *num.* 11.
coram Coccino.

XLVI. Titulus itaque præmiſſus conjecturalis
vehementer in omnino præſumenda aliquali
diviſione radicabatur, dum etſi diviſio veluti
50 quid facti nuſquam ex ſe præſumatur *Honded.*
conſ. 59. *num.* 56. *lib. primo, Facchin. conſ.* 42.
num. 7. *lib.* 2., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 555.
num. 2., *Capon. diſcept.* 394. *num.* 26., *Joſeph.*
de Roſa conſult. 8. *num.* 15., *Ciroce. diſcept.* 65.
num. 5. *verſ. Nam ulla communio, Rot deciſ.* 1303.
num. 10. *coram Cardinali Seraphino, deciſ.* 656.
num. 5., *& deciſ.* 688. *num.* 2. *coram ſan. mem.*
Innoc. X., *& deciſ.* 324. *num.* 6. *&* 7. *par.* 12.
Recent., nihilominus ex convincentibus con-
jecturis, & præſumptionibus paſſim recipitur,
51 & admittitur, ut habetur *apud Menoch. de*
præſumpt. lib. 3. *præſumpt.* 60. *num.* 3., *Gratian.*
diſcept. 951. *num.* 30. *& ſeqq.*, *Gabr. conſ.* 4.
num. primo, & ſeqq. lib. primo, Rota deciſ. 127.
num. 16. *par.* 7., *deciſ.* 89. *num.* 2. *par.* 17. *pleniſ-*
ſime deciſ. 300. *num.* 5. *& ſeqq. par.* 18. *recent.*,
deciſ. 799. *num.* 10. *coram Buratto, & deciſ.* 128.
num. 12. *coram Priolo.*

XLVII. Potiſſima proinde ac capitalis con-
jectura fundabatur in eodemmet Inſtrumento
acquiſitionis Caſalis *di Tortignoſa*, factæ per D.
Marchionem Riccardum de anno 1669.; Siqui-
dem juxta menſurationem inſertam ibidem le-
gitur -- *Communanza pro indiviſo coll. Illuſtriſſimo*
Sig. Marcheſe Serlupi rubbia dieci. Quamobrem,
cum expleta nuper menſuratione Communan-
tiarum de ordine Sacri Auditorii repertum
fuerit, quod tam de tempore motæ litis, quam
etiam ad præſens Terrenum Communantiarum
ad ſenſum D. Marchionis Riccardi occupabat
ſolummodo rubra octo circiter, *Summario dicti*
Marchionis dato coram R. P. D. meo dell' Olmo
Num. 21., neceſſe idcirco erat concludere,
quod alia duo rubra circiter implentia nume-
rum decem rubrorum enunciatum in præfato
Inſtrumento anni 1669. acceſſerint Turri Tigno-
ſæ vigore alicujus diviſionis, ne aliàs præſumatur
52 illicita uſurpatio ad ea, quæ optime in proxi-
mis reſpondet *Rot. deciſ.* 435. *num.* 3. *par.* 9.
recent.

recent., *& deciſ.161.num.23.par.15.,deciſ.628. num. 24. par. 18. recent.*, *& in ſæpedicta Bononien. Canalis Navigii ſuper manutentione 18. Decembris* 1701. *§. Signanter quia, coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.*

XLVIII. Idque validius confirmabatur, ex quo nequibat Riccardus, qui principaliter innitebatur, ut ſupra, antiquiori diviſioni ſecutę inter illos de Magdalenis de anno 1570. controvertere menſuram rubrorum 82., quæ ad eumdem diviſionis tenorem & literam remanſerant apud Columnellum eorumdem de Magdalenis, a quo ipſe cauſam depromebat, *Summario ejuſdem Num.* 4. quare, dum ex confeſſione emiſſa in eodem Inſtrumento emptionis per D. Riccardum ejuſque Auctores, necnon ex moderniori Agrimenſorum commenſuratione D. Marchio Riccardus actu retineret rubra 85. per neceſſarium procul dubio antecedens ſequebatur, quod hujuſmodi rubra circiter tria ſuperaddita antiquiori diviſioni ortum habuerunt ab alia diviſione *Communantiarum*, vel ante vel poſt ſuam emptionem ſubſecuta; cum ipſe impugnare non valeret menſuram propriorum Auctorum, & reſpective propriam confeſſionem factam in Iſtrumento ſuæ acquiſitionis, ex notiſ-
53 ſimis Juribus, de quibus penes *Ancharan. Jun. quæſt. famil. lib. 2. quæſt. 32. num. 5. & 6. cum ſeq. verſ. Cæterum quia*, *& num. 9. & ſeq.*, *Lucl. Atograd. conſ. 19. num. 20. lib. primo*, *Menoch. con. 2. num. 373.*, *Surd. conſ. 489. num. 30. verſ. Parum quoque*, *& conſ. 151. num. 38. & ſeq.*, *& deciſ. 72. num. 9.*, *& deciſ. 256. n.8.*, *Roſ. in Bononien. Sportularum ſuper Poſitionibus, 22. Martii* 1694. *§. Ideoque tales, coram Reverendiſſimo D. meo Decano*, *& in Romana ſeu Anconitana Dotis 11. Januarii* 1697. *§. Quartam demum*, *coram Eodem.*

XLIX. Neque durum videri poterat D. Riccardo, habenti in manibus totum id, quod poterat importare rata ad eum ſpectans *Communantiarum*, quod ad hunc effectum allegaretur per D. Serlupium hæc præſumpta diviſio; quando ipſe, non obſtante, quod major pars horum Caſalium deveniſſet ad DD. de Serlupiis, prætendebat, ut præmiſimus, ex confeſſione emiſſa in Inventario exarato per Tutricem poſt Inſtrumentum præfatæ diviſionis anni 1570. reduci portionem eorumdem de Serlupiis ad rubra duo, ut in ſuperiori §. *Tertio ſubjungebant*; quod utique intra breve ſpatium, adjacens inter diviſionem & Inventarium, verificari non potuerat, niſi cum præſumptione vel præſup-
54 poſitione alicujus intermediæ diviſionis, ita exigente *rubrica Cod. quod quiſque Juris &c.*, cum aliis concordantibus relatis per *Palmam Nep. allegat. 270. num. 76.*, *Rot. deciſ. 337. num. 27. par. 10. deciſ. 314. num. 31. par. 17. rec.*, *deciſ. 619. num. 3. coram Buratto*, *& deciſ. 1255. num. 2. coram Emerix. Jun.*, & alibi paſſim.

L. Accedebat evidentius in idem ipſa ocularis inſpectio Plantæ; ſiquidem planities incubans, ſive poſita inter Caſale D. Marchionis Ricardi, ac Communantias unà cum Caſalibus ſpectantibus ad D. Marchionem Serlupium interſecabatur a quodam aggere, ſuper reliquum humilius ſolum induſtrialiter erecto, vulgo nuncupato *Morone*: hujuſmodi namque ſignum ſuapte natura diſtinctivum juxta illud Virgilii:

Limes erat poſitus finem, ut diſtingueret agri.

facile ſuadebat, quod Communantiæ reſtantes extra eumdem aggerem, ſive *Morrone* forent propriæ ejuſdem Serlupii in vim alicujus præambulæ diviſionis, prout ad præſumendam conſimi-
55 lem ſeparationem a fundi fundo inter vicinos reſpectu hujuſmodi ſignorum annotaverunt *Modern. Leiſſer. de prædiis lib. 3. cap. 32. n. 34. verſ. Majoriſque certitudinis*, *Pariſ. de Puteo de finib. fæudor. c. 4. n. 8. & 9.*, *Mont. de finib. cap. 5. num. 14.*, *Marcell. Marcian. conſ. 32. num. 3. circa med. tom. 2.*, *Camill. Medic. conſ. 94. poſt num. 28. Reverendiſſimus Zaul. ad Statut. Favent. rubric. 37. num. 15. lib. 3. Rot. deciſ. 13. num. 19. poſt. Pacichell. de diſtant.*, *deciſ. 578. num. 3. coram Cardinali Cavalerio*, *deciſ. 1086. num. 9. verſ. Vice autem verſa &c. coram Emerix Jun.*, *& deciſ. 236. num. 7. & 8. cum ſeq. par. 6.*, *& deciſ. 250. num. 71. par. 14. recent.*, & optime in terminis ſimilium aggerum elevatorum, ſive oppoſitorum pro confine *Franc. Marc. deciſ. Delphinat. 111. num. 5. verſ. Item limites*, *Modern. Meichſner. deciſ. Camer. Imperial. tom. 3.*, *deciſ. 33. ſub num. 75. verſ. Certum eſt enim.*, *Rot. deciſ. 609. ſub num. 9. verſ. Eoque magis coram Dunozzet. Jun.*

LI. Parum refragante, quod, ut aſſerebant Informantes pro D. Marchione Riccardo, Agger iſte, ſive *Morrone* maneret etiam antiquitus, de tempore videlicet, quando Caſalia promiſcue ad eoſdem Dominos de Magdalenis pertinebant, ideoque potius, ſi talis qualis inſurgeret abinde demonſtratio, referenda foret ad quamdam contingentem deſtinationem Patriſfamilias, non vero ad ſeparationem *Communantiarum*, quæ ex vetuſta diviſione anni 1570. relinquebantur communes, nam fortaſſe perſtrinxiſſet objectum, quandocumque Agger perſtitiſſet in ſua antiqua extenſione, ſed, cum ille temporibus retro elapſis non deſcenderet, & reſpective continuaret in faciem oris, ſive ingreſſus *Communantiarum*, ſicuti ad præſens effulgebat *Summario Marchionis Serlupi dato coram R. P. D. meo del Olmo Num. 3.*, *& in alio dato coram Reverendiſſimo D. meo Decano Num. 5.* profecto nequibat illa productio, ſive continuatio Aggeris in loco controverſo aliud ſapere, ac præſeferre, quam indicium allegatæ diviſionis, quæ, ut diximus, etiam ex adminiculis, & indiciis pro recto arbitrio Judicis penſandis
56 paſſim admittitur, & juſtificatur ad ea, quæ proſequuntur *Modern. Aſculan. ad Statut Urb. lib. primo annot. 21. art. 4. ſub n. 191. verſ. Et quidem*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 951 num. 3.*, *Carol. Ant. de Luc. ad eumdem num. 3. verſ.*

Sic

Sic etiam, Rot. deciſ. 652. ſub num. 2. uſque in fin. coram Cardinali Cavalerio, deciſ. 127. num. 17. par. 7. recent. deciſ. 799. num. 11. cum ſeqq. coram Buratto.

LII. Maxime, cum eumdem operativum intellectum ſeparationis oſtenderet non abſimilis elevatio, & intermediatio Aggeris, ſive *Morroni* abradens, & excludens portionem *Sulphuratæ* olim unitam, ac de præſenti ſpectantem ad DD. de Alteriis ab altera portione ejuſdem *Sulphuratæ* ſucceſſive tranſlatam in DD. de Serlupis, ac incluſam ab eodem Aggere, ſive *Morrone*, abſque eo quod ipſi Alterii quidquam prætenderent, aut prætendant in proxime adjacentibus, ac ſubjacentibus *Communantiis*; nulla quippe major intelligentia, & dilucidatio ſigno-
57 rum, quæ ſunt ad placitum, ut dixit *Bartol. in rubric. ff. ſolut. Matrim. num. 2.* exoptari valet, quam ea, quæ noſcitur habita, & practicata per vicinos, ex traditis per *Rot. deciſ. 215. num. 5., & deciſ. 234. num. 15. & 16. par. 7., deciſ. 520. num. 62. par. 14., & deciſ. 340. num. 10. par. 18. recent.*

LIII. Atque ad roborandum hujuſmodi ſenſum pro poſſeſſore militantem non deerant alia adminicula, ſignanter quippe intercedebat quidam terminus, ſive lapis citra circiter duo rubra proſiliens in terreno D. Riccardi, ac deſignatus in prædicta plancta *ſub lit. E.* ab eodem namqe termino incipiendo uſque ad finem Vallis, quæ prætenditur communis correſpondebant eadem adamuſſim rubra 10. enunciata in Inſtrumento acquiſitionis D. Marchionis Riccardi, proindeque nimium urgebat veriſimilitudo, quod ſicuti idem terminus poterat eſſe relictus pro deſignatione antiquæ inchoationis *Communantiarum*, poſtea pariter fuerit relictus pro patefacienda ſecceſſiva diviſione earumdem *Communantiarum*, apparente adunguem inter eumdem terminum, atque Murronem ſpatio circiter, ut præmiſimus, duorum rubrorum, quod poterat ſuperare quotam in hiſce *Communantiis* pertinentem ad D. Riccardum. Præſertim, cum iſtud intermedians Terrenum a termino ad Aggerem fuerit ex Prato redactum ad culturam, quapropter immutata facie ſoli, eo magis idem lapis, ſive terminus erat appoſite relinquendus ſecundum in proximis conſiderata circa appoſitionem, vel ſignifi-
58 cationem horum terminorum per *Pariſ. de Puteo de finib. fæudor. cap. 4. 8. & 9.*, ubi quod termini apparentes habeantur loco Inſtrumentorum appellanturque antiquarum rerum monimenta, *& ex num. 10., Rot. deciſ. 520. ſub num. 94. verſ. Ex termino reperto par. 14. recent., & in Narnien. ſeu Interamnen. Bonorum 29. Martii 1700. §. Secunda demonſtratio coram Me.*

LIV. Et ex his, retento ſemper themate Judicii poſſeſſorii, viſum eſt tantum abeſſe, quod petitorium allegatum ex parte D. Marchionis Riccardi abſcinderet, & abſorberet hujuſmodi poſſeſſorium, ut præter reſponſiones ſuperius ſingulariter attributas potius fortaſſe præponderarent ad commodum ejuſdem Poſſeſſoris inditia diviſionis idoneæ ad translationem Dominii in Territorio controverſo favore D. Marchionis de Serlupis, ex his quæ in ſpe-
59 cie diviſionis communiter habentur per *Gloſſ. in leg. 1. in verb. Placuit*, ibique *Bald. num. 1. 2. & 3., Lal. Altograd. conſil. 8. num. 5. lib. 1. Gratian. diſcept. 324. num. 23., Palma Nep. allegat. 145. num. 16., Cenſal. deciſ. Lucen. 90. num. 49. in fin.*

LV. Addendo pro coronide (ſemper tamen intra limites litigii poſſeſſorii) quod, cum in ſæpe laudato Inſtrumento acquiſitionis D. Riccardi conventa extitiſſet menſuratio Caſalis coempti, non erat abſonum, quod occaſione ejuſdem factæ ex poſt menſurationis fuerit inita memorata diviſio, ne veteres Poſſeſſores quicquam amplius haberent commune cum extraneo emptore, ſecundum laudabilem praxim,
60 & admodum pro jurgiis evitandis amicam legibus naturam, & objectum, ſive finem diviſionis, de quo teſtantur *Pecchius de aquæduct. lib. 4. quæſt. 96. num. 4. & 5., Antunez de donation. Regiis lib. 3. cap. 8. ex num. 1., Michalor. de Fratrib. par. 3. cap. 1. num. 18. & 20., Rot. in Bononien. Renunciationis uſusfructus, ſeu Primogenituræ de Coſpis prima Julii 1693. §. Aſſumpta coram bo: me: Benincaſa, & in Romana diviſionis 11. Januarii 1700. §. Reſolutionis ratio coram R. P. D. meo del Olmo.*

LVI. Prǽter hæc, alia etiam talia, qualia adminicula congerebantur per D. Marchionem Serlupium, & præcipue quoad nonnulla fragmenta columnarum adhuc inſcripta *Communanze* adhibita pro ſervitio, ac gradibus cujuſdam ſcalæ ruſticæ, quæve idem D. Marchio præſupponebat terminos eſſe perantiquos earumdem Communantiarum ablatos tamquam inutiles poſt diviſionem a ſitu præcedenti, cumque lis verſaretur in longeva quaſi poſſeſſione privativa, facile ſibi ſuadebat omnia hæc etiam ſuperaddita adminicula conſpirare poſſe ad præſumendam hanc diviſionem, dum etiam ſtante eadem poſſeſſione, ſeu quaſi privativa non
61 leviter illa de per ſe beneficio temporis favore poſſeſſoris inducitur, *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 60. num. 3., de Roſa conſult. 8. num. 42. Felic. de Societ. cap. 39. num. 11. Capon. de pact. & ſtipulat. quæſt. 45. num. 41., Gargiar. conſ. 30. num. 84. & ſeq. lib. 2.* ubi quod ſufficit poſſeſſio decennalis ad inducendam hujuſmodi præſumptionem, *Paſeth. conſ. 21 num. 7. Trentacinq. conſ. 17. per tot., Jaſon. conſ. 172. num. 9. & 10. lib. 4., Honded. conſ. 59. num. 50. lib. 1., Peregin. conſ. 94. num. 1. lib. 6.* ubi quod per tantum tempus non eſt veriſimile, quod
62 partes tacuiſſent, niſi ſecuta fuiſſent diviſio, *Cephal. conſ. 396. num. 14. & ſeq. lib. 3.* ubi quod procedit, licet quis poſſederit pro portionibus inæqualibus, & quod hæc opinio eſt

ma-

magis communis, *& conſ. 777. num. 14. Eugen. conſ. 68. num. 8. lib. 2. Anton. Perez conſ. 19. n. 6. Marquech. de bonor. diviſ. par. 1. cap. 14.* ubi adducit rationem quia de tempore diviſionis potuit dari æquivalens pro recompenſa majoris partis, *Gamm. deciſ. Luſitan. 146., Theſaur. deciſ. Saband. 205. per totas, Ludovic. deciſ. Lucen. 48. num. 3., Meichſner. deciſ. Camer Imper. tom. 3. deciſ. 9. num. 212., & dec. 13. num. 308. & ſeqq., Rot. deciſ. 127. num. 19. par. 7. recent.* & in præciſis terminis præſumptæ diviſionis paſcuorum, *Modern. Bonden. ad Oter. de Paſcuis cap. 42. ex num. 110. cum plurib. ſeqq.*

LVII. Sed Dominis hodie ſuffragantibus ſuffecit, abſque penetratione viſcerum omnium meritorum, rem ex huc uſque ad abundantiam oſtenſis non eſſe adeo perlucidam, & manifeſtam in ipſo petitorio, ut foret interim late nimis diſcendendum a vulgari §. *Retinenda Inſt. titul. de Interdict.*

Vtraque parte acriter, & ad ſatietatem Informante.

ROMANA PECUNIARIA, SEU TRANSACTIONIS.

Veneris 20. Januarii 1702.

ARGUMENTUM.

Late tractatur an qualitas pupillaris officiat obligationi reſpicienti extraneos contrahentes, qui ſemper ſibi retinent obnoxium illum cujus nomine cantat ratio bancaria, & an Tranſactio inita cum Pupillo ſit læſiva, & negative in utraque parte reſolvitur concurrentibus pluribus facti circumſtantiis.

SUMMARIUM

1 *Ad ſubſtinendam tranſactionem exuberat probabilis, & boneſta dubietas imminentis, vel futuræ litis.*

2 *Limita ſi in ſucceſſivo examine meritorum dignoſcitur læſio, quia tunc tranſactio reſcinditur.*

3 *Reſciſſio tranſactionis conceditur concurrentibus contrariis, injuſtis tamen judicatis.*

4 *Infantes quatuor annorum non habent neque velle, neque nolle.*

5 *Minor non ſervatis ſolemnitatibus Juris, & ſtatuti nullum ſibi valet irrogare præjudicium, nullumque pati offendiculum.*

6 *Societas Leonina non toleratur in majoribus, nedum in minoribus, & infantibus.*

7 *Intitulatio pura nominalis non inducit perſonalem obligationem reſpectu Perſonarum demortuarum, quæ neque contrahere neque conſentire ullatenus valent.*

8 *Socius non debet contra legem in ſocietate præſcriptam divexari.*

9 *Ex reſponſionibus ſatis oritur ſcientia, ac notitia in reſpondente.*

10 *Sola vicinitas ſatis eſt ad effectum inducendi notitiam ætatis, ſtatus, & conditionis alicujus.*

11 *Itaut non ſit opus alia ſpecifica notificatione.*

12 *Contrahens inquirere tenetur de ſtatu, facultate, & intereſſe illius cum quo contrahit.*

13 *Clauſulæ, & verba etiam generaliſſima intellectum ſemper recipiunt a ſubſtantia, & intra limites actus demandati, vel voliti.*

14 *Ad conſtituendum Principalem ſub uſuris opus eſt ſpeciali mandato.*

15 *Factum unius præjudicare non valet tertio nullam participationem in contractu habenti.*

19 *Creditor nequit proprio marte protrahere cambia ſupra tempus in converſione expreſſum.*

17 *Licet cambii duratio protracta ab aliquibus DD. & Sac. Rota uſque ad integram ſortis reſtitutionem ſit admodum controverſa.*

18 *Iſta tamen propoſito procedit attentis peculiaribus facti circumſtantiis.*

19 *Cambium etiam abſque dictionibus taxativis reſtringitur ad primas Nundinas.*

20 *Actus cenſetur læſivus qui caret ſubſtantia debiti, vel relevationis.*

21 *Adhoc ut quis ſe valide obligari poſſit exigitur ſcientia nullitatis facti, & Juris.*

22 *Tranſactio inita cum interventu inſignium Juris Conſultorum cenſenda ſemper eſt boneſta, & prudentialis præſertim ſi fuerit facta calore pendentis Judicii.*

23 *Cauſa tranſigibilis ea dicitur ſi in propoſitione cauſæ dilata remanſit illius reſolutio per aliquod Tribunal.*

24 *Infantes licet ſint incapaces contrahendi in hoc tamen ſupplere poteſt authoritas Patris, qui contrahit pro filio etiam infante & habet pluſquam juridicum mandatum a lege.*

25 *Parentes ſemper præſumuntur aſſumere bonum conſilium pro filiis.*

26 *In negociis Banci, aliiſque ſimilibus exuberat bona fides.*

27 *Pupillus in contractibus indifferentibus ubi convicatur læſus valet contra Tutorem ſe retorquere, & inſimul dicere de nullitate ejuſdem contractus.*

28 *Contractus initi cum ratione bancaria continuata valent etiam cum damno Pupilli.*

29 *Creditores dantes pecunias proprias alicui negocio ſub tali nomine cantanti, non compelluntur indagare ſecretas conventiones, ſed habent ſemper obligatum illum ſub cujus nomine cantat negocium.*

30 *Si quis ab initio in ratione bancaria erigenda certum capitale appoſuerit, & proprium nomen expendi voluerit, tunc obligatur ultra capitale, quantumvis cæteri tale nomen non expendentes nequeant obſtringi ſupra capitale, & ipſa pacta.*

31 *Intitulatio Banchi facta a Tutore obligat indefinite pupillum.*

32 *In literis oblatoriis exteris negociatoribus tranſmiſſis neceſſe eſt ut aliqua habeatur ratio ad pactiones, ſive intitulationes ſecretas.*

33 *Per-*

33 *Perſona nominati ſemper remanet obligata, & quando ſuo ceſſit, ejus hæreditas, quæ eum in omnibus repræſentat.*

34 *Mercatores ſi contraxerunt eum nomine viri, intrat publica fides, quæ jubet creditores minimi e fore decipiendos.*

35 *Hæres beneficiatus remanet in favorabilibus hæres ad finem conſequendi illud quod supereſt ſatisfactis Creditoribus.*

36 *Tranſportatio ad novum cambium, novaſque literas facta de extinctione veteris cambii non importat veram illius extinctionem ſed omnimodam reviviſcentiam, aut potius perdurationem in ſecundo.*

37 *In mandato ſemper venit quodcumque ſubſequens, vel neceſſarium ad idem mandatum.*

38 *Transfuſio datur in terminis etiam campſoriis.*

39 *In renovationibus cambiorum neceſſarium non eſt, quod quis ſe ſubſcribat ſed ſatis eſt, quod intercedat nuncupatio nominis illo tacente, & patiente.*

40 *Cambia inter mercatores an, & quando extincta cenſeantur.*

41 *Declara quod magis receptum ſit, quod cambium duret uſque ad integram ſortis reſtitutionem non accedentibus dictionibus reſtrictivis, vel conjecturis, ſive demonſtrationibus equipollentibus.*

42 *Reſtitutione ad primas nundinas reſtricta, & non ſecuta, durat favore creditoris mandatum pro renovatione cambii uſque ad perfectum reimburſationem.*

43 *Minori ſuccurrendum non eſt, quando actus, quem ſatagit impugnare dignoſcitur magis utilis, quam damnoſus.*

44 *Tranſactiones initæ nedum a majoribus, ſed etiam a minoribus cum interventu Advocatorum, & aliarum circumſtantiarum ſubſtinentur.*

DECISIO CCXXIV.

INformantes pro Thoma ſtrenuæ retundere ſatagentes, non minus occaſione novæ audientiæ, quam hodiernæ repropoſitionis, fundamenta deciſionis diei 17. Junii proxime delapſi, per quæ reſponſum fuerat, tranſactionem initam ab ipſo Thoma ſubſtineri, ponebant antemurale, quod licet ea ſit natura concordiarum, ut ad illarum ſubſtentationem, bono Reipublicę ſemper favorabilem, exuberet probabilis, & honeſta dubietas imminentis, vel futuræ litis ad
1 *Text. in leg. 1. ff. de tranſact. & in leg. de alimentis Cod. eod. titul.*, nihilominus quotieſcumque in ſucceſſivo examine meritorum dignoſcantur, & palpetur læſio, aut erroneitas reclamantis, eo ſane caſu paſſim reſciſſæ fuerunt quæcumque tranſactiones, ne favor valde remotus publicæ utilitatis nimium inique, & abuſive offendat de proximo privatum, adeout, etiamſi fomentum eidem concordiæ dederint ſententiæ judiciales, adhuc ex poſt detecta illarum injuſtitia, concordię deſuper celebratę tuant, & infirmentur in quibuslibet Tribunalibus, & ſignanter in noſtro Sacro Auditorio
2 per ea, quę connotarunt *Adden. ad Ludoviſ. deciſ. 149. num. 6. & 7. eadem Rot. deciſ. 458. num. 1. par. 1. diverſ., deciſ. 294. num. 14. par. 8., deciſ. 17. num. 5. par. 17. recent. in Bononien., ſeu Imolen. Bonorum ſuper bono Jure 18. Martii 1686. §. Unum coram bo: me: Albergato, & 12. Junii 1693. §. Nam præmiſſis, & ſeqq. coram bo: me: Urſino, & 18. Martii 1697. §. 1. & §. Ita proprius coram R. P. D. meo del Olmo, & in Romana, ſeu Firmana Succeſſionis 28. Februarii 1695. §. Nec obſtat coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & 18. Junii 1697. in princip. coram R. P. D. meo Priolo, & 26. Februar. 1698. pariter in princ. cor. R. P. D. meo Muto confirmat. 10. Decembris ejuſdem anni §. Nihil officiente coram me.*

Applicando autem ad rem, (ſubiiciebant iidem informantes) res verſabatur in terminis omnino fortioribus; quoniam nullę pręceſſerant contra Thomam ſententiæ ipſum condemnantes ad exolvenda debita Rationis bancariæ cantantis omnino nude ſub ejus nomine, quin potius generaliter, agnito, quod ipſe merum nomen, demandante ejus Patre, vel permittentibus illius Executoribus, ſive Tutoribus accomodaverat, abſque tamen ulla participatione commodi, vel incommodi, obtinuerat tam in plena Camera, quam in Rota coram bo: me: Urſino abſolutoria judicata: in hac vero cauſa præciſa diutius, & acerrime ventilata penes Congregationem Cameralem plures prodierunt determinationes pariter abſolutoriæ, vel ad ſummum in fine dilata extiterat reſolutio, juxta ſyllabum, ſive diarium ejuſdem Congregationis Cameralis Dominis exhibitum, quapropter eo magis, arguendo a fortiori, recedendum videbatur a deciſis, & annuendum illi reſciſſioni tranſactionis, quæ conceditur etiam concurrentibus contrariis, inju-
3 ſtis tamen judicatis *Decian reſponſ. 49. num. 55. Marcambrun. ab Anguill. conſ. 37. num. 46., Modern. Argentan. collect. legal. tom. 2., collect. 8. num. 9., Rota in Romana Communantiarum, & Fontanilis hac eadem die edita §. Tum etiam quia coram me.*

Atque ex his, ſubſiſtente præfato antemurale, punctus reducebatur ad viſcera Juſtitiæ, utrum ſcilicet, ea contra Thomam foret adeo dubia, ut mereretur fœdere tranſactionis conſopiri: ſed tantum aberat (proſequebantur memorati Informantes pro Thoma) quod ullo modo Juſtitia ſtaret contra ipſum, quin potius apertiſſime tota æquitas, tota Juſtitia Thomam conſtiparet. Agebatur enim de ſubſtentanda tranſactione inita cum præſuppoſito, quod, ex quo Ratio bancaria pertinens in radice, & in eſſentia ad Vincentium Thomæ Patrem, Alphonſum Brogium, & Antonium Franciſcum Pariſanum præſeferret materialem intitulationem prædicti Thomæ, nempe *Tomaſo Baccelli, e Compagni*, ipſe

ipſe Thomas remaneret obligatus de proprio,
ſed quomodo, dicebant, hæc ſimplex intitulatio
poterat obeſſe eidem Thomæ, dum de
tempore factæ, & publicatæ hujus intitulationis,
idem Thomas fari nequibat, cum eſſet
conſtitutus in ætate dumtaxat quatuor annorum
& quando proinde nullum adhibere poterat con-
4 ſenſum? hujuſmodi etenim infantes non habent
velle, neque nolle ex iiſdem auctoritatibus allatis
in contraria deciſione §. Paramque quibus
addi poſſunt *Contr. diſcept. forenſ. cauſ. 92. n. 12. Modern. Peruſin. de ſolemnit. in contract. minor. adhiben. gloſſ. 15. §. 7. n. 21., Rot. deciſ. 589. n. 12. par. 7. recent., & in Romana Cenſus 1. Julii 1701. §. His itaque coram me.*

Quod ſi eadem adhibitio, ſive mutuatio nominis
fuerat permiſſa, vel uſurpata, poſtquam Thomas
de proximo fuerat pubertatem egreſſus, adhuc,
cum nullæ fuerint adhibitæ ſolemnitates
in hac renovatione nominis, nullumque extaret
poſitivum Patris præceptum, imo nec
Thomas eſſet illius hæres, profecto quælibet
obligatio, quæ potuiſſet exoriri ab hac paſſiva
intitulatione remanebat irrita, & inefficax;
cum non ſervatis ſolemnitatibus Juris, & Statuti,
minime valeat minor in quocumque actu
ſibi per poſſibile præjudiciali cauſare, ſeu pati
offendiculum, ut in terminis etiam ineundæ
5 Societatis communiter habetur apud *Alexand. conſ. 154. n. 7. lib. 2., Lamberteng. de contract. minor. gloſ. 1. verb. alienationibus n. 2., Baron. de effect. minor. etat. circ. Contract. effect. 12. Card. de Luc. de credit. & debit. diſc. 75. n. 4. Rot. deciſ. 467. per tot. coram Buratto, deciſ. 675 n. 7., & deciſ. 805. n. 6. par. 18. rec., & in Viterbien. Fideicommiſſi 25. Junii 1683. §. Hæc autem omnia coram bo: me: Albergato, & 16. Junii 1684. §. Quod extra dubium coram eodem.*

Eoque certus, quia, ubi quoque ſervatæ
fuiſſent ſolemnitates, quælibet cauſa inductiva
obligationis ſuapte natura, ac juxta ſubiectam
materiam defeciſſet, ſtatim quippe, ac in capitulis
erectionis hujus Rationis dictum, & cautum
fuerat, quod Thomas nullum ſentire deberet
commodum, vel incommodum, ecce
quod manifeſtum redebatur, quod ipſe ex cauſa
ſibi adiunctæ intitulationis, damnum, ut ad
præſens, ſenſiſſet, nullamque correſpectivam
valuiſſet retrahere utilitatem, quod utique
6 erat intolerabile, ac præſeferebat ſpeciem Societatis
Leoninę, quæ nec toleratur in majoribus,
nedum in infantibus, & minoribus,
prout hic, ad tradita per *Connan. in comment. Jur. civil. lib. 7. cap. 13., Dec. conſ. 29. n. 28. & conſ. 97. n. 53. lib. 2., Riminald. Jun. conſ. 400. n. 48. & ſeq., Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 8. per tot., Leotard. de uſur. quæſt. 31. n. 22., Adden. ad ſa: me: Innoc. X. deciſ. 738. n. 8.*

Cęterum nil mirum, quod forte Tutores,
& Executores relicti per Vincentium ipſi Thomæ,
neglexerint impedire hanc intitulationem
quia hæc intitulatio pure nominalis paſſim
etiam de ſtylo practicatur citra ullam perſonalem
obligationem reſpectu perſonarum demortuarum,
quæ procul dubio neque contrahere
neque conſentire ullatenus valent ſecundum ea
7 quæ de eodem ſtylo, & praxi obſervarunt *Card. de Luc. de credit. & debit. diſc. 75. n. 6. verſ. ſepius etiam ſub nomine &c., Rota in Romana Societatis 14. Junii 1700. §. Cum prædictis coram R. P. D. meo Scotto.*

Addito preſertim, quod idem Tutores jam
ſatis indemnizaverant pupillum, ſive minorem,
expreſſe paciſcendo, quod, ad normam
primæve intitulationis nullum omnino damnum
gliſcere poſſet erga Thomam *Summario ipſius*
8 *Thomæ Num. 1.* unde non debebat is contra legem
in Societate præſcriptam inquietari, ac
divexari ex deductis apud *Modern. Argentan. collect. legal. 44. num. 17. lib. 1., Palmam nep. allegat. 42. num. 12. & 14., & allegat. 872 num. 1., Surd. deciſ. 260. num. 12., Rot. deciſ. 59. num. 16. & 17., poſt. Modern. ad Statut. Urb. tom. 3.*

Nil officiente, quod hujuſmodi capitulationes,
ac indemnizationes conventæ per Tutores
favore Thomæ eſſent ſecretæ, ac non patefactæ
per aſſuetas litteras oblatorias, uti diſtinguebatur
in præcedenti deciſione §. *At non ſic erat*,
ſiquidem, ultra quod ſatis poterat cenſeri facta
patefactio, dum in iiſdem litteris oblatoriis fiebat
notificatio Mercatoribus, quod intereſſe ſpectabat
ad prænominatos Vincentium, ejuſque
hæreditatem, ac Pariſanum adhibito dumtaxat
in ſuperficie nomine Thomæ, quemadmodum
liquebat ex ipſiſmet reſponſionibus pręſtitis a
Mercatoribus, quibus præfatæ litterę oblatoriæ
fuerant directæ atque tranſmiſſæ *d. Summ. Num.* 7.
ex reſponſionibus namque ſatis oriri ſcientiam,
ac notitiam in reſpondente nemo non
9 ſcit, & ait *Manſ. conſult. 11. num. 8. lib. 1., Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. centur. 1. caſ. 94 num. 9., Gen. de ſcriptur. privat. lib. 3. num. 59., Rota Florentin*, penes *Manſ. conſultat. 343. num. 29. cum pluribus ſeq. tom. 4.*

Et ultra etiam, quod apprime ſcientia hæc
reddebatur innegabilis in Marchione Nunez
hodierno creditore, cum ille moraretur in
Urbe, & tanquam induſtrius optime calleret,
vel callere debuiſſet ætatem, ſtatum, & conditionem
Thomæ, ſicuti quoties non requiratur
notificatio de forma, perſpectis hujuſmodi circumſtantiis;
imo ſola vicinitate tradiderunt
10 *Aldovin. conſ. 68. num. 48., Maſcard. de probat. concluſ. 1414. in princip. lib. 3. Coſl. de fact. ſcient. & ignorant. centur 1. diſtinct. 27. num. 2., Manſ. conſult. 39. num. 42., conſult. 171. num. 22., Conciol. alleg. 3. num. 25., Rot. deciſ. 146. n. 20. par. 18. recent.* ita ut non eſſet opus reſpectu
ejuſdem Marchionis alia magis ſpecifica notifi-
11 catione *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 433. n. 71. & ſeq. Tiraquell. de retract. conſang. §. 36. gloſſ. 2. num. 24. in Tractat. de commerc. & mercat diſ. 46. n. 41., Magon. deciſ. Florent. 40. a n. 5. uſque ad fin.*

Ad

Adhuc corruebat omnis occaſio ambigendi,
nam cum ex parte habeamus, quod quilibet con-
trahens ſibi debeat imputare ſi deſtitit ab inqui-
rendo poteſtatem, & conditionem ſui debitoris
obligandi, & ex oppoſito certum quoque ſit,
quod pacta, & capitulationes ſecretæ non ob-
ſint creditoribus ignaris, diſcrepantia hæc paſ-
ſim conciliatur, videlicet, quod hę privatæ
pactiones veniant notificandæ quandocumque
fuerint initæ poſt Bancum adapertum, & publi-
ce, ac generaliter erectam menſam nummula-
riam, ſecus autem quoties, prout hic, eædem
capitulationes confectę extiterint uſque ab ini-
tio erectę Rationis, quia tunc prçvalet obliga-
tio ſatagentis contrahere, ut teneatur inquire-
re de ſtatu, facultate, & intereſſe illius, cum
quo contrahit ex iis, quæ perbelle diſtinguntur
12 per *Capyc. Galeott. contr. forenſ. lib. 2. contron.*
71. num. 18., & ante eum *Caſtren. in l. ſed etſi*
pupillus §. Conditio num. 1. in fin. ff. de inſtit.
action. & in conſ. 104. ſub. num. 1. lib. 1., *An-*
charan. conſ. 332. num 4., *Paſetth. conſ. 199. n.*
15., & fuit plene diſcuſſum *in tractat. de com-*
merc. & mercat. diſc. 46. ex n. 33. ubi ulterius
cum *Nicolao Catan. conſ. 7. per tot.* ſpecifice reſ-
pondetur Ædicto Cardinalis S. Honuphrii.

De reliquo etiam, quando hucuſque inſi-
nuata motiva non attererent, evidentiſſime,
vt videbatur, fundamenta præteritæ deciſionis,
itaut, ex cauſa ſimplicis intitulationis, Tho-
mas obſtrictus eſſet ad ſubeunda incommoda,
& debita prænominatæ Rationis, non ideo ta-
men minus (poſtremo loco ſubnectebant iidem
Informantes) Tranſactio ſemper reſcindenda eſ-
ſet tanquam læſiva, cum tota conſiſteret, ac
radicaretur in cambiis favore Marchionis Nu-
nez contractis per Cęſarem Complementarium
quidem eiuſdem Rationis ad alios effectus, non
vero ad hunc præciſum creandi Cambia, quan-
tumvis enim memoratus Cæſar deputatus ap-
pareret ad faciendum ſtralcium, Rationeſque
revidendi cum illis poſterioribus clauſulis *facien-*
di totum id, quod neceſſarium, & opportunum
foret, iſta tamen amplitudo verborum, procul
dubio temperanda erat ad limites mandati ocu-
lariter reſtricti ad *ſtralcium*, non vero capax
erat importandi facultatem accipiendi pecunias
ad cambium, & ſub vſuris, non ſolum quia
regulare eſt, quod clauſulæ, verba & etiam ge-
neraliſſima ſemper limites, & intellectum re-
cipiunt a ſubſtantia, & intra cancellos actus de-
13 mandati, vel voliti, vt monet *Gratian. di-*
ſcept. 737. num. 10., *Rot. deciſ. 64. num.*
16. par. 17. recent. deciſ. 832. n. 10. verſ. neque
in contrarium coram Emerix Iun., *& in Romana,*
ſeu Limana Cambiorum 10. Decembris 1696. §.
Aut vero coram R. P. D. meo dela Tremoille;
Sed etiam quia poteſtas conſtituendi principa-
14 lem ſub vſuris indiget ſpeciali mandato *Barz.*
deciſ. Bonon. 125. num. 21., *Rot. in d. Ro-*
mana, ſeu Limana Cambiorum d. §. Aut vero in
fine cor. R. P. D. meo della Tremoille, & 12.
Jan. 1699. §. Neque major poſt med. coram me.

Eoque magis, quia licet ex parte Marchionis
creditoris prętenderetur, quod in renovatione
cambij contracti per Cæſarem interveniſſent
novæ Tractæ, novæque litteræ ſubſcriptæ per
eumdem Thomam, attamen Marchio num-
quam uſque dum valuit demonſtrare, quod
Thomas unam, vel ſchedulam renovatoriam
hujuſce Cambii ſubſignaverit, unde quicquid
factum fuerit ab aliis, non poterat ex alieno
facto ullum ſentire præjudicium idem Thomas
non habens de cætero, ut præmiſimus ullam
mixturam, vel participationem in negocio.
15 *Ad totam rubricam Cod. res inter alios acta*,
Spad. conſ. 268. num. 5. lib. 2., *Palmanep. allegat.*
57. num. 25., *Rot. deciſ. 9. num. 1. part. 16. re-*
cent., *& in Tudertina Pecuaria 2. Julii 1700.*
§. Minus etiam coram me.

Ad omne autem, ut dicitur, pejus, nuſ-
quam videbantur calculandi fructus ejuſdem
Cambii nec citra, nec ultra primas nundinas,
pro quibus tantummodo Cambium cantabat,
ex quo nequit creditor proprio marte protrahe-
re Cambia ſupra tempus in conventione ex-
preſſum ex firmatis per *Fillicc. oper. moral.*
16 *tract. 35. par. 2. de Cenſib. & Camb. §. 1.*
quæſt. 42. num. 20. cum ſeqq., *Rota deciſ. 126.*
num. 5. junct. num. præcedent. cum ſeqq. par. 14.
recent.

Et quamvis quandoque Rota ipſique Docto-
res admiſerint Cambii durationem uſque ad
integram ſortis reſtitutionem, propoſitio hæc
non ſolum non carebat ſuis amaritudinibus per
ea, quæ in contrarium ponderavere *Pariſ.*
17 *conſ. 91. num. 5.*, *Filluc. oper. moral. tra-*
ctat. 35. par. 2. de Cenſib. & Camb. §. 1. quæſt.
42. num. 20. & ſeqq., *Rot. Jannen. deciſ. 37. num.*
10. Sac., *Rot. deciſ. 126. n. 4. & 5. par. 14.*, *deciſ.*
385. num. 3. par. 17. recent, *deciſ. 583. num. 1.*
coram Card. Cerro, & deciſ. 72. per tot. coram
Minott.

Verum in hanc Rota, & Doctores abiere
ſententiam, quia ex particularibus circumſtan-
tiis, ſive ex natura negocii, vel ex veriſi-
mili partium voluntate liquebat, tempus nun-
dinarum ſuper expreſſum extitiſſe ad ſimpli-
cem demonſtrationem Cambii certo certius
duraturi, non vero quoties nullo concurrente
adminiculo, nullave intercedente illimitatio-
ne Cambii, tempus primarum, vel aliarum
nundinarum integrat quodammodo ipſum
Cambium contractum ad tempus præfinitum,
ſive primas nundinas, ex iis, quæ innuit *eadem*
18 *Rot. in deciſ. 304. num. 5. par. 4.*, *deciſ.*
134. num. primo par. 13. recent., *deciſ. 636. num.*
primo, & 10. coram Merlino, & in Romana
Cambii 30. Maii 1699. §. Etenim coram R. P. D.
meo Muto. Quodque etiam ſine dictionibus ta-
xativis Cambium ad primas nundinas reſtrin-
19 gatur dictum fuit *coram Card. Cerro deciſ. 563.*
num. primo.

Denique non deerat (ad mentem eorum-
dem

dem Informantium pro Thoma) inutilitas, ſi non læſio ejuſdem Tranſactionis, ſiquidem pro debito ſcutorum 28764. in cujus ſolutionem præcedenter Marchio obtinuerat ſcut 1160. obligabatur Thomas ad ſcut. 25. mil. quæ ſane parvitas differentiæ minime compenſabatur a dilatione per eum reportata, aliiſque debilibus, contrapoſitionis allatis in præcedenti deciſione *§. final.* quia ſemper perurgebat conſideratio, quod Thomas exſolvebat debitum, ad quod aut nullibi erat obſtrictus, aut ſaltem difficile
20 poterat recuperare contra rationem Bancariam ferme decoctam, ſicque non poterat non cenſeri læſivus ille actus, qui carebat ſubſtantia debiti, vel relevationis, ut ait *Gratian. diſcept.* 553. *num.* 4., *Rota in Romana Cenſus* 5. *Decembris* 1695. §. *Prout pariter coram R. P. D. meo Scotto*, & favore ejuſdem Thomæ reſponſum fuit *in Romana Cambii* 14. *Martii* 1698. §. *Applicatur igitur coram bo: me: Urſino.* adeout in omnem cauſam ad finem, quod Thomas major effectus valide obligari valuiſſet exigeretur, quod haberet certam ſcientiam hujus læſionis, vel inutilitatis, ſeu, quod idem eſt ſcientiam nullitatis facti, & Juris ad
21 *Text. in leg. Mater* §. *Cæterum ff. de inoffic. Teſtam.*, *Ciroce. diſcept.* 32. *num.* 45. *Vreeol. conſult.* 63. *num.* 29., *Rot. dec.* 333. *num.* 2. *coram Pentinger.*, *& in Romana Cambiorum* 17. *Februarii* 1690. §. *Non obſtat coram reverendiſs. Manuel.*

Adverſus hæc etſi robuſte, & declamatorie quodammodo promota longe prævaluerunt tam fundamenta præteritæ deciſionis, quam baſis ipſa, ſeu maſſa totius negocii, & iteratę captæ reſolutionis, quatenus etenim ſpectabat ad antemurale, verum utique erat, quod neque excellentia Mediatorum in compilationem hujus concordiæ ad laborantium, neque eademmet Sententiæ judiciales præpediunt, quominus, ſucceſſive palpata injuſtitia, ac læſione partis alterutrius, Jura, & Tribunalia ſuccurrere non debeant decepto, ac gravato, ſed ex oppoſito; verum pariformiter erat, quod interventus inſignium Juris Conſultorum, quorum digna nomina ſcripta ſunt in priori deciſione §. *Inutilis præcipua*, quive ſtrenue patrocinium proprium impenderant utrique collitiganti, non ita de facili ſuadet, quod feria poſtmodum ſuperventa tranſactio foret tam læſiva, & inutilis, quin imo quælibet præſumptio ſtat in cenſenda potius honeſta, & prudentiali tranſactione traducta, & conſumata præ manibus ſimilium virorum, quapropter Judex, quantum fieri poteſt, non abſcendi a ſtabilitis per perſonas ſub illo calore pendentis Judicii melius illuſtratas, quemadmodum præter allatos in antecacta deciſione obſervatum quoque merito
22 fuit per *Rot. dec.* 82. *ante num.* 1. *poſt.*, *Vreeol. de Tranſact. deeiſ.* 885. *num.* 8. *coram Emerix Junior.* *& in Bononien. Fideicommiſſi de Beve* 10. *Junii* 1697. §. *Quantum coram R. P. D. meo Caprara.*

Et in rei veritate, ultra interven[illegible] eorumdem celebrium Advocatorum, tranſigibilitatem cauſæ ſatis, ſuperquæ oſtendebat ipſamet fluctuatio Congregationis Cameralis, quicquid enim nutatum fuerit in plena Camera, & deciſum coram bo: me: Urſino in circumſtantiis quoad hoc poſtremum Judicium penitus diverſis, ut jam demonſtravimus in præterita deciſione §. *Ad hæc cum ſeq.* profecto per ſeptem vices ventilata fuerat hæc controverſia inter Thomam, & Marchionem fato minus proficuo ipſi Thomæ, quia nuſquam in Tribunali cęteroquin integerrimo, ſed adſcito per ſpecialem Chirographum ſa: me: Clementis X. ſupplicantibus Tutoribus ejuſdem Thomæ utpote magis practico, & forſan inclinato ad levamen illius Depoſitariorum, qualis fuerat Ratio Bancaria, nuſquam inquam valuit Thomas reportare abſolutoriam, imo poſterioribus vicibus, pertractato nodo difficultatis, non ſine gravi formidine, dilata remanſit reſolutio, quamobrem nuſquam magis tranſigibilis apparebat Cauſa, quam ubi hærent Tribunalia in capeſſanda reſolutione ex adductis
23 in ſpecie per *Rotam in Romana*, *ſeu Taurinen. Bonorum coram clar. mem. Cardinali Taya impreſſ. poſt.*, *Vreeol. de Tranſact. deciſ.* 39. *ſub num.* 4. *verſ. & in hac eadem Cauſa &c.*, *& in dicta Bononien. Fideicommiſſi de Bove* 10. *Junii* 1697. §. *Hæc omnia*, & §. *final. coram R. P. D. meo Caprara.*

Firma itaque reſtante omni præſumptione maturæ Iuſtitiæ, & æquitatis hujus concordiæ, neque in concreto obſiſtebant objecta Thomę, non quidem in abſtracto, quia, licet in materiis indifferentibus plena ſint volumina, & natura ipſa patefaciat, quod infantes fandi ſint incapaces, nedum contrahendi, attamen in hoc ſupplet poteſtas, & authoritas Patris, qui fatur, & contrahit pro filio etiam infante, & habet pluſquam juridicum Mandatum a lege
24 *Bald. conſ.* 448. *num.* 6. *lib.* 1, *Alexand. conſ.* 171. *num.* 9. *lib.* 2., *Covarru. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 6., *Card. de Luc. de alienat. diſc.* 27. *num.* 11. *& de Teſtam. diſc.* 33. *num.* 12., *Vreeol. de Tranſact. quæſt.* 15. *num.* 1. *& ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 86. *num.* 14. *par.* 6. *recent.*, *& deciſ.* 767. *num.* 7. *coram Merlino.*

Neque in illo rerum ſtatu erectæ Rationis poterat cenſeri, quod Vincentius Thomæ Pater malum conſilium cæpiſſet pro filio, quia dubio procul opinabatur, menſam nummulariam a ſe præcedenter exercitam Fælicius inceſſuram, cum impinguatione patrimonii Paterni, in quo ſaltem filio pinguior ſemper debebatur legitima, dum de proprio idem Pater in eadem erectione Rationis implicaverat ſcuta 50. mil. *dicto Summario num.* 1. & dum ſtipulando cum Sociis, ut nomen ejus filii indiceretur ipſi Rationi, præoccupare ſategit in foro campſorio illam notitiam, ac famam ejuſdem filii, quæ admodum ei tractu tempo-

 ris

ris proceſſe potuiſſet, juxta illud bonum con-
ſilium, quod ſemper parentes præſumuntur
aſſumere pro filiis, *Alex. conſ.* 33. *num.* 4.
25 *lib.* 4., *Ruin. conſ.* 52. *num.* 13. *lib.* 2.,
Manſ. conſult. 233. *num.* 9., *Kellembec. de*
renunc. ſucceſſ. quæſt. 42. *num.* 75. *Torr. de*
pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. *cap.* 28. *n.* 5., *Rot. in*
Romana Fideicommiſſi de Quadris 7. *Martii*
1701. §. *Sublata coram Me*.

Et quamvis ubi mortuo Patre, caſus præ-
buiſſet, quod tunc diſputaretur, utrum Tho-
mas abſque ejus poſſibili conſenſu Rationi no-
men attribuens obligatus remaneret de pro-
prio, ex una parte pugnaſſet æquitas merca-
toria, non tolerans, ut infra, quod ille, cu-
jus nomen expenditur, non teneatur de proprio
indefinite, & ex altera fortiter obſtaſſet dam-
num poſitivum filio ſuperveniens, profecto
ceſſabat in hodierna hypotheſi hæc difficultas,
quia, præter paternum præceptum continuandi
eodem modo rationem, adhuc nullibi appare-
bat, quod minimum detrimentum per antea cau
ſaverit Thomæ hæc intitulatio, nam paterna
hæreditas perſeveravit in ſua opinione, &
ſplendore, nec non extiterunt relicta in ea-
dem continuata ratione ex præciſa conventio-
ne eadem ſcuta 50. mil. Vincentii, ac de-
mum Reverenda Fabrica proſequuta eſt in con-
fidendo propriam Depoſitariam eidem novæ
Rationi, & nihilominus, cum etiam præciſi-
ve ab his conſiderationibus, eximi Tutores
Thomæ nullum in particulari foventes inte-
reſſe, ſatius duxerint, quod renovaretur ea-
dem Societas, & Ratio ſub nomine Thomæ;
poterit quidem is forſan prætendere indemni-
zationem a ſuis iiſdem Tutoribus, ſed quan-
tum pertinet ad exteros contrahentes ex illa
bona fide, quæ ſemper exuberare debet in
hiſce negociis ad tradita per *Pariſ. conſil.* 82.
26 *num.* 18. *lib.* 1., *Stracc. de Commerc. &*
Mercat. tit. de contractib. num. 1., *Rota de-*
ciſ. 151. *n.* 2. *verſic. quod repugnat &c. coram*
Card. Cerro, & deciſ. 30. *num.* 2. *&* 3. *poſt*
Salgad. in labyrinth. Creditor.

Hi profecto ultra conquirere non compelle-
bantur, quam nomen de ſtylo campſorio obſtrin-
gens nominatum ad totumfactum, & debita Ra-
tionis, quapropter non obſtante quod, ut dixi-
mus, in contractibus indifferentibus res diver-
ſimode procedat, ex quo, ubi pupillus convin-
catur læſus, vel ullo modo intricatus per con-
tractum Tutoris ſui, valet æque bene ſeſe retor-
quere contra Tutores, & inſimul dicere de nul-
litate ejuſdem contractus ex prænotatis per
27 *Surd. conſ.* 87. *num.* 6., *& conſ.* 95. *num* 22.
Caſtald. conſult. 249. *num.* 7. *Mareſcott, var. reſo-*
lut. lib. 2. *cap.* 98. *num.* 14. *Andreol. contr.* 111.
num. 7. *Conciol. allegat.* 79. *num.* 48. *&* 49. *Pai-*
tell. annot ad expedit 5. *num.* 31. *Gratian. deciſ.*
Marcb. 130. *num.* 14. *Rot. deciſ.* 384. *num.* 38.
par. 9. *& deciſ.* 363. *num.* 46. *par.* 10. *re-*
cent.

In propoſito tamen publicæ Tabernę, ac ne-
gociationis involventis publicam religionem,
& fidem diverſa ab Jure noſtro capitur determi-
natio; quotieſcumque etenim Tutores permiſe-
re ſimpliciter, multoque magis quando, prout
hic, expreſſe ratificavere, atque ſanxere per-
ſerverantiam ejudem intitulationis, in his pro-
fecto terminis eadem Jura innixa ſimplicitati, &
bono mercaturæ aliud non inquirunt, ſed affir-
mant, Creditores non eſſe decipiendos, atque
valere contractus initos cum ratione continua-
28 ta, etiam cum damno pupilli *ad Text. in leg.*
ſi quis mancipiis §. *Impubes ff. de Inſtitor. action.*
optime *conſ.* 548. *ſub num.* 2. *&* 3 ubi de mente
Bart. inquit, *quod Societas, quæ fuit finita per*
mortem Patris, renovatur cum filiis, ſi filii utan-
tur iiſdem Miniſtris etiamſi ſint pupilli, Tutore ta-
cente, Card. de Luc. in conflict. leg. & ration. ob-
ſervat. 8. §. *in publica circ. med., & lib.* 7. *de*
alien. diſc. 34. *n.* 10. ſolide etiam *Joſeph Ramon.*
conſ. 41. *ſub num.* 23. ibi *præſertim cum dicta ex-*
penſio nominis, & receptio cambiorum fuerit facta
palam, & publice conſciis, & minime contradicenti-
bus Curatoribus filiorum Franciſci per tempus diu-
turnum, quo fit, ut dicta Cambiorum receptio per
Curatores præfatorum Pupillorum ratificata, &
Sociali authoritate facta cenſeatur, ut in termini
docuit Petr. de Ubald. de duob. Fratrib. par. 5
quæſt. 20.

Et his, tranſeundo propius ad præcordia
quæſtionis, in nihilo affligebat rumor, quod in
tantum Tutores permiſerint continuatam mu-
tuationem, & indictionem nominis ipſius Tho-
mę, in quantum ſpecifice convetum fuerat
cum Pariſano Conſocio in ipſomet initio reno-
vationis, quod Thomas, ut prius, ullum ſen-
tire deberet commodum, vel incommodum,
hic etenim diſcurſus, ſive prætextus, aut etiam
fundamentum, (dicebant Domini) relevare
potuiſſet Thomam, quod ipſe intentare a ſuam
indemnizationem erga Tutores, vel etiam Con-
ſocios, & habentes intereſſe in ipſo negocio, at
reſpectum externorum Creditorum dantium
pecunias proprias illi Negocio ſub illo nomine
cantanti, ii non compelluntur indagare ſecre-
tas has conventiones, ſed habent ſemper obli-
gatum illum, ſub cujus nomine cantat Nego-
29 cium, ſicuti firmat *Donat. Anton. de Mariu.*
reſolut. quotid. lib. 2. *cap.* 207. *ſub num.* 12. *poſt*
med. verſ. & in omnem, Card. de Luc. de Credit.
diſc. 75. *nu.* 8. *& ſeqq.*, *Rot. Januen. deciſ.* 13. *n.*
20. *deciſ.* 46. *num.* 4. *deciſ.* 77. *num.* 14., *& de-*
ciſ. 88. *num.* 25., *Rota deciſ.* 320. *num.* 6. *par.*
13. *rec. & deciſ.* 755. *num.* 1. *coram Card.*
Cerro.

Abſque eo quod idcirco applicabilis exiſtat
diſtinctio per ſupradictos Informantes pro Tho-
ma acriter de reliquo inculcata, quod tunc no-
tificandæ ſint hæ conventiones, quando ſupe-
radditæ fuerint erectioni Banci libere ſecutæ,
ſecus autem ubi in ipſa nativitate, & initio Ban-
ci veluti forma conſtitutiva actus conſcriptæ
exi-

extiterunt, & ſtabilitæ eædem capitulationes. Etenim diſtinctio hæc in ſe poterat cenſeri veriſſima, quoties videlicet quis, Exempli gratia, ponat in accomandigia, vel Banco erigendo aliquam determinatam quantitatem, vel alia certa pacta conveniat; iu his quippe circumſtantiis Tertius contrahens cum illo Negocio compellitur indagare quomodo, & quibus pactis, & capitulationibus fuerit a principio erectum ipſum Negocium, cum quo contrahere intendebat, licet ſuperventæ, ſeu clandeſtinæ moderationes eum non afficiant; ſed hic non erat caſus, de quo peragebatur, nam iſtæ concluſiones non percutiunt efficaciam intitulalationis, quæ efficir, ut ſupra ut nominatus obſtringatur in ſolidum, etſi fieri poterit ultra vires, tam in perſona, quam in patrimonio; unde videmus, quod ſi quis appoſuerit certum capitale ab initio in Ratione erigenda ſub quibuſcumque legibus, cautelis, & pactionibus, ulterius tamen patiatur vel velit, ſive ex perſona ſua, ſive Tutorum, qui ipſum repræſentant, expendi proprium nomen, tunc obligetur ultra capitale, & ultra pacta, conventa, quantumvis cæteri tale nomen non expendentes nequeant obſtringi ſupra capitale, & ipſa pacta, ſi-
30 cuti bene obſervat *Franciſc. Roce. de Societat, notab. 12. num. 34. & 35. verſ. & idem in Socio. Rota Iannen. deciſ. 2. n. 43. verſ. & quod quando quis d. deciſ. 46. num. 5., & deciſ. 97. n. 1. verſ. quando duo, vel plures, & inferins verſic. eſt autem 5. Rot. deeiſ. 66. num.* 10. 11., & 12. *verſ. nec ſub lit cum ſeq. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. & in Veneta. ſeu Anconitana Pecuniaria 9. Maii* 1698. §. *Profecto cum ſequen. coram Me*, & præciſe etiam poſt plurium caſuum diſtinctionem habetur *in tractat. de Commerc. & Marcat. diſc. 98. ex num. 60. uſque ad 73., & num. 66. & ſub num. 67. verſ. applicando itaqne ad rem.*

Comperto igitur æquiuoco, ſi... quo procedere videbantur Informantes pro Thoma circa ſuperallatam diſtinctionem capitulationum conventarum ab initio, vel ex poſt, & firmo remanente, quod qualitas pupillaris non officiat obligationi reſpicienti externos contrahentes, qui ſemper ſibi retinent obnoxium nominatum in ipſa negociatione, quid proderar, quod forte Marchio Creditor reſcire potuiſſet haſce eaſdem capitulationes, illæ ſiquidem tam de praxi, quam ſenſu juridico, & Mercantili, vel ſuffragantur, ſecundum hucuſque demonſtrata, quando aliquis immittit Negocio certam ſummam, citra tamen appoſitionem ſui nominis, & intitulationis, aut tantummodo relevant inter Socios, & comparticipes, prout de facto in iiſdem Capitulationibus Pariſanus ſeſe teneri velle declaravit in ſolidum, & ſupra ratam immiſſam in ratione, non minus pro ſecurititate extraneorum contrahentium, quam, ut par erat, pro indemnizando pupillo: ac propterea etiamſi millies Marchio non ignoraſſet has eges initæ, ſeu renovatæ rationis, non ignorabat quoque jus ſuum ſalvum eſſe, ex quo ſimplex intitulatio, ac nominis Thomæ permiſſio facta per Tutores illum indefinite obſtringebat ex his, quæ in propoſito, ſive ad rem
31 obſervata fuerunt *in Cornetana Iuris offerendi 20. Martii* 1699. §. *Admiſſo namque coram R. P. D. meo della Tremuille, confirmata 2. Iulii* 1700. §. *At ſecus coram eodem, &* 18. *Novembris* 1701. §. *Quonium coram* R. *P. D. meo Muto.*

Quidve pariter proderat quod per litteras oblatorias exteris fuerit Negociatoribus expanſum, quod intereſſe Banchi aperiendi pertineret ad Vincentium, Broſum, & Pariſanium vel ſecunda vice ad eumdem Vincentium & Pariſanum ſub nomine ſolius Thomæ. Quoniam nec eædem literę exprimebant, nec reſponſiones aſſuetæ Mercatorum concludebant certificationem, quod Thomas indicens, ac tradens nomen proprium ipſi Banco non deberet etiam erga exteros Campſores ullo commodo potiri, aut incommodo gravari, ut omnino exprimi oportuiſſet ad enervandam vim obligatoriam reſultantem a nomine, & intitulatione Thomæ ex animaduerſis
32 in famigerata R*omana Societatis de* Rotign*is coram bo: mem: Ghiſlerio deciſ.* 151. *num.* 10. *& ſeq. par.* 10. *recent. & deciſ. 66. ex num. 2. cum plurib. ſeqq. uſque ad num* 14. *poſt. Torr. de pact. futur. ſucceſſ.* in quibus ſaltem expoſcitur, quod aliqua fuerit in ipſis literis oblatoriis habita relatio ad pactiones, ſive capitulationes ſecretas.

Quod autem ſubjungebatur ſupra in §. *Cæterum* ad enervandam ſubſtantialem importantiam nominis dati ipſi Rationi, quod etiam quandoque conſveverit deſumi nomen demortui, juxta diſſerta in R*omana Societatis* 14. *Iunii* 1700. *coram* R. *P. D. meo Scotto*, utique veriſſimum, & ineluctabile erat in praxi, & ita etiam docent in Urbe exempla inſigniora *Stephani Pallavicini, & Io: Baptiſtæ Marini*. Sed punctus ſtat, quod tale nomen expenditur, ſive permittitur ab hæredibus defuncti nunquam impugnaturis, aut aliis controvertere valentibus hæreditatem teneri ad omne æs alienum, quod contrahi contingeret a ratione ſub nomine demortuorum; ideoque potius ab hoc diſcurſu confirmabatur aſſumptum, quod ſemper perſona nominati remaneat obligata, & quan-
33 do fato ceſſit, ejus hæreditas, quæ eum in omnibus, & per omnia repræſentat *Manſ. conſult. 163. ante num. 7., & conſult. 657. n. 18. Palmanep. allegat. 302. num. 21.* Conciol. *de hæred. art. 1. num. 20. 21., & num. 217.* Rot. *deciſ. 236. n. 5. par. 17. recent., & deciſ. 252. n. 1. coram Emerix Iun.*

Potiſſime quia verſabamur in terminis, in quibus expendebatur, ac renovabatur nomen vivi, cum quo Mercatores, vivente adhuc Vincentio patre, contrahere tuto conſueverant, ſicque, ſi Thomas, vel illius loco ejus inſignes Tu-

Tutores, explicite pepigerunt, quod ejuſdem
Thomæ nomen continuaret, intrat publi-
34 ca fides, quæ jubet creditores minime fo-
re decipiendos ex his, quæ in fortioribus diſtin-
xiſſe videtur *Caſtren. conſ. 242. ſub n. 1. verſ.
Quia illud eſt verum lib. 1. Card. de Luc. de cre-
dit., & debit diſc. 75. ſub. n. 7. verſ. quod ſcilicet
ſi negociatio, Rot. Januen. deciſ. 14. num. 82.
verſ. Quia illud procedit.*

Nec ex eo, quod Thomas paternam hære-
ditatem adiuerat cum familiari in Urbe bene-
ficio legis, & Inventarii, poterat factum Tuto-
rum cæteroquin ad hæſivum præcepto paterno
quomodolibet argui de gravante, & læſivo,
quia, ultra quod ſemper reincidebamus in
idem, quod externi Mercatores ſequuntur no-
men, illudque ſibi tenent obligatum de jure,
& de praxi, ut ſupra, & ultra illam impor-
tantiam manutentionis nominis, & crediti pa-
terni, ac retentionis peculiaris depoſitariæ Re-
verendæ Fabricæ probabilius actus protendebat
ad commodum, quam ad incommodum, quia
de præterito non apparebat damnum aliquod
interceſſiſſe Vincentio Patri, & ſucceſſive non
per hoc, quod paternam hæreditatem adjue-
rat Thomas cum prædicto beneficio amittebat
lucrum, quod attuliſſent proportionabiliter ſcu-
35 ta 50. mil. relicta de paterna hæreditate, cum
hæres Beneficiatus remaneat in favorabilibus
hæres ad finem conſequendi illud, quod ſuper-
eſt, ſatisfactis creditoribus, *Facchin. controv.
Jur. lib. 6. cap. 30. §. Non obſtat in fine, verſ. quia
ſæpe n., Rocc diſput. Jur. ſelectar lib. 1. cap. 47.
n. 43., Concìol. de hæred. art. 1. n. 439.*

Non minoris debilitatis effulgebat ſubſidia-
rium motivum, ſive læſionis, ſive erroris de-
promptum ab eo, quod tranſactio fuerit exara-
ta cum præſuppoſito validitatis cambii contracti
per Cæſarem abſque ulla præcedenti poteſtate,
vel ſucceſſiva approbatione propriæve ſubſcri-
tionis ipſius Thomæ, quodque in omnem ca-
ſum, indebiti forent fructus ejuſdem cambii poſt
decidentiam primarum feriarum, ad quas idem
cambium legebatur inductum; animadverſum
quippe fuit, quod, quicquid importare poſſent
verba facultatis attributæ eidem Cæſari, de
quibus in *præterita deciſ. §. Nimium*, evacuabat
omnem amaritudinem palpabilis ponderatio,
quod hujuſmodi cambium contractum a Mar-
chione Nunez cum ratione Bancaria *di Tomaſſo
Baccelli, e Compagni* non deſumebat propriam
eſſentiam, & originem a literis datis per præ-
fatum Cæſarem ſub die 3. Junii 1676. ut in
*Summario Thomæ præteritæ propoſitionis 17. Ju-
nii* 1701. *ſub num.* 6. ſed ſuum initium agno-
ſcebat ab anno 1672. cum ſubſcriptione, & ap-
probatione Pariſani *Summario Marchionis ejuſ-
dem præteritæ Propoſitionis n. primo*, iſtud enim
cambium primordialiter celebratum ab habente
indubiam poteſtatem obligandi rationem fuit
ſucceſſive, advenientibus feriis, ut dicunt Cam-
pſores, *reavvalato* per ſupputationem computo-
rum, itaut, factis eiſdem computis, apparet
in omni feria inſolutum, ideoque renovabatur
per literas ſucceſſivas de feria in feriam *d.
Summar. Marchionis Num.* 1. idque per decem,
& octo uſque renovationes, & dationes lite-
rarum, quamobrem ſi poſtea adveniente nova
feria, ut erat illa diei 3. Junii, in qua Cæſar re-
avvallaverat idem cambium reſpective ad ulti-
mam 1. Aprilis anni 1676. ſub qua hujuſmo-
di reavvallationem compleverat Pariſanus, uti-
que totum hoc negocium non erat tribuendum
Cæſari velut ex integro, ſed reponendum ad
ſuam originem ex ea campſoria conſuetudine,
per quam etiam ſub figmento extinctionis ve-
teris cambii fit tranſportatio ad nouum cam-
bium, novaſque literas, abſque quod tamen
36 hoc importet veram extinctionem veteris
cambii, ſed omnimodam reviviſcentiam, aut
potius perdurationem in ſecundo, prout
diffuſe conſideratum fuit in *Veneta, ſeu
Anconitana Pecuniaria 9. Maii 1698. §. Et
ſane coram Me, & in ejus confirmatoria
10. Junii 1700. §. Licet enim pariter co-
ram Me, & 17. Junii 1701: §. Error autem
coram R. P. D. meo del Olmo.*

Et hac campſoria conſuetudine retenta, nil
mirum ſi Cæſar prima vice, & poſtea per plu-
res valuit cambium renovare magis, quam
contrahere, quia cum is foret deputatus *ad fa-
ciendum ſtralcium, & generaliter ad omne totum
id, ac quicquid neceſſarium, & opportunum, ac
expediens fore: pro Rationibus prædictis faciendis,
& exercendis*. profecto, cum non haberet for-
te pecunias ſufficientes ad ſatisfactionem hujus
cambii, opus erat, quod illud renovaret,
ſemper enim venit in mandato quodcumque
ſubſequens, vel neceſſarium eſt ad idem man-
datum, ut ex *Bald. conſ. 383. n. 5. lib. 3. Anton.
37 de Amat. reſolut. 99. n. final. Maſtrill. deciſ. 204.
per tot. Sanfelic. deciſ. 181. num. 2. cum ſeq., Rota
dec. 1541. num. 8. coram Coccino* in his terminis
dictum fuit *in Romana, ſeu Limana Cambiorum
14. Maji 1696. §. Conſtat ſiquidem, & ſeqq. co-
ram bo. me. Emerix, & 10. Decembris ejuſdem an-
ni §. Cum autem coram R. P. D. meo de la Tre-
moille, & 12. Januarii 1699. §. Reciſo igitur
coram Me.*

Et ſane (reflectebant Domini) ſi Cæſar cre-
aſſet novum cambium, & omnino diſparatum
ab illo contracto per Pariſanum, quare Tho-
mas in hoc Judicio non edocebat de ſatisfactio-
ne vera, & effectiva ejuſdem cambii initi cum
Pariſano, proindeque cum non valeret hanc
oſtendere extinctionem, alias quam per reav-
vallationem, novaſque literas promiſſas, &
datas a Cæſare, luce meridiana clarius conſta-
bat, quod cambium proveniebat a Pariſano, &
38 non a Cæſare ex ea transfuſione, quam in ter-
minis etiam campſoriis conſiderat *Rota in Ro-
mana Cambii 12. Junii 1699. §. Quibus ſtantibus
cum ſeqq. coram R. P. D. meo Lancetta, & in Roma-
na Pecuniaria ſuper fructibus 17. Maji 1700.*

§. Quo

*§. Quo vero attinet coram Reverendiſſimo D. meo
Decano 25. Februarii 1701. §. Verum etiam quia
coram Me, & 27. Junii 1701. §. Reſponſione co-
ram R. P. D. meo Muto.*

Atque ob id ſupervacaneum erat indagare,
utrum ipſemet Thomas ſubſcripſiſſet manu pro-
pria hujuſcemodi renovationem cambii, quem-
admodum tunc prætendere videbatur Marchio
Nunez, quia ad intentum cauſæ ſuperabunda-
bat, quod debitum originaretur a ratione ſo-
ciali *Baccelli, e Pariſani*: demonſtrato quippe
ex præmiſſis ad evidentiam hoc puncto, non
erat neceſſe, quod interveniret ſubſcriptio Tho-
mæ ' dummodo intercederet nuncupatio nomi-
nis Thomæ ab eo, qui habebat facultatem illud
expendendi nedum tacente, & patiente ipſo
Thoma, vel ejus Tutoribus, ſed ipſis volenti-
39 bus, ac expreſſe ſtipulantibus ad theoricam *Bald.
in leg. mandatum ſub num. 5. verſ. Alii dicunt,
& infra verſ. Quia eſt & n. 23. & 24. in tract. de
Commerc. & Mercat. diſc. 98. num. 60., Rot.
Jannen. deciſ. 13. num. 20., & deciſ. 77.
num. 14.*

Circa vero debitum fructum calculatum in
tranſatione correlative ad idem cambium, id
erat de natura, & conſequentia ejuſdem cam-
bii, dum ipſum nec in ſui litera ullam imma-
ginabiliter præſeferat reſtrictionem ad primam
feriam adeont neque caderent alias ventilatæ
40 quæſtiones, de quibus *Rot. deciſ. 563. num. 2.
& ſeqq., deciſ. 583. n. 1. cum ſeqq. & deciſ. 706.
ex. n. 2., & deciſ. 737. coram Cardinali Cerro de-
ciſ. 72. per tot. coram Ninot. deſuper fructibus 25.
Februarii* 1701. *§ final. coram Me*: eæ etenim
quæſtiones recte coincidunt quando ad plures
annos, vel ferias fuerit creditori preſtita
facultas cambiandi, vel extiterit hoc onus
injunctum ipſi debitori, in his quippe caſibus,
videtur, quod contractus de veriſimili partium
intentione foret terminaturus in illis tertiis
nundinis, vel tertio anno, & nihilominus etiam
in hac theſi, non accedentibus dictionibus re-
ſtrictivis, aut conjecturis, vel demonſtrationi-
bus æquipollentibus, magis receptum eſt, quod
41 cambium duret uſque ad integram reſtitutionem
ſortis ex *Dec. conſ. 562. n. 1. & ſeq., Stracc. de Com-
merc. & Mercat. tit. mandat n. 20. Turr. de camb.
diſput. 3. quæſt. 11. ſub. num. 60.*, & late habe-
tur *in tractat. de Commerc. & Mercatur. diſcurſ.
68. n. 20. verſ. tum etiam quia*.

Quoties autem, ut ad præſens, ſuſcepta fuit
pecunia reſtituenda ad primas nundinas nulla
poteſt cadere hæſitatio, quod cambium perdu-
ret uſque ad eamdem reſtitutionem pretii, nam
non ſecuta ſatisfatione in primis nundinis, cer-
tum eſt, quod favore creditoris durat manda-
tum pro renovatione ejuſdem cambii uſque ad
24 perfectam reimbuſationem *Scacc. de Commerc.
§. 1. quæſt. 4. ſub num. 39. in tract. de Commerc.
& Mercat. diſcurſ. 30. num. 19. & d. diſc. 68.
ſub num. 18. verſ. ſuper tertia, Rot. deciſ. 57. ſub
num. 1. verſ. etiamſi non dediſſet coram Dunozett.
ſen., & in Veneta, ſeu Anconitana pecun. aria
18. Junii* 1700. *§. Circa autem coram Me, & dec.
Cardinalis Cerri*, quæ, ut ſupra, aſſerebatur per
Thomam, fuit etiam in ſuis terminis de reli-
quo diſformibus tevocata, ut patet ex *deciſ. 707.
& deciſ. 37. coram eodem Cardinali Cerro*,

Reſpectu demum poſtremi puncti prætenſæ
inutilitatis, ac læſionis hujus concordiç, Domi-
ni parum putavere immorandum, quia citra
inanem repetitionem, ſive novam everſionem
exceptionum allatarum per Informantes pro
Thoma, ipſamet præterita reſolutio, ſeu deci-
ſio ad oculum ſe ſe ſubſtantabat *in § final.*; ad-
dito ſolum, quod etſi manifeſtaret hodie Thomas
quod nomina debitorum retroceſſa in tranſactio-
ne per March. non forent exacta per eum ad ſui
utilitatem, ſed in exſolvendo ære alieno ratio-
nis implicato, hoc ipſum feriebat forſan in pre-
cordiis ipſum Thomam, qui ſi non fuiſſet de ju-
re adſtrictus ad exſolvenda debita rationis uti-
que tanquam nudus hæres ſui patris cum bene-
ficio legis, & Inventarii, & acquiſitor nomine
proprio ipſorum nominum eadē nomina valuiſ-
ſet exigere pro ſemetipſo, utpote ſibi ceſſa ſi-
ve relicta a Marchione Nunez, poteſte aque,
diſcurrere potuiſſet de retentioue erga ipſam
rationem, quando hæc agere intendiſſet adver-
ſus hujuſmodi nomina obligata, ut patet ad ſen-
ſum, de reliquo autem, etiam, præter indica-
tas utilitates, ut diximus, inutiliter repeten-
das, conſpirabat calculus poſitivus longeque di-
ſtans a ſibi figurato per Thomam, quia cre-
ditum Marchionis conſcendiſſet ad limites ju-
ſtæ calculationis pro cambio currenti ad ſcu-
ta 36. mil. circiter, ſicque peraucto ratione
ſummæ per concordiam remiſſæ motivo utili-
tatis potius, quam diminuto, eò facilius intra-
43 baut propoſitiones laudatæ in *dicto §. final.*
cum auctoritatibus ibi recenſitis, quod eo mi-
nus ſuccurrendum ſit minori quando actus,
quem ſatagit impugnare dignoſcitur magis uti-
lis, quam damnoſus ut fuſe diſcuſſum fuit *in
Romana fidcicommiſſi de Quadris 7. Martii* 1701.
§. Quibus omnibus coram Me, & antea dictum fue-
rat *in Camerinen. Manutentionis ſeu Cenſuum* 10.
Martii 1598. *§. Atque hinc coram Reverendiſſimo
D. Meo Decano, & 20. Martii* 1699. *§. Verum
coram R. P. D. meo Pio.*

Hæc itaque erant, quæ, ut præmiſſimus, in
abſtracto (licet in forenſibus negocijs difficile
ſit evitare mixturam concreti) Dominos im-
pulerunt ad perſiſtendum in deciſis, ſed in pro-
pinquiori concreto ante oculos hiſtoriam cauſæ
habentes ponderarunt, quod Thomas unicus fi-
lius maſculus Vincentii, Patris & ab eo ut par
erat, ſummopere dilectus, fuit à Patris amantiſ-
ſimo, & diligentiſſimo conſenſu ſuppletus pro
facienda honorifica præſtatione nominis ad ce-
lebrem tunc rationem Bancariam, & de fa-
cto donec Pater ſupervixit nullum paſſus
eſt detrimentum, imo lucrum, quod aut
conſecutus eſt, vel poterat conſequi etiam, ut
di-

diximus, tanquam hæres Beneficiatus; mortuo autem Patre, illuſtres, ac ſolertiſſimi Tutores ſive executores Teſtamentaril reputarunt, bonum eſſe conſilium, quod ipſe perſeveraret in præſtatione nominis, per quod facilius ſcuta 50. mil. immiſſa per Patrem una cum lucris poterat recolligere, perdurando etiam in munere ſpecialis depoſitarii Reverendæ Fabricæ, deindeque de facto jam proximus, & reſpective ſupra pubertatem menſam Bancariam ſub ejus oculis, ac in ejus domo, cum auxilio Miniſtrorum exercuit; pulſatus autem poſt hæc a Marchione renuit ſatiſfacere eidem Marchioni, ſed parum feliciter, ex quo Congregatio Cameralis illi potius benevola noluit unquam ad ejus beneficium expedire obſolutoriam, unde excelſi tunc ejus Advocati æxiſtimarunt, cautius eſſe ad controverſam tranſactionem devenire, cumque idem Thomas jam de tempore tranſactionis major, deinceps etiam creſcens in ætate, & non imbecillis ingenii ratificaverit eandem tranſactionem mediantibus pluribus iteratis ſolutionibus ſpontaneis, & uſu ejuſdem tranſactionis in exigendo nomina ei correſpective ceſſa per Marchionem, nulla apud Dominos reſtabat ratio, propter quam, præcognita potius obligatione abſoluta ipſius Thomæ, & e converſo palpata præponderantia utilitatis ab illo reportatæ per hanc concordiam non deberent firmare ſenſum habitum in prima reſolutione videlicet tranſactionem ſubſtineri ex his, quæ alias circa tranſactiones expletas ſub non diſſimilibus circumſtantiis, nedum a majoribus effectis, ſed etiam a minoribus extiterant pluries deſinita, ut in *dec. 300. num. 4. 5. & 6. par. 16. recent., in Ariminen.*
44 *exemptionis 5. Maii 1688. §. Injuſtitia coram R. P. D. meo Caprara, & in Bononien. fideicommiſſi de Bove 10. Junii 1697. §. Nec debuit, & ſeqq, coram eodem, & in Romana Immiſſionis 26. Martii 1700. §. Eoque præſertim coram R. P. D. meo Pio.*

Et ita in hoc forſan ſingulari articulo, atque certamine mature Domini reſponderunt, dum ſuſpenſa etiam tota nodoſitate Juris, ita bona fides, & facti contextus exigere videbatur ad ſæpius inculcatum, ſed ſalutare ſemper monitum *Card de Luc. in ſuo Theatr. Veritat. & Juſtit.*, quod hodie quæſtiones ſunt potius facti, quam Juris, utraque &c.

ROMANA LEGITIMÆ.

Lunæ 23. Januarii 1702.

ARGUMENTUM.

Filius renunciare non poteſt in fraudem Creditorum legitimæ uti Juri quæſito. Simplici copie ſtandum eſt ſi plura concurrant adminicula. Fœminæ de communiori opinione favore maſculorum faciunt numerum in computatione legitimæ, etiamſi ſint a ſtatuto excluſæ.

SUMMARIUM

1 *Legitima ſemel renunciata prætendi amplius nequit.*

2 *Juri quærendo valide quiſque renunciare poteſt, etiamſi exurgat detrimentum creditoribus.*

3 *Legitimæ uti juri quæſito renunciare filius non poteſt.*

4 *Et de ratione.*

5 *Filio vivente Patre debetur legitima in caſu delicti ipſius filiifam. ex Conſtitutionibus Pii IV. & Sixti IV.*

6 *Item debetur legitima filio vivente Patre ſi filius judaicam deſerat perfidiam, & ad Chriſtianam ſe vertat religionem ex Conſtitutione S. M. Pauli III.*

7 *Expenditur diſpoſitio* Text. in L. Qui autem ff. de his quæ in fraud. credit.

8 *Legitimæ renunciatio non ſubſiſtetur ſi antea filius declaraverit illam nolle renunciare, & non obſtante tali renunciatione Creditoribus eſſet jus ſalvum.*

9 *Copiis judicialiter in actis relictis, congruoque tempore non impugnatis ſub calore productionis plena fides præſtanda eſt.*

10 *Declara, quod ſimplici quoque copiæ ſtandum eſt ſi concurrant plura adminicula.*

11 *Mandatum fruſtra requiritur ubi adeſt actus, intereſſentia, comparitio, vel inſtantia principalis.*

12 *Conſequens qui vult, neceſſario etiam vult antecedens ad ipſum conſequens neceſſarium.*

13 *S. Rota ſolet ſemper ſegregare triticum a palea, ſive certa ab incertis.*

14 *Legitima debetur in ſemiſſe ſi filii ſint quinque.*

15 *Reiicitur opinio Card. de Luc. reputantis fœminas a ſtatuto excluſas non eſſe computandas in detractione legitimæ.*

16 *Et aſſertur vera quod ſcilicet filiæ feminæ ſint numerandæ, & de ratione.*

17 *Laudatur R. P. D. Marcellus Severolus Signaturæ juſtitiæ Decanus.*

18 *Legitimario debentur fructus a die obitus debentis legitimam ſi in hæreditate adfuerint bona ſtabilia aliave credita vel jura fructus producentia, ſecus ſi patrimonium ſit mere quantitativum ſterile, & otioſum.*

DECISIO CCXXV.

POſt quatuor præcedentia, licet non omnino conformia judicata, reſcribente in hac Cauſa Signatura Juſtitiæ cum clauſula præſervativa executionis *ſine prejudicio* quoad ſubſtantiam legitimæ expetitæ a Joſepho ſuper bonis Annæ Victoriæ matris, quo vero ad ejuſdem, legitimæ liquidationem, aliaſque emergentes dependentias ſub formula ſuſpenſiva *de appellatione*, ideo ob mixturam utriuſque clauſulæ expo-

poſcentis hodie, ſive ratione Judicii in parte ef-
fecti devolutivi, ſive ex capite reſidualis præ-
tenſionis, ac proceſſus mere ordinarii; diſqui-
ſitionem in puro petitorio, ſeu bono jure, Do-
minos requiſivi - *An. & in qua ſumma legitima
deberetur etiam quoad fructus*, & audivi reſpon-
ſum pro nunc defiuiens, legitimam deberi in
ſemiſſe una cum fructibus ad ratam tamen bo-
norum ſtabilium maternorum, ſive ipſius An-
næ Victoriæ.

Reſpectu itaque primi membri hujuſce reſ-
ponſi circa debitum legitimæ in genere, nulla
penitus quæſtio verſabatur ſuper pertinentia
memoratæ legitimæ in abſtracto, tanquam cer-
tiſſima nedum ex ſtabilimento Juris *in novella
Juſtiniane a* 18. ſed & ex particulari diſpoſitione
Annæ Victoriæ Genitricis in ejus Teſtamento
literaliter legantis Joſepho legitimam illi com-
petentem, ipſumque etiam ad ſatiſfaciendum
juridicæ ſcrupuloſitati ulterius in ea ſpecifice in-
ſtituendo; Verum Anna Catharina oppugna-
trix huius deductionis tanquam filia, & hæres
Nicolai fratris præfrati Joſephi, ſcutum obiicie-
bat ampliſſimæ renunciationis initæ per eun-
demmet Joſephum ſub die prima Septembris
anni 1690. ut *in ejus Summar. n.* 1., ubi ſignan-
ter, & præciſe apparebat de effrenatiſſima, &
nominali refutatione hujus legitimæ, qua ſtan-
te vanum erat, velle, contra notiſſima jura,
habere regreſſum de privatione ad habitum, ſi-
ve ad jura ſobrie ſemel remiſſa, & jam refutata
1 prout in terminis legitimæ citra ſcrupulum
concludunt *Manſ. conſult.* 15. *in princip. lib.* 1.,
Vrceol. de Tranſact. quæſt. 18. *num.* 17., *Rot. de-
ciſ.* 1256. *num.* 7. 8. *&* 9. *coram Emerix Jun.*, *&
in Melevitana Pecuniaria* 10. *Februarii* 1653. §.
Neque juſtam coram bo. me. Meltio recenter im-
preſſ. per *Modern. Aſenlan. ad Statut. Vrb.
tom.* 3. *deciſ.* 64. *num.* 11. *in med. & num.* 14.

Aſt contra hanc obiectationem acriter in pri-
mis replicabant Scribentes pro Joſepho, illiuſ-
que Creditoribus, quod, cum de tempore
emiſſæ refutationis, Joſeph alieno ære nimis
fatigaretur depreſſus non poterat hic in præju-
dicium eorumdem Creditorum, inter quos et-
iam hodie numerabatur, & comparebant R.
P. D. Ginettus, a legitimæ petitione abſtinere;
licet enim juri, ut dicunt, quærendo valeat
quiſque renunciare, etiamſi palpalibe in ſeque-
lam exurgat detrimentum creditoribus haben-
tibus jura, ſibi tam præſentia, quam futura
ejuſdem renunciantis ex præciſa lege conven-
tionis obnoxia, itaut quandoque etiam Mona-
chus Religioni mancipatus tam in perſona,
quam in bonis præſentibus, & futuris queat a
ſupervenita ſucceſſione, & jure querendo abſti-
2 nere ex copioſe diſſertis per *Rot. in Bononien.
Legitimationis* 15. *Junii* 1693. §. *Neq; hujuſmo-
di præjudicium*, *&* 11. *Decembris* 1693. §. *Et
ſecundo*, *& per totas coram bo. me. Emerix Iun.
modo impreſſis inter ſuas deciſ.* 1122. *n.* 4. *& de-
ciſ.* 1142. *nu.* 12., & antea in fraternizantibus
terminis diſceptarunt *Pederic. de ſen. conſ.* 274.
nu. 1. *& per tot.*, *Lap. alleg.* 25. *num.* 4. *circa fin.
ibique Mandoſ. in vrb. Prælatus Roman. conſ.* 184
nu. 1. *cum plurib. ſeqq.*, *Gratian. diſcept. foren.
cap.* 568. *nu.* 51. *& ſeq. Panimol. deciſ.* 53. *ann.* 1.
num. 95. *& ſeqq.*

Nihilominus id minime congrueret hypothe-
ſi legitimæ, cujus deductio potius provenire
cenſetur ex quodam credito legali infixo bonis
parentum, quam ex puro lucro proveniente
ab aliquo accidente, ideoque ad hunc effectum
lex velit, quod legitima veluti jam quæſita,
non agnita tranſmittatur ad hæredes quomodo-
libet extraneos, & tanquam patrimonium a
natura, ſeu lege ſtabilitum ipſi filio, efficiat il-
lum ex hoc capite alterum quodammodo Con-
dominum in vita Patris, quemadmodum ſub
3 hiſce, aut alias couterminis rationibus ſolide
firmant *Ancharan. conſ.* 101. *num.* 8., *Bero
conſ.* 43. *num.* 1. *lib.* 1., *Fab. de Ann. conſ.* 76
num. 3. *&* 5., *Menoch. conſ.* 77. *num.* 1. *& ſeqq.
Peregrin. de fideicommiſſ. art.* 3. *num.* 128., *&
nu.* 138. *& de Iur. Fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 39.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. *tit.* 38. *n.* 19.
Fontanell. de pact. nuptial. clauſul. 4. *gloſſ.* 9. *par.* 5
num. 122. *Merlin. de Legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt*
29. *num.* 10. *& ſeqq. & per tot.*, ac deciſum
alias fuit per noſtrum Auditorium *in Bononien.
ſeparationis Bonorum* 23. *Februarii* 1674 §. *final.
coram bo. mem. Emerix Iun. impreſſ. par.* 18. *recen.*,
dec. 239. *num.* 18. *&* 19. *& repetit. inter ſuas de-
ciſ.* 185. *num.* 14., quæ fuit confirmata 3. *De-
cembris ejuſdem anni coram eodem*, *impreſſ. pa-
riter dec.* 226.

Et ſane in rei veritate hujuſmodi reflexiones
& fundamenta non parum apud aliquos ex Do-
mini perurgebant, ſicuti maxime invalebant
apud me in ſimplici figura Relatoris, & Ponen-
tis, etiam ex adiuncta, ac concomittante ra-
tione æquitativa, quæ tollerare poſſe, non
videbatur, ut creditores, ob vagam nimis, &
genericam concluſionem, quod quis poſſit in
jure quærendo, ſed penitus eventuali, & in-
certo Creditoribus præjudicare, maneant de-
fraudati illa ſpe reportandi ſatiſfactionem ſuper
bonis certo certius titulo inevellibili legitimæ
obventuris poſt mortem patris filio familias
ſuperſtiti eorum debitori, in cujus poteſta-
te poſſe ſtare non debet, eoſdem Credi-
tores illudere, & ſupplantare. Vnde videmus
quod inſigniores quoque Theologi putant, id
4 neque licere poſſe in debito Juſtitiæ, ac con-
ſcientiæ, ſicuti liquet penes *Vaſquez in* 1. 2.
quæſt. 96. *art.* 5. *diſput.* 172. *cap.* 3. *num.* 15.
Molin. oper. moral. tract. 1. *diſp.* 435. *n. fin. Ca-
ſtropal. eod. tract. par.* 7. *punct.* 17. *diſput.* 1. §. 11.
n. 4. *Petr. Navarr. tit. de reſtit. lib.* 5. *cap.* 1.
nu. 112. *Sanchez ad præcept. Decalog. lib.* 2.
cap. 14. *num.* 54. *& de matrim. lib.* 6. *diſput.* 4.
ſub. num. 9. *verſ. his tamen*, *Leſſ. de Iuſt. & jur.
lib.* 2. *cap.* 18. *dub.* 12. *num.* 89.

Indeque pariter videmus, quod adeo repu-

tatur lagitima patrimonium ipſius filii depen-
dens dumtaxat a ſola, ſed procul dubio proba-
biliori præmorientia patris, quod paſſim,
Jura particularia mandant, etiam vivente pa-
tre, legitimam exſolvi, vel Fiſco in caſu de-
licti ipſius filii familias, vel eidemmet filio Ju-
daicam perfidiam deſerenti, & ad Chriſtianam
Religionem ſalubriter converſo ut in propoſito
5 primæ concluſionis extat in Statu Eccleſiaſtico
conſtitutio ſa. me. Pii IV., & præcedenter etiam
Sixti IV. de quibus mentio habetur per *Mut. Car-
thar. in tract. de pœn. Innocent. art. 3. n. 527.*, & paſ-
ſim *Conciol. reſolut. crimin. ſub tit. de legitim. re-
ſol. tit. 3. num. 6. & in addi. ibidem num.
6. Card. de Luc. legitim. & detract. diſc. 14.
6 n. 4.*, & in propoſito ſecuudæ adeſt pariter Con-
ſtitutio ſa. me. Pauli III., de qua *Nicol. in ſuis
Floſcul. verb. Iudeus n. 14. Palma nep. alleg. 349
n. 1. Marquard. de Iudeis par. 3. cap. 6. n. 3. circ.
fin. par. Greg. Sintagm. Iur. lib. 44. cap. 6. n. 21.,
Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 2. quæſt. 14. n. 3.,
Rota Florentina penes Palmam nep. alleg. 400.
num. 27.*

Cœterum, quia non deerant huic propoſitio-
7 ni plurimi Contradictores collecti ſub aliquo
æquivoco quoad *Text. in l. qui autem 6. ff. de
bis, quæ in fraud. credit.* per *Turr. de pact. fu-
tur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 46. n. 44.* Textus enim lo-
quitur de hæreditate legitima, honoraria, vel
Teſtamentaria, non autem de legitima, prout
eſt portió, vel quota ipſius hæreditatis ſemper
& infallanter debita ac per gladium legis jam
reſecata ab eadem hæreditate; & quia alias an-
te deciſionem bo: me; Emerix de qua ſupra Sa-
crum Tribunal materiam hinc inde enuclean-
do *in dec. 292. cor. Bich.* tandem *ſub. num. 33.
verſ. & quicquid* reliqueret in hac colluctatione
locum veritati; Et quia demum plerumque
inutile eſt forenſibus, & judicationibus, citra
neceſſitatem reſpondere de Jure, quando quæ-
ſtio propoſita dirimi poteſt ſolo facto ex annota-
tis per *Card. de Luc. de Emphyt. deciſ. 2. num. 3.,
Rota in Veneta, ſeu Anconitana Pecuniaria 18.
Junii 1700. in princ. coram Me.*

Idcirco Domini tenentes viam facti exiſtima-
runt, ceſſare amaritudinem ex præventiva an-
tapocha, ſeu declaratione Nicolai data *in Sum.
m. Joſephi n. 7.*, per quam liquebat, eundem
Nicolaum tutum effeciſſe Joſephum eo temporis
in Civitate Bergomi commorantem, quod,
non obſtante qualibet ſucceſſiva refutatione,
maneret integra ſedes, & poteſtas ipſi Joſepho
expetendi contra ſe hujuſmodi legitimam, pro-
8 indeque in nihilo officiebat ſubſequens refutatio
dum communita reperiebatur antidoto hujus
promiſſionis, & declarationis, ac recognitionis
ut appellant, bonæ ſeu potius malæ fidei, juxta
firmata, & animadverſa per *Modern. de Angel.
de confeſſ. lib. 2. q. 75. n. 32. in tract. de commerc
& mercat. diſc. 30. n. 21. & diſc. 51. n. 10., Rot.
dec. 21. n. 20. & ſeq. coram Peutinger. dec. 27.
n. 14. coram Priolo, dec. 568. nu. 24. & 25. co-
ram Bich., & deciſ. 548. n. 8. cum ſeqq. & n. 21.
par. 18. rec.*

In nihilo relevante, quod hujuſmodi antapo-
cha relata in Summ. Joſephi maneret in actis in
figura copiæ ſimplicis de jure non attendibilis.
Quoniam *in eodem Summario* Joſephi, & Credi-
torum cum Memoriali Reſponſionis diſtributo
liquebat, ipſum Joſephum effective produxiſſe
apocham originalem in Tribunali. A C. ſub hac
occaſione præciſa expetendi controverſam por-
tionem legitimæ, interpellando ulterius eun-
dem Nicolaum ad recognitionem proprii cara-
cteris. Cumque deſuper etiam ex poſt obtinue-
rit ſententiam favorabilem, parum intererat
ſi poſtmodum original prædictæ copiæ in eiſdem
actis, productum vel fuerit deperditum, vel
hodie non exhibitum, ſimilibus namque exem-
plis judicaliter relictis, congruove tempore non
9 impugnatis ſub ipſo calore ſubſecutæ productio-
nis fidem præſtandam eſſe ſancivit uſque ſa. me.
Innocentius VIII., ut habetur per *Rotam de-
ciſ. 351. per tot. part. 2. coram Verallo*, & obſer-
varunt quoque *Dec. in authent. ſi quis in aliquo
n. 27. verſ. decimo, & ultimo Ridolphin. in prax
par. 1. cap. 12. n. 199., & n. 226. Marc. Ant.
Bellon. deciſ. Januen. 72. n. 1., Rot. deciſ. 629.
n. 2. coram ſa: me: Innocent. X., dec. 708. n. 1.
cum. trib. ſeqq. cor. Dunozett. Jun., & dec. 84.
n. 37. par. 18. recent.*

Præclarius vero, quia legalitatem, ac ve-
ritatem ejuſdem copiæ firmiter aſſerebant cir-
cumſtantiæ quamplures nempe, quod Ioſeph de
tempore confectionis alterius apocæ refutatio-
nis commorabatur, ut diximus, extra ditionem
Eccleſiaſticam in Civitate Bergomi, multo-
que alieno ære opprimebatur, ipſaque lectura
apocæ oſtendebat ſtudium, & affectationem
verborum ad finem arcendi, eludendive Cre
ditores probabiliter tunc inſurgentes, neque
erat veriſimile ulterius, quod Joſeph alias hanc
ſibi figuraſſet antapocham, quoties re vera
ſine ulla Cauſa intendiſſet elargiri Nioolao fra-
tri creditum hoc legitimæ quapropter ſtanti-
bus etiam hiſce adminiculis, atque retenta
inveriſimilitudine diſſipationis propriæ ſubſtan-
tiæ, ut præmiſimus, ſine cauſa, ac quod plus
erat, citra ullum verbum, quod ſaperet do-
10 nationem ſimplici quoque copię fidem ahiberi
poſſe communiter tradiderunt *Ridolphin. in
prax par. 1. cap. 12. n. 227., Rot. dec. 79. n. 2.
& ſeqq. coram Cardinali Cavaler., dec. 433. n. 3.
coram Priolo, dec. 921. n. 1. coram Emerix Jun.,
dec. 52. n. 5. & 6. par. 12. rec., & in Romana
Fideicommiſſi de Urſinis 23. Februarii 1682.
§. Quod eo magis coram bo. me. Albergato confirma-
ta 1. Februarii 1683. §. Quoniam ſatisfecit co-
ram clar. me. Cardinali Caccia.*

Agnoſcebat Anna Catharina (non diſceden-
do ab hoc facto) fortaſſe duram innegabilita-
tem hujus antapocæ, proindeque, licet inuti-
liter, recurrebat, ad fragile præſidium verbo-
rum in eadem antapocha contentorum, nimi-
rum,

rum, quod ea cantaret ſi, & quatenus ipſemet Joſeph vellet illa per uti, proindeque contendebat, quod R. P. D. Ginnettus, qui ſuo, & ad ſcito nomine Joſephi Cauſam promovebat, non eſſet opportune ſuffultus congruo mandato Joſephi, verum & hæc replicatio dutio dupliciter ad oculum corruere viſa eſt, primo nempe, quia non poterat dubitari de intentione ipſius Joſephi petitionem hanc adamuſſim inſtruere, & exercere ſatagentis, ex quo ipſemet actu produxerat eandem antapocham. Fruſtra etenim requiritur mandatum
11 ubi adeſt actus, intereſſentia, comparitio, vel inſtantia Principalis *Ridolphin. in prax. judiciar. par. 1. cap. 3. n. 43. & cap. 13. num. 362., Marzimedic. deciſ. Senen. exam. 35. num. 30., Rota deciſ. 44. num. 3. coram ſa. me. Gregorio XV.*

Et ſecundo, quoniam pariter quodlibet ratiocinium decidebat ex facto nam *in præcitato Summ. Reſponſionis ſub num.* 2. noſcebatur productus Chirographus ipſius Joſephi conſtituentis per eundem in hac cauſa patronum comparentem, ac proteſtantem de citationibus amplius non exequendis in Domo ejuſdem Conſtituentis, quomodo igitur poterat controverti mandatum, & uſus hujus antapocæ ſi memoratus Chirographus expreſſe concernebat conteſtationem, & proſequutionem, hujuſce litis præciſe quæve ſine uſu antapocæ ab eodem Joſepho jam productæ nequibat ventilarii ex nimium trita regula, quod qui vult conſequens neceſſario
12 etiam vult antecedens ad ipſum conſequens neceſſarium *Ladercb. conſ. 90. in fin., Capie. Latr. conſ. 108. n. 15. & ſeq. Card. de Luc. de credit. diſ. 84. num. 4. & ſeqq., Rota deciſ. 36. num. 1., & deciſ. 1332. num. 3. coram Emerix. Jun. & in Romana. ſeu Limana Cambiorum 10. Decembris 1696. §. Ille enim coram R. P. D. meo de la Tremoille confirmata 12. Januarii 1699. coram Me.*

Ita Domini reſponderunt, quoad primam dubii partem in genere, quo vero ad ſecundam magis in concreto, in qua nimirum quantitate colluctata legitima deberetur, aliquam pro nunc reperiere amaritudinem in diſcriminando, approbandoque vero calculo Patrimonii Annæ Victoriæ; In Inuentario ſiquidem confecto poſt ipſius obitum a Nicolao de eo, & conſequenter legalis aſſis Annæ Victoriæ recenſetur in ſumma ſc. 10. mil. Peritus vero deſuper electus ſuperadiungendo fructus, aliaſque partitas geſtæ ab ipſa Anna Victoria adminiſtrationis diſferendo conſcenderat uſque ad quantitatem ſc. 17890. 20. cumque propterea ſtantibus adverſus hæc pluribus oppugnationibus non omnino negligentibus excitatis ex parte Annæ Catharinæ filiæ Nicolai, oportuiſſet accuratiori examine materiam hanc parum digeſtam enucleare. Domini idcirco, ut aiunt, ſeparantes tri-
13 ticum a palea, ſive certa ab incertis, ac pura ab impuris ſegregantes juxta monitum Imperatores *in l. compenſationes 14. verſ. hoc itaque Judices obſervent C. de compenſat., & Rot. in dec. 402. num. 6. & 7. par. 19. rec., in Bononien. Diviſionis 10. Maii 1697. §. final. coram R. P. D. meo Mito, & in Romana Bovum, & Æquarum 30. Aprilis 1700. §. Pariter final. cor. Me.*

Stabiliendam dumtaxat hactenus duxere quotam ejuſdem legitimæ, eamque opinati ſunt pertingere ad ſemiſſem, prout in ſe ſive generaliter erat planum numerando filios quinque
14 inter maſculos, & fœminas per Annam Victoriam relictos ſecundum ſancita per *Text. in authentic. de Trient. & in aut h. noviſſima C. de inofficioſ. Teſtament. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 1. n. 2.* & plene ad non minus omnino diſſimiles effectus reaſſumpta, atque firmata *in Romana Legitimæ 15. Maii. 1699. §. Cum enim coram Me impreſſ. inter collectas per Palmam nepot. inter dec. Lucenſ. dec. 272. num. 1. lib. 3.*

Quin ullum obiicem infigere valeret celebris & brocardica olim diſceptatio, utrum altero ex fratribus contradicente, fœminę adimplendum præfatum numerum quinque filiorum Annæ Victoriæ concurrentes, & cæteroquin per Statutum excluſæ forent nec ne conumerandæ ad beneficium maſculorum, quorum præcipuo intuitu etiam ab hæreditate Materna arcebantur, nam & ſi Inſignis I. C. meuſque olim Præceptor *Cardinalis de Luc.* articulum hunc diſquirens in con-
15 tentione fratrum volentium, ac repugnantium ſorores fœminas computari, reputaverit etiam in ſenſu veritatis meliorem eſſe ſortem fratris detrectantis fœminas calculari ex rationibus copioſe, ac ſubtiliter recenſitis *in ſuo Theatr. ſub titulo de legitim. & detraction. diſc. 2. per tot.*

Arriſit tamen æquior in tribunali noſtro ſententia, quod in hac fraterna digladiatione juſtior, & potior exiſtat concupiſcientia prætendentis, fœminas numerari, pretermiſſis etenim reliquis rationibus, quod nempe frater affirmans habet pro ſe præfinitionem jam factam a lege fundata in ſolo numero filiorum utriuſque ſexus, unde ſemper roboratus hac aſſiſtentia videatur in ſua opinione præferendus, ac poſſe, quod per antipartem divellatur hæc quota licet poſt modum ſub dividenda ad mentem Statuti paſſim contra fœminas in Italia, & in Vrbe deviantis a jure communi, prævalida effulgebat illa, quod in tantum queratur de legitima, in quantum filius, vel filii non fuerint æque tractati in Teſtamento Aſcendentium, itaut eadem legitima ſit portio, & reſtaurum illius virilis, ac ſucceſſionis, quam alias habituri fuiſſent ab inteſtato, quare non eſt præpediendum lugenti excluſo filio, aut filiis quod eo pinguiori, magiſque juridico modo concederetur legitima ſaltem, ac uberio quantum fieri poteſt ex eadem hęreditate quoque atque in hunc ſenſum ex poſt quodammodo, ut ſapientem decet. mutato conſilio videtur non ab-
16 nuiſſe *idem Card. de Luc. in compendiolo ſive ſumma*

Digitized by Google

ma ſuor. Tractat. tit. de legitim. cap. 2. ſub. n. 21. & ſolidum deſuper, ac eruditum extat votum
17 R. P. D. Marcelli Severoli Signaturæ Juſtitię Decani impreſſum penes *Card. Albit. de inconſtant. in Iudic. poſt. deciſ. 64. ex n. 98. uſque in fin.* & pro coronide tenuit, amplexa eſt, & pronunciavit *Rota dec iſ. 137. ſub. num. 14. verſ. non obſtat. cum ſ. q., & dec. 160. ſub. n. 21. uſque in fin. par. 6. rec. in Anconitana Legitimæ 10. Junii* 1687. §. *Cætera cor. R. P. D. meo Caprara, & in Nepeſina Legitmæ 26. Aprilis* 1697. §. *final. cor. R. P. D meo Muto, impreſſ. penes d. Albit. dec. 10. & 69.*

Firmata igitur competentia legitimæ, ejuſque quota in ſemiſſe inſtante ulterius Ioſepho, ſive R. P. D. Ginetto, reſolutum quoque fuit, fructus deberi ad menſuram tamen illorum ſtabilium, quæ in ſua hæreditate reliquerat Anna Victoria, quæve verſabantur in quadam medietate domus, ac vineæ. Sed quoniam non levis adhuc ſuppetebat ambiguitas, an hæc ipſa medietas domus, & vineæ vere transfuſa fuerit in verum propriumve dominium Annæ Victoriæ ex actibus nondum per lucidis hucuſque delatis. Hinc quantumvis Tribunal magis inclinaret in partem affirmativam, nihilominus ulteriori trutinationi deferendo negocium, ad præſens ſolummodo ſecundum eandem inclinationem affirmativam præfinierunt, ut par erat, quod conſequutive ad ea bona ſtabilia, quæ deinceps oſtenderentur extitiſſe in hereditate Annę Victoriæ debiti quoque forent fructus legitimario a die obitus matris ex ea ſequela Condominii per illius deceſſum purificati in perſonam ipſius Legitimarii, cui quemadmodum nulli debentur fructus, quando patrimonium, a quo reſecanda, ac detrahenda legitima eſt, ap-
18 paret mere quantitativum, ſterile & otioſum, ita e converſo ab mox enunciatam rationem fructus concedendi veniunt ubi adfuerint ſtabilia, aliave credita, vel jura fructus naturales, aut civiles, quomodolibet producentia, ex late collectis per *Leotard. de Vſur. quæſt. 30. nu. 31. Cardin. de Luc. de legitim. & detract. diſc. 26. n. 11., Rota dec. 242. nu. 3. & ſeqq., & dec. 538. num. 1. & ſeqq. coram Vbaldo dec. 1012. num. 11. coram Emerix Iun., & in Aſculana legitimæ 29. Aprilis* 1701. §. *Vrget ulterius coram* R. *P. D. meo Pio, & in Piſauren. hæreditatis 13. Maji* 1701. §. *final. coram eodem.*

Atque ita pro nunc Domini ſtatuerunt &c. utraque &c.

ROMANA CAUTELÆ ANGELI.

Veneris 27. Ianuarii 1702.

ARGUMEMTUM.

Ad juſtificationem Cauthelę Angeli quid requiratur late, diſſeritur, & inferius aſſertur diſtinctio inter poſſeſſionem captam ante executionem, & illam poſt executionem ejuſdem Canthelæ. Poſſeſſio quæ dicatur anterior, & quis in ea veniat perferendus.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas viri obnoxia eſt pro reſtitutione dotis ſuæ Vxoris.*
2 *Tertio opponenti cauthelam Angeli ante factam executionem ſat eſt edocere de materiali poſſeſſione ſecus ſi Cauthela Angeli allegetur poſt exemplatam executionem.*
3 *Declara quod etiamſi poſtea ab actore probaretur quod reus nullo ſuffultus titulo rem detentaret, ſed ratione ſolæ hypothecæ illi incubaret, adhuc obſervanda ſemper foret eadem Cauthela*
4 *Et de differentia inter utrumque caſum.*
5 *Mandatum de immitendo non probata illius executione non probat factum poſſeſſionis*
6 *Limita ſi concurrant actus poſſeſſorii puta perceptio fructuum, & his ſimiles*
7 *Exactio fructum abſque ullo titulo poſtponenda eſt exactioni factæ cum titulo, ſive mandato Iudicis.*
8 *Poſſeſſio acquiri non poteſt contra aliquem remotum, & ignarum.*
9 *In poſſeſſione ad effectum manutentionis ſemper antefertur ille, qui docet de ſua poſſeſſione tempore motæ litis.*
10 *Quis non præſumitur pati velle diviſionem, ſi integra res privative ad ipſum ſpectaret.*
11 *Judex citra aſſenſum, vel diſſenſum Partium quandoque irritat etiam ex officio geſta contra ſuas inhibitiones ſive juſtas, ſive injuſtas.*
12 *Confeſſio impugnari non poteſt ab habente cauſam a confitente.*
13 *Mandatum nondum revocatum habet ſemper præſumptionem veritatis, & juſtitiæ.*
14 *Ius legitimæ transfunditur in dominium legitimarii ſtatim ac agnoſcitur, & pro ea valide allegari poteſt Cauthela Angeli.*
15 *Ad juſtificandam Canthelam Angeli ſatis eſt ſola poſſeſſio ante executionem præſertim ſi concurrant adminicula.*

DECISIO CCXXVI.

PEndente diſſidio inter Joſephum patruum ex una parte pretendentem conſequi legitimam ſuper bonis Annæ Victorię matris, & Annam Catharinam nepotem ex altera retundere ſatagentem hanc petitionem juxta latius diſceptata *in alia Romana Legitimæ ſub die 23. hujus menſis coram Me*, Maria Victoria genitrix ejuſdem Annę Catharinę ad magis forte propulſandum Joſephum, adverſus eumdem exhibuit quoddam mandatum ab A. C. reportatum pro ſcutis bis mille ex cauſa reſtitutionis; ſuæ dotis ſed valide opponente Joſepho medietatem cujuſdam Domus, & Vineę, contra quas executionis

nis præfati mandati turbo, ſive periculum aſ-
ſurgebat, ad ſe proprio, ac a qualibet obligatio-
ne penitus independente Jure pertinere ad ter-
minos temperamenti ſive refugii, & cautelæ
quæ celebri Doctori *Angeli de Peruſio* commu-
niter attribuitur; proinde exoravi Dominos
quid reſpondendum? & quod memorata cau-
tela Angeli foret omnino ſervanda citra ullam
vel minimam hæſitationem uno ore exiſtima-
runt.

Cum enim in tantum ſupradicta medietas Do-
mus, & Vineę ſubiugari poſſet executioni præ-
tenſę per Mariam Victoriam, in quantum,
utraque ſpectaret ad hæreditatem Nicolai ejus
1 viri de reſtituenda dote obligati ſecundum ſan-
cita per *Text. in leg. a Divo Pio §. ſi ſuper rebus
ff. de re judicata*: in hoc profecto ſalutari clau-
dicare viſa eſt Maria Victoria, quando præſer-
tim e converſo pro parte Ioſephi ſtabat innega-
bilis poſſeſſio unius, & alterius medietatis, in
quibus ſane terminis tertio opponenti prælau-
datam cautelam ſat eſt antefactam executionem
loco perfecti tituli, & proprietatis, ad cujus
iuſtificationem minime tenetur, nude edocere
de ipſa materiali poſſeſſione, quicquid in op-
poſitum eſſet affirmandum, quotieſcumque ex-
pleta jam extitiſſet juridica executio, quia tunc
non ſufficeret eidem tertio ſimplex poſſeſſio ab-
ſtractive pręſeferens præſumptionem etiam ti-
tuli ob jam eliſam hujuſmodi preſumptionem,
vigore ipſius factæ executionis habentis pro ſe
firmiorem incaleſcentiam, ac præſumptionem
validitatis, & juſtitiæ, ex his quæ bene diſtin-
2 guentes inter allegationem præfate cautelę, an-
te, vel poſt executionem plures annotarunt poſt
eundem *Angel. in d. §. ſi ſuper rebus Ridolphin.
in prax. par. 1. cap. 9. num. 26. & 27. cum con-
geſtis per Modern. Aſculan. ad Statut. Vrb. to.
2. in fin. diſc. unic. de cautel. Angel. num. 77. &
duob. ſeqq., Rot. deciſ. 22. num. 2. & 3. coram ſa.
me. Gregor. XV., dec. 141. num. 14. & 15. coram
Baratto, & deciſ. 262. num. 14. coram Card.
Cerro*.

Quin etiam adeo fortis exiſtit hæc ſedula prævi-
dentia obiiciendi hanc cautelam ante factam,
executionem, ut quamuis ab Actore poſt-
modum, ſive ſucceſſive demonſtaretur, quod
Reus nullo ſuffultus titulo dominii, rem deten-
taret, ſed ratione dumtaxat meræ hypothecæ
illi incubaret, ac niteretur, ad huc pro conſer-
vatione ſolius huius hypotecæ obſervanda foret
3 eadem cautela, quemadmodum proſequitur
ultra alios allegatos per *Modern. Aſculan. ad
Statut. Vrb. d. diſc. de cautel. Angel. num.* 80.
Rot. deciſ. 182. *num.* 12. *&* 13. *par.* 10. *recent.
& deciſ. 44. num. 4. coram Vbago*.

Hac ſolum intercedente differentia quod ſi tra-
ctu temporis in progreſſu Cauſæ, & jam admiſ-
ſa, probataque ſummarie, ut præcipit idem §.
ſi ſuper rebus hujuſmodi cautela per poſſidentem
titulus aliquis oſtenderetur, eoque caſu ceſſan-
te vitio litigioſi nuſquam in ſempiternum poſſet
contra eum procedi executive, ſecus ubi poſ-
ſeſſio proveniret a ſimplici pignore, vel hypo-
teca, tunc quippe Actor patefaciens ſuam ante-
rioritatem, & potioritatem, non impediretur
4 incedere via executiva contra rem in proprieta-
te remanſam de dominio ejuſdem communis de-
bitoris, ſicuti pariformiter, ac alias egregie,
diſtinxit *Rota in Romana ſubbaſtationis de Alexis
coram clar. me. Card. Cerro deciſ. 234. num. 18.
cum plurib. ſeqq. & deciſ. 162. ex. num. 14. uſque
in fin.* repetitæ *penes Poſt. de ſubaſtat. in addit
deciſ. 105. & deciſ. 334*.

Quod autem in rei veritate poſſeſſio utriuſque
medietatis innegabiliter reſideret apud Joſe-
phum, liquebat manifeſtiſſime; ſeorſim ete-
nim agendo, quatenus pertinebat ad domum,
jam apparebat, quod idemmet Joſeph pręce-
denter deſuper obtinuerat ab A. C. Thomato
mandatum de immitendo vigore fideicommiſſi
ab R. P. D. Franciſco eius patruo præordinati
ac deinceps penſiones, affictus ſibi tangentes
ejuſdem domus exegerat; licet namque man-
datum tantummodo de immittendo, non pro-
bata illius executione, non probet ſactum poſ-
ſeſſionis, ad tradita per Rot. *dec.* 519. *num.* 8.
5 *penes Poſt. de manut. deciſ.* 417. *num.* 6. *& de-
ciſ.* 579. *num.* 12. *coram Bichio, deciſ.* 235. *nu.*
2. *coram Priolo, deciſ.* 1017. *num.* 2., *& deciſ.*
1157. *num.* 7. *coram Emerix. Iun., & deciſ.* 186.
num. 7. *par.* 13. *recent.*

Superaccedentibus tamen actibus poſſeſſoris,
inter quos præcipue, & apprime numeratur per-
ceptio fructuum, ſive penſionũ & præſumi conſu-
matam fuiſſe executionem mandati præcedentis
& poſſeſſionem incontrovertibilem emergere,
unanimiter aſſerunt *Soccin. Sen. conſ.* 431. *nu.*
2. *lib.* 1. *Girocc. diſcept.* 61. *num.* 25. *Poſt. de ma-
nut. obſerv.* 23. *num.* 31. *Rot. poſt. ipſum de-
6 ciſ.* 140. *num.* 9., *& deciſ.* 141. *n.* 3. *deciſ.* 278.
num. 8. *par.* 19. *recent. in Spoletana bonorum* 8.
Junii 1682. *§. Hodie comprobatur coram bo. me.
Pauluccio, & in Romana Fornacis* 26. *Martii*
1700. *§. Ad oſtendendum coram Me*, & egregie
eadem Rota dec. 193. *n.* 1. *par.* 18. *rec.*

Abſque eo quod in oppoſitum urgeret non ab-
ſimilis exactio penſionum in ita per Nicolaum,
ultra enim quod hujuſmodi præſuppoſitum de-
ſtitutum apparebat calore tituli iudicialis, ideo-
que videbatur poſtponendum facto, & perceptio-
ni Joſephi communito, ut ſupra, a poſitivo
7 mandato Judicis de immittendo, ut in propoſi-
to animadverterunt *Caſtren. conſ.* 104. *num.* 25.
lib. 1. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 402. *num.* 1.
3. *&* 12. *& cap.* 780. *num.* 10. *&* 12. *Palma Nep.
dec. Rot. Lucen. deciſ.* 86. *num.* 20. *cum. tribus
ſeqq. lib.* 1. *& in dicta Romana Fornacis* 26. *Mar-
tii* 1700. *§. Vlterius quoque coram Me* & in pun-
ctualibus terminis tradit *Poſth. de manutent. ob-
ſerv.* 71. *ſub. num.* 102. *Rot. poſt. ipſum deciſ.* 58.
num. 2. *& dec.* 219. *num.* 7. *par.* 18. *rec.*

Nihilominus geminæ aliæ intercedebant cir-
cumſtantiæ totam dubitandi anſam eliminantes
pri-

prima nimirum, quod perceptiones, & exactiones expletæ per Nicolaum proceſſerant inſcio, & moram extra ditionem Eccleſiaſticam trahente Joſepho; quapropter, vel eadem exactio tribuenda erat cuidam juri familiaritatis, vel implicito, ac præſumpto mandato Joſephi fratris abſentis, vel in omnem caſum poſito præfato ſtatu abſentię nulla potuit a Nicolao repor-
8 tari, & acquiri poſſeſſio contra fratrem remotum, & ignarum ex bene in ſpecie deductis per *Rot. deciſ. 375. numer. 11. par. 18. recent. in Dertuſen. Jurisdictionis ſuper gravibus 4. Martii 1697. §. Quæ ſanc in fin. coram R. P. D. meo Pio, in Tarraconen. Iuriſdictionis 10. Maii 1700. §. Nec eſt coram Illuſtriſſimo D. Magno Cancellario Mediolani, & in Romana Communantiarum, & fontanilis 20. hujus menſis §. Abſque eo coram Me.*

Et ſecunda, quod ſupradicti aſſerti actus exerciti per Nicolaum apparebant ab hodierno Judicio magis remoti, quando in oppoſitum expleti per Joſephum tangebant ipſa limina motæ litis; unde nemo non ſcit, quod, ubi quæſtio eſt de poſſeſſione, ſive ad effectum manutentionis, ſive ad quemcumque alterum conſecutivum, ſemper antefertur docens de ſua poſſeſſione tem-
9 pore motæ litis, ut notant *Altograd. conſ. 97. nu. 10 lib. 2. Ridolphin. in prax. lib. 2. cap. 12. num. 103.* Rot. *dec. 52. num. 4. coram Coccino: in* Romana *Communantiarum, & Fontanilis 3. Martii 1698. §. Nec extenſio, & 26. Iunii 1699. §. Verum, coram* R. *P. D. meo Priolo confirmata 20. Ianuarii 1702. §. Hæc igitur, coram Me.*

Quo vero ad vineam, poſſeſſio pariter Ioſephi comprobabatur, ex quo cum de anno 1691. illius creditores executionem expleverint quorumdam mandatorum ſuper fructibus, ſeu vino recollecto ex eadem vinea, ipſemet Nicolaus præſentialiter interfuit, ac præbuit conſenſum diviſioni deſuper factæ cum libera traditione medietatis muſti, ſeu vini memoratis Creditoribus; non enim toleraſſet Nicolaus, qui alias ex capite attentatorum poſtmodum impugnavit hanc executionem, fieri prædictam partitionem
10 niſi agnoviſſet, Ioſephum eſſe Condominum, ac Compoſſeſſorem hujus vineæ ex regulari natura diviſionis, de qua *Alexan. conſ. 152 n. 1. lib. 7. Decian. reſponſ. 76. n. 9. lib. 3.* Rot. *deciſ. 784 n. 3. & 4. coram Manzanedo dec. 143. n. 1. coram ſan. mem. Alexander. VIII. deciſ. 2. num. 1. par. 5. recentior., & in* Romana, *ſeu Anconitana* Dotis *11. Ianuarii 1697. §. Nec relevat, coram* Reverendiſſimo *D. meo Molines Decano.*

Diximus, quod Nicolaus ſubinde impugnavit hanc executionem, illamque obtinuit revocari veluti nullam, & forſan attentatam ſub motivo neglectæ inhibititionis iiſdem Creditoribus præſentatę. Sed non per hoc hujuſmodi revocatio capax erat ſubvertendi compoſſeſſionem Joſephi: Si etenim vinea privative in Condominio, & poſſeſſione pertinuiſſet ad Nicolaum, is utique non fuiſſet paſſus fieri diviſionem muſti, ſeu vini exemplo celebris judicii Salomonis dignoſcentis falſam maternitatem a vera, ſtatim ac falſa ſupportabat diviſionem parvuli filii, ut *in lib.* Reg. 3. *cap.* 3. ſubſecuta autem revocatio rotalis inita per Judicem non concernebat, ſive enunciabat agnitionem Nicolai, at ſolum contemptum Judicis, qui, ubi opus eſſe opinetur, quandoque citra aſſenſum, vel diſſenſum Par-
11 tium irritat etiam ex officio geſta contra ſuas inhibitiones, ſive iuſtas, ſive iniuſtas, ut notorium, & tradunt *Lancellot. de attent poſt inhibit. in præfat. num. 23.* Rot. *deciſ. 53. num. 2. & deciſ. 277. num. 1. coram Cardinali Cerro, diciſ. 272. num. 1. & deciſ. 807. num. 2. coram Emerix. Jun. deciſ. 156. num. 6. & deciſ. 190. num. 1. par. 16. recent.*

Cæterum quando etiam hæc omnia palam convincientia juſtificationem cautelæ ſive quod idem eſt ſecundum inſinuata ab initio poſſeſſionem Ioſephi reſpectu medietatis tam Vineæ, quam Domus, reputari poſſent aliquo modo turbida, ſive incontrovertibilia, quamlibet ſubmovebat heſitationem cubitalis, ac inſtrumentalis confeſſio prefati Nicolai ſub *die ſecunda Maii* 1674. pro pretio ſc. 800. cenſum quemdam imponentis non minus ſuper hodierna Domo, quam Vinea, tam ſuo proprio nomine ſunt verba præciſa *quam vice, & nomine, & uti Procurator Ioſephi ejus germani fratris indeque promiſſit, & affirmavit ſuo. & quo ſupra nomine bona hæc cenſuata ad ipſos libere, & pleno jure ſpectaſſe; & pertinuiſſe* quid enim ultra dicebant Domini conquirimus de condominio, & compoſſeſſione Joſephi, dum Nicolaus illam tam ſerio, & ſolemniter enunciavit, recognovit, & propria obligatione roboravit, quam ſane confeſſionem, & recognitionem multo minus controverti poſſe a Maria Victoria habente cauſam,
12 ſive ſortiente ſuum creditum erga Nicolaum confitentem plena ſunt volumina ex congeſtis per *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 618. num. 29. & 34. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 44. num. 20. Rota deciſ. 42. num. 2. & 4. par. 5. deciſ. 209. nu. 17. par. 19. recen. & deciſ. 655. num. 1. cor Bichio.*

Atque hæc dubio procul exuberabant, ut diximus, ante executionem citra introſpectionem tituli, & proprietatis: ſed nec titulus, aut proprietas poni valebat in controverſiam, quia primus titulus, quoad domum corruſcabat jam canonizatus a Judice, mediante actuali mandato de immittendo, quod donec a Maria Victoria fuerit revocatum ſemper habet præſumptionem
13 veritatis, & juſtitiæ pro ſe per *Text. in l. heredes 63. §. Caja ff. de eviction. Surd. conſ. 61. n. 2 Cyriac. contr. 191. n. 2. Palma nep. allrg. 14. n. 1* Rot. *deciſ. 376. num. 3. coram Buratt. 1. & deciſ. 336. n. 4. coram Emerix. Iunior*

Vrgentius autem, quia præter canonizationem Judicis aderat alia juſta pretenſio legitimæ omnino debitæ, ipſi Joſepho ſecundum jam deducta, atque firmata *in præcitata alia* Romana

Le-

Legitimæ 23. hujus menſis licet namque inibi non fuerit ſtabilita quantitas huius legitmæ, nihilominus, cum ea foret ſemis totius aſſis hæreditarii Annæ Victoriæ matris conſiſtentis vel in ſc. 10, mil. vel in ſc. 17. mil. ſemper quota pars attingens Joſephum ſuperabat valorem medietatis, tam vineę, quam domus, cum medietas vineę fuerit diſtracta iudicialiter ſolo pretio ſc. 400. & domus in totum extiterit coempta pro ſc. 1000. quapropter ſi ſola hypoteca ſuperabundabat; ut ſupra demonſtravimus, ad ſubſtentationem cautelæ, quanto magis ius legitimæ data ągnitione transfuſivum quote propor-
14 tionabilis domini in legitimarium ad *Text. in in l. quoniam in prioribus, & in leg. ſcimus §. Autem Cod. de inoffícioſ. teſtam. Ancharan. conſ.* 101. *num.* 8. *verſ. poteſt. reſponderi Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 271. *num.* 2. *cum plurib. ſeqq. Salgad. in labyrint. creditor. par.* 2. *cap.* 8. *nu.* 6. *& ſeqq. Torr. de pact. futur ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 46. *num.* 26. 27. *& ſeqq.*

Hiſque iactis, & premiſſis vanum erat amplius reſpondere illi obiectioni, quod foret incongruum allegare pro titulo cautele pretenſionem legitime ſub Judicis trutina pendentem; quoniam, ut ſæpius replicatum eſt, ſola poſſeſſio ante executionem iuſtificat cautelam, quæ tantummodo ad abundantiam in caſu noſtro fulcita remanebat geminato titulo, vel ſaltem adminiculo proprietatis reſpectu fideicommiſſi, &
15 legitimæ ut in ſimilis ex Ridolphin. *in prax. judiciar. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 14. *Rot deciſ.* 22. *nu.* 3 *coram ſa. mem. Gregorio XV.* reſponſum fuit, *& in Egubina fideicommiſſi* 2. *Iunii* 1691. *§. Privilegium enim in fin. coram clar. me. Card. Matthejo.*

Et ita &c. utraque &c

ROMANA IMMISIONIS.

Luna 30. Ianuarii 1702.

ARGVMEMTVM.

Renunciatio facta a Monialibus quibus ſolemnitatibus muniri debet ad hoc ut ſubſtineri poſſit. Hęres uſu fructuarius, quando in proprietate dicatur etiam inſtitutus.

SVMMARIVM.

1 *Uſusfructuario conceditur præſidium* legis finalis Cod. de Ædict. Div. Andrian tollen. *ſi nullo prę-exiſtente proprietario uſusfructus conſolidatus fuerit cum proprietate.*
2 *Monialis, vel Monachus quidquid acquirit, Monaſterio acquirit.*
3 *Allegans jura, quæ non ſunt in actis, dicitur allegare rem extra Mundum.*
4 *In renunciationibus, quæ fiunt a Monialibus copulative requiruntur ſolemnitates a Concil. Trid. præſcriptæ.*
5 *Alias enim renunciatio, ſive quicumque contractus ipſo Iure collabeſcit.*
6 *Renunciatio corruit non data ſuperviventia, ſive acceptatione renunciatarii.*
7 *Verbum* ſuccedant, *ſeu* ſuccedere debeant *important veram ſucceſſionem in proprietate non vero in uſufructus non accedente alia declaratione.*
8 *Gravatus ſive in ſubſtantia ſive in effectu non differt quoad vitalitiam fruitionem ab ipſo uſufructuario.*
9 *Verbum* poſt mortem *ſupponit ſemper gravamen & fideicommiſſum, non vero ſimplex uſusfructus.*
10 *Idque procedit etiamſi diſpoſitio non inceperit a ſucceſſione, ſed ab uſufructu.*
11 *Filiorum procreatio non præſumitur, ſed eſt concludenter probanda.*
12 *Succeſſive vocatis concedenda eſt immiſſio reſpectu perſonæ intermediatæ, quæ filiot non habuit, præſtita tamen cautione de reſtituendo bona quatenus adſint perſonæ intermedie vocatæ.*
13 *Objectiones tempore litigii non promotę merito reiciuntur.*
14 *Magna Tribunalia non decet tempus in Fruſtratoriis repetitionibus, rebuſque ſupervacancis terere.*
15 *Inventarium conficientes de hæreditate alterius nunquam ſolent citra fatuitatem deſcribere, bona propria.*

DECISIO CCXXVII.

VEtera apparenter motiva robuſtius retexentes, novaque promoventes a nimia forſan clementia Dominorum impettaverant ſuccumbentes in hac cauſa iterum audiri, antequam ad effectivam deveniretur pronunciationem ſententiæ. Sed iterum comperta ſoliditate fundamentorum pręteritę reſolutionis, & reſpective levitate exceptionum de novo adductarum manſerunt Domini in deciſis.

Non etenim contra remedium vigore *leg. final. C. de Ædict. Div. Adrian. tollen.* a Monialibus intentatum rurſus urgere viſum eſt, quod potius agendum foret ex illo altero remedio quod nuncupant, *quorum legatorum*, ex quo eędem Moniales figuram implerent, ac repręſentarent meri uſusfructus, ſiquidem nullo pęnitus pręexiſtente proprietario, qui aliquo modo comparere valeat, aut compareat clarum procul dubio efficiebatur, quod idem uſusfructus de neceſſitate Iuris attraheret ad ſe etiam proprietatem, & conſequenter; quod Monialibus, ſive conſideratis uti particulariter ſubſtitutis denegari nequiret pręſidium pręfatę *leg. final.* ex
1 plene iam ſtabilitis in priori *deciſione* 9. *Maji* §. *Incontinenti cum ſeqq. coram Me* quibus in propoſito reunionis proprietatis ad uſumfructum nullo poſſibili pręexiſtente proprietario adſcribi poſſunt, & adjungi *Cepye Latr. conſult.* 113. *num.* 14. *& ſeqq. Joſeph de Roſa conſult.* 34. *n.* 23.

Manſ.

Manſ. conſult. 663. *num.* 6., *Mart. de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 11. *art.* 4. *num.* 1. *& 2. Torr. de Majorat. Ital. tom.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 37., *Rota dcciſ.* 16. *num.* 5. *ccram Emerix Iun.*

Diximus nullo comparente poſſibili proprietario, quia prætenſa reſtrictio ad uſumfructum in perſonis Monialium concernebat favorem Helenæ ſororis in ſæculo remanſæ, ſed cum illa procubuerit ſuperſtite Catharina filia, quæ pariter profeſſa in hoc eodem Monaſterio Actore fato ceſſit illius, proinde jura prætenſæ proprietatis ad eam deventuræ, vel etiam deventæ acquiſita extiterunt ipſi Monaſterio juxta notiſſimam
2 ſanctionem *Auth. ingreſſi Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* de qua *Manſ. conſult.* 302. *num.* 20. *Rota Bononien. inter allegation. Rodulphin. alleg.* 124. *num.* 1. *& 2. Sac. Rota deciſ.* 591. *num.* 5. *coram Bichio, deciſ.* 272. *num.* 3. *part.* 15., *& deciſ.* 153. *num.* 2. *part.* 16.

Quin obeſſet, quod memorata Catharina ante emiſſam profeſſionem renunciaverit, ac donaverit univerſa bona ſua Joſepho Angelo Antonio ejus conſanguineo, ſeu conſobrino, quoniam recenſebatur quidem in Summario Reorum fragmentum, & ſuppoſitum quoddam hujuſce renunciationis, ſed in actis Cauſæ nullibi de eadem renunciatione, ſeu donatione conſtabat, ſicque in cotradictorio Monaſterii fundantis ſuam intentionem in mero ingreſſu, profeſ-
3 ſione, ac morte Catharinæ, allegare Jura, que non forent in actis, erat, ut dicunt allegare rem extra mundum *Caſtren. in leg. cit Prætor* 5. *§. ſi Iudex. verſ. & per hoc. ff. de judicat. Adden. ad Gregor. deciſ.* 224. *num.* 6, *Rot. deciſ.* 202. *num.* 8. *par.* 10. *rec. deciſ.* 335. *num.* 11. *coram Priolo & deciſ.* 140. *num.* 20. *coram Emerix. Jun.*

Eoque maxime, dum ultra materialem renunciationem, vel donationem oportuiſſet copulative juſtificari interventum ſolemnitatum
4 quas ſalubriter in propoſito profitendarum ſancivit *Sacroſanctum Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 16. iis etenim non adhibitis, vel non demonſtratis ob conſimiles renunciationes factas ab ingreſſis de tempore probationis, & Novitiatus nullatenus evellere poſſe bona, & iura ab hiſce puellis renunciantibus, ſed actum ipſum, ut præmiſimus, materialis renunciationis, alteriusque contractus collabeſcere ex preſcripto eiuſdem Sac. Concilii uno ore con-
5 clamarunt *Barboſ. ad idem Concil. loc. ſup. cit.*, *& de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 99. *n.* 1. *Ventrigl. in prax. tit. de renuciat. novit. annot.* 40. *nu.* 1 *Tamburin. de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 4, *quæſt.* 10. *n.* 1. cum alis per *Rot. deciſ.* 17. *num.* 16. *par.* 19. *rec.*, *& in Ferrarien. Canonicatus* 5. *Martii* 1695. *§. Potiſſimum eum ſeqq. coram R. P. D. meo Pio.*

Addito, quod nec etiam ex lectura memorati Summarii conjicii valebat, utrum aſſertus conſobrinus renunciatarius fuerit præſens eidem renunciationi, vel quod Notario etiam ſtipulante pro abſente, poſtmodum acceptaverint hanc renunciationem, qua ſane acceptatione deficientię eo minus poterat proprietas ad ſummum renunciata divelli a Monaſterio, vel, quod idem eſt, obeſſe reunioni uſuſfructus alias competenus eidemmet Monaſterio ex perſona Monialium Actricum, quinimo non data ſuperviventia, & acceptatione renuncitarii diſſolvitur quælibet renunciatio, abſque etiam alia
6 tranſmiſſibilitate ad hæredes ſecundum firmata per *Pariſ. conſ.* 77. *nu.* 37. *&* 38. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 60. *num.* 17. *& ſeq. lib.* 1. *Becc. conſ.* 66. *num.* 24. *&* 25. *Cephal conſ.* 440. *nu.* 31. *& ſeq. lib.* 3. *Molin. dc Primog. Hiſpan. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 69. *& ſeqq.* optime *Theſaur. dcciſ. Senat. Pedemont.* 70. *per tot. Rot. deciſ.* 21. *num* 10. *coram Card. Celſo.*

Atque hęc exuberabant retenta quoque hupoteſi, quod Moniales intentantes immiſſionem in vim *d. leg. final.* ſiſterent in enunciata figura uſufructuarium, ſed, & penetrabilius, contractando ſpiritum diſpoſitionis Agathæ, de qua agebatur, rati ſunt Domini, in rei veritate memoratam diſpoſitionem matris Monialium nullibi ſonare in proprium, ſive formalem, ſive cauſalem uſumfructum, obeunte etenim Bartholomæo filio maſculo abſque filiis abſolute Teſtatrix demandaverat *quod* ſunt præciſa *ſuccedere debeant Helena, Tilla, & Æmilia pariter eius filiæ* quamobrem, purificata hujuſmodi conditione obitus Bartholomęi ſine filiis, non jam ſimplicem uſumfructum, de quo nulla hucuſque mentio facta legebatur, ſed plenam ſucceſſionem pertinuiſſe, præter ratam Helenæ jam ex alio capite ſupradicto acquiſitam Monaſterio ad Moniales Actrices, inſpecto illo verbo *ſuc-*
7 *cedant, ſeu ſuccedere debeant* recte comprobant alia non accedente demonſtatione *Roland. conſ.* 72. *num.* 5. *cum plurib. ſeqq. lib.* 1. *Manſ. conſult.* 301. *num.* 11. *Palma nep. alleg.* 200. *nu.* 17. *Rot. dcciſ.* 207. *num.* 14. *coram Bichio.*

Nihilque intererat, quod poſtmodum Teſtatrix ſuperadiecerit illam conditionem, *& in eventum in quem quælibet ipſarum monacharetur ſolum pretendere poſſe declaravit uſumfructum dictæ hæreditatis ſibi tangentis pro ejus rata, & poſt mortem illius ſuccedere voluit in hæreditate alias filias fœminas &c.* quoniam hæc ſubſequens appoſita conditio ſolum præſeferebat expanſionem quandam intentionis ipſius Teſtatricis, ne rata Moniali effectæ obventura perpetuo amortizaretur penes Monaſterium, ſed quod tantummodo ad viam filię effectę Moniales fruerentur hęreditate ad ipſas devoluta, reduplicando, ſive iniungendo in hac parte conditionali novum gravamen filiabus Monialibus effectis, abſque eo quod interim jura minuerent vere ſucceſſionis iam ex ſupra notata prima formula diſpoſitionis perfecte elicita, & acquiſita ſub hoc tantummodo ſucceſſivo gravanime reſtitutionis, quo ſtante quilibet gravatus in ſubſtantia, ſive
8 in effectu non differt quoad utilitatem fruitionem ab ipſo uſufructuario ex collectis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 273. *num.* 2. *Caſtill. de uſufruct. cap.* 5. *num.* 2.

Digitized by Google

5. num. 2. Torr. de Majorat. & Primogenit. Ital. lib. 1. cap. 13. num. 20. Card. de Luc. de ſervit. diſc. 56. num. 4. Giurb. dec. 79. num. 13. Rot. de ciſ. 54. num. 8. coram Arguelles, & deciſ. 72. num. 23. coram Zarat, & deciſ. 577. num. 2. coram Emerix Jun.

Quod autem iſte foret ſenſus magis iuridicus & germanus ampliſſime patefaciebant illa verba, *& poſt mortem illius ſuccedere voluit in hæreditate alias filias fœminas* verba etenim *poſt mortem* exiſtunt ſemper de eorum natura præſuppoſitiva proprii gravaminis, & fideicommiſſi, non vero ſimplicis uſuſfructus ad tradita per *Peregrin. conſ. 58. nu. 4. & conſ. 63. n. 7. lib. 3. Manſ. conſult. 204. num. 15. Caſtill. de uſufruct. cap. 30. ex num. 20. & ſeqq. Rot. deciſ. 1116. num. 7. coram Emerix. jun.* adeout in durioribus etiam quando diſpoſitio non incipit a plena ſucceſſione, prout hic, ſed ab initio fuit relictus
10 tantummodo uſuſfructus idipſum, etſi minus communiter, authumaverint *Ladeſcb. conſ. 3. num. 1. Puſar. conſ. 195. num. 7. & conſ. 196. n. 11 & de ſubſtit. quæſt. 277. num. 41. Gaill. obſervat. 143. num. 5. lib. 2. Pacchin. controu Jur. lib. 4. tit. 5. art. 11. per tot. Cyriac. controu. 43. num. 30. Franciſc. Marcian. diſput. forenſ. 99. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Roſ. conſult. 34. n. 24. 48. & ſeqq. Caſtill. de uſufruct. cap. 8. num. 41. Marſmedic. dec. Senen. 5. num. 2. & per tot.*

Sentientes itaque Rei, ac prævidentes fortaſſe firmitatem harum reſponſionum ad finem arcendi radicitus quamcumque immiſſionem convolarunt ad aliam non minus extraneam oppoſitionem, nempe quod ex parte Monaſterii non foret juſtificatus obitus Bartholomæi primi inſtituti ſine filiis, ſub qua præciſa conditione ſorores apparebant ſubſtitutæ; Verum & hæc exceptio corruſcavit inanis, quia cum Bartholomæus ab anno 1649. nullam ſuæ exiſtentiæ ſpeciem aut ſignum dereliquerit profecto oppoſitio, quod filios in conditione poſitos progenuerit, formali indigebat, ac poſitiva juſtificatione, agitur quippe de materia facti in ſe eventualis, & incerti; ſicut etenim natura per organum generationis adſpirat ad ſui conſervationem, ita jus e converſo in hac incertitudine non contentatur mera inclinatione naturæ, ſed obligat
11 unumquemque ad probandam filiorum procreationem, prout reſpondit *I. C. in leg. ex facto 17. §. Si quis autem ibique Doctores*, & ſignanter *Caſtren. num. 2. ff. ad S. C. Trebellian. Aldobrandin. conſ. 80. num. 4. & ſeq. lib. 1. Puſer. de Subſtit. quæſt. 436, num. 3. Rot. dec. 1458 num 3. coram Card. Seraphino. dec. 301. num. 5. coram Durano dec. 278. num. 1. cum plurib. ſeqq. coram Biebio, deciſ. 741. num. 10. coram Dunozet. Jun., dec. 131. num. 2. coram Cardin. Celſo dec. 220. num. 15. par. 11. dec. 743. num. 3. par. 18. recen. & in Romana fideicommiſſi de Martellis 21. Februarii 1698. §. De exiſtentia coram Reverendiſſimo D. meo Decano.*

In omnem vero caſum amputabatur omnis occaſio impediendi ex hac parte immiſſionem nam dato etiam, quod obitus Bartholomæi ſine filiis, ſemper ad mentem juris non docto de contrario, præſumibilis, valuiſſet aliquo modo obſiſtere perfectæ purificationi vocationis Monialium Actricum, perſpicuum tamen erat quod ſemper bona Agathæ fideicommittentis contra omnem ejus intentionem, & equitatem remanſiſſet apud Reos ſine titulo, & ſine cauſa. Quapropter in his terminis non erat tam abbreviata manus legis, ut congruum non ſuppeteret auxilium concedendi interim immiſſionem in poſſeſſionem ſucceſſive vocatis, & inſimul ſuffultis qualitate ſucceſſibilitatis reſpectu intermediæ perſonæ, quæ alias vocata eſſet ſi præexiſteret, uti adamuſſim erant Moniales, ceteroquin ſubſtitutæ, ac ſorores, & reſpective Amitæ Bartolomæi, ejuſque filiorum, adeout ad ſummum a tertiis detentoribus queat in hoc caſu expoſtulari cautio de reſtituendo bona fideicommiſſaria quatenus ex poſt adſint, & iſtent memoratæ perſonæ intermedie vocatæ quemad
12 modum antiquioribus collectis habetur apud *Surd. conſ. 359. nu. 15. 16. & ſeq.*, & frequeter practicavit Sacrum Auditorium, ut *in dec. 374. num. 5. coram Roxas, dec. 114. num. 4. coram Arguelles, dec. 88. num. 1. poſt. Torr. de pact. fut. ſucceſſ., dec. 953. num. 1. coram Card. Cerro dec 63. num. 14. & 15. par. 19. rec.*, & optime præ ceteris ratiocinatur, & punctualiter firmat eadem *Rot. in Mediolanen. fideicommiſſi coram clar. me. Cardinali Vicecomite impreſſ. part. 17. recent. la 318. num. 4. & 5.*

Lubentius autem hæc omnia procedebant, reflectendo, quod in tot judiciis promotis ab eodem Monaſterio pro conſequenda Immiſſione ſive vigore *leg. final.*, ſive ex remedio utilis Salviani interdicti, nuſquam adducta præfulgebat a detentoribus bonorum hæc oppoſitio, quare cum hodie poſt integrum præterlapſum medietatis unius ſæculi a die videlicet, quo nullum receptum fuit nuncium vitæ Batholomæi, vel exiſtentiæ eius filiorum indebite promoveretur incongruum Dominis videbatur, hanc exceptionem poſſe ullo modo gratificare, dum in forte aſperioribus circumſtantiis has nimis ſerotinas obiectiones viciniori tempore litigi non promotas a Reis, merito contempſit *Rota* pro-
13 ut videre eſt *in deciſ. 453. num. 1. coram Durano dec. ſ. 87. num. 2. coram Cardinali Cavalerio dec. 227. num. 7. coram Biebio, deciſ. 76. num. 1. & 2 coram Priolo, & deciſ. 41. num. 36. & ſeqq. par. 7. rec.* & alibi paſſim.

Et ex his ad ſaturitatem exploſa aſſerta incompetentia *legis finalis*, quatenus concernebat ſubſtantialiorem in ſe defectum identitatis requiſitæ ab eodem Imperatore *in dicta leg. finali*, & ſuper quo defectu alacrior verſata eſt diſceptatio in præcedenti propoſitione cauſæ lucide ſtatim enituit, quod nihil, vel minimum perſuccumbentes ad præſens de novo afferebatur, quod non appareret ſcrupuloſe, & ſingillariter

Digitized by Google

ac pluſquam abunde interverſum in preterita decisione dieii 9. *Maii* per decem, & octo uſque paragraphos, ſcilicet a §. *Ejuſdem ineſſicacia* uſque ad finem unde ſuperfluum omnino erat deſuper amplius immorari, cum non deceat magna Tribunalia, tempus alibi gravius, ſeu utilius conſumendum, in fruſtatoriis repetitionibus, rebuſque ſupervacaneis atterere, uti pariter notavit *Fontanell. deciſ. Senat. Cathalon.* 358. *ſub. num.* 21. *in fin. & num.* 22. *lib.* 2. & in-
14 ſinuat eadem *Rot. deciſ.* 679. *num.* 1. *& deciſ.* 708. *num.* 9. *par.* 18. *recen.*

Quin imo cum adverſus tunc eliſas conjecturas, & ponderationes allatas ex parte Reorum, ſoliditas comprobatæ identitatis fundaretur in publico Inſtrumento dationis inſolutum factæ per Ferdichinos Debitores ad favorem Franciſci viri Agatæ Teſtatricis, & ſtante credito innegabili ejuſdem Agatæ cenſetur ipſa veterem ſuam poſſeſſionem jure familiaritatis habitam cum marito convertiſſe in poſſeſſionem Jure proprio, & ad hoc pinguius demonſtrandum intercederet aliudmet publicum, & ſolemne Inſtrumentum Inventarii exarati per Bartholomæum Agathæ filium, in hæreditate materna deſcribentem idem appartamentum, una cum incontrovertibili Judicio promoto ab ipſomet Bartholomæo tanquam Domino eiuſdem appartamenti immediate poſt obitum eiuſdem Agathæ matris, de anno ſcillicet 1632: tantummodo ad ſatiſſaciendum quæſito quare ipſa Agatha Inventarium conficiens poſt mortem Franciſci eius viri, cujus favore præceſſerat datio in ſolutum, veluti Tutrix, & Curatrix Bartholomæi, aliorumque filiorum, non deſcripſerit hujuſmodi Appartamentum inter bona ſui mariti? Reſponderunt Domini, quod ideo ſimilem prætermiſſit deſcriptionem, quia, jam illico eadem Agatha ſibi illud per ſupradictam mutationem tituli familiaritatis in proprium appropriaverat, ideoque potius diametraliter retorquebatur eadem perquiſitio, ſeu ratiocinatio, non enim exarentes Inventarium de hæreditate alterius ponunt unquam, aut ſolent,
15 citra fatuitatem, deſcribere jura, bonave propria ex deductis apud *Modern. Lucen. controv.* 49. *num.* 5. *Manſ. conſultat.* 470. *num.* 11. *Pharucc. de Inventar. par.* 3. *ſub. num.* 34. *verſ.*; *& ex bis elicias Franc. Marc. deciſ. Delphinat.* 868. *num.* 1. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 241. *num.* 12. *coram Durano.*

Atque ita, dereliquo poſthabita illa alia exceptio præſcriptionis, dupliciter, ac radicaliliter jam evulſa *in* §. *final.* prioris deciſionis, denuo reſolutum fuit, utraque &c.

PERUSINA AFFICTUS SUPER ASSOCIATIONE.

Veneris 3. *Februarii* 1702.

ARGUMENTUM.

Subſcribens ingnoranter folium ut vulgo dicitur *in Bianco* nullæ obligationi obſtrictus remanet. Ad effectum inducendi communionem inter Fratres quæ requiſita copulative requirantur, & an uno deficiente iſta communio induci poſſit,

SUMMARIUM

1 *Ratificationes valide obligant ratificantem ad obſervandum contractum illius nomine celebratum.*

2 *Subſcribens ignarus, obnoxius non remanet ullæ obligationi.*

3 *Duo Teſtes plene probant.*

4 *Subſcribens in albo ad hoc ut obligetur inſpici omnino debet, an ille conſcius ſit, vel ignarus rei quam ſubſcribit.*

5 *Obligatio emiſſa in uno caſu trahi non poteſt ad alium diverſum caſum.*

6 *Nemo præſumitur ſe obligare voluiſſe in contractu, in quo nullam habuit utilitatem.*

7 *Falſus in uno cenſetur falſus in omnibus.*

8 *Inveriſimilitudo quoties concurrit ſemper præſefert ſpeciem erroneitatis, ac falſitatis.*

9 *Decidente baſi, ſive principio, ruit in ſequelam omne principiatum ſive deductum ab ipſo principio.*

10 *Periti lite pendente expiſcati, pretioque conducti nihil probant.*

11 *Circumſtantia probationis ſolidari debet in hoc, vel illo tempore præciſo.*

12 *Actus publici faciunt probationem undique probatam.*

13 *Ad impingendam notam falſitatis alicui requiruntur Fiſci perquiſitiones, proceſſus, ſententiæ, aliaq; decreta objectiva.*

14 *A diverſis juſta fieri nequit illatio.*

15 *Quilibet habere poteſt ratum contractum etiam ſi nullum, cum ſit rerum ſuarum Moderator.*

16 *Concurrente ſocietate, ſive Communione inter Fratres, quiſque abſque ulla ratificatione remanet obligatus pro debito contracto, ac recognito ab aliis Fratribus.*

17 *Ad effectum inducendi communionem inter Fratres exuberat cohabitatio formalis quæ non interrumpitur per unius, vel alterius Fratris abſentiam promanantem ex cauſa proprii exercitii.*

18 *Dicta tamen communio non inducitur ſi deficiat tertium requiſitum conſiſtens in reciproca communicatione lucrorum citra ulla diſpunctionem rationis.*

19 *Heres mediante aditione obligatus remanet ad eo*

ea omnia, ad quæ defunctus tenebatur.
20 *Nemo ex alieno facto, vel contractu obligari valet.*
21 *Mandatum executivum exigit creditum certum, liquidum, & indubitatum.*

DECISIO CCXXVIII.

POrtio Bonorum, quę tanquam pertinens ad Joannem Baptiſtam nullatenus ab initio obligatum pro contractibus initis a Julio, & Franciſco Maria ejus fratribus præſervata fuerat ab aſſociatione reportata per Comitem de Plancianis ſub *die* 18. *Aprilis* 1701., & ob id relicta manſerat in ſuſpenſo ſub ulteriori reſcripto, quod ob ſuffragiorum diſſonantiam gemini ſubſequentes Auditores ad votandum ſuper adſciti illam dirimerent, hodie tandem, non obſtantibus trinis aggreſſionibus, ſive fundamentis pro ejuſdem quoque portionis compræhenſione promotis a Comite, extitit totaliter declarata exempta mediante oraculo-*Non eſſe dandam aſſociationem*.

Non etenim obfuit primum apparenter ſuffocativum cujuſlibet replicationis, nempe, quod idem Io: Baptiſta contractus, de quibus ſupra, geſtos a memoratis Iulio, & Franciſco Maria fratribus iterato ratificaverit, videlicet ſub *die* 30. *Martii* 1680. circa ſubſtantiam debiti ad favorem Comitis liquidati in ſumma ſcut. 33. mil., necnon ſub *die* 2. *Novembris* 1684. reſpectu dationis inſolutum ex cauſa mox enunciati debiti expletæ de bonis controverſis erga Comitem Creditorem; Nam etſi indubium foret, quod hujuſmodi ratificationes abunde æquipollerent, ad obligandum ipſum Io: Baptiſtam ratificantem veræ, & originali adſtrictioni, ſive contractui illius nomi-
1 ne celebrato ad paſſim affirmata per *Surd. deciſ. Mantuan.* 231. *num.* 11., *Mart. Medic. deciſ. Senen.* 58. *num.* 32. *& ſeqq.*, *Rot. coram Cerr. dec.* 532. *num.* 6., *coram Emerix Jun. dec.* 871. *num.* 11., *& in Romana Alimentorum* 2. *Maii* 1698. *§. Nec valet coram R. P. D. meo Caprara*.

Nihilominus incontinenti quoque viſum eſt Dominis, quod hæc ratificatio contenta in ſimpliciſſimis apocis per nudam ſubſcriptionem exaratam a præfato Io: Baptiſta alio tenderet, quam ad aſſumendam in ſe obligationem ſu-
2 ſceptam a fratribus, ac prorſus exiſteret inita in albo, quo caſu certum eſt, ſubſcribentem ignarum futuræ repletionis minime remanere ulli obnoxium obligationi, ut communiter docent *Gratian. diſcep. foren. cap.* 162. *num* 1. 2. *& ſeqq.*, *ibique Carol. Anton. de Luca n.* 1., *Vela diſſert. Jur.* 25. *n.* 36., *Gait. de Credit. cap.* 2. *tit* 6. *num.* 1156., *Rot. Lucen. deciſ.* 16. *n.* 15. *inter recollect. per Modern. Palm.*, *Sacra dec.* 208. *num.* 2. *& ſeqq. par.* 13. *rec.*

Quod autem ſubſcriptio Io: Baptiſtæ emiſſa foret *in albo* plene liquebat ex datis in illius *Summar. ſub.n.* 11., inibi quippe legebatur aperta depoſitio duorum Teſtium, primi ſcilicet, & ſexti, poſitive aſſerentium, vidiſſe, ac reſpective habuiſſe præ manibus duo folia *in bianco* ſubſcripta per eumdem Io: Baptiſtam, & Nicolaum ejus fratrem cum legalitate, & recognitione caracteris facta per Notarium Urbis, ideoque firmata per hoſce duos Teſtes
3 hac baſe fundamentali juxta illud *Deuteronomii* 17., de quo *Alexander III. in cap. cum poſſes de teſtam.*, difficultas reducebatur in inquirendo, utrum Io: Baptiſta conſcius foret, vel ignarus faciendæ repletionis, ſecundum
4 ea, quæ ad finem obligandi ſubſcribentem etiam folium in albo merito reſpondetunt *Merlin. de pignor. & hypothec. lib.* 1. *tit.* 3. *q.* 33 *n.* 6., *Card. de Luca de Judic. diſc.* 29. *n.* 27 *verſ. verum*, *Rot. coram Emerix Jun. dec.* 1251. *n.* 5. *verſ. ſecus*, *& in Romana Cambiorum* 3. *Martii* 1693. *§. Si quid enim coram Reverendiſſ. Manuel.*

Tantum vero aberat, quod Io: Baptiſta conſciret folia per eum ſubſcripta deſervire debere ad effectum approbandi creditum tam inſigne Comitis de Plancianis, & ſucceſſive extraendi ſuam Paternam, & Avitam portionem ipſi Comiti inſolutum pro debito non ſuo, ut potius euinceretur cauſa prorſus diverſa, & quodammodo oppoſita, videlicet conſtituendi in uno ex prædictis foliis dotem Octaviæ ſorori, & in altero pro collocanda Anna Maria alia ſorore, in matrimonium, vel pro explen'a conſimili conſtitutione illius dotis *d. Summ. n.* 11. ideoque poſita cauſæ diverſitate, ob quam folia in albo fuerant abſignata
5 per Io: Baptiſtam, non poterat poſtmodum repletio facta abſente Io: Baptiſta per per Julium ejus fratrem trahi ad hanc alienam exorbitautem cauſam ratificationis contractuum, quibus nec idem Io: Baptiſta intervenerat, nec uſquam fuerat implicatus, reſiſtente vulgari propoſitione, de qua *Modern. Lucen. conſult.* 531. *n.* 7. *vol.* 6. *Rot. in rec. dec.* 45. *n.* 3. *par.* 14., *& in Eugubina Bonorum* 2. *Martii* 1682. *§. Secundum coram bo. me. Paulutcia*.

Potiſſime intercedentibus undique validis circumſtantiis tam in ſenſu negativo, quam affirmativo: nam uon fuerat pro parte Comitis ullibi oſtenſum, quod Io: Baptiſta ullum commodum, ullam utilitatem reportaverit ex contractibus, ſive debitis ratificatis, proindeque nimium ex ſubjecta materia reddebatur inveriſimile, quod ita gratis ſomniaverit Io: Baptiſta per ſubſcriptionem foliorum *in bianco*, ſeſe conventionaliter arctare contra
6 omnia naturalia, & juridica principia, de quibus *Alciat. reg.* 3. *præſumpt.* 34., *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 6. *n.* 5., *Rot. coram Emerix. Jun. dec.* 302. *n.* 4., *& dec.* 788. *n.* 3., & in ſpecie *Rot. Lucen. d. dec.* 16. *ſub. n.* 24. *verſ. quod junctum, inter recollect. per Modern. Palm.*

Addita in eodem ſenſu negativo lucidiſſima illa

illa corroboratione innegabilis ſubſcriptionis in albo, ex qua Io: Baptiſta de tempore datæ ſecundæ apocæ in Civitate Peruſiæ ſub *die 2. Novembris* 1684., longe aberat ab eadem Civitate, vela datus remotæ navigationi erga Regna Luſitaniæ, ubi munus Anditoris Apoſtolicæ Nunciaturæ deinceps laudabiliter exercuit *Summar. ejuſdem Io: Baptiſtæ d. n. 11. litt. A.*, in quibus ſane terminis probata in parte temporis falſitate, ſive erroneitate ſuppoſitionis, facile erat inferre ad non diſſimilem falſitatem, ſive erroneitatem ſubſtantialiſſimæ
7 repletionis, ex altera non minus vulgari regula in proximis reaſſumpta per *Bim. conſ. 282. n. 25.*, *Conciol. alleg. 92. n. 16.*, *Ciarlin. controv. foren. lib. 2. cap. 181. n. 45.*, *alioſque in tract. de commerc. & mercat diſc. 35. n. 19. & in Romana prætenſæ nullitatis contractus 20. Junii 1698. §. Cæterum coram Me.*

Et ſane aſperum, ac diſſonans ab omni probabilitate Dominis videbatur, quo Io: Baptiſta legalibus ſtudiis applicatus in Urbe, ac actualiter per antea implens honorabile, & indeſſum officium Adiutoris eorumdem Studiorum penes bo: mem. Pauluccium noſtri tunc Ordinis Auditorem, verſari poſſet in appaltibus, & in cunctationibus, & reſpective exactionibus nominum debitorum, prout in patria ſeſe deſuper illius fratres exercebaut, reſiſtente omni veriſimilitudine, juxta illud Poetæ *Navita de ventis &c.* quave inverſimilitu-
8 dine concurente, ſemper inſurgit ſpectrum, ſive ſpecies erroneitatis, ac falſitatis, ut ait *Bald. in l. 1. n. 16. C. de ſervis fugit.*, *Soccin. Jun. conſ. 122. n. 20. lib. 1.*, *& conſ. 97. n. 13. lib. 2.*, *Surd. conſ. 135. n. 15.*, *Modern. Palm. alleg. 53. n. 9.*, *Rot. coram Celſ. dec. 280. n. 4.*. *coram Emerix Jun. dec. 89. n. 7.*, *& dec. 153. n. 2.*, *& in rec. dec. 148. n. 10. par. 16.*

Agnoſcentes revera Informantes pro Comite robur hujuſce exceptionis, ſerio tentabant evertere baſem horum omnium diſcurſuum notando. quod gemini ſupradicti Teſtes, quibus innitebatur tota moles probationis foliorum *in bianco* notorie falſi redderentur, cum primus nomine Joſeph Cecchinus aſſerens audacter partem dumtaxat primi folii repleviſſe, convinceretur, mediante Peritia duorum Scriptorum in Urbe, de mendacio manifeſto, ex quo corpus, ſive repletio præfati folii appareret, ac foret in totum, ac per totum unius tantummodo caracteris, & quod alter nuncupatus Horatius Angeli non minori ſuſpicione laboraret, cum deponeret, ſeſe extitiſſe præſentem recognitioni ſecundi folii *die 2. Novembris* 1684. quando tamen tunc temporis reperibatur in Carceribus mancipatus *Summ. Comitis n. 42.*, ac propterea decidente baſi, ſi-
9 ve principio memoratæ probationis, rueret in ſequelam omne principatum, ſive deductum ab ipſo principio, ad *Text. in l. egi tecum 26. ff. de except. rei judic.* & tradita per *Valenzuel. conſ. 105. n. 105.*, *& conſ. 123. n. 42. Mart. Medic. examinat. 2. n. 50.*, *Magon. dec. Lucen. 79. n. 7.*, *Rot. cor. Dunozett. jun. dec. 630. n. 12.*, *& in Romana Primogenituræ 10. Decembris 1683. §. Quo ſtante cor. Paluccio.*

Verum in primis per haſce replicationes minime tollebatur palpabilis erroneitas prætenſæ ſubſcriptionis exaratæ per Io: Raptiſtam ſub prædicta *die 2. Novembris* 1684., dum illius abſentia comprobatur ab aliis diverſis Teſtibus, nempe tertio, & quarto *d. Summ. n. 11. litt. A.*, & ob id jam in parte efficiebatur, ut diximus incontrovertibilis repletio, ac ſuppoſitio exiſtentię Io: Baptiſtæ in Civitate Peruſii, & nihilominus primus Teſtis Joſeph Cecchinus ſufficienter apud Dominos vindicatus apparuit, quoniam ipſe teſtatus fuerat de facto proprio recognoſcens in Vrbe cor. uno ex Notariis noſtri Auditorii proprium caracterem in ſola parte controverſa cum adjuncto duorum aliorum Teſtium eius notam manum habentium *hodierno Summ. Io: Baptiſtæ n. 15.*, quapropter non poterat correſpective ad hanc juratam, & ab aliis Teſtibus ſuffultam recognitionem, fides adhiberi Peritis facile decrrantibus, ac pretio, ut fieri ſolet li-
10 te pendente conductis, ſecundum alias animadverſa cor. *ſa. me. Alex. VIII. dec. 251. n. 56.* cum aliis pleniſſime *in Foroſempronien. Teſtamenti 11. Decembris 1697. §. hu.*, *& 17. Februarii 1698. § Verum coram Me.*

Secundus itidem Teſtis ex contraria evidentia Facti remanſit pariter immunis, nam quod Horatius, uti nuncupabatur idem Teſtis, non eſſet de tempore datæ repletionis eorumdem foliorum carceribus mancipatus abunde conſtabat ex quo data antecedens, ſive prior percutiebat annum 1680., præfati autem Horatii carceratio nonniſi de anno 1682. de menſe Februarii contigerat ex ipſomet *Summario Comitis num*, 41., neque pariter de tempore ſecundę datæ, ſive repletionis ſecundi folii demonſtrabatur aligatus Carceribus, cum enim enunciata data exiſtere appoſita ſub *die 2. Nouembris eiuſdem anni* 1684. longe poſt, videlicet ſub *die 20. einſdem menſis* altera oſtendebatur careeratio *dicto Summario Comitis num. 42.*, propterea cum tota vis obiectionis claudicaret in ſubſtautia temporis, non videbatur ejus ullam haberi poſſe rationem prout habetur in quibuſqcumque caſibus, in
11 quibus circumſtantia probationis ſolidetur in hoc, vel illo tempore præciſo, teſte *Jaſon. conſ. 46. n. 27. lib. 3.*, *Purpurat. conſ. 498. n. 2.*, *Rot cor. Celſ. dec. 19. n. 1. & 2.*, *cor. Priol. dec. 216. n. 5.*, *cor. Emer. jun. dec. 405. n. 1. & 2. in rec. dec. 223. n. 14. par. 7. dec. 345. n. 18. par. 15. & dec. 230. n. 12. par. 19.*

Eoque evidentius, quoniam ex oppoſito pro parte Io: Baptiſtæ oculis DD. ſubiiciebantur facta poſitiva patefacientia ipſius Horatii libertatem circa tempus importantius ſecundæ datæ

anni

Digitized by Google

anni 1684., ſub qua præſumebat Comes initam extitiſſe ratiſicationem dationis inſolutum, cujus vigore hodierna vigebat colluctatio, A parte ſiquidem ante Scribeutes pro Io: Baptiſta palpare faciebant, quod jam ſub *die* 11. *Octobris ejuſdem anni* 1684. comparuerat Horatius omnino perſonaliter coram Locumtenente Gubernatoris Peruſii *Sum. Io: Baptiſtæ n.* 17., a parte vero poſt exibebatur altera potentior juſtificatio quippe ſub *die* 8. *Novembris*, & ſic eadem hebdomada præmiſſæ datæ docebatur de effectivo compromiſſo per eumdem Horatium exarato, in quo ſubſtantialiter enunciabatur, illum extitiſſe a Carceribus exemptum uſque de menſe Auguſti antecedentis *d. Summ. Io: Baptiſtæ n.* 16 quapropter in conflictu hujuſmodi probationum
12 certo certius anteibat poſtrema hæc juſtificatio proſiliens ab actibus publicis, & idcirco facientibus probationem, ut dicunt, undique probatam, ex deductis per *Rot. in rec. deciſ.* 35. *n.* 1. *par.* 16., *& in Romana, ſeu Anconitana Dotis* 11 *Jannaii* 1667. *§. Conſtitis coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, & in Romana prætenſæ nullitatis contractus* 18. *Junii* 1700. *§. Sic namque coram R.P. D. meo Scotto*.

Detecto vitio falſitatis aures Dominorum defatigabantur in audiendo, quod eidem Horatio ſuperimponerentur nonnullæ perſonales exceptiones circa commiſſas, vel intentatas alias falſitates, ſiquidem hæc omnia pendere noſcenbantur a fidibus ſimpliciſſimis *Summ. Comitis n.* 40. abſque eo quod ad menſuram horum criminum ullæ traderentur judiciales Fiſci perquiſitiones, ſive proceſſus, aut ſententiæ, aut alia decreta obiectiva, quemadmodum requiri notorium erat, & advertunt *Raynald. ad. Baniment. gener. Bonon. tom.* 3. *cap.* 32. *§.* 4. *&* 5. *n.* 206.,
13 *Rot. in Vrbinaten. Pecuniaria* 14. *Maii* 1700. *§. Profecto, & in Romana fideicommiſſi* 17. *Junii* 1701. *§. Nullumque coram Me*.

Parum in hoc propoſito pariter arriſit, quod poſtremo afferebatur illa reflexio, videlicet, quod cum Sacrum Auditorinm jam ſub *die* 23. *Junii* 1701. *coram Me* approbaſſet obligationem Nicolai alterius fratris, qui contextualiter una cum Jo: Baptiſta ſe ſubſcripſerat foliis, quæ hactenus arguebantur perperam repleta, & ab initio tranſmiſſa *in bianco*, nulla ſuppeteret ratio, cur pariformiter non eſſet canonizanda obligatio Jo: Baptiſtæ inſimul ſubſcribentis apocas, de quibus agebatur, in promptu namq; præfulgebat diſcrimen inter unum fratrem, & alterum, dum *Rota in præcitata dec. diei* 23. *Junii* fuerat innixa cubitalibus Epiſtolis ipſius Nicolai agnitionem debiti, ac dationis inſolutum incontrovertibiliter preſeferentibus, ut apparebat ex §.
14 *Nihilominus cum pluribus ſeqq.*; Vnde non ſolum a diverſis juſta fieri nequibat illatio vulgat *l. Papinian. ff. de minor.*; ſed & poterat Nicolaus aliunde Dominus, ac Moderator rerum ſuarum ſeorſim a Jo: Baptiſta ratam habere quoad ſe citra fratris præjudicium repletionem etiam nullam, æquipellente ratificatione per prius in-
15 xiſtenti mandato ad *Tex. in l. fin. ff. ad Macedonian. Natt. conſ.* 142. *n.* 4. *Gabr. conſ.* 194. *n.* 5. *lib.* 1., *Gratian. diſcept. for.* 704. *n.* 24. *&* 25., *Hyron. Palm. ſen. conſ.* 17. *n.* 53., *&* 54. *Sard. dec.* 231 *n.* 11., *Rot. cor. Gregor. dec.* 525. *n.* 4. *cor. ſa. me. Alex. Octavo dec.* 116. *n.* 21., *cor. Emerix. jun. dec.* 1264. *n.* 7., *& in rec. dec.* 219. *nu.* 19. *par.* 16.

Labente primo fundamento, corruere incontinenter cœpit etiam ſecundum, quod adſtruebatur a prætenſa Societate univerſali inter omnes fratres, quave Societate, ſive communione concurrente non erat ambigendum, quo minus
16 Io. Baptiſta etiam præciſive a qualibet ratificatione remaneret pro debito contracto, ac recongnito ab illius fratribus obligatus ex traditis per *Ruin. conſ.* 104. *num.* 2. *verſ.* 6. *& ultimo lib.* 1. *Alex. conſ.* 133. *in fin. lib.* 2., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 904. *a.* 1. 12. *& ſeqq.*, *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 22. *num.* 1., *& ſeqq. Michalor. de fratr. par.* 2. *cap.* 33. *pariter. n.* 1. *cum ſeqq. Card. de Luc. de Credit. diſc.* 87. *num.* 3. cum aliis *in tract. de commerc.*, *& mercat. diſc.* 50. *n.* 25.

Quoniam Teſtes ad hoc ex parte Comitis inductis *in Summ. ejuſdem Comitis n.* 19. *&* 20. concludebant equidem aliqua ex notiſſimis requiſitis ad inductionem tacite univerſalis communionis in jure noſtro præſcriptis, videlicet, quod omnes fratres bona poſſiderent in communi, fructus ſtabilium percipiendo de manu Villici communiter prælecti quoque ſignanter Io: Baptiſta ad Civitatem Peruſii redeundo in eadem domo una cum reliquis fratribus inhabitabat, quod utique ſatis videbatur, cum habitatio continua verificari non poſſet ob permanentiam, ut enunciavimus, Jo: Baptiſtæ in curia Romana; ad hunc etenim effectum exuberar
17 cohabitatio formalis, quæve non interrumpitur per unius, vel alterius fratris abſentiam promanantem ex cauſa propri exercitii, quemadmodum recte aplicarunt *Joſeph de Roſ. conſult.* 8. *n.* 6. *&* 7. *& n.* 44., *Mantic. de tacit. lib.* 6 *tit.* 10. *n.* 7., *Michalor. de Fratrib. par.* 2. *dicto cap.* 33. *n.* 5. cæteriqe allegati *in dicto tractat. de commerc. & mercat. diſc.* 49. *n.* 12., *Rot. dec.* 421 *n.* 5. *coram Coccin.*, *& in Romana Societatis* 26. *Februarii* 1694. *§. Nec requiſitum coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*.

Verum amaritudo verſabatur in deficentia illius tertii requiſiti conſiſtentis in reciproca communicatione lucrorum citra ullam diſpunctionem rationis, itaut ad imaginem ſomniatæ ætatis aureæ diſcernibile non foret meum, & tuum; Super hoc namque requiſito præfati teſtes neque verbum facere perauſerant, ac propterea inanem reddi hanc exceptionem, ſive prætenſionem, nemo eſt, qui non ſciat, ſicuti pa-
18 ter ex iis, quæ habet *Bartol. in l. Titius §. Altero num.* 5. *ff. de adminiſtr.. & peric. Tutor.*, *Andreol. controv.* 34. *n.* 12., *Caren. reſolut.* 238.
ſub

Digitized by Google

ſub. num. 1. *& n.* 2., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 725. *n.* 8. *Modern. Palm. allagat.* 28. *num.* 3 *tom.* 1., *Card. de Luc. de credit. & debit. diſc.* 161. *n.* 5. *in ſæpedicto tract. de commerc. & mercat diſc.* 49. *n.* 10 *& diſc.* 52. *n.* 11., Rot *dec.* 297. *nu.* 1. *& dec.* 908. *n.* 6 *coram Buratt., & coram. Arguell. dec.* 51. *n.* 7.

Neque majoris roboris apparuit tertium, ac poſtremum fundamentum, ſcilicet quod Joannes Baptiſta Eliſabethæ matris hæreditatem adiviſſet, quamobrem cum ea de anno 1667. favore Comitum de Planciaiiis arrendatariorum Theſaurariæ Peruſinæ ſeſe formaliter adſtrinxiſſet, de plano ſequi videbatur, ut ſi debitis contractis Jo: Baptiſta dici nequibat obnoxius, remanſerit ſaltem devinctus in vim hujuſce maternæ obligationis, quæ mediante
19 aditione in eum tranſfuſa remanſerat vulgat *l. cum hæredes* 23. *in princ. ff. de acquiren., vel amitten. poſſeſſ., Conciol. de hæred. art.* 1. *n.* 19. *& ſeqq.*, Rot. *coram Celſo dec.* 337. *n.* 5.. *coram Priol. dec.* 407. *n.* 6. *&* 7.

Pro everſione quippe hujuſcemodi fundamenti illico erupit ea replicatio inelidibilis, quod hodie quæſtio non erat de ineunda ſolutione debitorum provenientium ab obligatione Eliſabeth, ſed unice inquirebatur, an tribuenda foret efflagitata per Comitem aſſociatio ad bona quæ fratres ejuſdem Jo: Baptiſtæ dederant Comiti inſolutum cum ſucceſſiva, ſive contextuali receptione eorumdem bonorum in affictum juxta illam multiplicitatem contractuum, de qua adamuſſim agitur *in Bononien Prædii* 23. *Januarii*, *&* 1. *Junii* 1699. *coram Me*, ideoque dum dationem hanc inſolutum, ad concomitantem conductionem minime celebraverat Jo: Baptiptiſta, & ex jam ſubverſis fundamentis nullatenus ad eorumdem contractuum obſervantiam compelli poſſet, vel tanquam ſocius univerſalis. vel vigore prætenſæ ratificationis palmare efficiebatur, ejus portionem compæn. di non poſſe quidquid dicendum eſſet in alio (ſub hodierno Iudicio, ſive petita aſſociatione reſiſtente regula civili, & naturali, ne quis ex
20 alieno facto, vel contractu queat alligari ex collectis per *Barboſ. axiom.* 93. *n.* 21. *&* 22., *Ricc. collectan.* 725. *&* 1551., *Rot. dec.* 694. *n.* 5. *par.* 18., *& in Romana pretii officiorum* 19. *Junii* 1680. §. *Aſſiſtit coram Albergato*.

Addebatur, quod neque Comes docebat, quod creditum ſc. 33. mil., ſive 27. mil., pro quo exarata fuerat datio inſolutum cum ſuſceptione in affictum perſpicue promanarent a contractu conductionis Lacus Tranſimeni, cui de prædicto anno 1667. acceſſerat Eliſabeth, vel potius ab exactione nominum Debitorum in ſequenti anno 1668. conceſſa fratribus Jo: Baptiſtæ abſque ulla obligatione, vel interventu Eliſabeth, & ſic multo minus tribui valebat aſſociatio, dum nec relaxari potuiſſet mandatum exequutivum, quod exigit creditum,
21 certum, liquidum, & indubitatum *Saluſt. Tyner in pra. Judic. lib.* 1. *cap.* 52. *n.* 2. *Ridolf. pariter. in prax. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 26. *&* 50., *Rot. dec.* 143. *n.* 7. *par.* 6. *rec.*

Et ita &c. utraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BAVOSIIS.

Lunæ 6. *Februari*, 1702.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſarius ad effectum obtinendi immiſſionem vigore* l. fin. Cod. de Edict. Div. Adrian. tollen. *debet plene demonſtrare extremum identitatis*.

2 *Exceptiones turbidæ præpedire non valent executionem ſolemnis, & publici Inſtrumenti obligatione cammerali vallati*.

3 *Firma manente juſtitia, poteſt etiam æque bene conſuli Epiekejæ*.

DECISIO CCXXIX.

EFflagitantibus ex una parte Creditoribus Hieronymi, ut devenirem ac prolationem ſententiæ mediante opportuna expeditione Cauſæ, ex oppoſito Scribentes pro Vincentio, aliiſque de Bavoſiis obſtrepuere, quod eis omnino foret tribuenda nova reviſio, ſeu audientia adverſus Deciſionem editam ſub die 10. Junii proxime elapſi, ex quo ſub eadem Deciſione in §. *Equidem*, *& alibi*, ſuſpicionis quodammodo nota criminarentur Codices Rationis olim cantantis ſub nomine ejuſdem Hieronymi, & Vincentii, quod utique (ſubjungebant) in maximum exinde poterat pro aliis cauſis, & negociis prærumpere præjudicium, quapropter Domini quærimoniis ſimul ex aſſueta benignitate indulgentes, & ſolidæ non minus juſtitiæ incubantes, Mihi demandarunt, ut cauſam quidem expedirem, ſed unico, eodemque contextu ipſorum mentem deſuper in hac, ut appellant brevi Deciſione, ſobrie adaperirem, & panderem.

Dominorum igitur intentio fuit, quod in rei veritate nequaquam probaretur, Prædia, & Bona controverſa fuiſſe liquido adſcribenda fideicommiſſo Joannis, ex quo, ſecundum uberrima motiva fus e perpenſa in præfata Deciſione diei 10. Junii, minime convincebantur fuiſſe coempta de pretio effective fideicommiſſario ad normam Capitalis, ejuſque fructuum, relicti in ſuo Patrimonio per eumdem Joannem fideicommittentem, itaut aliquo modo locum habere poſſet ſufficiens, ſeu clara ſubrogatio, ideoque, cum Vincentius Jun', aliique de Bavoſiis haberent e converſo contra ſe publicum

In-

Inſtrumentum cantans pro libertate favore Hieronymi emptoris, & pro ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus indifferentibus ſemper locus erat expeditioni Cauſæ ob innegabilem deficientiam lucidi extremi identitatis, quam quilibet fideicommiſſarius ad obtinendam immiſſionem vigore notiſſimę *leg. fidel. C. de*
1 *Ædict. D. Adr. tollen.*, prout hic, intentatam debet efficaciter, ac digito demonſtrare, nempe, quod bona ab Judice petita eſſent omnino & perſpicue in bonis fideicommittentis, ut inquit, atque teſtatur Rot: *deciſ.* 1137. *num.* 1. *&* 2. *coram Seraphin*, *deciſ.* 170. *num.* 14. *coram Card. Celſo*, *& deciſ.* 232. *nu.* 2., *& dec.* 443. *num.* 9. *coram Emerix Jun.*

Quod ſi nihilominus ſatagebant iidem fideicommiſſarii aleam eorum prętenſionis, nimis ad effectum immiſſionis ob nubilatæ, rurſus experiri, manebat illis, ut etiam in allegata deciſione dicebatur, ſemita ampliſſima reſtaurandi eamdem prætenſionem in judicio concurſus ſuper prætio retrahendo ab judiciali diſtractione Prædiorum, ſive bonorum controverſorum, nulla quippe a contrario æquitas, & Juſtitia patiebatur, quod ſub prætextu turbidæ immiſſionis præpedita reſtaret via Creditoribus innixis duplicato ac diſtincto ſolemni Inſtrumento, altero ſcilicet eorum crediti adverſus Hieronymum Emptorem, & altero ipſius emptionis literaliter, & expreſſe factæ, & ſonantis, ut præmiſimus, pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcumque ex jam deductis in ſæpedicta deciſione ſub §. *De reliquo* cum cęte-
2 ris apud *Galleſ. de obligat. Camer. quaſt.* 17. *nu.* 1. *& 2. ibique*, *Zacch. pariter num.* 2., *Rot. deciſ.* 229. *num. ultim. coram ſan. me. Gregor. XV. deciſ.* 113. *ſub num.* 10. *in fin. par.* 13., *& deciſ.* 155. *num.* 2. *par.* 15. *recentior.*

Quia vero exuberanter extiterat in memorata deciſione, ad propulſandas nonnullas conjecturas aſſertæ ſubrogationis, eliicitas ex quibuſdam partitis præfatorum librorum negocii ſocialis, animadverſum quoque, quod retentio eorumdem librorum per ſpatium ferme tricenarium penes prædictos de Bavoſiis poterat ingerere non levem ſuſpicionem circa alterationem, ſeu ſuppoſitionem earumdem partitarum, & e contra circa hanc aſſertionem maxima, ut ſupra verſabatur conquæſtio Scribentium pro eiſdem de Bavoſiis, Domini agnoſcentes, quod ſtabilitas captæ reſolutionis neque nutabat, neque magis ſolidabatur ex hujuſmodi aſſertione, quod libri prædicti mererentur cenſeri ſuſpecti nec ne, idcirco veritati, ut par erat, in hoc propoſito, plenarium locum relinquendo, mihi iniunxerunt, quod nullatenus intendebant aliquid decernere, vel aſſere, quod ullo modo valeret obeſſe legalitati, ac perfectæ integritati eorumque librorum, utpote quia, firma jam ex præmiſſis remanente Juſtitia poterat æque bene conſuli
3 etiam ipſi epichæjæ ad normam regulæ, de qua *Text. in l. 2. §. Item Varus ff. de aq. pluv. arcend. & in l. in Creditore ff. de evict. Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 144. num. 17.* cum aliis penes *Palmam rep. alleg. 260. num. 15.*

Et Ita utraque &c.

BONONIEN. CENSVS SVPER EXTRACTIONE.

Veneris 10. Februarii 1702.

ARGUMEMTUM.

Proponitur modus ſuccedendi per Buſſolum, ſive per Vrnam a Teſtatore demandatus. Infantes an ſint habiles ad præſtationem juramenti, & an Juri certo ob ſpem eventualem renunciare poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Præfinitur norma ſuccedendi in iis caſibus in quibus Teſtator voluit, ut ſucceſſor ab Urna deleigeretur.*

2 *Pendente lite nequit ad ullum actum innovativum deveniri abſque vitio attentatorum Juris.*

3 *Mortui voluntatem quo melius fieri poteſt adimpleri debet.*

4 *Curatoris deputatio veluti mere ſubſidiaria non admittitur in Tribunalibus, niſi in deficientia veri hæredis, ac legitimi defenſoris.*

5 *Ceſſante lite, ceſſant omnia attentata, quæ ex pendente facta prætenduntur.*

6 *Hæres contravenient præcepto Teſtatoris privatur commodo hæreditatis.*

7 *Diviſio an prohiberi poſſit ex Teſtamento vel pacto, ſive in perpetuum.*

8 *Nihil magis repugnat naturæ primogenituræ quam diviſio, & ſciſſura bonorum inter plures perſonas.*

9 *In perpetua primogenitura quoties oriri contingat aliquis de genere vocatorum, quoties quis vel antea, vel poſt naſcatur, avocat bona, etiamſi medio tempore legitime in alium ſucceſſorem tranſlata fuerint.*

10 *In electionibus Canonicis, & Eccleſiaſticis non ſufficit interveniſſe materialem contemptum ſive eligentium, ſive eligendorum, niſi ipſæmet Perſonæ contemptæ cauſam patratæ contemptionis agant, & proſequantur.*

11 *Infans trium annorum idoneus non eſt ad ullius juramenti emiſſionem.*

12 *Sed neceſſe eſt quod illius Tutores & Curatores ſervatis ſolemnitatibus Iuris, & ſtatuti illius perſonam reintegraverint eo meliori modo quo poſſunt.*

13 *Item declara quod Infantes, & Papilli nequaquam valent utiliter juri certo renunciare ſpectantes ſpem caſualem.*

14 *Iura, ſeu leges municipales quoties mandant certam formam ſervari ſi ea per æquipollens impletur, negligitur forma, ſeu materialitas ejuſdem Formæ*

Ad

Digitized by Google

15 *Ad aſſequendum ſecundum beneficium ſatis eſt, quod actualis dimiſſio primi beneficii ſubſequatur quoties quis poſſeſſionem ſecundi adipiſcitur prorſus & omnino pacifice.*

DECISIO CCXXX.

QVantum eſt in rebus inane, (uti Perſius exclamabat) & quantum congrueret, atque verificaretur ſanctioris Davidici carminis effatum, *theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea*, palam oſtendit teſtamentaria diſpoſitio Innocentii ex Comitibus de Malvaſia, qui poſt diu exantlatum Prelaturæ munus in Curia, condens Teſtamentum plures, nedum in ſempiternum ſubſtitutiones catenaverat, ſed verens, ne illius bona remanerent imminuta per antiquiorum fortaſſe fidei commiſſorum ſubductiones poſtremo loco demandaverat in deficientia linearum Cornelii, ac Innocentii ejuſdem Teſtatoris ex Hercule germano Fratre Nepotum adſciri hæredem inter agnatos ipſius familiæ de Malvaſia, quem cæca ſors ob Urna delegiſſet dummodo tamen candidati præventive ceſſiſſent cuilibet fideicommiſſo per Cornelium ſen. Patrem præcitati Teſtatoris ſuper eiſdem bonis ab eo novo vinculo ſubjugatis, injuncto, juxta non abſimilem ſuccedendi normam præfinitam, atque diſcuſſam *in Faventina*
1 *Buſſoli* 2. *Maii* 1689. *coram clar. mem. Cardin. Caccia*, 17. *Februarii* 1690., 2. *Novembris ejuſdem anni*, & 20. *Julii* 1691. *coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*, & 15. *Junii* 1696. *coram bon. mem. Emerix*, & diſtinguendo inter Officia Secularia, & Eccleſiaſtica in hoc ipſo propoſito Primogenituræ notavit *Tiraquell. de Iur. Primogenit. quæſt.* 17. *opin.* 1. *ſub n.* 15. cum aliis *in Majoricen. Beneficii* 15. *Iunii* 1699. *§. Quin ad tuendam, ac per tot. coram Me.*

Si quidem incontinenti caſus, vel induſtria præbuit, quod primus hæres Cornelius, tam ſeria, & ſpecioſa diſpoſitione poſthabita, ſeu ſtudioſe ignorata adivit huiuſce Prælati hæreditatem ab inteſtato, ingens deſuper ad everſionem primogenituræ præſatæ, æs alienum contrahendo, donec ſubortis variis quæſtionibus ſuper patrimonio eiuſdem Cornelii debitoris, prætendentibuſque illius hæredibus beneficiatis fore ſeparanda, veluti fideicommiſſaria illa bona quæ in ipſum Cornelium debitorem ex Teſtamento eiuſdem Innocentii patrui provenerant ſeu provenire debuerant diſceptatum acertime fuit, *an hujuſmodi bona una cum fructibus eſſent ſeparanda, vel potius in hæreditate Cornelii computanda?* prodiitque tunc definitio pro computatione quemadmodum liquet *ex deciſione diei* 28. *Iunii* 1686. *coram bo. mem. Rondinino.*

Verum ab hac reſolutione, ſive ſententia provocantibus illis de Malvaſia, novaque ob id commiſſione appellationis pendente coram *bon. mem. Benincaſa*, honeſtius, ſive utilius duxere prælaudati fratres de Malvaſia interim Innocentii Teſtatoris mentem implere per confectionem Buſſoli, & tunc ab errante Perſonam Joſephi Michaelis ſen., Curatores Antonii Galeatii, Antonii Caietani, & alterius Joſephi Michaelis iun. oppoſuere huiuſce imbuſſulationis nullitatem, iterumque proinde remiſſa arbitrio ſortis electione ſurrexit ab Urna præfatus alter Joſeph Michael iunior, quare non minus ex capite primæ, quam ſecundæ extractionis incaleſcente antiquo certamine quoad liquidationem ſtatus Cornelii primi hæredis, ac debitoris, ſapienter Tribunal cenſuit non alias rectius in huiuſce Cauſæ intricato labyrintho poſſe lumen veritatis attingi, quam mediante ſeparatione ac diviſione dubiorum, & idcirco Ego tanquam ſucceſſor prædicti bo. me. Benincaſa ſciſcitatus ſum Dominos de duobus, primo *an ſententia, ut ſupra bon. mem. Rondanini foret confirmanda, vel potius infirmanda?* & ſecundo *ad cujus favorem ſuſtineretur extractio* (ſed ob ſuffragiorum diſcrepantiam non capta adhuc ſolida reſolutione quoad primum, reſponderunt circa ſecundum *extractionem ſuſtineri favore Ioſephi Michaelis Iunioris.*

Neque a limine huiuſce determinationis dimovere Dominos potuit revera præliminaris objectio, quod utraque extractio vitio inficeretur attentatorum, ex quo nequiret ad ullum actum innovativum deveniri lite pendente citra ſaltem crimen illorum attentatorum, quæ juris, ad differentiam illorum, quæ propter
2 actualem ſuperioris inhibitionem facti nuncupantur ſecundum plene animadverſa *in Nullius, ſeu Terræ Pontiani ſucceſſionis ſuper attentatis* 4. *Maji* 1699. *ex §. Dum, & ſequen., & paſſim coram Me.*

Eadem quippe objectio laborabat in ſuppoſiſito, ſive applicatione, quia lis antecedens, atque pendens, & propoſita *coram prædefunctis Auditoribus Rondinino, & Benincaſa* verſabatur, ut enunciavimus, inter Creditores Cornelii primi hæredis Innocentii, & vocatos ad fideicommiſſum illius, vel alterius Cornelii ſen. ſed nec unum prodierat diſſidii verbum ſuper
3 imbuſſulatione, & extractione ordinata per prædictum Prælatum fideicommittentem, quinimo intererat, quo melius fieri poterat adimplere hujus demortui voluntatem ſicut iura præſcribunt ad *Text. in leg. in Teſtamento* 27. *ff. de condit. & demonſtrat.*, *Roman. conſ.* 409. *nu.* 11. *Cyriac. controv.* 550. *num.* 37. & *ſeqq.*, *Epiſc. Rocc. diſput. Iur. cap.* 52. *num.* 17. *Palma nep. allegat.* 382. *num.* 19., & *allegat.* 387. *num.* 17.

Deſignatio quippe abſtractiva ſucceſſoris in primogenitura ab eo ordinata in nihilo tangebat pro nunc hæc, vel illa bona obnoxia præcedenti liti, ac diſputationi ſuo loco, & tempore ſemper examinandæ, ſive adſit, ſive daretur ullus ſucceſſor, quinimo congruebat loco Curatoris, vel alterius iuridicæ perſonæ, quæ ipſum fideicommiſſum, & primogenituram repræſentaret, cum magis legitimo litigante

gante memoratum judicium ulteriori proſe-
qutioni demandari, deputatio quippe Curatoris
veluti mere ſubſidiaria non admittitur in Tribu-
nalibus, niſi in deficentia veri hæredis, ac le-
4 gitimi Defenſoris teſte *Alden. ad Pamphil. de-
ciſ.* 219. *num.* 11. *verſ. nec ſatiſfactum*, *Rot. de-
ciſ.* 473. *nu.* 12. *coram ſa. mem. Gregor. XV. de-
ciſ.* 479. *nu.* 2. *&* 3. *coram Coccin.*, *deciſ.* 55. *n.* 4
& 6. *par.* 7., *& deciſ.* 163. *num.* 2., *& deciſ.* 265
nu. 3. *par.* 14. *recent.*

Ac propterea ceſſante in hoc peculiari pro-
poſito qualibet altercatione, vel lite inter Par-
tes, ceſſabant quoque omnia excogitabilia at-
tentata, ne alias daretur effectus ſine cauſa, &
filius ſine matre, ſicuti uno ore tradiderunt *Lan-
cellott. de attentat. in prima parte præfat. nu.* 57.
Marcheſ. de commiſſ. ſuper attentat. cap. 2. *nu.* 1.
5 *par.* 2., *Rot. deciſ.* 574. *num.* 1. *coram Dunozett.
Jun. deciſ.* 876. *ſub.* §. 1. *in fin. coram Emerix
Iun. deciſ.* 231. *& deciſ.* 440. *utrobique nu.* 1. *co-
ram Bich. & deciſ.* 108. *num.* 11. *par.* 15. *recen.*

Minus obſtitit ſecundæ huic extractioni, ſeu
electioni, alia perantea conſumpta in perſona
ſupranominati alterius Joſephi Michaelis Sen.,
quia cum is contravenerit voluntati Innocentii
Teſtatoris, expreſſe prohibentis, ne illius bona
propria, ac Cornelii eius patris quoquo modo
ſepararentur, & exirent a primogenito in pri-
mogenitura ſempiterne per eum vocato, ſtatim
ac inexcuſabiliter devenit ad diviſionem utriuſ-
que hæreditatis, ſive patrimonii, nequibat re-
putari capax fruitionis huiuſce hæreditatis, &
conſequenter ab omni ſpe, & commodo imbuſ-
6 ſulationis ipſo jure ceciderat ex uno ore contra
ſic contravenientem affirmatis per *Caſtald. con-
ſul.* 182. *num.* 5., *& conſult.* 223 *num.* 1 *Peregrin
de fideicom. art.* 14. *num.* 8., *Molin. de Primogen.
Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 32. *&* 33., *Rot. de-
ciſ.* 6. *num.* 2., *& deciſ.* 7. *nu.* 1. *poſt. Torr. de
pact. futur. ſucceſſ. deciſ.* 207. *num.* 1. *coram
Emerix Iun.*, *& in* Romana, *ſeu Albanen. Caſtri
Nemoris* 14. *Maii* 1688. §. 1. *coram clar. mem.
Card. Caccin.*

Diximus *inexcuſabiliter*, quia licet apud Scri-
bentes inquiratur utrum diviſio poſſit ex Teſta-
mento, vel pacto ſive temporaliter, ſive in
7 perpetuum prohiberi ex late diſcuſſis per *Pere-
grin. de fideicomm. art.* 11. *num.* 80., *Fuſar. de
ſubſtitut quæſt.* 707. *num.* 19., *Michalor. de fratrib.
par.* 7. *cap.* 43. *per tot. Rot. deciſ.* 22. *num* 39. *&
ſeqq. coram Arguell.* cum alis plene *in Tractat.
de commerc. & mercat. diſc.* 54. *num.* 2. *& ſeqq.*

Attamen iſte non erat caſus hodiernæ collu-
ctationis, quoniam Innocentius non proibuerat
diviſionem, uti diviſionem, ſed litteraliter in-
terdixerat ne bona Cornelii Patris immixta
cum ſua hæreditate ullo unquam caſu ſepararen-
tur ab ejus ordinatione, & primogenitura, qui-
nimo præceperat imbuſſulandum teneri præce-
denter renunciare cuilibet prætenſioni, ſepara-
tioni, ſeu vocationi ſuper bonis ejuſdem Corne-
lii, quare non poterat non cenſeri præfatus Jo-
ſeph Michael Sen. effectus inhabilis, mediante
hac incompatibili contraventione, ut ſupra,
præſertim quia etiam ex ſubiecta materia quæli-
bet diviſio intrinſece repugnabat diſpoſitioni In-
nocentii, nihil enim magis adverſatur naturæ
Primogeniti inſtituti, ac perpetuo voliti
quam bonorum ſciſſura, & diviſio inter plures
8 perſonas, uti liquet ex ſimplici definitione ipſius
Primogenii, de qua *Vela diſſert. Jur.* 49. *n.* 19.
Molin. ad conſuetud., *Pariſ. par.* 1. §. 8. *gloſſ.* 3
num. 1., *Mereſ. de Majorat. in præfat. num.* 1., *Mo-
lin. de Hiſpan. Primogen. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 16.
Torr. de Majorat. Ital. cap. 1. §. 7. *num.* 6.

Ejuſdemque irrelevantiæ illico remanſit obie-
ctum ex eo deſumptum, quod non fuerit deven-
tum incontinenti poſt defectas Cornelii & Inno-
centii, Teſtatoris nepotum lineas ad imbuſſula-
tionem, & urnam: Cum etenim ageretur de
perpetua Primogenitura, utique quoties uſque
ad conſumationem ſæculorum oriri contigiſſet
aliquis de genere a Teſtatore exoptato illius
intentioni famulandum erat, unde communiter
receptum videmus, quod in hiſce perpetuis or-
dinationibus, etiam poſt, & quandocumque
nati ad ſucceſſionem admittuntur uſque ad avo-
canda bona, quæ fuiſſent etiam medio tempo-
9 re legitime in alium translata ſucceſſorem, ex
celebri *deciſione in altera Bononien. Primogenitu-
ræ de Luparis* 19. *Januarii* §. *Talem fuiſſe coram
clar. me. Card. Vicecomite*, & concordant *Al-
tograd. conſ.* 66. *num.* 24. *lib.* 2., *Palma Nep. al-
legat.* 323. *ex num.* 6. *cum ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 142.
num. 12. *&* 13. *coram Dunozet. Jun. deciſ.* 67.
n. 8. 9. *&* 10. *coram Zarat.*, *& deciſ.* 325. *nu.* 5.
par. 17. *rec.*

Parvi etiam ponderis exiſtere compertum eſt
quod non omnes deſcedentes Linearum Antonii
Galeatii, & Conſtantii fuerint inter Candidatos
ſive in buſſulo repoſiti, exceptio namque hæc
oculis Dominorum effulſit impertinens, cum
nemo alius ex prædictis imbuſſulandis, de eo-
rum derelictione conqueſtus noſceretur, ſive
hodie reclamaverit, quando de reliquo nemo
non ſcit, quod in quibuſcumque electionibus,
etiam Canonicis, & Eccleſiaſticis non ſufficit
interveniſſe materialem contemptum, ſive
10 eligendorum, niſi ipſemet perſonæ contemptæ
cauſam patrate contemptionis agant, & proſe-
quantur, ut per *Abb. in cap. in Geneſi num.* 10.
de elect., *Barboſ. de Iur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1.
cap. 19. *nu.* 116., *Vivian. de Iurepatr. lib.* 12.
cap. 5. *num.* 5., *Paſſerin. de elect. Canon. cap.* 11.
num. 120., *Sperell. deciſ.* 182. *num.* 45., *Rot. de-
ciſ* 351. *num.* 4. *coram Buratt.*

Denique haud pariter ſcrupulum iniecit po-
ſtrema oppoſitio fundata ſuper eo, quod Joſeph
Michael Junior extractus defecerit, & ipſe in
adimplendo præſcripto Teſtatoris mandantis,
ut prædiximus, præventive ſub juramento fieri
renunciationem cuilibet fideicommiſſo per Cor-
nelium Sen. confecto; reſpectu ſiquidem jura-
menti Joſeph Michael tunc temporis vix in ter-

tio reperiebatur ætatis anno conſtitutus, & con-
ſequenter nullibi idoneus ad ullius juramenti
11 emiſſionem ex *Can. parvuli*, *& Can. pueri* 22.
quæſt. 5., *& notatis apud Thom. del Bene de Iu-
rament. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 13., *& dubit.* 6. *n.* 1
& 4., proindeque exuberabat, quod illius Tu-
tores, Curatores, & Actores, omni religione
ſolemnitatis, Juris, & ſtatuti efficaciter adhi-
bita illius perſonam integraverint eo meliori
modo, quo poterant, ac fecerunt, quemad.
modum ad conſulendum neceſſitati, ac utilita-
ti ſimilium Infantum providere Leges, & Sta-
12 tuta, ex traditis per *Modern. ad Statut. Peruſ.
gloſſ.* 15. §. 2. *num.* 4.; *&* §. 7. *ſub num.* 56., *Rot.
decif.* 647. *num.* 71. *poſt. Poſth. de manut. cum
aliis in Romana prætenſæ nullitatis Contractus* 20.
Iunii 1698. §. *Concomitantibus coram Me*, *& in
Romana fidoicommiſſi de Quadris* 7. *Martii* 1701.
§. *Reſpectu autem, pariter coram Me*.

Quo vero ad ipſam ſubſtantiam renunciationis
debilis enituit ſubiunctio Informantium pro devi-
ctis, quod nempe illa non foret pura, & abſo-
luta, ſed penitus conditionalis, ſi, & quatenus
imbuſſulandus extraheretur, ac in vim ejuſdem
extrationis obtineret hæreditatem Prælati; vi-
ſum quippe eſt hanc conditionem eſſe penitus
juridicam, & ſacroſanctam, cum Infantes, &
13 Pupilli nequaquam valerent utiliter Juri certo
renunciare nudam aleam, & ſpem extractionis
ſectantes juxta monitum *Soccin. Iun. conſ.* 47.
nu. 8. *& ſeqq. lib.* 4. *Sard. conſ.* 46. *num.* 17. *&
ſeqq.*, *Rot. dec.* 75. *num.* 13. *coram. Baratt.*, &
late *in Romana Cambii* 14. *Martii* 1698. §. *Et
robur ſumit coram bo. me. Vrſino*.

Neque opiniari fas erat, quod in hunc mo-
dum non extaret exuberanter impleta mens te-
ſtatoris, ſolum namq; is eſſlagitaverat univerſa
ſua bona conſervari penes extraendum, abſque
eo quod idem extrahendus, ſive extractus quo-
quo modo valeret eadem Bona imminuere, ac
diſſecare per detractionem, ſeu ſeparationem
bonorum fideicommiſſariorum Cornelii, qua-
mobrem cum iſte finis pleniſſime obtineretur
etiam ad terminos hujus admodum æque, ac ra-
tionabilis conditionis non videbatur ulterius
inquirendum, dum videmus, quod etiam ubi
ipſa jura, vel municipales ſanctiones mandant
certam formam ſervari, quando nihilominus
per modum æquipolentem finis volitus ſupera-
bundanter impletur, negligitur cortex, ſeu ma-
terialitas ejuſdem formæ, ut promiſcue tradunt
Manſ. conſult. 523. *num.* 5., *&* 6., *Rot. decif.* 1342
14 *num.* 12. *coram Emerix Jun.*, *& in Sabinen.
Donationis* 2. *Iunii* 1692. §. *final. coram bo. mem.
Benincaſa*, *in Albanen. Donationis* 15. *Ianuarii*
1700. *coram R. P. D. meo Scotto*, *& in Romana
prætenſæ nullitatis contractus* 18. *Iunii ejuſdem
anni utrobique* §. *final. coram eodem & in Nullius
ſeu Terræ Pontiani ſucceſſionis* 18. *Februari* 1701.
§. *final. coram Me*.

Quid plus? dum, & ſi Sacri Canones lauda-
biliter deteſtentur, quod obtinens aliquod Bene-
ficium aſſequatur ſecundum, & maxime ſi iſtud
exiſtat incompatibile, nihilominus minime
abhorent, quod jam obtines tale Beneficium,
ſtudeat impetrare ſecundum, neque eum exiſti-
mant incapacem petendi ſecundum Beneficium
ex quo pure, ac præcedenter non renunciave-
rit primo, ſed contentautur, quod ejuſdem
primi Beneficii actualis in effectu dimiſſio, ac
renunciatio ſubſequatur, quando quis poſſeſſio-
nem ſecundi adipiſcitur prorſus, & omnino pa-
15 cifice, ut per *Garz. de Benefic. par.* 11. *cap.* 5.
num. 63., *Lotter. de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 23.
num. 17., *& plurib. ſeqq.*, *Tondut. quæſtion. Bene-
fic. cap.* 69. *num.* 3. *Rot. decif.* 811. *ex. num.* 10.
*coram Dunozett. Junior. alioſque cumulatos in Cra-
covien. Canonicatus* 13. *Junii* 1701. §. *Certe co-
ram Me*.

Et ita pro nunc ſeorſim huic diſcrete dubita-
tionis reſponſum fuit cunctis acriter, & ad ſatie-
tatem bis informantibus.

BONONIEN. BONORVM.

Lunæ 13. *Februarii* 1702.

ARGVMENTVM.

Fructus ſtabilium licet antea taxabantur ad ratio-
nem quinque ſc. pro centeuario; Hodie tamen
S. Rota illos taxare conſuevit ad rationem ſc. 4.
Quæ probationes requirantur in hac taxatione,
& quomodo ſit procedendum.

SVMMARIVM.

1 *Fructum perceptio nedum oſtendenda eſt per acto-
rem ſed ulterius ſacienda eſt juſtificatio prævia
deductione expenſarum per illoſmet, qui ipſi per-
ceptioni, ſeu recollectioni interfuere.*
2 *Stabilia antiquitus reddebant annuum valorem
ſc.* 5. *pro centenario.*
3 *Hodie vero saxantur ad rationem ſc. quatuor ex
cauſa vel ſuperventæ dimunitionis redditnum,
vel majoris affluentiæ monetarum poſt Indiarum
reperitionem* & n. 9.
4 *Declara quod in hac materia recollectionis fru-
ctuum multum deferendum ſit Agricolis, qui ei-
dem recollectioni opem præſliterunt, & proba-
tiones debent eſſe certæ.*
5 *Præſumptio reiicitur contrariis probationibus.*
6 *Explicatur dec.* 30. *part.* 2. *cor. Verall. & Doctri-
na Baldi in l.* 1. *Cod. de fruct. & Lit. expenſ. ex-
poſcentes rigidiorem in hac materia probationem*
7 *Limita ſupradicta in caſu quo perceptio fructuum
conſtet ex ipſa partis confeſſione, & quæſtio ſit
pro enucleanda quantitate quia tunc leviores ſuf-
ficiunt probationes.*
8 *Quod procedit etiam in liquidatione damnorum &
intereſſe.*
9 *Sac. Rot. paucis ab hinc annis taxavit fructus ſta-
bilium ad rationem ſc.* 4. *pro quolibet centenario.*
10 *Habens pro ſe regulam Juris ſeve illius præſumptio
nem*

Digitized by Google

nem relevatur ab onore probandi, e converſo antem habens contra ſe eandem regulam, ſeu præſumptionem docere debet de limitatione in caſu præciſo.

11 *De natura cuiuſlibet regulæ eſt judicare normam deſignantis quouſque per habentes deſuper intereſſe diverſimode evincatur.*

12 *In taxatione fructuum ſive naturalium, ſive civilium ſi contrahentes devenerint ad honeſtam illorum taxationem creditor illam obſervare tenetur ſed reſpectu Debitoris firma remanet taxatio donec contrarium patefecerit.*

13 *Judicium executivum retardari non poteſt per imperfectas, & turbidas probationes.*

DECISIO CCXXXI.

A Liquidatione fructuum reſtituendorum exarata in ſequelam cujuſdam Spolii pro ſumma librarum 1701. coram R.P.D. meo Priolo provocans Camillus obtinuerat de more familiarem Commiſſionem Signaturæ Juſtitiæ ſuſpenſivam, duobus potiſſime fretus fundamentis.

Primo videlicet ex quo pro parte Annæ ejus Adverſariæ, litiſque conſortum nulla fuerit ſpecifice demonſtrata quantitas, & importantia eorumdem fructuum reſtituendorum, neque per ullam Teſtium, neque locationis Predii de quo agebatur, quando tamen vulgati juris eſſe videbatur, quod nedum ipſa perceptio fructuum in genere digito foret oſtendenda per Actorem, ſed & ulterius prævia deductione expenſarum facienda juſtificatio præciſæ quantitatis per illoſ- 1 met, qui ipſi perceptioni, ſeu recollectioni neceſſario interfuere iuxta doctrinam *Bald. in l. 1. in fin. C. de fructib. & lit. expenſ. Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 87. num. 8., Rota deciſ. 30. ſeu 4 ſub. num. 2. & ſeq., coram Verall. par. 2. & deciſ. 107. num. 6. & 7. coram Emerix Sen.*

Quin relevare Annam ab hoc onere potuiſſet nuda regula promanans ab ea præſumptione, ſeu taxatione legali, propter quam ad rationem vigeſimæ valoris, & pretii eiſdem rei controverſæ, ſeu quod idem eſt, ad rationem quinque pro centenario ſtabilia fructificare cenſentur, de qua *gloſſ. in auth. perpetua verb. juſta, C. de Sacroſ. Eccleſ.* quamve taxationem æquitative 2 Tribunal moderno tempore reduxit ad quatuor ex cauſa vel ſupervente diminutionis redditum vel maioris affluentiæ monetarum poſt Indiarum reperitionem, ut in *Fanen. Cenſus 5. Maii 1679* 3 *coram bo. mem. Paulucio, in Viterbien. Dotis 8. Martii 1697. §. Quo vero coram R. P. D. meo Caprara, & in Romana Vineæ 2. Junii 1698. §. finali coram R. P. D. meo Pio.*

Quoniam (uti ſubiungebat Camillus) ad ſummum hæc Gloſſæ præfinitio, & practica Tribunalium locum ſibi vindicare valuiſſet, quotieſcumque præcedens condemnatio ad reſtitutionem fructuum cautaſſet etiam ad illos, qui percipi potuiſſent ab eodem Camillo, adeout ſubſequens liquidatio completa per R. P. D. meum Priolum arbitrarie quodammodo proceſſiſſet ſequendo taxtam, & præſumptionem legalem ſicuti declaravit, & admiſit eadem *Rota d. deciſ. 30. num. 5. part. 2. coram Verallo*, & ſequuta eſt præcitata *deciſ. 107. ſub. num. 6. verſ. quia non verſamur, coram Emerix. Sen.* Secus. autem dum hæc condemnatio ad fructus, qui percipi potuiſſent minime legebatur in ſententiis precedentibus condemnatoris, ſicque nequibat amplius in conſequentiam iudicatorum fieri ulla vis ſuper meris Conjecturis, & preſumptionibus; materia quippe hęc tanquam facti poſitivi requirebat probationes certas, & de per ſe non difficiles, ſequendo prędictum temperamentum Baldi inexaminando Agricolas, alioſque qui ipſorum fructuum recollectioni opem, vel 4 pręſentiam adhibuerunt quemadmodum annotarunt *Moder. Argentan. collucſt. 6. num. 85. tom. 1., Cenc. de Cenſib. quæſt. 90. num. 11., Rota deciſ. 379. num. 33. coram Bich., & deciſ. 281. num. 1. part. 17. recen.*

Secundo clarius quia idem Camillus detinebat ad ſui favorem Teſtimonia, quod effective ob temporum calamitates, & accidentia, parum aut nihil in ſubſtantia perceperat de fructibus hujus Prędii, quapropter eo minus videbatur inhęrendum ſupradictę aridę pręſumptioni, dum ea ſaltem aliquo modo conflictabatur 5 contrariis probationibus juxta jura notiſſima, de quibus *Palma Nepos allegat. 318. nu. 9., Rota deciſ. 130. nu. 13. coram Card. Celſo deciſ. 396. nu. 12. part. 18. recen., & in Romana Pecuniaria, ſeu Locorum Montium 11. Aprilis 1698. §. Nihil prorſus coram R.P.D. meo dell Olmo.*

Aſt neutrum ex præmiſſis fundamentis urgere valuit apud Dominus etiam ex officio obuiã euntes hiſce exceptionibus, dum Camillus etſi opportune laceſſitus hodie detrectaverit informare, confidentialiter dumtaxat, & ut dicitur, in manica mihi exhibens mox enunciata Teſtimo- 6 nia; Siquidem reſpectu primæ objectionis animadverſum fuit, quod deciſio Veralli, ipſaquemet doctrina *Baldi in dicta l. 1. C. de fruct. & litis expenſ.* expoſcentes rigidiorem, ſive concludentem probationem, percutiunt terminos, in quibus pertractetur de comprobanda ſubſtantia perceptionis fructuum, tunc etenim hujuſmodi factum perceptionis debet ex prædicta facilitate probationum poſitive juſtificari, rejectis conjecturis, ac probationibus æquivocis, aut alias imperfectis; Verum quoties, ut ad præſens, ex ipſa confeſſione Partis nulla verſatur ambago ſuper hoc facto perceptionis fructuum ſubalterna conſcenſio ad enucleandam quantitatem, in ordine ad quam difficile eſt ad invenire Teſtes ſive Agricolas, ſive Intereſſentes adeo ſedulos obſervatores hæc profecto levioribus demonſtrationibus contentatur, ſicuti reſpondendo ad memoratam *Baldi* authoritatem 7 in ſpecie diſtinxit, & obſervavit *Rota deciſ. 22. num 2. de reſtit. coram Achill. de Graſſ. deciſ. 439*

num. 2. *coram Coccino*, *deciſ.* 143. *num.* 10. *coram Bieb.*, *& dec.* 193. *num.* 15. *coram ſan: mem. Alexandro VIII.*, & paſſim quoad hoc ſecundum diſtinctionis membrum habetur ex *Natta conſ.* 510. *num.* 4. *& 7.*, *Surd. conſ.* 293. *nu.* 31. *Rota deciſ.* 479. *num.* 2. *part.* 2. *recen.*, *deciſ.* 2. *num.* 3. *coram. Vbald. part.* 3. *deciſ.* 1245. *nu.* 6. *& 7. coram Card. Seraphin. deciſ.* 17. *num.* 1., *& deciſ.* 586. *ſub num.* 2. *verſ. & alias*, ubi reſpondetur *deciſioni Veralli coram Cardin. Caveler. deciſ.* 189. *num.* 4., *deciſ.* 436. *num.* 6., *& dec.* 895. *num.* 7. *coram Cardin. Cerr.*, *& deciſ.* 17. *num.* 4. *coram. Emerix Juniore*, *& in Reatina Fideicommiſſi ſuper Liquidatione* 18. *Aprilis* 1701. §. *Et tanto magis cum ſeq. coram R. P. D. meo Priolo*, *& 17. Februarii* 1702. §. *Accedentibus coram R. P. D. meo Lancetta*.

Idque videmus aſſidue etiam ſub hac diſtinctione practicari in conterminis quæſtionibus, & contingentiis, quando videlicet agatur de liquidatione damnorum, & intereſſe cum ſimilibus, quia pariter præſuppoſita, atque firmata probatione damni, vel intereſſe in genere, li-
8 quidatio circa quantitatem veluti non ita facilis probationis recipitur, & admittitur cum fulcimento, & adminiculo leviorum probationum teſte *Nat. conſ.* 576. *num.* 5. *verſic. reperio etiam. Rota deciſ.* 173. *nu.* 6. *coram Buratt.*, *dec.* 361. *num.* 3. *coram Cardin. Cavaler dec.* 695. *num.* 2. *coram Dunoz. Jun.*, *& deciſ.* 54. *num.* 4. *part.* 11. *recen.*, & latiſſime habetur *in tractat. de Commerc. & Mercat. diſc.* 9. *n.* 20.

Dum igitur in hac ſecunda parte diſtinctionis leviores coniecturatæ, etiam approbantur juſtificationes valde planam in conſequentiam venit quod loco inſudandi ſuper acervo, vel pondere adminiculorum, minuſque perſtringentium probationum præcordia Judicium innitantur præſumptioni Juris annotati per *Accurſ. in d. auth. Peapetua* ſcilicet quod niſi contrarium oſtendatur, ſtabilia fructificare reputentur ſaltem ſcuta quatuor, prout æquitative ex jam præmiſſis noſtrum Tribunal a viginti circiter annis determinavit, atque ita quotidie ſemper ab inde citra in quibuslibet Caſibus reſtituendo-
9 rum, & reſpective liquidandorum fructuum inolevit, quemadmodum videre eſt in *deciſ.* 384 *num.* 3. *part.* 19. *recen.*, *deciſ.* 474. *in princip. & num.* 2.; *deciſ.* 887. *ante num.* 1. 1. *& num.* 4. *cum ſeqq.*, *& deciſ.* 928. *per tot. coram Emerix. Jun.*, *in Bononien. Evictionis* 21. *Aprilis* 1698. §. *Nihilominus coram Reverendiſſimo Domino meo Decano*, *in Piſauren. Succeſſionis prima Junii* 1699. §. *Quo vero coram R. P. D. meo dell' Olmo in Ariminen. fideicommiſſi*, *ſeu tranſactionis* 21. *Junii* 1700. §. *finali coram R. P. D. meo Scotto*, *& in Nucerina legitimæ* 3. *Februarii hujus anni coram R. P. D. meo Caprara*.

Eſtque hoc conforme omni rationi, & diſcurſui, cum in quacumque diſputatione, ac materia habens pro ſe regulam, ſive præſumptionem Juris relevetur ab onore probandi & e converſo habens contra ſe eamdem regulam juris obſtringatur docere de limitatione in illo caſu præciſo ut inquit *Valenzuel. conſ.* 97. *num.* 217. *& ſeq.*,
10 *Caſtill. Controv. Jur lib.* 6. *cap.* 180. *num.* 16. *Manſ. conſult.* 95. *num.* 11. *& ſequen. Torr. de Majorat. part.* 2. *quæſt.* 58. *num.* 48. *& 49.*, *Rota Iannen. penes Palm. Nep. alleg.* 795. *num.* 35. & in ſpecie conſideratum etiam fuit in *deciſ.* 384. *num.* 3. *& ſequen. part.* 19. *recen.*, *repetitur coram Emerix Iun. deciſ.* 290. *num.* 4. *& 5.*, ubi quod hæc regula ſive præſumptio non tollit, quin per Actorem plus comprobetur, vel minus doceatur a Reo, ſicut eſt de natura cuiuslibet regulæ judicandi normam tantummodo deſignantis quouſque per habentes deſuper intereſ-
11 ſe diverſimode evincatur *Rot. deciſ.* 177. *n.* 8. *& deciſ.* 396. *num.* 12. *part.* 18. *recen.*, *& in Terracinen. Legati* 26. *Iannarii* 1688. §. *Prout minus coram clar. mem. Card. Matthæio*, *& in Romana Pecuniaria*, *ſeu Locorum Montium* 11. *Aprilis* 1698. §. *Niſi prorſus coram R. P. D. meo dell' Olmo*.

Neque diſcedendo ab hoc propoſito frequentia pariter tenemus exempla etiam in forte durioribus circumſtantis. Quoniam ubi Partes, ſive Contrahentes ad veriſimilem, & honeſtam taxationem fructuum ſive naturalium, ſive Civilium devenerint ad ſummum ſtante huiuſmodi taxatione reſtabit obligatus illam ſervare Creditor, qui illam ſibi voluntarie præſcripſit, ſed reſpectu Debitoris eodem ſane modo reſtat firma taxatio, donec contrarium concludentiſſime patefecerit, ſecundum ea, quæ in ſpecie taxationis fructuum naturalium ad mentem *textus in l. Curabit C. de act. Empt.* celebris eſt deciſio 2. coram ſan: mem: Alexandri VIII. & in propoſito fructuum Civilium, vel ex Cauſa
12 legitimi intereſſe vel Cambiorum liquet pænes *Giovagnon. conſ.* 46. *num.* 5. *& ſeq. lib. primo*, *Ioſeph de Roſ. conſult.* 13. *ſub. num.* 21. *& ſeq. lib. primo*, *Andreol. controv.* 83. §. *Et hinc*, *& in tractat. de Commerc. & Merc. diſc.* 67. *ex num.* 4. *uſque ad* 9., *Thomat. deciſ.* 132. *& num.* 35., *Armenzan. deciſ. Iannen.* 15. *num.* 21. *& 22.*, *Rota in Romana fabricæ.* 4. *Iulii* 1696. §. *Et licet cum ſeq. coram bon. me Urſino*.

Ex his everſo priori fundamento nullatenus arriſit ſecundum, licet etenim ad limites præmiſſorum ubicumque Camillus oportuno tempore, & in promptu per plena, & concludentia documenta oſtendiſſet fuiſſet recedendum a predicta præſumptione, & taxa legis, adhuc amaritudo ceſſabat ex facto, quia in præſenti idem Camillus extra acta, & ut premiſimus in Vigilia propoſitionis extradiderat quædam informia teſtimonia duorum Ruſticorum non attendibilia ad offuſcandam, nedum faciendam perfectam probationem uti requiritur ad deſtru-
13 endam toties inculcatam præſumptionem Juris, potiſſime in hoc iudicio retinente quodammodo ſpiritum executiuum ipſius rei iudicatæ, ut admonet *Galleſ. de obligat. Camer. quæſt.* 35. *num.*

Digitized by Google

num. 5. verſ. ſed. proceditur ſummarie, *Rota deciſ. 595. num. 4. verſ. quæ liquidatio coram Vbaldo*.

Et ita Anna, litiſque Couſortibus tantummodo informantibus reſolutum fuit &c.

MELEVITANA PENSIONIS SUPER EXPENSIS.

Ven. 17. Februarii 1702.

ARGVMEMTVM.

Expenſç an, & quando ſint liquidandç. Sportulæ in cauſis Penſionum Eccleſiaſticarum in qua ſumma, ſeu quantitate ſolvendæ ſint, & referuntur Conſtitutiones ſummorum Pontificum, qui illorum quantitatem taxarunt.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ nunquam liquidantur, ac reficiuntur niſi in fine litis.*
2 *Expenſæ nil facientes ad ſtatum cauſæ ac tuitionem, victoriamque parandam ut pote voluntariæ, & inutiles merentur reſecari.*
3 *ſuccumbens tenetur reficere quidquid Pars provocata exburſavit, & paſſa eſt pro conſequenda victoria, idque in pænam temere oppugnationis.*
4 *Sportulæ in qua ſumma ſint ſolvendæ in cauſis Penſionum Eccleſiaſticarum.*
5 *Refertur Conſtitutio* S. M. Innocentii XII. *præcipiens ut ſportulæ ſint ſolvendæ juxta Menſarum* Text. in L. Hereditatum 68. ff. ad L. Falcid.
6 *Princeps poſterior poteſt derogare Conſtitutionibus aliorum Principum anteceſſorum.*
7 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
8 *Exceptio congruæ ad ſubſtentationem devicti reſervandæ non ſpectat ad inſpectionem exceſſivitatis expenſarum, ſed examinanda eſt in actu conſumandæ executionis.*

DECISIO CCXXXII.

FActa, ut par erat in ſequelam Rei Judicatur a Reverendiſſimo D. meo Molines Decano ultimo hujus cauſç Judice, ſeu Delegato, taxatione expenſarum ad quam prçcedentes etiam ſententiæ condemnaverant Joannem Antonium ſuccumbentem, cum regulariter expenſæ nuſquam reficiantur ac liquidentur niſi in fine litigii *ſpeculat: in prax: ſub rubr: de expens:* §. 4. *n.* 14. *in fin.* unde Judices in aſſueta formula ſententiarum plectentes quoque victum in expenſis uſurpant illa verba, *quarum taxationem Nobis, vel cui de Jure reſervamus* perperam adverſus eamdem taxationem inſurrexit, & reclamavit Ioannes Antonius, quia hodie ad normam Reſcripti Signaturç Iuſtitiæ, ſemper in hac materia liquidutoria prima ſolum vice reſcribentis, ſive cauſam committentis *ab exceſſiva taxatione* ſtatim eſſulſit de nullo exceſſu memoratæ taxationis immaginabiliter apparere.

Fragile quippe detegebatur primum caput prçtenſæ exceſſivitatis elicitum ex eo, quod male fuerit in præfata taxatione demandata refectio expenſarum a Petro Paulo Victore erogatarum in examine quorundam Teſtium ſuper Juſtificatione valoris Beneficii, dum enim controverſia reſidebat, utrum idem valor fuiſſet prçſuppoſitus Papæ in Ducatis 150. ſicut indicabat ſupplicatio manu Sanctiſſimi ſignata in reſervatione Penſionis ad commodum Petri Pauli, vel potius in Ducatis 200. quemadmodum præſeferebant ipſç litteræ deſuper expeditç hinc (uti arguebat Joannes Antonius) reficiendç non erant memoratæ eſpenſç, tanquam non attingentes momentum prçlaudatç Controverſiæ, Teſtes etenim nullatenus, nec circa hoc ſubſtantiale punctum quidquam proferebant, neque in eorum depoſitione juſtificabant aſſenſum a Petro Paulo oppugnatum in Ducatis 200., quaproter hujuſmodi expenſç vel facientes ad ſtatum cauſç, ac tuitionem, victoriamque parandam, utpote voluntariç, 2 otioſæ, & inutiles merebantur omnino reſecari *ad tradit. per Surd. conſ.* 64. *per tot.*, *Aſin: in prax:* §. 32. *cap.* 3. *n.* 6., *& cap.* 4. *n.* 4. *Caravit. ſuper Rit. magn. Car. Vic. rit.* 118. *n.* 3., *Franc. deciſ.* 331. *n.* 3., *Rot. deciſ.* 420. *n.* 2. *verſ. nec conſtat coram Durano, eo deciſ.* 125. *n.* 14. *coram Bich.*, *& deciſ.* 96. *n.* 14. *coram Vbago*.

Agnitum enim fuit nequaquam aptari poſſe huic generi eſpenſarum ullam ocioſitatem, quia cum Joannes Antonius impugnaverit abſolute hujuſmodi Penſionem nec unquam confeſſus eſſet, quod valor aſcenderet ad Ducat. 150., quin etiam dicta, & relevantiam horum Teſtium formiter dilaniare ſategiſſet, profecto Petrus Paulus a procaci ejuſdem Joannis Antonii denegatione laceſſitus, omnino coactus remanſerat ad ſe ſe muniendum hoc clipeo Juſtificationis, unde palam conſequebatur, quod expenſe ex hoc capite defenſionis toleratæ, per Joannem Antonium forent refundendæ, cum ſuccumbens teneatur reficere quid quid Pars provocata exburſavit, & paſſa eſt neceſſario pro conſequenda Victoria, 3 idque in pçnam temeræ oppugnationis, ac litigationis ex collectis per *Gob. conſul.* 29. *n.* 31. *Rot. deciſ.* 319. *n.* 7., *&* 8. *coram Carill. cum aliis pluribus in deciſ.* 273. *n.* 4. *coram Priol. & alibi quotidie*.

Pari vulnere inficiebatur ſecundum caput aſſertæ exceſſivitatis circa ſportularum ſolutionem ſub prætextu, quod importantia Penſionis aſcenderet dumtaxat ad Ducat. 53. una cum tribus quartis alterius Ducati, non eſſent id circo ſolvendæ æedem ſportulæ ad rationem ſcuturum 25., ſed dumtaxat decem obſiſten-

ſiſtentibus Bullis, ac Reformationibus ſan: me:
4 Pii IV., & Pauli V. clare decernentibus per hæc verba *in Beneficialibus vero ſi redditus annuus, de quo agitur non excedat ſummam Centum Ducatorum, ſimiliter Decem*, quamobrem ſtante hac Pontificia, ſupremive Principii ordinatione, taxatio ſuper excedens ad ſcuta 25. pro ſolis Ducatis 53. in lite degladiatis eſſet apertiſſime reſecanda, ut in propoſito ſimilium Conſtitutionum, quo ad ſolutionem ſportularum habetur *apud Buccaferr. reſp. 73. n. 20. Tort. ad ſtat. Pap. rubr. 49. n. 24., & ſeq., Pigant. ad ſtat. Ferr. rubr. 83. n. 7. Doyen. de ſalar. ſent. cap. 6. n. 14., Carolus Rubeus de confuſ. Iur. cap. 3. §. 1. n. 264., & n. 277. R. P. D. Maſſerius in prax. legat. æmil. lib. p. cap. 31. n. 28.*

Siquidem huic capiti, & querimoniæ occurrebat ſauctiſſima præordinatio glor. me. Inno-
5 centii XII., quæ poſteriori loco ædita ad conſulendum communi indemnitati, & utilitati æqua lance compenſans juxta ſubjectam materiam unam præfinitionem cum altera omniaque ad juſtitiam, & æquitatem reducens expreſſe *ſub* §. 38. *præcipit, quinto in cauſis Alimentorum, Penſionum Eccleſiaſticorum, atque in aliis Iuribus vitalitiis æſtimatio Sportularum fiat juxta menſuram Tex. in l. Hæreditatum 68. ff. ad l. falcid.* ut in eius Conſtit. impreſſ. in particul. Bullar. in ordin. la 34. fol. 152. in fin. Quamobrem cum inhærendo præſumptioni, ſeu determinationi ejuſdem *l. Hæreditat.* taxa ci-
6 tra dubium correſponderet ipſi noviſſimæ Conſtitutioni, non erat diſcurrendum quid quid forte in oppoſitum ſanciviſſent Principes Anteceſſores ad *Tex. in l. pacta noviſſima C. de pact. & tradit. per Alb. conſ. 760. n. 61., Manſ. conſult. 6. n. 14., & in terminis ordinationum ſuper ſportulis, Cyriac. contr. 67. n. 3. & 4., Paltell. exped. cauſ. civil. annotat. 93. n. 16., Doyen. de ſalar. ſentent. cap. 6. n. 16. modern. Aſcul. ad ſtat. urb. tom. 1. annotat. 5. art. 2. n. 137., Rota in Bonon. ſportularum 22. Iunii 1193. §. His accedit coram Reverendiſſimo D. Decano & individuo hujuſmet Reformationis ſan. me. Innocentii XII. ſuper ſportulis Penſionum dixit Rota in Romana Alimentorum ſuper expenſis 22. Ianuarii 1700. §. Et obid ſeclusa coram me.*

Non minori tandem levitate, aut ſaltem equivocatione inſurgebat certum poſtremum caput allegatę exceſſivitatis conſiſtentis in liquidatione Ducatorum tranſcendente reſoluta in altera Melevitana expenſarum 24. Junii 1700. coram R. P. D. meo de la Tremoille, quia nuſquam Pars, ſivi Informantes pro Petro Paulo auſi fuerant attentare, quod ejuſmodi Ducata de quibus obloquebatur taxatio tranſcenderent in effecta prædictā reſolutionem ſtabilientem refuſionem Ducatorum in Inſula Melite faciendam eſſe ad rationem Juliorum undecim pro quolibet Ducato, & per conſequens non erat ratio ob quam Do-
7 mini ſuper hoc tertio capite immorarentur, tanquam ſuper non ante, cujus fruſtra diſquirimus qualitates at inquit l. C. in l. *ejus qui in Provincia vers: Quoniam ff. ſi cert. petat. cum aliis collectis per Palm: nep: allegat:* 297. *n.* 13., Rota in Romana Alimentorum ſuper *expenſi* 22. Januarii 1700. §. Dilata coram me

Hæc quoad prætenſam exceſſivitatem, qui vero ad ſubalternantem exceptionem de congrua ad ſubſtentationem devicti reſervanda, di-
8 ctum fuit hanc non eſſe de pertenentiis hodiernę inſpectionis ſedulius examinandam in actu conſumendę executionis, prout ad rem in ſimili reſpondet *Rota deciſ. 221. n. 1. parte 10. deciſ. 391. n. 4., & 5. parte 16. rec. & deciſ. 262. n. 5 & 6. coram Card. Celſ., & optime infraternizantibus terminis obiecte per Mulierem exceptionis ſalva medietate Dotis &c. deciſ. 61. 3. coram Emerix Jun:*

Et ita &c. utraq. &c.

ROMANA PECVNIARIA

Ven. 17. Februarii 1702.

ARGVMENTVM

Socius nequit aufugere Legalitatem librorum inſcriptorum ab inſtitore de communi conſenſu electo. Compenſatio an & quando admittatur etiam reſpectu creditorum anteriorum, ſive intermediantium.

SVMMARIVM

1 *Socius aufugere nequit legalitatem ſeu probationem librorum inſcriptorum ab Inſtitore communiter electo in præjudicium Creditorum, qui ei dem Inſtitori fiderant.*
2 *Compenſatio admittenda non eſt inter clarum, & turbidum inter liquidum, & illiquidum*
3 *Debitor obligatus deponere, ſpoliatus non remanet poteſtate experiendi Jura ſua in concurſu cum aliis creditoribus.*
4 *Circuitus, ac erumnoſæ creditorum defatigationes non permittuntur a Tribunalibus, ſed ſola realitate facti introſpecta de bono, & æquo dijudicane*
5 *Compenſatio crediti certi, & indubitati quantumvis poſterioris admittitur reſpectu Creditorum anteriorum, ſive intermediantium.*
9 *Inpenſionibus Urbanorum prædiorum tot cenſentur eſſe credita, quot ſunt termini vel dies.*
7 *Partita jam ſolidatæ in nulla conſideratione habendæ ſunt.*

DECISIO CCXXIII.

Denegata fuerat in integrum reſtitutio ex parte hæredum bo. me: Ludovici Caſalii anxie, expetita adverſus monitum ad ſimplicem tamen effectū deponendi relaxatum ab A.C. pro ſc. 2479. con ejuſdem Ludovici hæreditatem ex fundamentis luculenter recenſitis in deciſione 4. Julii 1696. coram bo: mem: Emerix Jun. inter ſuas

ſuas haetenus impreſſ. deciſ. 1365. . ſed iterum
reclamantibus memoratis hæredibus reſtaurata
que proinde oppugnatione coram me in locum
ipſius Emerix Jun. ſubrogato hodie excepto
dumtaxat quodam moderamine, de quo infra
perſtitum omnino fuit indeciſis.

Nulla etenim potuit adoleſcere ſolida difficul-
tas ſuper ſubſtantia, ſeu realitate debiti Ludo-
vici, ex quo de illius veritate alibi non appare-
ret, quam ex libris ſocialibus, quia eum idem
Ludovicus foret unus ex ſociis, ſeu accoman-
dantibus Fundaci Negocio, de quo agebatur.
Fabro Inſtitori communiter electo utique nequi-
bat hujuſmodi librorum ab eodem Fabro Inſcri-
ptorum probationem, aut legalitatem aufuge-
re præſertim in conflictu externorum Credito-
rum, qui ſiderant eidem negocio, & inſtitori,
1 ex authoritatibus ſatius congeſtis in *d. dec. 1375.
ſub n. 1. cum duobus ſeqq. coram Emerix Jun.*
quicquid dicendum foret quoties Ludovicus ta-
lem adminiſtratorem minime coelegiſſet *ex Ale-
xand. conſ.* 186. *n. 2. & 3. lib. 2., Munoz. de ratio-
cin. cap.* 13. *ſub n. 5. verſ. ſi is facto, & n. 6. de
quibus in tractat. de Commerc. & Mercat. diſc.* 80
n. 8.

Firma igitur remanente ſubſiſtentia præfati
debiti illud imminui poſſe Domini non reputa-
runt in ſumma ſc. 840. pro totidem Ceſſis a Par-
do in tot mercibus exactis a prænominato Fabro
hæc partita pertineret ad Ludovicum. Vltra
enim, quod abunde nonminus illa noſcebatur
interverſa in preterita relata *d. c. ex n. 9. cum
tribus ſeqq.* cui Domini ſe ſe, habuere remiſſi-
ve, ex quo nihil penitus denuo quodue nova
reſponſione indigeret afferebatur hodie ab hę-
redibus ad huc ſemper exuberabat ipſamet diſpu-
tabilitas ad finem ne poſſet hujuſmodi ſumma
contentioſa contraponi ſive compenſari cum de-
bito liquidiſſimo Ludovici recalcitrante natura
ejuſdemmet compenſationis nuſquam admitten-
dę inter clarum, & turbidum inter liquidum,
2 & illiquidum ex plene deductis *apud Alexand.
conſ.* 93. *n. 1. lib. 4., Modern. Berſan. de compen-
ſat. cap. 2. quæſt. 2. n. 25. Afflict. dec. 381. n. 6.
Rot. dec. 2. n. 10. p. 16. dec. 22. n. 4. p. 18. dec. 402.
n. 7. p. 19. rec. dec. 511. n. 8. coram Emerix. Jun.
& in Romana pecuniaria 17. Februarii* 1698. §.
*finali coram Reverendiſſima D. meo Decano, &
in Baren. Concurſus 30. Martii* 1699. §. *Minus
quoq. coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Inſuperabilius vero, quia mandatum A. C.
quodue ex ſpiratione fatalium tranſiverat in
rem judicatam ſonabat, ut præmiſimus tan-
tummodo ad effectum deponendi per quod nul-
la fiebat iniuria prædictis hæredibus, ſi interim
obligarentur deponere pro computo ut aiunt
a parte totum illud de quo Ludovicus debitor ap-
parebat indubitatus, quia non per hoc, ſi quod
e converſo ejus hæreditas ſibi legitime deberi
prætendebat ſpoliabatur poteſtate experiendi in
ra ſua in concurſu eum cæteris indiferentibus
Creditoribus occaſione decernendę poſtmodum
3 compenſationis earumdem pecuniarum quem-
admodum frequenter reſponſum & pratica-
tum fuit ut ſignanter *in dec. 312. n. 4. coram Card.
Cavaler. deciſ. 4. n. 18. poſt. Salgad. in Laberint.
Credit. dec. 177. n. 11. p. 10. dec. 104. n. 5. & 6.
p. 16. rec., & in Rom. Cambii 4. Julii* 1678. §. *Si-
quid. coram Reverendiſſimo D. meo Decano, in Ba-
ren. Moderationis Monitorii 6. Februarii* 1697. §.
*Neq. coram R. P. D. meo ſcotto, & in Carpen-
toraten. ſeu rationem Primogenituræ 13. Septem-
bris* 1700. §. *Fruſtra coram R. P. D. meo de la
Tremoille, & antea in Rom. Cambii 30. Aprilis
ejuſdem anni §. Impulit coram Me.*

Et quamvis hæ eędem poſtremæ regulæ, ac
undique perſpicuæ in jure forſan potuiſſent ex-
cludere omnem aliam partitam, ac moderatio-
ne enixe eflagitatam ab hæredibus placuit nihil
exuere juſtum hunc de cetero rigorem, tum er-
ga quaſdam partitas vini aliarumque rerum,
quaſpoſt annum 1675. extradiderat Ludovicus
pro ſervitio negocii præ referentes quantitatem
ſc. 63. tum etiam circa conſimilia ſc. 493. ex cau-
ſa penſionum Domus, & annexorum de Domi-
nio Ludovici exiſtentium quævis ipſi Fundaco
deſervierunt cum etenim limpidiſſime, & in-
controvertibiliter appareret de hiſce privatis
Creditis Ludovici nihil habentibus commune
cum titulo ſociali aſperum interea videbatur
condemnare hæreditatem ad faciendum depoſi-
tum hujus utriuſque quātitatis quando palmaris
erat juſtitia retentionis, ac compenſationis pro
iiſdem partitis certo certius recuperandis ab hę-
redibus æquitas namque ſupremorum Tribuna-
lium leniendo juris aſperitatem non tolerat hos
circuitus, ac erumnoſas defatigationes, ſed
4 ſola realitate facti introſpecta de bono, & æquo
dijudicant Teſtes *Honded. conſ. 59. n. 68., Jou-
de contract. minor gloſſ. 6. §. 4. n. 54. ex pluribus
ſequen. Fontanell. dec. 448. n., Rot in Rom. Cen-
ſus 14. Martii* 1700. §. *Et ratio eſt coram me, &
in Rom. Secretariatus Apoſtolici 14. Januarii* 1700.
§. *Quin validitas coram R. P. D. dell' Olmo Ma-
gno Cancellario Mediolani.*

Maxime, quia non excedendo confinia com-
penſationis adeo ſpectabilis eſt hæc epicheja,
ut ne idem ex una parte debitor, & ex alte-
ra Creditor compellatur ſentire detrimentum
actualis ſolutionis pro ſuo debito ſub timore diſ-
ficilioris recuperationis ſui Crediti permittant
leges eademque Superiora practicent judican-
tium ſubſellia admitti compenſationem cre-
diti certi, quantumvis poſterioris reſpectu Cre-
ditorum Anteriorum ſive intermediantium
5 ſicuti teſtificando proſequitur *Card. de Luc. de
credit. diſc. 46. n. 15., Gob. conſult. deciſ.* 130.
*pariter n. 15., Rota in Bononien. Pecuniaria 5.
Maii* 1681. §. *Nullatenus coram clar. me. Card.
Mathejo cum aliis in Romana. Pecuniaria 14.
Martii* 1701. §. *Et altera coram me.*

Non bene huic poſtremæ contrapoſitioni
hæredum ſatisfaciente priore *d. bo. me. Eme-
rix Jun. ſub §. finali alias poſt num.* 12. §. Ne-
que

Digitized by Google

que demum quoniam illa illiquiditas adverſus haſce penſiones inibi conſiderata, quo duravit ſcripturatio librorum negocii ex qua ſane ſcripturatione dicebatur oriri illiquiditas, ſed cum ab anno 1676. ceſſaverit eadem ſcripturatio non poterat non bonificari ipſis hæredibus enumerata quantitas ſc. 493. quemadmodum importat ex poſt ultimum trimeſtre ejuſdem anni 1676. una cum toto decurſu uſque ad totum affictum anni 1678. ex quo conſimiles penſiones Prędiorum Urbanorum numeratque tot cenſentur Credita quot ſunt termini,
6 vel dies nequibat offuſcare ſubſequentes de jurę omnino diſtinctos, & ſeparatos ex his, quæ circa primam concluſionem cumulantur *apud. Spad. conſ. 33. n. 2., Card. de Luc. debenefic. diſc. 84. n. 4. R. P. D. Corradin. de jur. prælation quæſt. 27. n. 12., Antonell. de tempor. legal. lib. primo cap. 97. n. 1. ſeqq., Rot. dec. 20. n. 3. & ſeqq. coram Duran., & in Rom. Caſtri Porciliani ſuper reſervatis 13. Martii 1701. §. Quam etiam coram R. P. D. Lancetta, & circa ſecundam Bald. conſ. 152. in fine lib. 3. Soccin. ſen conſ. 24. ſub. n. 36. lib. 1. Paitell. expedit Cauſ. civil. 50. n. 31., Rot. Lucen. inter collect. per Modern. Palmanepos tom. 2. dec. 160. num. 5., Rota dec. 220. n. 5. coram ſan. me. Gregor. XV., & dec. 155. n. 3. poſt. Zecch. de oblig. Cameral.*

Retentaque hæc neceſſaria temporis diſtinctione non fuerunt a contrario hæredibus permiſſa compenſari niſi dumtaxat prælaudata ſc. 36. rejecta ulteriori ſumma prætenſa per eoſdem aſcendente in pluribus partitis ad ſc. 205. 47. qua cum ſub annis 1673., & 1675. manſierint hæc computa a negocio ſociali independentia ſolidata cum eodemmet Ludovico, ra-
7 tio profecto habenda non erat de illis partitis. quæ jam extiterant mediante hujuſmodi ſolidatione bonificatę, & extinctę, ut alias in propoſito reſpondit *Surd. conſ. 120. n. 100., Poſth. reſolut. 67. n. 5., Modern. Manſ. conſult. 178. n. 39. cum aliis in tractat. de Commerc. & Mercat. diſc. 26. n. 48., Rot. dec. 580. n. 4. coram ſan. me. Gregor. XV., & deciſ. 5. num. 1. par. 6. recen.*

Atque ita a prędatis ſc. 2479. comprahenſis in mandato A. C. reſecatis ſc. 63., & reſpective 493. in totum conſtantibus ſc. 556. Domini re iterum mature diſcuſſa prono animo abjerunt ut ſupra cum reſolutis utraque &c.

PAMPILONEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 6. Martii 1702.

ARGUMENTUM.

Inſtitutio debetur habenti majorem partem vocum, & quomodo ſint voces commenſurandę. Symonia quibus probationibus, ſit probanda, & an probationes debeant eſſe undique concludentes, ſola diffamatio ſymonię, an ſit ſufficiens ad privandum aliquem Beneficio, & de diſtinctione.

SUMMARIUM.

1 *Inſtitutio debita eſt illi qui ad ſui favorem plura dinumerat vota Patronorum, etiamſi in alterius oppoſitoris Perſona maiores ſuperemineant qualitates.*
2 *Et de ratione.*
3 *In electionibus ſufficit quilibet exceſſus ſupra vota in alios diſperſa.*
4 *Conſtitutiones Synodales veniunt regulariter omnino ſervandæ, atque habendæ pro Lege Diæceſana.*
5 *S. Rota, & Tribunalia multum deferre conſueverunt Peritis in faciem loci controverſiam diſquirentibus.*
6 *Verificationi Requiſitorum factæ a Patronis ſtandum omnino eſt, & de ratione,* ubi ſupra num. 5.
7 *Limita ſi doceatur de injuſtitia verificationis, ac Peritiæ, quia tunc Jura neceſſario largiuntur provocantibus recurſum ad ſuperiores.*
8 *Quinimo hoc caſu datur etiam appellatio ab irrationabili Judicio ipſius Epiſcopi in materia collationis Parochialium.*
9 *In electionibus præponderat ille qui majorem vocum partem habet.*
10 *Ex ſubhaſtatione, & effectiva numeratione pretii quis efficitur plenarius Dominus.*
11 *Inſtrumentum publicum facit probationem undique probatam.*
12 *Tutori recte valet exercere Jus præſentandi niſi Pupillus exiſtat major ſeptennio, & veluti capax, habiliſque ad ejus animum explicandum diſcordet a Tutore, alterumve præſentet.*
13 *Tarditas oppoſitionis præſumere facit illius injuſtitiam, & inſubſiſtentiam.*
14 *Decuriones, ſeu ſyndici habent generale mandatum ad peragenda ea, quæ alias ad ipſum Corpus, ſeu communitatem pertinerent.*
15 *Declara quod in hoc propoſito attendenda præmaxime ſit loci conſuetudo.*
16 *Univerſitas jure ſingulari ſuccedens poteſt exercere omnia quæ eidem ſingulari ſucceſſioni inhærebant.*
17 *Incluſio unius alterius perneceſſe præſefert excluſionem.*
18 *Habens plures uncias, ſeu ratas ejuſdem voti trahit ad ſe totum votum.*
19 *A locatione, contrarium non apparente, arguitur dominium.*
20 *Simoniacus omni jure repellendus eſt a conſecutione Parochialis.*
21 *Simonia probata ſemper dicitur quoties pactum ſubſecutum conjungitur cum antecedenti pactione.*
22 *Simonia tunc adeſſe dicitur quoties conventum fuerit pretium temporale vel alia res pretio æſtimabilis inter dantem, & recipientem.*

23 *Omnis*

23 *Omnis præſumptio ſumenda eſt pro excluſione ſimoniacæ pravitatis.*

24. *Simonia probari poteſt ex coniecturis, & præſumptionibus, quæ exiſtant claræ, & Symoniam utique concludant.*

25 *Coniecturæ. niſi ſunt in ſe perfectiſſimæ, coniungi minime debent.*

26 *In materia ſimoniæ non licet multiplicare præſumptiones, & interpretationes, cum ſit materia quæ delictum involuit, & ſapiat ipſam hæreſim.*

27 *Beneficia incompatibilia uno eodemque tempore retineri non poſſunt.*

28 *Promiſſio de facto alieno non tenet etiam in materia prophana, niſi ſupera accedat clauſula:* alias de proprio.

28 *Ad concludendam ſymoniam ſatis non eſt extitiſſe probatum effectum, niſi de antecedenti conventione inſimul manifeſtiſſime doceatur.*

30 *Vbi agitur de privatione Beneficiis, ſymoniæ probationes debent eſſe ineluctabiles, ſecus ſi agatur de repellendo aliquem ab aſſecutione Beneficii, quo caſu ſuperabundat ſola diffamatio ratione ſcandali ſemper evitandi.*

41 *Teſtis, ſi ſit unions ſuſpectus, cenſetur de falſo, & nihil penitus probat.*

DECISIO CCXXXIV.

VTcumque computarentur (quemadmodum per hæc ipſa verba reſpondit in *altera Pampilonen. Parochialis Rota deciſ.* 116. *num. primo* §. *Et ceſſat, coram Durano*) Vtcumque, inquam, computarentur Vota abeuntia in Joannem, ac reſpective in Martinum invicem contendentes de aſſecutione Parochialis Eccleſiæ *Ollovaren.* Dominis irrefragabiliter, ac ſemper effulxit præponderatio ſuffragiorum præeligentium ipſum Joannem; ideoque non ſolum ad Limites Synodalis inibi vigentis Conſtitutionis quam Juris communis eumdem Ioannem inſtituendum fore reſponderũt. cum inceſſanter debita ſit illi Inſtitu-
1 tio, qui ad ſui favorem plura dinumerat Voto Patronorum, etiamſi in alterius Oppoſitoris Perſona majores ſuperemineant qualitates, juxta celebrem *Textum, ibique Gloſſ. in cap.* 3. *verb. qui minoribus de Iurepatr., Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſc. alleg.* 72. *num.* 199., *Rota deciſ.* 202. *num. primo part.* 2. *recentior. deciſ.* 878. *num.* 2. *coram Cardinali Seraphino, deciſ.* 942. *num primo coram Buratto, deciſ.* 94. *num.* 8. & 9. *coram Durano, & deciſ.* 202. *num.* 11. *coram Pentingerio, & in Cretina Beneficii* 21. *Januarii* 1701. §. *A contrario coram Me.*

Eaque eſt ratio, quia quoties Beneficium etiam Parochiale ex benigna Eccleſiæ conceſſione pertinet ad Juſpatronatus Laicorum, non intrat Rigor ille Concurſus, qui in hujuſmodi Parochialibus, ad liberam Collationem Epiſcopi attinẽtibus ſacroſanctè ordinatur per Concilium Tridentinum; ſatiſque eſt, quod ita præelectus ſeu præſentatus prævio Superiorum,
2 ſive proprii Paſtoris examine, ad exantlandam Curam Animarum comperiatur idoneus, ſicuti optime diſtinguit *Barboſ. ubi ſup. ſub numer.* 198. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 6. *num.* 138., *Garz. de Benefic. part.* 9. *cap.* a *num.* 157., *Rota deciſ.* 494. *num.* 2. *ibique Adden. num.* 3. *coram ſa: mem: Gregor. XV.*, & in terminis huius Diœceſis, *Rota deciſ.* 942. *nu.* 2. *coram Buratt. & d. deciſ.* 94. *num.* 10. *coram Durano*

Applicando ſiquidem ad rem, cum, vigore præfatarum Ordinationum Synodi Pampilonen. Jus præſentandi ad controverſam Parochialem ſpectaret ad Incolas ipſius Loci; dummodo hi veros penates in eodem loco cuſtodirent, ſive actu retinerent, ut in Italica ſonat translatione *la Caſa abitabile, dove tenga ſuo Fuoco, e Porta alla ſtrada.* Tamquam vero genere hoc requiſitorum ſuffulti effective ac materialiter convenerint Perſonę, ſeu Vota 45. & iſtorum ſolummodo 22. præelegerint Martinum, ſuffragia autem 23. deſcenderint in Joannem, planum erat, quod ſic in confuſo, & abſque alia Trutinatione eorumdem requiſitorum numerus major ſtaret pro Joanne. Vbi vero poſtpoſita hac confuſione, ac materiali Computo concurrentium ad hanc electionem implendam, libuiſſet rigidius introſpicere numerum illorum, qui infallanter prædití noſcebantur Synodalibus requiſitis, eoque; pariter Caſu ad normam illorum Peritorum, quos ibi nuncupant *Verificatores*, amputatis utrinque dubiis ſuffragiis, cuncta aſcendebant ad decem; quapropter, dum pari ſorte ſolum quatuor ex his nominarunt Martinum, ſex vero abierunt in Joannem, nulla reſtabat occaſio ambigendi de ſupramemorata majoritate Votorum pro Joanne, cum ſufficiat
3 in Electionibus quilibet exceſſus ſupra Vota in alios diſperſa, ex communiter affirmatis poſt *Abbat. in cap. quoniam* 3. *num.* 13. *de Iurepatr. per Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. alleg.* 172. *num.* 198. *Vivian. de Iurepatr. lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 3., *Card. de Luc. de Iurepatr. diſc.* 61. *ſub num.* 17. & 23., *Rota deciſ.* 443. *num.* 19. & 20. *coram Merlino.*

Et utique magnopere facienda reputata eſt perquiſitio facta a prænominatis, Verificatoribus non ſolum quia illorum judicio, ac luſtrationi ſtandum eſſe ſanciverant præfatæ Conſtitutiones Synodales, quæ veniunt regulariter omnino ſervandæ, atque habendæ pro Lege Diœceſanæ
4 ut generaliter cenſuerunt *Gavant. in Manual. Epiſcop. verb. Synodus Diœceſana, num.* 65., *Barboſ. in collectan. ad Concil. Tridentin. ſeſſ.* 24. *de reformat cap.* 2. *num.* 35., *Pax Iordan. var. elucubrat. tom.* 2. *lib.* 8. *titul. primo num.* 28. cum aliis late præadductis per *Modern. Romaguer. ad Synod. Gerrund. lib. primo tit. primo cap. primo n.* 39. *& ſeqq.*, & in ſpecie noſtra *Rota d. dec.* 116. *num.* 5. *coram Durano.*

Verum etiam, quia aliàs quodammodo redderetur nimis diſpendioſa, & forſan impractica-

cabilis arctior Indagatio præfatorum Requiſito-
rum, quando fieri, aut ſingulariter recogno-
ſci deberet in ulterioribus Judiciis Appellatio-
num, & ſignanter in Curia, & Sacra Rota, dum
oporteret ingentes, ſeu innumeros conſtruere
Proceſſus una cum multiplicatis plerumque lit-
teris remiſſorialibus examinibus Teſtium, in-
ſtrumentis & Peritis non ſine admodum luctuo-
5 ſa ac diuturna viduatione ipſius Eccleſiæ Paro-
chialis: Vnde ſicuti in quibuslibet materiis in-
differentibus Rota, & Tribunalia multum defe-
runt Peritis in faciem loci Controverſiam diſ-
quirentibus, ad tradita per Poſth. de Manutent.
obſerv. 101 num. 5., Rota dec. 58. n. 23. coram
Ninutt. in Romana Fideicommiſſi Proſperi Senio-
6 ris de Caffarellis 24. Januarii 1676. §. Quamvis
coram Reverendiſſimo Bourlemont, & in Romana
Reſciſſionis Contractus 5. Aprilis 1677. §. Maxi-
meque in hac Cauſa coram Eodem; Ita a fortiori
ob memoratas circumſtantias fidendum in du-
bio hujuſmodi verificationi, dixit eadem Rota in
præfata altera Pampiloneu. Parochialis dec. 116.
ſub num. primo §. Et ceſſat verſ. ſemper Aldnzin.
juxta relationem &c. & ex num. 3. uſque in fin.
coram Durano parte prima.

Notavimus: in dubio quia, quoties pro parte
appellantium revera in votis ſive approbatis,
ſive reprobatis edoceretur de Injuſtitia ejuſdem
Verificationis, ac Peritiæ, Jura indulgenter,
imo neceſſario largiuntur Provocantibus re-
curſum ad Superiores, ut proſequendo termi-
7 nos Peritiæ videre eſt apud Gratian. diſcept. Fo-
renſ. cap. 263. nu. 16. & ſeqq., Modern. ad Stat.
Vrb. tom. primo, annot. 23. art. primo num. 43.,
Rota decis. 104. num. 12. coram Emerix Junior,
& in Bononien. Diviſionis 10. Maii 1697. §. Abſ-
que eo quod, in fine. coram R. P. D. meo Muto.
& in terminis validioribus, ſcilicet de appellan-
tibus ab irrationabili Judicio ipſius in Epiſcopi
in ſubjecta materia Collationis Parochialium,
8 optime explicat Card. de Luc. de Beneſic. diſc. 69.
ex num. 14. uſque in finem, & ante eum Mareſcot.
variar. reſolut. lib. primo cap. 52. num. 23. Rota
deciſ. 538. num. 5. coram ſan: mem: Gregor. XV.
cum aliis abunde relatis in deciſ. 5. nu. 9. & fere
per tot. coram Card. Celſo.

Aſt de hac Iniuſtitia, ſeu gravamine nulla-
tenus edocuit Martinus, utpote nihil opponens
ſex ſuffragiis verificatis favore Joannis; prout ne-
que idem Joannes in aliquo contradicebat qua-
tuor ad commodum Martini approbatis; pro-
indeque procedendo cum præfata Verificatione
in dubio ſemper obſervanda, cauſa efficiebatur
ex jam dictis limpidiſſima. Inutiliter vero Mar-
tinus agnoſcens hanc veritatem redibat ad alte-
rum Caput, ſeu refricabat Legitimitatem, ac
reſpective Illegitimitatem illorum Votorum,
quæ prælaudati Verificatores in ordine ad mate-
rialem numerationem omnium Concurrentium
uti Patronorum, de qua ſupra, relaxaverant in
9 Claſſe dubiorum, & quibus ex unaquaque par-
te etiam computatis adhuc præponderabat Joan-
nes ad terminos præcitati cap. 3. de Iurepatr.
Guttierez. Canonic. quæſtion. lib. 2. cap. 11. n. 20
Garz. de Beneſic part. 9. cap. 2. num. 257., Rota
deciſ. 198. num. 12. coram Pentinger. cum aliis
ſub. Initio congeſtis.

Non enim ex Vocalibus, ſeu Patronis 23.
ſtantibus pro ipſo Joanne deleri merebatur ſuf-
fragium XIII. ſub eo prætextu, quod Religioſi
Ordinis Sancti Dominici, qui Joannem præſen-
taverant forent incapaces edendi Votum tam-
quam puri Salvianiſtæ, & non Domini Domus
requiſitæ ad normam Synodalium Ordinamen-
torum, quoniam ex publico Inſtrumento ho-
die dato in Summario Ioannis Num. 16. profliga-
batur oppoſitio; liquebat ſiquidem præfatos Re-
ligioſos per viam ſubhaſtationis, & effectivæ
10 numerationis pretii pluſquam plenarie fuiſſe
Domum adeptos, ut aliàs in hoc ipſo propoſito
occurrit Rot. deciſ. 202. ſub. nu. 6. & ſeq. coram
Peutinger. & generaliter Poſth. de Subhaſtat. In-
ſpect. 19. num. 83. & 84., Rota deciſ. 354. num. 2.
par. 2. recen. deciſ. 105. num. 17. coram ſan. mem.
Gregor. XV. & deciſ. 105 num primo coram Bi-
chio. Et generaliter, quod publicum Inſtrumen-
tum faciat probationem probatam vulgare eſt
per Text. in l. cum precibus Cod. de Probat., Ro-
11 ta deciſ. 360. num. primo parte 19. recen. in Ro-
mana, ſeu Anconitana Dotis 11. Ianuarii 1697.
§. Conſtitit coram Reverendiſſimo Domino meo De-
cano & in Romana Prætenſa Nullitatis Contractus
18. Iunii 1700. §. Si namque coram R. P. D. meo
Scotto.

Minuſque caſſari poterat Præſentatio deſcri-
pta ſub numero XIV. Quamvis etenim eadem
Præſentatio proceſſerit a Matthia Tutore Pupil-
li Martinez, nullibi tamen ob id cenſeri poterat
minus idonea non tantum, quia debilius circa
hujuſmodi ſuffragium Jus detinebat Martinus
computans in ſui partem inefficacius ſuffragium
Executorum Teſtamentariorum, verum etiam
quia explorati Iuris exiſtit, quod Tutor inter
alia Jura quæ ejus adminiſtrationi, & officio
ſubjecta ſunt, exercere valeat citra dubium
iſtud quoque Jus præſentandi niſi Pupillus exiſtat
major ſeptennio, & veluti capax, habiliſque
12 ad ejus animum explicandum diſcordet a Tuto-
re, alterumve præſentet ex late diſſertis apud
Lambertin de Iurepatr. lib. 2. part. prima quæſt. 2
artic. 10. per tot., Vivian. eodem tract. par. 2. lib.
5. cap. 3. num. 17. plene Garz. de Beneſic. part. 5.
cap. 9. ex num. 186. uſq. ad num. 199., Cardin. de
Luca de Iurepatr. diſc. 62. num. 11. & in Conflict.
leg. & ration. obſervat. 5. fere per tot., & ante
eum Barboſ. de Iur. Eccleſ. Univerſ. lib. 3. cap. 12.
num. 231., Praſſ. de Iurepatr. reg. Indiar. cap. 5.
ex num. 14. cum ſeqq.

Denique pari modo perperam obiurgabatur
Votum præſtitum a Conſilio, ſeu Magiſtratu
Locali per organum Juratorum, ſive Decurio-
num ejuſdem Loci, quaſi quod, ut opponebant
informantes pro Martino) minus juridice da-
tum extitiſſet iſtud ſuffragium ab iiſdem Juratis
non

non coadunato prius, ſeu concurrente pleno
Conſilio, ac Magiſtratu; quoniam uti appare-
bat ex *Summ. Joannis ſub num. 3. litt. T.* talis
difficultas non fuerat in partibus promota co-
ram Verificatoribus, Conſuetudinem callentibus;
ideoque præſumere fas erat, quod ita de ſtylo
aſſervaretur, & conſequenter ſuſpicari etiam
13 licebat ob hanc tarditatem de Iniuſtitia huiuſce
Oppoſitionis, ex his, quę frequenter ed rem præ-
monuit *Rota deciſ. 453. num. primo coram Dura-
no, deciſ. 87. coram Card. Cavalerio, deciſ. 227.
num. 7. coram Biebio, deciſ. 76. num. 1. & 2.
coram Priolo, deciſ. 41. num. 36. & ſeqq. par. 7.
recen., & in Romana Immiſſionis 30. Januarii
1702. §. Lubentius, coram me.*

Maxime quia non eſt in Jure novum, quod
hi Decuriones, Jurati, ſeu Syndici habeant ge-
nerale mandatum ad peragenda ea, quæ aliàs
14 ad ipſum Corpus, ſeu Communitatem perti-
nerent ad *Text. in Leg. 1. & 2. cum ſeq. ff. quod. cu-
juſque Univerſ., & gloſſ. in Leg. Procuratores Cod.
Decur. lib. 10., Cobell. ad Bull. Ben. Regimin.
cap. 24. num. primo & 24.* quoque in hoc ſimili
15 propoſito atteudenda veniat Loci Conſuetudo
poſt *Rotam in altera Pampilonen. de Baretia co-
ram Litta* teſtatur *Vivian. de Jurepatr. lib. 8.
cap. 7. num. 17. in fine*

Exceptio autem in Partibus allata, ut in
Summario, de quo meminimus, nimirum quod
prædicti Iurati, ac Iuſtitia præſentare nequirent
ex interdicto Synodali propter ſolam Domum
Regiminis *d. Summario Joannis num. 12.* ſatis
hodie ſuperari viſa eſt ex ſubſequenti *num. 13.
ej ſdem Summarii*, in quo liquebat eamdem Iu-
ſtitiam, ſeu Magiſtratum acquiſiviſſe interim
aliam Domum privatam cum translatione Iu-
rium ipſius habitationis; unde nullatenus emica-
16 bat incongruum, quod Univerſitas, Iure ſingu-
lari ſuccedens in hac Domo poſſit exercere
omnia, quæ eidem ſucceſſioni ſingulari, ſive
Domui coemptæ inhærebat, ex traditis per *Lo-
ther. de re benefic. lib. 2. quæſt. 9. num. 47. &
ſeqq., Vivian. de Iurepatronat. lib. 4. cap. primo
num. 3. & ſeqq., Molin. de Primogenit. Hiſpan.
lib. primo cap. 24. num. 29., Barboſ. de Jur. Ec-
cleſ. lib. 3. cap. 12. num. 233., Card. de Luc. de fe-
ud., diſ. 68. num. 7. & de Iurepatr. diſc. 5. n. 6.
& 8., Rota. deciſ. 46. num. 8., ibique Adden.
num. 16. & ſeqq. part. 9. recent.*

Atque ex his ſufficientiſſime communita Le-
gitimitate Vocalium conſpirantium in Ioannem,
futile remanebat delere & imminuere jam de
reliquo ſuffocatum numerum Votorum Marti-
ni; Sed nihilominus in quamdam exuberantiā
illico enituit, duo ex viginti duobus ſuffragiis
ejuſdem Martini neceſſario fore demenda, quia
cum ipſe ſibi arrogaret Votum Pupilli Martinez,
& alterum Religioſorum Sancti Dominici, tam-
quam innixus præſentationi Executorum Teſta-
mentariorum reſpectu primi, & præſentationis
antiqui Proprietarii Domus reſpectu ſecundi,
jam ſuperius fuerat oſtenſum, quod ratione
præſentationis Tutorum, & ex capite effectivæ
acquiſitionis Domus per ſubhaſtationem avulſæ
ab ipſo veteri Proprietario, Vota hæc erant in
17 partem Ioannis omnino recenſenda, ex trito
nimium axiomate, quod incluſio unius alterius
perneceſſe præfefert Excluſionem; *L. cum Præ-
tor ff. de Iudic. cap. nonne de præſumpt., Aretin.
conſ. 29. num. 6. cum. ſeqq., Rota deciſ. 11. nu. 11.
poſt Modern. ad d. Statut. Urb. tom. 3. cum aliis
in montis Regalis Prioratus 2. Maii 1701. §. Quin
prima fronte coram Me.*

Sed & bina alia claudicabant ſuffragia, ni-
mirum decimum quintum & decimum ſextum;
cum decimum quintum ſpectaret ad quem-
dam Martinum, qui confluxerat in Ioannem,
non autem ad Aſcentiam, a qua ſuam præſen-
tationem metiebatur illius Adverſarius, ſtante
explicita confeſſione præfatæ Aſcentiæ non infi-
ciantis, quod præcitatus Martinus illius Frater
nedum perſonaliter Domi habitaret, ſed & coe-
merit a Gregoria altera Sorore tertiam portio-
nem, *Summario Ioannis num. 20.* Quamobrem ea
veritas, quæ non potuit forſan in illo calore
juſtificari coram Verificatoribus, hodie luci-
diſſime apparuit, cum dubium non exiſtat,
18 quod habens plures Uncias, ſeu Ratas ejuſdem
Voti attrahat ad ſe totum Votum, *Lotther. de re
beneficiar. lib. 2. quæſt. 11. num. 135. & 136.,
Vivian. de Iurepatr. lib. 12. cap. 8. num. 4. &
ſeqq., Card. de Luc. eodem tract. diſc. 32. num. 6.
& 7., & diſc. 61. num. 20., Caſſador. deciſ. 2. d.
tit. de Jurepatr, Cavaler. deciſ. 21. num. primo,
& deciſ. 436. & 519. pen totam, Dunoz. Jun. de-
ciſ. 956. num. 4., Emerix Jun. deciſ. 987. num. 5.*

Demum ſextum pariformiter non ad Franciſ-
cum & Mariam, a quibus pręſentationem fue-
rat aſſequutus Martinus, ſed ad Emmanuelem,
qui pręſentaverat Joannem ſatis ſuperque ſpe-
ctare videbatur, cum actus Dominicales erga
Domum, eiuſque proprietatem, a Synodalibus
Conſtitutionibus deſideratam, exerciti appareant
a præfato Emmanuele, mediante poſitiva lo-
catione, *d. Summario Joannis numer. 21.* a qua
regulariter, contrarium non apparente, ar-
19 gui Dominium tradidere *Carocc. de locat. tit.
de probat. part. 12. num. 6., Pacion. de locat. &
conduct. cap. 27. n. 77. & 78., Rota dec. 566. n. 3.
par. 15. tom. 2., & dec. 177. pariter n. 3. par. 19. rec.*

Firmo itaque a primo ad ultimum, ac ſem-
per remanente, quod utcumque, ut præmiſi-
mus, numerarentur Vota præſentantium, majo-
ritas numeri faveret Joanni, quodque illi conſe-
cutive debita foret Inſtitutio; ita parum
profuit Martino opponere noviſſimo loco Joan-
ni vitium execrabile Simoniæ patratę in expiſ-
catione ſuorum ſuffragiorum propter quod om-
ni Jure repellendus eſſet a conſecutione Paro-
20 chialis uſque ab initio, ut ex mente *Divi Tho-
mæ* inquit *Covar. in cap. Peccatum par. 2. §. 8.
ſub. n. 8. de regul. Jur. in 6., Jacobat. de Concil.
lib. 7. art. 1. n. 177., Garz. de Benefic. par. 8.
cap. 1. n. 3., Lotther. de re benefic. lib. 3. cap. 29.*

Digitized by Google

num. 160. & paſſim Tribunal.

Quoniam defecit prorſus Martinus in ſua accuſatione, cum ſuppoſita etiam uti replicabant Informantes pro Ioanne, ſuæ obiectionis omnimoda ſubſiſtentia, non ita de facili forſan applicaretur Titulus, imo ipſamet Simoniæ definitio; Suppoſuit etenim, quod Ioannes cum quodam Ganuzza Vota in ejus Perſonam concurrentia transferri procuraret in ipſum Joannem, ille quodammodo in excambium pariformiter procuraſſet quoddam Eccleſiaſticum ſervitium nuncupatum *l'aſſenza*, a ſe poſſeſſum, tranſferri in Ganuzzam; Quapropter, cum de facto reportatis a Joanne ſufficientibus ſuffragiis ad eius incluſionem, memoratum ſervitium collatum extiterit in Ganuzzam, eſſecutio hujuſmodi ſuffragiorum cenſenda foret aſperſa Vitio Simoniacæ Correſpectivitatis; ſicuti ſemper dicitur proba-
21 ta Simonia, quoties factum ſubſequutum coniungitur cum antecedenti pactione ex firmatis per *Pariſ. conſ. 30. num. 21. lib. 4., Vermigliol. conſ. 160. num. 1., Mereſcott. variar. reſolut. lib. 2 cap. 35., Rota deciſ. 517. num. 30. & 31. coram ſa: me: Gregor. XV. dec. 345. num. 14. part. 12. & dec. 116. num. 31. part. 17. recen.*

Etenim, ſicuti ſubiungebant iidem Informantes in hoc toto diſcurſu, totoque ſuppoſito non apparebat quicquam temporale, aut pretio æſtimabile, datum a Joanne ipſius Patronis atque Electoribus in commutationem, ſeu acquiſitionem illorum Voti, pro reportanda Eccleſia Parochiali; ſed hæc ſuppoſita pactio verſabatur inter duos Extraneos prætendentes, & quibus nulla poteſtas erat coemendi, vel vendendi Beneficium, ſed ad ſummum totum negocium reſtringebatur ad hinc inde procurandam alteri conſecutionem Eccleſiaſtici muneris & ſervitii; Vnde ſive excluſa qualibet directa temporaliter ſive animadverſa potentiori ratione. quod hæc conventio non reſpicebat immediate Præſentandum, & Præſentantem, qui foret conſcius huiuſce mutuæ Pollicitationis, non abinde poterat cenſeri, quod ulla ſubeſſet Simonia, quæ requirit pretium temporale, vel aliam rem pretio æſtimabilem, inter dantem & recipientem directe conventam pro obtinendo Beneficio, quemadmodum colligitur ab omnibus
22 ferme ſcribentibus, quid ſit in conſimili hypotheſi Simonia definientibus, & præ cæteris convicitur ex *Text. in cap. de hoc de Symon. Fagnan. in cap. diligenti num. 3. & in cap. Tua nos num 6. eodem Titul. Angel. de Confeſſ. lib. 2. quæſt. 53. num. 14. Rota dec. 187. num. 15. 26. & 27. par. 14., & dec. 141. num 4. part. 16. recen.*

Aut ſaltem neceſſe erat adducere authoritatem, quæ ad hoſce ſingulares terminos deſcendendo contrarium reſolveret, cum omnis ſemper præſumptio capeſſenda veniat pro Excluſione Simoniacę Pravitatis, *Rub. de validit. legul. cap. 26. num. 57., Angel. de Confeſſ. lib. 2. d. quæſt. 53. num. 34., Rota deciſ. 445. num. 5. co-*
23 *ram Barat. deciſ. 517. num. 20. coram ſan. me. Gregor. XV. dec. 141. num. 6. par. 16., & deciſ. 116. num. 33. par. 17. recent.*

Cęterum præſcindentes etiam Domini ab hoc motivo, ceſſare agnoverunt ex nudo facto amaritudinem, ex quo hiſtoria facti ſuperius recenſita videbatur tantummodo duobus fundamentis quorum alterum verſabatur in Confeſſione Cognatæ ejuſdem Ganuzzæ nomine Agatha; ipſa namque aſſerebat, quod procurando quoddam ſuffragium pro ſuo Cognato, audienſque reſponſionem quod ad nihilum eſſet ei profuturum reſpondiſſe fatetur: *che potevu eſſere, ne cavaſſe qualche coſa ſenza aver detto altro in ciò, Summario Martini Num. 15.* & alterum copulative ſiſtebat in eventu ſubſequuto, & juxta quem de facto Joannes ceſſit memorato ſervitio *dell' Aſſenza* illudque cecidit in Ganuzzam; in vanum quippe ſatagebat Martinus ex hoc inferre ad probationem Simoniæ, licet enim hæc juſtificetur etiam ex conjecturis, & præſumptionibus,
24 quę exiſtat claræ, & Simoniam undique concludant, ut notant *Barboſ. in cap. ſicut ſuis 33. n. 4. de Symon., de Angel. de Confeſſ. dicto lib. 2. quæſt. 53. num. 33., Rota deciſ. 517. in princip. coram ſan. mem. Gregor. XV., & deciſ. 116. num. 15. & 16. par. 17. recent.*

Tales attamen reputari nequibant mox enunciatæ, quoniam, ultra quod hujuſmodi coniecturæ, niſi in ſe perfectiſſime; coniungi non debent ex *Gabr. de probat. concl. prima num. primo*, quem refert & ſequitur *Rota dicte. deciſ. 517. nu. 30. coram ſan. mem. Gregor. XV., & dicta deciſ.*
25 *116. num. 20. par. 17. recent.* adhuc dictum ſolius huius Teſtis fœminæ, ut erat Agatha, inconcludens etiam quoad hæc verba, in nulla prorſus merebatur haberi conſideratione, quia quod reſponderit, *potevu eſſere ne cavaſſe qualche coſa*, quid inde? Extorquere namque ad conſecutionem *Abſentiæ* foret nimium multiplicare Præſumptiones, & Interpretationes, quod non licet in tam aſpera materia, involvente delictum
26 ac ſapiens ipſam hæreſim, uti liquebat ad ſenſum, & in fortibus reſpondit *Rota deciſ. 29. num. 2. in fin. poſt., Marchcſen. de Commiſſ. par. prima, & penes, Farinacc. conſ. criminal. 75. num. 42. circa finem lib. primo, & deciſ. 116. ex num. 9. 21. & ſeqq. par. 17. rec.*

Subſecuta vero dimiſſio Beneficii, ſive ſervitii *dell' Aſſenza* facta per Joannem, illiuſque aſſecutio reportata per Ganuzzam, non erat ullo modo ad Simoniacam pactionem referibilis, cum præcitatum ſervitium *dell' Aſſenza* foret conferendum ad nominationem extraneæ perſonæ, atque dimiſſio eiuſdem ſervitii ex parte Joannis proveniret a mera neceſſitate Juris,
27 reſultante ob Incompatibilitatem iſtius ſervitii cum Parochiali, per *Textum in cap. de multa titul. de Præbend., & Dignit. Pariſ. de reſignat. Beneſic. lib. 3. part. prima num. 51., Monet. de option. cap. 6. quæſt. 6. n. 69., Garz. de Beneſ. par. 11. cap. 5. num. 7., Rota deciſ. 198. num. 37. coram Bichio.*

Colla-

Collatio autem, ſeu præſentatio expleta in
perſonam Ganuzzæ, tamquam derivans a tertio
Patrono, cadere nequibat ſub ulla pactione Jo-
annis, cum promiſſio de facto alieno non tene-
neat etiam in materia prophana, niſi ſuperac-
cedat clauſula, aliàs de proprio, *Pariſ. conſ.* 1101.
28 *num.* 10. *lib. primo*, *Mantic. de tacit. lib.* 14. *tit.*
35. *n.* 32. *Adden. ad Baratt. deciſ.* 64. *num.* 19.
Rot. deciſ. 150. *ex num.* 4. *&* 9. *part.* 11. *re-
cent.*

Præſertim quia de hujuſmodi pactione, exce-
pta Agatha tanquam unica non attenddibili &
in dicto inconcludenti, nullum aliud iuridicum
documentum afferebatur, quando tamen nemo
non ſcit, ſatis non eſſe ad concludendam Symo-
niam extitiſſe probatum effectum, niſi & de
antecedenti conventione inſimul manifeſtiſſime
29 doceatur, ut dixit perpetuo *Rota*, & ſignanter
deciſ. 1029. *num.* 8. *coram Cardinali Seraphino
deciſ.* 350. *num.* 12. *par.* 2. *deciſ.* 93. *n.* 6. *par.* 4
tom. 2. *deciſ.* 538. *num.* 10. *par.* 4. *tom.* 3. *deciſ.*
78. *n.* 7., *&* 8., *& deciſ.* 267. *num.* 7. *par.* 12.
cum aliis plene deductis in deciſ. 141. *num.* 16.
par. 16. *recent.*

Detruſa iuſtificatione prætenſe Simoniæ, in
vanum ad laborabat Martinus in demonſtranda
ſaltem diffamatione Ioannis circa hoc horribile
Crimen; Quamuis enim in abſtracto veriſſima
ſit propoſitio, quod ubi tractetur de privatione
Beneficii, Simoniæ probationes debeant eſſe
ineluctabiles, & ad ſpeciem phyſicæ certitudi-
nis redactæ, pro repellendo autem ab aſſecutione
Beneficii ſuperabundet ſola ſeu ipſamet diffama-
tio ratione ſcandali, ſemper, & præcipue in admi-
niſtratione Curæ Animarum evitandi, ut in ſpecie
diſtinguit *eadem Rota deciſ.* 1029. *num. primo co-*
30 *ram Card. Seraphin.. deciſ.* 445. *num.* 15 *coram
Baratto. deciſ.* 238. *num.* 13. *coram ſan. mem.
Gregorio XV., deciſ.* 88. *num.* 16. *& ſeqq.*, *& de-
ciſ.* 172. *num. primo &* 2., *deciſ.* 256. *num.* 30.,
deciſ. 267. *num.* 10., *deciſion.* 305. *num.* 6., *&
deciſ.* 366. *num. primo &* 2. *par.* 12. *recent.*

In concreto tamen nequaquam talis ſube-
rat diffamatio, quia vix ad illius juſtificationem
adducebatur unicus Teſtis, & is de auditu ab
alio, quando nihilominus, ne lata aperiatur via
præpediendi Perſonis honeſtis conſecutionem
Beneficiorum, juxta monitum *Fagnan. in cap.
Omnipotens num.* 17., *&* 23. *de accuſat. relat.
per Rotam deciſ.* 176. *num.* 13. *par.* 17. *recent.*
tantum abeſt, ut ab hoc unico Teſtimonio um-
bra diffundatur aſſertæ diffamationis, ut potius
31 Teſtis, ſi ſit unicus, ſuſpectus cenſeatur de fal-
ſo, ad ea, quæ punctualiter poſt *Natt. conſ.* 672
num. 4. habetur per *Rotam dec.* 517. *num.* 22.
coram ſan. mem. Gregor. XV., & præciſe etiam
reſpondendo huic obiecto admonet eadem *Rota
deciſ.* 663. *num.* 8., *& ſignanter num.* 13. *coram
Bichio.*

Et ita &c. utraque &c.

AVXIMANA SUCCESSIONIS:

Lunæ 13. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Late tractatur, quando ſubſtitutio pupillaris in compendioſa ſubintelligatur, & an Matri ſtante dicta ſubſtitutione debeatur legitima, & Trebellianica, & quæ legitima debeatur. Diſſeritur *Theorica Bartoli in l. Centurio ff. de vulgar.*, & expenditur diſpoſitio Textus in l. *Cohæredi §. fin. ff. de vulgar. & pupillar.*

SUMMARIUM.

1 *Subſtitutio pupillaris tacita contineri dicitur in ſubſtitutione compendioſa, communibus tamen verbis explicata.*

2 *Quid, ſi in hujuſmodi ſubſtitutione adſit de medio Mater, ſeu alius aliquis aſcendens; & an iſti a ſucceſſione excludantur.*

3 *Præterea, an Mater in compendioſa contenta ſicuti arceatur ab univerſali ſucceſſione, ita excludatur a Trebellianica, & a legitima, & a qua legitima.*

4 *Aſſertur opinio nonnullorum DD. affirmantium ex motivo æquitatis Matri non eſſe tollendam legitimam Pupillo debitam, dimiſſa tamen Trebellianica ſubſtituto.*

5 *Reicitur tamen hæc opinio, & aſſertur communior: & de ratione.*

6 *Declara. quod ſuſtitutio in compendioſa ſubincluſa non exiſtat proprie tacita pupillaris, ſed vera pupillaris, licet expreſſa verbis generalibus.*

7 *Quæ legitima Matri iſto caſu debeatur.*

8 *Verba* redeat, revertatur, ſubſtituit, ſuccedat, *ſunt communia*, & n. 16.

9 *E converſo autem verba* inſtituit, *ſeu* hæres eſto, *omnino directa reputantur.*

10 *Et hoc caſu cum pateat de voluntate Patris ergu filium primario directa, Mater ab omni penitus ſucceſſione eliminatur.*

11 *Secus ſi Teſtator uſus fuerit verbis obliquis ex. gr.* gravo, reſtituat *&c. quia tunc ſubſtitutio reputatur fideicommiſſaria, per quam valet Mater a plenaria arceri ſucceſſione non autem a legitima & Trebellianica, quas filius poſſet detrahere; & multo minus a legitima ſibi debita ſuper bonis filii.*

12 *Quid, ſi pupillus fuerit una cum frate ſuo puberi, vel majori hæres inſtitutus cum reciproca inter eos ſubſtitutione, & pupillus præmoriatur, an capiente fratre vigore ipſius reciprocæ, ſub qua veluti compendioſa aderat pupillaris, tam Mater, quam Frater ſuperſtes deturbentur a conſecutione legitimæ.*

13 *Item quid dicendum ſit, ſi Pupillus, vel Pupilla inſtituta non fuerit hæres univerſalis, ſed tantummodo in re certa: & an eo caſu Matri debeatur legitima.*

14. *Ha-*

14 *Hæres in re certa inſtitutus, nullo alio dato hærede univerſali, ex vi legis fit hæres univerſalis.*

15 *In hac autem materia totum facit voluntas Patris.*

16 *Theorica Bartoli* in l. Centurio ff. de vulgar. *intrat, quando in ſubſtitutione adhibita ſunt verba communia, & non directa.*

17 *Statutum Auximanum diſponit, quod non obſtantibus verbis alium ſenſum præferentibus, ſubſtitutio pupillaris facta a Patre, vel alio aſcendente, intelligenda ſemper veniat pro directa.*

18 *Eique ſtandum eſt uti pingius teſtamentum civium & uti approbatum a S. Sede.*

19 *Et ſæpius a Sac. Rota pro valido fuit canonizatum.*

20 *Dictiones* videlicet & niſi *reperiunt, ſive declarant intentionem ſtatuentium, & inſerviunt ad perſuadendam limitationem arctativam, & præciſam.*

21 *Subſtitutio Pupillaris ſub compendioſa expreſſa arcet Matrem a quacumque prætenſione ſucceſſionis & legitimæ.*

22 *Verbum*, ritorni, ricada, *magis aſſimilatur directæ quam obliquæ ſubſtitutioni.*

23 *Teſtator ſi in inſtitutione mentionem habuit de ætate Pupillari ſubſequens ſubſtitutio interpretatur pro directa pupillari, non obſtante adhibitione verborum communium.*

24 *Potiſſimum, ſi accedit favor cauſæ piæ ſubſtitutæ, qui exigit, ut verba quamvis communia accipi mereantur in ſenſu directo.*

25 *Subſtitutio pupillaris vi ſua comprehendit bona propria, & legitimam ipſius Pupilli.*

26 *In numero majori explicito continetur & minor.*

27 *Ex eiſdem uſu Verborum, & genere Perſonarum difformis eſſe non debet intellectus, atque interpretatio diſpoſitionis.*

28 *Statutum trahi non debet ad juridicam abſurditatem.*

29 *Quis decedere non debet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

30 *Et quando quis dicatur ita decedere.*

31 *Late expenditur diſpoſitio Textus in l.* cohęrendi §. finali ff. de vulgar., & pupillar., & num. 32;

33 *Inſtitutio facta in certa quantitate, ac pro omni & toto eo, quod prætendere poſſet, habetur loco legitimæ.*

34 *Legitima dicitur continuativa illius condominii, quod habet filius vel filia in vita Patris.*

35 *Ideoque nulli oneri reſtitutionis, vel fideicommiſſi ſubiici poteſt.*

36 *Et non agnita etiam ad quoſcumque hæredes extraneos tranſmittitur.*

37 *Pater, ad hoc ut poſſit prohibere filio legitimam, adhibere debet cauthela Soccini.*

38 *Et intendens filium gravare in totam ac in ſola ſua legitima, id ſaltem explicare debet per verba omnino directa, ac civilia.*

39 *Vel ſaltem ſi inſpicienda eſſet voluntas, hæc eſſe debet manifeſta, & per verba, quæ lex requirit in ſubjugando legitimam oneri reſtitutionis.*

40 *Privilegium piæ cauſæ generaliter contemplatum non eſt adeo forte, ut prævaleat favori legitimæ, jure naturali debitæ.*

41 *Ubi conſtat de clara Teſtantis voluntate verba, debent etiam impropriari.*

42 *Matrimonium verificari non valet niſi pubeſcente pupilla, ſive infante, aut impubere.*

43 *Teſtator ſi poteſtatem hæredi deſeruit de re certa diſponendi ſibi legata, ſubſtitutio non dicitur pupillaris, ſed fideicommiſſaria.*

DECISIO CCXXXV.

FAtum acerbum, cui conceſſere Franciſca Antonia, in certa re, ſive quantitate ſcutorum mille inſtituta, necnon Joſeph Maria univerſalis hæres inſcriptus ab Epigmenione communi Patre, theatrum aperuit accerrimæ digladiationi inter Cappellaniam Sancti Joannis Baptiſtæ ſubſtitutam ex una, & Theodorum & Paulam ex altera, tanquam hæredes Lucretiæ Aviæ præfatæ Franciſcæ Antoniæ in pupillari ætate demortuæ: Revocata ſiquidem fuit ad arenam famigerata quæſtio derivans a Pontificia ſanctione ædita *in cap. ſi patet de teſtam. in* 6. & inſimul a doctrina *Bart. in celebri l. Centurio ex num.* 18. *& ſeqq.* & ſignanter *num.* 35. *ff. de vulgar.* Prętendebant etenim præfati hæredes Lucretiæ conſequi ex illius perſona immiſſionem pro rata prædictorum ſcutorum mille, utpote immuni ab omni ligamine Fideicommiſſariæ ſubſtitutionis ex ingenito privilegio legitimæ, in quam reſolvi dicebatur præfata inſtitutio emiſſa favore Franciſcæ Antoniæ. E converſo autem pro parte Cappellaniæ ſubſtentabatur, eamdem ſubſtitutionem fore pupillarem omnino directam, ideoque abraſivam cujuſlibet ſucceſſionis etiam in legitima a Matre, vel Avia, aliove quolibet impuberis prædecedentis Aſcendente; ſed non minus in Tribunali A.C. quam coram Reverendiſſimo Domino meo Decano, ac etiam hodie ſuccubuit Cappella, prodeunte reſolutione: *Sententiam Rotalem, pro immiſſione latam, eſſe confirmandam.*

Pro majori igitur dilucidatione terminorum ejuſdem reſolutionis, Domini præmittebant caſus, ſeu regulas quamplures, apud Scribentes ſæpe ſępius involutas, ſed de reliquo nullam in ſemetipſis patientes amplius in foro difficultatem; Quarum prima erat, quod cum dupliciter injungi poſſit a Teſtatore ſubſtitutio, quæ nuncupatur pupillaris, tamquam reſtricta ad ætatem pupillarem, & priuſquam hæres pubeſcat, tacite nimirum vel expreſſe, communius invaluit, quod ſubſtitutio plurium temporum complexiva, ſeu, ut ajunt, compendioſa,
5 communibus tamen verbis explicata, quemadmodum unanimiter, vel ſaltem magis communiter admittunt *Scriben. in d. Centurio ff. de vulgar.* & notant *Cuman. conſ.* 2. *num.* 8. *Roman. conſ.* 130. *num.* 1., *Capr. conſ.* 141. *num.* 3., *Spad. conſ.* 325. *ex num.* 1., *& ſeqq. lib.* 3.
Rede-

Digitized by Google

*Romanaſc. conſ. 55. num. 5., & 6. Modern. Manſ.
conſult. 157. num. 8. & 9., Peregr. de fid. artic. 34.
num. 24. & 26., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 41. nu. 1.,
Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 14. num. 2.
& 4. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 407. n. 2. Borgnin. Cavalcan. deciſ. 4. n. 4. par. 3. Marzimedic.
deciſ. Senen. 69. num. 37. & 38.*

Secundus caſus, ſeu regula eſt, quoties, etſi
ad præmiſſos terminos inſit in hujuſmodi compendioſa ſubſtitutione altera pupillaris, adhuc
contingat Matrem, aliumve aſcendentem extare de medio, quando pupillus occumbat, tunc
etenim diſceptari aſſuevit: Vtrum hujuſmodi
modus diſponendi de reliquo, ut præmiſſus,
incluſivus tacite pupillaris, nihilominus favore Matris, alteriuſve aſcendentis remaneat, ſive efficiatur ſubſtitutio omni, & quocumque
tempore fideicommiſſaria, veriorque majorique
Scribentium calculo recepta exiſtit ſententia,
quod ſi in rei veritate ſunt expreſſa in ſubſtitutione plura tempora propriam ſubſtitutionem
compendioſam efformantia, ſubſtitutio perſeveret in ſua vi diſtributiva eorumdem temporum, & moriente hærede intra ætatem pupillarem; etiam in præiudicium Matris ſubſtitutio
reputetur pupillaris eamdemque matrem ex-
2 cludat a ſucceſſione, atque ita plures formulas
diſtinguendo poſt *Iacob. de Aret. Cyri. alioſque
antiquiores in l. precibus ff. quibus modis uſuſfruct. amittat* docuit inſignis fideicommiſſari iſta
*Peregrin. artic. 34. ex num. 22. & præſertiam n. 23.,
Fuſar. de ſubſtit quæſt. 242. num. 16. & ſeqq. &
præciſe num.* 23. qui latius jura, & rationes hujuſce concluſionis expendunt *Gratian. diſcept.
407. num. 7., Spad. conſ. 325. num. 1. lib. 3., Borgnin. Cavalcan. deciſ. 4. parte 3. ante num. 3. &
ſeqq., Surd. deciſ. 273. num 3 Marzimed. deciſ. 4.
Senen. 69. ex num. 18. uſque ad num:* 27. quo loci ſingillatim enumerat, & refellit contrarium
tenentes *Gob. conſultat. deciſiv. 50. num. 52., Rota
deciſ. 367. ex num. 2. uſque ad 10. coram Card.
Mantic., & deciſ. 373. ſub num. 2. in fin. verſ. contrariam vero ſententiam par. 2 recent., & deciſ. 452.
n. 5. coram Pentinger.*

Verum quia hujuſcemodi ſubſtitutio remanens in ſupradicto caſu pupillaris, revera, & in
effectu comprehendit ſubſtantiam ipſius Infantis
ſeu Pupilli, duplex, & ſubalternans enaſcitur
altercatio Doctorum; Vna nimirum, An Mater in ſupradictis terminis tacitæ pupillaris con-
3 tentæ in compendioſa communibus verbis ordinata, ſicuti indubitanter arcetur ab univerſali
ſucceſſione, ita excludatur non ſolum a trebellianica verum etiam a legitima; Et altera, De
qua legitima intelligi debeat excluſa, utrum
ſcilicet ab illa, quæ competiiſſet pupillo per fideicommiſſum generale ſimpliciter gravato in
bonis Patris, vel potius ab illa quoque legitima
debita Matri ſuper bonis ipſius pupilli, de qua
*Bardellon. conſ. 2. num. 32., Menoch. conſ. 144. n. 15.
lib. 4., Fuſar. conſ. 20. num. 12. & in tract. de ſubſt.
quæſt. 142. n. 30.*

Ad circa primam dubitationem parva ſubeſt
1 anſa ambigendi, quoniam licet non defuerint
nonnulli exiſtimantes in hoc etiam puncto, ſaltem ex motivo æquitatis, & ex quadam ratione
commiſerationis, dimiſſa Trebellianica ſubſtituto, non eſſe Matri filio viduatæ tollendam legitimam, quæ alias omni iure debita erat ei-
4 dem pupillo, idque tueatur originaliter *Ioannes de Monteſperel. in l. precibus C. de impuber.
&c., Soccin. ſen. conſ. 150. num. 42. cum ſequen.
lib. 1., Dec. conſ. 228., & conſ. 645. num. 5. Nevizan. conſ. 53. num. 6., Rub. Alexan. conſ. 105.
Burſat. conſ. 8. num. 39., Berret. conſ. 98., Menoch.
de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 56. num. 3.*

Contraria tamen opinio, uti verior communius arriſit, ex quo poſita ſubſtitutione pupillari
tacite reſultante per verba quodcumque tempus præſeferentia, ſicuti hæc infallanter comprehendit cætera bona propria pupilli, ita etiam
comprehendere debet legitimam illi debitam;
Alias namque Pater non fuiſſet teſtatus pro filio,
5 ut in *l. 2. ff. de vulgar. & pupill.* vel filius pro parte
teſtatus, & pro parte inteſtatus deceſſiſſet contra *Textum. in l. jus noſtrum ff. de reg. jur.* ſicuti
bene animadvertit *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 248.
num. 28. verſ. præterea*, & conſequenter non eſt
dimidiãda ejuſdem vis pupillaris. ſed aut nullam,
aut utramque quartam debet capeſſere; Præfata quippe æquitas tanquam in jure non ſcripta,
imo eidem Juri repugnans contemnenda penitus
videtur; Potiſſime cum ſubſtitutio in compendioſa ſubincluſa non exiſtat proprie tacita pupillaris, ſed vera pupillaris, licet expreſſa verbis generalibus, juxta ea, quæ proſequitur in-
6 numeris relatis *Fuſar. de ſubſtitut. dicta quæſt.
242. nu.* 28. & concordant alii quamplures adducti per eumdem *Fuſar. in conſil. 20. num. 12.
& conſ. 21. n. 22., Marzimed. deciſ. Senen. 12.
n. 27.*

Quo pariter ad ſecundam difficultatem undique plana res extat contra Matrem, nam de
peculiari natura pupillaris ſubſtitutionis exiſtit,
ut ad effectum capiendi univerſa bona pupilli reputetur, & ſit Teſtamentum filii, ad alterum vero, arcendi matrem a querela inofficioſi, vel, quod idem eſt, a prætenſione ſub-
7 alternantis etiam legitime, Teſtamentum Patris exiſtimetur, adeout, modo Patris, modo filii, prout eidem pupillo expedire dignoſcitur, diſpoſitio hujuſmodi cenſeatur ex juribus penes *Bald. in l. Papinian. §. Sed nec impubes ff. de inoffic. teſtam* optime reaſſumptis
per *Io: Ant. Bellon. in tract. de jur. accreſcen.
cap. 7. quæſt. 14. num. 18., & cap. 9. quæſt. 37.
ſub. num. 27. §. Primo ſi tractetur, uſque ad
num. 31.*

Tertia regula, ſeu caſus, eſt, quando, non
egrediendo lineam compendioſæ Teſtator ſubſtituens ſuo popillo non amplius uſurpavit verba communia, ut ſunt *redeat, revertatur, ſub-
8 ſtituit, ſuccedat* cum ſimilibus ad *Cancer. var.
reſolut. par. 1. cap. 1. num.* 5. cum pluribus
la-

Digitized by Google

late cumulatis per *Bellon. de jur. accreſcen.*
cap. 7. quæſt. 3. num. 354. junctis anteceden.
numeris 123. & 208. cum ſeqq., *Rota deciſ. 34.*
num. 3. & 4. coram Card. Cavaler., *deciſ. 439.*
num. 1. & 10. coram ſan. mem. Innoc. X., *&*
deciſ. 960. num. 12., *& ſeqq. coram Coccin.*
ſed adhibuit verba omnino directa, ſicuti repu-
tantur: *inſtituit*, ſeu *hæres eſto* cum reliquis hu-
juſmodi, ex *Mantic de conject. vult. volunt. lib. 5.*
tit. 16. num. 23., *Peregrin. de fideicom. art. 34.*
num. 49. cum aliis apud *Bellon. de jur. accre-*
ſcen. ubi ſupra ex num. 107. uſque ad 121., *Rot.*
deciſ. 207. num. 2. coram ſan. me. Gregor. XV.
Eoque caſu, cum jam explicite palpetur, Teſtato-
rem voluiſſe ſibi immmediate ſuccedi, purifi-
cata dumtaxat conditione obitus filii in ætate
pupillari, nemo eſt, qui vereatur in hiſce cir-
cumſtantiis, eumdem Patrem intendiſſe ad nor-
mam ſibi a jure conceſſæ condere teſtamentum
pro filio perinde, ac ſi de eiuſdem teſtantis effecti-
vo patrimonio tractaretur, & conſequenter,
quod Mater penitus eliminetur ab omni ſucceſ-
ſione, nec non aſſecutione cuiuſcumque detra-
10 ctionis, & legitimæ, teſte *Caren. reſol. 78. n. 7. &*
reſolut. 82. num. 1. & per tot. Altograd. jun.
contr. 61. num. 1. & 2. tom. 2., *Spad. conſil. 325.*
num. 1. & ſeqq. lib. 3., *Amat. var. reſol. cap. 25.*
num. 16. & 17., *Bonden. collect. legal. 41. n. 7.*
lib. 1., *Scopp. ad Merlinæ Pignatell. contron. jur.*
lib. 1. cap. 9. num. 12. & 13. lib. 1., *Rota Flo-*
rentin. penes Manſ. conſult. 347. num. 19., *Rot.*
deciſ. 424. n. 7. coram Dunoz. jun. & in Montiſ-
faliſci Fideicommiſſi 8. Febr. 1686. §. Quibus,
coram clar. me. Card. Matthæjo.

Ex oppoſito vero ſuccedit quarta regula,
ſeu caſus, quando videlicet Teſtator uſus fue-
rit verbis omnino obliquis ex. gr. *gravo*, *re-*
ſtituat, cum ſimilibus; quamvis etenim tunc
compendioſam, omniumque temporum com-
plexivam ſubſtitutionem Pater iniverit, nihil-
ominus, quia ſatis abunde conücitur illum
noluiſſe ſuperinducere poteſtatem ſibi a lege
11 attributam; ſed velle, quod per injunctum fi-
lio perſonale gravamen, illi, & non ſibi dire-
cte ſuccederetur, concors eſt propoſitio,
quod efficacia ſubſtitutionis pupillaris ſub ipſa
compendioſa contenta marceſcat, itaut pror-
ſus veniat hujuſmodi ſubſtitutio reputanda fidei-
commiſſaria, per quam proinde valeat ſane
Mater a plenaria arceri ſucceſſione, non ta-
men a legitima & trebellianica, quas poſſet
ipſemet filius detrahere; & multo minus a
ſubalterna legitima ſibi debita ſuper bonis fi-
deicommiſſariis, ſive aliis adventitiis ipſius fi-
lii, ſicuti patet ex late deductis per *Fuſar. de*
ſubſtit. quæſt. 243. ex num. 1. & per tot., *Pere-*
grin. de fideicommiſ. art. 34. num. 11. & 63. cum
ſeqq. fuſe etiam *Bellon. de Jur. accreſcen. cap. 7.*
quæſt. 14. num. 54. & 55.

Quintam regulam ſive caſum ſubminiſtrat
quandoque mixtura perſonarum, ipſarumque
ſubſtitutionum; ſi etenim pupillus extiterit,
ex. gr., una cum fratre ſuo pubere, vel ma-
12 jori, hæres inſtitutus univerſalis cum reci-
proca inter eos ſubſtitutione; præmoriatur au-
tem pupillus, grande certamen inſurrexit,
an capiente fratre vigore ipſius reciprocæ, ſub
qua tanquam in forma generaliori compendio-
ſe contenta, aderat pupillaris, tam eadem
genitrix, quam frater ſuperſtes, illiuſque hæ-
res occaſione ulterioris ſubſtitutionis deturbe-
tur a conſequutione legitimæ: pugnavit etenim
contra matrem inſimul & fratrem acutiſſime
Corn. conſ. 182. & prius *conſ. 158.* pro iiſdem ve-
ro inſurrexit *Bald. conſ. 41. lib. 2.* ſed fœdere di-
ſtinctionis, a phraſi ſeu forma loquendi derivantis
illos conciliavit in propoſito perpendendus *Pe-*
regrin. de fideicom. art. 8. num. 42. Mangil. de
imput. quæſt. 124. n. 9. Merlin. de legit. lib. 2.
tit. 1. quæſt. 9. ante num. 23. verſ. Verum in hac
difficultate &c.

Sexta regula, ſive caſus exoritur, quando pu-
pillus, vel pupilla inſtituta non fuit hæres uni-
verſalis, ſed tantummodo, prout hic, in re,
& quantitate certa, quoniam tunc, niſi for-
ſan datus non fuerit alius hæres univerſalis,
utique non obſtante ſolita nonnullorum con-
tradictione præcellit doctrina *Bart. in d. l. Cen-*
turio ex num. 18. & ſeqq. & ſignanter num. 35. ff.
de vulgar. nimirum, quod ubi ſubſtitutio non ap-
paret concepta per verba omnino directa, &
civilia, mater nequaquam ab aſſecutione utriuſ-
que legitimæ retrahatur, ſed huiuſmodi ſub-
ſtitutio efficiatur omni tempore fideicommiſ-
ſaria, ut annotarunt quoque *Alex. in d. l. Cen-*
turio, & late *Card. de Luca de fideicommiſſ. diſc.*
121. num. 2. & diſc. 122. num. 2. 3. & ſeq. & an-
te eum innumeris concordan. adductis *Bellon.*
de Jur. accreſcen. cap. 7. q. 14. num. 46. & ſeq.

Quod ſi non fuerit inſcriptus alius hæres
univerſalis, tuncque (& poteſt eſſe ſeptimus
caſus(quia in hac hypotheſi ex vi legis abra-
ditur mentio, & operatio rei certæ, ſitque
ſic inſtitutus hæres univerſalis ad *Text. in*
l. cohæredi §. fin. ff. de vulgar. negocium redit ad
genericam diſputationem; & ſicuti per ſimpli-
cem compendioſam factam pupillo univerſali-
ter inſtituto mater excluditur ex jam ſupra fir-
matis §. *Secundus caſus*, ita & pariter excluſa
remanet per compendioſam ſuperadjectam pu-
pillo in re, ſive quantitate certa inſtituto; quo-
niam hæc inſtitutio ex hujuſmodi operatione le-
gis ad univerſum patrimonium protrahitur, ut
præter ſuperius allegatos, quibus additur *Ca-*
ren. reſol. 78. num. 7. & reſol. 82. per tot. Rota
Florentin. penes Manſ. conſult. 347. num. 19., *Ro-*
ta deciſ. 717. num. 9. & 10. coram Coccino, ſpe-
cifice notat *Bellon. de Jur. accreſcen. cap. 7. q. 14.*
ex num. 46. uſque ad 54. & ſignanter num. 52.

Octavus denique, cæteris prætermiſſis, qui
forſan valerent in hac, ex varietate ingeniorum
ſpinoſa effecta materia figurari, caſus ille eſt
omnium in ſe fortior, quando videlicet in teſta-
mento eluceſcant demonſtrationes, & conjectu-

ram

Digitized by Google

rç tales, quæ prorſus evincat teſtatorem voluiſſe facere, aut non facere veram ſubſtitutionem pupillarem, quia cum de poteſtate non ſit queſtio, ſed totum uuice pendeat a mera voluntate patris fideicommittentis, aliud idcirco regula ſtans abſtractive pro, vel contra matrem, non efficit, quam imbibere quamdam in Iudice religionem tutius procedendi cum regula, vel caſu certo, quotieſcumque alias ambigua, vel non ita ſufficienter declarata coniiciatur mens Te-
15 ſtatoris, nam de cætero ſi dignoſcatur patrem certe voluiſſe reſtringere ſuam ſubſtitutionem ad bona propria parum refert inſudare ſuper concluſionibus de pupillari diſcurrentibus, & e contra ſicuti perbelle annotarunt *Tob. Non. conſ 30. num. 6. cum. ſeq., Decian reſp. 82. n. 23. lib 3., Card. de Luc. de fideicom. diſc. 121. ſub. num. 3., Marzimedic. deciſ. Senen. 69. ſub. n. 28 verſ. ſed ut ex prælio Rot. deciſ. 84. num. 10: & deciſ. 101. num. 3. coram Baratt. deciſ. 424. n. 21 coram Dunoz. jun., & in Ariminen. bonorum 12. Maii 1692. §. Tanto magis coram Reverendiſs. D. meo Molines Decano.*

His itaque antepoſitis, ac deſcendendo ad caſum hodiernum, clarum undique viſum eſt illum in ſexta regula, ſive caſu verſari. Epigmenius quippe titulo inſtitutionis omnique meliori modo legavit ſcuta mille Franciſcæ Antoniæ *da conſegnarſeli in tempo, che ſi maritarà &c.* cum hoc quod *ſino che non ſarà maritata &c. ſia alimentata decentemente &c.* poſteaque ſubiunxit, *e morendo in qualunque tempo, ed in qualunque ſtato ſenza prole, in ciaſcuno di queſti caſi il ſudetto legato di ſcudi mille ritorni alla mia eredità* quamobrem, cum ex his comprehendatur, legatum ſive inſtitutionem reſtringi ad certám quantitatem ſcutorum mille, & adhibita in ſubſtitutione extitiſſe verba penitus communia, ſicuti
16 ſupra inſinuavimus circa verbum *ritorni* non autem directa, atque civilia, certo certius ſequebatur individualem reddi prefatam Bartoli traditionem *in dicta l. Centurio* quemadmodum ultra ſuperius allegatos proſequuntur *Surd. conſ. 229. lib. 2. per tot. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſtion. 24., Peregrin. de fideicom. art. 5. num. 37. & art. 34. num. 54., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 241 num. 24. cum. ſeqq., Rot. deciſ. 101. num. 2. ibique Adden. litt. A. coram Buratto.*

In nihilo repugnante quod ea directio verborum, quę poſſet inſervire pro totali matris excluſione, ex adductis ſupra in tertio caſu; ſive *in §. Tertia regula &c.* & in his terminis fatetur *idem Card. de Luc. de fideicomm. diſc. 122. n. 1. & ſeq.* quęque de reliquo deſiderabatur in Teſtamento
17 de quo agebatur, pluſquam ęquipollenter haberetur a littera Statuti Auximani *ſub. rubr. 14. lib. 3.* clare diſponentis, quod non obſtantibus verbis de jure alium ſenſum præferentibus, conſimilis ſubſtitutio facta a parte, vel alio aſcendente intelligenda ſemper veniat pro directa ideoque eidem Statuto, & uti pinguiori, ac lucidiori teſtamento civium, & uti a S. Sede ap-
18 probato ſtandum omnino foret ad ea, quæ in ſimilibus reſpondit *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Manzolis 22. Junii 1699. §. Hinc eo ipſo in fin. & §. Ac propterea pariter in fine coram Me.* Quodque Statutum Auximanum fuerit in Sacra
19 Rota pro valido ſæpius canonizatum liquebat *ex deciſ. 447. num. 15. uſque in fin. coram Merlin. deciſ. 558. num. 9. coram Dunoz. jun. & in Auximana immiſſionis 28. Aprilis 1686. §. fin. coram bon. mem: Urſino, & in altera Auximana Immiſſionis 15. Martii 1700. coram. Me.*

Abſque eo quod officeret, quod, uti reſpondit deciſio præcedentis inſtantiæ edita *coram Rmo D. meo Decano ſub die 23. Aprilis 1700. §. finali* idem ſtatutum in ſuis ipſis viſceribus clauderet limitationem per illa verba *niſi evidens in contrarium voluntas apparuerit* quęque ſane voluntas abundantiſſime coruſcaret ex conjecturis allegatis *in eadem deciſione ſub antecedenti §. Verum* Siquidem (uti replicabant Informantes pro Joſepho) jam ſtatutum non ſemel ſed bis expreſſerat quomodo hæc voluntas diſponentis in contrarium ſignificari deberet *videlicet* ſunt verba Statuti; *per verbum reſtitutionis, ſive reſtituendi* & rurſus capeſſendo bona pupillorum *niſi per dictum verbum reſtitutionis prolata fuerit inſtitutio* quapropter non eſſet alia diſquirenda interpretatio circa hanc contrarietatem voluntatis quando Statutum ſeſe met tam explicite gloſſaverat per verba, ſive dictiones *videlicet & niſi:* quarum nullæ exoptari queunt aptiores adaperiendam ſive declarandã intentionem ſtatuentium ac perſuadendam limitationem arctativam, & præciſam, ut de dictione *videlicet* eſt *Tex. in l. videlicet*
20 *ff. de pact. & in l. in vendition. ff. com. prædior* cum aliis per *Rotam deciſ. 286. num. 9. coram ſan. mem. Gregor. XV. & dec. 126. num. 13. par. 7. recen.* & de dictione *niſi Alex. conſ. 82. num. 3. & ſeq. lib. 1., Menoch. conſ. 327. num. 106. & conſ. 356. num. 9., Surd. conſ. 11. num. 1. & 3., Marzimed. deciſ. Senen. 58. num. 10.*

Et nihilominus (ſubdebant quantumvis ex abundanti iidem Informantes) quod non deerant quoque verba, ac etiam præpotentes undique conjecturæ potius ex oppoſito manifeſtantes Teſtatorem tanquam optimum Civem potius adhærere voluiſſe patrio Statuto, quam ab eo reſilire: in primis namque fuerat egreſſus terminos ſimplicis compendioſæ adhibendo illos effectivæ pupillaris expreſſæ etſi per verba generalia ut ibi *e morendo in qualunque tempo &c.* in quibus ſane terminis huiuſcemodi compendioſam arcere
21 matrem a quacumque prætenſione ſucceſſionis ac legitimæ tuentur omnes ſuperius allati §. *Secundus caſus cum ſeqq.* & ſpecifice etiam declarat *Socein. ſen. conſ. 117. num. 4. & ſeq. lib. 4., Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 3. ſub. num. 14., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 241. num. 23., Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 14. num. 45., Maaſ. conſult. 327. num. 28. 33. & 42.,* Rot. *in Ariminen bonorum 16. Maii 1692. §. Coniecturæ coram Reverendiſs. D. meo Molines Decano.*

Digitized by Google

Secundo facilius, quia quantumuis Teſtator
adhibuerit illud verbum commune *ritorni*, quod
aperit concluſionem contra matrem ex adductis
ſupra in §. *Tertio*; attamen cum idem verbum
non ita rigide uti verbum *reſtitua*, exquirat ul-
lius perſonæ miniſterium pro reſtitutione ineun-
da, eo magis prænominato conformabatur Sta-
tuto, cum etiam de per ſe verbum *ritorni*, *ri-
cada*, magis aſſimilari directæ, quam obliquæ
22 ſubſtitutioni authumaverint *Odd. de compend.
par. 4. art. 1. ſub. num. 20., Trentacinq. de ſubſt.
par. 4. cap. 4. num. 9., Cardin. de Luca de fidei-
com. diſc. 121. ſub. num. 4. alter de Luca ad de
Marin. lib. 1. reſol. 265. ſub num. 6., Rot. deciſ. 84.
num. 4., & deciſ. 101. num. 5. ibique adden. co-
ram. Buratto.*

Validius autem, quia tertio loco ultra illam
dictionem diſtributivam *in qualſivoglia tempo*,
meminit Teſtator de præciſa ætate pupillari et-
iam in inſtitutione; quando etenim Teſtator
adeo explicite mentionem inivit de ætate pupil-
23 lari, etiam in inſtitutione, quod ſubſequens
ſubſtitutio interpretetur pro directa pupillari,
non obſtante adhibitione verborum comunium
annotavere *Manſ. conſult. 327. ſub num. 9. & 30.,
Altogr. jun. controv. 35. num. 6. tom. 1., Rot de-
ciſ. 136. num. 2. par. 4. diverſ., & deciſ. 424. ſub
num. 15., & deciſ. 448. num. 6. coram Dunoz. jun.
in Montis Faliſci fideicommiſſi 8. Februarii 1686.
§. fin. coram clar. mem. Card. Matthæio, & in Ari-
minen. bonorum 16. Maii 1692. §. Pupillaris co-
ram Reverendiſſimo D. Meo Decano.*

Adiungebatur quarto, ad facilius dirigendam
hanc ſubſtitutionem favor piæ cauſæ ſubſtitutæ;
24 poſtpoſitis quippe ſubtilitatibus juris, exigit
idem favor, ut verba, quantumvis communia
accipi mereantur in ſenſu directo, ut ita finis
tam laudabilis Teſtatoris uberius impleatur uti
monet *Altograd. conſil. 76. num. 7. lib. 1., Card.
de Luca de fideicom. diſc. 108. num. 8. & 11. diſc.
122. num. 4., & diſc. 124. ſub. num. 6., Rot. de-
ciſ. 125. num. 25. par. 2., & deciſ. 424. num. 25.
coram Dunoz. jun., & in dicta Ariminen. bono-
rum §. His accedit coram Reverendiſſimo Decano.*

Corroborabatur & quinto, reflectendo quod
cum tota quæſtionis huius ambiguitas verſetur
in comprehenſione, necne bonorum ipſius pupil-
li, ſive legitimæ eidem debitæ (quo etenim ad
bona Teſtatoris ſat erat ſimpliciſſima fideicom-
miſſaria) quis dixerit, quod in caſu noſtro non
intellexerit Epigmenius diſponere de legitima
debita ipſi Franciſcæ Antoniæ tunc temporis in-
fanti, dum ipſum relictum ſcutorum mille ſub
honorabili titulo inſtitutionis, accedente clau-
ſula *omni meliori modo* jam ſuapte natura ſubro-
gabatur loco legittime? unde cum ſuper eodem
tantummodo legato ita ſubrogato caderet in-
fallanter ſubſtitutio, ex quo vix Franciſcæ An-
toniæ permittebatur facultas diſponendi de ſcu-
tis centum, non poterat proinde alio modo ve-
rificari Epigmenii intentio, & ordinatio, quam
per importantiam ſubſtitutionis pupillaris, quæ
25 ut diximus vi ſua comprehendit bona propria,
& legitimam ipſius pupilli, juxta ea, quæ limi-
tando monet *idem Bart. in dicta l. Centurio num.
27. ff. de vulgar. & pupillar. Bald. in l. ex tribus
num. 2. C. de inoff. teſtam Odd. de compend. art. 3
num. 43., Trentacinq. de ſubſtit par. 4. cap. 2. nu.
21., Ridolphin. alleg. 163. num. 4. Torr. de majo-
rat. par. 2. quæſt. 9. num. 2.*

Denique potens concomitabatur argumentum
expreſſæ pupillaris ſubſtitutionis ordinatæ in re-
liquo, ſeu toto aſſe hæreditatis. Epigmenius
etenim Ioſepho Mariæ filio pariter de eo tempo-
re pupillo aperte ſubſtituerat ipſam Cappellam
quoties moreretur *ſenza figli legitimi, e naturali
prima dell' età d' anni diecidotto compiti.* Quamo-
brem dum innegabiliter ſub prædicta mentione
ætatis includebatur ætas pupillaris quatuorde-
cim annorum, ſi verum eſt, quod in majori
explicito numero ſemper eminentius continea-
26 tur & minor, ut per *Rotam deciſ. 28. num. 8.
coram Bichio cum aliis in deciſ. 483. num. 2. coram
Emerix jun.* utique ea ſubſtitutio, quæ certo cer-
tius videbatur pupillaris in filio, talis etiam eſ-
ſe debebat in filia, ne in eodem genere perſo-
narum, eodemque uſu verborum indefferantium
ac communium, ut pariter ibi *ſi coſtituiſca una
Cappellania &c.* diſformis emergeret intellectus
ac interpretatio diſpoſitionis, quemadmodum
præter genericam, ſed urgentem, & indivi-
duam regulam *vulg. Text. in l. hoc jure ff. de vul-
27 gar. & pupillar.* cum aliis per *Bonden. collect.
legal. 45. num. 58. vol. 2.* in his terminis arguunt
*Gall. de except. tit. 4. except. 21. num. 25. par. 2.,
Modern. Scopp. ad Merlin., Pignat. controv. 9.
num. 25. lib. 1., Rot. dec. 717. num. 13. verſ. eo-
que magis coram Coccino.*

Cæterum neque hæ conjecturæ, neque lit-
tera Statuti potuit de juſtitia Dominos dimo-
vere a ſenſu favorabili Lucretiæ aviæ, illiuſ-
que hæredum: firmo, ſiquidem remanente
principio, ſeu caſu. de quo ſupra, nimirum,
quod ubi tam inſtitutio, quam ſubſtitutio re-
ſtricta dignoſcatur ad quantitatem, ſeu rem
certam, eadem ſubſtitutio veniat intelligenda
pro fideicommiſſaria, manifeſte corruebant Sta-
tutum, & conjecturæ. Statutum, quippe Au-
ximanum indefinite loquebatur de propria,
vera, univerſali, vel ſaltem quotitativa ſub-
ſtitutione, quæ idcirco compati poſſet cum
ſubſtitutione pupillari non vero de ea ſubſtitu-
tione in quantitate certa, quæ compati non
28 poſſet cum ſubſtitutione pupillari, ne Statu-
tum traheretur ad juridicam penitus abſurdi-
tatem, quod nuſquam fieri debet *Alex. conſ. 52.
num. 2. lib. 1. & conſ. 80. num. 8., Rot. deciſ. 23.
num. 12., & deciſ. 42. num. 9. coram Cerro,
& in Viterbien. manutentionis 14. Decembris
1699. §. Neque relevat coram R. P. D. meo
Scotto.*

Quod autem ſubſtitutio, de qua tractatur
tanquam reſtricta ad quantitatem ſcutorum
mille compati non poſſet cum ſubſtitutione
pupil-

Digitized by Google

pupillari evidens erat, quia in tantum conce-
ditur hæc quodammodo exorbitans Patri pote-
ſtas diſponendi de re non ſua, in quantum
ſuppleat illi factioni teſtamentariæ, legibus tam
amicæ, qua per mentis immaturæ deficien-
tiam caret infans & pupillus, uti ſępius ani-
madvertimus ſupra. Sed non reperitur adeo
pupillus, vel pro eo Pater privilegiatus, ut
queat condere teſtamentum contra ipſarum
legum reſiſtentiam, veluti palam in hominibus
paganis vetantium, ne quis decedat pro parte
29 teſtatus, & pro parte inteſtatus, ut *in l. jus
noſtrum ff. de reg. jur.* ſicuti contigeret, quoties
teſtamentum pupilli reſtringeretur. ut ad pręſ-
ſens, ad predicta ſcuta mille, & non capeſ-
ſeret bona, quę etiam poſt obitum Patris ob-
30 venire valerent eidem pupillo, ex his, quæ
rationem hujuſce concluſionis eviſcerantes tra-
diderunt *Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 140.
num. 23. & 24., Cancer. var. reſolut. par. 1.
cap. 1. n. 12., Peregrin. de fideicommiſſ. art. 34.
num. 54. & ſeqq., Rota deciſ. 22. ſub. num. 10.
poſt Merlinum de legitima*, ubi optime.

Non adverſante ad hoc propoſitum *Textu
in l. cohæredi §. Final. ff. de vulgar. & pupillar.*
31 per quem punctualiſſime in terminis videtur
Patri permitti poteſtas pupillariter ſubſtituen-
di etiam filio impuberi, in re certa inſtituto,
ut ibi -- *non videri cum vitio factam ſubſtitutio-
nem his verbis placuit: ille filius meus ſi intra
pubertatis annos deceſſerint, tunc in locum par-
temve ejus Titius hæres eſto, non magis, quam
ſi poſt demonſtratam conditionem ſibi hæredem eſſe
ſubſtitutum juſſiſſet.*

Siquidem tam hodierno teſtamento, quam
ipſi Statuto inapplicabile erat acutiſſimi Papi-
niani reſponſum *in præfata l. cohæredi*, ex quo
juriſconſultus ibi figurat in primis non inter-
pretative in vim particularis Statuti, ſed cu-
bitaliter, patrem ſubſtituiſſe filio impuberi per
verba penitus directa civilia *hæres eſto*, & ſic
ad terminos tertii caſus, de quo ſuperius
§. *Tertia regula*; tunc etenim ultro jam ad-
miſimus comprehendi poſſe bona pupilli; ſed
quod plus eſt, idem Papinianus in eo caſu præ-
ſupponit nedum filium fuiſſe inſtitutum in quo-
ta potius, quam in certa re, ut ibi -*locum &
partem*, ſed quod nullus datus fuerit cohæres
univerſalis, adeout ad evitandum alia via
idemmet abſurdum decedendi ex parte ab in-
teſtato, & ex parte cum teſtamento, locum
ſibi queat occupare jus accreſcendi ex perſo-
na ſubſtituti ibi -*nam, & qui certæ rei hæres in-
ſtituitur cohærede non dato, bonorum omnium hæ-
reditatem obtinet.*

32 Quod equidem ſecus eſt in ſubjecta hypo-
theſi, in qua manifeſte datus apparebat Joſeph
Maria filius maſculus hæres univerſalis, que-
madmodum reprobando *Altograd.* optime cum
*Rot. deciſ. 22. num. 66. poſt. Merlin. de legi-
tim.* præ cæteris reſpondet *Card. de Luca de
fideicom. diſc. 122. num.* 3. ubi pariter ex §. *Ve-
rum* enucleat ſanctionem *Text. in cap. ſi Pater
de Teſtam in 6.*

Adderem ego, quod cum in hujuſmodi cir-
cumſtantiis tota ſubſtitutio pupillaris conſiſte-
ret in nuda legitima Franciſcæ Antoniæ, ve-
luti inſtitutæ in præfata certa quantitate pro
omni & toto eo, quod prætendere poſſet ex
bonis paternis, maternis, aliiſque, ac etiam
ex titulo legitimæ, ſecundum ea, quæ in pro-
33 poſito conſimilis legati annotaverunt *Cuma-
rell. de legat. lib. 11. cap. 5. quæſt. 2. num. 2.
& 3. fol. 718., Rot. deciſ. 10. nu. 17. & ſeqq.
par. 15., deciſ. 49. num. 6. & ſeqq. par. 18.
rec. cum pluribus in Romana Legat. ſeu Legi-
timæ 28. Februarii* 1695. §. *Nequa beneficio,
& 17. Junii ejuſdem anni* §. 1. *coram R. P. D.
meo Scotto*;

Profecto repugnat, quod, ad eamdem le-
gitimam reſtringendo diſpoſitionem, hæc eadem
legitima denudata omni alia qualitate vel
quantitate bonorum cadat ſub vinculo ejuſdem
ſubſtitutionis pupillaris, quando de natura ipſius
legitimæ præcipuum eſt, quod ea tanquam
continuativa illius condominii, quod habet fi-
lius vel filia in vita Patris, ex fuſe perpen-
34 ſis in *Romana Legitimæ 9. Junii* 1698. *ex
§. At non ſic eſt cum pluribus ſeqq. coram Me.*
nuſquam ſubiici poſſit ulli oneri reſtitutionis
35 vel fidecommiſſi, quod Juris gladio reſeca-
tur ad litteram *Text. in l. quoniam in priori-
bus, & in l. ſcimus C. de inoff. teſtam., Rota
deciſ. 52. num. 1. & 2. coram Priolo*, cum
aliis abunde *in Romana Legati, ſeu Legitimæ
28. Februarii* 1695. §. *Relevante coram R. P. D.
meo Scotto, & in dicta Romana Legitimæ* §. *At
non ſic eſt coram Me*; Ideoque etiam non agni-
ta tranſmittitur ad quoſcumque hæredes ex-
36 traneos, ſicuti proſequitur *Surd. conſ. 341.
num. 11. & ſeq., Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3.
quæſt. 9. a num. 5., Rot. deciſ. 668. num. 1. &
ſeqq. par. 1. diverſ., deciſ. 168. num. 4. 5. & 6.
par. 6. rec., dec. 8. n. 9., deciſ. 226. n. 3., & de-
ciſ. 739. num. 6. coram Emerix Iun.*

Ac propterea quemadmodum reſpectu filio-
rum puberum ac majorum, ad finem ſubju-
gandi legitima ſubſtitutioni, ſeu neceſſarium
extitit, quod Pater fideicommittens aliàs de
proprio libere honorando filium filiamve,
meniſeſtet propriam intentionem, ac obſervet
37 celebrem cauthelam, quę tribuitur *Soccino*,
ut cęteris recollectis habetur apud *Giovagnon.
conſ. 1. num. 10. lib. 2., Rota deciſ. 653. n. 13.
par. 1. rec., & deciſ. 689. num. 7. 8. & 9. co-
ram Card. Cerro, ubi aliæ concordantes, & in
Carpentoracten. Legati Legitimæ 24. Ianuarii*
1695. *coram R. P. D. meo Caprara*;

Ita paritas rationis expoſcit, quod intendens
filium gravare in tota, ac ſola ſua legiti-
ma, id ſaltem explicet per verba omnino di-
recta ac civilia, ad normam *memoratæ l. cohæ-
redi* & ad ſenſum *Bartol.* in ſępedicta *l. Cen-
turio num. 18. ff. de vulgar. & pupillar.*, alioſ-

Digitized by Google

que relatos ſupra §. *Sexta regula*, quibus audi poteſt *Mantic. de conjeḉt. ultim. volunt. lib. 5. tit. 7. num. 11.*

Et ex his firmo remanente principio, quod ubi tam inſtitutio quam ſubſtitutio ad certam rem coarctatur, & maxime ad legitimam, cæteroquin debitam filio gravato, parum adverſabantur conjecturæ, excludentes, vel includentes voluntatem Epigmenii in facienda ſubſtitutione pupillari, vel ex quo per verba ſuperius animadverſa comprehenderit explicite ſive eminenter tempus etiam pupillaris ętatis: vel ex quo de facto filiæ ſuæ infantilem ætatem expreſſerit; vel demum ex quo reſpectu filii maſculi hæredis univerſalis magis explicaverit ætatem pupillarem, unde coæqualis deberet ſumi interpretatio ſubſtitutionis, cum ſimilibus, quia licet in ſecundo caſu fuerit præſuppoſitum, ſatis eſſe ſubſtitutionem eſſe conceptam cum formula omnium temporum diſtributiva, & regula exiſtat veriſſima ex jam allatis in §. *Octavus denique* applicando tamen ad rem, ſive ad inſtitutionem, ac ſubſtitutionem reſtrictam ad certam rem, ac quantitatem, vel abſolute non ſufficit mera voluntas, juxta rationes proxime expenſas *in §. Quod autem cum ſeqq.* aut ſaltem debet voluntas apparere manifeſta, non per verba mere diſtributiva, ſeu complexiva plurium temporum, ſed per illa ſaltem verba, quæ lex requirit in ſubjugando legitimam oneri reſtitutionis, ut
39 in propoſito dictæ cauthelæ Soecini ponderarunt *Adden. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 489. num. 27., Gratian. diſcept. 983. num. 3. Rot. deciſ. 502. n. 6. coram Peutinger., deciſ. 687. n. 6. & deciſ. 991. num. 10. coram Emerix jun. & deciſ. 119. num. 2. & 3. par. 14. recen. & in Romana legitima 9. Iunii 1698. §. At non ſic eſt coram Me.*

Et ob id palpabiliter corruebat, imo retorquebatur etiam ponderatio, quod non poſſet inſtitutio ordinata per Epigmenium verificari in alio, quam in ipſa legitima, prout quoque decidebat quod verbum *ritorni* magis aſſimiletur directæ quam obliquæ ſubſtitutioni, quia non idcirco reponi merebatur extra caſum verborum communium, ut ſupra *in §. Tertia regula*, quando tamen non ſolum in hoc caſu deſiderantur verba directa, ſed & directa civilia: Generica antem conſideratio pię cauſæ, ejuſque privilegium non eſt adeo fortis, ut prævaleat favore ipſius legitimæ, quam uſque a jure naturali deſcendere, plerique reputarunt ex his. quę in terminis lateque articulo diſcuſſo poſt *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 242. n. 84. cæteroſque allegatos* firmata fuerunt *in dec. 183. ex n. 17. & 18. verſ. quia in ſucceſſione filiorum &c. coram Carillo.*

De reliquo etiam, ubi dirimenda fuiſſet ex abundanti quæſtio per vim, ac pondus conjecturarum, validiores adſtabant pro excluſione veræ pupillaris ſubſtitutionis, itaut etiam in hac parte prævalgeret reſponſio data ad ſupradictum Statutum Auximanum *in deciſione edita coram Reverendiſſ. D. Meo Decano in praecedenti inſtantia §. final.* ex quo idem Statutum propriam determinationem limitaverat per illa verba *niſi evidens in contrarium voluntas diſponentis apparuerit* nam primario coſiderabatur, quod pater de ſua hæreditate reliquerat ſcuta mille filię ſuæ *da conſeguarſeli in tempo, che ſi maritarà nel ſecolo*, quapropter conſiderando, quod de ſuo dederat vel prę̨ſtari juſſerat ſcuta mille, ecce quod inſpecto tam cortice quam rigore verborum neceſſarium erat inflectere ad crudam obliquitatem, nedum illud verbum commune *ritorni*, ſed etiam aliud quodcumque, quod in ſe fuiſſet directum quemadmodum fuſe probarunt *Honded. conſ. 73. num. 17. & 18. lib. 1., Fuſar. conſ. 115.*
41 *per tot. & conſ. 186. n. 14., Gratian. diſcept. 528 num. 13., Franciſc. Palm. conſ. 61. nu. 13., Rot. deciſ. 101. num. 2. ibique Adden. litt. A. coram Buratto, & dec. 183. n. 10. coram Carillo*, & habetur in ſpecie apud *Caſtald. conſultat. forenſ. lib. 2. conſult. 288. ex n. 1.*

Certius inſpecto tempore faciendæ conſignationis, videlicet ad diem ineundi matrimonii, qui de jure verificari non valet, niſi pubeſcent pupilla, ſive infante, aut impubere, ſicuti ſancivit *Text. in cap. ex literis de ſponſ. impub., Sanch. de matrim lib. 7. diſp. 114. num. 1. Narbon. de ætat. ann. 7. quæſt. 7. num. 6. ann. 14. q. 9. num. 2., Baron. de effect. minor. ętat. circ. ſpiritual. eff. 4. num. 1.*, & in his terminis obſervat *Caſtald. d. conſult. 288. num. 2.*

Potiſſime demum, quia ſub eodem legato Pater conceſſerat filię poteſtatem diſponendi de ſcutis centum: ibi, *e la medema mia figliuola habbia ſolo facoltà di diſporre di ſcudi cento.* Quomodo etenim cenſeri poterat, quod Pater ad normam, atque eſſentiam pupillaris ſubſtitutionis diſponere, atque teſtari ſomniaverit pro filia; ſi eidem præſuppoſuerat in eſſe poteſtatem diſponendi, illique etiam eamdem poteſtatem intactam deſeruerat, de bonis a ſe legatis quoad ſcuta centum, qui utique modus legandi, atque gravandi nequit adaptari, niſi ad ſimplicem fideicommiſſariam, ut reliquis generalioribus prætermiſſis nec abſcedendo a noſtra hypotheſi optime notat *Caſtald. conſult. forenſ. lib. 2 conſult 288. ſub. num. 2. verſ. & omnis tollitur amaritudo cum num. ſeq.*

Atque ex his, aliiſque etiam ſtudioſe prętermiſſis, Domini undequaque agnoſcentes juſtitiam prærteritæ ſententiæ, pro illius confirmatione reſponderunt, utraque &c.

ROMANA, SEV VELITERNA TESTAMENTI.

Veneris 17. Martii 1702.

ARGVMENTVM

Filius familias an citra Patris authoritatem teſtari poſſit de peculio caſtrenſi, vel quaſi. Quid ſi idem filius fam. ſit Clericus, Doctor & Judex. Pater an gerendo actus hæreditarios approbare dicatur teſtamentum ipſius filii nullum, & an requiratur ſcientia in ipſo approbante de nullitate ipſius Teſtamenti, & ſuper hoc affertur magiſtralis diſtinctio, & plurima docte enucleantur ad rem neceſſaria.

SVMMARIVM

1 *Hæreditas defertur proximiori excluſis remotioribus.*

2 *Non comprehenſo in ſubſtitutione opponi poteſt adagium illud: Subſtitutio de te non loquitur.*

3 *Filius familias non valet condere teſtamentum ſed tantummodo hæc poteſtas permittitur Patri vel ſilio mediante emancipatione ſui juris effecto.*

4 *Limita ſi filius diſponeret de peculiis quaſi caſtrenſibus, vel caſtrenſibus, & ſit Doctor, & Clericus & Judex, quia munera publica exercentes non minori utilitate pugnare cenſentur, quam ſi armis decertarent pro Patria.*

5 *Clericus poteſt libere teſtari de bonis caſtrenſibus, & quaſi,* & n. 8.

6 *Et in dictis bonis Patris non competit uſuſfructus.*

7 *Declara quod per iſtam factionem teſtamenti nullo pacto poteſt Patri adimi uſuſfructus ante Clericatum acquiſitus.*

9 *Potiſſimum ſi Pater hæres inſtitutus teſtamentum filii in pluribus actibus approbaverit, quia tunc niſi diſpoſitio filii valeret tanquam teſtamentum; valeret tamen tanquam actus, & voluntas ipſius Patris filii ſui teſtamentum approbantis.*

10 *Parentes ex bonis Clericorum auferre debent legitimam.*

11 *Et ſi illi quibus incumbebat irrumpere eandem diſpoſitionem, non interruperunt ſatis eſt ad hoc ut filius non dicatur decedere inteſtatus.*

12 *Imo Parentes expetendo legitimam videntur teſtamentum filii confirmaſſe.*

13 *Repugnantia ne quis decedat partim teſtatus, & partim inteſtatus cadit reſpectu dumtaxat Pagani unicum tantum patrimonium habentis ejuſdem naturæ indifferentis, ita ut Jura ſtatuerunt Jus accreſcendi commodo hæredis ſcripti in re particulari.*

14 *Filius fam. poteſt libere teſtari de bonis in militia acquiſitis, & de aliis bonis caſtrenſibus, vel quaſi.*

15 *Clericatus ubi adeſt præiudicium Tertii probari debet cum Literis patentalibus Ordinarii aut, alterius Epiſcopi.,* & nu. ſeqq. in fin.

16 *Enunciativa non attenditur quoties quæſtio principaliter verſatur ſuper enunciato.*

17 *Negativa juſtificatur ex revolutione, aut rimatione actorum expleta per Officialem.*

18 *Clericus ad hoc ut poſſit condere teſtamentum ſtipatus eſſe debet tribus illis requiſitis ad ſortiendum Forum Eccleſiaſticum illi præſcriptis, alias per ſimplicem Tonſurationem divellerentur Jura Parentum.*

19 *Teſtandi facultas cum exiſtat de ſublimiori potentia legis, hinc ad ipſum legem et non ad Parentes ſpectat authoritatem ipſi teſtamento concedere & illud confirmare.*

20 *Itaut filius fam. neque Patre quomodolibet conſentiente valide teſtari poteſt.*

21 *Et quamvis inter clauſulas teſtamentarias includatur donatio cauſa mortis filio fam. permiſſa Patre conſentiente.*

22 *Iſte tamen conſenſus debet poſitive intercedere ſuper dicta donatione quæ Patri conſentienti innoteſcat non autem in hærere poteſt illi implicitæ & inter generales clauſulas commixtæ donationi*

23 *Teſtamentum filii fam. in quo fuerunt præteriti Parentes valet. ſed ſolum irritari debet, ex cauſa præteritionis ipſis Parentibus præeligentibus factionem Teſtamenti.*

24 *Non vero teſtamentum ipſius filii ex carentia publicæ authoritatis nullum, validari valet per privatam Parentum authoritatem.*

25 *Potiſſimum quia cum teſtandi poteſtas requiratur in ipſo momento, quo conditur Teſtamentum ſatis non eſt, quod per actus ex poſt a Patre exercitos ſit illi tributa facultas, quæ contextualiter non aderat.*

26 *Vocatus ad fideicommiſſum ſi ſe abſtineat a petitione fideicommiſſi non idcirco tollitur fideicommiſſum, ſed lex non repugnat, quod bona fideicommiſſaria maneant apud quemlibet extraneum.*

27 *Hæres ſi adit ſimpliciter hæreditatem ex teſtamento nullo, & in illius ſequelam gerit actus hæreditarios, tunc talis generica aditio nec validat teſtamentum, nec obligat adeuntem: Si vero pactum facit de obſervando, tunc ad teſtamenti obſervantiam tenebitur in vim ſolius pacti, & non aliàs.*

28 *Per petitionem legitimæ magis impugnatur, quam approbatur teſtamentum.*

29 *Judicium petitionis legitimæ exiſtit unum ex Judiciis præventivis, quod paſſim in ſuis caſibus ab Hærede actuali fieri poteſt.*

30 *Adiens hæreditatem cum Beneficio Legis, & inventarii tenetur reddere rationem de bonis inventariatis.*

31 *Nullitas teſtamenti ad hoc ut dicatur approbata neceſſe eſt, ut approbans notitiam habeat nullitatis, quæ requiritur individua non minus in facto quam in Jure ad hoc ut præjudicet approbanti, illiusve hæredi.*

32 *Quinimo ad effectum excludendi revalidationem teſtamenti etiam de per ſe, ſive de Jure præſumitur ignorantia.*

Dona-

33 *Donaturius univerſalis capit omnia ea, quæ pertinent ad Donatorem, & ſtat loco hæredis irrevocabiliter.*

34 *Citra conſenſum fideicommiſſarii non licet diſponere de re aliena ſive, ipſi fideicommiſſario reſtituenda.*

DECISIO CCXXXVI.

DElata ad Tribunal A. C. controverſia, vigente inter Annunciatam, & Cleriam, ſuper ſucceſſione Joſephi communis Conſanguinei, uti eluceſcit in Arbore ſuperius effigiata, prodiit a R. P. D. Origo alteram tunc ex geminis ejuſdem A. C. Locumtenentiæ ſedem laudabiliter implente, ſententia pro majori parte favorabilis ipſi Annunciatæ, tamquam attribuens eidem bona, ſive dotem alterius Cleriæ, Matris præfati Joſephi una cum bonis Catharinæ Materteræ, in Joſephum perventis; Verum Cleria hujuſmodi judicato nullatenus acquieſcens, & ad noſtrum Sacrum provocans Auditorium, priori loco hodie opponebat.

Quod perperam ulla, vel minima gleba, ſeu portio memoratæ ſucceſſionis Joſephi conceſſa fuerat Annunciatæ, dum præciſive pro nunc ab univerſali donatione erga eamdem Annunciatam exarata per Franciſcum Joſephi Patrem, ipſa Annunciata nequibat contendere cum Cleria poſſeditrice, tam ad normam Juris ſuccedendi ab inteſtato, quam ex teſtamento; Et quidem ab inteſtato, quoniam Cleria, utpote ex Jacobo fratre immediata Neptis Joſephi, prorſus a conſucceſſione excludebat Annunciatam in longe remotiori gradu
1 exiſtentem, deferente Jure noſtro hæreditatem ſemper proximioribus in gradu, *Auth. Defuncto Cod. ad Senat. Conſult. Tertull., Card. de Luca de ſucceſſ. diſc. 23. num. 3., Rota deciſ. 23. num. 9. cor. Celſo, deciſ. 72. n. 5., & deciſ. 116. num. 12. coram Ottbobon., & in rec. dec. 511. num. 1. par. 16., dec. 64. pariter. num. 1. par. 17., & dec. 165. num. 4. par. 19.*

Eodemque, immo faciliori modo, habito altero reſpectu ad teſtamentum conditum per eumdem Joſephum; quantumvis enim is, legi naturali ac civili obtemperando, Franciſcum Patrem ſuperviventem hæredem, ut par erat, ſibi ſcripſiſſet; attamen poſt illius obitum litteraliter ſubſtituit Cleriam ex Jacobo fratre neptem; Unde cum caſus advenerit deceſſus ipſius Franciſci gravati, non erat dubitabile, quod hæreditas Joſephi deſcenderit ad ipſam
2 Cleriam, cum eadem ſubſtitutio ne verbum quidem faceret de Annunciata; ideoque intraret Adagium *Io. Andr. Subſtitutio de te non loquitur, de quo Socein. ſen. conſ. 63. num. 4. verſ. Et in primis vol. 3., Peregr. conſ. 31. n. 2. lib. 4.* cum aliis *in Romana Fideicommiſſi de Dotis 22. Martii* 1700. §. *Certe coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, & in* Romana *Fideicommiſſi* 15. *Aprilis* 1701 §. *Anima igitur, coram Me.*

Neque de viribus hujuſce teſtamenti congrue poterat diſceptari: etsi namque, (ut proſequebatur Cleria) Joſeph veluti filius familias non valeret abſtractive potiri aliqua factione teſtamenti, largientibus tantummodo legibus hanc poteſtatem Patribus familias, vel filiis mediante emancipatione effectis ſuis juris, & a Patria poteſtate ſolutis, ad *Text. in principio Inſtitut. Quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam., & in l. qui in poteſtate 6. in l. filius familias 16., & in l. ſi filius familias 19. ff. de teſtam., & qui*
3 *teſtam. fac. poſſ., & in l. 3. §. Filium Cod. eod. tit., Iul. Clar. ſententiar. lib. 3. §. Teſtamentum quæſt. 18. num. 1., & 2., Manſ. de teſtament. valid., vel invalid. tit. 2. num. 88. & ſeqq., Torr. de pact. futur ſucceſſ. lib. 1. capit. 24. n. 3., Rot. coram Cavaler. dec. 570. num. 1. & 2. coram Manzaned., deciſ. 216. n. 1. 2. & 3. & coram Bich. dec. 424. n. 14. & 15.*

Cum tamen Joſeph trina perſonali prærogativa coronaretur, nempe Doctoratus, Judicaturæ, & Clericatus, utique ratione Doctoratus, & Judicaturæ teſtari valuerat, in primis de bonis contemplatione harum qualitatum acquiſitis, quæve quaſi Caſtrentia compellantur, ex quo munera publica exercentes non minori quandoque utilitate pugnare cenſentur, quam ſi armis decertarent pro Patria, juxta reſcriptum Cæſarum *in l. Advocati Cod. de Advoc. diver. judic.* ibi-*Advocati, qui dirigunt ambigua fata cauſarum, ſuæque defenſionis viribus in rebus ſæpe publicis ac privatis*
4 *lapſa erigunt, fatigata reparant, non minus provident humano generi, quam ſi præliis atque vulneribus Patriam, Parenteſque ſalvarent &c.*, & late varia genera perſonarum hujuſmodi dinumerans ad hunc effectum teſtandi, *Egid. Boſſ. de patr. poteſt. cap. 7. num. 7., & ſeqq.*

Verum etiam de cæteris effectibus quomodolibet acquiſitis, ponderata quoque dumtaxat ſimplici qualitate Clericatus in eo concurren-
5 te, ſicuti ſancitum legimus *in Auth. Presbyteros Cod. de Epiſc., & Cleric.* ibi-*Ad ſimilitudinem Caſtrenſium peculiorum, & donare eui volunt ſecundum leges, & in his teſtari, licet ſub Parentum poteſtate ſint*, - quæ per hæc ipſa verba deſumpta fuit ex *Novell.* 123. *de Sanct. Epiſc. capit. Presbyteros* 19., ſola hac differentia vertente, quod in bonis vere ac proprie quaſi Caſtrenſibus nullus Patri competit uſuſ-
6 fructus, ex *Text. in l. cum oportet ſub princ.* ibi - *Exceptis Caſtrenſibus peculiis*, - ibique *Gloſſ. in verbo acceſſerunt Cod. de bon., quæ liber., Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 7. par. 15. num. 4., Paſcal. de virib. Patr. poteſt. par. 1. cap. 3. num. 5., Boſſ. de Patr. poteſt. capit. 7. num. 19., Card. de Luca de ſervitut. diſc. 60. num. 2.*

In hac autem factione teſtamentaria ex cauſa & exemptione Clericatus, nullo pacto poteſt per Teſtamentum filii familias adimi Patri uſusfructus, acquiſitus ſaltem ante Clerica-

tum

Digitized by Google

tu;n, ut quidquid in contrarium nonnulli ſen-
ſerint, firmior eſt ſententia, de qua videre
7 eſt apud *Decium in cap. in præſentia num. 249. & ſeqq. de probat.*, *Auguſtin. Barboſ. in Auth.*
Presbyteros num. 6., *& 7. Cod. de Epiſc.*, *&*
Cleric., *Paſcal. de Virib. patr. poteſt. par. 1.*
cap. 3. n. 6., *Boſſ. de patr poteſt. cap. 5. n. 176.*,
Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 12. n. 415.
& 16., *Rot. poſt illam dec. 80. n. 7.*, *& 8.*, *&*
dec. 258. n. 2, *& ſeqq. par. 16. rec.*

Quia etiam, etſi pariter aliqui dubitave-
rint de Clericis ſimplicibus, ſive primæ Ton-
ſuræ, ſecundum allegata per *Covarr. capit.*
quia not num. 3. de Teſtam pariformiter nihilo-
minus receptior eſt opinio, quod Clerici qui-
cumque, dummodo ſint Clerici, illiuſque ca-
8 ractere illuſtrentur abſolute perfruantur ſupra-
dicto teſtandi privilegio, ex plene firmatis per
Io: Andr. in d. cap. quia not num. 1., *Anton de*
Butr. num. 3., *Petr. de Anebaran. pariter. n. 3.*,
Abbat. num. 5., *Barry. de ſucceſſ. lib. 1. titul. 7.*
n. 3., *Manſ. de Teſtam. valid.*, *vel invalid. tit. 2.*
num. 153. in fine, *Paſchal. de patr. poteſt. par. 1.*
cap. 6. num. 37., *Boſſ. eod. tract. d. capit. 5.*
num. 182., *Sanchez ad præcept. Decalog. libr. 7.*
capitul. 13. numer. 33., *Cardin. de Luc. de te-*
ſtam. diſc. 34. n. 5., *& ſeqq.*, *Rot. deciſ. 533.*
n. 4., *& ſeqq. par. 14. recent.*

In omnem poſtremo caſum ſuppoſita etiam
per hypotheſim contra hujuſque præmiſſa om-
nia carentia poteſtatis teſtandi in Joſepho,
adhuc (ſubdebat Cleria) memorata illius or-
dinatio, & reſpective demandata ſubſtitutio ſuf-
ficienter ſuſtentabatur, quia cum Franciſcus
Pater, uti hæres adiverit ejuſdem Joſephi fi-
lii hæreditatem atque ex hoc capite nonnulla
bona recuperavit credita exegerit, nec non
quædam loca Montium per viam Tranſactio-
nis detinuerit, ſen conquæſiverit ſub expreſſa
enunciativa qualitatis hæreditariæ. & vinculo
ſubſtitutionis injunctæ favore ipſius Cleriæ,
Summario ejuſdem num. 6., profecto niſi præfa-
ta diſpoſitio Joſephi valeret tamquam Teſta-
9 mentum, valeret tamen, tamquam actus,
& voluntas ipſius Patris filii ſui teſtamentum
approbantis ex his, quæ recte ratiocinatur,
Anton. Fabr. de error. pragmat., *Decad. 13. er-*
ror. 3. nu. 11., *Hodiern. controu. forenſ. cap. 44.*
num. 72.

Quid plus? Dum idem Franciſcus nedum
præventive reſtituit, vel conſignavit Cleriç
quædam argenta, ac mobilia hæreditaria Joſe-
phi; *dicto Summ. num. 8.*, ſed & judicialiter
inſtitit pro conſequenda legitima, ſignanter
10 ſuper nonnullis locis Montium, ad normam
adamuſſim prædictç authenticæ Presbyteros
Cod. de Epiſcop., *& Cleric. in illis finalibus ver-*
bis. Sic tamen, ut horum filii, aut his non ex-
tantibus, Parentes eorum legitimam ferant par-
tem - ambigi namque etiam per diſcurſum non
poterant de ſubſiſtentia diſpoſitionis Joſephi,
quando Pater, cui incumbebat irrumpere ean-
dem diſpoſitionem, juxta ſuperius tra.iita per
Fabr., *& Hodier. voluit.*, atque permiſit, bona Joſe-
phi deferri ad Cleriam ſubſtitutam in his quip-
pe terminis, *ut legi ſatisfiat* (ſunt verba Fabri)
ſatis eſt filii teſtamentum non valere, ſed ut injuſtus
hæres bona, quæ in filii peculio fuerunt retineat,
lex non repugnat - Et quod de cætero expeten-
do legitimam, Pater hæreditati videatur re-
12 nunciaſſe, vel quod idem eſt, teſtamentum
confirmaſſe, tuentur allati per *Torr. de primo-*
genit. Ital. par. 2. quæſt. 40. ex n. 60. fere uſque
num. 66.

Aſt hiſce omnibus parum, imo in nihilo re-
morantibus Domini contrarium verius exiſti-
mavere, prout quoque judicaverat A. C. in
præcedenti Inſtantia, proindeque reſponderunt
Teſtamentum ſubſtineri, *& dandam eſſe Immiſſio-*
nem Annunciatæ: Quatenus ſiquidem attinebat
ad priorem reſcripti partem ſcilicet *Teſtamen-*
tum non ſubſtineri, & reſpective ad ſecundam
partem dilemmatis a Cleria promoti, ſubſtitutio
illius favore ordinata per Joſephum nullo modo
viſa eſt ſubſtentabilis, firma enim remanente
regula per ipſam Cleriam non controverſa quod
filius familias, ut erat Joſeph, teſtari nequiret
ex juribus de per ſe notoriis, & ſupra ad exu-
berantiam laudatis, nullatenus refragabatur;
quod idem Joſeph polleret qualitate Judicis, &
Doctoris, nam illa ad ſummum prodeſſe pote-
rat pro bonis ex cauſa Doctoratus, vel Iudica-
turæ acquiſitis, ſi quç erant in peculio Joſephi,
& de facto neque A. C., nec Sac. Rota quid-
quam Cleriç ſuper hac bonorum ſpecie detra-
hebant: quia cum hujuſmodi bona extitiſſent,
ut præmiſimus in obiecto de vero, proprioque
peculio Caſtrenſi, ſeu quaſi de hoc citra ſcru-
pulum Joſepho teſtari fas erat abſque aliqua, vel
minima repugnantia, quod ita videretur par-
tim decedere teſtatus, & partim inteſtatus; iſta
quippe repugnantia cadit reſpectu Pagani uni-
cum tantum patrimonium habentis ejuſdem
naturæ indifferentis, itaut potius jura ad eam-
dem repugnantiam evitandam, medelam adhi-
13 buerint Juris accreſcendi commodo hæredis
ſcripti in re, vel portione particulari ad late
congeſta per *Altograd. conſ. 77. num. 4. 5. 6. 13.*
& ſeqq. tom. 1., *Bellon. de Jur. accreſcend. cap.*
3. q;:aj1. 1., *& 2.*, *& cap. 7. qu. 7.*, *Mart. de*
ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 27. art. 4. num. 7. &
8., *Card. de Luca de teſtament. diſc. 41. num. 4.*
& 5., *Rot coram Ludoviſ. deciſ. 244. num. 7.*
& ſeqq., *& coram Otthobon. deciſ. 162. num. 6.*
& deciſ. 203. num. 11.

Secus vero eſt, quando Patrimonium conti-
net ſub ſe peculia diverſæ naturæ, ut eſt in Milite
vero, aut ſimilitudinario, illa namque inteſta-
bilitas. quæ cadit ſuper reliquis peculiis in ordi-
ne ad filium familias non congruit peculio Ca-
ſtrenſi, ſen quaſi, ſuper quo etiam filius, fami-
lias a lege fuit effectus teſtabilis: quamobrem in
hoc caſu recte idem filius familias reputatus ab
Jure ex motivo præfatç diverſitatis peculiorum
velu-

Digitized by Google

veluti diverſus homoformalis diſponit citra ne-
ceſſitatem ullius Juris accreſcendi de illa uni-
14 verſitate Jurium, vel bonorum, quæ ratione
militię veræ, aut æquo modo priviligiatæ ſubje-
cta eſt ejus teſtamentariæ factioni, ſicuti perbel-
le animaduertunt *in dicto tit. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam.*, *Bald. numero 1.*; *Oinotom. num. 8.*, *Joan. Chryſtoph. Schambog. §. Regula itaque Jul. Clar. ſent. lib. 3. §. Teſtamentum d. quæſt. 18. num. 6.*, *Manz. de teſtam. valid.*, *vel invalid. d. tit. 2. num. 142.*, *& 143.*, *Barris de ſucceſſ. lib. 1. de teſtam. d. tit. 7. num. 4.*

Tranſeundo itaque ad aliam magis ſtringentem qualitatem Clericatus, profecto ſi illa fuiſſet verificata in Joſepho, egregie Cleriam adiuvaſſet per Jura apertiſſima jam ſuperius in objecto cumulata, ſed difficultas conſiſtebat in probatione hujuſce Clericatus, ad hunc etenim effectum ſolummodo per Cleriam aſſerebantur merę enunciativę deſuper emiſſæ in quibuſdam Commiſſionibus Ioſepho attributis ab Eminentiſſimo Vrbis Vicario occaſione procedendi contra Perſonas Eccleſiaſticas una cum depoſitione nonnullorum Teſtium lite pendente inductorum: Cæterum hæc nimium debilia, vel ſaltem inſufficentia monumenta aliquam fortaſſe potuiſſent ingerere probabilitatem, ubi actum fuiſſet de ſolo favore ipſius Joſephi ſeſe Clericum aſſerentis, Verum cum tractaretur de inferenda contra Ius poteſtate teſtandi in præjudicium Tertii, ſive illorum quibus jura, vel juridica pacta deſ. erunt ſucceſſionem, cõſimiles pręſumptiones, vel minus ſtringentes juſtificationes ſine literis patentalibus Ordinarii, aut alterius Epiſcopi, qui hanc, vel aliam perſonam inſignierit Caractere Clericatus præcedentibus Di-
15 miſſoriis proprii Antiſtitis minime attenduntur ad probationem ejuſdem Clericatus, prout optime diſtinguit *Bellett. diſquiſit. Cleric. part. 1 tit. de favor. Cleric. perſon. §. 14. num. 15.*, *Card de Luca in adnot. ad Sac. Conc. Trid. diſc. 24. num. 48.*, & in fortioribus firmavit *Rot. deciſ. 304. num. 2. cum ſeqq.*, *& deciſ. 392. num. 3.*, *& ſeqq. part. 17.*, *& deciſ. 10. num. 6.*, *& ſeqq. part. 18. recent.*; Nulla quippe enunciativa de rigore Juris attenditur, quoties principaliter
16 quæſtio verſatur ſuper enunciato, ut ait *Butr. in cap. Illud num. 3. verſ. Nota quarto de præſumpt. Rot. deciſ. 228. nu. 23. cor. Bich. dec. 404. n. 61. & 414. num. 29. part. 19. rec.*

Potiſſime autem dum *ex Summario Annunciatæ num. 7.* convincebatur, quod juxta atteſtationem Cancellarii Epiſcopalis Veliterni; facta ipſorum actorum Epiſcopalium luſtratione nullibi de aliqua collatione Clericatus, aut de conceſſis Dimiſſoriis apparebat, quapropter utroque poſſibili, de quo ſupra deficiente, corruebat omnis aſſertio prætenſi Clericatus ſecundum notorias determinationes Sac. Conc. Tridenalterutrum in collatione Clericatus, ſaltem requirentis *ut in ſeſſ. 6. cap. 5. de reformat.*, *& ſeſſ. 23. cap. 8.* quodque ex hujuſmodi revolutione ac rimatione actorum expleta per Officialem
17 ad id deputatum juſtificetur inconcuſſa negativa, perſpicuum eſt, ut tradunt *Card. de Luca de alien. diſc. 1. num. 91.*, *et de benef. diſc. 91. num. 17. Rot. coram Ottbob. deciſ. 123. num. 18 & in recen. deciſ. 402. nu. 5.*, *et deciſ. 427. n. 18. p. 18.* cum aliis fuſe *in Neapolitana Penſionis 28. Novembris 1696. §. In præſenti*, *et 22. Aprilis 1697. §. final. cor. bo. me. Vrſino.*

Et ob id ſuperfluum reddebatur ulterius reſpondere, quod, cum in omnem caſum Joſeph minime reperiretur ſtipatus tribus illis requiſitis, ad ſortiendum Forum Eccleſiaſticum Clerico primæ Tonſuræ præſcriptis fortaſſe etiam ex hoc ſolo capite, licet valde diſputabili, ac alias diſputato, corruere valuiſſet teſtamentum, ne alias ita de facili per ſim-
18 plicem tonſurationem divellerentur Jura Parentum, & prohibitio, ſive non permiſſio teſtandi in filiis familias tam ſancte cuſtodita per leges redderetur inanis, vel facile elidibilis, ut poſt *Barboſ. in dicta auth. Presbyteros num. 3. in fine Cod. de Epiſcop.*, *& Cleric.*, *Molin. de Iuſt.*, *& Iur. tom. 1. tract. 2. diſput. 138. n. 4. verſ. Credo tamen.*, *Boſſ. de patr. poteſt. cap. 5. nu. 183. verſ. Quorum fundamentum*, alioſque ratiocinatur *Rot. dec. 290. num. 15.*, *& ſeqq. coram Priol. deciſ. 304. num. 18.*, *& parit. ſeq.*, *& deciſ. 392. num. 10. cum. ſeqq. part. 17.*, *& deciſ. 10. a num. 10. part. 18. recent.*, & deſuper optime diſcurrit *Card. de Luca de teſtam. diſc. 34. num. 14.*, *& ſequent.*

Quoquo igitur modo labentibus caracteribus ſubſtentare valentibus in ſua intrinſeca quidditate factionem Teſtamenti, vanum erat refugium, quod per Cleriam deſumebatur ab extra ob conſenſum a Franciſco Patre præſtitum ipſi, teſtamento jam facto, tam in vim ſubſecutæ aditionis, quam cæterorum actuum recuperationis, & contractationis bonorum tamquam hæreditariorum Joſephi: Quoniam cum teſtandi facultas exiſtat de ſublimiori potentia legis indulgentis, quod quis diſponere valeat pro tempore, quo ipſe Teſtator exerat de ſcena hujus Mundi, & res amplius non erat ſua, ad ipſam legem, & non ad parentes
19 ſpectat hanc januam teſtandi ſuum effectum conſequi debentem poſt occaſum Teſtatoris aperire, ſive publicam effundere auctoritatem, ut adnotarunt *Piccard. in princ. tit. Inſtit. quib. non eſt, permiſſ. fac. teſtam. Oroz. de Apic. Iur. civil. lib. 5. cap. 6. num. 2.*, *Oſuald. ad Donel. lib. 6. cap. 5. lit. B.*, *Anton. Faber. in ſua Iurispruden.*, *Papin. tit. 8. princ. 3. illat. 4. verſ. Sunt. qui putent*, & ſequitur *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 12. num. 285. cum duob. ſeqq.*, & idcirco quod neque Patre quomodolibet conſentiente, filius familias valide teſte-
20 tur, plena ſunt volumina, ſicuti liquet penes *Oinot. in princ. inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. tit. 7. num. 2.*, *Manſ. de teſtament. valid.*, *vel invalid. tit. 2. num. 95.*, *Torr. de pact.*

fut.

ſut. ſucceſſ. lib. 3. *cap.* 12. *num.* 284., *Mart. Medic. examinat.* 14. *num.* 22., *Rot. Ianuen. deciſ.* 241. *num.* 22. *inter* Recollect. *per Palm. Nep.*, *Rot. coram Priolo d. deciſ.* 290., *& deciſ.* 10. *part.* 18. *recent. utrobique num.* 1.

Hocque adeo certum, ut quamvis inter Clauſulas teſtamentarias intercludatur donatio cauſa mortis filio familias permiſſa Patre conſentiente, ex late firmatis *in Romana Pecuniaria* 12. *Decembris* 1701. *§. Moti ex eo, & per tot., coram R. P. D. meo Priolo*; attamen ad hunc effectum exigitur, quod iſte conſenſus poſitive intercedat ſuper ipſa donatione cauſa mortis, quæ Patri conſentienti innotuerit; non autem adhærere prætendatur illi implicitæ, & inter
22 generales clauſulas commixtæ donationi, ex doctrina *Civi in leg. Senium n.*7. *Cod. qui teſtam. fac. poſſ.*, *Bald. in leg. Qui in poſt. in fin. ff. de teſtam. Clar. §. Donatio quæſt.* 6. *num.* 6. *cum aliis in d. deciſ.* 216. *num.* 6. *verſ. Nec. ſufficit coram Manzaned.*, *& in laud. deciſ.* 290. *n.* 5. *&* 6. *coram Priol.*

Quo vero ad ſupracitata tranſcripta, & tradita per *Fabr.*, *& Hodiern.* in primis eorum auctoritates obloquuntur ſubſtantialiter, vel comparative ad Parentes, qui fuerant in teſtamento eorum filiorum præteriti, quorum utique Parentum reſpectu diverſa penitus ratio adſtipulatur; quia Teſtamentum hujuſmodi, in hoc caſu ſuppoſitum validiſſimum circa factionem teſtamentariam, ſolumque frangibi-
23 le ex cauſa præteritionis, ipſis Parentibus præeligentibus approbationem teſtamenti. de æquitate Prætoria ſubſtineri valet, *ex Gloſſ. in leg. Filio præterito verb. Tuebitur ff. de Injuſt. nupt.*, *& init. fact. teſtam.*, ibique *Bart. num.* 3. 26. *& ſeqq.*, *Bald. num.* 1. 2., *&* 3. *in fin.*, *& num.*7., *Paul. de Caſtr. num.* 1. 7., *&* 8., *Imol. n.* 72. *&* 75. *Peregr. de fidcicom. art.* 2. *num.* 64;, *Paul. Chriſtin. deciſ. Belgie.* 18. *ſub. num.* 7. *vol.* 4., *Rot. in* Romana, *ſeu Ianuen. Legitimæ* 5. *Aprilis* 1683. *§. Quibus poſitis cor. cl. me. Card. Matthæjo.*

Ac propterea parum aptari poterant hujuſmodi doctrinæ hujuſcemodi termini ſanationi Teſtamenti, aliàs, prout hic ex carentia publicæ auctoritatis in ſemetipſo pluſquam nulli; & revera, quod Teſtamentum ceteroquin nullum tamquam confectum a Filio Familias, validari nequaquam valeat per pri-
24 vatam Parentum auctoritatem uno ore reſponderunt, *Iaſon. in leg. Senium num.* 9. *Cod. qui Teſtam. fac. poſſ.*, *& conſ.* 82. *num.* 17. *lib.* 3., *Bald. conſ.* 496. *n.* 2. *in fine lib.* 5., *Rota deciſ.* 304. *num* 35. *&* 36., *& deciſ.* 392. *n.* 24., *&* 25. *part.* 17. *Recent.*

Fortius, inſpecto, quod hujuſmodi teſtandi poteſtas omnino deſideratur in ipſo momento, quo conditur Teſtamentum; unde ſatis minime erat, quod per actus Franciſci Patris ex poſt exercitos prætenderetur attributa illa facultas, quæ contextualiter non aderat in actu teſtandi (ſicuti in faciliori caſu, de q... ſupra, ſupponunt Doctores, nempe in Donatione cau-
25 ſa mortis facta per Filium Familias) ex deductis per *Gabriell. conſ.* 2. *num.* 2. *volum.* 1., *Paſchal. de Patr. Poteſtat. part.* 1. *cap.* 6. *n.* 28., *Rota deciſ.* 7. *num.* 9., 11., *&* 13. *part.* 15. *Recent.*, & melius *deciſ.* 290. *num.* 7., *&* 8. *coram Priol.*, *& in Romana Pecuniaria* 12 *Decembris* 1701. *coram R. P. D. meo Priolo.*

De reliquo nullatenus ſecundario loco verificabatur in Facto, quod ullus actus intercederet, qui compati poſſet cum terminis Fabri, & Hodiernæ; ii namque numquam cogitarunt affirmare, quod Teſtamentum Filii familias ullo modo ſubſiſtat ob actus approbative geſtos a Parentibus, ſub quorum poteſtate erant teſtantes, verum tantummodo dicunt, quod ſi Pater ſinat injuſtum Hæredem, ſcriptum a Filio ſua bona occupare, ſeu retinere, Lex non repugnat, & ſic præſupponunt nudos terminos Paternæ abſtentionis nemini denegatæ eodem modo, quo ſi evocatus ad
26 Fideicommiſſariam Succeſſionem abſtineat a petitione Fideicommiſſi, non idcirco tollitur Fideicommiſſum; ſed Lex non repugnat; quod bona Fideicommiſſaria maneant apud quemlibet extraneum, ex traditis per *Peregrin. de Fideicomm. Artic.* 49. *num.* 79., *Conſal. ad eumdem verſ. limitatur vero*, *Card. de Luca de Hæred. diſc.* 9. *n.* 4., *& de Fideicomm. diſc.* 151. *num.* 8., *Magon. deciſ. Florent.* 91. *num.* 21., *& deciſ.* 92. *num.* 40. *&* 41., *Rota deciſ.* 264. *num.* 6. *& ſeqq. part.* 17. *recent.*

Et ſane tranſcurrendo præcitatos actus, videlicet, quod Franciſcus adiverit hæreditatem Joſephi ex Teſtamento, & conſecutive exegerit quædam credita, ac nonnullos effectus recuperaverit; in nihilo penitus hujuſmodi actus operabantur, cum non per hoc Franciſcus ulterius expromiſerit per pactum expreſſum favore *E. G.* Legatarii, ſervare contenta in illa cartha teſtamentaria; diſcernunt etenim, ac diſcriminant in hac materia Scribentes, aut Hæres
27 adit ſimpliciter hæreditatem ex Teſtamento nullo, geritque in ſequelam actus hæreditarios eoque caſu talis generica aditio, neque validat ipſum Teſtamentum, neque obligat ſic adeuntem: aut vero ulterius, ſive præciſe expromittit, & pactum facit de obſervando Teſtamentum, tuncque licet non ſine maximis contradictoribus ad ipſius cartæ obſervantiam tenebitur adiens hæreditatem in vim ſolius pacti, & non aliàs, ex his, quæ habentur apud *Paul. de Caſtr. in leg. Non dubium* 16. *num.* 2. *Cod. de Teſtam.*, *Soccin. Junior. conſ.* 3. *num* 8. *volum.* 4., *Surd. deciſ.* 53. *num.* 20. *& ſeqq.*, *Mart. de Succeſſ. leg. part.* 4. *quæſt.* 3. *art.* 2. *num.* 8. *& ſeqq.*, *Rota in Romana Trebellianicæ* 23. *Iunii* 1685. *num.* 13. 14., *&* 15., *ac* 19. *Februarii* 1685. *num.* 10. 11., *&* 12. *coram bo: me: Albergato.*

Omiſimus inter præfatos actus numerare petitio-

titionem Legitimæ, quæ ex allatis in objecto ab-
ſtractive præferre videbatur abſtinentiam, &
refutationem hæreditatis ad commodum Cleriæ
Subſtitutæ, ut in *dicto Sammario Cleriæ Num.* 7.
& 9., *juncto Summario Annunciatæ Num.* 6.,
ſed (preter quam quod probabilius eſt in termi-
nis, in quibus contrariè obloquuntur auctori-
tates, quod immo per petitionem Legitimæ im-
pugnatum magis, quam approbatum, ut ita
28 dicimus, *a buon conto* cenſeatur Teſtamentum,
ut videre eſt penes *eumdem Torr. de Primogenit.*
part. 2. *quæſt.* 40. *ex num.* 10. 18. *&* 28.)
adhuc ex ejuſdem petitionis lectura apertiſſime
luceſcebat, quod Franciſcus minime petiit Le-
gitimam, repudiando hæreditatem; ſed inſtitit
adverſus eamdem Cleriam ſubſtitutam pro ſe-
paratione præfatæ Legitimæ, idque ſub ulterio-
ri præſervativa *ſine præjudicio aliorum Jurium*
ſuper bonis relictis per Joſephum quomodolibet com-
peten. Vnde potius ex hiſce actibus, & præſer-
vativa ſeſe ſuppoſuit ac confirmavit Hæredem
29 in Iuſtantia prædicta pro ſeparatione Legitimæ,
cum iſtud exiſtat unum ex Iudiciis præventivis,
quæ paſſim in ſuis caſibus ab Hærede actuali fieri
poſſe penes Iudicum Subſellia per juris ſive
tolerantiam ſive conceſſionem permittuntur,
ad tradita per *Bald. in leg. Jubemus* 6. *ſub nu.* 3.
& num. 4., *Cod. ad Senat. Conſult. Trebell.*, *Pa-*
ul. de Caſtr. conſil. 176. *num.* 2. *volum.* 2., *Faſar.*
de Subſtit. quæſt. 671. *num.* 11., *Adden. ad Lu-*
doviſ. deciſ. 134. *lit. A.*, *Rota coram Cavaler.*
deciſ. 341. *ſub nu.* 2. *& n.* 3.

Quod ſi ulterius eidem Cleriæ Franciſcus
conſignavit nonnulla Argenta, & Mobilia con-
tenta in peculio, ſeu Patrimonio Ioſephi, *dicto*
Summario Cleriæ Num. 8., quid inde? manebat
enim in libera poteſtate Franciſci tradere, &
conſignare Nepti exiſtenti in Monaſterio bona
Ioſephi, etiam ab inteſtato ſibi competentia, ac
omni Iure ex hoc titulo ſua; nullum quippe
verbum legebatur in prædicta conſignatione,
quod ſaperet reſtitutionem, expræſſio ſiquidem
quod eadem Argenta, & Mobilia forent olim
Ioſephi filii, quodammodo erat neceſſaria;
dum etenim Franciſcus adiverat hæreditatem
ipſius Ioſephi cum beneficio legis & Inventarii,
rectam decebat providentiam, hujuſmodi inire
30 expreſſionem ad finem, ut poſſet, occurrente
caſu, reddere rationem de bonis inventariatis
iuxta obligationem, quam ſecum fert præfata
aditio cum beneficio legis & Inventarii, ad
Merlin. de Pignor. lib. 2. *quæſt.* 15. *num.* 46.,
Conciol. de Hæred. art. 3. *num.* 54. *& ſeqq.*,
Card. de Luca de Donat. diſc. 45. *num.* 19., *&*
de Hæred. diſc. 7., *Rota deciſ.* 1306. *num.* 7. *co-*
ram Emerix Junior., *& deciſ.* 689. *nu.* 10., *&*
11. *part.* 18. *Recent.*, *& in Potentina Cenſus* 26.
Novembris 1692. §. *Nil opitulante*, *&* §. *Vices*
autem coram clar. me. Cardinali Cavallerino.

Atque ex his comperto, quod Franciſcus
neque potuit ob Legis reſiſtentiam, neque vo-
luit per actus minime tranſeuntes in pactum
obligatorium ſub illis requiſitis, de quibus pe-
nes *eumdem Mart. de Succeſſ. leg. part.* 4. *quæſt.*
3. *dicto art.* 2. *num.* 12., *& ſeqq.*, approbare
ſeu validare Teſtamentum Filii inteſtabilis,
ſupervacaneum efficiebatur, convolare ad illam
quoque ſuperabundantem Reſponſionem, nem-
pe quod ad omne, ut dicitur, peius, enunciata
approbatio Teſtamenti foret adhuc inutilis, cum
non conſtaret, Franciſcum habuiſſe notitiam
huiuſce nullitatis, quæ requiritur individua, non
minus in facto, quam in Iure, ad hoc ut præ-
31 judicet approbanti, illiuſque Hæredi, quemad-
modum ultra generalia, de quibus *Rota in Tuſ-*
culana Vineæ 15. *Januarii* 1683. §. *Non rele-*
vante coram bon. mem. Albergato, pro quarto re-
quiſitio in hoc ipſo propoſito exponit *Mart. ubi*
ſupra num. 19. *& ſeqq.*

Præſertim, ac potentius, quia Franciſcus in
ipſo actu aditionis profeſſus ex oppoſito fuerat
bonorum ipſius Joſephi ignorantiam, *dicto Sum-*
mario Cleriæ Num. 22., ibi — *Cum nec ipſe* (vi-
delicet Procurator Franciſci), *neque dictus Do-*
minus Franciſcus ſint informati de Viribus hære-
ditariis dicti qu. Joſephi &c. ſicque tantum abe-
rat quod adeundo hæreditatem vigore Teſta-
menti, cæteraque conſecutive faciendo, habue-
rit præfatam individuam, ac neceſſariiſſimam
notitiam, ut potius credere valuerit, quod for-
te petageretur de bonis quaſi Caſtrenſibus,
quorum ratione fuiſſet Joſeph capax teſtandi; &
tamen ad præmiſſum finem excludendi revali-
32 dationem Teſtamenti, etiam de per ſe, ſive
de Jure præſumitur ignorantia, per doctrinam
Bartol. in leg. qui Romæ §. *Duo Fratres num.* 13.
ff. de verb. oblig., *ibique Rip. num.* 50., *Alex.*
conſ. 3. *num.* 4. *lib.* 3. lateque deductos apud
Mart. loco ſuperius allegato num. 21.

Fundamentaliter itaque everſa poſteriori op-
pugnatione Cleriæ, & demonſtrata ob id juſti-
tia primæ partis hodierni Reſcripti, conſequens
erat, quod Annunciatæ tribueretur Immiſſio
ad bona adventitia Joſephi; quamuis enim Cle-
ria reſpectu Ioſephi eſſet in gradu proximior,
eique idcirco deberetur Succeſſio, quoties An-
nunciata longe remotior aſpiraſſet ad hanc Suc-
ceſſionem ex propria Perſona; nihilominus cum
ipſi Joſepho ſupervixerit Franciſcus Pater, iſque
per univerſaliſſimam Donationem loco ſui po-
ſuerit eamdem Annunciatam, utique illa filii
hereditas, quæ ad patrem ſuperviventem, vel
in vim antiqui peculii de quo *in leg.* 2. §. *Obiici-*
tur. ff. ad Trebell., vel vigore Statuti non ſo-
lum Vrbis, ſed etiam Veliterni, undique Agna-
titii pertinebat, incluſa remanſit in Donatione
prædicta; ex hoc quippe capite dicitur, quod
33 Donatarius univerſalis capit omnia ea, quæ
pertinent ad Donatorem, & ſtat loco Hæredis
irrevocabiliter, ut per *Card. de Luca de Donat.*
diſcurſ. 44. *num.* 3., *& diſc.* 45. *num.* 2., *&*
ſeqq., *Rota coram. Peutinger. deciſ.* 490. *num.* 7.
& 8., *in Recent. deciſ.* 49. *nu.* 18. *cum duobus*
ſeqq. & deciſ. 109. *num.* 3. *part.* 18., *in Poten-*

tina

Digitized by Google

tina Cenſus 26. *Novembris* 1692. §. *Donatarius coram clar. mem. Cardinali Cavallerino*, & *in Auximana Fideicommiſſi, ſeu Pecuniaria* 9. *Januarii* 1702. §. *Neque Sfortia coram Me*.

Hanc tantummodo conditionem Domini ad ſenſum quoque primi Iudicati adiicierunt, quod ſtante quadam intermixtione, ſeu implicita commutatione bonorum, facta per Catharinam Materteram Joſephi vigore cuiuſdam Codicilli per eam exarati ſub Anno 1675. cum bonis, ſive cenſibus ad Claudiam alteram Materteram attinentibus, & a qua poſt Joſephi obitum effecta fuerat Cleria Subſtituta, ipſa Cleria infra terminum in Sententia A. C. Orighi præfixum declarare teneretur, an ratam habere vellet enunciatam commutationem aliàs impartiri dumtaxat Domini intendebant Annunciatæ Immiſſionem ad illa Stabilia, ac Cenſus, quæ ve-
34 re forent de Dominio Catharinæ Codicillantis dum citra Conſenſum Fideicommiſſarii non licet diſponere de re aliena, ſive ipſi Fideicommiſſario reſtituenda, ex *Text. in leg. Nihil proponi* 123. §. *Omnibus ff. de Legat.* 1., & *in leg. Quoties* 11., *ibique Gloſſ.* & communiter Scribentes *Cod. de Fideicomm.*, *Mart. Medic. deciſ. Senen.* 8. *num.* 2. & *ſeqq.*, & ex late diſputatis *in Savonen. Fideicommiſſi* 23. *Februarii*, & *prima Julii* 1682. *coram bon: mem: Vrſino*, & *in Spoletana Bonorum* 9. *Januarii*, & 8. *Junii ejuſdem Anni coram bo. me. Pauluccio impreſſ.*, *penes Modern. ac Statut. Vrbis deciſ.* 41. 42. 43., & 44.

Et ita utraque &c.

ROMANA REINTEGRATIONIS FIDEICOMMISSI DE COLUMNA.

Veneris 24. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM

Prematura hereditatis reſtitutio an, & quo caſu per hæredem gravatum licite fieri poſſit. Optime interpretantur diſpoſitiones *Text. in l. ſed ſi*, & *ante diem ff. ad Sen. Con. Trebell.* & *l. Poſt mortem Cod. de fidecom.*, & poſtea mirifice conciliantur. Hæres gravatus reſtituens ante tempus hereditatem an poſſit gravamen aliquod imponere commenſurabile cum emolumentis quæ percepiſſet, ſi antea non reſtituiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Expenditur diſpoſitio Text.* in l. Sed ſi, & ante diem ff. ad ſenat. Conſult. Trebell. *improbans anticipatam translationem actionum*, & n. 7. ubi *fuſius*.

2 *Non licet intervertere tempus, gradualitatem*, & *ſeriem ordinatam a Teſtatore*.

3 *Interpretatio melior exoptari nequit circa applicationem unius caſus, vel alterius, quam ea, quæ reſultat ex ipſo facto contrahentium.*

4 *Verba*, & *facta ſemper adaptantur illi Legi, vel caſui, cui magis appropinquant*.

5 *Donatio facta in præjudicium vocatoram eſt irrita*.

6 *Alienans tenetur refundere omne damnum, et intereſſe cauſatum ab alienatione illicita, et interdicta*.

7 *Gravatus, vel facultatem habens unum eligendi de certo genere perſonarum in morte nequit illam exercere in vita quia fortaſſe eo caſu valeret præjudicare capacibus eligendis de tempore mortis*.

8 *Hæreditatis præmatura reſtitutio non poteſt fieri in prejudicium tertii, ſed tantum ipſius hæredis gravati, qui ſi voluerit, poterit adhuc vivens reſtituere*.

9 *Debitor qui certo tempore adventuro ſolvere eſt obligatus non impeditur præoccupare, ſive anticipare ſolutionem*.

10 *Interpretatur diſpoſitio Text.* in l. Poſt mortem Cod. de fideicom.

11 *Jura factis potius, quam verbis ſunt appoſita*.

12 *Præmatura hæreditatis reſtitutio fieri poteſt quibuſcumque verbis ſive renunciationis, ſive donationis, ſive ceſſionis, et ſemper valet*.

13 *Clauſula* omni meliori modo *operatur ut contractus valeat eo modo quo valere poteſt*.

14 *Una pars cum altera Inſtrumenti, ſive actus individui, reducenda eſt ad concordiam*.

15 *Voluntas quando pinguius adimpletur, ea nullo modo dicitur interverſa, atque deſtructa*.

16 *Alienatio, ſeu diſpoſitio commoditatis percipiendi fructus regulariter non venit ſub quacumque etiam ſtrictiſſima probibitione alienationis*.

17 *Hæres ratione commoditatis fructuum percipiendorum, ſi adhuc vivens reſtituat poteſt gravamen fideicommiſſario injungere commenſurabile cum emolumentis, quæ percepiſſet, ſi non reſtituiſſet*.

18 *Pater ſi plus legitima filio reliquerit non prohibetur ad menſuram lucri, et emolumenti tranſfuſi adiicere gravamen, aliàs undequaque reſpectu ſubſtantiæ nullum*.

19 *Bulla Baronum, ſeu ſanctio Clementina, tantæ eſt efficaciæ, ut abroget quodcumque fideicommiſſum in præjudicium quorumcumque vocatorum; licet ſimpliciter et per momentum temporis bona fideicommiſſaria fuerint a Barone poſſeſſa*.

20 *Faciens actum nedum licitum, ſed etiam illicitum, nequaquam tenetur ad conſequentias abinde provenientes, dummodo idem animus non elucеſcat ex culpoſo animo ad futura nocumenta præordinatus*.

21 *Quilibet ſemper præſumitur magis augere* & *meliorare paternam hæreditatem*.

22 *Actum exercens, æqui ſe habentem ad commodum* & *incommodum remanet indifferens*, & *in quibuſcumque terminis non læſivus, neque ſibi, ac tertio ex ancipiti contingentia præjudicialis*.

23 *De Bulla Urbani VIII. archiviationis, per quam*

Digitized by Google

conſuit. ut fideicommiſſis adverſus Bullam Baronum.

24 *De Culpa inerſari non debet is, qui fecit ea, quæ facere ſolebat, ac fecit idem Teſtator.*

25 *Deciſio, pro qua fuit decreta expe,ditiovenit ſupponenda.*

26 *Scientia veriſimilis conj: cturalis, aut præſumpta in pœnalibus non ſufficit.*

27 *Inautta ad favorem paciſcentis non debent in illius odium retorqueri.*

28 *Pacta reverſiva regulariter interiecta leguntur ſub inſtrumentis continentibus de more obligationem cameralem.*

DECISIO CCXXXVII.

EXplorati Juris eſſe, Ruffino reſcribens Philippus Auguſtus (*in leg. poſt mortem Cod. de Fideicom.*) *quod poſt mortem ſuam rogatus reſtituere hæreditatem, defuncti Iudicio, & antequam fati munus impleat, poſſit ſatisfacere, ideſt reſtituere hæreditatem, quarta parte, vel retenta vel omiſſa, ſi voluerit*; firmiſſima ab initio præbuit Dominis anſam abſolvendi Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Carolum Barberinum a moleſtationibus, quas contra ſe ex cauſa præventivæ reſtitut ionis maternæ hæreditatis promoveri poſſe ſuſpicabatur a Dominis de Magnatitia Domo Columna, juxta rationes fuſe patefactas in præcedenti deciſione *diei 25. Aprilis 1701.*; ſed quia eædem rationes non fuerât ad malleum poſitivæ contradictionis tunc revocatæ, conceſſa igitur lubenti animo nova audientia ſuccumbentibus, acriori per partes ſub hodierna die certamine, commiſſo adhuc introſpecta ſoliditate veterum fundamentorum, perſtitum conſtantiſſime fuit in jam deciſis.

Non etenim placuit conatus Informantium pro Domino Comeſtabili ſuper eo, quod cenſura memorati *Text. in leg. poſt mortem*, procederet dumtaxat quotieſcunque per hęredem gravatum, qualis erat idem Dominus Cardinalis, facienda fuiſſet uni ſoli reſtitutio Fideicommiſſi, quaſi vere tuncnemini irrogaretur præjudicium ob præventivam reſtitutionem ipſius Fideicommiſſi erga illum, qui certo certius ſucceſſurus erat poſt obitum prælegentis in vita reſtituere; ſecus autem quando, ut ad præſens, Fideicommiſſum erat reſtituendum pluribus ſucceſſive, ac etiam ſub diverſis conditionibus ſubſtitutis, in quibus terminis prævaricata potius, quam impleta extitiſſet mens Teſtatricis, corrumpendo ordinem gradualem, nec non conditionalem, in ſuis caſibus ab ea deſignatum, itaut ęquius applica-
1 retur determinatio alterius *Text. in leg. Sed ſi, & ante diem ff. ad ſen. Conſult. Trebellian.* improbantis anticipatam hanc translationem Actionum, quia, ut inquit ibi Cajus, *non ita reſtituitur hæreditas, ut Teſtator rogavit; & poſt eum Iaſon. in dicta leg. poſt mortem num. 3. Peregrin. de Fideicommiſſ. articul. 2. ſub num. 51. verſ. non communiter, Molin. de Hiſpan. Primogen. lib. 2. cap. 4. nu. 29. verſ. nec etiam Salgad. in Labyrinth. Creditor. part. 2. cap. 15. num. 26. verſic. vel etiam quando, & ſub num. 70., Hieronym. Borgia Inveſtig. Iur. civil. lib. 18. cap. 4. ſub num. 5. verſ. quippe quoniam, Fontanell. deciſ. Cathalon. 39. num. 8.*

Et ratio differentię verſatur, quia ubi quiſpiam gravatus eſt reſtituere uni ſoli, non tantum ſibimet ſolummodo præjudicat, ſed etiam verificatur Imperatoris reſcriptum, quod id agit *defuncti judicio*, illius quodammodo voluntatem præveniendo; Sed in caſu, quo veniat pluribus facienda reſtitutio, tunc utique & poteſt progigni nocumentum ſubſtitutis, & eſt, ut præmiſimus, intervertere tempus, gradualitatem, & ſeriem ordinatam a Teſtatore, quod non licet *ad Text. in leg. facta 63.*
2 *§. Si ſub conditione ff. ad Trebellian., Bellon. conſ. 33. num. 10., & 11.*, qui ſubdit, ſimilem refutationem ſivę ceſſionem non differre ab aliis contractibus, quos faceret in re ſua ipſe Gravatus, quem ſequitur, *Andreol. controv. 110. ſub num. 8.*, & conſonant in ſpecie, *Bartol. in dicta leg. poſt mortem ſub num. 4. & ſub num. 5., Peregrin. de Fideicommiſſ. dicto artic. 2. ſub num. 51. verſ. quia non ita reſtituit, Salgad. loc. ſupra prox. citat. ſub num. 70. verſic. non tamen quando &c., Fontanell. deciſ. Cathalon. 40. numero 19. verſ. cæterum in reſtitutione, Rota in Romana Primogenituræ de Cæſarinis 7. Februarii 1681. §. Præcipue coram bon. mem. Paulucci o.*

Fortius vero reflectendo, ac conjungendo, quod in rei veritate prænominatus Eminentiſſimus nulla in tota hujuſmodi translatione maternæ hæreditatis expleta erga clar. mem. Principem Maffeum ejus fratrem, expreſſerat verba ſapientia nudam & præventivam reſtitutionem; ſed adamuſſim ad normam laudatarum mox authoritatum ſeſe continuerat intra ſphæram veræ & effectivæ ceſſionis, renunciationis, ac donationis; quapropter nedum actus ab ipſo Domino Cardinali celebratus manebat extra rationem, & ſpiritum pręfatæ *leg. poſt mortem*; ſed poſitive induebat contractum penitus voluntarium, per quem non licet cuilibet Tertio, vel Creditori per hanc inordinatam reſtitutionem obeſſe eodem modo, quo Gravatus non poſſet illis nocere per alium quemcumque actum voluntarium; melior autem interpretatio nequit exoptari circa applicationem unius caſus, vel alterius, quam ea,
3 quæ reſultat ex ipſo facto contrahentium, ut ait *Dec. conſ. 160. num. 2., Card. Mantic. de tacit., & ambig. lib. 2. tit. 2. num. 6., & 19., Rota Senen. inter collect. per Palmam Nepot. tom. 3. deciſ. 343. num. 27. & 28., Sac. Rota deciſ. 175. num. 5. part. 13., deciſ. 225., ex num. 51. part. 17. recent., deciſ. 545. num. 2. coram Merlin. deciſ. 1114. n. 4., & deciſ. 1245. num. 5. & 6. coram Emerix. Iun.*

Con-

Google

Conſpirante demum in idem, quod *Text. in leg. poſt mortem* ſupponens, præmaturam reſtitutionem fieri *defuncti judicio*, ſolum gravato permittit *quartam partem retinere, velomittere, ſi voluerit*; prout poſſet ille vel ejus hæredes, in caſu veræ reſtitutionis per obitum advenientium aſt in hodierna theſi Dominus Cardinalis, ac ſi effective ſuper re propria contraxiſſet, appoſuit pactum reverſivum ad ſui favorem, quotieſcunque Princeps Maſſeus translatarius occubuiſſet ſine filiis; nec non iniunxit eidem Translatario, quod onus a ſe præcedenter ſuſceptum de ſolvendis ſeptingentis ſcutis annuis Nicolao, impoſterum ſupportaret, ac in ſe accollaret; quamobrem cum eo magis palparetur, hęreditatem *non ita fuiſſe reſtitutam*, ut Teſtator rogaverat, eo magis etiam intrabat Sanctio *Text. in d. leg. ſed ſi & ante diem*, quam quod locum ſibi valeret
4 uſurpare litterale reſcriptum *dicta leg. poſt mortem* verba quippe, factave ſemper adaptantur illi legi, vel caſui, cui magis appropinquant ex adductis per *Surd. conſ. 417. num. 16., Vermigliol. conſ. 316. num. 8., Bonden. collect. legal. 20. num. 55. lib. 1. collect. 8. num. 125., & collect. 31. num. 294. lib. 2., Actolin. reſolut. 36. num. 11., Rota Lucen. inter collect. per Palmam Nep. tom. 2. deciſ. 154. num. 10.*

Si igitur (ſubdebant iidem Informantes ſuper hac prima objectione) Dominus Cardinalis proceſſit per viam ſpontaneę & indifferentis ceſſionis & donationis translativæ, non ſolum eadem ceſſio ac donatio habenda erat pro irrita
5 in præiudicium vocatorum *Capon. controv. foren. cap. 8. ſub num. 13., Cancer. var. reſolut. lib. 3. cap. 15. num. 170. & 171., Salgad. in Labyrinth. Credit. part. 2. cap. 15. ſub num. 26. verſ. In cujus præjudicium, Fontanell. deciſ. 39. ſub nu. 7. verſ., & reſolutum fuit*; ſed & idem neceſſario tenebatur reſtaurare detrimentum, ob diſſipationes improvidas Principis Maffei allatum iiſdem ſubſtitutis, per hunc contractum ſpontaneum, & alienationem etiam prohibitam a Teſtatrice:
6 quemadmodum eſt de conſequentia cujuslibet illicitę alienationis, ut alienans obligetur refundere omne damnum & intereſſe cauſatum ab ipſa alienatione interdicta, ex traditis per *Peregrin. conſ. 35. num. 9. & 10. lib. 3., Cyriac. 5. num. 23., Rota deciſ. 235. num. 1., & ſeqq. coram Card. Celſo deciſ. 665. num. 9. & 10., deciſ. 294. n. 13. coram Priolo dec. 141. n. 1. dec. 615. num. 4. & deciſ. 1306. n. 1. coram Emerix Iun.*

Verum quoad hęc omnia incontinenti arriſit animadverſio, quod præſcindendo ab intentione Domini Cardinalis, de qua proxime, quatenus concernebat eſſentiam articuli, ſive applicationem controverſæ hypotheſis *Tex. in leg. poſt mortem Cod. de Fideicommiſſ., vel in leg. Sed ſi & ante diem ff. ad ſen. conſult. Trebellian.* minime verificabatur ad mentem ſecundæ legis, quod plures eſſent ſubſtituti; minuſque ſubinde intrabat ulla interruptio ordinis a Teſtatrice præſcripti; Nam ut jam fuerat in præcedenti deciſione diſtinctum *§. Quartum cum ſequentibus*; tunc plures formaliter cenſentur ad effectum, de quo agitur, ſubſtituti, quando quilibet ex illis, vel perſpecta conditione appoſita Gravato, vel ponderata conditione adiecta iiſdem ſubſtitutis, antequam una vel altera purificetur, poterat ſuccedere; unde merito non tenet reſtitutio facta ante diem, tanquam per poſſibile ſaltem præjudicialis illi tali ſubſtituto, qui ſolus aut habilis reperiri poſſet de tempore faciendæ reſtitutionis; in ejus quippe perniciem pręventiva reſtitutio ſtare non poterat, niſi mediante retrotractione per ſuperventam purificationem, re integra ſuperadiectarum conditionum, ut ibi *plane poſtea quam extiterit conditio, vel dies venerit, ſi ratam habeat reſtitutionem hæreditatis, benignius eſt intelligi, tunc translatas videri actiones*; quemadmodum videmus, quod ex non diſſimili ratione ille, qui gravatus eſt, vel cui permiſſa noſcitur facultas, unum eligendi de
7 certo genere perſonarum in morte, nequit illam exercere in vita: quia per eandem præventivam electionem valeret forte præjudicare capacibus eligendis de tempore mortis, uti communiter reſponderunt *Sicard. in dicta leg. poſt mortem ſub num. 5. verſ. ut ſi dicat Teſtator, Cod. Fideicommiſſ., Manſ. conſult. 428. num. 2., Capon. controverſ. forenſ. cap. 8. ſub num. 13., Tondut. quæſt. civil. cap. 50. num. 49. & ſequentibus, Molin. de Hiſpan. Primogen. lib. 2. cap. 4. numero 27., Adden. ad eundem eodem loco num. 12., & 25., Paz. de Tenut. cap. 34. num. 53., Torr. de ſucceſſ. in Primogenit. Ital. lib. 1. cap. 27. §. 11. nu. 98. cum ſequentibus, Card. de Luca de Fideicommiſſ. diſc. 33. ſub numero 17., Rota d. deciſ. 273. ſub num. 1., & deciſ. 323. num. 3. part. 1. recent.*

Sed in caſu noſtro Dominus Cardinalis erat univoce & gradualiter obſtrictus reſtituere hæreditatem uni dumtaxat, certo certius ſibi poſt obitum ſucceſſuro, ad excluſionem cæterorum, & hic erat Princeps Maffeus; quare cum ejuſdem Domini Cardinalis tantummodo favore eſſet dilata ad ſui mortem obligatio & neceſſitas reſtituendi maternam hæreditatem, nemo poterat conqueri, ſi prius volebat ſe abdicare ab eadem hæreditate, illam transfundere in ſibi
8 certiſſime ſucceſſurum, implens propterea *defuncti judicium*, ac prævenienda caſum ſuæ obligationis *ad Gloſ. in dicta leg. poſt mortem, in verb. poſt mortem, ibique, Sicard. ſub num. 3. verſic. cujus tamen contrarium, Ludovic. Bell. conſ. 227. num. 4. 5., & 6., Hieronym. Borgia Inveſtigat. Jur. Civil. lib. 18. cap. 4. ſub num. 3. in fin., & uſque ad num. 6., Rocc. diſput. Jur. cap. 49. nu. 68. lib. 1.* Et eſt familiare in quolibet indiſtincto debitore, qui & ſi certo tempore adventuro
9 ſolvere ſit obligatus, attamen non impeditur prǫoccupare ſive anticipare ſolutionem, per *Text. in leg. in diem ff. de condit. indebit., Rocc. diſput. Jur. lib. 1. cap. 49. numero 34., & numero 69., Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 40. num. 8., Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 5. numero 21.*

Et

Et ob id opponi non merebatur, quod juxta verba *Caii Juris Con. in dicta leg. ſed ſi, & ante diem* hæreditas non fuerit reſtituta, *ati Teſtatcr rogaverat*; Etenim Teſtatrix in theſi noſtra ſimpliciter rogaverat Dominum Cardinalem, ut reſtitueret hæreditatem Principi Maffeo; proindeque ſi ipſe, antequam *fati munus impleret* maluit prævenire *defunctæ judicium*, quando nam pro-
10 prius ſibi locum poterat aptare reſcriptum Philippi Augusti, quam in præſentibus circumſtantiis? prout conclamant *Landerch. Imol. conſ. 36. ſub num. 21., Capon. controverſ. forenſ. cap. 8. ſub numero 13. verſ. ſed ſi alicui, Gallerat. de renunciata cent. 1. renunciat. 44. num. 18. in princip. & fine, Carp. de execut. Teſtament. lib. 2. cap. 14. num. 31., Molin. de Hiſpan. Primogen. lib. 2. cap. 4. num. 25., ibique Adden. num. 34., Salgad. in Labyrinth. Creditor. part. 2. cap. 15. num. 66. & 70., Hieronym. Borgia Inveſtigat. Jur. civil. lib. 18. cap. 4. ſub num. 3. verſ. quia Teſtatoris voluntas, & ſub numero 4. verſ. quoniam quod evenire, Carol Anton. de Luca ad Franc. deciſ. 706. numero 2. & 3., Hodiern. ad Surd. deciſ. 140. numero 15., Larrea deciſ. Granat. 10. numero 47.*

Deſcendendo autem ad intentionem Domini Cardinalis, ipſe quidem non declaravit verbis cubitalibus velle præventive reſtituere hæreditatem Matris ſuæ Principi Maffeo, poſt eum ſucceſſuro; ſed ſi Jura ſunt appoſita factis potius quam verbis *ad Text. in leg. 2. in fin. Cod. com-*
11 *mun. de legat., & in leg. fin. Cod. de uſur.* nonne quando de facto hæreditatem ceſſit, & ceſſit vocato poſt eum immediate, ſubſtantialiter & vere reſtituit ipſam hæreditatem; parum quippe intereſt, quod uſurpaverit verba potius ceſſionis, renunciationis, vel donationis; præſertim quia in ipſo actu reliquo ſibi permiſſo reſtitutæ ante tempus hæreditatis, eminenter ſeu virtualiter continebatur quoque renunciatio, donatio ac ceſſio tranſlativa reſpectu ſaltem illorum fructuum, quos in Principem transferebat, ac de
12 quibus ſeſe liberaliter denudabat, ex iis, quę optime, & in terminis conſiderant *Padill. in d. leg. poſt mortem n. 16., Alvarad. de conjectural. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. ſub num. 29. §. Quæ prematura, Fontanell. deciſ. ſenat. Cathalon. 38. n. 10.*

Addito ulterius in ſuperabundantiam, quod Dominus Cardinalis in ſupradicta ceſſione facta Principi Maffeo non ſolum habuit relationem ad Teſtamentum Genitricis, & ad omnia vincula in ipſo contenta, ſed & tantum abeſt, quod ſomniaverit intervertere illius voluntatem, & gradualitatem deſignatam, ut potius, declarans ſe ipſam hæreditatem retinere per conſimilem præventivam reſtitutionem ſibi factam a Nicolao cum oneribus & vinculis in Teſtamento expreſſis, id ipſum repetit, iniungendo adamuſſim eadem onera demandata in ipſo Teſtamento Principi Renunciatario, ſeu Donatario; ac demum non deſtitit ſuperadiicere clauſulas ſalutares, nimirum quod utile per inutile non vitiaretur, per quas ſane palpatur principaliter intellexiſſe, ac voluiſſe actum valere in utiliorem, ſecutioremque viam prematuræ reſtitutionis, quando de cætero non valuiſſet per viam abſtractæ ceſſionis, & donationis, cæteroquin de ſui etiam natura, ut ſupra, ſub-
3 incluſæ, & compatibilis, ut patet ex ipſo plano diſcurſu, & rem obſervant *Honded. conſ. 44. num. 24. & ſequentibus lib. 2., Surd. conſ. 428. num. 19., Rota deciſ. 316. num. 16. coram Buratt. deciſ. 820. num. 5. coram Dunoz. Jun., deciſ. 343. num. 10. coram Emerix. Iun. & deciſ. 66. num. 9. part. 14. recent.*

Et ex his nihil in oppoſitum opitulabatur, quod Princeps Maffeus ſtipulatus appareret *pro ſe, & hæredibus quibuſcumque*, quaſi quod hoc ſonaret in manifeſtam deſtructionem maternæ ordinationis, per quam certæ perſonę fuerant volitæ & invitatæ, non autem extranei, & indifferentes hæredes, quia non ſolum huic objecto reſiſtebat ſupradicta habita relatio ad ipſum Teſtamentum, & ſedula iniunctio ex parte Domini Cardinalis facta eidem Principi de obſervando etiam vincula in eo præordinata cum concomitante pacto reverſivo ad ſui favorem, quoties Princeps Maffeus præobiiſſet ſine liberis, quod utique diametraliter, & in individuo deſtruebat generalitatem præfatę clauſulæ *pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque*: verum quoque in quandam exuberantiam eadem ſtipulatio detegebatur omnino compatibilis ſaltem in ordine ad fructus, quos utpote ſibi libere, & voluntarie donatos a Domino Cardinali Principi, fortaſſe ſatagebat ſive inexactos, ſive pendentes tranſmittere ad ſuos hæredes indiſtinctos; & ita ſingula ſingulis congrue referendo ineluctabiliter ſemper remanebat in ſuo eſſe primæva cauſa prematuræ reſtitutionis citra ullam violationem, quæ poſſet ſuboriri ex ſtipulatione prædicta: cum nihil magis
14 æquum ſit, quam reducere ad ſuam Concordiam unam partem cum altera ejuſdem, etſi de reliquo individui actus, & inſtrumenti, teſte *Cyriac. controv. 63. num. 33., Meichſner deciſ. Camer. Imperial. tom. 2. lib. 1. deciſ. 1. part. 2. num. 14. & 15., Rota Lucen. collect. per Palm. Nepot. tom. 3. deciſ. 274. num. 26., Sac. Rota deciſ. 69. num. 15. coram Priolo, & in Romana Communantiarum, & Fontanilis 20. Januarii proxime præteriti §. In nihilo coram me.*

Fruſtraque non minus ſubiungebatur per modum gladii utraque parte acuti, quod in omnem caſum ſupradicta appoſitio pacti reverſivi foret contra legem puræ reſtitutionis, & ſaperet quandam inordinationem, ſive interverſionem; cum Teſtatrix poſt obitum Principis Maffei reliquerit ambigendum, an illius filii, Domuſque Barberina potius, quam Domus Columnenſis ſuccedere deberet in ejus hæreditate, ut uberrime in altera *Romana fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. coram me*; proindeque neutiquam videretur permittenda retrogadatio a Principe Maffeo in ipſum Dominum Cardina-

lem

Digitized by Google

ſiquidem huic diſcurſui jam ſuperabunde ac ro-
buſte per Dominos fuerat occurſum in prędicta
eadem præcedenti deciſione ſub §. *Quo verum*.
Cum etenim certum eſſet, quod vocatio Do-
minorum de Columna, aliorumue ſucceſſive
ſubſtitutorum, eſſet concepta, aut poſt extinctio-
nem totius Domus Barbarinæ, aut ſaltem Baju-
lini Nicolai, Cardinalis Caroli, & Principis
Maffei, utique, quod prædefuncto abſque liberis
ipſo Principe Maffeo, hæreditas remaneret, ſi-
ve ſiſteret in perſona Domini Cardinalis; non
erat duriorem reddere ſucceſſionem Dominis
Columnenſibus, neque per conſequens in aliquo
corrumpere, ac pervertere voluntatem Fidei-
committentis enixe deſiderantis, quod præfati
tres filii, illorum vita durante, fruerentur ejus
hæreditate; alias e converſo, ceſſante hujuſmodi
pacto reverſivo, poterat hæreditas devenire ad
remotiores, vivente adhuc Eminentiſſimo ab
ea prædilecto, & in ordine ad ſuccedendum an-
telato; quando autem pinguius impletur volun-
15 tas, ea nullo modo dicitur interverſa ac de-
ſtructa, ex annotatis apud *Manſ. conſult.* 153. *n.* 55.
& conſult. 184. *num.* 20., *Rota deciſ.* 465. *nume-
ro* 5. *part.* 9. *deciſ.* 254. *numero* 7., *& deciſ.* 416.
numero 16. *part.* 18. *recent.*, *deciſ.* 451. *nu.* 22.
& ſeqq. coram Bichio, *& deciſ.* 1342. *num.* 12.
coram Emerix Junior.

Einſdem poſtremo debilitatis (non diſceden-
do ab hac prima objectione) emergebat reflexio
quod cum Dominus Cardinalis gravaſſet in eius
refutatione Principem Maffeum de perſolvendis
annuis ſcutis 700. Nicolao, juxta non diſſimilem
obligationem ſuſceptam ab eodem Domino Car-
dinali, per antea refutatario, poſtea refutante, vi-
deretur quodammodo violaſſe mentem Teſta-
tricis, quæ exoptaverat, integre ad ſuos hære-
des, & nominatos propriam devenire hęredita-
tem: Etenim gravamen hoc non attingebat niſi
ipſam commoditatem fructuum percipiendo-
rum, integra reſtante ad mentem Teſtatricis
16 ſubſtantia ipſius hęreditatis, & bonorum, hæc
autem oneratio, & diſpoſitio puræ commodita-
tis regulariter nuſquam venit in quacumque
etiam ſtrictiſſima prohibitione alienationis *Rota
deciſ.* 188. *num.* 2. *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.
deciſ.* 57. *numero* 9. *cum plurib. ſeqq. part.* 14. *re-
cent.*, *in Romana Horti* 4. *Februarii* 1695. §.
Quæ ſane coram R. P. D. meo Pio, *in Romana
Salviani* 4. *Junii* 1696. §. *Finali coram Reveren-
diſſimo Domino meo Decano*, *confirmata* 26. *Junii*
1697. §. *Quæ ſi procedunt coram R. P. D. meo
Lancetta*, *& in altera Romana Salviani* 13. *Ju-
nii* 1698. §. *Sed*, *& proprius*, *& §. Et ob id co-
ram me*, *& in Romana Caducitatis* 23. *Iannarii
proxime præteriti* §. *Quamvis enim coram Illuſtriſ-
ſimo D. dell' Olmo Magno Cancellario Mediolani*.

Eoque firmius, quia cum Doctores, ut ſu-
pra in hac individuali materia loquentes, uno
ore conveniant, quod in hiſce præmaturis reſti-
tutionibus inſit imbibita quędam donatio fru-
ctuum a refutante percipiendorum, profecto
correſpective ad hanc donationem valebat
Dominus Cardinalis paciſci, quod loco ſui an-
ticipate recipiens hæreditatem a ſe poſſeſſam,
iſtud non admodum grave ſentiret incommo-
17 dum numerandi memoratam quantitatem Ni-
colao: quando de reliquo ex capite huius antici-
patæ reſtitutionis potuiſſet Dominus Cardinalis
graviora pacta ac etiam Fideicommiſſa ordina-
re, *Peralt. in leg. cum Pater* §. *A filia n.* 92. *&
ſeqq.*, *leg.* 3. §. *Qui Fideicommiſſum num.* 63., *et
ſeq. ff. de hæredib. inſtitut. Canoer. var. reſolut. lib.*
3. *cap.* 15. *num.* 173., *Andreol. controv.* 110.
n. 6., *Rocc. diſput. Iur. lib.* 1. *cap.* 49. *n.* 41. *Alva-
red. de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *ſub
n.* 26., *Molin. de Primogenit. Hiſpan. lib.* 2. *cap.* 4.
n. 33., *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *Gloſ.* 9. *par-
te* 5. *num.* 82., *Salgad. in Labyrinth. Credit.
part.* 2. *cap.* 15. *num.* 34. Et in durioribus termi-
nis quotidie experimur in ipſo Patre, qui licet
teneatur filiis relinquere legitimam immunem
ab omni onere, prout & obſtringitur libere
dotare filias, nihilominus ſi in aliquo ſuperex-
cedat propriam obligationem, ac tribuat de
proprio filio vel filiæ, minime prohibetur ad
18 menſuram lucri & emolumenti transfuſi adi-
icere gravamen, aliàs undequaque reſpectu ſub-
ſtantiæ nullum & interdictum, ſicuti paſſim
affirmarunt *Gratian. diſcept.* 983. *num.* 3., *&
ſequentibus*, *Caſtald. conſult.* 17. *numero* 14., *&
conſult.* 184. *num.* 5., *Rudolphin. allegat.* 115. *nu-
mero* 26., *Card. de Luca de legitim. diſcurſ.* 17.
num. 2. *&* 3.., *et diſcurſ.* 18. *num.* 5. *&* 6.,
Surd. deciſ. 21. *num.* 20., *Rota deciſ.* 204. *n.* 3.
& 4. *coram Priolo*, *deciſ.* 49. *numero* 17. *part.* 18.
recent., *& in Romana Cinthela Angeli* 25.
Aprilis 1701. §. *Non obſtante coram R. P. D
meo Muto*.

Ruente itaque ex hucuſque manifeſtiſſime
inſinuatis prima obiectione, promota contra prę-
teritam deciſionem, facile etiam fuit fugare
ſecundam, totaliter innixam præiudiciis effecti-
vis, quæ irrepſerunt ex hac præambula & an-
ticipata reſtitutione hæreditatis; ea quippe re-
ſtringebatur ad duo: alterum, quod niſi deven-
tum extitiſſet ad hanc ceſſionem hæreditatis,
nequiviſſet Princeps Maffeus diſpergere hujuſ-
modi bona: & alterum, quod eo magis inca-
leſceret huiuſmodi præjudicium, ex quo ſcien-
ter fiebat iſta reſtitutio erga Principem obno-
xium Sanctioni Clementinę, ſeu Bullę Baro-
num, per quam etiam non alienando effective,
ſed debita ſimpliciter contraendo dilacerari po-
terat Fideicommiſſum iniunctum a Teſtatrice,
dum tantæ efficaciæ eſt prefata Bulla, ut abro-
get quodcunque Fideicommiſſum in præjudi-
cium quorumcunque vocatorum, licet ſimpli-
19 citer, & per momentum temporis bona Fidei-
commiſſaria fuerint a Barone poſſeſſa. *Rota de-
ciſ.* 376. *num.* 1. *coram Emerix Iun.*, & latiſſime
in Romana, *ſeu Albanen. Vineæ* 5. *Decembris*
1698., *et* 23. *Martii* 1699. *fere per tot. coram
Illuſtriſſimo Domino dell' Olmo Magno Cancellario
Mediolani*.

Sed

Sed neutrum obiectum viſum eſt habere ſubſiſtentiam; non utique primum, quia nuſquam auditum fuit, neque informantes per aliquam doctrinam hoc poterant demonſtrare, quod licite ad normam *Text. in leg. poſt mortem*, præventive reſtituens hęreditatē evadat fideiuſſor futurorum actuum, vel diſperſionum reſtitutarii, & jam in anteacta *deciſione* §. *Penultimo*, & *finali* fuerant per rigidiora exempla, & authoritates oſtenſum, quod faciens actum, ſive dans operam rei, nedum licitæ, imo validæ & laudabili, prout hic, ſed etiam illicitæ, nequaquam tenetur ad conſequentias abinde provenientes
20 dummodo idem actus non eluceſcat ex culpoſo animo ad futura nocumenta pręordinatus ex *deciſ.* 185. *num.* 8. *cum ſeqq. coram Bichio*, aliiſque ibi collaudatis; quibus addi poſſunt *Cephal. conſ.* 362. *numero* 23. *lib.* 3., *Natt. conſ.* 595. *num.* 26. *Sebaſt. Medices de caſib. fortuit. part.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 46., *Modern. ad Banniment. Bonon. lib.* 1. *cap.* 6. §. 5. *num.* 63., *Rota deciſ.* 26. *num* 4. & 5. *part.* 12., & *deciſ.* 161. *num.* 21. *parte* 13. *recent.*

Et quidem, exiſtente extra controverſiam, quod Dominus Cardinalis, habito reſpectu ad ejus temporis circumſtantias, explevit actum potius commendatione dignum, & omnino prudentialem; incertum quoque erat, an Princeps Maſſeus potius ex induſtria fuiſſet potius melioraturus, & aucturus maternam hęreditatem ſaltem juxta genericam præſumptionem
21 *Text. in leg. Merito ff. pro ſoc.*; Quapropter ſi deinceps improvide abertavit, hoc tanquam mere contingens & accidentale nequit referri ad culpam Domini Cardinalis, cui ſatis erat, operam exercere æque ſe habentem ad commodum, & incommodum, itaut ex hac ancipiti
22 contigentia, actus remaneat indifferens, & in quibuſcunque terminis non leſivus, ſive nec ſibi nec tertio præjudicialis *Saminiat. controv.* 24. *num.* 50. & *ſeqq.*, *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 38., & *Rota deciſ.* 374. *nu.* 13. *recent. in Aſculana Iuriſpatronatus*, & *Legatorum* 23. *Januarii* 1696. §. *Abſque eo quod coram R. P. D. meo Pio*, *in Calien. bonorum* 26. *Aprilis* 1697. §. *Non obſtat coram Illuſtriſſ. D. dell' Olmo Magno Cancellario Mediolani*, & *in Romana Fideicomiſſi de Quadris* 7. *Martii* 1701. §. *Fortius autem*, & *ſeqq. coram me*.

Conſideratio autem Bullæ Baronum, quæ ſecundo loco mox circumferebatur, non erat idonea ad redargutionem præfatæ reſtitutionis, de reliquo ab Jure noſtro, ut ſupra, expreſſe permiſſæ; quia in primis poterat per ipſoſmet ſubſtitutos hodie inſiſtentes æqualiter occurri huic periculo per delationem huiuſce Teſtamen'i ad Archivium, idque etiam poterat ordinare Teſtatrix probabiliter non ignorans Bullam exaratam a ſan. mem. Vrbano VIII. Patruo Viri ipſius Teſtatricis; per hanc quippe cautelam, habetur ac ſi Bulla Baronum non emanaſſet, ex col-
23 lectis *per Card. de Luca de feud. ad eandem Bullam diſc.* 83. *num.* 14., *diſc.* 76. *numero* 13., & *diſcurſ.* 85. *num.* 2., & *diſcurſ.* 87. *in princip.*, & *paſſim*.

Ceterum adeo diſtat, quod in hoc Dominus Cardinalis culpoſe vel incircumſpecte egerit, quin potius defunctæ Principiſſæ *judicium* proſequendo, ad verba *Text. in leg. poſt mortem*, reſtituerit hæreditatem illimet Principi, qui fuerat per eam explicite vocatus poſt Dominum Cardinalem; ſi etenim ipſamet Teſtatrix non curavit, quod ejus hæreditas deveniret ab ſubiectum Bullę Baronum, quomodo imputabimus tale factum incuriæ vel culpę Domini Cardinalis, quando nemo ex hæredibus, imo, & ſimplicibus Miniſtris valet incuſari de culpa, ſi ea fecit quæ facere ſolebat, ac fecit idem Teſtator? *Decian. reſponſ.* 29. *num.* 16. & 18. *lib.* 1., & *reſ-*
24 *ponſ.* 47. *num.* 10. *lib.* 4., *Cyriac. controv.* 459. *numero* 28., *Rota Lucen. inter deciſ. collect. per Palmam Nepot. deciſ.* 6. *num.* 23. *in fin.*, & *nu. ſeq.*, *Sac. Rota in Romana Multiplicorum* 3. *Aprilis* 1699. §. *Quo vero poſt med. coram Reverendiſſimo Domino meo Decano*, & 25. *Iunii* 1700. §. *Quo vero ſpectat coram eodem*.

Supereſſet obviam ire illi alii ſubalternanti obiectioni, quam ſubnectebant Informantes contra deciſionem, videlicet quod dum Dominus Cardinalis pepigerat, quod in caſu alienationum reſtitutæ hæreditatis, factarum a Principe reſtitutario, incontinenti idem Princeps cecidiſſet ab omni commodo ſibi factæ reſtitutionis, & haberi deberet pro Poſſeſſore idemmet Cedens, ac ſi nuſquam ab eo extitiſſet abdicata poſſeſſio; hinc ſtatim ac Princeps ad haſce alienationes devenerat, non compellantur ſubſtituti, agentes pro reintegratione, recognoſcere pro Debitore alium, quam ipſum Dominum Cardinalem; Sed hujuſmodi ratiocinium neque hodie fundari poterat in facto, neque ullam de per ſe nanciſci ſubſiſtentiam in Jure: non quidem in facto, quia jam Tribunal approbavit uſque ad obitum pro vero Poſſeſſore eundem Principem Maſſeum, decidendo in præcitata *Romana Fideicommiſſi* 15. *Aprilis* 1701. *coram me*, *Fideicommiſſum extitiſſe purificatum* favore Dominorum fratrum de Barberinis per obitum Principis Maſſei, poſthabita pœnitus perſona
25 Domini Cardinalis. Vnde eadem deciſio, pro qua fuit etiam decreta expeditio, venit in facto hodie ſupponenda, *Rota deciſ.* 1259. *num.* 2. *coram Emerix Iun.*, *in Aſculana Dotis* 28. *Junii* 1700. §. *Sed quid coram Reverendiſſimo P. D. meo Pio*, & *in Romana Pecuniaria ſuper pretio venæ* 28. *Februarii* 1701. §. *Certius vero in fine coram me*.

Et nihilominus in Jure parum relevabat. Vltra enim quam' quod oportuiſſet edocere de clara & incontrovertibili ſcientia hujuſmodi alienationum in Domino Cardinali, adhoc ut poſſet ac deberet reaſſumi ad priſtinam poſſeſſionem; cum non ſufficiat in pœnalibus ſcientia veriſimilis conjecturalis, aut præſumpta, ut ait,

Ca-

Digitized by Google

Ciball. conſ. 97. *num.* 1. *lib.* 1., *Cyriac. controv.*
26 451. *num.* 93.. *& ſeq. Bonden. collect.* 22. *n.*40
tom. 1. *& collect.* 29. *num.* 30., *& ſeq. tom.* 2.
Rocc. diſput. Iur, cap. 127. *num.*21., *Rota Lucen. inter collect. per Palmam Nepot. deciſ.* 92.
num. 34. *&* 35., *& deciſ.* 142. *num.* 18., *Sac. Rota deciſ.* 156. *num.* 13. *coram ſan. mem. Alexandro VIII., & in Romana Officii* 26. *Martii*
1694. §. *Deciſio coram R. P. D. meo Caprara.*

Adhuc vanum eſt, quod ſtante obligatione Camerali, poſſent Domini Columnenſes uti prædicto pacto nuſquam appoſito pro Fideicommiſſo, vel Fideicommiſſariis, ſed perſonaliter. & citra neceſſitatem ſuperaddito ad proprium favorem per Dominum Cardinalem: abſonum namque eſt, quod invito paciſcente, ea quæ fuerunt ſponte inducta ad proprium beneficium detorqueantur in illius pœnam, & in odium con-
27 tra *Text. in leg. quod ob gratiam* 61. *ff. de Regul Iur. Dec. conſ.* 12. *num.* 2. 3. *&* 4., *Surd. deciſ.* 195. *num.* 5., *Rota deciſ.* 180. *num.*4., *& deciſ.* 1202. *n.* 8. *cor. Emerix Jun.* Vnde nil magis frequens eſt, quam quod conſimilia pacta reverſiva, non obſtante intereſſe Tertii, cui congrueret illorum operatio, nuſquam locum ſibi vindicant invito paciſcente, ſed ipſo tantummodo volente declarante & inſiſtente quantumvis eadem pacta legantur interiecta ſub Inſtrumentis continentibus procul dubio de mo-
28 re obligationem Cameralem *Poſt. reſolut.* 146
nu. 12., *Bonden. collect. legal. lib.* 1. *cap.* 37. *ſub num.* 87. *verſic. ita evidentius Card. de Luca de regal. diſc.* 169. *num.* 5., *Rota deciſ.* 422. *num.* 4. *part.* 4. *deciſ.* 291. *nu.* 16., *&* 17., *& deciſ.* 353 *num.* 34., *& ſequentibus part.* 9. *recent.*, *& in Romana ſeu Tiburtina Donationis* 25. *Ianuarii* 1700. §. *Aut vero coram Me.*

Et ita remiſſive etiam de reliquo ad luculenter quoque ſtabilita in præcedenti Deciſione, reſolutum fuit utraque &c.

GERVNDEN. IVRIS SEPELIENDI

Ven. 31. *Martii* 1702.

ARGVMENTVM

Unicuique licitum eſt ſepulturam Eligere in loco ſacro ubi vult etiam in Eccleſiis Monaſterialibus & Regularibus, PP. ſervitæ habent privilegia ab *Innocentio III.* conceſſa, ut poſſint in ſuis Eccleſiis tumulari cadavera defunctorum qui inibi in teſtamento tumulari demandarunt non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Homo cum moritur, dicitur reddi humo.*
2 *Lites quotidie exarſerunt tam ſuper modo, quam ſuper loco tumulationum.*
3 *Oſſa mortuorum intra ſepta ſacra, & Eccleſiaſtica pia Mater Eccleſia ſepeliri voluit.*

4 *Et regulariter ſunt ſepelienda in Eccleſia Parochiali.*
5 *Ad excluſionem propriæ Parochiæ quilibet poteſt eligere ſepulturam in loco ſacro ubi vult.*
6 *Etiam in locis monaſterialibus, ac Conventibus Religioſorum, eorumque Eccleſiis*
7 *Sepeliendi Jus competit cuicumque Eccleſiæ.*
8 *PP. Servitæ facultatem habent ſepeliendi Cadavera mortuorum qui in eorum Eccleſiis ſepulturam elegerunt.*
9 *Conſuetudo ad hoc ut attendi debeat juſtificari debet cum ſuis notoriis requiſitis.*
10 *Et ad illam enervandam nedum Teſtes, ſed ſolus rumor in contrarium exuberat.*
11 *PP. ſervitæ valent in eorum Eccleſiis tumulari cadavera eligentiam inibi ſepulturam non obſtante qualibet oppoſita conſuetudine.*
12 *Tranſactio ad normam rei judicatæ cum qua fraternizat, nunquam veluti inter alios inita afficit tertium, & maxime non nominatum neque compræhenſum.*
13 *Clauſula ſine præjudicio alicujus adiecta in Gratia Apoſtolica arcet omne præjudicium quod Tertio irrogari poſſet.*

DECISIO CCXXXVIII.

EA militia, in qua conſiſtit vita hominis ſuper Terram, nec in ipſis defungentium cineribus quodammodo, expirat, nam etiam quando homo redditur *humo*, ut dicitur in *Ec-*
1 *cleſ. cap.* 12. tam apud Ethnicos, quam apud ipſos Chriſtifideles graviſſimæ quotidie exarſerunt quæſtiones tam ſuper modo, quam ſuper
2 ipſo loco tumulationum, ut liquet ex erudite diſſertis per *Emanuel Gonzal, ſuper cap.* 1. *de ſepult. ex n.* 4. *cum plurib. ſeqq.* Donec pia Mater Eccleſia, ad coercenda hujuſmodi diſſidia concedens mortuorum oſſibus quietem intra ſepta
3 ſacra, & Eccleſiaſtica, ex rationibus ſanctius animadverſis per *Div. Auguſtin. in reſponſ. attribut. S. Paulin.* & ex quo ſubducitur *Text. in cap. non extimemus* 13. *quæſt.* 2. ac etiam penes
4 *Div. Ambroſium in concion.* 6. *de Sanct.* ſub Leone III. Summo Pontifice præſcripſit, cadavera fore regulariter ſepelienda in Eccleſia Parochiali, quemadmodum ſancitum legimus *in cap.* 1. 2. *&* 3. *de ſepultur.* & uberius ſub Alexandro III. *in cap.* 5. *eodem tit.* in quo Pontifex Priori cuidam Regulari ſevere mandavit, ut Parochiæ uſurpatum cadaver reſtitueret.

Huic itaque fortaſſe determinationi deſixi Monaci S. Benedicti, non citra quamdam violentiam, occupavere cadavera morientium in Villa Balneolarum, ut ea Sepulturæ mandarent intra Parochialem Eccleſiam Divi Stephani ipſorum Iuriſdictioni ſubiectam, ſed minus juſte quoniam cum inter prædicta cadavera compræhenderentur etiam eorum, qui Sepulturam præelegerant in Eccleſia S. Martiniani ſpectante ad Religioſos, qui ſub Regula Sancti Auguſtini nomen inditum habent Servorum Beatiſſimæ

Virginis Mariæ, ad horum idcirco conqueſtio-
nem prima vice Ordinarius denegavit prçten-
ſam quaſi poſſeſſionem, ſive manutentionem
ipſis Monacis, hodieque firmius Sac. Tribunal
definivit *PP. Servitas tumulare poſſe cadavera
illorum, qui in Eccleſia Sancti Martiniani præno-
minatæ Villæ Sepulturam elegerint, ſive elegiſſent*

Et quidem minime controvertebatur, quod
regula militaret pro Eccleſia Parochiali, qualis
erat illa Divi Stephani, ſed ſuperventis ab ea-
dem Eccleſia privilegiis conceſſis Ordinibus Re-
gularium, non fuit amplius dubitatum, quo
minus cadavera illorum qui Sepulturam in Ec-
cleſiis eorumdem Regularium præelegiſſent il-
lic poſſent licite tumulari, ſicuti namque et-
iam ad excluſionem Parochiæ Sacri Canones
elargiuntur, ut quis ad quoddam proprium ſo-
latium, & intenſius animæ ſuffragium valeat in
5 loco Sacro monumentum ſeligere ad *Text. in
cap. 1. 2. & 3. de Sepultur.* ita non eſſe reſtri-
ctam hanc facultatem electivam, ſed exercibi-
lem quoque eſſe quoad ipſa loca Monaſte-
rialia, ac Conventus Religioſorum, eo-
rumue Eccleſias præciſæ definivit Innocen-
6 tius II. reſcribens Archiepiſcopo Genuen. *in
cap. Fraternitatem il 3. de ſepultur.* cum concor-
dan. abunde recenſitis per *Lavor. var. lucubrat.
tit. 2. cap. 11. num. 22., Marg. diſquiſit. mortal.
tract. 7. diſq. 1. concluſ. 1. num. 10. & ſub tit. de
facul. elig. Sepul. ſect. 14. diſquiſ. 11. concluſ. 6.
num. 13. & ſeqq. Gonzalez in d. cap. 3. de Sepul-
7 tur. ſubnum.* 3. ubi egregie parificat cum Paſca-
li Pontifice poteſtatem, quam quiſque habet diſ-
ponendi de rebus ſuis in loca Religioſorum,
cum poteſtate diſponendi de proprio corpore
*Brun. Caſſaing. de privileg. regul. tract. 2. cap. 7.
propoſit. 3., a Rot. deciſ. 227. num. 5. par. 18. re-
centior.* & in ſpecie de hac ipſa facultate favore
8 Religioſorum Servitarum per Summos Pontifi-
ces conceſſa videre eſt penes *Lezzan. quæſt. Re-
gul. tom. 3. fol. 273. §. Primo dicti Alexandri.*

Neque huic limitationi poterat adverſari
conſuetudo, quam ſupponebatur ineſſe ſuperin-
ductam favore Eccleſię S. Stephani. etiam quo-
ad corpora eorum, qui alibi ſepeliri mandaſ-
ſent. Vltra enim quod hujuſcemodi conſuetu-
do non ita limpide videri poterat juſtificata,
9 & maxime cum ſuis notoriis requiſitis, de qui-
bus *Manſ. conſult. 168. num. 53., & conſult. 308.
fere per tot., Rot. deciſ. 89. num. 3. & deciſ. 336.
num. 10. coram Card. Cerro deciſ. 414. num. 22.
par. 19. rec.*

Quando tamen ad enervandam quacumque
conſuetudinem etiam immemorabilem, ne-
dum Teſtes, prout hic, allati ex parte Con-
ventus S. Martiniani, ſed ſolus rumor in con-
trarium exuberaſſet juxta paſſim affirmata per
*Adden. ad ſa. me. Gregor. XV. deciſ. 298.
num. 13., Card. de Luc. de Iuriſd. diſc. 3. num. 8.,
Rot. deciſ. 159. num. 6. coram ſa. me. Alexan-
dro VIII. & in Romana Officii 4. Martii 1695.
§. Ceterum R. P. D. meo Caprara.*

Utique in omnem caſum, quod millies ex-
titiſſet comprobata quælibet conſuetudo, hoc
ob peculiariter, ultra Statuta per Sacros Ca-
nones, vindicabant pivilegia emeritis Regu-
larium familiis per Sanctam Sedem diffuſa,
nimirum quod valeant in eorum Eccleſiis tu-
mulari cadavera eligentium inibi Sepulturam,
11 non obſtante qualibet oppoſita conſuetudine,
ſicuti præ cæteris habetur in ſpeciali Servitarum
privilegio Innocentii VIII. penes *Lezzan. quæſt.
regular. tom. 3. fol. 274. ſub §. 1. d. Alexandri*
ibi - *Nec cogantur inviti etiam ſub prætextu cujuſ-
cumque conſuetudinis ipſi, vel defunctorum con-
ſanguinei illa* (nempe corpora defunctorum)
ad Parochiales Eccleſias deferre.

Sublata conſuetudine ſubmovebatur æquo
modo vis cujuſdam initæ tranſactionis per præ-
dictum Monaſterium, ſive Eccleſiam Divi Ste-
phani; quoniam incontinenti introſpecta hu-
juſmodi tranſactione, quam ſibi obiiciebant In-
formantes pro Conventu S. Martiniani viſum
eſt, eam eſſe particulariter celebratam de an-
no 1638. dumtaxat cum Parochis, ſeu Curatis
alterius diſtinctiſſimæ Eccleſiæ S. Mariæ de Tu-
rano, proindeque perperam prætendi valebat,
quod hęc tranſactio deſcenderet proprios autho-
res ullove modo obligaret, contra Sanctiones Ju-
ris, ac privilegiorum cenſuram, Patres Servitas,
nihil enim magis familiare eſt, quam quod tran-
ſactio ad normam rei judicatæ cum qua fra-
12 ternizat, nuſquam veluti res inter alios acta
Tertium afficiat, & maxime non nominatum
neque comprehenſum ex notiſſimis Juribus, de
quibus per *Text. in l. de re filior. ff. de tranſact.*
late penes *Monoch. de arbiter. lib. 2. cent. 3.
cap. 209. in fin., Modern. ad Ramon. obſervat. 70.
num. 7., Rot. dec. 203. n. 4. cor. Card. Seraphin.
dec. 602. n. 4. & 5. par. 10. rec., & in Romana
fideicommiſſi 15. April. 1701. §. fin. cor. R. P. D.
meo Pio.*

Eoque certius, quia in ſupervento munimi-
ne Apoſtolicę confirmationis hujuſce concor-
diæ explicite legebatur adjecta clauſula *ſine præ-
judicio alicujus*, quæ ſane multo pronius, ac
firmius arcebat omne præjudicium, quod ex
illa valuiſſet irrogari tertiæ Eccleſiæ, ſive Con-
ventui prælaudati S. Martiniani prout perpen-
dentes hujuſcemodi clauſulam principaliter ad
13 hunc effectum adjici conſuetam, uno ore
tradiderunt *Ruin. conſ. 106. num. 8., Menoch.
conſ. 625. n. 38., Peregrin. de fideicom. art. 23.
num. 75. cum aliis per Rot. dec. 487. n. 35. cor.
Dunoz. Iun., & in Nullius, ſeu Falden. Iuriſdi-
ctionis 28. Iunii 1700. §. Clauſula vero cor. R. P.
D. meo de la Tremoille*, & præciſe contra Ec-
cleſiam S. Stephani conſideravit *Rot. dec. 1213.
num. 6. cor. Coccino.*

Et ita &c. PP. SS. Martiniani dumtaxat in-
formantibus, & Monachis S. Stephani congrue
laceſſitis, & expectatis,

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 3. Aprilis 1702.

ARGVMENTVM.

Habes ſupra deciſ. 183. quæ confirmatur

SVMMARIVM.

1 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
2 *Retentio non datur pro credito non exiſtente.*
3 *Qui prior eſt tempore potior eſt Jure.*
4 *Compenſatio, ſolutio, vel debiti extinctio inter Mercatores inducitur ex contrapoſitione partitarum debiti, & Crediti utriuſque partis.*
5 *Dominus cenſus ſi acquirat dominium fundi cenſiti irrevocabiliter cenſus extinguitur, ne detur ſervitus in re propria.*
6 *Creditor cenſus habens notitiam evictionis fundi cenſiti ex facto proprio nequit amplius prætendere fructus.*
7 *Cenſus impoſitus ſuper fundo, ſi pars illius venditur, perdurat in reſtante terreno capace conſervandi eundem cenſum.*
8 *Venditio, vel alienatio voluntaria fundi cenſiti facta per debitorem minime facit cenſum extingnere.*
9 *Aditio facta a filiis Creditoribus qualibet eorum actio dicitur confuſa, & extincta ſi inventarium non confecerint.*
10 *Debitor ſive oſcitanter, ſive induſtrioſe adient hæreditatem debitoris oberatam nullum valet irrogare Detrimentum creditoribus ob beneficium ſeparationis bonorum.*
11 *Recognitio bonæ fidei efficit ut vere Creditor originarius quamuis ab initio latens, ſit ille erga quem Perſona nominata bonam fidem aquo animo recognoſcit.*
12 *Declara quod d. recognitio procedit in præjudicium Declarantis, ſeu recognoſcentis, non autem illorum qui medio tempore contraxerunt antequam fuit effecta d. recognitio, in quorum præjudicium non retrotrahitur.*
13 *Anterioritatem quam quis alteri ceſſit non poteſt deinde Perſona cedere.*

DECISIO CCXXXIX.

PRO tertia vice ad cotem oppugnationis applicitis fundamentis immiſſionis conceſſæ Comiti Franciotto, & Comitiſſæ Victoriæ, illa adeo firma, atque dilucida apud Dominos emerſere, ut non obſtantibus propugnaculis ac defenſionibus, etiam hodie de novo per Jacobum oppoſitis, perſtitum fuerit in ſenſu præcedentium reſolutionum captarum coram Me, & prius coram bo. me. Jacometto.

Tota ſiquidem acie præfatæ oppoſitionis reſtricta ad jura dotalia Claricis, per quæ Jacobus tueri poſſe opinabatur, vineam ab Honorio communi debitore, una cum ejus Matre Clarice per illius Majores acquiſitam, iterum cenſuere Domini huiuſcemodi jura dotalia penitus eſſe demortua, & extincta, & conſequenter minime amplius eſſe capacia ad obtegendam
1 eamdem vineam in Salviano exagitatam ab Actoribus; Nam, ſi non entis nullæ ſunt qualitates, juxta vulgare dicterium; multo minus
2 pro credito non exiſtente plus iu rerum natura valebat obiectari qualitas retentionis *Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 1. num. 9. & cap. 10. n. 43. Surd. deciſ. 316. num. 6., Seſſ. deciſ. Aragon. 188. num. 14. & 24., Rota dec. ſ. 187. num. 5. coram Dunozet. Senior., & in Romana Prælationis 18. Januarii 1692. §. Tertium eſt coram clar. me. Card. Cavallerino.*

Et ſane non negabatur ab Actoribus, quod memorata jura dotalia Claricis poſſent etiam ad normam prætenſionis, & computi aſſerti per Jacobum fortaſſe calcnlari in ſumma ſcutorum 51875. prout iu unum ſummata importare videbantur, ſors ipſa dotis ſcutorum 15000., fructus eiuſdem dotis una cum fructibus quarti dotalis conſlantibus quantitatem ſcutorum 25875. ſors pariter cujuſdam Cenſis de pecuniis impoſiti per Braccium in ſcutis 500., ac denique interuſuria hujus Cenſus præferentia, ſecundum legitimam computationem temporum, quę erant in controverſia, ſummam ſcutorum 6000 quæmadmodum recte calculanti patebat: itaut niſi alias obſtitiſſet e conſpectu plenaria, & ſupereminēs abſorptio horum jurium dotalium ſine ulla amaritudine comperiſſent Jacobo habenti obligata in emptione vineæ hæc eadem jura exceptio eliminativa intentinnis Actorum Cau-
3 ſam fortienſium longe poſt anteriora credita Claricis, ex notiſſimis de quibus *in Tractat. de Commerc. & Mercatur. diſc. 55. n. 3., & diſc. 82 num. 13., Rota deciſ. 726. num. 2. par. 12. recent deciſ. 387. num. 1. coram Emerix Junior., & deciſ. 70. nu. 1. poſt Modern. ad Statut. Urb. tom. 3.*

Verum, ut diximus, illico obſiſtebat e conſpectu palam per Actores demonſtrata ſatisfactio totius huius quantitatis ſcut. 51875., vel quod idem erat exuberans debitum ipſius Claricis in ſcut. 52500. hæc quippe clare deducebantur primo ex capite Cenſus per Claricem favore Honorii ejuſque fratrum accolato in ſorte ſcut. 10000.. Secundo pro acceſſionibus huiuſcemet Cenſus perequantium ſummam 12500. Tertio ratione alterius conſimilis Cenſus ſcut. 15000. cum cujus acceſſionibus pariformiter importantibus ſcuta 15000. ſicque calculus *dell' Havere* ſtrangularetur, ſive apertiſſime negaretur ab oppoſito calculo *del Dare* plane per hanc contrapoſitionem nndequaque juſtificatam in-
4 negabilis reſultabat extinctio, ſeu compenſatio, ex iis, quæ habentur penes *Altograd. conſil. 6. ſub n. 46. & ſeq. lib. 1.. Marzimed. deciſ. Senen. 66. num. 24. & 25.. Cenſal. deciſ. Lucen. 11. num. 16., Rota deciſ. 107. num. 5. poſt Merlin. de pignoribus deciſ. 50. n. 1. poſt Zicch. de*

de ſalar. deciſ. 272. num. 27. par. 17. recent, *&*
in Veneta, ſeu Anconitana Pecuniaria 9. *Maii*
1698. §. *Secundo coram Me*.

Abſque eo, quod ad everſionem, ſive ob-
nubilationem hujus poſterioris Calculi *del Da-*
re merentur opponi, quod prima partita Cen-
ſus pro rata ſcutorum 10000. favore Honorii;
aliorumque filiorum accollata per Claricem,
eſſet delenda, ex quo Tenuta, ſeu Caſale *di*
Fonte di Papa, ſuper quo hujuſcemodi Cen-
ſus noſcebatur impoſitus deveniſſet ad manus
Honorii, aliorumue filiorum, proindeque per
acquiſitionem fundi cenſiti factam a Creditori-
bus ipſius Cenſus, hic ſaltem quoad paritio-
nem fructuum calculatorum, ut ſupra in quan-
titate ſcutorum 12500. incontinenti ceſſave-
rit per illam incompatibilitatem, quam uno
5 ore ponderant Doctores relati per *Rot. deciſ.*
213. *num.* 5. *poſt Zacch. de obligat. Camer. de-*
ciſ. 129. *num.* 2. *coram Cardinali Cerro, in*
Urbinaten. Salviani 17. *Martii* 1684. §. *Sicu-*
ti coram clar. me. Card. Matthaio, & 4. *Iulii*
1695. §. *Quod enim coram R. P. D. meo Ca-*
prara, & in Tudertina Pecuniaria 2. *Iulii* 1700.
§. *Finali coram Me*.

Eoque ineluctabilius, cum iidem filii acqui-
ſitores ſucceſſive diſtraxerint in Dominos de
Barberinis rubra 80. eiuſdem Caſalis, ac pro-
pterea ſtatim ac ex hujuſmodi voluntaria di-
ſtractione quodammodo ſibimet ipſis fundum
cenſitum ſcientes evincerunt, nequibant am-
plius inhiare decurſui eorumdem fructuum
poſita quippe innegabili notitia ſubſecuta ex
facto proprio diſtractionis, ſeu evictionis fundi
ſubiugati cenſuaria inter uſuria faceſſere nemo
6 non ſcit ex firmatis per *Rotam in Romanam Vi-*
nea coram Eminentiſſimo Cardinali Carpineo in-
ter recentiores impreſſ. par. 19 *deciſ.* 336. *in*
Æſina Cenſus 28. *Novembris* 1691. §. *Quia*
diſtinguendo coram cla. mem. Cardinali Caccia,
& 2. *Martii* 1693 §. *Verum coram Reveren-*
diſſimo Domino meo Decano, & in Firmana Cen-
ſus 9. *Iunii* 1698. §. *Pari modo, & ſeq. coram*
R. P. D. meo Muto.

Arriſit namque palmaris, & ſuperabundans
in facto replicatio, per quam Actores æqui-
vocum obiectionis diluentes oſtenderunt, quod
neutiquam Honorius, ejuſque fratres totum
Caſale acquiſiverunt, minuſque totum caſale
per conſequens alienarunt, ſed tantummodo
ad eorum manus pervenerant rubra 80. re-
manente reſiduo penes Claricem ipſius cenſus
accolatariam: Quapropter cum idem reſiduum
foret undique capax, ſubſtineri totum cenſum,
de plano ſequebatur, quod idem cenſus tan-
quam ſpiritus vegetativus obtruncato ramovi-
gens in reliquo arboris, & radicis perdurabat in
reſtante terreno capace animandi, ſive conſer-
vandi eumdem cenſum, ſecundum ea, quæ in
7 terminis de cętero valde quotidianis habentur
apud *Cenc. de cenſib. quæſt.* 114. *n.* 80. *verſ. Nec*
ab iſta Card. de Luc. pariter de cenſib. diſc. 3. *ſub*
num. 8., *Rot. deciſ.* 213. *num.* 4. *poſt Zacch. de*
obligat. Camer., *& in Romana Horti* 18. *Junii*
1696. §. *Inquam coram R. P. D. meo Pio*.

Atque ob id in ſequelam ruebat concomitans
argumentatio deprompta ex diſtractione ſucceſ-
ſive facta per Honorium eiuſque fratres, quo-
niam ſi cenſus per Claricem accollatur adhuc,
manebat in ſuo eſſe ſuper reſidualibus rubris prę-
nominati caſalis *di Fonte di Papa* ſtantibus adhuc
in domino pręlaudatæ Claricis, qui importa-
bat, quod hujuſmodi rubra 80. fortaſſe effecta
immunia ab hoc cenſu diſtraherentur per Credi-
tores cenſuarios? quod ſi eadem Clarix inſimul
alienavit reliquum terrenum apud ipſam perſi-
ſtens nonne poſt hujuſmodi omnino voluntariam
alienationem vigebat integer cenſus inter jura
Honorii; aliorumque fratrum creditorum,
cum ad differentiam ſubſequutæ diſtractionis per
viam formalis evictionis, ſive judicialis vendi-
tionis, cum quo ſuppoſito obloquebantur aucto-
ritates in obiecto allegatæ, venditio, vel alienatio
penitus voluntaria fundi cenſiti facta per debi-
torem minime faciat cenſum amortizari, & ex-
8 tingui, ex plene traditis per *Intrigliol. ſuper Bull.*
de cenſib. quæſt. 29. *num.* 2., *Cenc. de cenſib.*
quæſt. 19. *num.* 1., *& quæſt.* 39. *ſub num.* 6., *Rot.*
deciſ. 6. *num.* 4. *deciſ.* 549. *num.* 2. *apud Merlin.*
de pignorib. & hypothec. deciſ. 47. *num.* 2. *& de-*
ciſ. 29. *num.* 3. *par.* 9. *rec. & in Romana Salvia-*
ni 17. *Februarii* 1702. §. *Imo tantum abeſt coram*
Reverendiſſimo D. Meo Decano.

Minus utiliter etiam promoveri viſum eſt al-
terum obiectum ſuper tertia partita alterius
cenſus commodo filiorum impoſiti per Clari-
cem ſuper Tenuta *di Terzuolo*, ſiquidem tota
baſis huiſce impugnationis fundabatur ſuper eo
quod Honorius, & fratres extiterint hæredes
memoratæ Claricis impoſitricis, ideoque citra
manifeſtam repugnantiam nequiverit adſcribi
tale debitum Clarici, quando per aditionem
hæreditatis factam a filiis Creditoribus quælibet
ipſorum actio dici merebatur, & de jure erat
9 confuſa, & extincta juxta vulgaria iuria, de
quibus *Rot. deciſ.* 479. *num.* 7. *coram Peutinger.*
deciſ. 280. *num.* 10. *par.* 18. *recent. & in Soanen.*
Immiſſionis 14. *Maii* 1696. §. *Quod autem coram*
Reverendiſſimo D. meo Decano, & iuxta ea, quę
pariter inhærendo huic juridice extinxioni agno-
verat iam, ſpecialiter hoc cenſu, ipſa *Rota in*
Romana Pecuniaria 3. *Decembris* 1696. *coram bo:*
mem. Urſino.

Etenim quatenus attinebat ad mox enuncia-
tum Sacri Auditorii judicium coram bo. me.
Vrſino Domini incontinenti dignovere, quod
illius circumſtantię longe aberrabant ab hypo-
theſi hodierna, iure namque merito Rota reie-
cit hanc perſeverantiam Cenſus, ex quo illa
perexebatur, ſive allegabatur ab hæredibus
prenominati Honorii, eiuſque fratrum, in hu-
iuſmodi quippe caſu irrefragabiliter obſtabat
proxime enunciata, ac innegabilis concluſio,
ſed non ſic erat in pręſenti, ubi agebatur de
Cre-

Creditoribus iam præexiſtẽtibus,&quibus factum debitoris, ſive oſcitanter; ſive induſtrioſe adeuntis hæreditatem debitoris, vel alio quocumque modo oberatam, & præiudicialem, nullum valet irrogare detrimentum, per illudjuris beneficium inductum ſuper ſeparatione bonorum,
10 de, quo *Pacif. de Salvian. inſpect. 3. cap. 2. nu. 526. & ſeqq. Merlin. de pignoribus lib. 4. quæſt. 14 num. 4. & quæſt. 33. per tot. & quæſt. 39. pariter per tot Salgad. in labyrint. Creditor par. 1. cap. 9. num. 4. cum. ſeqq., Rot. decis. 41. num. 2. & 3. & deciſ. 51. num. 1. & ſeqq. coram Cardinali Cavalerio, deciſ. 436. num. 14. & 15. par. 13. recen & in Ferrarien., ſeu Anconitana fideicommiſſi ſuper ſequeſtro 3. Junii 1701. §. Eoque facilius coram Me.*

Subſiſtente igitur calculo, de quo ſuperius, itaut creditum iurium dotalium Claricis a Jacobo obiectatum effulgeret prorſus ſuffocatum, & demortuum, irritus labor erat novis auxiliaribus copiis fulcire aggeres reſolutionis, ſed nihilominus pro majori latitudine, & exuberantia reflectebant Domini, quod e converſo calculus crediti Claricis *dell' avere* probabilius debuiſſet imminui, nam etſi perfunctorie ſupra enunciatum fuerit, quod rata Cenſus ſcutorum 5000. inveſtita cum Braccio proveniret a pecuniis dotalibus Claricis, profecto hæc enunciativa ſuppoſitio ad trutinam rigidiorem expenſa non levem patiebatur oppoſitionem, quia huiuſmodi aſſertum in ſubſtantia pendebat a ſola recognitione bonæ fidei facta per Honorium quæ licet in ſuis terminis efficiat, ut
11 vere Creditor originarius, quamuis ab initio latens ſit ille, erga quem perſona nominata bonam fidem æquo animo recognoſcit, ad tradita per *Modern. de Angel. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 75. num. 32. in tract. de commerc. & mercat. diſc. 30. num. 21., & diſc. 51. num. 10. Rota deciſ. 21. num. 20. & ſeq. coram Peutinger. deciſ. 27. num. 14. coram Priolo, deciſ. 568. num. 24. & 25. coram Bieb., & in Romana legitimę 23 Januarii 1702. §. Ideirco Domini coram Me.*

Attamen res ſe habet quiete &pacifice quotieſcumque volentes impuguare conſimilem recognitionem ſint hæredes recognoſcentis hanc bonam fidem; vel habeant cauſam ab eodem recognoſcente; ſecus autem dici poterat in caſu noſtro, quoniam Actores nullam cauſam agnoſcebant ab Honorio, quin potius erant illius Creditores & idcirco poterant ſerio impugnare factum voluntarium, & ſæpe ſæpius fraudolenter eorum
12 debitoris, quemadmodum diſtinguentes annotavere *Catell. de donat. diſc. 2. partic. 10. nu. 26. & ſeq. de Angelis de confeſſ. lib. 2. q. 75. num. 33., Card. de Luc. de Judic. diſc. 29. n. 44., Salgad. in labyrinth. Credit. par. 2 cap. 20. n. 27., Magon. deciſ. Florent. 122. n. 13., Rot. deciſ. 278 num. 7. coram Card. Celſo.*

Quoties itaque delata eſſet a Calculo jurium dotalium Claricis, hæc partita ſcut. 5000. in ſorte, & ſcut. 6000. in fructibus, quanto altius Calculus *del Dare* Aſcendebant: Att neque hic ſiſtebat occaſio minuendi jura dotalia Claricis, quoniam cum ipſa Clarix occaſione prælaudatæ venditionis rubrorum 80. Caſalis *di Fonte di Papa* exaratæ per Honorium, alioſue filios tranſtulerit pro emptorum ſecuritate eadem ſua jura dotalia, utique facienda non immerito videbatur ſubductio a prædicto Calculo *del Dare*, hæc importantia, quæ ſecum trahebat ſcut. 12000. ex rationibus ſufficienter allatis *in præterita men deciſione diei 7. Martii 1701. §. finali*
13 conſpirantibus in ſenſum ejuſdem concluſionis ibidem adductis, & aliis penes *Giurb. obſerv. 80 n. 20., Maſſin. de confiſcat. q. 31. num. 126., Rot. deciſ. 352. num. 2. & 9. par. 19. rec., & deciſ. 1127. nu. 3., & dec. 1292. nu. 2. coram Emerix Jun.*

A primo igitur ad ultimum comperta indubitabili vigentia crediti Actorum, & exceptione deducta retentionis abundanter exploſa Domini relative ſe habentes in reliquis circa obiectam ſimulationem contractuum Cenſualium geſtorum a Clarice cum filiis ad jam diſcuſſa *in prædicta deciſione diei 7. Martii 1701 coram Me*, eidem citra fluctuationem unanimiter in omnibus adheſerunt, utraque &c.

GERVNDEN. JVRIS SEPELIENDI.

Ven. 28. Aprilis 1702.

ARGVMENTVM.

Eccleſia quæ tranſegit nolle tumulari corpora defunctorum tranſactionem ſervare tenetur. Neque hoc modo lęditur libertas Chriſti fidelium eligendi ſepulturam quocumque maluerint, quia cogenda non eſt Eccleſia ad recipienda Corpora Defunctorum, quę nolle recipere ſolemniter promiſit.

SVMMARIVM.

1 *Expenditur Decretalis* Alexandri III. *regiſtrata in* cap. 5. de ſepultur.

2 *Exceptio firmat regulam extra caſus non exceptos.*

3 *Tranſactio de ſui natura expeſcit, ut utrinque aliquid detur, ac remittatur.*

4 *Pactio quæcumque in rebus ſpiritualibus, illiuſve annexis improbatur.*

5 *Quælibet tranſactio Apoſtolica confirmatione ſuffulta ligat indubitanter quoſlibet ſucceſſores in Rectoria, ſeu Dignitate uſque in perpetuum.*

6 *Optime declaratur diſpoſitio* cap. fin. de pact.

7 *Pacta quoad electionem ſepulturæ ſunt valida, & recte ſubſiſtunt.*

8 *Et quibuscumque Chriſti fidelibus tributa eſt facultas eligendi ſepulturam.*

9 *Si vero Eccleſia promiſerit non tumulare, amplius Cadavera Defunctorum tunc non læditur Libertas Chriſtifidelium, quia habetur ac ſi Eccleſia d. tumulationem anticipate denegaſſet, nec eſt cogen-*

genda d. Eccleſia ad corum corpora recipienda.
10 *Amicabilis compoſitio a S. Sede reportata deſtrui non debet.*

DECISIO CCXL.

RESponſum Summi Pontificis Alexandri III. quod ſuffragari nequaquam valuerat Monachis S. Benedicti in altera Cauſa *Gerunden. Juris ſepeliendi* nuperiſſime per Me propoſita ſub die 31. *Martii proxime præteriti*, optime illos adiuvit in hodierna diſceptatione habita per eoſdem Monachos cum Eccleſia S. Mariæ *de Turre* ejuſdem Villæ *Balneolarum*; prætendente ſiquidem Rectore huiuſce Eccleſiæ S. Mariæ poſſe libere tumulare cadavera in huiuſmodi Eccleſia ſepulturam eligentium, adeout illi foret reſtituendum cadaver *Mariæ de Prat* (uti idem Rector conclamabat) ablatum a Monachis, Rota fuit in ſenſu penitus negativo.

Motivum, ut diximus, ita reſolvendi promanabat a præcitata Decretali Alexandri regi-
1 ſtrata *in cap. 5. de ſepultur.*, licet namque ſola qualitas Matricitatis, vel Parochialitatis ſatis de jure non eſſet ad impediendam liberam unicuique facultatem eligendi ſepulturam in diverſa Eccleſia, ſicuti fecerat prænominata Maria cum tamen conſimiles controverſias pacifice componi Priori de inſula ſuaſerit idem Alexander ut ibi *& exinde pacifice, & amicabiliter cum illis conveniat*: hinc eo ipſo. quod de anno 1638 mediante ſolemni tranſactione conventum apparebat, quod corpora Curatorum, & beneficiatorum utriuſque Eccleſiæ, nimirum S. Stephani Matricis, & S. Mariæ filialis, poſſent perſpecte eorum electione ſepeliri in Eccleſia S. Mariæ, neceſſe erat concludere, quod per ſupradictam pacificam conventionem, & hanc undique arctatam receptionem conſtabilita reſt ret regula negativa quoad alios, qui non forent Curati, ſive Beneficati unius, vel alterius Eccleſiæ, hoc ſemper operante exceptione vel
2 ſpeciali incluſione unius caſus, nempe quod cæteri remaneant excluſi, & regula generalis vigeat in oppoſitum ad *Text. in leg. quæſitum* §. *Denique ff. de fund. inſtruct. Alex. in leg. final. ff. quod quiſque iur. & conſ.* 107. *n.*20. *lib.* 1., *Catan. dec.* 17. *n.*26., *Rota Lucen.* inter collect. per *Palmamnep. dec.* 126. *num.* 14., *& dec.* 153. *n.* 1. *& ſeq. Rota dec.* 9. *n.*16. *part.* 19. *rec. & in Nullius, ſeu Terræ Pontiani ſucceſſionis* 18. *Februarii* 1701. §. *Evidentius coram Me*.

Potiſſime reflectendo, quod, cum per antea prætenderent abſolute Monachi S. Benedicti, quod nulla cadavera poſſent ſepeliri in alia Eccleſia, quam in illa *D.* Stephani eorum propria, & Matrici præter corpora Curatorum, atque Beneficiatorum, reliqua omnia valerent vigore electionis in Eccleſia S. Mariæ tumulari neque ulla ad mentem *prædicti cap. 5. de ſepultur.* ſecuta eſſet amicabilis compoſitio, neque ulla prorſus interceſſiſſet litium eradicativa tranſa-
3 ctio, quæ de ſui natura iugiter expoſcit, quod utrinque aliquid detur, ac remittatur ad *Text. in leg. 1. ff. de Tranſact.*, & tradita per *Vrceol. de tranſact. quæſt.* 2. *n.* 8., *Rota dec.* 192. *n.*12. *&* 13. *coram Bichio, & dec.* 268. *num.* 4. *par.* 11. *recen.* cum aliis *in Romana Pecuniaria ſuper negotio principali* 15. *Februarii* 1701. §. *Vel ſaltem*, *&* §. *Reſpectu cum* §. *fin. coram Me*.

Abſque eo, quod idcirco in hoc præciſo caſu adverſari poſſent, aut reſoluta *in prædicta altera*
4 *Gerunden Juris ſepeliendi coram Me*, aut determinata *in cap. fin. de pact.* per quæ pactio quæcumque in rebus Spiritualibus, illiſve annexis improbatur, quia quatenus concernebat enunciatam reſolutionem, ex deciſione deſuper extenſa clara inſurgebat reſponſio, cum in ea dicatur egregie potuiſſe Patres Servitas juxta Sacrorum Canonum cenſuram tumulare cadavera eligentium in eorum Eccleſia S. Martiniani quia cum illis nulla fuerat inita tranſactio, quod ſecus eſt reſpectu huius Eccleſiæ S. Mariæ, quæ compellitur obſervare tranſactionem etiam Apoſtolica Confirmatione ſuffultam, & ob quam omnis tranſactio ligat indubitāter quoslibet ſucceſſores in rectoria, ſeu Dignitate uſque in per-
5 petuum quemadmodum per *Text. in cap. veniens de tranſact.* communiter tradunt *Valeron. de tranſact. cap.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 30., *Vrceol. eodem tract. quæſt.* 24. *n.*60., *Rot. dec.* 68. *num.* 2. *cor. Card. Celſ. dec.* 135. *n.* 3. *cor. Roxas, dec.* 57. *n.* 5. *cor. Bich.*, *in Hiſpalen. Diviſionis ſimultaneæ* 11. *Febr.* 1697. §. *Clarius coram R. P. D. meo Muto, & in Nullius ſeu Senogallicn. bonorum* 13. *Maii eiuſdem anni* §. *Talis autem coram eodem* & in hac individuali materia dictum fuit *in Romana Funeralium* 4. *Martii* 1695. §. *Reverendiſs. D. meo Molines Decano*, immo, & in his terminis pactum de jure eſſe perpetuum ex *Archidiac. Butr.* aliiſque affirmat *Paſſerin. in cap.* 1. *num.* 10. *de pact. in* 6.

Quo vero ad alteram replicationem, ſeu obiectionem de prohibita pactione circa res Spirituales, ac illis annexa id utique erat verificabile ad terminos *ejuſdem Tex. in cap. fin. de pact.*
6 quoad pacta conventa pro Beneficiis aliiſve rebus Spiritualibus obtinendis, ſicuti ibidem plena manu explicat *Emin. Gonzal n.* 2. *& ſeqq.*, ſed in ſubiecta materia ſepulturæ præter ad horationem Summi Pontificis Alex. III., de qua ſupra litteralis eſt definitio pro omnimoda vali-
7 ditate ſimilium pactorum regiſtrata *in cap.* 1. *de pact. in* 6. prout etiam annotavit *Gonzal in d. cap.* 5. *de ſepultur. verſ. amicabiliter conveniat*, *& gloſſ. in d. cap.* 1. *de pact. in* 6. *verſ. elegerint*, *ibique Franch. n.* 3., *Barboſ. n.* 1. *& ſeq. Paſſerin. ex n.* 3. *cum plur. ſeqq.*

Poſita itaque tam aperta determinatione iuris ibi *pactum cum Rectore Parochialis Eccleſiæ factum a vobis, ne aliquos, vel certos ipſius Eccleſiæ Parochialis recipiatis ad Eccleſiaſticam ſepulturam omnino ſervare debetis* in nihilo relevat reflexio, quod
8 præſuppoſita validitate huiuſce pactionis limitaretur libertas Chriſtifidelibus attributa eligendi

ſe-

Digitized by Google

ulturam *in cap. 1. cod tit. de Sepult.* cum aliis *in d. Gerunden. Juris ſepeliendi 31. Martii proxime præteriti §. Et quidem coram Me.*

Quoniam huiuſmodi libertas tantæ non exiſtit efficaciæ, ut covertatur in coactionem alterius recipere debentis, ideoque quæmadmodum Eccleſia paciſcens non tumulare amplius cadavera defunctorum poſſet ex ſe denegare ſepulturam eligenti, ex quo eadem libertas claudicare non debet in præjudicium ipſius Eccleſiæ, ita per hanc pactionem idem in effectu reſultat, acſi
9 ſingulis eligere volentibus talem aſſenſum Eccleſię, quę tranſegit anticipatæ denegaſſet ſecundum ea, quæ pariter ex *Ancar. Butr. Io. Andr. aliiſque* bene, & punctualiter reſpondet *Paſſerin. in d. cap. 1. de pact. in 6. ſub n. 7. cum ſeqq. ver. circa ius ſepeliendi &c.*

Minuſque officiebat clauſula inſerta in præcitata Apoſtolica confirmatione concordiæ nimirum *ſine præjudicio alicuius* ad alium effectum bene conſiderata *in altera deciſ. Gerunden. Juris ſepeliendi coram Me §. fin.* Tum quia ex præmiſſis nullum allegabile erat prejudicium eligere ſatagentium ſepulturam in Eccleſia S. Mariæ ſtatim ac huiuſmodi eligente nequibant obſtringere ejus Rectores ad illius corpora recipienda: Tum etiam quia præcitata clauſula, nuſquam protendit ad infractionem actus, cui adiicitur, prout contingeret ad præſens, ex quo per indirectum amicabilem, & ut ſupra, exoptatam à
10 S. Sede compoſitionem in ipſo actu approbativo deſtrueret, quo nihil abſurdius, ut per *Card de feud. diſc. 1. num. 8.* *Rota deciſ. 1231. num. 7. coram Emerix. iun. dec. 103. n. 6. par. 19. recen. & in Aretina Beneficii 24. Januarii 1701. §. Quod ſi coram Me.*

Et ita &c. utraque &c.

ROMANA, SEV ALBANEN. PECVNIARIA

Ven. 28. Aprilis 1702.

ARGVMENTVM.

Liquet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Creditor poſterior impedire nequit executionem mandati a Judice relaxati favore creditoris anterioris contra communem debitorem.*
2 *Obligatio Mulieris pro viro excarcerando tenet non obſtante S. C. Velleiano.*
3 *Declaratio emiſſa in aliqua ſocietate, quod totum commodum, & incommodum ad ſe ſpectabat pro veritate habetur, & efficit ut ſocietas ad ipſum primario, & directè pertineat.*
4 *Bonorum derivatio ex quibus reſultet.*

DECISIO CCXXXXI.

IN hodierna audientia petierunt Fratres de Puteobonellis, ad formam reſcripti Signaturę Juſtitiæ procedi ad legitimam executionem mandati relaxati ab A. C. adverſus Andream, uti poſſeſſorem nonnullorum bonorum, quæ in ipſum deſcenderant a Carolo, Fauſto, Silvio, ac Eliſabeth ejus Authoribus, & reſpective obligatis favore predictorum fratrum, ſuper quadam Societate Officii, cuius jura mediante etiam ſpecifica recognitione roborata, & transfuſa fuerant in ipſos germanos Fratres Actores, nemine autem comparente pro eodem Andrea Tribunal ex deductis pro ſæpius memoratis fratribus tantummodo informantibus, ne Parti habenti interim contra ſe præſumptionem ejuſdem mandati adverſus omnem æquitatem, & juſtitiam reticenti, prodeſſet ipſa contumacia non dubitavit *Affirmative* reſpondere.

Neglectis ſiquidem nullitatibus perperam, ac meticuloſe ſibi forſan figuratis a Puteobonellis non potuit obſtare allegata retentio dotium Eliſabeth. & Rutiliæ, quia prætermiſſis pariter cęteris oppoſitionibus, quoad dotem Rutilię ſat erat replicare, quod eadem Rutiliæ dos foret poſterior credito Societatis. de quo agebatur, cum nuſquam Creditor poſterior queat impedire exe-
1 cutionem mandati a Iudice fulminati contra communem Debitorem vulgatis juribus de quibus *Pacific. de Saluian. Interd. inſpect. 3. cap. 2 a num. 459. & ſeqq.*, *Rota coram Merlino deciſ. 50. num. 1. & 2. coram. ſan. me. Alexandro VIII. deciſ. 63. num. 6.*, *Cerro deciſ. 665. num. 3. Emerix. Jun. deciſ. 1164. num. 4. & in Romana Salviani 15. Februarii 1683. §. Iniuſtitia coram Paulutio.*

Quo vero ad alteram dotem Eliſabeth utique non cadebat huiuſmodi reflexio, quod illa foret poſterior, ſed quia pro Silvio principaliter obligatio fideiuſſionem inivit, ac ſeſe obligavit, nec vivens unquam conqueſta eſt in hinc pariformiter Domini non ambigerunt quominus in hoc
2 ſtatu pro viro excarcerando teneret ejus obligatio, ut non obſtante ſanctione *S. C. Velleian.* quotidie dictum fuit ſignanter *poſt. Gratian. diſcept. for. cap. 952. num. 4.*, *Merlin de Pignor. lib. 2. q. 18. num. 85. Hodiern. ad Surd. deciſ. 86 num. 12. Maſſim. de Confiſcat. queſt. 31. nu. 98. in deciſ. 509. num. 8. coram Emerix. Jun. in rec. deciſ. 778. num. 7. part. 18.* *& in Romana Dotis ſuper Reſtitutione quoad reſervata 9. Junii 1694. §. Fruſtra in fin. cor. R. P. D. meo Muto.*

Abſque eo quod cenſuerint Domini indagandum, precipue reſpectu Dotis memoratæ Rutiliæ, quam figurant faceret Silvius in hoc negocio, videlicet uti confideiuſſor, vel uti principalis receptor Pecuniarium Societatis Officii, quia cum ipſe commodum, & in commodum ad ſe ſpectare profeſſus fuerit *Summ. num. 3.* hæc ſane declaratio, tanquam nulla contraria adminiculatione concuſſa tribuit locum regulæ,

quod

quod ſimiles declarationes habenuæ ſint pro ve-
3 ritate, efficiant, ac ſi contractus Societatis Of-
ficii ad ipſum Silvium directe pertineret, ſicuti
uno ore adverterunt *Angel. de Confeſſ. lib. 2.
quæſt. 75. num. 32. in tract. de Commero. & Mer.
cat. diſc. 51. num. 10., Rot. coram Merlin deciſ.
577. num. 4. Dunoz. jun deciſ. 392. ante num. 1.
verſ. quamvis enim Celſ. deciſ. 323. num. 3. in
recent. deciſ. 548. num. 18. & trib. ſeqq. part. 18
cum. aliis in Romana Legitimæ 23. Januarii cur-
rentis anni* 1702. §. *Idcirco Domini coram me*.

Neque demum a capeſſenda hodie reſolutio-
ne turbavit altera pari modo per Actores ſibi
obiectata amaritudo ſuper identitate bonorum
contra quæ prætendebant executionem conſu-
mere juxta preſcriptum præcitati Mandati A. C.
viſum quippe fuit quod derivatio dictorum bo-
norum a Silvio, ut diximus principaliter obli-
gatio palam reſultabat tum ex illorum ſpecifica
hypothecatione facta per Silvium in inſtrumen-
to Anni 1636. in quo ſigillariter enumerata fue-
runt Domus, & Stabulum, tum quoad alia cor-
pora bonorum ex eorumdem acquiſitionibus,
deſcriotione facta in Cataſtro per ipſum Silvium
& poſt ejus obitum per illius filios, necnon ex
inhibitionibus per eumdem Silvium reportaris
executionibus paſſis, & poſſeſſione eorumdem,
in qua ſemper continuavit, ut in fortioribus ad.
notarunt *Peregrin. de fideic. art. 4., Fuſar de Su-
bſtit. q. 618. nu. 4. Rot. coram Merlin. dec. 294.
num. 12., Celſ. deciſ. 295. nu. 2., Cerr. deciſ. 190.
n. 10., & dec. 782. nu. 6., Emerix. Jun. dec. 218.
num. 11., & in Rec. dec. 203. num. 5. & deciſ. 452
num. 3. part. 14.*

Et ita fratribus de Puteobonellis ſolummodo
informantibus reſolutum fuit.

FERRARIEN. SEV ANCONITANA FIDEICOMMISSI SVPER FRVCTIBVS

Lun. 8. Maii 1702.

ARGVMENTVM.

In Summario videre eſt.

SVMMARIVM.

1 *Antiquitus fructus bonorum ſtabilium calculaban-
tur ad rationem ſcutorum quinque pro centenario*
2 *S. Rota vero hodiè illos communiter taxat in ſc. 4. pro
quolibet centenario.*
3 *Locatio fructuum iunctis adminiculis probat valo-
rem fructuum.*
4 *Rota ſolet ſegregare pura ab impuris, & liquida
ab illiquidis.*
5 *Expenſa in recollectione fructuum facta ſunt ſemper
bonificanda illi qui eas fecit.*

DECISIO CCXLII.

QVæſivit in hodierna audientia Petrus Anto-
nius a Dominis, ut devenirent ad Liqui-
datione fructuum bonorum fideicommiſſario
rum ad quæ ipſe per rem Indicatum debitæ exe-
cutione demandatam obtinuerat immitti, ſed
quemadmodum facile negocium erat annuere
huius petitioni circa ſubſtantiam, ita e conver-
ſo impoſſibilis effecta eſt declaratio, ad quam
effective ſummam huiuſmodi fructus liquidandi
ideoque neceſſarium fuit reſpondere dubitationi
per me propoſitæ fructus quidem eſſe liquidan-
dos eſt iuxta modum proxime recenſendum.

Non enim proparte eiuſdem Petri Antonii
docebatur de vero, & poſitivo valore fundorum
fideicommiſſariorum unde habito reſpecttu ad
ipſum valorem ſecerni ſive depromi valuerit ſal-
1 tem illa præſumptiva correſpondentia fructuum
ad rationem ſcutorum quinque pro centenario
juxta præfinitionem, ſeu determinationem
*Gloſſ. auth. perpetua verb. iuxta Cod. de Sacroſ
Eccleſ.* vel ſcutorum quatuor ad normam lauda-
2 bilis moderationis captæ in noſtro Auditorio
explene animadverſis in Bonon. bonorum 13. Fe-
bruarii 1702. coram Me.

Vnicum quippe fulcimentum expetitæ liqui-
dationis ſiſtebat in exhibitis Inſtrumentis, ſive
fidibus Inſtrumentorum Affictum, ac locatio-
num quoad memorata bona fideicommiſſaria
èxaratorum per Comitiſſam, illiuſve authores
Reos in hac Cauſa, quę licet pręciſive, & in
abſtracto regulariter ſufleciſſent pro deſumenda
contra locatorem idonea liquidatione, cum in-
ter cæteros liquidandi modos in praxi receptos
in ſuis opportunis circumſtantiis admittantur et-
iam hic docendi de liquidatione fructuum reſti-
3 tuendorum ſi tanti liquet eoſdem fructus locatos
fuiſſe & arrendatos, prout videre eſt apud *Spad.
conſ. 114. n. 1, lib. 2., Rot. deciſ. 185. n. 10. & 2.
part. 6. recent. deciſ. 169. n. 4. coram Roxas de-
ciſ. 78. n. 1. coram Priolo, & deciſ. 1330 n. 8.
coram Emerix. Jun.*

Fefellit tamen in aliqua parte huiuſmodi modus
Actorem quoniam præfata Inſtrumenta locatio-
num & arrendationum nullatus pręſeferebant
certam mercedem in eis extitiſſe conventam in
tota realitate pecuniarium, ſed eadem Merces
in aliquibus Inſtrumentis conventa apparebat in
æqua correſpondentia frumenti, faſcinarum,
pullorum cum ſimilibus, quapropter nequibant
Domini tuto procedere ex cauſa ſubobſcuræ &
incertę valutationis talium ſpecierum ad relaxa-
tionem certi mandati quantitativi, ideoque, ut
in ſimili dixerat *Rota in Romana Legitimæ 23.
Januarii 1702 §. Ita Domini coram me & in Ro-
mana Tutelæ 10. Februarii eiuſdem Anni §. Eum
enim coram Reverendiſſimo Domino meo Decano ſe-
gregantes pura ab impuris ſive liquida ab illiquidis.*

Reſponderunt relaxandum eſſe mandatum
quoad pecunias ſive fructus iam apprehenſos, &
recolectos ab Economo per me deputato, quo-

vero

vero ad enunciatas ſpecies non recollectas vel adhuc minime appretiatas, eligendum eſſe Peritum, qui cuncta diſcriminaret, & expenſas in recolectione eorumdem fructuum ſuppoſitas a Comitiſſa Victoria ſedulo dinuclearet ad hoc ut, & juſtum appretium condemnationis ſolide fundaretur in judicio practicorum, & reſpective jus ſuum unicuique tribuendo deducerentur. Expenſæ in eorundem fructuum recolectione neceſſario, vel utiliter per Comitiſſam, illuſve authores implicatæ prout in propoſito primæ aſſertionis admonerunt *Cagnol. in l. 2. n. 258. Cod. de reſcinden. vendit Rot. in Romana Domus 19. Aprilis 1697. §. Atque hinc, & 2. Decembris ejuſdem anni §. Tertio demum coram R.P.D. meo Muto, & circa ſecundam ſubnectant Pacion. de locat. & conduct. cap. 3. §. 3. num. 80. Rot. deciſ. 419. num. 4. par. 18. deciſ. 299. num. 9 par. 19. recent., & deciſ. 1220. num. 9. coram Emerix jun.*

Et ita &c. utraque &c.

VITREBIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 8. Maii 1702.

ARGUMENTUM.

Filii legitimati ex Reſcripto Principis licet habentur ac ſi eſſent legitimi, & naturales, nihilominus quoties agitur de excludendo ſubſtituto nullus penitus jus habent quia in quacumque legitimatione a ſupremo Principe profluenſemper adeſt, vel ſubintelligenda eſt clauſula illa *S. P. venientium ab inteſtato*, & maxime ſi ſubſtitutus ſit cauſa Pia, vel concurrat contraria Teſtatoris voluntas, & afferuntur multæ circumſtantiæ, & conjecturæ ex quibus illa elicitur, & plura docte diſtinguntur ad rem.

SUMMARIUM.

1 *Filii legitimati reſtituuntur ad integritatem Natalium.*

2 *Fides Baptiſmatis influit ad juſtificationem ſolius ætatis, non autem poſitivæ generationis, & filiationis.*

3 *Si tamen ea juncta ſit cum confeſſione paterna, actibus, tractatibus, & communi reputatione perfectiſſimam probationem filiationis conſtituit.*

4 *Declara quod hoc procedat quando agatur de inferendo dumtaxat præjudicio ipſi Patri agnoſcenti, ſecus autem ubi tractatur de excludendo ſubſtituto quia tunc conjecturæ eſſe debent admodum ſtringentes.*

5 *Et generaliores demonſtrationes, & argumenta nihil officiunt fideicommiſſario petenti independenter immiſſionem ſuper bonis ſibi per fideicommiſſum reſtituendis.*

6 *Legitimati per reſcriptum Principis ad arcendos quoque ſubſtitutos habentur ac ſi forent prorſus legitimi, & naturales.*

7 *Præcipue ſi non agatur de legitimatione reportata poſt mortem aſſerti Patris, vel poſt poſſeſſionem jam apprehenſam a ſubſtitutis, & de ratione.*

8 *Ita multo ut facilius hujuſmodi legitimatus in vita Patris, & actu detinens bona fideicommiſſaria valet excludere ſubſtitutos contra ſe inſiſtentes pro conſequenda immiſſione.*

9 *Nota quod hæc procedant ſi concurrat vehementer ſaltem conjecturata fideicommittentis voluntas, qua deficiente nemo poteſt ad excluſionem ſubſtituti filios ſibi legitimare vel adoptare.*

10 *Quinimo etiam non repugnante eadem voluntate Teſtatoris permitti debet filios legitimari pro auferenda ſucceſſione deſtinata per fideicommittentem certo ſubſtituto a ſe volito.*

11 *Collegium Archivii in urbe privilegium habet ſibi conceſſum a Paulo III. legitimandi filios ſuſceptos ex quavis illicita conjunctione, neque fas eſt de ejus poteſtate dubitare.*

12 *Dicta tamen legitimatio locum ſibi non vindicat in præjudicium tertii etiam venientis ab inteſtato, itaut in quacunque legitimatione intelligenda ſemper ſit clauſula* ſine præjudicio venientium ab inteſtato, *in dicta per conſtitutionem S.M. Pii IV. alias legitimatio inefficax, & inoperativa remanet.*

13 *Conjecturæ, & circumſtantiæ pro eruenda teſtatoris voluntate ſunt inſimul conjungendæ.*

14 *Sola nobilitas ac ſpectata qualitas, ſeu conditio Perſonæ Teſtantis operatur ut illa ſenſerit de filiis ex legitimo matrimonio procreatis, non autem de legitimatis per reſcriptum Principi.*

15 *Abhorret enim quodammodo cogitare quod ille por verba* legitimi, & naturales *de alia legitimitate intellexerit, quam de ea, quæ ex juſtis nuptiis promanaret, ne alias quaſi videretur ſuos inſtitutos, ſubſtitutoſque ad peccandum pellexiſſe.*

16 *Papa vel Eccleſia non præſumitur in dubio de illegitimi cogitaſſe.*

17 *Legitimati numquam admittuntur in vim genericæ legitimationis ad ſucceſſionem in bonis Eccleſiaſticis, niſi aliunde liqueat de extra ordinaria, ac rationabili gratificatione Pontificis.*

18 *Si igitur legitimati nequeunt ſuccedere ad bona quomodolibet ab Eccleſiis provenientia, neque manent capaces circa bona prophana in eodem teſtamento relicta ne alias daretur abſurdum quod quis decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

19 *Verba* legitimi, & naturales *ſumenda ſunt in eo ſenſu de quo teſtator intellexit.*

20 *Agnationis contemplatio ex quibus inducatur.*

21 *Poſita contemplatione agnationis filii legitimati excluduntur, quia reputari non valent de vera domo familia, & agnatione teſtatoris, maxime ſi legitimati ſint adulterini.*

22 *Item ſi in teſtamento appoſita legatur quacumque*

alienationis prohibitio, quia prohibitus alienare exiſtimatur etiam prohibitus aggregare familiæ per voluntariam legitimationem filios ſpurios, aut naturales.

23 *Præterea ſi teſtator excluſit fœminas, & de ratione.*

24 *Qualitas adulterina ubi concurrat legitimatio non ſuffragatur, quia iſta nequit in hoc caſu operari ſolitum, ac de reliquo neceſſarium effectum retrotractionis, videlicet ad ſtatum in quo potuerit conſiſtere matrimonium.*

25 *Potiſſime ſi teſtator uſus fuerit verbis* natus, *vel* nati, *quæ indicant habitum fuiſſe reſpectum ad ortum, & nativitatem ſaltem poſſibilem, ac retrotrahibilem ad ipſum matrimonium.*

26 *Legitimatio non ſuffragatur ſi per illam excludatur cauſa pia ſubſtituta.*

27 *Pluralitas ſubſtitutionum non reſolvitur in ſingularitates ſi ſupereſt perſona prædilecta ex mente Teſtatoris ſubſtitutum excludens,*

DECISIO CCXLIII.

IN parva, quæ per Relatores, ſeu Ponentes Cauſarum biduò ante ſingulis Auditoribus, juxta priſcam Majorum noſtrorum conſuetudinem, tranſmittitur, ſcheda indicativa proximæ propoſitionis earundem Cauſarum exoraveram Dominos meos Correſponſales, ut etiam, dignarentur, altera tantum ex Partibus informante proprium elargiri ſuffragium in hac Cauſa: Quare, etſi multoties contingat, ita expoſcente juſtitia, ac juridica Patrum ſuppletione facta ex Officio, capi reſolutiones contra ipſum Informantem, Domini tamen hodie non dubitarunt, favore Sacriſtiæ Carmelitarum Congregationis Mantuæ in teſtamento, de quo agitur, expreſſe ſubſtitutæ, in contumaciam Pauli Antonii ſæpius laceſſiti, & comparere adhuc renuentis, reſpondere,

Agnoverunt quippe, nodum controverſiæ reduci ad examen, an eidem Sacriſtiæ explicite, & litteraliter, ut præmiſimus, vocatæ poſt defectum, qui evenerat, linearum Auguſtini, & Gallieni, obſiſtere poſſet exiſtentia memorati Pauli Antonii, utpote prætenſi filii legitimati Joannis a prænominato Gallieno deſcendentis, & certe quoties tam de ipſa filiatione, quam de ſufficienti, & operativa legitimatione ejuſdem Pauli Antonii conſtitiſſet, nequibat ullatenus reputari purificata conditio vocationis ipſius Sacriſtiæ, ex quo nuſquam dicitur finita linea, perdurantibus adhuc in ea deſcendentibus habilibus nec impleta conditio *ſi ſine filiis le-*
1 *gitimis, & naturalibus*, quando adhuc exiſtunt filii, vel deſcendentes, provide jam mediante legitimatione reſtituti ad integritatem natalium ſecundum ſæpius firmata in terminis hujuſmodi legitimatorum per *Cyriac. controv. 208. ex num. 47. uſque ad finem, & controv. 208. num. 72. & ſeqq. Andreol. controv. 150. num. 16. & ſeqq., Peregrin. de fideicom. artic. 23. num. 39., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 407. ex num. 1. uſque ad 8. & ſub num. 17., Rota decis. 217. n. 21. par. 15. deciſ. 11. ſub num. 7. & 8. par. 16. recen., deciſ. 334. num. 3. & num. 14. coram Emerix Jun., & in Romana, ſeu Balneoregien. Fideicommiſſi ſecunda Decembris 1699. §. Siquidem coram R. P. D. meo Muto,*

Verum non minus ſuper primo, quam ſuper ſecundo extremo deficere probationes memorati Pauli Antonii, viſum eſt incontinenti: Reſpectu ſiquidem puræ filiationis, ſive prioris extremi, ultro ſibi objectabant Informantes pro Actrice, innegabilem agnitionem factam a Joanne, non ſolum ex præclara fide Baptiſmatis, quæ licet regulariter in nato ex parentibus orthodoxis influat ad juſtificationem ſolius ætatis, non autem poſitivæ generationis, & filiationis ad notiſſimam diſtinctionem, de qua
2 *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. diſcept. 562. num. 8., Franciſc. Rocc. reſponſ. legal. 52. nu. 16. verſ. tertia conjectura, & ſeqq. lib. 1., Card. de Luc. de judic. diſc. 30. num. 8. 9., Mart. vot. ſeu deciſ. Piſ. 26. num. 8, Rota deciſ. 388. n. 13. & 14. par. 13., & deciſ. 779. num. 1. & 2. par. 18. rec.*

Attamen juncta cum confeſſione paterna, de qua plures Teſtes in præſenti deponebant, & ſuperadditis actibus, tractatibus, necnon communi reputatione, ſuperabundare ſolet in quolibet judicio ad finem, in hac materia, ex
3 latere Patris ſemper incerta, conſtituendi perfectiſſimam probationem ejuſdem filiationis, ex plene traditis apud *Lancellott. Gall. conſ. 15. num. 105., Capyc. Latr. deciſ. 166. num. 52., Rot. Lucen. inter collect. per modern., Palmam Nep. tom. 1., deciſ. 89. num. 12., Rot. dec. 89. num. 8. coram Coccino deciſ. 334. num. 1., & deciſ. 482. n. 1. coram Buratt. d. 535. num. 46. par. 14. recen.*

Aſt reſpondebant, & recte, quod hæ confeſſiones, & agnitiones recipiendæ forent, quando ſermo eſſet de inferendo dumtaxat præjudicio ipſi Patri agnoſcenti, tam circa alimenta, quam circa etiam, in ſuis caſibus ſucceſſionem illius libero patrimonio, & hæreditate; Secus autem, ubi, prout hic, pertractatur de excludendo ſubſtituto deſumente ſuam certam vocationem a fideicommittentis teſtamento: tunc
4 enim excepto caſu, quo conjecturæ noſcantur adeo ſtringentes, ut Judicem cogant ad ſibi hoc omnino ſuadendum juxta limitationem in his quoque terminis receptam, ut videre eſt penes *Ancharan. conſ. 225. num. 6., Cephal. conſ. 137. num. 8. lib. 1., Gratian. diſcept. 135. num. 47., Rot. deciſ. 246. num. 16. & 17. par. 15. deciſ. 44. num. 6. par. 19. rec., deciſ. 1004. num. 10. coram Dunozett. jun., & deciſ. 533. num. 13. coram Emerix jun.*

Profecto generaliores hæ demonſtrationes, & ar-

arguṁenta in nihilo officiunt fideicommiſſa-
rio penitus independenter efflagitanti immiſſio-
nem ſuper bonis vinculatis, ſibique per fidei-
5 commiſſum reſtituendis, ita communiter di-
ſtinguentibus altero *Ancharan. Jun. quæſt. fa-
mil. 25. per tot. par. 3., Sperell. deciſ. 174. ſub
num. 42. uſque ad 94., Rot. deciſ. 83. num. 3. co-
ram Zarat. deciſ. 716. num. 7., coram Merlin.
deciſ. 904. n. 5. coram Emerin. Jun. in Bono-
nien. Juris honoriſici 4. Februarii 1697. §. Ideo-
que cum pluribus ſeqq. coram bo. me. Urſino, & in
Romana Filiationis 4. Februarii 1699. §. Ita ad
effectum. & ſeqq. & 11. Decembris ejuſdem an-
ni §. Solida ſiquidem coram R. P. D. meo Muto.*

Fortiſſime quoque labefactari, oſtenſum fuit
alterum, ſive ſecundum extremum ſufficientis,
& operativæ legitimationis, quantumvis ete-
nim Domini admiſerint abſtractive, quod le-
gitimatio derivans ab habente poteſtatem a
Principe legitimandi, adeout detergat macu-
las natalium, ut ſic legitimati, ad arcendos
quovis ſubſtitututos, habeantur, ac ſi forent
prorſus legitimi, & naturales, ex congeſtis apud
*Gratian. diſcept. forenſ. cap. 247. num. 72., Cald.
de emphyt. lib. 2. quæſt. 11. num 25., Sperell. de-
ciſ. 73, num. 26., Rot. deciſ. 681. num. 6. cor. Du-
nozett. Jun., deciſ. 13. num. 15. & 16. coram
Ninot., deciſ. 673. num. 25. par. 18. rec., & in
Bononien. Fideicommiſſi de Manzolis 22. Junii 1699.
§. Neque plus ponderis coram Me.*

Præcipue quoties non agitur de legitimatione
reportata poſt mortem aſſerti Patris vel poſt poſ-
ſeſſionem jam apprehenſam a ſubſtitutis, nam etſi
in hoc quoque caſu, intercedente voluntate
fideicommittentis authument, plerique eo mo-
do, quo poſtea natus avocat bona interim tranſ-
lata in extraneos, vel remotiores vocatos, ita
ex poſt quodcumque legitimatus, & effectus
nedum naturalis, ſed etiam filius civilis, recu-
peret fideicommiſſum inordinate tranſactum
in ſucceſſive vocatos *Peregrin. conſ. 62. num. 3.
libr. 2., Gabr. conſ. 29. num. 15. & 16. lib. 1.,
Gratian. diſcept. forenſ. 635. num. 37., Caſtald.
conſult. 101. num. 2. 3. & 4., Rot. deciſ. 1331.
num. 11. coram Cardinali Seraphino, deciſ. 32.,
num. 36. par. 9., deciſ. 207. num. 23. par. 15.,
deciſ. 11. num. 24. par. 16., deciſ. 673. num. 16.
cum pluribus ſeqq., & deciſ. 751. num. 4. & ſeqq.
par. 18. rec.*

Adhuc denegari nequiret, quod longe faci-
lius hujuſmodi in vita Patris legitimatus, &
actu detinens bona fideicommiſſaria valeret ex
cludere ſubſtitutos contra ſe inſiſtentes pro im-
miſſione conſequenda ad vulgare dicterium
turpius ejicitur &c. ſicuti etiam liquet ex diſce-
ptatis per *Caſtald. conſult. 608. num. 12. & ſeq.
Mel. obſervat. 34. nu. 5., Giovagn. conſ. 30. n. 12.
cum pluribus ſeqq. lib. 1., Cyriac. controv. 207.
num. 8. & 9. & num. 50. cum ſeq., Modern. ad Sta-
tut. Urb tom. 2. annot. 38. artic. 2. ex num. 121.
& duobus ſeqq., Rot. deciſ. 487. num. 37. coram
Dunozett. Jun. deciſ. 310. num. 8. & 18., & ſeqq.
part. 18. & deciſ. 377. num. 20. par. 19. rec.*

Placuit nihilominus Actricis replicatio, quod
hæc omia procederent ſi in rei veritate; concur-
reret, & aſſiſteret vehementer, ſaltem con-
jecturata voluntas fideicommittentis; illa nam-
9 que deficiente, planum eſt quod ſicuti nemo va-
let per actum longe honeſtiorem, ac undique
civilem ad excluſionem ſubſtituti filios ſibi pro-
gignere, mediante aliqua voluntaria adoptio-
ne, vel arrogatione, ut uno ore monuerunt
*Menoch. conſ. 266. num. 12., Card. Mantic. de
conjectur. ult. volunt. lib. 11. tit. 8. ſub. num. 3.,
Torr de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 44. num. 4.
& 5. Peregrin. de fideicom. artic. 22. n. 93., Rot.
deciſ. 500. n. 6. part. 18. to. 2. rec.*

Ita nec etiam repugnante, ſive non aſſiſten-
te eadem voluntate Teſtatoris, permittit de-
bet, quod quis peccando generet, aut forſan
agnoſcendo configat, & inſimul legitimari fa-
ciat filios pro auferenda ſucceſſione deſtinata
per fideicomittentem certo ſubſiſtituto a ſe
10 indubitanter volito, & prælecto, quemad-
modum de more magiſtraliter explanando col-
luctantes quodammodo in hac materia aucto-
ritates perpetuo diſtinxit, & tenuit *Rot. de-
ciſ. 667. ſub num. 2. par. 1. deciſ. 255. num. 18.
par. 9. deciſ. 642. num. 4. par. 18. recent. de-
ciſ. 151. num. 11. poſt Torr. de pact. futur. ſuc-
ceſſ., & in celebri Civitatis Caſtelli bonorum 17.
Auguſt. 1583. §. Quoad ſecundam cum ſeqq.,
& 14. Octobris ejuſdem anni coram bo. me Robu-
ſterio*, & expreſſe admiſſum fuit *in Romana,
ſeu Balneoregien. fideicommiſſi 30. Januarii 1679.
§. Non obſtat cum ſeq. coram clar. mem. Card.
Vicecomite*, & obſervat *Modern. Manſ. con-
ſult. 125. num. 1., Rudolphin. alleg. 103. num. 4.
Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 88. num. 5. &
ſub num. 11., Card. Mantic. de conjectur. ultim.
volutat. lib. 11. tit. 3. num. 9., Card. de Luca
de fideicom. diſc. 58. num. 7. & 9.*

Eoque pronius, quia hodierna legitimatio
fuerat per Joannem obtenta a Collegio, quod
in Urbe nuncupant Archivij, licet namque il-
lud a Summo Pontifice Paulo III. fulfultum
extiterit hoc privilegio legitimandi filios ſuſce-
ptos ex quavis illicita conjunctione, faſque non
11 ſit de ejus poteſtate dubitare, teſte *Honded.
conſ. 92. num. 4. lib. 1.*, quem cum aliis collau-
dant *Modern. Aſculan. ad Statut. Urb. tom. 2.
annot. 38. art. 1. num. 94. & 95.* Utique tamen
Illius authoritas inter legitimare valentes ſem-
per reputata eſt omnium debilior, locum ſibi
non vindicans in præjudicium tertii etiam ab
inteſtato venientis, adeout hujuſmodi clauſula
ſine præjudicio venientium ab inteſtato, aliasgene-
ter indicta per celebrem Conſtitutionem ſan.
mem. Pii IV. *la 45.*, vel in hujuſmodi legiti-
matoribus continuo veniat ſubintelligenda,
12 alias ipſa legitimatio remaneat inoperativa,
& inefficax *Honded. conſ. 63. num. 41. & 42.
lib. 1., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 496. num. 1.
& 2., Caſtald. conſult. forenſ. cap. 202. num. 28.*

Digitized by Google

Modern. ad Statut. Urb. tom. 2. annot. 38. art. 1. num. 88., Rot. deciſ. 145. num. 16. par. 1. recen. & deciſ. 487. num. 35. & 36. coram Dunozzet. junior,

Quod autem non aſſiſteret, immo potius reſiſteret hodierno caſui voluntas, & intentio fideicommittentis, convinci apparuit ex pluribus circumſtantiis, & conjecturis, quæ etſi ſeorſim fortaſſe perpenſæ ſuam recipere poſſent everſionem, & ſepius extiterint juxta caſuum opportunitatem per Rotam ſingulariter rejectæ, inſimul tamen junctæ, atque perpenſæ hujuſcemodi repugnantiam in ipſo Teſtatore
13 undequaque ſuadebant adea, quæ in ſimilium conjecturatum complexu in hac eadem quæſtione notavit *Rudolphin. alleg. 103. num. 18.* & in aliis materiis pariter conjecturalibus *Honded. conſ. 65. num. 43. & ſeq. lib. 1., Bellon. Jun. conſ. 50. num. 33., Rota deciſ. 315. num. 9. & deciſ. 329. num. 10. coram ſan. mem. Gregorio XV., deciſ. 1. num. 33. coram ſan. mem. Alexandro VIII., deciſ. 599. num. 6. coram Emerix Jun., & in Bononien. fideicommiſſorum de Herculanis 13. Janii 1701. §. Maxime coram R.P. D. meo Muto,*

Et ſane prima, præ cæteris aſſurgebat potentiſſima conjectura, ex quo fidei committentis, nedum erat Nobilis, & Sacerdos, ſed de tali Sacroſancto caractere explicitam mentionem effecit ibi- *& poſtea Sacerdos licet inutilis conſenui*, quamobrem ſi ſola qualitas nobilitatis, ac ſpectata conditio perſonæ operatur,
14 quod Teſtator ſenſerit de filiis ex legitimo matrimonio procreatis, non autem de legitimatis per reſcriptum Principis, ut cenſuit apertiſſime *Vulpian. in l. ex facto 17. §. Si quis rogatus ff. ad Trebellian.* ibi- *de quibus liberis ſenſerit ex voluntate, dignitate, & conditione ejus, qui fideicommiſit, accipiendum erit*, bene etiam *Bart. ibidem num. 1. verſ. & hae &c. & num. 2. verſ. aut erat. &c., Riminald. ſen. conſ. 229. num. 6., Ruin. conſ. 76. num. 2. & conſ. 178. num. 11. lib. 2., Dec. conſ. 284. num. 10. verſ. ſecundo communit opinio, Bertazzol. conſ. 3. n. 11., Rolan. conſ. 67. ſub. num. 11., Manſ. conſult. 125. num. 7. 8. & 48., Caſtill. controv. jur. lib. 5. cap. 82. ſub num. 47. verſ. videamus nunc &c. Rudolphin. allegat. 103. num. 19., Mierez de major. par. 1. quæſt. 51. num. 242., Peregrin. de fideicom. art. 23. num. 42., Tiraquel. de nobilit. cap. 23. num. 15., Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 10. num. 33. 34. & ſeqq., F ſar. de ſubſtit. quæſt. 408. num. 67., Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 30., ibique Adden. num. 415., Torr. de major. Ital. lib. 1. cap. 29. num. 130.*

Quanto validius id ipſum erit arguendum in Teſtatore ſeſe in actu teſtandi exprimente Sacerdotem? abhorret etenim quodammodo cogitare, quod is per uſum, ſive uſurpationem vocabuli *legitimi, & naturales*, de alia legitimitate intellexerit, quam de ea, quæ ex juſtis nuptiis, & tæderæ matrimonii promanaret, ne
15 alias quaſi videretur ſuos inſtitutos, ſubſtitutoſve ad peccandum pellexiſſe ſecundum optime ad rem animadverſa per *Dec. in cap. in præſentia ſua num 143. de probat.* ibi- *non ſic eſt in filiis naturalibus naſcituris &c, quia recipiens induceretur ad tales filios procreandos, quod non videtur fuiſſe de intentione &c.*, & bene etiam in propoſito notat *Urſin. de ſucceſſion. feud. par. 1. quæſt. 2. art. 2. per tot., & ſignanter num. 16., Card. de Luca de emphyt. diſc. 57. num. 5., Magon. deciſ. Lucen. 10. ſub num. 2. verſ. nam cum tales filii ſine peccato &c.*

Secunda ſuper accedens, ac potius demonſtratio, quam conjecturæ proſiliebat ab explicita facultate, quam idem Teſtator reportare ſategit ſan. mem. Leone X. pro factione ſui Teſtamenti, ut in eodem Teſtamento ſpecialiter meminit ibi- *conceſſa mihi ſuper hac re ab Apoſtolica Sede facultate ſub Bulla plumbea Sanctiſſimi D. Noſtri Leonis Papæ X. Pontificis Maximi ſub datum anno incarnationis Dominicæ 1516. 4. non. Novembris Pontificatus ſui anno quarto impreſſ. publice, & in Camera Apoſtolica de Palatio Conſervatorum de mandato Sanctitatis Suæ regiſtrata.* Unde quicquid benignius dici poſſet agendo de indifferente Teſtatore perutente generica poteſtate ſibi per jus commune attributa; Utique credibile non eſt, quod & ipſe in caſu noſtro Teſtator Summum auſerit ſupplicare Pontificem pro incluſione naturalium, ex poſt nimium de facili legitimandorum, & quod unico
16 eodemque tempore cogitaverit Papa pro hujuſmodi naturalibus legitimandis Apoſtolicam impartiri poteſtatem teſtandi contra ea, quæ egregie tradit *Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 42. & 59. de Conſtit., Mantic. de tacit. & ambig. conject. lib. 22. tit. 10. ſub num. 10. verſ. ſed in dubio Eccleſia, Fulgin. de ſucceſſ. in bon. emphyt. quæſt. 6. num. 5., Sperell. dec. 73. n. 15., Rota deciſ. 474. n. 3. verſ. & ſic non alia ratione, & num. 4. verſ. quæ cum ſit nobilis, & ſpeculum pudicitiæ par. 1. diverſ.*

Tertia ſubalternans (ſed æque urgens conjectura eſt) quod Teſtator indigens, vel tanquam perſona Eccleſiaſtica, vel ex quo tractabatur de bonis Eccleſiaſticis hoc ſpecialiſſimo Indulto, pro eo obtinendo exoravit eundem Papam. Abſolutum autem regulariter eſt, quod niſi aliunde liqueat de extraordinaria, ac rationabili gratificatione Pontificis, nuſquam legitimati ad-
17 mittuntur in vim genericæ legitimationis ad ſucceſſionem in bonis Eccleſiaſticis, ex unaniter firmatis per *Fulgin. de emphyt. tit. de ſucceſſ. in bon. emphyt. quæſt. 5. num. 43. & 44., Card. de Luca de emphyt. in ſumm. num. 25., Mantic. de tacit., & ambig. lib. 22. tit. 11. num. 7. & 17., Magon. dec. Lucen. 10. num. 4., Sperell. dec. 73. num. 36., Rota dec. 100. num. 1. par. 5. rec. & dec. 1721. num. 1. coram Coccino.*

Quod ſi certum erat, legitimatos nequiviſſe ſuccedere ad bona quomodolibet proventia ab

Ec-

Eccleſiis, conſequens non minus exitit, quod
neque iidem legitimati manent capaces circa
bona prophana indifferentia, cum unum, &
idem ſit indultum teſtandi veſtiens univerſam
integram diſpoſitionem, aliaſve ſequeretur ab-
ſurdum, quod quis decederet pro parte teſta-
tus, & pro parte inteſtatus, quemadmodum ad
18 rem ratiocinatur *Riminald, iun.conſ.532.n.49., Altograd. conſ, 61. num. 21. lib. 2., Modern. Manſ. conſult. 240, num. 3. conſult. 446, num. 8., & conſult, 676, num. 74. cum ſeqq., Argel. de acquiren. poſſeſſ. quæſt. 6. art. 12. n. 332., Rot. dec, 585. num. 12. coram Emerix jun., & in Romana, ſeu Jannen. ſucceſſionis 11. Januarii 1683. §. Et ratio coram clar. mem. Card. Matthæjo.*

Quartam, & forte præcedentium robuſtiorem
conjecturam ſuppeditabant verba teſtamenti,
nolens enim Teſtator, Julium, & ſi filium Au-
guſtini, prout erant alii hæredes a ſe directe in-
ſtituti ex cauſis ſibi beneviſis participare poſſe
de ſua hæreditate, ut ibi — *de Julio autem quarto filio D. Auguſtini Almadiani, de quo juſta, honeſta, & rationabili de cauſa non facio mentionem*, immediate ſubiunxit — *niſi quod ſi forte ipſe animum intenderet ad rem uxoriam, & liberos maſculos ſuſciperet legitimos, & naturales maſculos dumtaxat, volo, quod ille unus, vel plures ſuccedant, cum natus, vel nati fuerint*: ac propte-
rea non ſolum ex hac textura diſpoſitionis conii-
ciebatur, Teſtantem ad normam ſuæ Sacerdo-
talesconditionis ſemper cogitaſſe de juſta pro-
creatione liberorum ex canonico matrimonio,
ſed quod & fruſtra videbamur inquirere, an ſe-
cundum abſtractam Scribentium altercationem,
ſub nomine legitimorum, & naturalium ve-
niant legitimati, quando Teſtator poſt ſuppoſi-
tum jam matrimonium ſeſe ipſum gloſſavit, ac
interpretatus eſt, adhibendo adamuſſim idem
vocabulum *legitimos, & naturales*, non enim
licet alio modo capeſſere verborum explicatio-
nem, quoties Teſtator ipſe ſic intellexit, ut
ajunt *Capyc. Galeott. contr. 17. num. 29. lib. 2., Altograd. conſ. 96. num. 43. lib. 1., Mel. allegat. 74. num. 4., Thomat. dec. 91. num. 13., Rota dec. 396. ſub num. 5. par. 17. & dec. 56. num. 5. & 6. par. 18. tom. 1. rec.*

Pro quinta eaque prævalida conjectura profe-
cto recenſeri merebatur contemplatio agnatio-
nis ſatis emergens ex iterata maſculorum voca-
tione, &, ut jam de proximo vidimus, cum di-
ctione taxativa *tantum*, juncta nedum excluſio-
20 ne fœminarum, ſed prohibita uſque dum illa-
rum dotatione de bonis ejuſdem fideicommit-
tentis, necnon ſatis arcta prohibitione aliena-
tionis cum longo, & quaſi æterno progreſſu ad
plures, pluresve gradus ſubſtitutionum; ex qui-
bus omnibus, contemplatam fuiſſe agnationem,
nemo ignorat, & coarceratim videre eſt apud
Surd. conſ. 341. num. 13., Ruin. conſ. 110. nu. 20. lib. 2., Urceol. conſult. forenſ. cap. 60. num. 19., Molin. reſol. 3. num. 10. & ſeqq., Torr. de Primogenit. Ital. lib. 1. cap. 38. num. 445., Rot. deciſ. 142. num. 31. & ſeqq. par. 10., deciſ. 95. num. 9. cum ſeqq. par. 11. recent. & in Romana, ſeu Reatina fideicommiſſorum de Vincentinis 2. Aprilis 1696. §. Præſertim coram R. P. D. meo Caprara.

Poſita vero contemplatione agnationis, filios
legitimatos, qui neutiquam reputari valent de
vera domo, familia, & agnatione Teſtatoris,
excluſos eſſe a ſucceſſione fideicommiſſaria,
etiam ſub indifferentiori, & abſque ullo adiecto
legitimitatis vocabulo, vocante *proximiores*,
21 maxime ſi iidem legitimati exiſtant, prout
hic, adulterini, latiſſime ſtabilitum fuit in *Bononien. fideicommiſſi de Manzolis 14. Januarii 1697., & 10. Januarii 1698. coram bo. me. Urſino*, & plenius 22. *Junii 1699. coram Me*, quæ hacte-
nus habetur impreſſa penes *Modern. Aſculan. ad Statut. tom. 3. deciſ. 124.* poſtmodum confir-
mat. 14. *Maii 1700., & 15. Aprilis 1701. coram R. P. D. meo Caprara.*

Stantibus igitur hiſce conjecturis, & demon-
ſtrationibus adeo perſtringentibus, ſuperfluum
evaſit alias generaliores, & in quolibet ferme
teſtamento concurrentes, ſuperaddere, nimi-
rum ſextam elicitam de per ſe ab ipſa prohibi-
tione alienationis, quaſi quod prohibitus alie-
nare, exiſtimetur etiam prohibitus aggregare
familiæ per voluntariam legitimationem, filios
ſpurios, aut naturales, & tamen hanc conje-
22 cturam illuſtrarunt *Ruſtic. in l. cum Avus lib. 2. cap. 15. num. 174., Ancharan. conſ. 427. num. 2. in fin., Alex. conſ. 25. nu. 1. in fin. lib. 1., Grat. conſ. 29. num. 48. lib. 2., Pariſ. conſ. 12. num. 151. lib. 2., Honded. conſ. 59. num. 28. & 29. lib. 2., Menoch. conſ. 481. num. 43., & de præſumpt. 79. num. 38., Rota deciſ. 96. num. 1., & deciſ. 167. num. 18. cum ſeqq. par. 14. recent.*

Septimam pariter ſupervacaneum erat ad-
ſcribere, reaſſumendo ſupradictam excluſionem
fœminarum etiam ab ipſa dotatione adeo voli-
tam a Teſtatore, ut inceperit a propriis nepti-
bus immediatis, in quibus terminis credidere
plerique, quod ſi Teſtatur fœminas legitimas,
& proximiores adeo dilectas excluſit, multo
23 magis eliminandos putavit naturales remotio-
res quantumvis ſucceſſive legitimatos, ut affir-
mavit *N. vizan. conſ. 99. num. 28., Riminald. Jun. conſ. 46. num. 42. lib. 1., Menoch. conſ. 625. num. 41., & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 79. num. 44.* præter innumeros congeſtos per *Rotam Lucen. in deciſ. impreſſ. apud Modern. Manſ. conſult. 125. num. 49.*

Octavum demum locum (etſi videretur exa-
bundanti) ſuppeditare poſſe ſpondebant verba
ejuſdem Teſtamenti, juncta circumſtantia qua-
litatis adulterinæ: quoniam, ut ſuperius agno-
vimus, ſermonem habens Teſtator de filiis Ju-
lii, cæteroquin excluſi, poſt verbum *matrimonii*, adhibuit illud *natus*, vel *nati*, proindeque
dum attenta ſolum qualitate adulterina aliqui
judicarunt legitimationem minime ſuffragari
ſub ea viva ratione, quod eadem legitimatio
ne-

nequeat in hoc caſu operari ſolitum, ac de re.
liquo neceſſarium effectum retrotractionis, vi-
24 delicet ad ſtatum, in quo potuerit conſiſtere
matrimonium, ut habetur apud *Corn. conſ.* 9.
num. 6. *lib.* 4., *Cephal. conſ.* 186. *num.* 29. 74. *&*
78. *lib.* 2., *Menoch. conſ.* 173. *num.* 78. *lib.* 2., *Grat.*
conſ. 65. *num.* 15., *Honded. conſ.* 59. *num.* 25.
& ſeqq. lib. 2., *Angel. conſ.* 150. *in fin.*, *Ruſtic.*
ad l. cum Avus lib. 2. *cap.* 15. *num.* 174. *verſ. un-*
decimo, *Molin. de Hiſpan. Primog. cap.* 3. *num.*
35. *&* 36., & præ cæteris latiſſime *Cyroc. diſcept.*
foren. cap. 1. *ex num.* 27. 28. 29., *Rot. decis.* 334.
num. 12. *coram Emerix Jun.*

Equidem eo vehementius poterat urgere hæc
conjectura, dum fideicommittens relative ad
matrimonium uſus apparet illo verbo *natus*, vel
25 *nati*, quod indicat habitum fuiſſe ſolummodo
reſpectum ad ortum, & nativitatem ſaltem
poſſibilem; ac retrotrahibilem ad ipſum matri.
monium, quemadmodum in fortioribus arguunt
Caſtill. quotid. controv. Jur. lib. 4. *cap.* 31. *num.*
27., *Hartman. Piſtor. lib.* 2. *quæſt.* 41. *num.* 10.
& ſeqq., *Torr. de Majorat. Ital. lib.* 1. *cap.* 29.
ſub num. 97. *verſ. uti reſpicientia nativitatem*, *&*
ſub num. 109. *verſ. Ego autem*, *Card. de Luca de*
fideicommiſſ. diſc. 222. *num.* 3., *Rot. Lucen. pe-*
nes Manſ. conſult. 125. *ſub num.* 23., *Rot. decis.*
191. *ex num.* 15. *& ſeqq. coram Bichio*.

Eoque tandem lubentius Domini, (præſer-
tim reticente Paulo Antonio) in hanc partem
inclinarunt, quia pro coronide tot conjectura-
rum oculis obverſabatur peculiaris conditio
ſubſtituti, ad cujus extruſionem venire is con.
tendebat; agebatur quippe non tantum de cauſa
26 abſtractive pia, adverſus quam legitimatio-
nem nullatenus ſuffragari exiſtimant *Bald. in*
cap. in præſentia num. 35., *ibique Felin. num.* 39.
de probat. in 6., *Rip. in l. ex facto* §. *Si quis rogatus*
num. 46. *ff. ad Trebellian.*, *Cephal. conſ.* 111. *num.*
32., *Burſatt. conſ.* 390. *num.* 64. *lib.* 4., *Menoch.*
conſ. 625. *num.* 33., *& de præſumpt. lib.* 4. *præſ.*
78. *num.* 31., *Tiraquell. de Privileg. piæ cauſ. pri-*
vileg. 94. *in fine*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 408. *num.*
93., *Gall. de except. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 27. *num.*
158. *par.* 2., *Molin. de Primogenit. lib.* 3. *cap.* 3.
num. 40.

Cæterum, & de tali cauſa pia in concreto,
quæ maximam, & individuam ſecum ferebat
dilectionem Teſtatoris, poſtquam enim aſſe.
ruerat in eodem Teſtamento, Eccleſiam ipſam
fundaſſe, ideoque inibi ſepulturam etiam ele.
gerat, plura alia eidem Eccleſiæ dereliquit le-
gata; adeo quippe potens eſt conjectura ſpecia-
lis dilectionis, ut illa, reliquis exemplis præ.
termiſſis, diſrumpat etiam regulam a contrario
militante contra ſubſtitutum circa reſolutionem
27 pluralitatis in ſuas ſingularitates inductam per
celebr. Text. in l. hæredes mei §. *cum ita ff. ad*
Trebell., ut adnotantur *Fab. Accorambon. in d.*
§. *Cum ita n.* 69., *Modern. Palm. Nep. alleg.* 127.
num. 10. *verſ. licet autem*, *Mantic. de conjectur.*
lib. 11. *tit.* 5. *num.* 18., *Bellon. de Jur. accreſcend.*
cap. 9. *quæſt.* 7. *num.* 104. *& ſeq.*, *Rot. deciſ.* 97. *nu.*
8., *deciſ.* 142. *n.* 12. *& dec.* 244. *n.* 6. *par.* 17. *recent.*

Et ita cunctis in unum conglobatis, vel ad
excitandum ad ſua prætenſa jura promoven-
da Paulum Antonium contumacem, vel ut
poſſit etiam imposterum libentius acquieſcere,
concluſum fuit in hodierna audientia.

ROMANA FIDEICOMMISSI MVTII DE BVBALO SVPER ARTE AGRARIA.

Ven. 12. *Maii* 1702.

ARGVMENTVM.

Simplex, & privata notula exarata a Viro nobili & probitate eximio quando præferenda ſit publico, & ſolemni Inventario. Societas, quando dicatur extincta per mortem unius ex conſociis, ſeu potius tranſeat ad illius hæredes; Plures in propoſito afferuntur conjecturæ perſeverantiam prædictæ Societatis in Hæredibus ſuadentes. Præterea enucleantur laudes Artis Agrariæ.

SVMMARIVM.

1 *Simplex notula favore ſcribentis non probat.*
2 *Inventarium probat rem in eo deſcriptam fuiſſe in bonis Teſtatoris de cujus hæreditate agitur.*
3 *In diſſonantia plurium ſcripturarum Inſtrumentum pinguius eſt attendendum, & declarat omiſſa in minus pingui.*
4 *Recognitio characteris ut attendatur fieri debet cum manu certa aſſerti Scribentis.*
5 *Cumulus imperfectionum, ſive unire imperfecta fieri non licet.*
6 *Probationes ex illarum incertitudine Judici ſemper ſunt arbitrariæ.*
7 *Et in arbitrio ejuſdem Judicis ſitum eſt adhibere, vel denegare fidem libris, ſive ſcripturis alias informibus.*
8 *Æqualitas ſervanda eſt in Judiciis.*
9 *Scriptura privata probat quidem contra ſcribentem nullatenus verò ejus commodo ſtipulatur.*
10 *Declara id procedere quando creditum ſcribentis fundatur in eadem notula, ſecus autem ſi eadem notula fuerit ab hæredibus deducta per modum ſimplicis exceptionis.*
11 *Si vero eadem notula verificetur in pluribus partitis vera tunc probat, & arbitrio Judicis remittenda eſt.*
12 *Dictio* in circa *quantitatem in ancipiti relinquit.*
13 *Simplex notula juncta eximia nobilitate, ac probitate ſcribentis ad ejus commodum plene probat*
14 *Potiſſimum ſi eadem notula ab ejus authoribus producta fuerit poſt obitum ſcribentis, quia tunc ex hoc ſolo capite mortis, & non facta retractationis ſemiplenam conſtituit probationem.*
15 *Item ſtante etiam ſola veriſimilitudine ſuadente Judicem quia tunc probat d. notula ad commodum Scribentis.*

16 *Et inter alias collu[c]tantes ſcripturas capeſſenda non eſt alia conciliatio quam ea quæ majori ſtipatur probabilitate.*

17 *Cultores artis Agrariæ magnam ſemper ſibi laudem in hoc humanæ vitæ Theatro promeruerunt.*

18 *Exemplo Regum, & Imperatorum qui dedignati non ſunt manus apponere aratro, itaut terra gauderet vomere laureato.*

19 *Agricultura adeo Principum Imperio, tempeſtatibus cœli, & inclementiæ temporum ſubjacet ut non raro jacturam ſecum ferat utilium, & capitalis.*

20 *Societas per mortem unius ſocii expirat non obſtante etiam juramento*, & num 23.

21 *Acquiſitio, ſeu retentio facta per conſocium abſque ulla ſpecificationtione ſociali ad ipſum citra mixturam ſocietatis dominium ſpectat.*

22 *Notulæ privatæ durante illius veriſimilitudine plena fides præſtanda eſt.*

23 *Societas per mortem unius ex Sociis extinguitur non obſtante etiam juramento.*

24 *Limita ſi Socii declaraverint ab initio illam perſeverare debere quoad commodum, & incommodum hæredum alterutrius, quia tunc perſeverat.*

25 *Societas affictuum, & vectigalium Principis tranſit ad hæredes.*

26 *Item dicitur tranſitoria ad hæredes ſi in inſtrumento ſociali appareat facta mentio hæredum, & concurrant aliæ circumſtantiç, ſeu demonſtrationes.*

27 *Actus æquivoci ſunt ſemper referendi ad cauſam præambulam.*

28 *Declarationi factæ ſuper re dubia per virum eximiæ probitatis & nobilitatis eſt deferendum.*

DECISIO CCXLIV.

BIS in tot partitarum diſcuſſione Rota cenſuerat, non eſſe quoad *octavam* præſtanda fideicommiſſariis Mutii de Bubalo niſi ſcuta 2700., prout in hujuſmodi quantitate illam appretiaverat, ſive deſcripſerat Hyacintus ultimus familiæ hæres gravatus, prima videlicet vice *coram R. P. D. Manuel ſub die 2. Maii 1689. §. Septima*, ſecunda *coram R. P. D. dell'Olmo ſub die 18. Sæculi tranſacti §. Et hinc*; Sed renovato ultimo acriori Partium certamine *ſub die 2. Decembris 1701.*, nullaque quo ad hanc partitam ob ſuffragiorum diſcrepantiam, ſeu paritatem, capta tunc reſolutione, ego proinde ſuffectus in locum ipſius *R. P. D. dell'Olmo* ad munus Magni Cancellariatus Mediolani interim aſſumpti, a Dominis efflagitavi, utrum perſiſtendum putarent in deciſis? hodieque ſepoſita qualibet ambigendi ratione, audivi mihi reſpondere affirmative.

Præcedens occaſio dubitandi derivabat ab omnimoda diverſitate memoratç deſcriptionis expletæ per Hyacintum ab illa facta in ſolemni Inventario ferme immediate poſt obitum Mutii fideicommittentis exarato per Maritum Dianorç Neptis ab ipſo Mutio ſubſtitutç; in eo etenim adſcribebantur credito hçreditatis rubra 543. frumenti in horreis repoſiti, quæve una cum cæteris ad negocium Agriculturæ, ſive rem agrariam ſpectantibus conflabant ſummam ſcut. 5500., quapropter nullatenus videbatur fides adhiberi poſſe in conflictu ejuſdem Inventarii cuidam notulæ ſine die, ſine conſule conſcriptæ, ut diximus, per Hiacinthum, cum
1 eidem notulæ palam adverſaretur exceptio notiſſima, quod ea nuſquam ad probandum recipiatur favore ipſiuſmet ſcribentis *Gen. de ſcriptur. privat. lib. 5. quæſt. 9. num. 4., Rot. dec. 159. num. 3. coram ſan. mem. Gregorio XV. deciſ. 279. num. 21. coram Bichio deciſ. 463. num. 1. coram Emerix Jun. deciſ. 54. num. 8., part. 11. dec. 407. num. 9. par. 14., dec. 119. num. 6. part. 16., & deciſ. 347. num. 2. part. 19. recent., & in Romana Pecuniaria 17. Iunii 1699. §. final. coram R. P. D. meo Scotto, & in altera Romana Pecuniaria 28. Junii 1700. §. Atque coram R. P. D. meo Pio.*

Addita ponderatione quantitatis nimium diſcordantis a ſcutis videlicet 5500. ad ſcut. 2700. Unde merito in re non adeo parvi momenti hujuſcemodi diverſitas, etiam ſalva circumſpectione alioquin debita nobilitati, ac integritati ejuſdem bon. mem. Hyacinthi, recenſenda erat inter cæteras omiſſiones, & errores, quibus illam in pluribus aliis capitibus manifeſte ſub-
3 jacere compertum fuerat *in deciſ. edita ſuper Mobilibus 13. Ian. 1702. §. Prout, nec vis coram R. P. D. meo dell'Olmo.*

Eoque evidentius, ex quo idem Hyacinthus magno Studio ex ardeſcens efformandi ſtatum hæreditatis prçfati Mutii ejus Patrui, utpote obnoxiæ reſtitutioni per eum faciendæ fideicommiſſariis, conquæſtus fuerat, nequaquam valuiſſe ad perfectam hujuſce ſtatus liquidationem devenire *Summario Actorum n. 5.* quare ſi quid extiterit ex incuria, vel ex ſufficientium notitiarum orbitate prætermiſſum, profecto debeant a Judice conciliari, ſive ſuppleri, mediante eo pluris, quod continebatur
2 in prçcitato publico Inſtrumento Inventarii ad tradita per *Maſcard. de probat. concluſ. 939. n. 1., ſequent. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 767. n. 67. Palmanep. allegat. 40. num. 23., Peregrin. de fideicommiſſ. art. 4. num. 2. Rot. deciſ. 406. num. 2. par. 2. recentior. deciſ. 696. num. 6. coram Dunozett. Iun., & deciſ. 205. n. 6. coram Emerix Iun.*

Potiſſime quoniam ad hoc quoque conſpirabat praxis adhibita per Tribunal occaſione principalioris Judicii per eoſdem Actores intentati pro conſequenda Immiſſione ſuper bonis hæreditariis ipſius Mutii: Siquidem ubi deficiebat alia extrinſeca probatio identitatis bonorum, ſuppleta ad inſtantiam actorum remanſit ex hac notula, ſeu folio Hyacinthi, ſicque ad ſervandam quamdam ſpeciem juſtæ perſeverantiæ in judicando, quantitas, quæ deſiderabatur in folio, impinguenda erat ab Inventario, atque ita

cum

cum minor ſumma ſemper inſit in majori, certe
valebat hujuſmodi diſcrepantia inter folium, &
3 Inventarium, prævia hac conciliatione ad uni-
ſonam reduci concordiam, uti faciendum eſſe
in diſſonantia plurium ſcripturarum prçmonuit
*Alexand. conſ. 190. ſub num. 22., Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 187. num. 22., Rot. deciſ. 79. num. 11.
12., & 13. part. 16. recent. deciſ. 70. num. 15.
coram Vbago deciſ. 239. num. 3. coram Remboldo,
& deciſ. 144. ſub num. 9. coram Emerix Jun.*

Verum his non obſiſtentibus ad hæc omnia
Domini adverterunt, quod præmiſſa ratiocinia
forte valuiſſent captivare intellectum, Judiciſ-
que religionem perſtringere, quotieſcumque
prædictum Inventarium fuiſſet adeo Sacroſancta
compoſitum, ut, & ipſum non ſcateret ſuis er-
roribus majoris forſitan importantiæ, ſed cum
idem Inventarium, nullo impellente, imo pro-
hibente Teſtatore, nulliſve adhibitis ſolemni-
tatibus, & abſque ulla citatione creditorum,
aut intereſſe habentium, confectum ab haben-
te affine, ſeu ſecundarium ſaltem intereſſe exo-
ptandi pinguedinem fideicommiſſi, de tempo-
re ulterius, quo bon. mem. Hyacinthus mora-
batur in Tranſalpinis, fuerit ſatis ſuperque com-
pertum undique defectuoſum, & mendax ab
ipſiſmet Actoribus *in eorum Summario dato co-
ram R. P. D. dell' Olmo* 18. *Junii* 1700. *num.* 11.
in ultim. partita, ac etiam a noſtro Tribunali *in
deciſione ejuſdem diei* 18. *Junii* 1700. *ex §. Non
tamen Domini coram præfato R. P. D. dell' Olmo*.

Nequibat propterea corrigi, vel ſuppleri præ-
tenſus error enunciati folii cum ſcriptura non
tuta, ac pariformiter erronea, ſicuti dicimus
4 de recognitione characteris, quæ ut attendatur,
fieri debet cum manu certa aſſerti ſcribentis per
*text. in leg. Comparationes Cod. de fide Inſtrument.
Vermigliol. conſ. 131. num. 15. Mareſcott. variar.
reſolut. lib. 1. c. 79. num. 8. Actolin. reſolut. 70.
num. 12. Rub. de teſtam. cap. 30. num. 615. Gob.
conſult. deciſiv. 36. num. 4., Ludovic. deciſ. Peruſ.
7. num. 1., Koppen. deciſ. German. 46. num. 37.
Rot. deciſ. 363. num. 10. coram Durano deciſ. 1791.
num. 28., & ſequent. coram Coccin. deciſ. 519. num.
1. part. 4., & deciſ. 292. num. 7., & 8. part. 19.
recent.; & in Romana Augumentis dotis 14. Ju-
nii 1680. §. Secundo coram bon. mem. Rondinino*;
alius quippe non eſſet ſupplere, vel conciliare
unam ſcripturam cum alia, ſed potius facere
cumulum imperfectionum, ſive unire imperfe-
5 cta, quod non licet ex traditis per *Menoch. de
arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu 114. ſub num. 30. Rot.
deciſ. 519. ſub num. 2. part. 4. tom. primo recent.
& deciſ. 904. ſub num. 2. coram ſan. mem. Inno-
cent. X.*

Poſito igitur, quod nullis ab extra interceden-
tibus juſtificationibus, reſolutio arctaretur ad
judicandum, quænam ex alterutra ſcriptura
pariter agnita pro erronea in aliis partitis, ſeu
capitibus ſibi libentius præferentiam vindicaret,
Domini induentes Spiritum illius majoris pro-
babilitatis, & veriſimilitudinis, quę efficacius
illorum juſtum perurgeret arbitrium in mate-
ria, cæteroquin a Jure noſtro relicta Synderesi,
& arbitrio Judicantium, uti ſunt probationes
ſemper Iudici, ex illarum incertitudine, arbi-
trariæ *leg. 3. §. Ejuſdem quoque ff. de Teſtibus Cy-
riac. controverſ. 5. ſub num. 72. ab Eccleſ. obſervat.
87. num. 6., Antun. de donat. reg. lib. 3. cap. 30.
num. 56. in tractat. de Commerc., & Mercat. diſc.
81. num. 37. Senat. Mantuan. inter collect. per Pal
manep. tom. deciſ. 254. ex num. 18. cum ſequent.*
& in terminis adhibendi, vel denegandi fidem
libris, ſive ſcripturis alias informibus *Turrett.
conſ. 77. num. 30. lib. 2., Menoch. de arbitr. lib. 2.
cent. 1. caſ. 93. num. 2., & de præſumpt. lib. 3.
præſumpt. 63. nu. 10. cum aliis per Mart. Medic.
deciſ. Senen. 88. nu. 2.*

Cenſuerunt, quod potius, ac ſecurius in hac
octava partita procederetur cum notula, ſeu fo-
lio Hiacynthi ex pluribus, iiſdemque firmiori-
7 bus fundamentis: primo ſcilicet quia diametrà-
liter retorquendo unum ex objectis ſuperius re-
cenſitis, dum antecedens tota res judicata,
quam reportaverant Actores in vim *leg. fin. C. de
Edict. D. Adrian. tollen.* extitit, mediante im-
plicita aſſumptione armorum de domo rei, fun-
damentaliter innixa huic notulæ æquo, ac bono
animo, atque omnino ſponte conſcriptæ per
Hiacynthum, omnis utique æquitas a contrario
ſuggerebat, ut ſaltem in dubio ad relevandum
ipſum Scribentem, ſtaretur illius annotationi ob
8 illam eamdem æqualitatem quantum fieri poteſt
obſervandam in judiciis ad *Text. in cap. cum li-
cet de regul. Jur. in 6., & in l. final. Cod. de fru-
ctib. Palmanep. inter deciſ. Lucen. tom. 2. deciſ. 122.
num. 6. Rot. deciſ. 52. num. 18., & ſeq. part. 8.
cum aliis in deciſ. 228. num. 9. part. 19. recen.*

Non refragante, quod hoc præjudicium ſibi
regulariter inferat ſcriptura privata, ut probet
quidem contra Scribentem, eius tamen commo-
9 do nullatenus adſtipuletur, ut præter ſupra rela-
tos fuit ſignanter reſponſum *in præfata deciſ. 13.
Januarii 1702. ſuper mobilibus æditam coram R. P.
D. dell' Olmo ſub §. Prout nec vis, & §. final.*:
Vltra enim quod rigor hujuſmodi probabilius
militaret, quando creditum Scribentis ad effe-
ctum agendi fundaretur in notula privata, ſecus
autem quoties ab hæredibus non informatis illa
eadem notula exhiberetur ad finem elidendi, aut
10 diminuendi debitum, & ſic per modum ſimpli-
cis exceptionis, quemadmodum ad enucleatio-
nem, ſive conciliationem *Tex. in l. Inſtrumenta
cum duab. ſeqq. Cod. de probationib.* diſtinguere vi-
ſus eſt *Paul. de Caſtr. in leg. exemplo in princip. verſ.
& ut differt. Cod. de probationib.*, & amplexa eſt
*Rota deciſ. 781. ſub num. 11. verſ. ubi etiam part.
1. diverſ., & conſonat deciſ. 150. num. 21. part. 19.
recent.*

Ceſſabat in facto non minus, quam in Jure
difficultas, quia memorata notula ſemper re-
perta eſt vera, & ad ſcrupoloſitatem uſque ve-
rificata in pluribus partitis fideliſſime deſcriptis
& ſi quando inventa eſt defectuoſa contigit in ca-
ſi-

ſibus, in quibus nulla prorſus in ea mentio fiefiebat, (ex ratione forſan, de qua *in ſeq.* §.). de aliqua re hæreditaria juxta hypotheſim mox *allegatæ deciſionis ſuper mobilibus coram R. P. D. dell Olmo*, in qua mobilia prætermiſſa apparebant, quamobrem excluſo ad præſens vero vitio, vel omiſſione annotationis, & conſtito ſimul de ſupradicta verificatione in ſenſu affirmativo cæterarum, ſeu plurium partitarum, imitari regulam, de qua ſupra, & privatam
11 quoque memoriam arbitrio Judicis probare unanimiter dixerunt *Borell. conſ.* 82. *num.* 20., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 171. *num.* 11., *Rouden. colluct.* 7. *num.* 20., *&* *colluct.* 19. *num.* 91., *&* 92. *lib.* 2., *Tranchedin. conſult.* 28. *num.* 11. *cum alijs in tract. de commerc.*, *& mercat. diſc. general. num.* 144., *Mart. Med. deciſ. Senen.* 88. *num.* 1., *Rot. deciſ.* 321. *num.* 2. *part.* 3., *deciſ.* 347. *num.* 4. *part.* 19. *recent.*

Secundo quia pariter ad hominem retorquendo ſubalternantem illa objectionem circa querimoniam Hiacynti *di non ſapere, come chiarificare lo ſtato del fideicommiſſo*, & prius, *che lui avea preciſo ramarice, ſcrupolo di non potere in queſta malatia laſciare le coſe dilucidate, perche erano aſſai imbrogliate*: utique eo ipſo, quod vir notoriæ probitatis, & in ultimo diſcrimine vitæ conſtitutus ad ſcrupulum referebat nequiviſſe ſtatum fideicommiſſi dilucidare, & nihilominus inſcripſerat pro Creditrice hæreditatem Mutii in individua ſolummodo ſummam ſc. 2700., putandum omnino erat, quod eamdem ſummam, & non ultra religioſiſſime perantea clarificaverit. alias etenim retento prædicto ſcrupulo, nequiviſſet deſcendere ad hanc præciſam quantitatem ſcutorum 2700. ſine ulla
12 dictione ſaltem *in circa*, quæ poſſet compati cum præfata quærimonia, ipſamque quantitatem aliquo modo linquere in ancipiti ſecundum perpenſa per *Corn. conſ.* 59. *num.* 5. *lib.* 4., *Addent. ad Buratt. deciſ.* 722. *num.* 3., *Rot. deciſ.* 436. *num.* 3., *&* 4. *coram Cardinali Cerro deciſ.* 95. *num* 14. *part.* 16., *& deciſ.* 185. *num.* 9. *part.* 19. *recent.*

Tertio conſecutive promanabat potens illa circumſtantia, per quam memoriæ etiam domeſticæ ſtandum eſſe authumavere Doctores, quippe dum vidimus, quod de eius integritate Teſtator adeo confidit uſque ad ei prohibendam, ut ſupra, confectionem Inventarii, atque agens in extremis adeo limpidæ erat conſcientiæ, ut turbaretur de infortunio non ſuo, nec ad ejus culpoſam deſidiam imputando, profecto tanta probitas de reliquo etiam aliquibus ex Dominis, qui eum tractavere notiſſima, juncta eximia nobilitate Scribentis, efficax eſſe debebat, ut caſtigaretur regula, de qua ſupra, de non præſtanda fide ſimilibus notulis ad commodum ejuſdem Scribentis, prout videre eſt apud *Becc. conſ.* 47. *num.* 12. *&* 13., *Ancharan. Iun. quæſt.* 55. *num.* 8. *part.* 1., *Pacion. de locat.*, *& conduct. cap.* 19. *ſub. num.* 53., *Addent. ad ſa. me. Gregor. XV. deciſ.* 79. *ſub. n.* 5. *ego met. In tractat. de commerc.*, *& Mercatur diſc.* 81. *num.* 35. *cum pluribus per Rotam deciſ.* 321. *ſub. num.* 2. *verſ. atque ex bona fama, & nobilitate part.* 3. *recent.*, *& deciſ.* 352. *num.* 8. *coram Durano.*

Quarto in idem, ex quo revera præfata Cæſarum reſcripta in *l.* 5., 6., *&* 7. *C. de probat.* obloquuntur de domeſtica annotatione exhibita vivente ipſo ſcribente, ſed cum hujuſmodi memoria. in qua ſe, ut præmiſimus fundarunt Actores, & ipſa Rota, producta extiterit poſt Scribentis obitum ab iiſdem Actoribus, certe niſi valeat illis obeſſe in vim confeſſionis ab eadem productione reſultantes, valebit tamen ad hoc, ut copulata mor-
14 te ſubſecuta ejuſdem Scribentis, ſemiplenam ſaltem ex hoc ſolo capite mortis, & non factæ retractationis probationem conſtituat. *Cravett. conſ.* 158. *num.* 7., *Becc. conſ.* 47. *n.* 12. *&* 13., *Pacion. de locat.*, *& conduct. dicto cap.* 19. *ſub n.* 53., *Adden. ad ſan. mem. Gregor. XV. dicta deciſ.* 79. *ſub num.* 5., *Rot. deciſ.* 352. *n.* 9. *coram Durano deciſ.* 321. *ſub num.* 2. *verſ. adminicula antem par.* 3., *& deciſ.* 150. *num.* 19. *par.* 19. *recent.*

Quinto tandem quia illa conciliatio, quam de Jure faciendam ſemper eſſe inter diverſificantes ſcripturas meminimus in objecto, apertiſſime expoſcebat non ſupplementum illius pluris. quod legebatur expreſſum in Inventario, ſed potius omnimodam expectabat minorationem ab ipſo folio: agebatur namque de negocio agrario per Mutium fideicommittentem incæpto, adhibito ſibi in Socium Joanne Angelo quapropter veriſimillimum erat, quod illa tota importantia ſc. 5500. tranſcripta in Inventario, poſtea, ſubductis ſubducendis, extiterit per ipſum Hiacyntum uti hæredem immediatum Mutii una cum Joanne Angelo diviſa adamuſſim, ac liquidata in dicta ſumma ſc. 2700.; Proindeque nedum
15 congruebat propoſitio, quod ſtante veriſimilitudine ſuadente Judicem, probet etiam notula privata ad commodum Scribentis ex animadverſis per *Maſcard. de probat concluſ.* 975. *num.* 68., *Pacion. de locat.*, *& conduct. dicto cap.* 19. *ſub num.* 53. *verſ. quod partitæ Rot. deciſ.* 14. *num.* 27., *&* 28. *coram Bichio*, ſed &
16 quod alia inter colluctantes ſcripturas capeſſenda non ſit conciliatio, quam ea, quæ maiori ſtipatur probabilitate, ac veriſimilitudine teſte *Speculat. de Inſtrument. ædit.* §. *Reſtat videre* 8. *num.* 19., *Alex. conſ.* 190. *num.* 22. *lib.* 6., *Mandell. Alb. conſ.* 224. *num.* 8., *In tractat. de commerc.*, *& mercat. diſcurſ.* 50. *n.* 47. *Boer. deciſ.* 252. *num.* 7.

Diximus *ſubductis ſubducendis*, quia forſan, niſi tam inſignis extitiſſet probitas Hiacynthi, qui (ſicuti ſe geſſerat deſcribendo ad creditum Fideicommiſſi majorem quantitatem cenſuum quam præſeferret Inventarium, ac annotando

Canonem ſc. 100. in eodem Inventario nul-
latenus deſcriptum) omnino voluntarie in
prælaudata memoria creditum fideicommiſſi
pro ſcut. 2700. deſuper conſcripſit, hodieve
præciſive ab eadem memoria, ſolique nitentes
inventario ſatagerent Actores ad ejuſdem In-
ventarii normam poſt lapſum temporis adeo
diuturni condemnare hæreditatem ad reſtitu-
tionem valoris frumenti, & Bobum vehemen-
ter ambigi potuiſſet, utrum quicquam eſſet
ab eadem hæreditate gravati reficiendum,
non etenim tractabatur de jocalibus, argen-
tis, vel mobilibus uſu non conſumendis, *ut*
in dicta deciſione ſuper mobilibus ex §. Diſtin-
guentes cum ſeqq. coram R. P. D. dell' Olmo,
ſed quæſtio erat circa negocium artis agrariæ
poſt obitum fideicommittentis duraturum per
quadriennium; ideoque nimis incertum, &
periculoſum, cum & ſi eadem ars agraria,
illiuſque Cultores magnam ſemper ſibi laudem
17 in hoc humanæ vitę Theatro promeruerint,
ſicuti illam merito extulere, poſt *Ciceron.*
Plin., & alios, Corn. conſil. 155. *num. primo*,
& 2., *Tiraquell. de nobilit. cap.* 32. *per tot.*,
Fulu. Benign. in annot. ad Statut. Agricult.
Vrb. cap. primo litt. C. verbo nobilem, Solorzan.
de Jur. Indiar. tom. 2. *lib. primo cap.* 7. *n.* 11.
& ſeqq., Huipſiebildt. de Iurib., & privileg.
Civitat. Imperial. lib. 2. *cap.* 16. *num.* 28., *Re-*
verendiſſimus Verulanus ad Statut. Favent. tom.
2. *lib.* 5. *rub.* 17. *num.* 3., *& num.* 8., ubi id
ipſum comprobat exemplo Regum, & Impe-
18 ratorum, qui dedignati non ſunt manus ap-
ponere aratro, itaut terra gauderet vomere
laureato, *Fontanell. deciſ.* 292. *num.* 6., *Rota*
deciſ. 294. *num.* 12., *& ſeq. coram Durano, &*
deciſ. 50. *ex num.* 15. *coram Royas*.

Attamen adeo Principum imperio, tem-
peſtatibus Cęli, & inclementiæ temporum
ſubjacet agricultura, ut non raro jacturam
ſecum ferat utilium, & capitalis, uti quoti-
19 diana nos docent exempla, & de hoc ipſo
conquæritur *Tapia ſuper. Iur. Regn. tom.* 5.
lib. 7. *de annon. tit.* 1. *in addit. pragmat* 9.
num. 2. *in propoſito allegatus per Modern. ad Sta-*
tut. Vrbis tom. 2. *annot.* 60. *artic. primo n.* 18.
& 19., & teſtatur etiam *Reverendiſſimus Ve-*
rulan. ad Statut. Faventin. tom. 1. *lib.* 4. *rubr.*
41. *ſub. num.* 291. *verſ. ut autem predicti &c.*
Rot. in Romana Pecuniaria 14. *Martii* 1701.
§. *Et nihilominus coram Me*.

Abſque eo quod ad everſionem huius po-
ſtremæ potius demoſtrationis, quam ſimplicis
argumenti, biceps obſtaret objectum; alterum
nempe, quod Societas vigens inter Mutium,
& Joannem Angelum ſuper hoc agrario ne-
20 gocio per mortem ejuſdem Mutii expirave-
rit *vulgat.* §. *finitur Inſtit. tit. de Societat.*,
quodque idcirco in nulla forent habenda con-
ſideratione pericula ſuperventa; & alterum,
quod cum frumentum fuerit repoſitum in hor-
reis ad Mutium privative ſpectantibus abſque
alia ſpecificatione Sociali, ad ipſum quoque
Mutium ſpectaret dominium citra mixturam
21 Societatis ejuſdem frumenti ex traditis per
Bald. in cap. ex parte de conſuetudin. num. 4.
Cyriac. controu. 43. *num.* 18. *& ſeqq., Rot. de-*
ciſ. 2092. *num.* 3. *coram. Coccino deciſ.* 332.
n. 2., *&* 3. *coram Dunozett. Jun. deciſ.* 336.
num. 2., *& dec.* 405. *num.* 3. *deciſ.* 980. *n.* 2.
coram Emerix Jun.

Siquidem reſpectu primæ objectionis exube-
raſſet forſan adhuc reſpondere, quod data
etiam diſſolutione ſocietatis, nihilominus non
poſſet totum frumentum adſcribi ratæ, vel
dominio Mutii, cum juxta capitulationes me-
moratæ Societatis nonniſi de Anno 1628. fa-
cienda foret ab hæredibus liquidatio, & parti-
tio; unde præciſive quoque a motivo conti-
nuatæ ſocietatis poſt mortem Mutii quis re-
velavit, quod deductis debitis ipſius Societa-
tis, & portione contingente Joanni Angelo
ad terminos præfatæ reſolutionis *in Romana*
Pecuniaria 14. *Martii* 1701. §. *Et nihilominus*
coram me. valor effective attinens ad hæredi-
tatem Mutii excederet præfata ſcut. 2700.,
& idcirco durante adhuc veriſimilitudine,
erat eidem notulæ, ſive memoriæ Hiacynthi
22 optima fides adhibenda, ut citra ſupra alle-
gatos proſequuntur, *Cravett. de antiquit. tem-*
por. part. prima §. 4. *limitat. num.* 25., *Surd.*
dec. 199. *ſub num.* 11. *verſ. ſexto &c., Rot. de-*
ciſ. 352. *num.* 12. *coram Durano, & dec.* 150.
n. 20. *&* 21. *par.* 19. *rec.*

Cæterum etſi vera indubitanter eſſet re-
gula, quod Societas per mortem unius ex So-
ciis extinguatur non obſtante etiam juramen-
23 to, *ex celebri deciſ. Celſi* 345., nullibi tamen
implicat, quod paciſcentibus ab initio Sociis
illam perſeverare debere quo ad commodum,
& incommodum hæredum alterutrius, Socie-
tas perſeveret in ſocio ſupervivente, & reſpe-
ctive hæredibus demortui tacite, vel expreſſe
conſentire volentibus ſequelam habitæ inten-
24 tionis ab illorum auctore defuncto ad men-
tem *Text. in l. actiene* §. *Morte ff. pro Soc.* ibi-
niſi in coeunda ſocietate taliter convenerint, ut
heres ſocii ſuccedit, ſicuti in his circumſtantiis
poſt *Gratian. diſcept.* 852. *num.* 21., *&* 22.,
alioſque diſtinxit *Rot. deciſ.* 1055. *coram Eme-*
rix Jan. num. 9., *&* 10., & apertius *in Roma-*
na Societatis 14. *Jun.* 1700. §. *Nam licet co-*
ram R. P. D. meo Scotto.

Præſertim inſpecto ſubiecto ipſius Societa-
tis, quod conſiſtebat in cultura cuiuſdam Te-
nutę pro medietate in affictum ſuſceptæ uſque
ad prædictum Annum 1628., ideoque exiſten-
te de medio etiam contractu eiuſdem affictus
obligatorii hæredum Mutii, neceſſe pariter
erat, quod dempta quodammodo ſuperſtitio-
ne nominis, ac rigoroſa natura Societatis, in
effectu continuaret eadem participatio dam-
norum, & utilium in hæredibus eiuſdem Mu-
tii, ut ſine Contradictore in fraternizantibus
ter-

terminis conductionis conſimilium affictuum,
25 & ſignanter vectigalium Principis conveniunt
Andreol. controu. 32. num. 15., Felic. de Societ. cap. 32. num. 19., Mantic. de tacit., & ambig. lib. 6. tit. 24. num. 22., Michalor. de Fratrib. par. 2. cap. 40. num. 26. & ſeqq., Eſcob. de ratiocin. cap. 6. num: 67. Olea de ceſſ. Iur. lib. 3. quæſt. 5. n. 8., Torr. de Pact. futur. Succeſs. lib. 3. cap. 10. num. 31., Cardin. de Luc. de Regalib. diſcurſ. 91. num. 4., Grivell. deciſ. 8. num. 19., Maſtrill. deciſ. 135. num. 76., Rota deciſ. 345. num. 8. coram Cardinali Celſo.

Quod autem talis ineſſet conventio circa perſeverantiam huiuſce participationis in hæredibus hinc inde palam liquebat: tum ex ratione mox inſinuata tranſmiſſibilitatis affictus ad hęredes, ſive ſubiecti principalioris Societatis; tum etiam ex conventa diſſolutione Societatis cum repartitione utilium ad eumdem annum 1628., itaut nec prius fieri valeret reſiſtente eadem lege poſitiva Sociorum; tum, & denique quia de utrinque hæredibus pluries facta legebatur mentio etiam obligatoria *Summar. Actorum. n. 4.*, quibus ſane demoſtrationibus ſeſe ad invicem coufoventibus quodlibet
26 pactum eſſe tranſitorium ad hæredes, & nuſquam remanere perſonale uno ore affirmarunt *Menoch. conſ. 6. num. 16., Alex. conſ. 149. num. 5. lib. 7., Noal de traſmiſſ. caſ. 69. ſub. n. 14., Tor. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 10. num. 35., Afflict. deciſ. 161. num. 3., Rota deciſ. 844. num. 4. coram Buratto, & deciſ. 909. n. 7. &, 8. coram Emerix Iun. & in Mantuana Manutentionis 15. Junij 1693. §. Concurrit coram bo. me. Benincaſa.*

Reſpectu demum ſecundę obiectionis, illa ex iiſdem capitulationibus mox adductis pœnitus labebatur, ex quo in eis manifeſtiſſime conventum fuerat, quod totum ſociale frumentum recolligendum reponeretur, ſive aſſervaretur pœnes Mutium abſque ulla intermixtione Conſocii *dicto Summario num. 4. litt. H.*; Unde ſuperfluum erat inquirere, an aliunde proveniret frumentum in Inventario deſcriptum, ut ſupra a Marito Dianorę, quando conſtabat adeo clare de conventione, & cauſa
27 pręambula, ad quam ſemper actus ęquivoci ſunt referendi, ut inquit *Cyriac. controu. 208. num. 5. & ſeqq., & controu. 548. num. 29.; Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 134. num. 30., & præſumpt. 14. num. 8., Actolin. reſolut. 41. num. 23. & 32., Rota deciſ. 958. num. 8. coram Emerix. Iun., & in Romana Attentatorum 29. Aprilis 1701. §. Quod etenim coram R. P. D. meo dell' Olmo.*

Et in omnem caſum hoc erat, quod ſaltem declaraverat Hiacynthus in toties prelaudata memoria, ſeu folio; quamobrem quis dixerit non eſſe deferendum declarationi factę ſuper re ſaltem dubia per virum tantę nobilitatis,
28 & integritatis, quando ipſimet contrahenti permittunt Jura conſimiles, ac etiam quandoque aſperiores declarationes ad firmata per *Cardinal. de Luc. de penſion. diſc. 20. num. 7., Moder. Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 17. num. 68., & plurib. ſeqq., Rot. poſt ipſum deciſ. 46. num. 15., & 16. deciſ. 195. num. 18. coram San. mem. Alex. VIII., & in Parmen. Beneficii 28. Januarii 1701. §. Fundationem cum ſeq. coram R. P. D. meo Scotto, & 16. Ianuarii proxime præteriti §. Quo vero coram me.*

Atque ita a primo ad ultimum in hodierno concreto pręferendum de Juſtitia, & æquitate folium Hiacynthi Inventario Dianoræ ſeu illius Viri, Domini mature arbitrati reſolverunt.

Utraque &c.

ROMANA, SEVLICIEN. CAP. ODOARDVS

Veneris 12. Maji 1702.

ARGVMENTVM.

Præſidium *Cap. Odoardus* non prodeſt illi qui deſtitutus reperitur tribus Requiſitis a S.Conc. Trid. præſcriptis. Multoque minus illo potiri poteſt Clericus qui mediante negociatione Clericis interdicta plura contraxit debita. Ordinibus initiatus ab ordinario non proprio remanet ipſo Jure ſuſpenſus, & interdictus. Dolus, & fraus ex quibus arguatur, in Clerico d. præſidium obtinere cupiente.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, qui non eſt ſolvendo, excomunicatus quia non ſolvit abſolvitur cum cautione, de ſolvendo ſi ad pingiorem fortunam devenerit.*

2 *Militi in gratiam ejus Caracteris opportuna reſervantur alimenta ne ſordide mendicare cogatur.*

3 *Clerico ſemper eſt deducenda congrua ad vitam neceſſaria a vexationibus creditorum.*

4 *Id tamen procedit ſi vere ſit Clericus, & ſervet requiſita à Conc. Trid. præſcriptis, ſi vero fuerit nulliter promotus, vel ſaltem ſuſpenſus gaudere non debet Clericalibus privilegiis & ſignanter cap. Odoardus.*

5 *Quinimo ſicuti ſevere plectendus eſſet qui ſine legitima adſcriptione uſurpat nomen militare, non verò favore & gratiis fulciendus.*

6 *Ita abſonum, & nimis aſperum redderetur quod male, & illegitime initiati gauderent illa lege in quam peccarunt contra omnem, rationem & æquitatem.*

7 *Quando præſertim Eccleſia adeo cultrix eſt Juſtitiæ, ut ad ſatisfactionem debitorum mandaverit ſubſidiare implicari etiam fructus Beneficiorum Eccleſiaſticorum.*

8 *Concurrente potiſſimum juramento, quo caſu ob tale vinculum vel prorſus impeditur hujuſmodi beneficium, vel in omnem caſum præventiva expoſtulatur abſolutio.*

9 *Et in urbe concurrente juramento, & obligatione cammerali, neque à judicibus ordinariis concedi poteſt Clericis debitoribus tale præſidium, niſi fuerit de manu ejuſdem Papæ poſitiva commiſſio*

ſubſignata.

10 *Primam tonſuram, ſeu ordines recipiens ab alieno Epiſcopo ſine dimiſſorialibus vel licentia proprii Ordinarii tam ex* Concil. Niceno, & Tridentino *remanet ipſo Jure ſuſpenſus irregularis.*

11 *Nec attendenda eſt eo caſu aſſertio collatoris deponentis Tonſuram alicui contuliſſe de licentia proprii Ordinarii, tum quia illa tenderet ad ſe eximendum a pœnis contra ſic ordinantem ſtatutis, tum etiam quia verteret in præjudicium Tertii.*

12 *Character clericalis in male promoto ſuſpenſus an quoad effectum, & exercitium reviviſcere valent ex rata habitatione.*

13 *Declara quod voluntas proprii ordinarii ratum habendi Clericatum nulliter ab alio Antiſtite collatum debet eſſe clara, & præciſa.*

14 *Citationi per Edictum, ſeu proclama tantummodo eſt locus, quoties perſona citanda eſt incerta.*

15 *Clericus niſi ſtipatus ſit tribus Requiſitis S. Concil. Triden. non gaadet privilegio* cap. Odoardus

16 *Dicta tamen conciliaris diſpoſitio tollit tantummodo Clerico privilegium Fori, non vero alia indulta, & privilegia provenientia a diſpoſitione Juris.*

17 *Clericas abiiciendo a ſe tonſuram, & habitum ſe ſe facit indignum cujuſcumque favoris, & privilegii.*

18 *Clericus ſi ſe negociationibus omni Jure eidem interdictis immiſcet, in hoc utique caſu ſi poſtmodum conveniatur ob æs contractum ſub hac explicita qualitate publici* Campſoris, *ſeu negociatoris amplius non fruitur d. Beneficio* cap. Odoardus.

19 *Et hoc procedit etiam in clerico effecto debitore ex cauſa ſibi a Jure prohibita adminiſtrationis bonorum pupillarium.*

20 *Clericas doleſus in contrahendo debitum nullatenus admittitur ad d. beneficium* cap. Odoardus.

21 *Clericus ludendo, ac luxurioſe vivendo ſi plura debita contraxerit amittit d. beneficium.*

22 *Ex fuga, ſeu latitatione a facie creditorum nullo interim probato infortunio clare arguitur dolus, & fraus.*

23 *Dolus panditur ex conjecturis, & circumſtantiis.*

24 *Dolus, & fraus nil magis attenditur quam occultatione latitatione, & deambulatione in tenebris.*

25 *Diſcedere non dicitur, qui ſtatim redit, ſeu redire velle demonſtrat.*

26 *Inſtrumenta publica faciunt probationem undique probatam.*

27 *Privilegium* cap. Odoardus *locum non habet in debitis contractis ex cauſa negociationis, & Commercis.*

DECISIO CCXLV.

VELUT umbone Clericatus præſumens Januarius obtegere perſonam ab imminenti carceratione ei probabiliter inferenda per Creditores illuſos, habitum Clericalem mediante quodam precedenter extorto ab A. C. monitorio, reaſſumere ſategit, ſed inutiliter quoniam ex cauſa gravis æris alieni incontinenti fere mancipatus, jam vel in ipſo ære, vel in corpore debitum a ſe contractum diluendum eſſe ſentiebat, quare ſeſe contorſit ad implorandum ſaltem expoſt liberationem a celeri præſidio, ſive reſponſo Alexandri III. *in cap. Odoardus de ſolut.* aſt pariter abſque ſufficienti propitiatione, poſt iteratam quippe Cauſæ, animadverſionem Domini hodie, conſimile Beneficium *cap. Odoardus* nullo modo competere poſſe Januario, exiſtimarunt.

Diximus poſt iteratam Cauſæ animadverſionem, ea ſiquidem priori loco propoſita ſub die 6.
Martii prox. effluxi plures emerſerant hinc inde
ſuſcitatæ quæſtiones, partim in jure, partim
vero in nudo facto conſiſtentes: Opponebant
etenim Creditores quod, etſi ſimpliciter
determinante præfato Summo Pontifice Alexandro,
ſententiam excommunicationis latam
1 contra Clericum debitorem ex capite civilis debiti
fore revocandam *recepta prius ab eo idonea
cautione, ut ſi ad pinguiorem fortunam devenerit;
debita prædicta perſolvat*, communiter omnes
ejuſdem Textus Interpretes, ipſaque praxis, &
Tribunalia judicaverint, non eſſe hujuſmodi
Clericum cæteroquin pauperem, & ad ſatisfaciendum
inhabilem, ullatenus moleſtandum
ut notat, antiquioribus relatis, *Fagnan. in
eodem cap. Odoardus num. 1. ibique. Gonzalez.
Tellez. num. 4., Barboſ. num. 1., Grannaniet pariter
num. 1., Pirbing. in Jus Canon. lib. 3. tit. 23.
de ſolut. §. 4. num. 22., Gomez var. reſolut. tom. 2.
cap. 13. de fidejuſſor. ſub num. 18. verſ. ſed eo non
exiſtente, Salgad in labyrinth. Credit. par. 1. cap.
3. num. 22. & 28. cum ſeq., Panimoll. deciſ. 14.
annot. 4. num. 34.*

Quinimo, ducta à fortiori comparatione inter
Milites profanos, & hoſce Sacros, & Eccleſiaſticos,
quemadmodum actu Militi in gratiam
2 ejus characteris opportuna reſervantur alimenta,
adeout non cogatur omnino ſordide mendicare
per *Text. in l. Miles ff. de re judicat.* ita
multo magis proportionalibus congrua ad neceſſariam
alimoniam harum perſonarum in
ſortem Domini adſcriptarum ſit ab unguibus,
& vexationibus Creditorum ſequeſtranda, ſem-
3 perque deducenda, juxta ponderata per *Barboſ.
in eodem cap. Odoardus ſub num. 3. & 4. Fagnan.
ſub num. 19., Piring. loco proxime citat. ſub n. 24.
verſ. non tamen poteſt privari, Gomez var. reſolut.
tom. 2. cap. 13. ante num. 19. verſ. verum tamen
eſt, Surd. de aliment. tit. primo quæſt. 78. ſub. n.
21. verſ. tamen dimitti eis debet, Io: Caſtagn. de
benefic. deduct. ne ægeat. quæſt. 10. num. 1., Antonel.
de Jur. Clericor. cap. 15. num. 1. & 2., Panimol.
deciſ. 14. annotat. 4. num. 35., Rot. deciſ.
97. num. 3. coram Buratt.*

Nihilominus hæc omnia recte locum ſibi uſurparent, quotieſcumque Januarius, vel vere ab initio potuiſſet allegare privilegia Clericatus in genere, vel ſucceſſive ſervaſſet requiſita præ-

præſcripta a Sac. Concilio Tridentino: non
etenim intranti per fæneſtras ad ovile Redem-
ptoris erat eadem ubertas privilegiorum tribu-
enda, quę merito concedebatur intrantibus per
oſtium legitimæ ordinationis, vel ſuſceptionis
Tonſuræ ClericalisClericum namque male pro.
4 motum, utpote ſaltem ſuſpenſum, minime
gaudere Clericalibus privilegiis, & ſignanter
predicti cap. Odoardus reſponderunt Gabriel.
conſ. 189. num. 6., Sanchez Conſil. Moral. lib. 7.
cap. 1 dub. 2. num. 14. & 15., Azor. Inſtit. Mo-
ral. tom. 2. lib. 3. cap. 49. quæſt. 4., Rot. deciſ.
731. num. 1. par. 1. diverſ. deciſ. 126. num. 1.
& 2. coram Verall. par. 1., deciſ. 360. num. 7.
coram Card. Mantic., deciſ. 741. num. 3. coram
Card. Seraphin., deciſ. 304. num. 1., & deciſ.
392. pariter num. 1. par. 17., & deciſ. 10. nu. 3.
par. 18. recent.

Et ſane proſequendo comparationem, de
qua ſupra, ſicuti potius ſevere plectendus eſſet
uſurpans ſine legitima adſcriptione, teſſeram
5 & nomen militare, quam foret favoribus, &
gratiis fulciendum, ſecundum ſancita per Text
in leg. ex eo tempore 43. ff. de acquiren. vel omit.
ten hæredit. leg. penult. ff. de militar. teſtam., &
leg. ex eo Cod. eod. tit. & notat per Paul. Rub.
reſolut. practicab. cap. 44. ex nu. 120. uſque ad
134., Cenſal. ad leg. unic. Cod. ſi quis Imperat.
maledix., Zacc. de ſalar. part. 3. quæſt. 91. nu. 19
Jul. Ferret. de re, & diſciplin. militar. tit. de
armat. ſæcular. milit. fol. 46. ſub num. 12., Capi-
blanc. poſt Tract. de Jur & Offic. Baron. ſingul.
112., Gob. conſult. deciſiv. 1. nu. 144. & 145.

Abſonum non minus, & aſperum redderetur
quod male, & illegitime initiati gauderent illa
6 lege, in quam peccarunt, reſiſtente omni ra-
tione, & æquitate Text. in cap. final. de immuni-
tat. Eccleſ. ibi - fruſtra legis auxilium invocet, qui
committit in legem, ibique omnes Canoniſtæ, &
ſignanter Grannaniet ſub nu. 5. verſ. ſed reſpon-
dendum, Novar. in Summa Bullar. Comment. 72
num. 49. plurib. relat. Conciol. reſol. crimin. in
verbo Immunitas reſol. 3. num. 1., Barboſ. de Jur.
Eccleſ. univerſ. lib. 2. cap. 3. num. 102. quando
præſertim adeo Eccleſia Cultrix eſt ſacroſanctæ
Iuſtitiæ, ut ad ſatiſfactionem debitorum man-
7 daverit ſubſidiarie implicari etiam fructus Be-
neficiorum Eccleſiaſticorum, ex altero non
minus famigerato reſponſo Lucii III. in cap.
pervenit de fidejuſſor., & notatis ibidem per He-
neric. Boich. & Grannaniet., & alios Piringh. in
Jus Canon. lib. 3. tit. 32. §. 2. ſub num. 12.
Franciſc. Gall. de fructib. diſput. 37. art. 1. de
fruct. Benefic. num. 50., Caſtagn. de Benef. deduc.
ne egeat q. 10. nu. 2., Rodriquez de privileg. Cre-
ditor. par. 1. ſub n. 25., Salgad. in labyr. credit.
par. 1. cap. 23. num. 39. & 40.

Potiſſime concurrente, prout hic, juramen-
to & obligatione in forma ritus Magnæ Vicariæ
in his namque terminis ob vinculum, tam ve-
nerabile jurisjurandi, vel prorſus impeditur hu-
8 juſmodi beneficium, vel in omnem caſum præ-
ventiva expoſtulatur abſolutio, ex deductis
apud Burg. de laudem. par. 3. inſpect. 19. nu. 35.
Brun. de ceſſion. bonor. quæſt. 3. in princip. nu. 17.
Carol. de Graſs. de effect. Clericat. effect. 7. n. 20
Farinac. in prax. criminal. tit. de carcerib. &
carcerat. q. 27. n. 20., Antonell. de Jurib. Clericor.
cap. 15. num. 17. & ſeqq. Panimol. deciſ. 14. an-
not. 4. num. 36.

Vnde, & in ipſa Vrbe Roma, interveniente
juramento, clauſuliſque contentis ſub obliga-
tione Camerali, neque a Iudicibus Ordinariis
concedi poſſe Clericis debitoribus tale præſidium
niſi per organum Sanctiſſimi, vel ejus Signatu-
ræ Gratiæ fuerit de manu ejuſdem Papę poſitiva
9 Commiſſio ſubſignata, teſtatur Pacion. allegat.
Civil. & Canonic. cap. 169. ſub num. 11. Fran-
ciſc. Leon. in Theſaur. for. Eccleſ. par. 1. tit. de
privileg. Clericor. cap. 11. ſub num. 16. Zacch. de
oblig. Camerali q. 19. ſub num. 8., Scanarol. de
viſitat. Carcerat. lib. 3. §. 7. cap. 3. ſub num.
35. verſ. quod tamen non procedit, Card. de
Luc. de credit. diſc. 119. num. 20., Panimoll.
deciſ. 14. annot. 4. num. 36. & 37., Rot. poſt. eun-
dem Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 40. nu. 6., &
deciſ. 207. num. 16. par. 15. rec.

Quod autem Januarius male fuerit promotus
ſive initiatus ad primam Tonſuram, ad oculum
convincebatur, eamdem quippe primam Ton-
ſuram receperat ab Epiſcopo Lucien., quando
tamen Januarius, ſubditum, ſaltem origina-
rium, ſeſe jactabat Dioceſani Rapollenſis, pro-
indeque non conſtito de ejuſdem prætenſi Dio-
ceſani expreſſa licentia, irrefragabilis efficie-
batur invaliditas, & inefficacia memoratæ initia-
tionis, ſive tonſurationis, adverſantibus acriter
10 in hoc propoſito nedum Sacris Canonibus, ſed
Oecumenicis Conciliis Niceno, & Tridentino
uti eſt Concilium Nicenum relatum in Can. ſi
quis auſus 71. diſt. Can. 16. in fin. & Can. 1. 9.
q. 2. & Trid. in cap. 8. ſeſſ. 23. de reform., &
apud Barboſ. ibidem num. 31., Pignatell. conſult.
canonic. tom. 2. conſult. 66. num. 6., Sayr. de cen-
ſur. lib. 4. cap. 12. num. 13., Alter. eodem tractat.
tom. 2. diſput. 16. cap. 1. dub. 2.

Nullum hujus characteris legitimitati ſpiri-
tum inſufflante Teſtimonio Collatoris aſſerentis
Tonſuram contuliſſe Ianuario de licentia Epiſ-
copi Rapolenſis, ſive vigore ejus litterarum
dimiſſorialium: Abſolutum etenim eſt, quod
hujuſmodi nudæ aſſertiones Collatorum mini-
mæ attenduntur; tum quia protenderent ad re-
levandum a pœnis ſtatutis contra ſic ordinan-
tem ipſum met Collatorem, & aſſertorem,
tum etiam quia alias verterent in præjudicium
tertii, unanimiter obſervarunt, ac tradiderunt
11 Cravett. conſ. 104. num. 5. lib. 1., Rebuff. in prax.
tit. de liter. dimiſſor. num. 20., Rot. deciſ. 485.
num. 4. coram Penia, deciſ. 304. num. 6. 7. & 8.
& deciſ. 392. num. 3. & 4. par. 17., & deciſ. 10.
num. 4. & 5. part. 18. rec.

Minuſque coadivante primevo monitorio ex-
torto ab A. C. per Ianuarium ad finem obtinen-
de

de reaſſumptionis. Habitus Clericalis, in cujus
ſequelam ſucceſſive publicatis, ſive affixis edictis
per quemdam Canonicum Rapollen., exiit De-
cretum *non conſtare de ullo impedimento*, quo-
niam, ultra quod ſimile decretum non poterat
æquipollere requiſitæ verificationi litterarum
Dimiſſorialium, illaque talis, qualis, ratiha-
bitio, quæ valuiſſet forſan interpretative eliici,
reddebatur penitus inanis, dum etiam abſtra-
ctive maxima contentio eſt, utrum character
Clericalis, ut præmiſimus, in male promoto
12 ſuſpenſus, ac omnino mortificatus quoad ef-
fectum, & exercitium reviviſcere valeat ex hu-
juſmodi ratihabitione, quantumuis eadem ra-
tihabitio ſit expreſſa, clara & indubitata ex late
diſceptatis per *Pariſ. conſ. 136. lib. 4., Sanchez
conſil. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 17., Na-
var. conſ. 27. num. 5. de tempor. ordinan.* cum
aliis penes, *Pignatell. conſult. Canonic. tom. 2.
conſ. 66. num. 7. & 8. Rebuff. in prax. tit. de for-
mul. dimiſſ. num. 5. 11. 12. cum plurib. ſeqq., Man-
doſ. ad regul. cancell. 24. qu. 4. num. 10., Azor.
Inſtit. Moral. tom. 2. lib. 3. cap. 46. quæſt. 4.*

Quid dicendum igitur erat de præmiſſo de-
creto, præſeferente dumtaxat, nullam fuiſſe
factam oppoſitionem prætenſæ per Ianuarium
reaſſumptioni habitus, ac propterea, dato et-
iam, quod juxta nonnullorum ſupra relatorum
ſententiam, ſat eſſet ad præfatos vivificantes ef-
fectus proprii Ordinarii rati habitio, deficente
tamen præciſa, & clara expreſſione voluntatis
ratum habendi Clericatum. nulliter ab alio
Antiſtite collatum intrabat ſaltem ob hanc in-
certitudinem & obſcuritatem prædicti decreti
regula *quod potui nolui &c.* de qua *Text. in cap.
cum ſuper de offic. delegat. in 6., Surd. conſ. 251.
num. 36., Honded. conſ. 55. num. 81. lib. 1., Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap. 809. num. 17., Cancer.
variar. reſolut. par. 2. cap. 6. num. 155. coſt. de
fact. ſcient., & ignorant. inſpect. 51. num. 10.,
Magon. decif. Florent. 2. n. 14.*

In omnem vero caſum, ex quo agebatur de
jure jam acquiſito per Creditores ſuper perſona
ac bonis Januarii, hique erant alienigenæ, &
actu commorantes in longe diſcreta Provincia
ſeu Præſidatu Lycien, & de reliquo reperieban-
tur eſſe Creditores incontrovertibiles, & pluſ-
quam certi, oportuiſſet profecto illos perſona-
liter laceſſire, atque citare, non autem ſuffi-
ciebat procedere in loco prorſus remoto, &
ignorato per genericam enunciationem, ſeu
14 affictionem ad valvas, ex paſſim canonizata di-
ſtinxione ſuper modo citandi Creditores certos
& incertos, ut per *DD. in leg. publicati Cod. de
Teſtam. Surd. conſ. 181. num. 31. verſ. alii vero
& ſeq., Modern. Manſ. conſult. 526. num. 15.,
Epiſc. Rocc. diſput. jur. lib. 2. cap. 139. num. 7.,
Rovit. ord. pragmatic. Regni in rubric. de citation.
num. 3. & pluribus ſeqq., Marz. Med. decif. Senen,
95. n. 35. & 36.*

Secundario loco, ſive rurſus opponebatur ab
iiſdem Creditoribus, quod cum Ianuarius tam
de tempore contracti debiti, quam etiam ante
ipſam aſſertam reaſſumptionem habitus, nullo
ſtiparetur de tribus notiſſimis requiſitis a Syno-
do Tridentina præſcriptis *in ſeſſ. 23. cap. 6. de*
15 *reformat.* profecto, aut nullo modo gaudebat
privilegio *cap. Odoardus* ex rationibus fuſe enu-
cleatis per *Card. de Luc. in annotat. ad Sac. Con-
cil. Trident. diſc. 24. ſub num. 33. cum pluribus
ſeqq. de credit. & debit. diſc. 170. num. 14., &
de ſervit. diſc. 61. ſub num. 18.* & ante cum *Pel-
legrin. in prax Vicar. par. 2. ſect. 1. ſub ſect. 6.
interſecat. 4. num. 13., Gratian. diſcept. Forenſ.
cap. 222. n. 4. ibique Carol. Anton. de Luc. n. 8.
idem ad de Marin. obſervat. ad reſol. 47. ſub n. 14.
Scannarol. de viſit. carcerat. lib. 3. §. 7. cap. 4.
num. 5. & 6. Io Caſtagn. de benef. deduc. ne egeat
quæſt. 10. num. 30., Rot. poſt. ipſum decif. 9. ſub
num. 9. decif. 475. ante num. 5. coram Roxas, de-
ciſ. 438. num. 9. coram Card. Celſo, decif. 304.
num. 22. & 23. & decif. 392. num. 15. par. 17.
& decif. 10. num. 11. par. 17. recen. & in Came-
rien., ſeu S. Severini cap. Odoardus 10. Junii
1701. §. Quia Clericus coram R. P. D. meo Pio.*

Aut etiam quando in his terminis prævalere
poſſet opinio contrariorum reputantium, quod
prælaudata ſanctio conciliaris abneget, & tollat
Clerico non obſervanti hujuſmodi requiſita,
privilegium tantummodo fori Eccleſiaſtici,
16 non vero alia indulta, & beneficia provenien-
tia a diſpoſitione juris, uti ſubcenſuit *Fagnan. in
ſæpe d. cap. Odoardus ſub num. 21. 22., & 23.*
ubi teſtatur de ſenſu S. Cong. Conc. *de Marin.
reſolut. quot. lib. 2. cap. 47. num. 10. ibique Ca-
rol. Anton. de Luc. num. 14., Pignatell. conſult.
Canonic. tom. 3. conſult. 7. num. 85. tom. 4. con-
ſult. 2. ſub num. 8. & tom. 5. conſult. 46. ſub n. 89.
Barboſ. de Offic., & Poteſt Epiſc. par. 2. allegat.
12. ſub num 32. verſ. ſic etiam Clericus Antonell.
de jurib. Clericor. cap. 15. n. 3.*

Ad huc res erat expedita, reflectendo, quod
idem Ianuarius de tempore contracti æris alieni
cum ſuis Creditoribus palam de gebat uti laicus
nullamque teſſeram, ſive ſignaculum Eccleſia-
ſticæ militiæ præſeferebat, quamobrem nimia
foret durities, ſive ſubextenſio hujus privilegi
ſi reciſo importantiori capite exemptionis a foro
laicali per inobſervantiam requiſitorum Concilii
nihilominus gliſcere, & vigere poſſent membra
inferiora ſimilium privilegiorum, & ſignanter
hujus peculiaris indulti, maxime quia (quid-
17 quid ſit de aliis requiſitis) utique Clericus abii-
ciendo a ſe tonſuram, & habitum ſeſe facit indi-
gnum cujuſcumque favoris, & privilegii, ſicu-
ti colligitur ex *Clement. prima de vit. & honeſt.
Cleric.* ibi *quamdiu in præmiſſis extiterit* & aper-
to diſtinguit, *Fagnan. in eodem cap. Odoardus ſub
num. 23. verſ. pro concordia tamen*, & ſequitur
*Pirbing. in jus Canonic. lib. 3. tit. 23. §. 4. ſub
num. 25 verſ. aliqui tamen Doctores &c.*

Cœterum quantumvis hæc apud Dominos in
prædicta prima propoſitione cauſæ non levia eſſe
viderentur; Solumque tunc pro meliori diluci-
datione

dutione veritatis, & ſignanter circa ſuſceptio-
nem Tonſuræ factam per Ianuarium ab Epiſco-
po non ſuo, reſcribendum cenſuerint pro coa-
divatione probationum ſecundum ſimiliter inſi-
nuata *in dicta deciſ. 192. ex n. 3. uſque ad 7. par.
17. rec.* attamen expanſa hodie tota hujuſce ca-
ſus hiſtoria, authumarunt, quod etiam præci-
ſive ab omnibus fundamentis, & propoſitioni-
bus uſque dum quodammodo perfunctorie diſ-
ſertis materia coruſcaret, aliunde planiſſima
ad excluſionem indubitabilem præcitati *cap.
Odoardus* ideoque proſequendo monitum *Text.
in cap. invenis 3. de Sponſal. & matrim.*, *& in
cap. ad audientiam 12. de homicid.*

Dixerunt non competere Ianuario Benefici-
um *cap. Odoardus* ex gæminis, iiſdemque ſole-
mnibus limitationibus, quas univerſa ſchola
Neothericorum, & practicorum ſemper attri-
buit tam erga litteram ejuſdem decretalis,
quam ſubintellecti conſecuti in privilegio *dedu-
ctio ne egeat*, harumque prima conſiſtens in facto
palmari reſultabat ex qualitate publici negocia-
toris, cum qua Ianuarius poſitive contrahere
declaraverat debita de quibus tractabatur *Sum-
mario impreſſ. eorumdem Creditorum num. 1. & 2.*
ubi etenim Clericus palam abutitur proprio
charactere, ſe ſeque adverſus cenſuram *Text. in
cap. fin. de vit. & honeſt. Clericor.* negociationi-
bus omni jure Clerico interdictis immiſcet, in
hoc utique caſu, ſi poſtmodum conveniatur ob
æs contractum ſub hac explicita qualitate pu-
18 blici Campſoris, ſeu negociatoris amplius non
fruitur d. Beneficio *cap. Odoardus, ac deducta
ne egeat Redoan. de Spol quæſt. 2. num. 47. in
fin. & ſub num. 48. & 73., Farinac. in Fragment.
par. 1. litt. C. n. 152. & in prax. quæſt. 8. n. 23.,
Graſſ. de effect. Clericat. effect. 7. num. 63. Scan-
narol. de viſit. Carcerator. lib. 3. §. 7. cap. 6.
n. 18., Caſtagn. in benef. deduct. ne egeat quæſt. 10.
fallent. 3. in tractat. de commerc., & mercat. diſc. 78.
num. 24., Panimol. deciſ. 71 num. 7.*, & in ſimili
propoſito de Clerico effecto debitore ex cauſa
19 ſibi a jure proibitæ adminiſtrationis bonorum
pupillarium *Barboſ. in dicto cap. Odoardus n. 22.,
Ferrett. conſ. 144. num. 15., & 16., Pacion. al-
leg. Civil., & Canonic. cap. 169. n. 14. & 15.,
Squillant. de privileg. Clericor. cap. 10. num. 44.,
Carol. de Graſſ. de effect. Clericat. eff. 7. num. 53.,
Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 39. §. 6.
num. 33., Rot. dec. 207. n. 3. & 4. par. 15. rec.*

Altera limitatio promanabat ex dolo mani-
feſto, cum quo Ianuarius circumvenerat Cre-
ditores: Pariformiter namque in his terminis
nemo eſt, qui dubitet, quod Eccleſia abhor-
rente cunctas machinationes & fraudes, præ-
ſertim tertio læſivas, & præjudiciales, Cleri-
20 cus doloſus in contrahendo debitum, nullate-
nus admittatur ad præfatum beneficium *cap.
Odoardus* ita unanimiter deputantibus, *Pacion.
alleg. Civil. & Canonic. cap. 169. num. 19. verſ.
& generaliter Gratian. diſcept. forenſ. 222. n. 49.
Marchéſan. de commiſſ. par. 3. tit. de admiſſ. ad cap.
Odoardus §. 1. num. 76., Scannarol. de viſit. Car-
cerat. lib. 3. §. 8. cap. 2. num. 78. in tractat. de
commerc., & mercat. diſc. 78. num. 22., Rot. deciſ.
16. num. 40. par. 8. & deciſ. 207. num. 9., & ſeq. par.
15. recent., & deciſ. 475. num. 1. & 2. coram Roxas.*

Quod vero dolus foret undique manifeſtus,
nedum generice convincebatur, ex quo Janua-
rius, recepta ab iiſdem Creditoribus pecunia in
valde conſiderabili quantitate ducatorum 7271
poſt paucos abinde menſes nullo ſibi ſupervento
infortunio defecerat, in his namque terminis,
quicquid durius exiſtimaverit *Card. de Luc. de
credit, & debit. diſc. 119. ſub num. 21.* omnis
præſumptio, ac probabilitas ſuggerit, quod
Clericus adeo brevi manu dilapidans ſummam
tam conſpicuam, illam abſumpſerit per vo-
luntariam, & crimino ſam diſperſionem videli-
ce ludendo, necnon luxurioſe vivendo cum
21 ſimilibus, & in hoc caſu hujuſmodi auxilium
merito denegari uno ore pariter affirmarunt,
*Pacion. allegat. civil., & Canonic. cap. 169. nu.
19., Gennen. in prax. Archiep. Neap. cap. 3. n. 8
Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. de effect. 7. n. 15.,
Leoncell. de privileg. pauper. privil. 53. num. 5., Ca-
ſtagn. de benefic. deduct. ne egeat. quæſt. 10. Fallent.
9. num. 1., Antonel. de jurib. Clericor. cap. 15. n. 37.
Rot. deciſ. 207. num. 8. par. 15. recen.*

Verum, & præciſius perpendendo ſingulas
Facti circumſtantias, Januarius etenim ſub die
20., & 21. Decembris anni 1698. enunciatam
quantitatem extorſerat a Ratione Bancharia il-
lorum de Bottariis, & reſpective a Barone Epa-
minonda a S. Joanne in Civitate Lycien. *dicto
Summario num. 1. & 2.*, vixque præter lapſis de-
cem diebus locum contracti debiti deſervit ap-
petendo Neapolim, deinde Civitatem Beneven-
tanam, ac poſtremo Vrbem, ubi verens exe-
quutionem ſentire, ac pati contra ſe propter
adventum primi termini ad ſolvendum deſtina-
ti, antecedenter, nempe die 15. Aprilis, ten-
tavit extorquere, ut præmiſimus, quoddam
ab A. C. monitorium pro reaſſumptione habi-
tus Clericalis, unde ex hoc ſubterfugio, necnon
fere immediata fuga, ſeu latitatione per circui-
tum pluriam locorum a facie creditorum, jun-
cta ſupradicta generalitate non probati alicujus
infortunii exoriri ſufficentiſſimam doli probatio-
22 nem in noſtra theſi, aſſeruerunt *Cravett. conſ.
142. num. 15. & 16., Brun. de ceſſion. bonor. qu. 5.
par. 4. in princip., Scac. de commerc. & camb. §. 7.
gloſſ. 5. ſub num. 249., Strac. de decoct. quæſt. 2.
ſub num. 1. & 2., Pacion. allegat. civil. & canonic.
cap. 169. ſub num. 18., Scannarol. de Viſitat. Car-
cerat lib. 9. §. 9. cap. 4. num. 32. in Tractat. de Com-
merc. & Mercat. diſc. 75. num. 6., Giurb. deciſ.
45. num. 12., Cortiad. deciſ. 70. num. 40. cum
plurib. ſeqq., Rot. dec. 207. n. 6. par. 15. recen.*

Et ſane, cum dolus, ut pote intra præcordia
doloſi intercluſus pandatur, atque in lucem
erumpat ex circumſtantiarum, conjectura-
rumque complexu impellente Judicis religio-
nem ad ita judicandum, ut inquit *Gloſſ. in l. apud
Celſum*

Celſ. in ff. de dol. except., Surd. conſ. 382. nu. 45.,
23 *Decian. conſ. 3. num. 211. & nu. 214. lib. 4., Menoch. conſ. 226. nu. 66. & 121., & de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 58. num. 10. & lib. 5. præſumpt. 3. num. 42. & ſeq., Valenzuel. conſil. 173. nu. 23. Modern. Manſ. conſultat. 417. num. 13.*

Maior utique complexus fortaſſe nequibat exoptari, quam ille proſiliens ex enarrata concatenatione temporum, & circumſtantiarum penitus repugnantium ei, qui ſe publicum Negociatorem expreſſerat, repugnat namque, quod contracto debito publicus Negociator abſcedat a loco ſine cauſa, & ſine cauſa pariter divagetur huc, illuc, & imminente primo termino ſolutionis reſtricto ad menſem Maij præcedenter ſeſe communire moliatur cum habitu Clericali, quem nuſquamper antea geſtaverat quodque plus eſt clam procurando ejuſdem habitus reaſſumptione abſque ulla citatione illorum, adverſus quos eundem Clericatum opponere meditabatur, ut enim dicitur in Evangelio *qui male agit odit lucem*, nilque magis oſten-
24 dit vafritiem, & dolum, quam occultatio, latitatio: & deambulatio in tenebris ad ea, quæ paſſim animadverterunt *Bart. in leg. poſt contractum num. 7. ibique, Alciat. num. 47. ff. de donat Surd. conſ. 473. num. 30., Cyriac. controv. 474. num. 27., Epiſcop. Rocc. diſputat. jur. lib. 1. cap. 46. num. 15., Rot. deciſ. 296. num. 27. par. 17. & deciſ. 306. num. 18. par. 18. recent.*

Abſque eo, quodad enervandos nonnullas ex mox conglobatis circumſtantiis aures præberi mererentur replicationibus Januarii contendentis, ſeſe appetiſſe Neapolim cum ſcientia Baronis Epaminondæ, aliorumque Creditorum, quodque Inſtrumenta cantantia in pecunia numerata forent potius reſidua veterum ſocialium partitarum, ultra enim quod frigidæ hæ excuſationes minime debilitabant totam maſſam Negocii, undique dolum redolentem, adhuc, & hujuſmodi excuſationes potius retorqueri videbantur, nam prima quoad ſcientiam Creditorum, ex quo vel Baro Epaminonda ſcripſerit Januario Neapolim, vel Botarii remanſerit Depoſitarii Culcitrarum ejuſdem Januarii, poterat utique inſervire pre notitia primi diſceſſus, ſeu brevis tranſlationis ad lares ſuorum Parentum Neapoli degentium, non vero conſequebatur ob id ulla notitia transmigrationis, & latitationis in Civitate Beneventi, necnon ſecreti adventus ad Vrbem animo, de quo ſupra; Et proinde primus diſceſſus nequibat revera cenſeri diſceſſus, diſcedere etenim non dicitur, qui ſtatim
25 redit, ſeu redire velle, demonſtrat *Coſt. de fact. ſcient. & ignorant. inſpect. 11. num. 2., Rota in Giennen. Iuris mutandi ſuper declaratoriis 3. Aprilis 1699. §. Nil penitus, & 17. Maii 1700 §. Quo vero oram Me.*

Altera autem excuſatio reſpiciens excluſionem pecuniæ numeratæ gratis omnino impingebatur, quoniam memorata Inſtrumenta litteraliter ſonabant in mutuis effectivis, quin etiam hoc ipſum Teſtes Inſtrumentarii primi crediti confirmabant, quamobrem non erat recipienda ſuppoſita Januarii contra litteram Inſtrumentorum facientium ut, ajunt, proba-
26 tionem probatam *leg. cum precibus Cod. de probat., Bald. in leg. quoties in fin. Cod. de Iudic., Rot. in Romana, ſeu Anconitana dotis 11. Januarii 1697. §. Conſtit. coram Reverendiſſimo D. meo Decano, in Camerien. Manutentionis, ſeu Cenſuum 23. Junii 1698. §. Et quamvis coram eodem, & in Romana prætenſæ nullitatis contractus 18. Iunii 1700. §. Sic namque coram R. P. D. meo Scotto.*

Aſt quatenus vera extitiſſet hæc excuſatio, vel oppoſitio quod debita originarie provenirent a præcedenti ſocietate, ecce, quod magis corroborrabatur motivum deſtruens preſidium *cap. Odoardus* locum non habentis in debito contracto ex cauſa negociationis, & commercii, quemadmodum ultra ſuperius allegatos proſequun-
27 tur *Barboſ. in dicto cap. Odoardus num. 18. Squillant. de Privil. Clericor. cap. 10. num. 45. & 46., Brun. in tractat. de ceſſion. bonor. queſt. 3. num. 15., Genuen. in prax. Archiepiſc. cap. 3. num. 12., Pellegrin. in prax. Vicarior. par. 2. ſect. 1. ſubſect. 6. interſecat. 4. num. 28.*

Ex bicipiti igitur, ac inſimul ſolidiori motivo negociationis, & doli poſthabitis etiam aliis non ſpernibilibus fundamentis negativa tandem, & undique matura prodii reſolutio, utraque &c.

ALBANEN. ARCHIPRESBITERATUS

Veneris 2. Iunii 1702.

ARGVMENTVM.

Cura animarum cui ſit conferenda. Permanentia in curia per multos annos plurimum confert ad obtinendam antelationem in collationibus Beneficiorum, & hoc paſſim ſervat Dataria. Item originarius eſt ſemper præferendus in concurſu, Extraneorum.

SVMMARIVM.

1 *Novo examini locus non eſt quando quis fuit electus, atque approbatus a majori parte examinatorum.*

2 *S. Rota tamen obſequendo ſenſui S. Congregationis Concilii exiſtimaverit ſemper implorari poſſe novum examen ad magis ex poſt convincendam irrationabilitatem Ordinarii alterum præeligentis.*

3 *In collationibus Beneficiorum, & materiis Eccleſiaſticis an ſatis ſit eligere dignum, ommiſſo digniore antiqua erat quæſtio.*

4 *In proviſionibus vero illarum Eccleſiarum quibus actualis incumbit cura animarum ex conſtitutione* Divi Pii V. la 33. *dignior ſemper eſt eligendus.*

5 *Parochus junior, ac robuſtior eſt eligendus ubi agitur de cura animarum diffuſa per loca nimium remota.*

mota, aſpera, & difficilia.

6 *Si vero hæc circumſtantia ceſſat ſenior ſemper adminiſtrationi curæ animarum eſt eligendus, cum ſenium præſupponat experientiam, & maturitatem.*

7 *Potiſſimum ſi in ſeniore concurrat etiam major antiquitas Sacerdotii, quæ pariter influit in non levem dignoritatem, quemadmodum dicitur de milite.*

8 *Cura animarum longe plus eminet quam licentia reportata audiendi confeſſiones.*

9 *Dataria in proviſionibus Beneficiorum ſolet ſemper anteferre præſentes in Curia.*

10 *Prærogativa ſtudiorum pollens eſt ſemper in concurſu cum aliis illa carentibus præferendus.*

11 *In concurſu doctior eſt eligendus.*

12 *Judices regulariter improvide ſe gerunt exprimendo motiva ſententiandi in ipſis ſententiis.*

13 *Ordinarii Judicium magnopere eſt attendendum in collationibus Beneficiorum, & Curæ Animarum, cum ii moveri intrinſece potuerint a rationibus occultis.*

14 *Tituli unius incluſio alium perneſſe excludit.*

15 *Originarius magis idoneus judicandus, ac præferendus eſt in concurſu extranei.*

16 *Duo vincula in omni materia magis ſtringunt quam unum.*

17 *Collatoribus omnis fides præſtari debet in his, quæ concernunt ſubſtentationem propriæ Collationis.*

18 *Electio illa eſt propria, quando ex duobus unus præficitur.*

19 *Ratio Potentioribus ſervientium eſt Placebo Domino.*

DECISIO CCXLVI.

INterdicente Oecumenica Tridentina Synodo *in ſeſſ. 24. de reform. cap. 18.*, necnon ſubſequenti Conſtitutione Beati Pii V. *in ordine la* 33. provocari poſſe adverſus electionem ab Ordinario factam in concurſu vacantis Eccleſiæ Parochialis ad effectum, quem nuncupat ſuſpenſivum, in præſenti Franciſcus Audientia conquæſtus de irrationabilitate præelectionis ad Archipresbyteratum Terræ Cinthiani nuper expletæ per Vicarium Albani in perſona Dominici, dubium a me ſubſcribi efflagitavit bipartitum, & feriens dumtaxat alterum effectum devolutivum, videlicet — *An, & de cujus bono jure conſtaret, ſeu potius novo examini locus eſſet?* Quare Domini opinantes de iſtius Franciſci bono jure evidentiſſime liquere, huic ſolummodo primæ parti reſponderunt affirmative.

Ratio negligendi poſteriorem, ſeu ſecundam partem propoſitæ dubitationis ea, fuit quod cum nulla coincideret hæſitatio circa approbationem a cunctis Examinatoribus per Franciſcum reportatam, imo is edoceret per quoſdam Teſtes in vim monitorialium, ſeu metu excommunicationis deponentes, ipſum extitiſſe ab omnibus quatuor Examinatoribus renunciatum idoneum, quando ex oppoſito a tribus tantummodo fuerat Dominicus æque approbatus, utique ſuperflua reddebatur novi examinis petitio, quæ proprius locum ſibi vindicat quotieſcumque provocans contendit ſeſe perperam rejectum, ut eſt caſus formiter diſputatus *in Syracuſana Præpoſituræ 26. Junii 1697. coram R. P. D. meo Muto, & in Papien. Præpoſitura 28. Februarii 1698., & 28. Novembris ejuſdem anni coram Me*, licet (ut par eſt) obſequendo ſenſui Sacræ Congregationis Concilii Rota etiam exiſtimaverit ſemper implorari poſſe novum examen ad magis expoſt convincendam irrationabilitatem Ordinarii alterum præeligentis, ſicuti teſtatur *Card. de Luc. de Paroch. diſc. 6. ſub num. 5. & 6., eadem Rota deciſ. 5. ex num. 10. & 11. cum ſeqq., & deciſ. 24. in princip. coram Card. Celſo*, & tradunt *Novar. in Summ. Bullar. Comment. 45. num. 9., Ventrigl. in praxi tom. 2. de collat. Paroch. annot. 5. §. 2. num. 55., Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. par. 1. cap. 2. num. 148., & 149., Adden. ad Pamphil. deciſ 115. num. 4.*

Altera vero ratio reſpondendi, quod undique conſtaret de bono jure Franciſci verſata eſt in qualitatibus, & prærogativis undique præpollentibus, ex quibus ipſe comparative ad Dominicum apparuit omnino magis emeritus, & dignior; Abſciſſa etenim veteri quæſtione, utrum ſatis in hiſce materiis Eccleſiaſticis, ac collationibus Beneficiorum exiſtat eligere dignum, omiſſo digniore, de qua *Guttierez quæſt. Canonic. lib. 2. cap. 11. per tot., Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. 4. ſub n. 143., Card. de Luc. de Benef. diſc. 67. ex num. 3., & diſc. 69. num. 9., Rota deciſ. 215. num. 1. coram Card. Celſo deciſ. 11. num. 8., coram ſa. me. Gregor. XV. deciſ. 284. num. 13. coram Bich., & in Aretina Beneficii 21. Junii 1701. §. A contrario coram Me.*

Equidem in proviſionibus illarum Eccleſiarum, quibus actualis incumbit cura animarum, itaut in ſubſtantia agatur de creando parvo Epiſcopo paſcere debente immediatum gregem ſibi ſubalterne commiſſum, jam ſine dubio cautum fuit in præcitata Conſtitutione B. Pii V. *la 33.*, digniorem ſemper eſſe *in concurſu*, & uti Hiſpani dicunt, *oppoſitione*, præferendum, ſicuti etiam annotarunt *Pignatell. Conſult. Canon. 181. num. 1. tom. 1., Rub. reſol. pratic. cap. 77. num. 297., Novar. in Summ. Bullar. Comment. 45. num. 17., Ventrigl. in praxi tom. 2. de collat. Paroch. annot. 5. §. 2. num. 44. & 63., Barboſ. de Paroch. par. 1. cap. 2. num. 95. & ſeqq., Adden. ad Buratt. deciſ. 635. num. 10., Adden. ad Gregor. deciſ. 11. litt. E., Rota deciſ. 24. num. 9. coram Card. Celſo.*

Quod autem Franciſcus omnino præcelleret apertiſſime palpabatur, nam Dominicus erat junior ætate, quam foret Franciſcus, unde quidquid dicendum eſſet, quando ageretur de cura animarum diffuſa per loca nimium remota, aſpera,

pera, & difficilia, in quibus terminis ipſa junior, ac robuſtior ætas potius ad regulandum gravius hoc miniſterium exquiritur, juxta ponderata per *Card. de Luc. diſc. 6. de Paroch. num. 12.*

Profecto ceſſante hac peculiari circumſtantia ſeniorem adminiſtrationi curæ magis proportionatum, & idoneum cenſeri, nemo eſt, qui non ſciat, cum ſenium præſupponat experientiam,
6 & maturitatem, & conſequenter etiam eminentiorem præſtantiam, atque prudentiam; Etenim (ut etiam canebat Vates) *a ſenibus nomen mite Senatus habet*, & in ſpecie concurſus ad Parochiales unanimiter affirmarunt *Pignattel. dicta Conſult. Canon. 181. n. 3. tom. 1., Barboſ. de Paroch. par. 1. cap. 2. n. 109., Rota deciſ. 86. num. 11., & deciſ. 123. num. 10. coram ſa. mem. Alex. VIII., deciſ. 343. num. 7., & deciſ. 394. num. 3., & deciſ. 469. num. 2. coram Peutinger., deciſ. 125. num. 3. coram Emerix Jun., & in Aretina Beneficii 25. Januarii* 1701. §. *Ita non minus coram Me*.

Senioritati Franciſci ſuperaddebatur major etiam antiquitas Sacerdotii, quæ pariter influit in non levem dignioritatem, quemadmodum dici-
7 mus de Milite etiam prophano magis antiquo & veterano in ſua militia *l. 1. ff. de Alb. ſcriben., & l. 1. C. de Veteran., Federic. Scott. reſponſ. 28. num. 14. tom. 1. lib. 6., Antun. de Donat. Regiis lib. 2. cap. 2. num. 28. & ſeqq.*, & in propoſito Sacerdotii eſt *Textus in cap. 1. de major. & obed., Chaſſan. in Cathalog. glor. Mund. par. 4. conſid. 23., Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. par. 1. cap. 2. num. 119., Rota deciſ. 86. n. 11., & deciſ. 123. num. 9. coram ſa. me. Alex. VIII., deciſ. 25. num. 4. coram Priolo, deciſ. 125. nu. 3. coram Emerix Jun., & dec. 659. num. 3. par. 18. rec.*

Rurſus etſi Dominicus adducere poſſet pro ſe qualitatem Confeſſarii, ſeu mavis licentiam reportatam audiendi confeſſiones. Franciſcus e
8 converſo manſerat jam approbatus ad exercendam poſitive curam animarum, quod ſane veluti ampliorem diſpenſationem Sacramentorum, ac plenius miniſterium importans longe plus eminet, ex traditis per *Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 31. num. 138., Rota deciſ. 89. num. 5. poſt Zacch. quæſt. Medicolegal. deciſ. 86. num. 10. & 12. coram ſa. me. Alexandro VIII., deciſ. 115. n. 1. cor. Pamphil., deciſ. 13. n. 5., & deciſ. 25. nu. 4. & coram Priolo, deciſ. 284. n. 14. coram Bich., deciſ. 125. num. 3. coram Emerix Jun.*

Exercitio Capellani, quod in quoddam adjumentum Parochi prædefuncti Dominicus explevisse profitebatur pro ſolis tamen ſeptem, vel octo diebus nimium præponderabat continuata per annos 18. præſentia Franciſci in Curia, & ſic propatula ejus converſatio in conſpectu potius Orbis, quam Urbis, in qua ſemper pluſquam honeſte degit navando operam, ſtudiis legalibus, & Curiæ, quæ certe circumſtantia magnam ſibi promerebatur antepoſitionem, ut oſtendunt tot privilegia ſequentibus Curiam per Summos Pontifices attributa, nimirum Conſtitutionis Eugenianæ cum ſimilibus & manifeſtat ipſamet antelatio, quam
9 in hoc ipſo individuo in proviſionibus Beneficiorum regulariter favore præſentium in Curia obſervat Dataria, teſte *Rota deciſ. 591. num. 2. coram Pamphil., deciſ. 343. num. 8. coram Peutinger., deciſ. 216. num. 9. par. 12. recen., deciſ. 829. num. 1., & deciſ. 849. nu. 4. coram Emerix Jun.*

Præterea coruſcabat Franciſcus aliis quoque fulgentibus ſtudiorum gemmis, ille quippe curſum Philoſophicum conſummaverat cum ſubſtentatione publicarum Thæſium, & ultra Sacros Canones Juriſprudentiam civilem in foro practico integrantes, Theologiæ etiam Scolaſticæ operam dedit *Summario num. 5. 6. & duobus ſeqq.* quæ prærogativæ nullatenus concurrentes in Dominico, quando etiam cætera fuiſſent paria, ſuperextolliſſent Franciſcum, ex
10 collectis per *Marott. diſcept. forenſ. cap. 11. n. 14., Ricc. in praxi par. 4. reſol. 69. num. 7., Card. de Luc. de Paroch. diſc. 6. num. 4., Adden. ad Buratt. dec. 635. num. 1., Rota deciſ. 11. num. 4., ibique Adden. lit. C. coram Ludoviſ., deciſ. 115. num. 1. coram Pamphil., deciſ. 22. num. 29. coram Buratt., deciſ. 89. num. 2. & ſeq. poſt Zacch. quæſt. Medicolegal. deciſ. 284. num. 14. coram Bich.*

Pro coronamento tandem prærogativarum Franciſci ſuperacceſſit Dominorum oculis ſubjectum examen in ſcriptis a memoratis Examinatoribus traditum æquo modo Franciſco, & Dominico, cumque pariter hi reſpondiſſent in ſcriptis, nulla cecidit ambago, quominus doctæ magis, magiſque ſolidæ apparerent enucleationes, ac ſolutiones ejuſdem Franciſci; quamobrem non ſolum ob id deficiebat, (ut ſupra tetigimus) omnis neceſſitas provocationis ad novum examen, verum & inſimul negari non poterat, quod de ambobus in hoc litterario
11 interrogationum ſtadio currentibus, præponderantiæ bravium, juxta dictum Divi Pauli, uni deberetur Franciſco, prout doctiori elargiendum in hiſce examinibus eſſe conclamarunt, *Ricc. in praxi par. 4. reſol. 69. num. 8, Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. par. 1. cap. 2. num. 115., Adden. ad Pamphil. deciſ. 115. num. 4., Rota dec. 677. num. 1. par. 4. diverſ., & deciſ. 216. num. 8. & 9. par. 12. rec.*

Comperto igitur quod in cunctis ſupra expenſis requiſitis potior eſſet condictio Franciſci, parum Dominico ſuffragari poſſe videbatur aſſertum Vicarij Collatoris, quod Synodales Examinatores reputaverint eumdem Dominicum eſſe præferendum *ex quo foret Originarius ex loco, incolis pergratus, a duobus ultimis Archipresbyteris in Coadjutorem aſſumptus, eidemque Eccleſiæ a multis annis deſerviens*. Præſcindendo etenim pro nunc a magis præſtringentibus reſponſionibus, ſeu reflexionibus, utique potius hujuſmodi relatio, ſeu atteſtatio erat ali-

aliquo modo nociva Dominico, quia cum regu-
lariter improvide ſe gerant Judices exprimen-
12 do motiva ſententiandi in ipſis ſententiis, ut
admonet *Alexand. in addit. ad Bart. in l. pro-
perandum §. Illo procul dubio lit. A.C. de Judic.,
ibique Jaſon. n.22. Ancharan. conſ.206. in prin-
cip. Soccin. Jun. conſ. 73. n. 1. lib. 4.*

Ad rem ſane noſtram applicando conſimi-
lis expreſſio cauſarum antelationis tollebat il-
lam magis forte proficuam, quantumvis ge-
nericam præſumptionem, ſeu propoſitionem,
quod difficile exiſtat arguere Ordinarium de
irrationabili judicio, cum ipſe potuerit intrin-
ſece moveri a rationibus occultis, ac de cæ-
tero expoſcentibus, & inducentibus prælatio-
nem in gubernio & cura animarum ſecun-
13 dum inſinuata per *Novar. in Summ. Bullar.
comment. 45. num. 16., Ventrigl. in praxi to. 2.
annot. 5. §. 2. num.59., Card. de Luc. de Paroch.
diſc. 6. num. 3. & 4., Rota deciſ. 22. num. 30.
coram Burratt., deciſ. 5. num. 1. & ſeq., & deciſ.
24. num. 1. coram Card. Celſo.*

Jam enim minime amplius oportebat recur-
rere ad hoc præſidium, dum Vicarius popula-
verat fundamenta conceſſa prælectionis, ſic-
uti dicimus de aſſerente ſeſeque adſtringente ad
14 aliquem titulum, ut non poſſit alios deinceps
ſuper impingere, vel præſumptive cumulare
ex traditis *Spad. conſ. 59. num. 10., Rota deciſ.
69. num. 6. coram Bich., deciſ. 220. num.3. & 4.
part. 17., & dec. 135. nu. 11. part. 19. rec., & in
Romana Dotis 19. Junii 1679. §. Non ſubſiſten-
te cor. bo. me. Bourlemont.*

Atque hinc trutinando motiva prædicta qua-
tenus ſpectabat ad enunciata adjutoria præſti-
ta Archipresbyteris, ſeu Parochis præceden-
tibus, necnon ſervitium impenſum ipſi Eccle-
ſiæ, replicatio jam ex premiſſis clara aſſurge-
bat, quod ſcilicet adjumenta fuerunt adhi-
bita uni ſoli, ipſaque quodammodo extiterunt
ephymera, quodque demùm tàm ipſa auxilia,
quàm ſimultanee ſervitium geſtum in Eccleſia
ſuffocabantur à diutina præſentia Franciſci in
Curia, ultra honeſtiſſimos mores, ſemina tot
facultatum ſedula illius applicatio germinavit,
& quoad qualitatem originariam non parum
videbatur in ipſa relatione equivocatum, Do-
minicus namque accidentalem a parentibus
alienigenis ortum dumtaxat ſortitus fuerat in
Terra Cinthiani, e converſo autem Franci-
ſcus erat vere nativus Diœceſanus, & inſimul
originarius, unde huic equali de cetero mo-
tivo nativitas ulterius ad Franciſci favorem
eliiciebatur alterum vere proprieve originis
deſumpte a Matre, Patre, aliiſque ſuperiori-
bus aſcendentibus, unde ſi in conflictu tot ſu-
perantium qualitatum Franciſci adhuc merere-
15 tur haberi in aliqua conſideratione, hec cir-
cumſtantia naturalitatis, quemadmodum de
reliquo illam extollunt *Garz. de Benefic. tom.2.
par.7. cap.9. num.5. & 8. Guttier conſ.2. num.23.
& 24., Marant. reſponſ.17. num.10. & 11. to.3.,*

*Barboſ. de Paroch. par.1. cap. 2. num. 110., & de
Offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 60. num. 102., Card.
de Luc. de Benefic. diſc. 69. num. 12., Rota de-
ciſ. 677. num. 1. par.4. diverſor.*

Citra ſcrupulum forte fuiſſet etiam ex hoc
capite Franciſcus anteponendus, cum in omni
materia duo fulcimenta, duove vincula ma-
gis ſtringant, & attendantur, quam unum ad
16 mentem, *Text. in cap. 1. de Treug. & Pac., Surd.
conſ.31. n.6., Marc. Anton. reſol.71. nu.3. lib.1.,
Rox. de incomparat. par.1. cap.6. num.267. & ſeq.
§. 17., Rota Lucen. dec. 248. n. 5. tom. 3., Rota
deciſ. 22. num. 32. coram Buratto.*

Remaneret Populi benevolentia ergà Do-
minicum preſuppoſita in prefata aſſertione Vi-
carii, verum de ea minime liquebat per ullà
alia extrinſeca documenta, quando tamen de
ſtricta juris cenſura prohibetur omnimoda fi-
des preſtari Collatoribus in his, que concer-
17 nunt ſubſtentationem proprie collationis, ut
firmant *Sanch. conſ. moral. lib. 7. cap.1. dub.20.
ſub n.10., Rota deciſ. 302. num.3., & 4. par. 17.
deciſ. 10. num. 4. par.18. rec., & in Romana, ſeu
Lycien. cap. Odoardus 12. Maji 1702. §. Nullam
coram Me.*

Validius igitur, quia hæc in omnem caſum
allegata benevolentia non apparebat deſum-
pta comparative, itaut per umbram ſaltem con-
jecturari poſſet, quod Franciſcus foret minus
gratus, vel ullatenus inviſus, alias quippe fa-
cile eſt aliquid aſſerere poſitive, quod non ita
plane contingit comparative, & tamen etiam-
ſi tanti per hypotheſim expendenda foret ple-
bis inclinatio, expoſtularetur, quod, uti ſa-
18 piens quandam deſiderii ſaltem prælectionem,
ad minus caderet inter duos, ut ex *D. Thom.
par. 2. quæſt. 13. a 2., Paſſerin. de election. Cano-
nic. cap. 2. num. 5., Cyriac. controv. 56. num. 1.
& 2. & controv. 226. num. 55., & ſeq., Card. de
Luc. de Canonic., & Capitul. diſc. 2. num. 2.,
Rota deciſ. 131. num. 21. coram. Card. Cerro.*

Palpabili itaque ex his, ſive ſeorſim, ſive
injunctim conſideratis, emicante præcellentia
meritorum, & dignioritatis Franciſci, ſuper-
fluum reddebatur oculorum, ac mentis aciem
apponere cuidam epiſtolæ reſponſivæ ad alte-
ram commendatitiam Vicario directam pro
Franciſco, quæve legebatur *in Summar. ejuſdem
Franciſci num.* 20., verum juſtitia ita cogente
per eam conjiciebatur, quod idem Vicarius
laudans de reliquo Franciſcum palam profeſſus
eſt ſeſe in hac prælectione fuiſſe præventum a
potentioribus juſſibus, vel officiis in gratiam
Dominici Sacerdotis cæteroquin digniſſimi pro-
fuſis, ideoque a primo ad ultimum tot teſtimo-
niis, tot, ac tantarum qualitatum, ac prærroga-
tivarum præpollentium in Franciſco, ſuperad-
dita. & rimata etiam hac nota pro humana im-
becillitate aſſertiva Vicarii, veriti ſunt Domi-
ni, ne quid ſi eſſet per eumdem Vicarium ſu-
pra ſpectatum in Dominico, non jam a tota
19 proveniret juſtitia, ſed fortaſſe poſſet ſubjace-

re ponderationi *Matthæi de Afflict. in dec. 321. ſub num. 20.*

Et ita, Franciſco tantum jura ſua lucide diſſerente, reſolutum fuit.

AUXIMANA FIDEICOMMISSI, SEU PECUNIARIA.

Veneris 9. Maji 1702.

ARGUMENTUM.

Spolium an, & quando dicatur commiſſum. Aditio hereditatis ex quibus dicatur inducta, & ex quibus excludatur plura vide remiſſive.

SUMMARIUM.

1 *Exceptiones deductæ contra obligationem Cameralem nullam involvere debent dubitationem, ſeu indaginem.*

2 *Spoliator quouſque ſpolium non purgaverit cum reſtitutione fructuum uſque ad obulum nequit obtinere activa mandata, quinimo neque ſimpliciter audiri meretur.*

3 *Patiens cauſam agitari ſuper meritis, illamque differens ſuper negocio principali, cenſetur implicite, ac ſufficienter hujuſmodi privilegio renunciaſſe.*

4 *Ad effectum incidendi in delictum ſpolii requiritur mandatum ſpecialiſſimum.*

5 *Nomen abſentis in actis, ac ſententiis adhibitum ſatis non eſt ad validandam ſententiam, ſi in ea non fuerit citatus.*

6 *Mandatum ſpeciale, atque individuum ubi exquiritur in faciendo aliquem actum ſpeciale pariter, atque individuum deſideratur in illius actus explicita, vel implicita ratihabitatione.*

7 *Factum longe potentius eſt quam ipſa verba.*

8 *Ad verificationem delicti quale eſt ſpolium probationes genericæ, & confuſæ non admittuntur.*

9 *Teſtes magis ſpecifice deponentes ſunt præferendi.*

10 *Item ſi deponunt ad excludendum delictum.*

11 *Item ſi ſint adminiculati aliunde.*

12 *Teſtes lite pendente ſuper inducti nihil probant.*

13 *Fruſtra quis petit, quod intus habet.*

14 *Compenſatio intrat inter credita, & debita hinc inde liquida, & inſtrumentalia.*

15 *Regula* ſi filius ergo heres *procedit tantummodo agente filio, non excipiente.*

16 *Repudiatio hæreditatis ex quibus emergat.*

17 *Filius donare non poteſt bona paterna citra præambulam aditionem, & acquiſitionem tituli paterni.*

18 *Donatarius univerſalis habetur loco hæredis.*

19 *Verbum* pervenerint *poteſt ſtare indicative ad manum in qua perantea manebant bona, & a qua in alios deſcenderint.*

20 *In ſtatutis diſponentibus de ſucceſſionibus bonorum paternorum, ac maternorum, conſideratur potius latus ac deſcenſus, quam immediata origo, & proprietas.*

21 *Verborum ſonitus ſuapte natura eſt ſemper æquivocus, & obſcurus.*

22 *Donator eo ipſo, quod donat bona hæreditaria fit hæres illius cujus erant eadem bona.*

23 *Ad præferendam aditionem hæreditatis exiguntur verba, actuſve clariſſimi, nec ſufficiunt æquivoci, maxime poſt jam expletam repudiationem.*

DECISIO CCXLVII.

OB noviter fortaſſe contextas ex parte Fabii oppoſitiones in hac cauſa, placuit Signaturæ Juſtitiæ reſcribere — *Alteri, qui ad legitimam executionem mandati* per R. P. D. meum Scottum contra ipſum Fabium relaxati cum ſucceſſivo *Exequatur* conceſſo a R. P. D. meo Priolo, *deveniret*, ſin minus, uti præſefert formula præfati reſcripti, *Cauſam appellationis cognoſceret*. Verum ad hodiernam trutinam appenſis coram Me præcitatis oppoſitionibus, ſtatim erupit omnimoda illarum irrelevantia, proindeque, abſque neceſſitate examinandi ſecundam partem præfati reſcripti, Domini immorati ſunt ſuper prima declarantes ad pluſquam legitimam executionem eſſe deveniendum.

Incontrovertibile namque erat fundamentum, cui non minus ipſum primordiale mandatum, quam ſubſequens *Exequatur* inhærebat, agebatur quippe de fructibus recompenſativis per Doralicem, a qua cauſam Fabius deſumebat, ex promiſſis Julio Cæſari, ſeu potiùs fideicommiſſo purificato ad commodum Sfortiæ, cujus jura repreſentabat Carolus Ignatius Actor in hoc judicio: cumque eadem expromiſſio vallaretur ſolita camerali obligatione, clarum reddebatur, quod ad effectum
1 coercendi, ſeu retardandi illius executionem, exceptiones a Fabio deductæ debebant eſſe limpidiſſimæ, nullamque involventes dubitationem, & indagiuem, ſecundum notiſſima principia, de quibus *Rot. poſt Zaceb. de obligat. Camer. deciſ. 26. num. 2., & deciſ. 42. num. 9. coram Emerix Iun. deciſ. 284., & deciſ. 1056. utrobique num. 1., & in recen. deciſ. 245. num. 9., & deciſ. 632. num. 11. par. 18., & deciſ. 382. num. 2. par. 19.*

Talis autem limpiditatis nullibi apparebant memoratæ novæ oppoſitiones, quæ ſubſtantialiter in præſenti colluctatione reducebantur ad duas; non quidem bene ſubſiſtebat illa fundata in ſpolio jam canonizato per ſententiam favore Fabii pronunciatam tam contra prædictum Julium Cæſarem, quam etiam contra ipſummet Carolum Ignatium: quamobrem illius petitioni pro conſequendis prædictis fructibus recompenſativis hactenus reſiſteret ineluctabilis propoſitio, quod donec, & quouſque
2 integre purgatum extitiſſet idem ſpolium cum reſtitutione quorumcumque fructuum uſque ad obulum, neque ſpoliator nedum obtinere acti-

va

va mandata, prout hic, ſed neque etiam ſim-
pliciter audiri, juxta ſanctionem *Text. in cap.* 1.
& in cap. in literis de reſtit. ſpoliator., & advertit
Card. de Luca de Judic. diſc. 20 *num.* 1., *Mart.
Medic. examinat.* 13. *n.* 27. *&* 86., *& examin.* 56.
num. 3., *Rot. cor. Otthobon. dec.* 104. *n.* 2 : *&* 24.,
dec. 23. *num.* 1. *par.* 14., *deciſ.* 333. *n.* 3. *par.* 15.,
deciſ. 277. *num.* 13. 14. *&* 15. *par.* 16. *recent.*, *&
in Reatina Donationis* 4. *Julii* 1696. §. *Illud enim
in fin.*, *&* §. *Hinc ceſſare, coram R.P.D. meo Priolo.*
Plures etenim, eædemque prævalidæ peni-
tuſve eradicaticativæ tribuebantur objecto huic
reſponſiones, & ſane primo contraponendo mo-
tivum ordinis judicialis ipſi objectioni pariter
innixæ mero ordini Judiciorum dicebatur, quod
ſerotine nimis hujuſmodi clypeus, ſive ſpolii
privilegium fuit a Fabio evaginatum, pen-
dentibus etenim prioribus inſtantiis *coram
RR. PP. DD. meis Scotto & Priolo*, Fabius to-
leravit bis cauſam diſceptari ſuper meritis, vix-
que per modum cumulatæ exceptionis memi-
nit de ſpolio : Unde prorſus enervis remanſerat
rigor enunciati privilegii : nam patiens cauſam
agitari ſuper meritis, illamque differens ſuper
negocio principali, cenſetur implicite, ac ſuf-
3 ficienter hujuſmodi privilegio ſpolii renunciaſ-
ſe, ut ex theorica *Angel. in l. ejus* §. *Si cujus n.* 3.
ff. de appellat. recipien. vel non communiter tra-
dunt *Pariſ. conſ.* 41. *num.* 37. *lib.* 1., *Lancellott. de
attentat. par.* 2. *cap* 4. *limit.* 15. *num.* 14. *& ſeqq.
Rot. cor. Cerro dec.* 184. *n.* 7., *cor. Emerix Jun.
dec.* 1275. *n.* 3. *&* 4. *& recen. dec.* 102. *n.* 1. *par.* 6.
Secundo, quia nullatenus in rei veritate con-
ſtabat, quod hoc judiciale crimen fuerit a Ca-
rolo Ignatio patratum, imo erat reſpectu ipſius
Caroli Ignatii impracticabile, cum de tempore
commiſſi ſpolii per Julium Cæſarem, a quo nul-
lam cauſam deducebat Carolus Ignatius, ipſe
moram traheret in aulico ſervitio extra Pa-
triam *Summario ejuſdem num.* 4., & aliunde nul-
libi oſtendebatur exaratum ab eo fuiſſe aliquod
mandatum, per quod ſpolium a Julio Cæſare
peractum eſſet imputandum Carolo Ignatio ; &
tamen ad effectum incidendi in hoc forenſe de-
4 lictum mandatum requirebatur ſpecialiſſimum,
ut generaliter *Jaſon. in l. ſi Procurator num.* 4. *&
ſeqq. ff. de condict. indebit.*, *Golin. de Procurat.
par.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. *& ſeqq. & num.* 44. *ibique
Carol. Ant. de Luc. num.* 1., *Card. de Luc. de
Judic. diſc.* 6. *num.* 9., *Syrd. deciſ.* 181. *num.* 16.,
& in ſpecie *Dec. conſ.* 125. *num.* 8. *verſ. Confir-
matur*, *Rot. coram Cavaler. dec.* 501. *n.* 4. *&* 5.
coram Ludoviſ. dec. 336. *n.* 9. *&* 10, *& dec.* 525.
num. 2.
Quin proinde mereretur attendi, quod in
ſententia ſpolii canonizatoria, de qua ſupra, fue-
rit ultra Julium Cæſarem condemnatus etiam
idem Carolus Ignatius, quodque tam ante quam
poſt acta facta in eo Judicio illum comprehen-
dant, & nominent, videlicet monitorium præ-
cedens, necnon recurſus habitus ad Signatu-
ram Juſtitiæ, prout latius convicebatur ex *Sum-
mario Fabii num.* 3. 4. & 7. quoniam, demon-
ſtrata ex præmiſſis invincibili negativa poſſibi-
litatis ob defectum pręſentię perſonalis, ac com-
perta omnimoda carentia individui mandati ad
capeſſendam poſſeſſionem Prædii *di Monte Tor-
to* (ſuper quo tantummodo ſpolium cadebat)
actualiter dumtaxat apprehenſam Julio Ceſare,
parum refragabantur pręfata, vel alia quę-
cumque acta judicialia ipſum nuncupantia, alias
namque non daretur caſus, quod acta, & ſen-
tentię ex capite nullitatis infringerentur, quo-
ties latæ ſint contra abſentem non citatum legi-
time, ſi ejuſdem abſentis nomen adhibitum in
5 eiſdem actis, & ſententiis, ſat eſſet pro juſta,
& valida condemnatione, contra diſpoſita per
Text. in cap. cum qui de dol. & contum in 6., *& in
Clement.* 2. *de re judic.*, *& in l.* 1. *verſ. Item cum
ex edicto ff. quæ ſententiæ ſine appellat. reſcindant*,
& notata per gloſ. utrobique Vbert. de citat. cap.
13. *num.* 19., *Ridolphin in prax. Judic. par.* 3.
cap. 2. *num.* 70., *Rot. deciſ.* 288. *num.* 3. *par.* 11.
deciſ. 279. *num.* 25. *&* 26. *part.* 12., *deciſ.* 320.
num. 6. *part.* 15., *& deciſ.* 639. *num.* 3. *par.* 18.
recent.
Imo neque in hiſce terminis ſuffeciſſet Ca-
rolum Ignatium fuiſſe legitime citatum, niſi
aliquis ſpecifico ſuffultus mandato procuræ ejus
nomine comparuiſſet, quia cum tractaretur de
virtuali ratificatione delicti ab eo certo certius
non expleti, ſpecialiſſimum pariter mandatum
requirebatur ad finem comparendi, & defen-
dendi captam poſſeſſionem, ubi namque in-
dividuum, vel ſpeciale mandatum exquiritur
6 in faciendo aliquem actum, ſpeciale pariter, &
individuum deſideratur in illius actus explicita,
vel implicita ratihabitatione ex firmatis per *Ol-
drad. conſ* 330. *num.* 3., *Cravett. conſ.* 160. *n.* 5.
Lancellott. de Attentat. par. 1. *cap.* 1. *num.* 74.,
Rot. deciſ. 525. *per tot. coram ſa. me. Gregor. XV.
& frequenter in aliis.*
Eliſa ex præmiſſis probatione commiſſi ſpo-
lii vigore actorum judicialium, ac ſententię,
ruebant pariter dicta Teſtium, a Fabio allato-
rum, ex quo viderentur aſſerere non minus
Julium Cęſarem, quam Carolum Ignatium col-
legiſſe fructus, ac inſimul poſſediſſe enunciа-
tum Prędium *di Monte Torto* ſpoliative uſurpa-
tum : quapropter ea commiſſio, vel ratificatio
ſpolii, quę non poterat juſtificari per verba,
atque ſcripturas maneret abundantiſſime juſti-
7 ficata per actum facti, quod longe potentius eſt,
quam ipſa verba, ſicuti generaliter probat *Text.
in cap. dilecti* 52. *ibique gloſ. verb. facto de appel-
lat.*, *Roman. conſ.* 291. *num.* 4., *Rot. deciſ.* 247.
num. 18. *coram Ludoviſ.*, *deciſ.* 1360. *num.* 71.
coram Coccin., *deciſ.* 115. *num.* 19. *coram Bich.
deciſ.* 691. *num.* 4. *coram Cerro*, & in ſpecie ra-
tificationis *Magon. deciſ. Florent.* 3. *n.* 17., *Mart.
Medic. deciſ. Senen.* 58. *num.* 37., *Rot. cor. Cerr.
dec.* 355. *n.* 8. *cor. Otthob.*, *et deciſ.* 107. *num.* 7.,
dec. 1103. *n.* 4. *coram Emerix Jun.*, *et deciſ.* 324.
n. 5. *par.* 15. *recent.*

Hu-

Digitized by Google

Hujuſmodi namque Teſtes relati *in Summario Fabii num.6.* in primis generice nimis loquebantur, cum nihil teſtificarentur in individuo de Carolo Ignatio, utpote faciente aliquem ex ſe actum poſſeſſorium, quin potius in cauſa ſcientię, ſignanter ſecundus adhibet illa verba *perche eſſendo al ſervizio del Signor Conte Giulio Ceſare*, abſque nominatione Caroli Ignatii, ſicque pręſuppoſitive Teſtes authumarunt, quod ii fratres poſſidentes forte pro indiviſo reliqua bona, poſſiderent quoque controverſum Prędium, eo ipſo, quod a Julio Ceſare poſſidebantur: probatio
8 autem generica, & in confuſo non admittitur ad verificationem delicti, quale eſt ſpolium *Rot. coram Vbald., dec. 208 in fin. coram Rembold. dec. 72. num. 19. coram Merlin. dec. 604. n. 12., & coram Zarat. dec. 38. num. 17.*

Verum confligebantur ulterius a Teſtibus contrariis preciſe deponentibus, *che il Signor Co. Ignatio Nappi ſuo fratello* (ideſt Julii Cęſaris) *non era padrone di detta poſſeſſione &c.* Cumque iidem Teſtes idcirco deponerent ad excluſionem delicti, & fulcirentur etiam publico Cataſtro, receputis, & ſolutionibus particulari nomine factis a Julio Cæſare *Summario Caroli Ignatii n. 5. cum tribus ſeqq.* Triplex aſſurgebat regula, ſive
9 concluſio deſtructiva probationis Teſtium contrariorum, quemadmodum de prelatione danda Teſtibus magis ſpecifice deponentibus monet *Alex. conſ. 150. ſub nu. 19. lib. 5., Gravett. conſ. 94. num. 3., Farinacc. de teſtib. quæſt. 65. nu. 170. par. 3., Pax Jordan. elucubrat. tom. 3. lib. 14. tit. 18. num. 1323., Rot. coram Ludoviſ. dec. 449.*
10 *num. 8.*, & ad excluſionem delicti *Farinacc. ubi ſupra n. 152. & 153., Pax Jordan. loc. cit. n. 1321. Rot. decif. 51. n. 16. par. 12. recen.*, & quando
11 ſunt aliunde adminiculati *l. ob. carmen §. Si Teſtes* ibi - *Confirmabitque Iudex motum animi ſui ex argumentis ff. de Teſtibus*, & ſequitur *Farinacc. dicta quæſt. 65. n. 129. par. 3., Pax Iordan. dicto tit. 18. num. 1312., Rot. decif. 53. n. 17. par. 13. rec.*

Idque adeo verum, ut ipſemet Fabius in effectu recognoverit hanc veritatem expediendo ab initio mandatum pro purgatione ſpoli adverſus dumtaxat Julium Cæſarem, quantumvis ex poſt pendente hac ipſa lite curaverit aliud novum mandatum expediri etiam contra Carolum Ignatium: quæ ſane nova expeditio tanquam facta lite pendente, parum attenditur, ut proſe-
12 quendo materiam Teſtium, dicitur de iiſdem Teſtibus ſuper inductis lite pendente, annotavit *Rot. decif. 23. n. 3. & decif. 395. num. 9. coram Priol. decif. 319. num. 10. par. 15. decif. 51. n. 3. & decif. 372. num. 9. par. 16. & dec. 273. n. 6. par. 19. rec.*

Tertio tandem hæc objectatio ſpolii ſuffocabatur ab exuberanti, quatenus adfuiſſet, illius purgatione: Prædium quippe *di Monte Torto* extitit jam Fabio reſtitutum, fructuſque refundendi in ſequelam late ſuperabantur a fructibus recompenſativis debitis ab eodem Fabio: poſſeſſo quippe Prædii *di Monte Torto* imbibita prætenſo vitio ſpolii duravit in domo illorum de Nappis per annos duodecim ſcilicet ab anno 1663. uſque ad annum 1675., unde calculando fructus nulliter perceptos ad rigidiorem quoque rationem ſcut. 5. pro centenario, hi præſeferrent ſummam ſcut. 2100. Vice autem verſa fructus recompenſativi per Fabium exolvendi aſcendunt ad ſcut. 3075., & ultra, ut rectius in facto calculanti elucefcit: ac propterea admiſſa etiam, uti dicitur per diſcurſum, hypotheſi controverſi ſpolii, adhuc, & ſubſiſteret relaxatio mandati facta per *R. P. D. meum Scottum*, *& exequatur* conceſſum per *R. P. D. meum Priolum*, & inſimul extinctum, atque purgatum quoblibet ſpolium remanſiſſet fruſtra pe-
13 tente Fabio, quod intus habebat uti reſpondit *Cajus in l. bona fides 58. ff. de regul. Jur. Rot. decif. 329. num. 9. par. 17.* cum aliis *in Faventina Salviani 28. Januarii 1701. §. Manente, coram Me.*

Conflictata igitur pluſquam forte oportuiſſet prima oppoſitione, pari paſſu labebatur ſecunda, quæ deſumebatur ex quodam Cenſu, quem Authores Fabii in ſorte ſcutorum mille una cum fructibus acquiſiverant tranſlative contra Julium Cæſarem ſeniorem, inferens ſubinde Fabius, quod perperam Carolus Ignatius ex perſona Sfortiæ ejus patris, & filii reſpective ejuſdem Julii Cæſaris, intentabat hodiernum Judicium, quando ipſe pariter veluti hæres hæredis Iulii Cæſaris debitoris palam repellebatur ſi non per formalem confuſionem Jurium, & actionum, ſaltem per non diſſimilem exceptionem
14 compenſationis indubitanter intrantis inter credita, & debita hinc inde liquida, & inſtrumentalia ex notiſſimis juribus, de quibus *Aloyſ. Manſ. conſult. 637. nu. 3. Modern. Novarien. de compenſat. cap. 1. quæſt. 10. num. 5. & 6. & cap. 2. quæſt. 3. num. 1., Rot. coram Dunoz. Jun. decif. 863. num. 5., & dec. 370. nu. 1. par. 17. rec.*

Agnitum ſiquidem fuit, neutiquam evinci, quod Sfortia pater Caroli Ignatii induerit unquam veſtem hæreditariam Julii Cæſaris prætenſi debitoris: nam de hujuſmodi qualitate nullum dabatur monumentum ex parte Fabii,
15 & tamen regula ab epiſtola *D. Pauli* deſumpte *ſi filius ergo hæres* procedit tantummodo agente filio, non excipiente *Socein. ſen. conſ. 57. nu. 9. lib. 4., Ridolfin. in prax. Iudiciar. par. 1. cap. 5. num. 26. & ſeqq., Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 4. cap. 1. num. 30., Card. de Luc. de hæred. diſc. 12. num. 9., Paul. Chriſtin., dec. Belgic. 26. num. 7., & decif. 27. num. 3. vol. 4., Magon. dec. Lucen. 62. num. 11., Mart. Medic. examin. 50. num. 2., & decif. Senen. 79. num. 6., Rot. coram Merlin. dec. 857. num. 9., & recen., decif. 273. num. 9. & 10., & dec. 310. n. 5. & ſeqq. par. 17.*

Lucidius autem, quia majus conſtabat de poſitiva, ſeu æquipollenti refutatione, nam Sfortia erga Creditores memorati Julii Cæſaris ſcutum oppoſuit *cauthelæ Angeli* in vim antiqui fideicommiſſi, cumulando ulterius materna jura do-

dotalia, itaut illorum nomine deputato Curatore hæreditati jacenti ipſius Julii Cæſaris, deventum extiterit ad ſucceſſivam expeditionem mandati, cum ſubſequenti etiam executione *Summar. Caroli Ignatii num.* 11.12.13.*&* 14. ex his etenim actibus judicialibus emergere con-
16 trariam probationem, repudiatæ hæreditatis uno ore tradiderunt *Bald. in l. ut debitam* 5.*n.*2. *Cod. de hæreditar. action.*, *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 12. *tit.* 14. *num.* 29., *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 102. *num.* 17., *Rot. decif.* 693. *num* 1 *part.* 18., *& decif.* 68 *num.*1. *& ſub num.* 3. *par.* 19. *recent.*, *in Eugubina bonorum* 2. *Martii* 1682. §. *Et hac poſita coram bo.me. Pauluccio*, *& in Firmana dotis* 17. *Iunii* 1699. §. *Cæterum coram R. P. D. meo Pio*.

Abſque eo quod in oppoſitum prodeſſet adducere, quod ſi forſan ex ſemetipſo directe non foret Sfortia hæres Iulii Cæſaris ſui Patris, attamen effectus fuerit ob univerſalem donationem quam explicite de bonis quoque paternis idem Sfortia recepit ab ejus fratribus, ideoque non eſſet ultra inquirendum, quia nec prædicti fratres poterant donare eadem paterna bona citra præambulam aditionem, & acquiſitionem titu-
17 li hęreditarii ex plene congeſtis per *Soccin. ſen. conſ.* 183. *ſub num.* 1. *verſ. Sed tamen præmiſſis*, *& n.* 2. *vol.* 2. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 692. *num.* 5. *Urceol. de tranſact. quæſt.* 72. *num.* 23. *Rocc. diſput. Jur. ſelectar. cap.* 145. *num.* 6. *Rot. coram Coccin. decif* 1874. *n.* 31. *&* 32. *decif.* 74. *num.* 8. *& decif.* 106. *n.* 6. *par.* 7. *rec.*

Neque Sfortia valebat adipiſci eandem donationem, niſi cum inhærente, & jam infuſa qualitate hæreditaria: & in omnem caſum utpote Donatarius univerſalis prædictorum fratrum jamque præexiſtentium hæredum evaſerat, & ipſe hæres, aut loco hæredis, ex iis, quæ
18 proſequitur *Cardin. de Luc. de donat. diſc.* 45. *num.* 2. *& ſeqq. Rot. decif.* 409. *num.* 7. *coram Peutinger. decif.* 207. *num.* 9. *par.* 6. *dec.* 49. *num.* 20., *& dec.* 109. *num.* 3. *par.* 18. *rec.*

Quoniam palàm evaneſcere viſa eſt hujuſmodi ratiocinatio, ex quo præcedenter prænominati fratres Donatores exuerant una cum ipſo Sfortia Donatario hujuſmodi qualitatem hæreditariam eorum patris mediante uniformi oppoſitione *cauthelæ Angeli*, juriumque dotis maternæ: ſicque dum deinceps, & paulo poſt devenerunt ad præfatam donationem, non erat unquam credibile, quod qualitatem mordicus recuſatam intellexerint, per verba potiùs notariorum, quam Partium, improvide reaſſumere, quando præſertim, & præcedens expreſſio in confuſo inita *quorum hæreditates pro tertia parte tantum ſibi met ipſi provenierint*, & concomitans generica donatio circa bona *paterna*, *materna*, *& avita quæcumque ſibi ipſis obventa*, *& obvenienda &c. cum honoribus*, *& oneribus*, *quibus adſunt ſuppoſita dd. bona*, *& jura donata*, poterant æque bene referri ad deſignandam materialitatem noviſſimæ poſſeſſionis, nundumve organum adapertæ ſucceſſionis in fideicommiſſis antiquis per obitum Julii Cæſaris ultimi gravati detentoris, ſtante præſertim illo
19 verbo *pervenerint*, quod poteſt ſtare iudicative ad manum, in qua per antea manebant bona antiqui fideicommiſſi, & a qua deſcenderint in ipſos fideicommiſſarios donatores, ſicuti videmus in ſtatutis diſponentibus de ſucceſsionibus bonorum paternorum, horum quippe reſpectu conſideratur potius latus, ac deſcenſus, quam immediata origo, & proprietas ad diſpuncta
20 per *Vincentin. de Franch. decif.* 25. *num.* 2. *& decif.* 696. *Modern. Melphicten. ad illum obſervat.* 25. *num.* 2. *& obſervat.* 696. *ſignanter. num.* 19.

Eoque facilius, quia ad demonſtrandum in rei veritate, quod aliud præfati Donatores agere non intellexerint, quam inire donationem penitus univerſalem, unde ſuperius tranſcripta phraſis adſcribenda potius veniat aſſueto formulario Notariorum, quam voluntati partium, paulo ante per judicialem refutationem ſignificatæ, ſatis ſtringunt illa poſteriora verba *cum honoribus*, *& oneribus*, *quibus ad ſunt ſuppoſita dd. bona donata* &c. cum etenim bona, quę a Julio Cęſare defluxerant, ſeu provenerant in filios eſſent procul dubio obnoxia oneri fideicommiſsi, repugnabat opinari, quod voluerint eſſe ſuppoſita ęri alieno, quod in bonis fideicommiſſariis nequit imprimi: Quamobrem cum hęc ad invicem pugnarent pro capeſſenda juſtiori interpręțatione libentius recurrendum erat ad actum certum ſubſecutę jam judicialis repudiationis, quam ad ſonitum ęquivocum verborum ſuapte natura ſemper ob-
21 ſcurum juxta in propoſito animadverſa per *Cyriac. controv. forenſ. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 24. *Gratian. diſcept.* 113. *num.* 67. *Poſth. de manutent. obſervat.* 49. *num.* 4. *Rota in Mediolanen. Prioratus* 11. *Decembris* 1699. §. *Multique caſus verſ. ex quibus coram Reverendiſs. D. meo Decano*, *& in Aretina Beneficii* 21. *Januarii* 1701. §. *Utique coram Me*.

Potiſsime reflectendo ad duritiem theſis, & materię, de qua agebatur, quia dum pręfati fratres Donatores ſolide reſpuerant hęreditatem Patris, aſperum nimis fuiſſet, ſibi ſuadere, quod per actum mere liberalem, & abſque ulla cauſa voluerint non ſolum ſeſe illaqueare vinculo effectivo hæreditario jam abſciſſo, & poſſe, non obſtante jam conſumata donatione vexari in propria perſona, boniſque præter donata acquirendis etiam de propria induſtria, Donator enim eo ipſo, quod donat bona hæredi-
22 taria, fit hæres illius, cujus erant eadem bona donata *Mantic. de conject. ultimarum volunt. lib.* 12. *tit.* 12. *n.* 17. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 101. *num.* 15. *Modern. Neapolitan. de nullitat. rubric.* 1. *ſect.* 5. *quæſt.* 6. *n.* 45. *Rot. coram Emerix Iun. decif.* 600. *num.* 5. *& decif.* 822. *num.* 9. *& in rec. decif.* 290. *n.* 11. *par.* 9. *& decif.* 41. *num.* 4. *par.* 11.

Aſt etiam aſperrimum, quod pariter ſatagen-

gentes actu liberali proſequi germanum fratrem unquam cenſuerint ipſum per gravare debitis paternis etiam ignoratis, & nihilominus abſtractive quoque ab hac conſideratione receptum eſt, quod ad præſeferendam aditionem hæreditatis exiguntur verba, actuſve clariſſimi, cum non ſufficiant quomodolibet æquivoci maxime, ut toties diximus, poſt jam ſa-
23 lubriter expletam judicialem refutationem *Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 2., Cod. de Jure deliber. Cyriac. controv. for. 139. n. 47., Modern. Palm. allegat. 141. num. 4. & ſeqq., Card. de Luc. de hæred. diſc. 12. n. 10., Cenſal. deciſ. 30. num. 10., & 11., Rot. deciſ. 285. num. 15. & 16. & deciſ. 448. num. 6. coram Royas.*

Et ita habentes ſe de reliquo Domini remiſſive quoad alias oppoſitiones ad ſatis diſpuncta in præcedentibus hujus Cauſæ deciſionibus æditis coram *RR. PP. DD. meis Scotto, & Priolo*, opinati ſunt utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSO DE GORIS

Lunæ 12. Junii 1702.

ARGUMENTUM.

Verbum filiorum *naſciturorum* quando præſeferat fideicommiſſum progreſſivum, & perpetuum. Filii in conditione poſiti quo caſu, & quibus circumſtantiis dici poſſint diſpoſitive vocati quoad bona Patris, & an quoad bona Patrui, ſi iſte ſine filiis deſceſſerit in Terminis ſtatutis Urbis.

SUMMARIUM.

1 *Judex ſupplere debet in quo deſunt Advocati.*
2 *S. Rota occupata in tot graviſſimis negociis ſe abſtinet ne dum a reſolutione articulorum, qui ſunt ad cauſam inutiles, ſed etiam a propoſitione, ac diſputatione dubiorum, quæ ſunt ſuperflua.*
3 *Vocatio* naſciturorum *adjuncta cum dictione* pro tempore *ſuapte natura præſefert tractum progreſſivum in infinitum, ſeu quod idem eſt indeterminatum.*
4 *Hujuſmodi tamen vocatio regulariter non inducit æternitatem fideicommiſſi ſed intelligitur active, ac per nudam vulgarem ſubſtitutionem, itaut admiſſo primo gradu eorundem filiorum, qui naſcantur poſt obitum Teſtatoris, fideicommiſſum eſpirat.*
5 *Limita ſi ſuperaccedant dictiones, & verba perpetuitatem denotantia puta* in perpetuum, & in infinitum.
6 *Quo caſu ſub nomine filiorum ab hæredibus inſtitutis* pro tempore naſciturorum *veniunt omnes deſcendentes in infinitum.*
7 *Verbum* familiam *junctis aliis dictionibus perpetuitatem præſeferentibus complectitur quoſcumque deſcendentes.*
8 *In ultimis voluntatibus inſpici ſemper debet mens Teſtatoris, quæ non eſt obligata huic vel alteri formulæ loquendi.*
9 *Probibitio alienationis, & cauſa conſervandi bona in familia quando non famulantur, nec ſint appoſita conſecutive ad prius expreſſum fideicommiſſum.*
10 *Ratio ampliat dictum, & fideicommiſſum intra tamen terminos, & naturam dicti, non vero dictum rationem.*
11 *Reciproca habet in ſe tacitam conditionem quatenus alter decederet ſine filiis.*
12 *Vigore ſtatuti Urbis filii poſiti in conditione cenſentur dipoſitive vocati ad portionem tamen Patris, & non Patrui licet decedentis abſque filiis, niſi appareant in hac parte conjecturæ contemplatæ agnationis.*
13 *Filii in conditione poſiti non cenſentur dipoſitive vocati de jure communi.*
14 *Fideicommiſſum extendi non poteſt ultra caſum, & perſonas antecedenter expreſſas.*
15 *Filii in condit. poſiti etiam cum qualitate legitimitatis non cenſentur vocati dum aliæ conjecturæ non concurrunt, quinimo adſunt in contrarium efficaciores, vel æquales.*
16 *Explicatio, ac gloſſatio facta ab eodemmet Teſtatore prævalet cuicumque Gloſſæ. ac ſubtilitati Doctorum.*
17 *Probibitio non deſinit eſſe perpetua etiamſi reſtricta fuerit ad unicam vitam.*
18 *Fideicommiſſum an ſit cauſa probibitionis, ſeu potius bonorum conſervatio.*
19 *Verbum* mandavit *nihil plus importare poteſt quam verbum* volo, *ſeu* voluit.
20 *Probibitio alienationis ſemper famulatur fideicommiſſo.*

DECISIO CCXLVIII.

Conſultum ut extra daret votum, cum quo procedere deberet *R. P. D. Mareſuſcus* Judex Primordialis in hac cauſa Tribunal reſpondit, *Immiſſionem* ab Angela intentata ex perſona Franciſci illius Patris cum ſuppoſito quod fideicommiſſum a Camillo de Goris ordinatum foret rigoſe maſculinum, ac reciprocum, ideoque purificatum in perſona ejuſdem Franciſci ultimi maſculi abſolute, ac penitus *eſſe denegandam*, jamque plenarie Angela ſi non eidem voto præviis duabus *Deciſ. ſub die 17. Novemb. 1697., & 17. Junii 1698.* prolato per *Reverendiſſ. D. meum Molines Decanum* ſaltem ſucceſſive confirmationi ſtabilitæ *ſub die 9. Martii 1701. coram Me* (a nemine decepto procurata & ſi decreta expeditione ſententiæ) acquieverat, quando neſcitur quo ſpiritu, quave ratione Informantes pro eadem Angela efflagitarunt per *Me* ſubſcribi alterum dubium, *Utrum conſtaret de fideicommiſſo deſcenſivo* ſuper quo revera articulo, veluti inutili *Domini* in præcitata die propoſitionis *9. Maii* 1701. minime fuerant in reſolutione concordes cumque ego potius hujuſmodi ſubſcriptioni renuerem, ex quo ſimilis diſputatio appareret admodum

dum præventivam, & de facto nullus adeſſet contradictor adhuc exiſtimantibus *Dominis*, quos ego fueram ſciſcitatus, poſſe in quandam exuberantiam ſatisfieri ſupplicationi eorum Informantium, hodie idcirco proponente *R.P.D. Muto* loco mei minus propitia valetudine tunc laborantis Dubium ſupradictum illud fuit ex ſolita Juſtitia ad terminos celebris *Rubr. ut quæ deſunt Advocatis Judex ſuppleat* conſtantiſſime reſolutum contra Informantem.

Fundamenta ſiquidem fuere illa eadem, quæ admodum ſimplicis diſcurſus inſinuabantur in præterita *deciſ. 9. Maji ex §. Et quidem uſque ad §. Cæterum*. Quoniam licet *Domini* tunc ſupervacaneum putaverint aſſumere tempus in diſpungendo, an aliquo in teſtamento Camilli extaret fideicommiſſum quod perpetuo deſcenderet in poſteritatem filiorum a ſe ab initio inſtitutorum, cum ſatis ad obtrucandum nodum expoſtulatæ immiſſionis ab Angela foret indubitanter non extare enixe, ac privative contemplatam deſcendentiam maſculinam. In omnem vero caſum non apparere de ulla poſitiva reciprocatione, per quam ipſa Angela filia Franciſci poſſet aſpirare ad univerſa bona Teſtatoris, & ſignanter ad illa remanentia apud ſobolem procreatam a Nepotibus ejuſdem Teſtatoris. Tribunal namque in tot graviſſimis negociis jugiter occupatum abſtinet nedum a reſolutione articulorum qui ſint ad cauſæ momentum inu-
2 tiles, ſed etiam a propoſitione, ac diſputatione dubiorum, quæ noſcantur eſſe ſuperflua, ut pluries dictum fuit, & præſertim in *deciſ. 145. n. 3. coram Emer. Jun., deciſ. 44. num. 6. & ſeq., & dec. 562. num. 4. part. 18., & deciſ. 331. nu. 6. & ſeq. part. 19. rec.*

Neque obſtitit unica reſtaurata ponderatio, quod ſtantibus illis verbis adjectis per Teſtatorē in ratione prohibitiva detractionis, ac cujuſcūque alterius alienationis ut ibi - *Illa enim omnia, ſingula pro conſervatione familiæ in eoſdem ſuos filios illorumque filios pro tempore naſcituros perpetuo conſervari mandavit* clarum appareret, quod non ſolum filii primorum hæredum eſſent vocati, ſed omnes in infinitum deſcendentes ex quo recenſita vocatio *naſciturorum*, & maxime pro *tempore* ſuapte natura tractum præſeferret progreſſivum in infinitum, ſeu quod idem eſt
3 indeterminatum vulgata *l. liberorum ff. de verbor. & rer. ſignificat., de qua Peregrin. conſ. 52. ſub num. 7. verſ. Idſuadente in fin. lib. 3., Rot. deciſ. 426. ſub num. 4. par. 4. div., dec. 21. nu. 26. & ſeq. part. 5., deciſ. 162. ſub num. 1. par. 6. in Reatina fideicommiſſi 22. Martii 1700. §. Verum coram Me, & in Bononien. fideicommiſſi de Doffenis 17. Martii prox. §. Nec dubitari coram R.P.D. Muto.*

Et quamvis hujuſmodi indeterminatæ, ac complexivæ vocationes regulariter non operentur æternitatem, ut ita dicamus fideicommiſſi ſed intelligantur active, ac per nudam vulgarem ſubſtitutionem, itaut admiſſo primo gradu eorumdem filiorum, qui prout hic naſcerentur
4 tur poſt obitum Teſtatoris ipſa ſempiternitas expiret, & fideicommiſſum ſiſtat in primo gradu ex ſæpius canonizata doctrina *Cumani in l. cum ita §. De fideicommiſſo ff. de legat. 2., & in l. Gallus §. Si quidem recte aute num. 8. verſ. Item cum Teſtator ff. de lib., & poſthum. de qua Cyriac. contr. 522. num. 93., Card. de Luc. de fideicomm. diſc. 127. num. 3. & ſeq., Rot. deciſ. 54. num. 1. & ſeq. coram Arguell. num. pr., & deciſ. 143. n. 10. part. 1., & deciſ. 190 num. 8 par. 11. rec.*

Nihilominus, uti replicabant informantes pro Angela, hujuſmodi doctrina limitatur quotieſcumque ſuper accedant verba, ſive dictiones denotantes perpetuitatem, ut *E. G. in perpetuum*, ſeu *in infinitum* ſicut ex mente ejuſ-
5 dem *Cumani* nemine diſcrepante convenerunt relati per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 382. num. 52. & 56., & quæſt. 479. num. 56. & 93., Rodulphin. alleg. 108. num. 4. & 5., & alleg. 109. num. 2.*

Applicando igitur ad rem non deerant iſta verba præſeferentia perpetuitatem cum Teſtator illa literaliter uſurpaverit ut ibi - *perpetuo conſervari mandavit*, quo caſu nedum inſimul caſtigari memoratam doctrinam, ſed & quod nomine filiorum ab hæredibus inſtitutis *pro tempore naſciturorum* veniat omnes deſcendentes in infinitum præciſe firmavit *Rot. cor. Coccin. deciſ. 1162. num. 1. cum quatuor coram Merlin., dec. 460. nu. 15. & 16. & in rec. deciſ. 17. 18. nu. 2. & par. 2., & in Reatina fideicomm. 14. Junii 1697. §. Etenim quicquid, & 28. Aprilis 1698. §. Non prima coram R.P. D. meo Muto. & 12. Junii 1699. §. Et nihilominus coram R.P.D. meo Scotto.*

Potiſſime quia concurrebat alium vocabulum *familiæ*, ut ibi - *pro conſervatione familiæ*, quod ſane verbum *familiæ* juncta præſertim perpetuitate, ſive altero verbo *perpetuo* magis, atque
7 magis amplectitur quoſcumque deſcendentes uſque in infinitum *Caſtrenſ. conſ. 77. nu. 5. lib. 1., & conſ. 401. lib. 2., Peregrin. conſ. 149. num. 14. vol. 5., Mantica de conject. lib. 6. tit. 15. nu. 12., Rot. deciſ. 464. num. 20. coram Gregor. deciſ. 16. num. 11. coram Arguell., & deciſ. 10. num. 1., & ſeq. part. pr. rec., & in Romana, ſeu Firmana fideicomm. de Burattis 20. Junii 1700. §. Data coram R. P. D. meo Priolo.*

Addita (uti ſubdebant iidem Informantes) quod ubi etenim juxta motivata in prædicta præcedente deciſione talia verba non effulgerent appoſita in eſſentialiori parte, ſive viſceribus fideicommiſſi reſtitutorii ſed ſolum veſtirent prohibitionem detractionum, ut ſupra, nec non cujuſcumque alienationis, ac viderentur eſſe dependentia ab eodem fideicommiſſo reſtitutorio non deſcenſivo in infinitum, attamen cum in ultimis voluntatibus introſpiciatur mens, &
8 intentio Teſtatoris, quæ non eſt obligata huic vel alteri formulæ loquendi ad tradita per *Cyriac. contr. 478. num. 18. cum ſeqq., Peregrin. de fideicomm. artic. 11. num. 4. 5. & ſeq., Card. de Luc. pariter de fideic. diſc. 58. num. 2., diſc. 151.*

num. 5., *diſc.* 190. *nu.* 5. *& ſeq.*, *Rot. cor. ſa. me. Alexan. VIII. dec.* 254. *num.* 15. *&* 16.

Hinc proinde cum hujuſmodi verba ſuperius receuſita adjacerent periodo, ſive orationi ſeparatæ, atque regerentur ab illo alio imperativo, ac diſpoſitivo verbo *mandavit*, vel fideicommiſſum efficiebatur abſolutum, & independens, etiam in hac parte prohibitiva, ſeu conſervatoria bono-
9 rum in familia, non obſtante dictione *enim* ad tradita per *Riminald. Jun. conſ.* 482. *num.* 73., *Gratian. diſcept. for. cap.* 828. *num.* 7., *Rodulphin. alleg.* 170. *num.* 11. *&* 17., *Petr. de fideicomm. quæſt.* 6. *num.* 19. 22. *&* 24., *Rot. coram Bich. deciſ.* 129. *num.* 8. *cum tribus ſeq.*, *& coram Cerr. deciſ.* 65. *num. & ſeq.*, *& in recen. deciſ.* 193. *ſub nu.* 6. *verſ. Quod magis part.* 1., *& dec.* 21. *n.* 34. *part.* 5.

Vel quoniam ratio ampliabat dictum, & ſuperexcedebat manifeſtiſſime gradus perſonarum præcedentium expreſſos, neceſſe idcirco erat ut ampliaretur etiam idem fideicommiſſum ad hoc, ut bona ad limites voluntatis ejuſdem Teſtatoris perpetuo conſervarentur in familia ſe-
10 cundum ea, quæ ad rem bene diſtinguendo connotarunt *Cephal. conſ.* 490. *num.* 17. *& ſeq. Peregrin. conſ.* 149. *num.* 14. *vol.* 5., *& de fideic. art.* 14. *num.* 22., *Rot. deciſ.* 10. *num.* 3. *& ſeq. part. pr.*, *& deciſ.* 465. *nu.* 26. *par.* 14. *rec.*

Siquidem ſive ſeorſim, ſive conjunctim *Domini* ponderantes efficaciam hujus objectionis illamque ad Iuſtitiæ ſtateram appendentes, undique adinvenerunt minus habere; nam quatenus concernebat prima ſuppoſitione utique erat veriſsimum, quod illud verbo *naſcituros* poterat eſſe progreſſivum, ac deſcenſivum etiam in infinitum verum hoc opus hic labor erat in facto demonſtrare quod poſſet in hac hypoteſi obtinere hanc latitudinem, verbum quippe *perpetuo* ſuper quo tota moles radicabatur objecti non exiſtebat alligatum cum parte diſpoſitiva vocationis: Unde poſſet perpetuum, & graduale reſultare fideicommiſſum inter deſcentes a primis hæredibus; Teſtator quippe parciſſime ſibi præſcripſerat hæredes ſunt verba præciſa -*Hannibalem Iacobum & Octavium ipſius filios maſculos &c. quibus quidem* (ſunt pariter verba, quæ proſequuntur) *prænominatis ſuis filiis &c. quandocumque decedentibus, ſive filiis legitimis &c. unum alteri invicem ſubſtituit vulgariter pupillariter, & fideicommiſſarium, omnique alio meliori modo &c.* Quapropter cum hic ſiſteret tota vocatio, tota ſubſtitutio, tota præordinatio fideicommiſſi, quis non videt, quod ſolum legebatur ſimpliciſſime reciproca inter ipſos filios primi gradus inſtitutos, ſub ea tamen conditione, etiam de jure ſubintellecta, quatenus eorum alter decederet ſine filiis ex celebri determinatione legis
11 *Cumanus* 102. *ff. de condit. & demonſtrat.* late reaſſumpta *per ruſtic. in eadem lege Modern. Lucen. conſ.* 303. *num.* 21. *&* 22., *Rot. deciſ.* 132. *in princip. par.* 16. *rec. cum aliis in Romana fideicommiſſi* 15. *Aprilis* 1701. §. *Verum*, *& ſeq. coram Me*.

Cumque verſaremur in Teſtamento condito in urbe ad ſtatutum uſque dum reflectendo ibidem filii filiorum tanquam poſiti in conditione poterant cenſeri diſpoſitive vocati ad portionem tamen Patris, & non Patrui licet decedentis abſque filiis, cum in hac parte nullæ apparent conjecturæ contemplatæ agnationis cum ſimilibus, quæ requirantur. Ad hoc, ut ſtante etiam Beneficio ſtatuti filii filiorum inſtitutorum ſuccedant etiam ad portionem Patrui obeuntis ſine filiis, ut ſæpius dixit *Rota* & ſi-
12 gnanter *deciſ.* 258. *n.* 2. 3., *&* 4. *coram Penting. dec.* 119. *n.* 2. *cum tribus ſeq. coram Cerr. dec.* 124. *n.* 3. *cum duobus ſeq. par.* 13., *& in Romana fideicommiſſi* 25. *Iunii* 1694. §. *Parum refragante*; *& ſeq. coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*, *& in Romana Donatum, ſeu fideicommiſſi* 28. *Februarii* 1695. §. *Prout non obſtat*, *&* 9. *Aprilis* 1696. §. *Quandoquidem*, *& ſeq. coram eod.*

Perſpecto itaque vero, & proprio fideicommiſſo reſtitutorio, res carebat omni difficultatem, neque conſtabat de alio fideicommiſſo deſcenſivo, quam a Patre ad filium, ſive prout hic ob Octavio in Franciſcum in bonis tamen ejuſdem Octavii tantum, idque ob auxilium, & Sanctionem ſtatuti, quia alias iidem filii nec
13 eſſent vocati ad bona Patris, ex vulgatiſſima gloſſa *in S. Lucius la* 2. *ff. de hæredibus inſtit.* quam conſtanter ſequitur. *Rot. coram Merlin. dec.* 459. *coram Dur.* 7. *ſeu dec.* 209. *in rec. dec.* 355. *part.* 5. *ubique n.* 1. *in Camarinen. Manut. ſeu Cenſum* 10. *Martii* 1698. §. *Nec pro effectu*, *&* 23. *Iunii ej ſd. anni* §. *Unde pro redit. coram Reverendiſſ. D. meo Molines Dec.*, *&* 20. *Martii ſequentis* §. *Nec Pertia coram R. P. D. meo Pio*.

Truncato primo Capite objectioni, ac detecta fallacia exagerati verbi *Naſcituros*, nec non alterius *perpetuo* facile etiam fuit amputare ſecundum proprie deſumptum a prohibitione detractionum, alteriuſve alienationis latiſſime ſumpto vocabulo, quantum enim pertinebat ad prohibitionem clarum efficlebatur, quod ut fuerat animadverſum in præcedenti *dec. ſub.* §. *Eoq. cum ſeq.* eadem prohibitio ſtaret omnino famulative, & acceſſorie ad fideicommiſſum reſtitutorium antecedenter ordinatum videlicet de uno ad alterum hæredem, quoties eorum alter decederet ſine filiis, poſtquam enim Teſtator tres, ut diximus illius filios maſculos inſtituerat, eoſque reciproce ſub præfata conditione ſubſtituerat deveniendo ad prohibitionem detractionum, & alienationis ſubjunxit *illiſque propterea etiam expreſſe prohibuit quancumque detractionem &c.* Quapropter cum & vigore illius verbi, *illiſque* liqueret de litterali perſonalitate, & relatione, ſeu reſtrictione ad eoſdem filios maſculos inſtitutos, & in vim illius alterius verbi *propterea* præfulgente cauſa prohibitionis, nimirum ratione reciprocæ ſuperius immediate ſancitæ vanum erat præteu-

de-

dere quod fideicommiſſum reſtitutorium extendi poſſet ultra caſum, ac perſonas antecedenter expreſſas, ex jam allegato famigerat *conſ. deciſ.*
14 636. cum reliquis in prædicta deciſione §. *Eoque fortius*, quibus potius in propoſitione adeò certa addi poſſunt ad ornatum *Rot. deciſ.* 481. *n.* 5. *coram Caval.*, *deciſ.* 129. *num. pr. & ſeqq. coram Bich.*, *& in Romana fideicommiſſi* 22. *Martii* 1700. §. *Tantum autem cor. Reverendiſſimo D. meo Decano*.

Quo vero ad rationem ut ita dicamus, rationis contentam ſub illis verbis: *illa enim omnia & ſingula* (ſcilicet bona, de quibus proxime ante loquutus fuerat) *pro conſervatione familiæ in eoſdem ſuos filios pro tempore naſcituros perpetuo conſervari mandavit*, & quis non palpabat, quod fruſtra quærebamus de alia operatione, ſive extentione, quam de ea per Teſtatorem explicata, nimirum, quod cum perſpectis verbis, ſive intelligentia præambuli immediati fideicommiſſi reſtitutorii vix præter expreſſam reciprocam inter primos hæredes injunctam poſſent filii eorumdem hæredum reputari vocati diſpoſitive per præſumptionem inducta a ſtatuto Urbis *in cap.* 141. *lib. pr.* cum hac Idcirco præſumptione a qua etiam tacite, ſive conjecturaliter poterant reſilire *Rot. deciſ.* 255. *coram ſa. me. Alexan. VIII.* libentius maluerit ſeſe conformare, & quod plus erat ad ſummum etiam inter filios hæredum repetere reciprocam inter primos demandatam, ideoque abſonum erat ex hac ratione unionis plus extorquere, quam importaret extenſio jam facta ab eodemmet Teſtatore, cujus explicatio, ac gloſſatio præ-
16 valet cuicumque gloſſæ, ac ſubtilitati Doctorum, ut inquit *Surd. conſ.* 294. *num.* 15. *vol.* 2. *Soccin. Sen. conſ.* 102. *vol.* 3., *Redenaſc. conſ.* 57. *num.* 34. *&* 35., *Cuſanat. conſ.* 15. *num.* 7., *& conſ.* 47. *num.* 63.. *Fontanell. de pact. nupt. Clauſ.* 4. *gloſ.* 25. *num.* 36.

In nihilo refragante præcitato verbo *pro tempore naſcituros* cum etenim hoſce filios poſuerit in conditione proindeque illi forent incerti, & ad ſummum naſcituri alio eos vocabulo compellare non poterat, & circa verbum *perpetuo* jam diximus quod non erat adjectum ad filios naſcituros, ſed ad ipſam prohibitionem, quæ non deſinit eſſe perpetua etiam ſi fuerit reſtricta ad unicam vitam, nedum ad tot perſonas, binaſ-
17 que generationes, ut in præſenti fœcundum exempla de quibus apud *Rolan. conſ.* 84. *nu.* 11. *lib. pr.*, *Surd. conſ.* 123. *num.* 14. 15. *lib.* 1., *Menoch. conſ.* 706. *nu.* 27. *lib.* 8., *Fuſar. conſ.* 4. *n.* 56. *& de ſubſtitut. qu.* 351. *num.* 26.. *Rot. deciſ.* 300. *num.* 28. *parte pr. recent.*, *deciſ.* 669. *num.* 18. *coram Merlin. & dec.* 1180. *n.* 11. *coram Emerix Jun.*

Neque propterea intrare oportebat Pelagum quæſtionis, an & quando ſit præferenda, ſive attendenda magis ratio, quam dictum, adeout juxta *conſilium Surd.* 67. *num.* 43. veniat per-
18 ſcrutandum an fideicommiſſum ſit cauſa prohibitionis, vel potius conſervatio bonorum, illiuſque ratio ſit cauſa, tam fideicommiſſi, quam prohibitionis, unde inſpici debeat cauſa majus quam cauſatum non ſolum quippe authoritates omnes, quæ allegabantur, ac poterant allegari percutiebant terminos agnationis expreſſe in ratione prohibitionis, quando jam definitum fuerat, nec adeſſe fideicommiſſum rigoroſe maſculinum, ipſaque Angela eidem definitioni acquieverat, ſed etiam, quia ipſemet Teſtator plenius explicando fimbrias ſuæ diſpoſitionis ſatis ut præmittimus explanarunt quid ſub nomine *familiæ* quid ſub dictione *perpetuo* intellexerit, & tandem quoad efficaciam directivam verbi *mandavit*, illa ſane non poterat plus
19 importare quam verbum *volo*, ſeu *voluit*, & nihilominus omnes conveniunt, quod ceſſantibus fortioribus demonſtrationibus, tam prohibitio, quam ratio præambula ſemper famuletur fideicommiſſo, uti videre eſt ferme uſque ad nauſeam, ſive ſatietatem excumulatis in *deciſ. Lucen.* 194. *num.* 28. *&* 29. *inter noviſſime recolle-*
20 *ctas per Pal. Nep.*, in qua ſuper hac fraternizante phraſe, *quia voluit bona per fideicommiſſum ſemper remanere in familia in perpetuum cum Card. de Luc.*, ac pluribus ſacri noſtri Auditorii deciſionibus laborioſe, & nonniſi diſerte firmata prius regula non enunciata enucleantur illi tres caſus ad noſtrum propoſitum penitùs extranei in quibus amplitudo rationis poſſit inducere fideicommiſſum de per ſe, vel illud extendere, aut declarare.

Et ita contra Angelam Informantem ex Connaturali juſtitia, propr. ove officio *Domini* reſponderunt &c.

MELEVITANA BENEFICII.

Lunæ 19. *Junii* 1702.

ARGUMENTUM.

Fusè diſputatur an Gratia a ſupremo Pontifice conceſſa *in forma dignum* ſit conditionalis, & reſolvitur quod dicta Gratia non efficiat collationem conditionalem & gratiam imperfectam quando liquet Gratiam ex poſt fuiſſe juſtificatam, aut eam fuiſſe juſtificabilem, niſi mors præſentantis, vel reſignantis intermedie contigiſſet. Et quid de alia Gratia in *forma gratioſa* conceſſa & quando Summus Pontifex illam concedere ſolet.

SUMMARIUM.

1 *Deſertio appellationis non intrat ſi acta tranſportata ſint tempore præfixo etiam poſt biennium.*
2 *Fatalia niſi fuerint prorogata cauſa deſeritur per lapſum biennii, & inducitur res judicata.*
3 *Actis non tranſportatis inſtante lapſu biennii obtinetur committi eidem Judici ad quem ut præfixo brevi termino ad tranſportandum acta, eoque elapſo, & illis non traſportatis integris ſuam moderetur inhibitionem.*

4 *Commiſſionis limites Judices delegati religioſe cuſtodire debent.*

5 *S. Rota Romana non exequitur ſententias aliorum Tribunalium, quamvis in judicatum tranſactas, niſi conſtito de illarum validitate, & juſtitia.*

6 *Ius præſentandi non competit beneficio pleno, ac non aperta nova vacatione.*

7 *Alias præſentatio ſaperet odibilem expectativam ab omni Jure, & præſertim a ſac. Conc. Trid. abolitam, ac deteſtatam.*

8 *Senioritas volita à Fundatore, & concurrens in ſucceſſore Juris præſentandi illum efficit legitimum ſucceſſorem.*

9 *Beneficium ſi vacat poteſt Patronus laicus canonice variare, ac divertere in aliam Perſonam.*

10 *Vacatio Beneficii inducitur tam per deceſſum, quam per ceſſum poſſeſſoris, vel alias canonice proviſi.*

11 *Gratia de jure cenſetur eſſe perfecta per ſolam Signaturam, & inductiva vacationis de novo ſortiendæ in Perſona gratificati, abſque eo quod neceſſaria ſit formalis executio, & actualis appræhenſio.*

12 *Potiſſime ſi deventum fuerat ad effectivam literarum Apoſtolicarum expeditionem, qua ſtante nulla cadit amaritudo ſuper gratia perfecta vel imperfecta, nec non conſumptione veteris vacationis.*

13 *Id tamen procedit ſi ſignata fuerit ſupplicatio in forma* gratioſa, *quæ nullam expectat ulteriorem verificationem.*

14 *Vacatio non dicitur conſumpta per mandatum de ſubrogando, ſeu gratiam in* formam dignum *ante illius executionem.*

15 *Præcipue ſi reperiatur adjecta clauſula* verificato prius Jurepatronatus, *quę plene excludit conſumptionem vacationis.*

16 *Gratia in forma dignum ante illius executionem non ſuffragatur ad effectum excludendi, vel impediendi proviſum ab Ordinario.*

17 *Beneficium non poteſt alteri conferri nec dicitur vacare donec Gratia a Pontifice conceſſa juſtificari poteſt.*

18 *Gratia conceſſa* in forma dignum *an, & quando dicatur conditionalis.*

19 *Gratia, ſeu diſpenſatio facta in* forma dignum *veris exiſtentibus narratis efficitur perfectiſſima a principio.*

20 *Papa quomodo ſoleat providere de Beneficiis, & quæ gratia pro illis concedit.*

21 *Idoneitas reſpectu unius Beneficii ſuffragantur etiam quoad aliud.*

22 *In valoris probatione detrahuntur expenſæ pro manutentione Eccleſiæ.*

23 *Explicatur* deciſ. 367. cor. Duhozzett. Jun.

24 *Jurispat. exiſtentia abſque alia juſtificatione probatur ex literis Apoſtolicis ſuper illius approbatione, & reſervatione, quando uterque ex collitigantibus venit ex eodem Jurepatronatus.*

25 *Gratia in forma* dignum *non efficit collationem conditionalem, & gratiam imperfectam, quando gratia ex poſt fuit juſtificata, ubi de communi.*

26 *Differentiæ ratio ubi nulla intercedit, idem Jus emergere debet.*

27 *Regula quod potui volui &c. procedit etiam in linea Beneficiali.*

28 *Ceſſio Beneficii ſolemniter fieri debet in manibus ipſius Pontificis vel ſaltem alterius ſuperioris inſtituere, & deſtituere debentis.*

DECISIO CCXLIX.

AD normam celebris *cap. per veſtras*, & ut alii legunt *per noſtras de Jurepatronatus*. Supplicaverat Juſtus Sanctiſſimo, ut ipſi veluti unico tunc temporis Patrono conferre dignaretur beneficium a Gratia pia Teſtatrice ſub nuncupatione *Deiparæ Gratiarum* erectum jamque ſignatis per eumdem Sanctiſſimum illius precibus *ſub die 7. Decembris anni* 1698., paulo deinceps, & non adhuc Pontificia collatione executioni demandata, cœpit Juſtus magna infirmitate teneri, verenſque propterea Beneficij inſimul non gaviſi, ipſiuſque vitæ ſentire jacturam; facto hoc pœnitus diſſimulato, Marcellum ejus fratrem non ſine ſtudio præſentavit; infælici tamen eventu, quoniam cum ferme immediate fato conceſſerit, Conſtantia ob illius obitum effecta Patrona Fabritium exhibuit Ordinario, qui ipſum Fabritium præferendum eſſe Marcello per ſententiam definiens, anſam prębuit, ut ab hujuſmodi Judicato appellante quidem Marcello, ſed intra legitima tempora appellationem proſequi deſiſtente diſcuſſioni Dominorum hodie proponerem dubium biceps, & alternans ſcilicet *An conſtaret de re judicata, ſive potius cui foret danda Inſtitutio? & conſtare de re judicata* Domini firmiter tenuerunt.

Quin in ratione ordinis eoſdem Dominos à reſolutione retraheret ponderatio, quod jam ex parte Marcelli infra terminum illi ad tranſportandum acta præfixum, fuerint in effectu acta præcedentis inſtantiæ tranſportata, qua propter dici nequeat rigoroſe incurſa res judicata, in tantum quippe ſolet Judex ad quem ad ſuæ inhibitionis in vim appellationis conceſſæ moderationem, ſeu revocationem devenire, in quantum provocans oſcitanter ſinat labi terminum præfinitum, non vero quoties, prout hic, intra ejuſdem termini pendentiam Acta tranſportando purget con-
1 tumaciam juxta praxim, de qua *Ridolphin. in praxi Judiciar. par. prima cap. 13. num. 98. & num. 640. cum duobus ſeq., Card. de Luc. de Judic. diſc. 37. ſub num. 28. verſ. iſtaque præfinitio termini, Rota deciſ. 82. num. 11. par. 10., & deciſ. 124. num. 11. par. 17. recent.*

Etenim pro ſufficienti reſponſione perſpectum fuit ſupradictam praxim egregie procedere quando ſucceſſive diſpuncta relevantia eorumdem actorum tranſportatorum evin-

catur

catur juſtitia appellantis, tunc iquidem abſque
alio miniſterio reſtitutionis in integrum præ-
fatus Judex ad quem, valet, & debet pro-
nunciare in via ordinaria ſuper infirmatione
vel confirmatione ſententiæ antecedentis, ex
quo per appellantem congrue extiterint in
termino ſibi aſſignato hujuſmodi acta tranſ-
portata; ſed quando deguſtata ipſorum Acto-
rum importantia liquet e converſo apud Judi-
cem ad quem, de in juſtitia ejuſdem appella-
tionis, tenetur appellans per canonizationem
rei judicatæ luere pœnam præcedentis ſuæ
contumaciæ ob non factam tranſportationem
2 eorumdem Actorum intra biennium pro im-
pediendo tranſitu in prædictam rem judica-
tam ab juris, & praxis determinatione ſan-
citum, ut conſtat ex *cap. cum ſit Romana de ap-
pellat. Vbert. de cit. cap.* 10. *num.* 430. *Card. de
Luc. de Judic. diſc.* 37. *num.* 23., *Rot. dec.* 226.
num. 2. *par.* 19. *rec.*, *& in Calaguritana Pontifi-
calium* 16. *Novembris* 1696. §. *Res quidem judi-
cata coram bo. me. Vrſino, & in Auximana Ju-
riſpatronatus* 27. *Junii* 1701. §. *Rationem co-
ram me.*

Hocque palam fiebat etiam ad tenorem
ejuſdem formulæ commiſſionis, quam nun-
cupant *præfixionis termini*, de qua non ſolum
in *præſenti Summario Fabritii num.* 8., ſed etiam
conſtat apud *Ridolphin. in praxi Judic. par.* 1.
cap. 13. *num.* 91., duas etenim partes memo-
rata præſefert commiſſio, una nimirum, quod
e lapſo termino noviter præfixo, *& actis non
tranſportatis ſuam* (videlicet Judex ad quem)
moderetur inhibitionem; Secundum ea, quæ
3 adamuſſim ſupra tetigimus in objecto, & a
contrario annotavere *Marcheſan. de commiſſ.
par.* 2. *tit. de commiſſ. ſuper deſert. Cauſ.* §. 1.
num. 21., *Ridolphin. loco ſuperius allegato num.* 642.
Modern. ad Stat. Vrb. lib. 1. *annot.* 11. *art.* 2.
num. 267., *Rot. dec.* 48. *num.* 4. poſt *Scacc. de
appellat. & deciſ.* 672. *num.* 2. *par.* 18. *rec.*

Et altera, quod actis tranſportatis adjun-
cto alio termino ad docendum *de appellatione*
(ſunt verba præciſa) *ejuſque legitima proſecu-
tione, & de cauſis reſtitutionis in integrum, quo
elapſo, & nihil quod relevet docto conſtito de re ju-
dicata expenſas &c. taxet, & moderetur*; Quam-
obrem cum ex infra recenſendis, nihil reve-
ra in bono Jure doctum, ſeu demonſtratum
fuerit pro parte Marcelli, quod poſſet influere
ad infractionem prioris ſententiæ, quæ pro-
pter lapſum fatalium, ſive biennii ſine tranſ-
portatione Actorum ſuapte natura tranſiverat
in rem judicatam, Judex ad quem in his ter-
minis nihil aliud agere habebat, quam ſuo
loco, & tempore ad moderationem non am-
plius ſuæ inhibitionis, ut in priori parte, ſed
ad moderationem, & taxationem expenſa-
4 rum litis jam extinctæ devenire ita parendo
commiſſioni cujus limites ſemper Iudices de-
legati religioſe cuſtodire compelluntur *Felin.
in cap. cum dilecta num.* 6. *verſ. geſta contra for-
mam de reſcript.*, *Sard. conſ.* 334. *num.* 6. *Vant.
de nullit. ex defect. Juriſdict. num.* 91., *Manſ.
conſuet.* 4. *num.*, *Gratian. diſcept.* 245. *num.* 4. *&
deciſ. Rot. March.* 44. *num.* 1.

Fortius quia præſcindendo etiam a litterali
præſcripto commiſſionis Principis, idipſum de
jure paſſim decernitur; nam quoties præter-
lapſa noſcuntur juridica, vel ſtaturaria fatalia
ad appellandum, ipſamque appellationem le-
gitime proſequendam, ſi antequam laceſſitus
Judex appellationis cognoſcat, & declaret eam-
dem appellationem remanſiſſe deſertam, ab
appellante afferatur proceſſus præteritæ inſtan-
tiæ, atque ex illius perſcrutatione præfulgeat
recte fuiſſe judicatum, nullatenus ceſſat effica-
cia rei judicatæ canonice jam efformatæ per
defluxum eorumdem fatalium, quidquid dicen-
dum foret, quando ex hujuſmodi Actis appa-
5 reret de injuſtitia præcedentis Judicati, ex quo
ſententia injuſta nunquam tranſit in judicatum
uti diſtinguendo optime adverterunt *Vrſillus
ad Afflict. deciſ.* 79. *ſub n.* 2., *idem Afflict.
dec.* 143. *ſub n.* 4. *verſ. tertio per tot. uſq; in fin.*
Rot. dec. 399. *n.* 8. *&* 9. *par.* 4. *to.* 2. *dec.* 82.
n. 12. *par.* 12. *dec.* 131. *num.* 7. *par.* 19. *rec. &
in Camerinen. Cenſus* 25. *Junii* 1696. §. *Neque
etiam coram Reverendiſſ. D. meo Decano*, & la-
tius *in Auximana Iuriſpatronatus* 27. *Iunii* 1701.
§. *At quando coram me.*

Quod autem undique eniteret injuſtitia ap-
pellationis aperte reſultabat ex eo, quod cum
Juſtus anhelans ſibi conferri beneficium contro-
verſum, eoque tempore vacans per mortem
nominatorum ab ipſa Teſtatrice reportaverit
ad limites præcitati *Text, in cap. per veſtras de
Jurepatr.* admitti ſuas ſupplicationes a Papa
omnium Ordinariorum Ordinario, non pote-
rat in conſequentiam vigore ſui activi Juriſpræ-
ſentandi deinceps, & ſucceſſive amplius præ-
ſentare Marcellum; Jus etenim præſentandi
non convenit beneficio pleno, ac non aperta
nova vacatione, alias præſentatio ſaperet odi-
bilem expectativam ab omni jure, & præſer-
6 tim a Sac. Concilio Tridentino abolitam, & de-
teſtatam, ſicut in propoſito primæ concluſio-
nis: *Textus eſt clarus in cap.* 2. *& cap. ex teno-
re* 13. *de conceſſ. Præbend. Lambertin. de Iure-
patr. lib.* 2. *par.* 1. *q.* 6. *art.* 1. *n.* 3. *& art.* 19.
n. 1. *Vivian. de Iurepatr. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 203.
& ſeq., & circa ſecundam pariter diſponit
S. Concil. Trident. ſeſſ. 24. *cap.* 19. *de refor-
mat.* ibique notat *Barboſ. Lotter. de re benefic.
lib.* 1. *in apparat. nu.* 16. *Gonzalez. ad regul.* 8.
Cancell. §. 1. *proœm. num.* 57. *cum ſeq. Rot. de-
ciſ.* 845. *num.* 1. *& dec.* 855. *n.* 4. *& ſeq. coram
Merlino, dec.* 374. *n.* 8. *par.* 9. *& dec.* 18. *n.* 2.
& ſeq. par. 12. *rec.*

Vice vero verſa, cum idem Juſtus poſt ſi-
gnatam, ut diximus, ad ſui favorem Pontifi-
ciam collationem occubuerit, utique Conſtan-
tia valuit præſentare Fabritium, cum jam fo-
ret ſucceditrix indubitata in præfato activo Ju-
re

repræſentandi poſt mortem ejuſdem Juſti Patro-
ni, inſimul, ac beneficiati; Teſtatrix enim
non curata diſtinctione ſexus ſemper Juſpræ-
ſentandi reliquerat ævo ſeniori in qualibet fa-
milia a ſe vocata exiſtenti, quæ ſane qualitas
ſenioritatis dubio procul concurrens in Con-
ſtantia, illam efficiebat legitimam ſucceditri-
8 cem ex connotatis in ſpecie hujus ſaltuariæ vo-
cationis apud *Malvaſ. conſ. 22. num. 32. Surd.
conſ. 455. n. 13. Bellon. Iun. conſ. 11. in princip.*
cum aliis per *Torri de Primogenit. Ital. lib. 1.
cap. 6. n. 18. & ſeq. Rot. deciſ. 66. n. 2. par. 14.
rec., & in Faventina Primogenituræ 11. Mar-
tii 1701. §. 2. & paſſim coram me.*

Neque obeſſe viſum eſt, quod Juſtus in effe-
ctu minime conſumpſerit vacationem, & im-
pleverit beneficium, dum collatio præceden-
ter ejus nomine Romæ reportata, non fuerat
juridice executioni demandata, quapropter,
aut beneficium adhuc reputari deberet vacans,
9 unde re integra potuerit Juſtus tamquam Patro-
nus laicus canonice variare, & divertere in
perſonam Marcelli ſecundum affirmata per
*Pariſ. de reſignat. lib. 2. q. 23. n. 13. Ugolin.
de poteſt. Epiſc. cap. 51. n. 5., Garz. de benef.
par. 5. cap. 9. n. 211. & ſeqq., Barboſ. de offic. &
poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 72. n. 151., Vivian.
de Jurepatr. lib. 10. cap. 1. n. 1., Card. de Luc.
de benef. diſ. 92. n. 27. & de Jurepatr. diſc. 17. n. 10.
& diſc. 59., Ad idem ad Buratt. dec. 942. n. 7. & 8.*

Aut ſaltem minime remaneret impeditus
expreſſe, vel implicite huic tali, quali Juri
proprio; gratiæque obtentæ renunciare, lo-
cumve aperire novæ vacationi, quæ indubita-
biliter ſuccedit tam per deceſſum, quam per
ceſſum poſſeſſoris, vel alias canonice proviſi,
ut habetur *in cap. ſi tibi abſenti de Præbend.
in 6. ibique Barboſ. n. 9. & ſeqq. Oldrad. conſ. 57.
per tot. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 58. num. 11.
Gonzal. ad Regal. 8. Cancell. gloſſ. 15. §. 2. n. 6.
& 7., Card. de Luc. de Jurepatr. diſ. 43. num. 9.,
Rot. deciſ. 8. de Jurepatr. in nov.*

Siquidem reſpectu primæ objectionis gratis
ſupponebatur, quod ſignata jam per Sanctiſſi-
mum ſupplicatione Juſti, ante illius executio-
nem, & appræhenſam ab eodem Juſto poſſeſſio-
nem beneficii, non foret jam ſubſequta ſupe-
rabundans proviſio, & repletio præcedentis va-
cationis: per ſolam quippe Signaturam, gra-
tia de jure cenſetur eſſe perfecta, & inductiva
vacationis de novo ſortiendæ in perſona grati-
ficati, abſque eo quod neceſſaria ſint formalis
11 executio, & actualis appræhenſio poſſeſſionis
teſte *Kocchier. ad regul. 25. de non judicand.
n. 27.* cum aliis per *Amayden. de Styl. Datar.
lib. 1. cap. 32. n. 26. Thom. de Roſ. de Executor.
Litterar. Apoſtolic. par. 1. cap. 5. n. 201. verſ.
ſed quod ſola &c.*

Validius autem, quia nedum præcedenter
manſerat jam ſignata Juſti ſupplicatio, ipſeque
Juſtus fuerat certior effectus gratiæ reportatæ
uſque ſub die 22. Novembris 1698. *Summ. Fa-
britii n. 10.* Sed & deventum fuerat ſub memo-
rata die 7. Decembris ad effectivam litterarum
Apoſtolicarum expeditionem, qua ſtante nul-
12 la cadit amaritudo ſuper gratia perfecta, vel
imperfecta, nec non conſumptione vetaris va-
cationis, ut proſequitur *Pariſ. de reſignat. lib. 2.
q. 24. n. 6. Pyrr. Corrad. in prax. diſpenſat. lib. 2.
cap. 3. n. 39. Rot. dec. 324. n. 26. coram Durano,
dec. 161. n. 9., coram Card. Celſo, dec. 465.
n. 12. & 13. coram Peutinger. deciſ. 498. n. 1.
& dec. 573. num. 2. par. 2., & deciſ. 270. n. 3.
& 4. par. 17. rec.*

Nullatenus ſubſidium refragante, quod iſta
procederent quotieſcumque ſive ſupplicatio ſi-
gnata, ſive litteræ deſuper expeditæ ſonarent in
forma, quæ compellatur *gratioſa*, non expe-
ctante poſt ſe ullam ulteriorem verificationem,
ſed ſimplicem, & meram executionem, cum
materiali appræhenſione poſſeſſionis, quo caſu
13 gratia profecto ab ipſo momento, vel Signa-
turæ, vel expeditionis perfectiſſima exiſtit ad
tradita per *Garz. de benefic. par. 4. cap. 2. n. 10.
& 11. Thom. de Roſ. de Execut. Litterar. Apo-
ſtolic. par. 1. cap. 1. n. 57. in fin. & cap. 13. n. 4.,
Rot. dec. 356. n. 15. par. 1. dec. 333. nu. 13.
par. 4. tom. 2. & dec. 140. n. 14. par. 10. recent.*

Secus vero, dum ad præſens tam ſuppli-
catio, quam eædem litteræ conceptæ lege-
bantur ſub altera penitus diverſa formula,
quæ dicitur *dignum* cum pluribus narrativis,
& aſſertionibus in ordine ad valorem expreſ-
ſum in ducatis auri ſeptuaginta, & circa exi-
ſtentiam Iuriſpatronatus verificandis, & juſti-
ficandis coram Executore, in his terminis
procul dubio effecto mixto. Quamobrem non
14 ſequta verificatione expoſitorum, & interlo-
qutoria ſaltem declaratione ejuſdem exequtoris
gratia prorſus remanet imperfecta ut loquentes
de proviſione in *dignum* generaliter monuerunt
lati per *Garz. de Benef. par. 6. cap. 2. na. 31., Corrad.
in prax. diſpenſat. lib. 7. cap. 6. num. 26., Thom. de
Roſ. de execut. litter. Apoſt. par. 1. cap. 5. num.
199., Lotter. de re benefic. lib. 3. q. 8. num. 135.
Rot. dec. 288. num. 3. coram Card. Celſo, dec. 283.
num. 2. coram Carillo, & dec. 73. num. 1. 2. & 3.
15 par. 19. rec.*, & in ſpecie Clauſulæ prout hic
adjectæ *verificato prius Jurepatronatus* plene ad
excluſionem perfectæ conſumptionis vacatio-
nis reſpondit *Rot. dec. 367. num. 22. & ſeq. &
rurſus num. 29. & ſeq. ubi ſup. num. 35. & ſeq.*
conſtat ulterius, quod in eo caſu præceſſerat
etiam ſententia declaratoria Juriſpatronatus
coram Dunozet. Jun.

Labi quippe pariformiter compertum eſt
ſubſidiariam, & ſubalternantem hanc replica-
tionem, licet namque conſiderabile exiſtat
diſcrimen inter litteras expeditas in forma
gratioſa, & in forma *dignum*, & verum om-
nino ſit, quod gratia concepta ſub hac ſecun-
da formula *dignum* omnimodam præſeferat
conditionem, ejuſdemque gratiæ pendulam
ſuſpenſionem importet, in primis tamen hæc

ipſa

ipſa objectatio jugulabat Jura Marcelli ab ju-
ſto vita fungente præſentati quoniam præciſi-
ve a ſecunda parte, de qua ſupra, ipſius prin-
cipalis objectationis circa implicitam, vel
expreſſam renunciationem ejuſdem Iuſti, neu-
tiquam poterat idem juſtus eadem conditione
adhuc pendula devenire, ad præſentationem
Marcelli, neque pariter valebat idem Mar-
cellus aliquod jus adipiſci a non habente tunc
poteſtatem ullam præſentandi, quidquid nam-
que ſit in ordine ad tertium *exempli gratia* Or-
16 dinarii, cujus Ius interim non poteſt impe-
diri per hujuſmodi gratiam, antequam illa
executioni demandatur, ut poſt *Rot. in Cala-
gur̃itana Beneficii* 30. *Jan.* 1606. *cor. Marcomon-
tio* innuere videtur *eadem Rot. d. deciſ.* 367. *num.*
27., *&* 28. *coram Dunoz. Jun.*

Sane, quod valuerit Juſtus pendente eadem
conditione, & gratia a ſe petita, atque ſi-
gnata geminatim diſponere in ſupplantationem
quodammodo Principis ſupplicati de ſuo Jure
preſentandi, repugnat omni convenientiæ
Juriſque principiis, ſecundum ea, quæ in ter-
minis ſupplicationis factæ Summo Pontifici
17 differuntur penes *Amaii d. de ſtyl. Datar. lib.* 1.
cap. 32. *num.* 13. *verſ. notandum etiam &c.* & in
ſpecie Apoſtolicæ Collationis exaratæ in forma
dignum originalis, *eſt deciſio in Burgen. Canonicatus*
28. *Aprilis* 1597. *cor. Pamphilio ſen. impreſſ. apud
Marcheſan. de commiſſ. par. prima fol.* 142. quam
paſſim ſequi Rotam teſtatur eadem *Rot. coram
Buratt. deciſ.* 867. *num.* 6. *aliiſque ſuper allatis
in deciſ.* 122. *num.* 2. *parte* 10. *recent.*

Cæterum res vacabat omni hæſitatione:
præſcindendo etenim a memorata *deciſione Du-
nozetti Jun.* opinio magis communiter rece-
pta ſibi uſurpavit, quod quamvis Apoſtolica
collatio concepta fuerit in forma *dignum* po-
tius formula hæc includat conditionem reſo-
lutivam, & modalem, quam ſuſpenſivam, ac
nullatenus præpediat, quominus gratia foret
ab initio pura, & perfecta, quando narrati-
18 væ ex poſt, certo certius exiſtunt verifica-
biles, ita ut ſubſequens juſtificatio ſolummo-
do pandat, & aperiat quod intus latebat, quem-
admodum videre eſt apud *Card. de Luc. de Be-
nefic. diſc.* 15. *num.* 13. *in fin. Rot. deciſ.* 283. *num.*
3. *coram Carillo dec.* 122. *num.* 19., *& ſeq. par.*
10. *deciſ.* 156. *num.* 4., *&* 5. *par.* 12. *cum innu-
meris adductis in deciſ.* 116. *num.* 12., *& deciſ.*
167. *num.* 3. *par.* 17. *recen.*

Idque eſt adeo verum, ut altius reaſſum-
pta materia in *Melphicten. Cappellaniæ* 7. *Junii*
1700. *ex §. Deſperantes ferme, uſque ad finem co-
ram me* Rota cenſuerit, quod licet mandatum
de diſpenſando contentum ſub gratia conce-
pta in forma *dignum* differat ab ipſa diſpen-
ſatione, ſicuti differt mandatum de provi-
dendo interclusum in Pontificia proviſione,
ſeu collatione, nihilominus, quod diſpenſatus
ab incurſa irregularitate propter homicidium
ſub eadem formula *dignum*, imo, & clauſu-
la executori directa *conſtito tibi de narratis* va-
lide omnino potuiſſet, ac debuiſſet præſenta-
ri ad beneficium, non obſtante ſupervento
Jure alterius præſentati, quoniam veris exiſten-
tibus iiſdem narratis, gratia, & diſpenſatio
efficiebatur perfectiſsima a principio, utpote
quia nequibat Delegatus, ſive Executor non
19 providere, etiam non diſpenſare ex firma-
tis *per Rodericum quæſt. Regular. to.* 2. *quæſt.* 46.
art. 7. *Guttierez. de Matrimonio cap.* 125. *num.*
21. *Capon. diſcept.* 116. *num.* 25. *cum duobus
ſeqq. Modernus de Juſtis de diſpenſat. Matrimon.
lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 505. *cum aliis in d. Melphicten.
Cappellania* 17. *Junii* 1699. *§. Gratia autem cum
ſeq. coram R. P. D. meo Muto, & in dicta confir-
matoria edita* 7. *Jun.* 1700. *§. Ad hoc itaque co-
ram Me.*

Reflectendo præſertim, quod alias nuſquam
daretur caſus, quod Proviſio concepta in for-
ma *dignum* pareret affectionem, ſemperque
remaneret inefficax, & poſſet medio tempo-
re contemni per quemcumque inferiorem, ra-
ro quippe contingit, quod innoteſcentibus
Papæ perſonarum, ac rerum circumſtatiis, ip-
ſe provideat in forma *gratioſa* plerumque ete-
nim, ad evitandas injuſtas beneficiorum au-
cupationes cogitur reſcribere in forma com-
miſſaria tam circa mores, & probitatem Ora-
toris, quam etiam circa *exiſtentiam Jurispatro-
natus* quotieſcumque inhærendo præfatæ ſan-
ctioni *Tex. in cap. per veſtras* admittere digna-
tur preces Patroni ſupplicantis pro ſe ipſo, ut
annotando diſcrimen inter unum, & alterum
20 modum providendi generaliter ſub hac dif-
ferentia rationis adverterunt *Vivian. de Jure-
patr. lib.* 13. *cap.* 5. *a num.* 2. *uſque ad* 6. *Amay-
den. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 5. *ex num.* 39.
*Thom. de Roſ. de executor. Litter. Apoſtolicar. lib.
primo cap.* 3. *ex. num.* 10. & in ſpecie proviſio-
nis beneficiorum Juriſpatronatus *Vivian. de
Jurepatronatus, ubi ſupra ex num.* 6. *ubi late.*

Diximus præſcindendo a *deciſione Dunozett.
Iun.* de qua ſuperius, nam reſpectu Idoneitatis
Juſti illa extabat apud partes incontroverſa
tamquam revera incontrovertibilis ob quali-
tates Doctoratus nempe, & Præpoſituræ Ec-
cleſiæ Collegiatæ Sanctæ Helenæ. Et valor
ducatorum auri 70. enarratus a Juſto ada-
muſſim correſpondebat, præcipue deductis one-
ribus ſcutis 311. illarum partium jam verifi-
catis, *ut in Summar. Marcelli num.* 7. *juncto Sum-
21 mario reſponſionis Fabritii num.* 2. per ea quæ
reſpective ad idoneitatem reſpondit *Rota deciſ.*
295. *num.* 14. *&* 15. *par.* 13. *cum aliis in deciſ.*
291. *num.* 3. *par.* 14., *& deciſ.* 31. *num.* 8. *par.* 15.
22 & quoad valorem *Adden. ad Gregor. deciſ.*
245. *num.* 12. *Rota deciſ.* 288. *num.* 9., *&* 10.
par. 11. *recen. deciſ.* 255. *num.* 25., *&* 26. *co-
ram Biebio, & deciſ.* 100. *num.* 9. *coram Priolo,*

Verum *deciſio Dunozetti Iunioris* 367. longe
aberat a præſenti theſi cum inibi Juſpatronatus
foret undequaque litigioſum, quemadmodum
appa-

apparebat ex præcedenti *deciſ. ædita* in eadem cauſa *la* 352. proindeque licet ſuperveniſſet, quædam ſententia Ordinarii canonizzatoria ejuſdem Iuriſpatronatus, quia tamen ab ea pendebat appellatio recte forſan extitit reſolutum pro ſuſpenſiva conditione, & imperfectione gratiæ, at in facto hodiernò dedecus erat ambigere, tam de exiſtentia, quam de pertinentia Juriſpatronatus in perſona Juſti, cum ipſemet Marcellus Antagoniſta Fabritii deſcenderet in arenam, non alia Loriça, ſeu Iure ſutiultus; quam præſentationis ejuſdem Iuſti, quapropter, eademmet preſantatio, comparitio, & oppugnatio Marcelli pluſquam abunde verificabat incontinenti exiſtentiam, & pertinentiam præfati Iuriſpatronatus, quemadmodum dicimus de veniente in contentionem ex eadem vacatione, vel jure præſentandi, aut conferendi, ut is nequeat controvertere, vel factum, vel jus a quo propria ſpes, proviſio, & victoria dependet, ut in terminis tradit *Card. de Luc. de Iurepatronat, diſc.* 57. *num.* 4. *verſ. quinimo Rot. deciſ.* 344. *num.* 12.
24 *coram Royas, & deciſ.* 645. *num.* 2. *coram Card. Gerro cum aliis in Aretina Beneficii* 11. *Iunii* 1700. §. *Nulla quippe cor. Me.*

Addebat unus ex Dominis, quod etiam in caſu ſuo deciſio præfata *Duaozetti Iun.* Ita acide deſumpta foret periculoſa, ſiquidem firma hodie remanente ſententia, quod proviſio in forma *dignum* non efficiat collationem conditionalem, & gratiam imperfectam, quando liquet gratiam fuiſſe ex poſt juſtificatam, aut eam fuiſſe juſtificabilem niſi mors præſentantis, vel reſignantis intermedie contigiſſet, ut præceteris de jam recepta, & communi opinione teſtificatur *Card. de Luc. de benefic. dicto diſc.* 35. *ſub num.* 13., ubi quod hoc eſt principium in materia beneficiali receptum, profecto quoties clauſula *verificato prius Iurepatronatus* deſerviret pro limitatione, etiam quando Juſpatronatus a parte poſt verificaretur, aut eſſet verificabile nimium facile redderetur in beneficiis Juſpatronatus, prædictam regulam, & principium proſternere, quando nulla ſuppetit ratio differentiæ inter juſtificationes alia-
26 rum narrativarum, juſtificationem Juriſpatronatus, ideoque idem Jus emergere debet *Vulgat. leg. Illud ff. ad leg. Aquil. Gratian. diſcept.* 213. *num.* 22. *Pacion. allegat.* 85. *num.* 21. *cum aliis per Rot. dec.* 229. *num.* 28. *cor. Priolo.*

Profligato igitur primo objecto, ſeu priori parte dilematis ſuperius enunciati, minus urgebat ſecunda; quoniam ne verbum quidem de hac expreſſa, vel implicita renunciatione proprii juris ædidit Juſtus in præſentando Marcellum; unde eſto, ut dicitur millies, quod ipſe potuerit gratia expedita non uti, vel illi renunciare, attamen cum hoc nullibi ex-
27 plicuerit intrabat familiare adagium in linea beneficiali etiam procedens *quod potui volui &c.* ut per *Federic. de Sen. conſ.* 164. *ſub num.* 1., *Roman. conſ.* 335. *num.* 14. *& conſ.* 443. *num.* 4., *Rot. deciſ.* 88. *num.* 7. *coram Remboldo, & deciſ.* 241. *num.* 24. *in fin. cor. Biebio.*

Immo, & quatenus ſubitelligi valeret, quod dum præſentando Marcellum Iuſtus præſuppoſuit Beneficium vacaſſe per obitum nominatorum a Fundatrice, ex hoc ipſo cenſeretur propriæ gratiæ renunciaſſe, rurſus inſurgeret non levis dubitatio poteſtatis ex ſupra tactis in §. *Sane*, & in omnem caſum neque poterat hęc renunciatio per ſubauditos intellectus ſolidam vim obtinere cum efformato jam ex præmiſſis per conſumptam in ejus perſona vacationem illo quaſi contractu, quiineſſe reputatur inter Beneficiatum, & Beneficium, ronubo, & ad ſtipulante Summo Pontifice deſideraretur
28 omnino, quod hujuſmodi ceſſio ſolemniter, & expreſſe fieret in manibus ipſius Pontificis, vel ſaltem alterius Superioris inſtituere, & deſtituere valentis, ſicuti definivit atque reſcripſit *Alexand. III. in cap. admonet, & in cap. quod in dubiis de renunciat. Donat. Ant. de Marin. reſolut. quotid. lib.* 2. *cap.* 50. *num.* 3. *Carol. Anton. de Luc. ad eundem de Marin. dicta reſult.* 50. *num.* 9. *tom.* 2. *Solorzan. de Iur. Indiar. lib.* 3. *c.* 26. *num.* 71. *& ante cum Pariſ. de reſignat. lib.* 7. *qu.* 14. *num.* 15., *& ſeqq.*

Et ita benigne de reliquo abſtinentes Domini ab altero pænituſve diſcreto fundamento ſufficientis forte diffamationis morum Marcelli per quam, & ex lege fundationis, & ex cenſura Sacrorum Canonum promeruiſſet ab aſſequutione Beneficii repelli, unanimiter extitit reſolutum utraque &c.

MELEVITANA PECUNIARA.

Lunæ 19. *Junii* 1702.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Commiſſio ſi intra annum neque ſignata, neque fuerit incapſata, deſerta, atque inefficax remanet appellatio.*
2 *Impedito tempus non currit.*
3 *Nec magis d. axioma adaptatur, quam ubi agitur de gravi præjudicio infligendi humeris appellantis onus rei judicatæ.*
4 *Concurrente injuſtitia efformari non valet res judicata, ſive illa præſendatur a temporis defluxu, ſive a numero ſententiarum.*
5 *Damnum quod patitur contrario Judicis imperio revocari debet.*
6 *Qui prior eſt tempore potior eſt jure.*
7 *Limitatur præfata regula.*
8 *Solvens Fiſco ſemper etiam citra ceſſionem in illius jura ſubintrat.*
9 *Spolia Eccleſiaſtica quid ſint.*

10 *Spe.*

10 *Spolium non cadit ſuper eo, quod licite diſtractum eſt in vita.*

11 *Statuentium, vel ſtatutorum contradictio effugienda ſemper eſt.*

12 *Statuti unum caput debet ad alterius conciliationem, & explanationem deſervire.*

13 *Clauſula* ſine præjudicio *quid importet.*

14 *Licentia reportata ad ſimplicem, & uberiorem cautelam apta non eſt ullo modo nocere.*

15 *Clauſula præſervativa* ſine præjudicio *nunquam operatur quoad realiter diſpoſita, & expreſſa incompatibiliter ad ipſam præſervationem.*

16 *Conſenſum preſtans alienationi ſeu ſubjugationi rei ſibi obligatæ propriam cenſetur remiſiſſe hypothecam, itaut nequit in concurſum venire cum tertio alienatario, ſeu ſubjugatario.*

17 *Idque procedit licet agatur de hypotheca etiam dotali & conſequenter de præjudicio Mulieris conſentientis.*

18 *Magnus Magiſter Melitæ gerit figuram Principis Regularis intra Spheram ſuorum æquitum, & effectuum propriæ Religionis.*

19 *Contrahens cum aſſenſu ſuperioris vel Principis ſequi dicitur fidem ejuſdem Principis.*

20 *In materia feudali ubi Princeps aſſenſum præbet alicui contractui adeo fixum, ac reale reſultat jus contrahentibus, ac creditoribus ſuper ipſo feudo, ut data etiam legitima ejus devolutione, Princeps tenetur Pati ſolutionem creditorum, quæ ſub ejus fide, & aſſenſu fuerunt impreſſa.*

DECISIO CCL.

SUper ſpolio, ſive facultatibus relictis a Ludovico Equite Commendatario *de Gerlanda* exorto diſſidio, ſeu concurſu inter ipſius Ludovici Creditores, prælationem obtinuerat prima vice Joannes Baptiſta, Nepos, & hæres alterius Joannis Baptiſta *de Dorel*, ſed aſcendente Cauſa per appellationem ad alios Judices Hieroſolymitanæ Religionis diminuta remanſerat victoria prodeunte definitione, conſignationem controverſæ pecuniæ faciendam eſſe pro medietate Magdalenæ uxori, ac pariter hæredi alterius Joannis Baptiſtæ cognomento *Vella*: Cumque ab eadem Magdalena prætenderetur, hujuſmodi poſtremam ſententiam ex capite non reportatæ opportuno tempore comiſſionis tranſitum effeciſſe in rem judicatam, ad preces proinde memorati *Dorell* appenſa fuit ad Juſtitiæ lancem dubitatio: *An conſtaret de re judicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis in integrum, itaut locus eſſet reſtitutioni pecuniarum?* emanavitque reſolutio omnino favorabilis deprecanti nempe: *Non conſtare de re judicata, & idcirco locum quoque eſſe reſtitutioni pecuniarum.*

Et quidem quoad ordinem, ſive prætenſam rem judicatam, quæ per Magdalenam aſſerebatur, ex quo *Dorell* extiterit negligens in reportanda commiſſione a ſecundo judicato per annum, & ultra, quamobrem, cum infra præ-

dictum intervallum neque ſignata, neque incapſata fuerit eadem commiſſio, neque aliquid judicialiter geſtum, præcedens interpo-
1 ſita, ac etiam admiſſa appellatio remanſerit
deſerta, & inefficax ad remorandum tranſitum in præfatam rem indicatam, juxta ſancita *in cap. cum ſit Romana de appellat. & in Aut. ei qui Cod. de tempor. & reparat.* & tradita per *Cardinal. de Luc. de judic. diſc. 37. num. 23. & ſeqq. Rot. deciſ. 586. num. 2. coram Emerix jun.* cum aliis *in auximana juriſpatronatus 27. Junii* 1701. *§. Rationem coram Me.*

De facili occurſum fuit ex datis *in Summario Dorell num. 12.* ex actibus quippe, comparitionibus, & recurſibus inibi regiſtratis, illico apparuit, quod ipſe *Dorell* nullatenus deſtitit intra enunciatum annum a petitione, ſollicitudine, & ſtudio reportandi, ut moris eſt, a Signatura Gratiæ commiſſionem Auditorio noſtro directam, ſed ſtante acri oppoſitione Hieroſolimitanæ Religionis, fas non fuit niſi poſt annum aſſequi, quod commiſſio per eum porrecta ſignaretur a Sanctiſſimo; Ideoque conſtito evidenter de hujuſmodi injectis impedimentis nequaquam fatalia neceſſaria ad inducendam
rem judicatam poterant cenſeri præter lapſa;
2 tritum namque axioma, quod impedito tem-
pus non currit de quo late cumulati per *Antonell. de tempor legal. lib. 1. cap. 15. num. 1. & ſeqq.*, nullibi magis aptatur, quam ubi agitur de adeo gravi præjudicio infligendi humeris
3 appellantis onus rei judicatæ, ut uno ore teſtantur *Scacc. de appellat lib. 3. cap. 2. quæſt. 15. num. 61. & ſeqq. idem. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 23. num. 21. & 23., Rot. dec. 11. num. 1. & 3. coram Verall. par. 2. & dec. 56. num. 5. verſ. neque obſtat, coram Merlin.*

Atque ob id ſupervacaneum quodammodo efficiebatur, in hoc ipſo propoſito ordinis judicialis diſcurrere de injuſtitia ejuſdem ſecundi judicati, qua ſane intercedente nulla un-
4 quam efformari valet res judicata, ſive illa
prætendatur a temporis defluxu, ſive a numero ſententiarum *Vulgat. Text. in l. 4. §. Condemnatum ff. de re judicat. & in l. ſi expreſſim 19. ff. de appellat. & relat. Card. de Luc. de nona diſc. 28. num. 9. de alienat., & contract. prohibit. diſc. 16 n. 2. & de Benefic. diſc. 91. n. 25., Rot. coram Emerix. jun. deciſ. 296. n. 1., & deciſ. 451. n. 12. & in rec. deciſ. 300. n. 2. par. 17.*

At quia præinſertæ dubitationi ſuccedebat illa ſequela, *itaut locus eſſet reſtitutioni pecuniarum*; Domini proinde medullam meritorum
penetrantes: dignoverunt, adeo palpabilem eſſe
5 injuſtitiam, ut præter negativam reſolutionem
primæ partis, nullatenus dubitaverint affirmative circa ſecundam reſpondere ad hoc ut illa pecuniæ medietas, quæ perperam, & injuſte fuerat de mandato ſecundi Judicis conſignata Magdalenæ reſtitueretur *Dorello* firmiora jura foventi, atque ita damnum ab eo paſſum con-

trario revocaretur imperio ex ijs, quæ habentur apud *Franch. in cap. ſuggeſtum, in ſecundo notab. de appellat. Scacc. eod. tract. lib. 3. cap. 2. artic. 1. num. 11., Capuc. eodem tract. tom. 1. par. 3. cap. 1. artic. 1. num. 1. & ſeqq., Soccin ſen. conſ. 39. num. 9. vol. 4.* cum aliis per *Ridolphin. in prax. judic. par. 1, cap. 13. num. 109. & 110.*

Aggrediendo itaque injuſtitiam, ea palam ſcatebat ab indubitata anterioritate crediti, quod *Dorell* detinebat adverſus Commendatarium de *Gerlanda* communem debitorem: Præfatum quippe creditum contractum evincebatur in ſc. 2600. uſque de anno 1675. alterum vero Magdalenæ initium deſumebat ſolummodo ab anno 1680. unde perſpicuum reddebatur, quod ſtante hac anterioritate integraliter, & non jam pro medietate præferri, & ſatisfieri potius deberet Dorell
6 tempore prior, quam Magdalena poſterior ad regulam *Text. in cap. qui prior. de reg. Iur. in 6. & in l. potior ff. qui potior. in pignor. hab.* late exornatam per *Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 4. Rodriq. de concurſ. & privileg. creditor. par. 2. artic. 1. Antonell. de tempor legal. lib. 4. cap. ultimo, Rot. coram Celſ. dec. 41. num. 1. 2. & 3.*

Parumque in oppoſitum relevare viſum eſt, quod hujuſmodi anterioritas circa tempus in effectu præventa, & ſuffocata reſtaret a potioritate, qua præpolleret creditum Magdalenæ, utpote derivans a datione pecuniarum facta per Jo: Baptiſtam ipſius Magdalenæ, maritum, & auctorem pro ſcutis 5000. circiter Religionis Ærario pro totidem illi debitis ab eodem Ludovico communi debitore, quemadmodum
7 limitando præfatam regulam abſque contradictore receptum eſt in concurſu crediti etiam autoris ex deductis per *Carleval. de judic to 2. lib. 1. tit. 3. diſpu. 29. per tot. Acoſt. de privil. creditor. prælud. 2. num. 63. & regul. 2. cum ampliat. ſeqq. Epiſcop. Iſclan. diſput. Iur. ſelect. cap. 100. n. 22. & cap. 138. n. 1. 2. & ſeqq. Pacion. alleg. 137. n. 6. & 7. Mart. Medic. examinat. 11. n. 1. & ſeqq. & n. 21. & dec. Senen. 19. à n. 5. & dec. 20. n. 1. & 2.*

Quodve hæc adſtaret potioritas (uti dicebant Informantes pro Magdalena) ſatis erat perlegere Statuta, ſive Stabilimenta prælaudatæ Religionis ſub *Rubrica etenim 75. de commun. Ærar.* litteraliter cavetur, quod ipſum Ærarium ſemper eſſet præferendum cuicumque Creditori Equitis defuncti ſuper ſpolio ejuſdem Equitis, non obſtante quod Ærarium tempore foret poſterius, ideoque cum prænominatus Maritus, & Author Magdalenæ ex perſona Ludovici debitoris mediante effectiva ſolutione dimiſerit Ærarium, ambigi non valebat, quod tota illa potioritas, quæ competiiſſet Ærario ſuper ſpolio Ludovici, transfuſa fuerit in eundem Maritum, cum nemo
8 ignoret, quod ſolvens Fiſco ſemper etiam citra ceſſionem in illius jura ſubintret, ex firmatis per *Rot. coram Bich. deciſ. 484. nu. 12., & in Recent. deciſ. 692. num. 6. par. 5. tom. 2., & deciſ. 294. num. 1. cum pluribus ſeqq. par. 17.*

Ad hæc namque reſponſum fuit, quod præfata ſanctio ſtatutaria locum forte ſibi quiſiviſſet, quando præſens controverſia verſata foret ſuper ſpolio Ludovici, quod unice conſiſtit in eo, quod Eques profeſſus, vel alia perſona inteſtabilis de tempore mortis ſuæ relinquit in
9 proprio patrimonio, ſive aſſe hæreditario, ut adnotarunt *Redoan. de ſpol. Eccleſiaſt. quæſt. 1. num. 7., Bonaccin. oper. moral. tom. 2. tit. de contract. diſp. 3. quæſt. ultim. punct. 1. n. 1, Card. de Luc. in adnot. ad Sac. Concil. Trident. diſc. 42. num. 3. & ſeq. Panimoll. deciſ. 20. annot. 2. num. 4. & 5. Sperell. deciſ. 82. num. 15.,* & in ſpecie *Azor. Inſtit. moral. par. 2. lib. 8. cap. 2. qu. 10. idem Card. de Luc. de Teſtam. diſc. 9. per tot.*

Verum agebatur de quadam quinta parte ex permiſſione Religionis acquiſita per eundem Ludovicum quoad ſpolium Caroli Bajulivi de *Gerlanda* ejus Patrui, cumque idem Ludovicus, prævia licentia Magni Magiſtri de eadem quinta parte per viam ceſſionis ampliſſimæ in proprii debiti exſolutionem vivens jam de prædicto anno 1675. diſpoſuiſſet in præfa-
10 tum *Borell* ejus Creditorem, amplius non poterat congruere cenſura memorati Statuti: Spolium quippe non cadit ſuper eo quod licite diſtractum noſcatur in vita, ex traditis per *Navar., de ſpol. Clericor. §. 1. num. 2., Sperell. d. deciſ. 82. ſub d. num. 15., Rot. coram Royas deciſ. 280. num. 7., & coram Celſ. deciſ. 65. n. 3. & 4., & in Parmen. Beneficii 16. Ianuarii 1702. §. Quia etiam coram Me.*

Quinimo hæc eadem reſponſio mirifice roborabatur ab altera rubrica, ſeu capite Statuti ſub *tit. de contract. & obligat. cap. 5.* in eo ſiquidem decernitur, quod æs alienum Equitis obeuntis detrahi non debeat de illius ſpolio, niſi in ſubſidium, prius ſue idcirco ſolvendum ſit de manſionibus, ſeu domibus ad eundem Equitem ſpectantibus, dummodo tamen de præfatis habitationibus, ac domibus non fuerit in vita diſpoſitum, quapropter ne unum Statutum alteri contrarietur, clare emergebat, quod præmiſſum Statutum, ex quo ſuam Magdalena potioritatem deſumebat, ad mentem Juris, ut ſupra, intelligi debebat de vero ſpolio reſiduali, non autem de rebus, juribus, vel actionibus in vita alienatis, aut in alterum quoquo modo translatis, ex notiſſimis propoſitionibus, quod effugienda ſemper eſt contradictio Statuentium, ac Statutorum, quin potius quantum fieri poteſt unum Statuti caput debet ad alterius concilia-
11 tionem, & explanationem deſervire, prout reſpectu primæ propoſitionis inquit *Soccin. Iun. conſ. 11. num. 10. lib. 1. Alexand. lib. 4. conſ. 123. num. 14., Maſcard. de gener. Statut. interpret. concluſ. 8. num. 65. & ſeqq., Rot. coram Emerix Iun. deciſ. 841. num. 23. & 24., & deciſ. 882. num. 27.,* & in

12 & in propoſito ſecundæ *Hieronym. Gabr. conſ. 14.*
num. 85. lib. 1. Honded. conſ. 1. num. 63. & 64.
pariter. lib. 1., Maſcard. d. tract. de gener. ſtat.
interpret. conclnſ. 2 num. 122. Oſaſc. deciſ. 167.
num. 18., Rot. coram Emerix Iun. deciſ. 1025. n. 3.
& in Recent. deciſ. 499. num. 22. 24. & 25. par. 18.

Abſque eo quod poſtremo obeſſet ſubnectere quod hæ reſponſiones recte perſtringerent, quotieſcumque licen tia attributa Ludovico diſponendi de prædicta quinta parte ſpolii ejus Patrui foret pura, libera, & abſoluta; Secus autem quando, prout hic, hujuſmodi licentia legebatur coercita, & temperata cum clauſula *abſque præjudicio communis Ærarij*: Unde firma remanente ſuppoſitione infallibili, quod Magdalena, ex ſupra inſinuatis, repræſentaret Ærarium, nequiret diſpoſitio exarata per Ludovico favore *Dorell* urgere contra eandem Magdalena
13 ſecundum ea quæ in terminis ſimilium facultatum, & aſſenſuum pari præſervativa, & clauſula ſtipatorum unanimiter aſſeruerunt *Roſental. de jur. feud. cap. 9. memb. 1. concl. 18. num. 4. & ſeqq. Cyriac. contr. 446. num. 3. & ſeqq., Capyc. Galeott. contr. 23. num. 63. & 64. lib. 2. Burſatt. conſ. 171. a num. 16., Corſet. conſ. 23. num. 27. & ſeqq. Io. Franciſc. a Pont. conſ. 3. num. 1. & ſeqq. lib. 1.*

Quoniam poſthabita replicatione, quodadmodum erat diſputabile, utrum ſupradicta licentia
14 diſponendi de hac quinta parte foret in rei veritate neceſſaria ad rationem, de qua ſuperius, nempe, quod ſpolium ſolum verificatur de rebus ſuperexiſtentibus tempore obitus perſonæ inteſtabilis, necnon in vim alterius ſtatuti *cap. 1. de contract.* Ideoque licentia hæc veluti ad ſimplicem, & uberiorem cautelam reportata apta non eſſet ullo modo nocere vulgatis juribus de quibus *Rot. Lucen. dec. 57. num. 9. inter. recollect. per Palm. nepot., Rot. coram Emerix jun. deciſ. 338. num. 5. & dec. 1272. n. 3.*

Adhuc res vacabat omni amaritudine, quia nunquam clauſula præſervativa *ſine præjudicio* operatur quoad realiter diſpoſita, & expreſſa incōpatibiliter ad ipſam præſervationem ex his,
15 quæ paſſim, & pleno calamo obſervarunt *Card. de Luc. de feud diſc. 1. num. 8., Rot. coram Emerix jun. deciſ. 1231. num. 7. in recent. dec. 103. num. 6. p. 16. & in Aretina Beneficii 21. Ianuarii 1701. §. Quod ſi in dicta coram Me*, & nuperrime *in Gerunden. juris ſepeliendi 28. Aprilis proxime præteriti §. fin. pariter coram Me.*

Validius vero ubi, prout hic, tractatur de fide publica, ac facultate concernente publicum commercium; Si etenim quilibet privatus conſenſum præſtans alienationi, ſeu ſubjugationi rei ſibi obligatæ propriam cenſetur remiſiſſe hypothecam, adeout nequeat in concurſum venire cum tertio alienatario, vel
16 ſubjugatario, ſicuti generaliter expendit *Salgad. Labyr. Credit. par. 3. cap. 2. ſub num. 108. & ſeqq., & cap. 10. n. 10. & 11. & cap. 13. §. unica n. 20. & ſeqq., Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 109. per tot. Cardinal. de Luc. de dot. diſcept. 87. num. 3.* licet agatur etiam de hypotheca dotali, & conſequenter de præjudicio mulieris
17 conſentientis, quemadmodum proſequuntur idem *Cardinalis de Luc. de Dot. diſc. 85. n. 2. & 3., Rot. in rec. deciſ. 352. num. 3. par. 19.*

Quanto certius hoc erat ſtabiliendum, & affirmandum in licentia attributa ab ipſo Magno Magiſtro gerente figuram Principis Regu-
18 laris intra ſphæram ſuorum Equitum, & effectuum propriæ Religionis, cum etenim Contrahentes cum aſſenſu Superioris, vel Principis ſequi dicantur fidem ejuſdem Principi-
19 ex *Card. de Luc. de credit. & debit. diſc. 151. num. 10.* nimis illuſus remanſiſſet ſub hac fide *Dorell*, quoties poſtea idem Magnus Magiſter vigore præfatæ clauſulæ ad alios effectus de ſtylo apponi conſuetæ præpediret illius ſatisfactionem: quando in fortioribus habemus, videlicet in materia feudali, in qua jura vetant abſque aſſenſu Domini inhiri poſſe contractus, quod ubi Princeps præbeat aſſenſum alicui contractui, adeo fixum, ac reale reſultat jus contrahentibus; ac creditoribus ſuper ipſo feudo, ut, data etiam legitima ejus devolutione, Dominus, ac Princeps teneatur pati ſolutionem creditorum, quæ fuerunt impreſſa ſub ejus fide, & aſſenſu, per ea, quæ ſubdit, &
20 comprobat naturalis ipſe diſcurſus, & admonet præciſe *Card. de Luc. de feud. diſc. 121. num. 4. & 15., Modern. Melphicten. de Apoſtolico, Regione aſſenſu qu. 11. n. 6. & ante eos de Marin. in obſerv. ad Reverter. dec. 515. ſub n. 2. Io: Hieronym. de Philipp. inter recollect. per eundem de Marin. alleg. 116. n. 19. & ſeq.*

Et ita &c. utraque &c.

ROMANA CENSUS

Veneris 23. Iunii 1702.

ARGUMENTUM.

Simulatio impoſitionis cenſus ex pluribus circumſtantiis arguitur, & in ſpecie ſi illius impoſitor pecuniæ indigens fructus nunquam exegerit, neque unquam illius vigore fuit aliquid perſolutum.

SUMMARIUM.

1 *Contra ſententiam, vel Laudum emologatam & reſpective acceptatum abſque juſtificatione erroris, ſive læſionis non datur regreſſus.*
2 *Actus geminatio magis roborat, & quatenus opus eſt declarat antecedentia.*
3 *Iactare ſuam nemo præſumitur.*
4 *Pro cauſa ſimulandi ſufficit etiam illa, quæ a Partibus fuit ſimulata.*
5 *Simulationis materia tota reponitur in animo, & religione judicantis.*
6 *Cenſus impoſitionem fuiſſe ſimulatam, apparet ſi*

illius impoſitor fructus nunquam percepit neque illius vigore fuit aliquid perſolutum.

9 *Iuncta præſertim indigentia Impoſitoris qui fructus cenſus ſi verus extitiſſet non neglexiſſet exigere.*

DECISIO CCLI.

SUccubuit D. Principeſſa Urſina tanquam Uxor, & hæres Flavij ultimi hujus præclariſſimę familiæ Ducis Bracchiani, reputantibus Dominis favore Camilli Marchionis de Maximis, illi deberi non ſolùm quantitatē ſc.2190. derivantem ex appretio Caſalis, ſive Tenutæ nuncupatæ *di Porcareccia* fideicommiſſariæ Domus de Maximis, verum etiam fructus correſpondentes ratione cujuſdam inveſtimenti non facti, uti plenè demonſtrarunt deciſiones editæ coram me *in Romana Locorum Montium ſub die 3. Februarij* 1700. Sed quia idem Marchio Camillus in alea conflictus exiſtens ab initio hujus controtroverſiæ, poſtmodum etiam, & intermedie crediderat magis ſibi viam expeditam eſſe agendi directe adverſus eandem D. Principiſſam vigore Cenſus pro totidem ſumma creati ſub fidejuſſione Authorum ipſius D. Principiſſæ *Tribunal* autem *A. C.* declaraverat hujuſmodi Cenſus impoſitionem eſſe nullam, & ſimulatam id ipſum quoque cenſuit ſub hodierna Audientia Sacrum Auditorium reſpondens *Non conſtare de validitate Cenſus, illiuſque proinde fructus non deberi*: Ego diu diſtuli deciſionem hanc extendere Quia neutiquam Marchio Camillus victor ex alio capite ad terminos præfatarum *deciſionum in Romana Locorum Montium*, aliarumque ſucceſſive æditarum *pariter coram me ſub die* 28. *Novembris* 1703. illam expetebat; Quapropter, & *mihi* prorſus hujuſmodi extenſio, ſeu publicatio videbatur ſuperflua, dum Marchio recto, & ſano conſilio perpendens, non curabat obtinere ex una via, quod jam reportaverat ex altera, juxtà illud *Virgili Uno avulſo deficit alter.*

Cęterum quia occaſione alterius colluctationis promotæ per Dominam Principiſſam ad ſui indemnitatem adverſus Franciſcus Mariam, *proponente* hanc differentem Cauſam *R. P. D. meo Lancetta*, viſus eſt *Dominis ſub die 23. Martii currentis anni* 1705. injungerē, atque reſcribere quod *expectaretur præſens deciſio*, adhærens propterea ſuffragijs ipſorum *Dominorum* tunc temporis

1 *Mihi* Correſponſalium, dico; Quod ratio fundamentalis capeſſendæ reſolutionis ſtetit in eo, quod fruſtra Marchio Camillus de Maximis pallium revolvebat, inſtando pro canonizatione validitatis Cenſus impoſiti per Authores D. Principiſſæ ad favorem Auguſtini de Lugo, utpote provenientis a ſupradicto appretio Caſalis, ſive Tenutæ *de Porcareccia* fideicommiſſariæ, atque alias reinveſtitioni obnoxio, dum definiente A. C. Cenſum hujuſmodi eſſe nullum, & ſimulatum idem Marchio Sententiam hanc acceptaverat, obſiſtente trito axiomate, quod contra Sententiam, vel Laudum emologatum, & reſpective acceptatū abſque juſtificatione erroris ſive læſionis, non datur regreſſus, & pœnitentia, *Dec. in l. cum te ſub num. 1. Cod. de tranſact. & conſil. 419. num. 17. Aldovin. conſil. 57. num. 1. & ſeqq. Ramon. conſil. 24. num. 12. Caren. reſolut. 204. num. 15. Urceol. de tranſact. quæſt. 3. num. 12., Rot. deciſ. 78. num. 7. poſt Torr. depact. futur. ſucceſs. deciſ. 92. num. 8. coram Merlin. deciſ. 658. num. 6. coram Dunozett. Iun. deciſ. 126 num. 8. par. 10. recentior. & deciſ. 519. num. 10. par. 19.*

Et ſane motivum iſtud validius inſurgebat ex poſtea ſuperventis, Nam prælaudatus Marchio ultra prædictam acceptationem Judicati ab *A. C.* incaſſum tentata nova ſorte *ſub hodierna die* paulo poſt formiter renunciavit non ſolum huic Inſtantiæ, ſed etiam *deciſione per Me extendenda, & promulganda*, ut ſunt verba pręciſa relata *in Summario D. Principiſſæ coram R. P. D. meo Lancetta num. 5.* Unde eo magis etiam ex ſubſequutis validabatur funda-

2 mentum, de quo proxime, cum actus geminatio magis roboret, & quatenus opus ſit, declaret antecedentia, ut inquit *Rebuff. conſil. 93. num. 15. verſic. maxime, Burſatt. conſil. 173. num. 22., Bonden. conſult. 72. ſub n. 14. Mantic. de tacit. lib. 19. tit. 2. num. 7., Carol. Anton. de Luc. ad Franch. deciſ. 506. num. 8. in fine Rot. deciſ. 506. n. 6. & ſeqq. par. 19. recentior.*

Concurrebatque etiam, quod hujuſmodi Cenſus non poterat eſſe, niſi ſimulatus, dum nulla aderat cauſa, propter quam Cenſus hujuſmodi foret imponendus, prævia diſtractione locorum Montium, quæ magis tunc temporis erant in fructu, quam Cenſus; Non enim

3 quiſquam præſumitur voluiſſe jactare ſuum, ut ſunt notoria principia commercii, & diſcurſus naturalis, & legalis per *Tetx. in l. cum de indebito ff. de probation.* Quando ſufficit pro cauſa ſimulandi illa etiam, quæ a Partibus

4 (ut barbare dicitur) fuerit opinata, *Cravett, conſil. 88. num. 15., Honded. conſil. 46. num. 48. lib. 1., Farinacc. de ſimulat. & falſit. quæſt. 16. num. 138., Adden. ad Gregor deciſ. 157. num. 27., Rot. deciſ. 191. num. 8. coram ſan. mem. Alex. VIII. deciſ. 268. num. 16. par. 10. deciſ. 148. num. 2. par. 16. & dec. 596. num. 8. par. 19. rec.*

Maxime quia alias Princeps Burgheſius, ad cujus commodum cantabat vinculum locorum Montium diſtrahendorum, nunquam præſtitiſſet conſenſum alienationi eorumdem locorum Montium, niſi ſub ſpeculo, ſive apparentia creationis Cenſus, etſi clam inter partes confictus; Proindeque dum & hæc poterat ſubeſſe ratio ſimulandi creationem Cenſus, illa videbatur ſuperabundare, dum ſufficit in hac materia, Judicem poſſe arbitrari ex toto complexu, ſimulationem interceſſiſſe, itaut vicir-

5 co materia hæc tota reponatur in animo, & reli-

religione Judicantis, teſte *Caſtrenſ. conſil.* 58. *num.* 4. *lib.* 3. *Dec. conſil.* 644. *ſub num.* 7. *Pariſ. conſil.* 86. *num.* 37. *lib.* 3. *Burſatt. conſil.* 175. *num.* 7., *Menoch. de arbitrar. caſ.* 247. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 222. *num.* 7. *Leotard. de uſur. quæſt.* 9. *num.* 3. 4. 7. *&* 8., *Card. de Luc. de credit. diſc.* 77. *num.* 12. *in fine Balducc. rer. judicatar. tom.* 1. *tit.* 4. *deciſ.* 27. *num.* 16. cum aliis relatis concordantibus *in tract. de commerc. & mercatur. diſc.* 47. *num.* 12.

Quid plus, quando ſupervenit obſervatia interpretans hanc veritatem, ex quo Auguſtinus Impoſitor hujus prætenſi Cenſus nuſquam illius fructus percepit, neque unum obulum apparebat perſolutum illius vigore, quæ utique cir-
6 cumſtantia patefacit contractum fuiſſe ſimulatum ut paſſim in fortioribus habetur apud *Gravet. conſil.* 585. *num.* 17., *Rot. deciſ.* 382. *n.* 14. *poſt Cenc. de Cenſib. deciſ.* 242. *num.* 6. *coram Celſ. & in Peruſina Salviani* 6. *Aprilis* 1699. §. *fin. coram R. P. D. meo Muto*. Juncta præſertim indigentia Auguſtini qui hujuſmodi fructus
7 Cenſus, ſi verus extitiſſet, non neglexiſſet exigere, ad ea, quæ in propoſito obſervarunt *Riminald. conſil.* 407. *num.* 14. *lib.* 4. *Alb. conſil.* 113. *num.* 4. *par.* 2. *Iaſon. conſil.* 152. *lib.* 4. *Maſcard. de probat. concluſ.* 442. *num.* 5., *Sola ad conſuetud. Sabaud. gloſ. unic. par.* 1. *num.* 19. *Rot. deciſ.* 108. *n.* 4. *par.* 4. *diverſ. dec.* 174. *num.* 4. *coram Rojas*, *deciſ.* 148. *num.* 9. *&* 14. *& par.* 16. *recent. & in Romana fructuum Cenſus* 8. *Maii* 1702. §. *Ulterius mirifice coram R. P. D. meo de la Tremoille*.

Et ita &c. utraque &c.

TIRASONEN. PORTIONIS.

Ven. 23. *Iunii* 1702.

ARGUMENTUM.

Sede vacante, & Epiſcopo etiam defuncto an poſſit Capitulum Eccleſiæ Tiraſonen. Beneficia conferre hoc medio tempore vacata, & an etiam ſimultaneum Jus habeat conferendi Beneficia unacum Epiſcopo & licet videatur hujuſmodi collationes eidem Capitulo eſſe quodammodo permiſſas, nihilotamen minus recurrendum eſt ad conſuetudinem, quæ in hac materia totum operatur, & quomodo illa ſit probanda.

SUMMARIUM.

1 *Omnis actus, omniſque collatio ſecumfert uberem præſumptionem validitatis.*

2 *Beneficiis vacatio ſi eveniat exiſtente plena ſancta Sede in menſe reſervato, etiamſi nulla emanat Apoſtolica proviſio, adhuc Beneficium ob impreſſam reſervationem affectum remanet Sedi Pontifici.*

3 *Si vero d. vacatio ſucceſſerit cuivis erepto Pontifice cum ipſo pariter obeunt quæcumque reſervationes, & Regulæ Cancellariæ, & remanent liberæ manus Ordinarii, aliorumve inferiorum collatorum.*

4 *Capitulum nullo pacto uſurpare ſibi poteſt Ius conferendi Beneficia, quod Epiſcopo viventi competebat.*

5 *Idque procedit quamvis de Iure, vel conſuetudine teneretur Epiſcopus in collatione Beneficiorum procedere cum conſilio ſeu conſenſu Capituli.*

6 *Quinimo per Regulam* 2. *Cancellariæ exiſtunt hujuſmodi Beneficia quatenus vacent poſt obitum Epiſcopi expreſſe Sedi Apoſtolicæ reſervata.*

7 *Id tamen limitatur quoad Capitulum Tiraſonen, quod, ad inſtar quoque multarum Eccleſiarum illarum Partium, fruitur ſimultaneo jure conferendi cum Epiſcopo, quia hoc caſu Capitulum ratione juris ſolidalis, & indiviſi valet jure proprio, etiam Epiſcopo de functo collationem explere.*

8 *Neque intrat reſervatio vigore Regul. ſecundæ Cancell.*

9 *Item hæc procedunt ſi collatio diviſa fuerit per Turnum inter Epiſcopum, & Capitulum quia tunc per jus quoddam non decreſcendi defecto Epiſcopo, remanet tota facultas conferendi in Capitulo, & poteſt conferre etiamſi vacatio contigerit in Turno Epiſcopi.*

10 *Sicuti in Iurepatron. pariformiter individuo in quo per abſtenſionem, vel inhabilitatem aliorum Patronorum, totum perſeverat, & reſidet in uno etiam Patrono actu præſentante.*

11 *Capitulo qua ratione tributa fuit a Iac. Canonibus ſimultaneum jus conferendi cum Epiſcopo.*

12 *In hac autem materia totum facit conſuetudo, quæ efficit quod jus conferendi præbendas vel ad ſolum ſpectet Epiſcopum, vel ad Capitulum*

13 *Si vero pro parte Capituli nulla oſtendatur collatio ſimultanee inita cum Epiſcopo, concludi debet, vel non adeſſe hanc conſuetudinem favore Capituli, vel potius vigere contrariam favore Epiſcopi, qui de jure nanciſcitur firmiorem poteſtatem conferendi Beneficia ſuæ Diæceſis.*

14 *Simultaneum jus collationis locum habet in portionibus ſimplicibus, & generice in quibuſcumque Beneficiis inferioribus.*

15 *Fundationis præſumptio ex redditibus communibus Capituli ab aliquibus enervatur.*

16 *Conſuetudo ſimultaneæ collationis juſtificari debet in iiſdem met Beneficiis de quibus eſt quæſtio.*

17 *Titulum meliorem, ac tutiorem deducere quilibet ſemper præſumitur.*

18 *Declaratio, ſive confeſſio multum deſervit pro arguenda negativa conſuetudine.*

19 *Regula* quod potui nolui &c. quod volui adimplere nequivi *procedit etiam in proviſionibus, & collationibus Beneficiorum.*

20 *Literæ Apoſtolicæ ſollicitam exquirunt executionem.*

DE-

DECISIO CCLII.

PLorans plorabat Eccleſia univerſalis jacturam Romani Summi Pontificis, quando per obitum Joannis vacata integra Portione in Cathedrali Tiraſonen. ferme immediate procubuit etiam ipſius Epiſcopus; Unde Capitulum, attenta utriuſque ſedis orbitate præſumens, ad ſe hujuſmodi collationem ſpectare; illam explevit in perſona Pauli: ſed Joſeph ſalubrius innixus Regulæ 68. Cancellariæ, eandem Portionem impetravit a nuper glorioſſime aſſumpto ſucceſſore Clemente XI. Quare directa mihi litterarum Apoſtolicarum executione, anxie DD. conſului, utrum in conflictu Capitularis collationi, de qua ſupra, reveta deberent litteræ Pontificiæ executioni demandari.

Anſam ambigendi præbebat ipſamet regula 68. licet etenim ex illius litterali determinatione ſpecifice reſerventur cuncta Beneficia ceteroquin aſſueta reſervari, uti contigiſſet in Portione, de quâ agebatur, tanquam vacata de menſe Novembris ex vi alterius Regulæ *de* 9. ejuſdem Cancellariæ nihilominus cum in calce dictæ regulæ 68. legatur imbibita, ſive expreſſa illa moderatio *de quibus* (ſcilicet Beneficiis) *per quoſcumque ordinarios collatores tunc diſpoſitum non fuerat. ſeu minus valide diſpoſitum fuerat* jam prima pars ejuſdem moderationis apparebat impleta per collationem Capituli conſumata erga Paulum ſub die 12. ipſius met Menſis Novembris: reſpectu autem ſecundæ poterat abundè cenſeri ſatisfactum, donec ex parte Joſephi de hujus collationis invaliditate doceretur; Omnis quippe actus, omniſque collatio ſecum fert ube-
1 rem præſumptionem validitatis ad tradita per *Felin. in cap. ſuper litteris num. 12. de reſcript. Dec. in l. in contrahenda num. 5. & 7. ff. de regul. Iur. & in l. poſtquam liti num. 23. C. de Pactis alienat., Alciat. de præſump. regul. 3. præſumpt. 34. n. 1., Menoch. eodem tract. lib. 6. preſumpt. 4. num. 1. & pluribus ſeqq., Rot decis. 847. num. 7. coram Dunoz. Iunior.*

Clarius vero, quia tantum aberat, quod per præfatum Joſephum ſaltem indicaretur prætenſa invaliditas, quin potius idem Joſeph palam in hodierna Audientia oſtentaret Capitulum voluiſſe, ac valuiſſe conferre hujuſcemodi Portionem, quia ceſſantibus per obitum Papæ cunctis reſervationibus Sanctæ Sedis, quidquid dicendum foret quotieſcumque mors ultimi poſſeſſoris contigiſſet exiſtente plena eadem Sede in menſe reſervato, quia tunc quantumvis nulla emanaſſet Apoſtolica proviſio, adhuc Portio
2 ob jam legitime impreſſam reſervationem remanſiſſet affecta Sedi Pontificiæ, juxta celebre *Conſilium Geminian. 93. num. 16., Ancar. conſ. 138. num. 3., Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 5. probem. num. 85. & ſeqq. Card. de Luc. de Benefic. diſc. 24. ſub num. 2., Rot. decis. 192. n. 8. & ſeq. coram Merlin.*

Certe cum vacatio ſucceſſerit, e vivis prærepto Pontifice, cum ipſo pariter obierant quæcumque reſervationes, & Regulæ Cancellariæ, liberis undequaque reſtantibus manibus Ordina-
3 riorum aliorumvæ inferiorum collatorum, ut ad tenorem dictæ regul. 68. ſine contradictore conſentiunt *Germon. de Indult. Cardinal. §. Quod tamen Romanam num. 99. & 100. Lar. de Anniverſ. & Cappelan. lib. 2. cap. 10. num. 8., Gonzal. ad regul. Cancell. Gloſſ. 5. probem. num. 46. & ſequen. Garz. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 645. & ſeq. Ventrigl. in prax. for. Eccleſ. lib. 2. annot. 2. de reſervat. Benefic. §. 2. n. 71. Card. de Luc. de Benefic. diſc. 16. num. 8. & diſc. 31. num. 4. & 5., Rot. de decis. 192. num. 4. & 5. coram Merlin.*

Quin ullo modo poſſet in controverſiam redigi, quod nomine, ſeu nuncupatione Ordinariorum, aliorumve inferiorum collatorum,
4 Sede Epiſcopali vacante veniret Capitulum, nam etſi Epiſcopali Cathedra viduata, Capitulum nullo pacto ſibi poſſit uſurpare jus conferendi Beneficia, quod Epiſcopo viventi competebat, ſicut reſcripſit Honorius Tertius *in cap. 2. ne Sede vacan.* cum concordan. abunde congeſtis per *Pariſ. de reſignat. Benefic. lib. 7. cap. 23. num. 19. & ſeq., Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 4. proem. num. 35., Quarant. in Summ. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante verſ. nono quæro & ſeqq., Garz. de Benefic. par. 5. cap. 7. num. 51. & ſeqq. Barboſ. de jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 32. num. 109. & ſeq. de Canonic., & Dignit. cap. ultimo num. 109. & ſeq., Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 2. num. 26. & ſeq., Ventrigl. in prax. for. Eccleſ. lib. 2. annot. 15. §. 1. num. 50., Marchett. de vicar. Capitular. par. 2. tit. 32. num. 2., Rot. decis. 289. num. 85. par. 6. rec.*

Idque etiam procedat quantumvis de jure, vel conſuetudine teneretur Epiſcopus in collatione Beneficiorum procedere cum conſilio, vel conſenſu Capituli, quinimo per Regulam 2. Cancellariæ exiſtant hujuſmodi Beneficia, quatenus vacent poſt obitum Epiſcopi expreſſe Sedi Apoſtolicæ reſervata, quemadmodum circa primam ampliationem ſubne-
5 ctunt, per literam *Textus in cap. unico §. Cum vero ne Sed. vacan. in 6. Quarant. in Sum. Bullar.*, ubi ſupra, *Pavin. de poteſt. Capitul. Sed. vacan. par. 2. quæſt. 1. ſub num. 2., Vivian. de Iur. patron. lib. 12. cap. 2. num. 12., Barboſ. de Canonic. & Dignitat. cap. ult. n. 110., Ventrigl. ubi ſupra num. 53., Marchett. de Vicar. Capitular. par. 2. tit. 32. num. 4.*, & circa ſe-
6 cundam adverterunt *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. 51. num. 52., Lotter. de re beneſic. lib. 2. quæſt. 34. num. 5., Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 57. n. 90., & ſeq., Ventrigl. in prax. for. Eccleſ. lib. 2. annotat. 2. §. 2. tit. de reſervat. Beneſic. num. 20.*

Attamen concluſio hæc ſolemniter fallebat in præſenti caſu, in quo Capitulum Tiraſonen. ad inſtar. quoque multarum Eccleſiarum il-

latum

illarum Partium, fruebatur ſimultaneo jure,
conferendi cum Epiſcopo, in his quippe ter-
minis indubitabile eſt, quod Capitulum ratio-
7 ne juris ſolidalis, & indiviſi valet, jure pro-
prio, etiam Epiſcopo defuncto, collationem
explere ex *Rebuff.*, *Quarant.*, *Vivan.*, aliiſque
laudatis per *Marchett. de Vicar. Capitular.*
par. 2. titul. 32. ex num. 26. cum ſeqq., & non
intrare præfatam reſervationem vigore re-
8 gul. 2. notavit *Gonzal. ad regul. 7. Cancellariæ*
gloſ. 45. §. 3. ex num. 36. verſ. tertio quæro uſ-
que ad num. 49., & poſt eum *Pyrr. Corrad. in*
prax. Benefic. lib. 3. cap. 7. num. 71.

Hocque adeo verum, ut etiamſi mediante
aliqua conventione, ſeu concordia hujuſmo-
di jus ſimultaneæ collationis emicaret diviſum
extitiſſe per Turnum inter eundem Epiſcopum,
& Capitulum, ſicut enixe fieri expoſtulabat
in Sacro Tribunali invito Capitulo nuperrime
defunctus Archiepiſcopus Hiſpalen. *in illa Hiſ-*
palen. Diviſionis Simultaneæ 11. *Februarii* 1697.
coram R. P. D. meo Muto, & 4. Iunii 1700. *co-*
ram R. P. D. meo Priolo; Nihilominus quia
talis diviſio reputatur inita potius reſpectu
nudi exercitii, quam ipſius juris conferendi
alioquin individui, adhuc eadem individuitas,
ac ſolidalis pertinentia operatur, quod Epi-
ſcopo defecto, remaneat per jus quoddam non
decreſcendi tota facultas conferendi in Capi-
tulo, quod nunquam moritur ad ea, quæ
9 punctualiter occaſione vacationis conſimilis
portionis, licet in eo caſu ea contigiſſet in
Turno Epiſcopi deciſa jam fuerunt *coram Car-*
dinali Millino dec. 184. per totam, & conſonat
Pyrr. Corrad. in prax. Benefic. ubi ſupra n. 72.
§. Quia licet, & multo magis conſpirat exem-
plum Juriſpatronatus pariformiter individui,
quod per abſtenſionem, vel inhabilitatem alio-
10 rum Patronorum totum perſeverat, & reſi-
det in uno, etiam Patrono actu præſentante,
Pariſ. conſ. 48. num. 20. lib. 4., *Monald. conſ. 84.*
num. 9. lib. 1., *Bellon. de Iur. accreſcen. cap. 6.*
quæſt. 48. num. 12. & 29., *Rot. deciſ. 231. n. 2.*
coram Card. Cavalerio dec. 120. n. 3. deciſ. 830.
num. 1., & deciſ. 850. num. 1. & ſeq. coram
Emerix. Iun., & deciſ. 19. num. 20. & 21.
par. 10. rec.

Aſt quamvis hæc abſtractive ponderata po-
tiſſimum, & forſan ineluctabiliter urgerent,
claudicabat tamen in facto applicatio præten-
ſionum tam Pauli, quam Capituli: Quoniam
de hujuſmodi aſſerta ſimultaneitate in Jure
conferendi, nulla pro parte Pauli aſſerebatur
juſtificatio, niſi illa, quæ promanabat a
generica Juris præſumptione relata per *Gloſſ.*
in capitulo cum Eccleſia Volaterrana verbo
poſtulavit de electione. per quam Sacri Cano-
nes præſupponentes Beneficia exiſtentia in
aliqua Eccleſia, & præſertim Cathedrali cenſe-
ri fundata de communibus redditibus ipſius Ec-
11 cleſiæ, tribuunt pariter in conſequentiam Ca-
pitulo non minus, quam Epiſcopo jus illa con-
ferendi eodem modo, quo communis fuit et ad-
miniſtratio, ſive dominium eorundem reddi-
tuum, teſte *Garz. de Benefic. par. 5. cap. 4. num.*
13., *Lotter. de re Benef. lib. 2. q. 21. num. 8.*, *So-*
lorzan. de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 13. num.
34., *Rot. dec. 95. num. 1. coram ſa. me. Gregor. XV.*
dec. 980. num. 2. coram Card. Seraphino, &
deciſ. 244. num. 1. part. 16. rec. late etiam *Card.*
de Luc. de Benef. diſc. 1. num. 24. & 25. ubi licet
cum *Fagnan. ad d. cap. cum. Eccleſ. Volaterana*
num. 2. diverſas recenſeat ſententias, adhuc ta-
men teſtificatur hanc opinionem communiter
jam fuiſſe receptam in Curia, ſępluſque canoni-
zatam in Rota.

Verum cum ſubſtantialiter, & in effectu totum
in hac materia facit conſuetudo fidelis interpres
rerum, actuumque ſub annoſæ antiquitatis cali-
gine latentium, ideoque quia frequenter valent
redditus Capitulares non eſſe communes cum
Epiſcopo, vel e contra, ac etiam quia conſimilia
Beneficia poſſunt aliunde propriam recognoſce-
re quidditatem, & fundationem, eadem proin-
de conſuetudo multoties efficit, quod jus con-
ferendi Præbendas, & Beneficia ſita in Eccle-
ſia Cathedrali, vel ad ſolum ſpectet Capitulum
12 vel ut plurimum ad ſolum attineat Epiſco-
pum, juxta optime perpenſa, & enucleata per
Boich. in cap. novit in princ. de his, quæ fiunt a
Prælat., *alioſque Scriben. in d. cap. cum Eccleſ. Vo-*
laterrana relat. per *Fagnan. ibidem num. 25. &*
plurib. ſeqq., *Card. de Luc. de Benefic. diſc. 1. num.*
27. & ſeqq., *Lotter. de re Benefic. lib. 2. q. 21. num.*
6. & ſub num. 42, *Rot. dec. 809. num. 6. coram*
Buratt. & d. dec. 244. num. 2. par. 16. & dec.
274. num. 10. & 11. cum ſeqq. par. 19. rec.

Profecto igitur verendum undique erat
in caſu noſtro, quod iſta ſimultaneitas ex in-
congruentia forſan præmiſſæ rationis minime
extaret in hac Eccleſia, principaliter reflecten-
do, quod pro parte Pauli neque unica uſque ab
exordio ejuſdem Eccleſiæ oſtendebatur collatio
inita per idem Capitulum ſimultanee cum Epi-
ſcopo; Cumque is de jure nanciſcatur firmio-
rem poteſtatem conferendi univerſa Beneficia
ſuæ Diœceſis, utique ab hoc actu in ſempiter-
13 num negativo concludendum videbatur, vel
non adeſſe hanc conſuetudinem favore prælau-
dati Capituli, vel potius vigere contrariam fa-
vore Epiſcopi, ut præter generalia, de quibus
in propoſito indefinite conſuetudinis negativæ
ſeu nuſquam probatæ *Abb. in cap. Ad noſtram*
de confirmat. util. vel inutil. in 6. & conſ. 53. num.
1. cum ſeqq. lib. 2. Alex. conſ. 135. num. 19 lib.
2. Ludovic. Bell. conſ. 51. num. 14., *Rot. dec. 625.*
num. 1. par. 18. rec. & in Toletana Iuriſdictionis
ſuper pertinentia Eccleſiarum 6. Iunij 1689. §. Tum
demum coram Reverendiſs. D. meo Decano, magis
ad rem noſtram, ſive in ſpecie collationis Bene
ficiorum, ac etiam præſentationis ad eadem
Beneficia *Abb. conſ. 106. col. penult. lib. 2. Vi-*
vian. de Iurepatron. par. 3. lib. 15. cap. 1. num. 8.,
Rot. dec. 219. num. 12. par. 4. tom. 2. deciſ. 421.
num. 13.

*num. 13. par. 18. tom. 2. rec., & dec. 471. num.
12. coram Peuting.*

Urgentius quoque conſiderando, quod ad
præſens tractabatur de ſimplici Portione, non
vero de effectiva Præbenda, vel Canonicatu ip-
ſius Eccleſiæ, quamvis etenim pariter receptum
appareat vigore præfati *Textus*, ſeu *Gloſſ. in cap.
cum. Eccleſia Volaterrana* hujuſmodi Jus ſimulta-
neę collationis locum habere in iſtis Portioni-
14 bus, & generice in quibuſcumque Beneficii in-
ferioribus, ut videre eſt apud *Gonzal. ad reg. 8.
Cancell. gloſſ. 45. ex num. 42. Lotter. de re Benefic.
lib. 2. q. 21. ſub num. 21. & num. 22.* per quos
concordantes referuntur.

Quia tamen non deficere contrarii Aſſerto-
res acerrimi reputantes enunciatam præſum-
ptionem fundationis ex redditibus communibus
15 enervari in hoc caſu ex his, quæ habentur
apud *Abb. in dicto cap. cum Eccleſia Volaterrana
num. 8. verſic. in tertio membro ibique Fagnan.
num. 38., Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 21.
num. 20. & ſub num. 21. verſic. & licet in dicta
Parmen.*

Exquiſitius ſaltem requirebatur præfata ju-
ſtificatio alicujus factæ ſimultaneæ collationis
poterat namque dari caſus in hac Eccleſia, quod
nihil comune haberent hæ portiones cum Men-
ſa Epiſcopali, aut Capitulari, tuncque ceſſare
16 etiam ſententiam illorum, qui fuerant arbitra-
ti ſimultaneam procedere quoque in Beneficiis
inferioribus adverterunt *Gonzal. ad dictam Re-
gulam Cancellariæ loco ſuperius allegato ex num. 43.
Lotter. de re benefic. loc. mox allegat. verſic. Et ideo
deciſio prædicta.*

In omnem autem eventum corruebat ad præ-
ſens omnis occaſio hæſitandi, quia capitulum
nequaquam devenerat ad collationem erga
Paulum vigore hujus prætenſæ ſimultaneæ, ſed
tantummodo, ſtante obitu Summi Pontificis;
nec non Epiſcopi *Summario Joſephi num. 2.* quam-
obrem irrefragabile intrabat dilemma, quod
aut ex hodierna collatione reſtricta ad hoſce
titulos reſultabat vera, & implicita declaratio,
quod effective non adeſſet hæc ſimultanea pote-
ſtas cum quilibet præſumatur meliorem ſemper
17 tutioremve titulum deducere ex collectis per
*Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 13. num. 5. &
ſeqq. Epiſcop. Rocc. diſput. jur. lib. 2. cap. 115.
num. 37., Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 46. num.
31., Rot. deciſ. 50. num. 11. coram Bieb. deciſ. 285.
num. 148. coram Duran. & deciſ. 99. num. 11. co-
ram Roxas.*

Eoque caſu, juncta deficientia demonſtratio-
nis aliarum collationum, de qua hucuſque di-
ſcurſum fuit certe per hanc virtualem confeſ-
ſionem, ſive declarationem omnis expla-
nabatur obſcuritas, & neceſſe erat fateri ta-
18 lem ſimultaneam non extare in iſta Cathedrali
ſecundum ea, quæ in terminis non abſimilis ne-
gativæ declarationis, vel confeſſionis ex verbis
vel facto reſultantis ratiocinantur *Curt. jun. conſ.
50. num. 9. lib. 1., Magon. deciſ. Florent. 3. num. 17.*
cum alijs per *Mart. Medic. deciſ. 58. num. 36. &
37., Rot. deciſ. 324. num. 5. par. 15. rec. & de-
ciſ. 1103. num. 4. coram Emerix jun.*

Aut vero gratis ſupponere fas erat exiſten-
tiam hujus ſimultaneæ, circa quam unicum
Pauli præſidium arctabatur, tuncque pariter in-
troſpecta allegatione prædictorum titulorum du-
rior ſed paſſim practicata ſuccedebat regula, ſive
axioma Juris, *quod potui nolui &c. quod volui, ad
implere nequivi*, quam etiam in proviſionibus, &
collationibus Beneficiorum militare, atque
procedere ex *Text. in cap. ex parte de conceſſ. præ-
19 ben.* communiter tradunt *Federic. de Sen. conſ.
164. ſub num. 1. Cephal. conſ. 745. num. 9. & 10.
lib. 5., Roman. conſ. 335. num. 14., & conſ. 343.
num. 4., Abb. quæſt. 5. colum. 15. circa finem Man-
doſ. ad Regul. Cancell. reg. 32. quæſt. 25. num. 6.
Rebuff. in prax. benefic. tit. de devolut. num. 52.,
Rot. deciſ. 150. num. 3. coram Buratto, & deciſ. 88.
num. 7. coram Rembold. & deciſ. 241. num. 24. in
fine coram Bieb.*, ubi quod id procedit etiam ſi in
collatione adſtaret clauſula *omni meliori modo &c.*

Exiſtimantes itaque Domini, omnibus in
unum penſatis, ſolidiora reperiri hæc poſtrema
fundamenta fulcientia jura Joſephi, reſponde-
runt, ut par erat, litteras Apoſtolicas eſſe exe-
quendas, præſertim quia nullibi videbatur ea-
rum executionem poſſe ex earum privilegiata
natura retardari per contrarias Pauli oppoſitio-
nes, aut omnino inſubſiſtentes, vel ſaltem tur-
bidas, & incapaces reſiſtendi ſollicitæ executio-
ni, quam ſibi merito litteræ exquirunt Apoſto-
20 licę, uti millies dictum fuit, & ſignanter *in
dec. 58. num. 1. coram ſa. me. Alexandro VIII.
deciſ. 115. num. 2. coram Priolo in Olomucen. Ca-
nonicatus 4. Decembris 1693. §. 1. coram Reve-
rendiſſimo Manuel. in Colonien. Coadiutoriæ 4. Ju-
lij 1698. §. Verum coram R. P. D. meo de la Tre-
moille in Forolivien. Canonicatus Theologalis 25.
Junij 1700. §. Firmamentum coram Me, & in
Burgi S. Sepulchri Beneficij 12. hujus menſis §. Uni-
cum enim coram Reverendiſſimo Domino meo De-
cano.*

Utraque &c.

BISUNTINA, SEU BASILIEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 26. Junii 1702.

ARGUMENTUM.

Unio Parochialis Eccleſię alicui Capitulo facta
tanquam odioſa probari debet univocis, & con-
cludentibus demonſtrationibus, & ex quibus il-
la excludatur.

SUMMARIUM.

1 *Unio ſufficienter, probari poteſt ex pluribus præ-
ſumptionibus, & conjecturis urgentibus.*

2 *Unio jure ſive incorporativa, ſive extinctiva
tituli*

tituli impedit quameumque vacationem ac collationem in ipſum titulum jam extinctum.

3 *Conjecturæ, vel probationes fortiores regulant debiliores, & præſertim ubi illæ innitantur Regulæ, & firmamento Juris, præcipue in materia unionis, quæ in ſe eſt odioſa.*

4 *Præſentationes dum non poſſunt referri ad Titulum Iuriſpatronatus ſunt referendæ ad titulum unionis ſi de ea conſtet.*

5 *Expreſſio vacationis in materia unionis, & ſi in genere probationum ſit fortiſſima, adhuc tamen cedere debet illi probationi, quæ provenit a publico manimento, & eſt probatio reduplicativa.*

6 *Sententia inter alios acta, ac non citato intereſſe habente non afficit non citatum.*

7 *Unione plenarie & perpetuo facta Monaſterio, exereitium curæ actualis remanet penes Vicarium, & habituale penes d. Monaſterium, vel Eccleſiam.*

8 *Decimarum perceptio non arguit de neceſſe actualem Parochialitatem, aut perſeverantem curam habitualem, eum poſſint Decimæ alio Jure ad alium ſpectare.*

9 *Vnionem in jure odibilem ſuperabundat etiam per poſſibile excludere.*

10 *Dubietas eſt Mater neceſſaria quarumlibet tranſactionum.*

11 *In dubio contra unionem eſt ſemper judicandum.*

12 *Decimæ dari ſolent in defectum redditnum Eccleſiaſticorum.*

13 *Pro concludenda unione incorporativa demonſtrationes præſertim in contrapoſitione aliarum contrariarum exiguntur univocæ, ac in ſe perfectiſſimæ.*

14 *Actus incboatium factus contra* Tit., & Rubr. ut Eccleſiaſtica Benef. ſine diminut. conferantur *manifeſta nullitate laborat in ſemetipſo.*

15 *Vnionis incorporativæ ſignum univocum eſt aſſignatio congruæ.*

16 Præbendæ *vocabulum ſolummodo congruit independenti, ac proprio titulo Beneficii, non vero ſimplici adminiſtrationi curæ prorſus dependenti, & incorporatæ.*

17 *Aſſignatio congruæ neceſſario exprimi debet ſub illa formula* cum ſolita congrua, *ut practicat S. Cong. negociis conſiſtorialibus præpoſita.*

18 *Inobſervantia Styli ſuapte natura vehementem ſemper ingerie ſuſpicionem.*

19 *Literæ Apoſtolicæ nunquam per turbidas exceptiones retardandæ ſunt.*

DECISIO CCLIII.

NE contra mentem Juris, & æquitatem de qua *Valaſc. deciſ. 51. num. 10. Surd. deciſ. 17. num. 2., Giurb. deciſ. 4. num. 26., Fontanell. deciſ. 74. num. 5.* Judicium ab Ugone diſpendioſe paratum, & Inſtructum redderetur eluſorium, & inutile circa conſequentiam ſaltem reportatæ Victoriæ adverſus Capitulum Collegiatæ Eccleſię Sancti Urſicini inſteterant coram me illius interim prædefuncti hæredes pro conſecutione fructuum, quos idem Vgo obtinere debuiſſet, & ipſi reportaverant in præcedenti inſtantia coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, mediante mandato de manutenendo ipſis attributo, ſed noviter reſpectu hujuſcemodi mandati cauſam committente Signatura Juſtitiæ aliqualis apud Dominos verſata eſt difficultas, utrum ſcilicet, iterum cauſa foret proponenda ſuper ipſa dumtaxat manutentione cumque ex fundamentis opportunius examinandis in altera contemporanea Deciſione hujus diei ſuper puncto ipſius manutentionis eluceſceret, expetitam manutentionem in ſubſtantia pendere a Medulla boni Juris, hinc relinquentes in ſeparata dubitatione perpendere manutentionem, hodie ſub hac deciſione, prævio examine ejuſdem boni Juris, *ſeorſim pro confirmatione Sententiæ latæ ab eodem Reverendiſſimo D. meo Decano*, unanimiter reſponderunt.

Et quidem adeo levia ſunt tria objecta rurſus promota ex parte Capituli, ut vix ullam mererentur animadverſionem cum noſcerentur manifeſtiſſime attrita in geminis deciſionibus, quæ præfatam Sententiam, atque mandatum Reverendiſſimi D. mei Decani præceſſerunt: Primum namque fundamentum conſiſteus in prætenſa unione hujuſce Parochialis Sancti Mauritii ipſi Capitulo Sancti Urſicini, ex pluribus conglomeratis præſumptionibus ex
1 quibus emergere poſſe ſufficientem probationem unionis, oſtendere ſatagebant informantes pro Capitulo ex *Turricell. de union. cap. 11. num. 38., Rot. deciſ. 599. num. 5. coram Card. Cavaler. deciſ. 625. num. 2. coram Merlin., deciſ. 911. num. 3. in fin. coram Dunozett. Iunior. deciſ. 102. num. 2. part. 1., deciſ. 153. num. 1., & ſeq. part. 2., & deciſ. 48. num. 5. part. 10. recent., & in Burgi Sancti Sepulchri Parochialis 5. Iunii 1690. §. Minus oſtendebatur coram R. P. D. meo Caprara.*

Incontinenti remanſit labefactatum, quia non negabatur veritas memoratæ propoſitionis, quod unio valeat juſtificari per urgentia ſigna, adminicula, & conjecturas, prout nec etiam impugnabatur, quod ſive ex Bullis Innocentii II., Alexandri III., & Pauli IV., ſive ex promiſcua nuncupatione *Vicariæ*, ſive demum ex quibuſdam enunciativis emiſſis in Viſitationibus anni 1550., & anni 1607. quædam non emergeret apparentia unionis, quantumvis de cætero uberrime confutatæ *in præcitatis deciſionibus Reverendiſſimi D. mei Decani*, verum hiſce conjecturis, ſemperque æquivocis demonſtrationibus prævalebat obſervantia contraria plurium Sæculorum, in quibus cum hujuſmodi *Cura, Plebania, Parochialis*, vel etiam, ut diximus promiſcue enunciata *Vicaria* extiterit collata ſub expreſſione poſitiva *vacationis, & in titulum* effectivum *Summario ejuſdem Capituli ex num. 3. 4. 6., & 7.*

nil utique magis ex diametro repugnabat unioni
veræ, quam vocabulum *vacationis*, *& collationis in titulum*, unio ſiquidem vera, ſive
incorporativa, & extinctiva Tituli impedit
quamcumque vacationem, ac collationem in
2 ipſum Titulum jam extinctum, ex rationibus
fuſius perpenſis per *Zabarell. in Clem. unic. verbo præſentatus quæſt. 7. de exceſſ. Prælatorum Vitalin. in Clem. unic. de Offic. Vicar. Rebuff. in prax. Benefic. tit. de union. Benefic. num. 12. in fin. Gonzal. ad regul. VIII. Cancellar. gloſſ. 5. §. 7. num. 20., Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 28. num. 104., Rot. deciſ. 77. num. 3. coram ſan. mem. Gregorio XV. deciſ. 179. n. 4. coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 9. n. 4. & ſeq. par. 10. deciſ. 197. nu. 8. par. 11., & deciſ. 310. num. 10., & deciſ. 406. num. 4. par. 16. rec.*

Et ob id intercedente hac intrinſeca, ac irreconciliabili, & eſſentiali repugnantia, profecto in conflictu ſupradictarum conjecturarum, ſeu præſumptionum, quæ ratione ipſius æquivocationis poterant referri ad meram præſentationem, ſive Iuſpatronatus, ut indicant ipſamet verba antiquioris collationis recenſita in hodierno *Summario Capituli num.* 3. ibi - *Cujus Collatio dum vacat, ſeu modo præmiſſo vacans ad Collationem, ſeu præſentationem dictorum DD. de Capitulo S. Vrſicini dignoſcitur pleno Iure pertinere*, & paſſim in aliis, & oſtendunt *præcitatæ deciſiones Reverendiſſimi D. mei Molines*, ſtandum erat potius Regulæ Juris indefinitæ, ac fortius reſiſtenti ſimilibus unionibus in ſe odioſis, ex quotidie recepta pro-
3 poſitione, quod conjecturæ vel probationes fortiores regulant debiliores, & præſertim ubi illæ innitantur Regulæ, & firmamento Juris, juxta monitum *Paul. de Caſtro in conſ. 192. ſub n. 4. verſ. & conſtat lib. 2., Ruin. conſ. 35. n. 16. verſ. Teſti autem habenti lib. 4., Rot. deciſ. 509. n. 19. par. 18. rec. deciſ. 472. n. 3. coram ſa. me. Gregorio XV., & deciſ. 328. n. 22. coram Bich.*

Neque concordationem aliquam ſupportare videbatur præfata irreconciliatio, ac repugnantia, ex quo alias tam Scribentes, quam S. Rota hujuſcemodi Verba *præſentationum Vacationis, ac Collationis in titulum*, quandoque de-
4 torxerint, omnique meliori modo impropriaverint ad ſubſtentandam ipſam unionem, prout videre eſt apud *Turricell. de union. cap. 11. n. 92., Rot. deciſ. 1c2. n. 6. par. 1. deciſ. 441. nu. 6., & 7. par. 5. tom. 2. deciſ. 248. n. 5. par. 8., & deciſ. 330. num. 24., & 25. par. 9. rec. tom. 2.*

Quoniam hoc egregie ſibi locum uſurpaſſet adamuſſim ad limites memoratæ propoſitionis, quando videlicet potentior irreconciliabilitas ſtaret ex parte ipſius unionis; Nam ſi de ea ex. gr. liqueret per publicum Inſtrumentum, aut per Diploma, ante Concilium Epiſcopale, & poſt, Pontificum, certe, ut per Judices, & Tribunalia odibilis effugiatur contradictio neceſſe foret, quod expreſſio *Vacationis, præſentationis, & Collationis*, & ſi de reliquo in genere probationum, ſuperlative fortiſſima, & ferme pariter irreconciliabilis, cederet tamen illi probationi, quæ tamquam proveniens a publico munimento dici-
5 tur, & eſt probatio reduplicativa, ſive probatio probata *Bald. in leg. quoties in fine Cod. de Iudic., Rot. in Romana pretenſæ nullitatis contractus 18. Junii 1700. §. Sic namque coram R. P. D. meo Scotto*, & de facto hic eſt caſus *prædictæ deciſionis 330., ut ex ipſius facti ſerie ſub initio recenſita num. 3. verſ. Ius autem Decani, part. 9. recentior. tom. 2., nec non cæterarum authoritatum.*

Atque ex his evanidæ non minus efficiebantur reliquę conjecturæ, noviter in hodierna propoſitione pro parte Capituli ſuper inductę quia nuſquam hæ poterant æquipollere prædicto publico Inſtrumento, & probationi probatæ, imo pleręq; diametraliter retorquebantur, & ſignanter illa radicata in Sententia Ordinarii *Summario Capituli num.* 9. per quam non ſolum vocantur Canonici Sancti Vrſicini Curati *Primitivi* hujus Eccleſię Parochialis, ſed & iiſdem Canonicis veluti fundatis in Jure Communi conceditur Jus Decimandi intra Circumdarium ejuſdem Parochię, ſiquidem ultra quod Sententia hęc tamquam lata nimium de recenti, videlicet ſub anno 1685. valde proximo præſenti controverſiæ, ac Pa-
6 roco, ſeu Vicario, nullatenus citato, haud magni ponderis apud DD. eſſe videbatur, ſed laborare ea infirmitate, qua ſemper eneruatur res inter alios acta, ut probat *Innoc. in cap. Auditis num. 2. verſ. aliis dicunt de præſcript., Surd. conſ. 189. num. 46., Ruin. conſ. 62. num. 24. lib. 5., Gratb. deciſ. 93. num. 2., & 6., Rot. deciſ. 133. n. 9. coram Baratt. deciſ. 253. num. 10. part. 12., & deciſ. 109. num. 6. part. 16. recent.*

Nihilominus potius ex illo verbo *Primitivi* arguere fas erat, quod utique antiquitus, ac priori tempore Canonici forent Curati, non autem quod tales ſucceſſive, ac de præſenti, perſeveraverint maxime ob nullam factam in prædicta Sententia mentionem hodiernæ ſaltem habitualitatis ipſius Curæ quem ad modum factum extitiſ-
7 ſet, aut fieri debuiſſet ad verificandam quoque de præſenti unionem incorporativam, & ſubjectivam, ut patet ex prænotatis per *Oldrad. conſ. 63. num. 1. in fin. Roman. conſ. 325. num. 3., Mandoſ. conſ. 20. num. 9. cum aliis per Barboſ. de Jur. Eccleſiaſtic. univerſ. lib. 3. cap. 6. ex num. 28., Rot. deciſ. 1009., num. 4., & 5. coram Card. Seraphino deciſ. 36. num. 1. coram Baratt., & deciſ. 1334. ſub num. 6. verſ. ubi ſi Vicarius coram Coccin., & deciſ. 321. nu. 14. part. 19. recentior.*

Quare facile e converſo reddebatur interpretari, quod etiam quando ex cauſa hujus

Pri-

Digitized by Google

Primitivitatis Canonici fundatam haberent in-
tentionem in Jure ſuper Decimis, id probabi-
liter evenerit ex conventa retentione iſtius
Juris Decimandi, occaſione omnimodæ tranſ-
lationis Curæ, e Capitulo in ipſum Curatum,
8 ſeu Plebanum (ut enim animadvertunt *Gonzal.
ad regul.* 8. *gloſſ.* 6. *num.* 56., *Lotter. de re be-
nefic. quæſt.* 18. *num.* 54. *lib.* 1., *Rot. deciſ.* 52.
num. 33. *part.* 2. *diverſor. deciſ.* 32. *num.* 14.
part. 8. *recentior.*, *& in Novarien. Parochialis*
23. *Martii* 1696. §. *Nec. ſufficienter coram
R. P. D. meo Caprara*) perceptio Decimarum
non arguit de neceſſe actualem Parochialita-
tem, aut perſeverantem Curam habitualem,
cum poſſint Decimæ alio Jure ad alium ſpectare.

Idque ſane in præſenti caſu reputari valebat
manifeſtum ob præfatum totius Curæ transla-
tionem præſuppoſitam, ſive reſultantem ex vi
dicti verbi *Primitivi* oppoſitum ſonantis a verbo
hodierni, & tamen ſuperabundabat excludere
odibilem in Jure unionem etiam per poſſibile,
ſicut præter relatos in *deciſione* 5. *Martij* 1700. §.
9 *Proindeque coram præfato Reverendiſſimo D. meo
Decano* communiter advertunt *Cravett. conſ.* 258.
num. 9., *& ſequent.*, *Lotther de re benefic. libr.* 1.,
quæſtion. 20. *numer.*, 105. *Rota deciſion.* 179. *num.* 1.
*& ſequent. coram San. memor. Alexandro VIII.
deciſion.* 759. *numer.* 5., *&* 6. *coram Card. Cerro, &
in Illerden. Unionis* 27. *Junii* 1696. §. *Illa ſi qui-
dem cor. bo. me. Urſino.*

Periculo retorquibilitatis pariformiter non
vacabat enunciata tranſactio celebrata de anno
1532. cum quodam Wilelmo *ad evitandos*, ut ibi
dicitur *labores, ſumptum, ac expenſas in cauſa,
& lite inter ipſas partes in deciſa pendente Sum-
mario Capituli Numero* 5. quantumvis enim ibidem
Wilelmus dimittat in manibus Capituli hanc
ipſam Parochialem, quam præcedenter a S. Sede
ſibi conferri impetraverat, tuncque non minus
ab eo quodammodo extorqueatur confeſſio,
quod eadem Parochialis foret Unita Capitulo
adhuc, non obſtante quolibet verborum fuco,
Wilelmus ſubſtantialiter in excambium dimiſſæ
Parochialis vigore ejuſdem tranſactionis obtinu-
it a Capitulo alterum Præbendatum, ſeu Bene-
ficium, unde quis neget, quod iſte modus tran-
ſigendi ſaltem non involueret maximam dubie-
tatem, præcipue, dum ipſa dubietas exiſtit ma-
ter neceſſaria quarumlibet tranſactionum ad
Text. in. leg. 1. *ff. de tranſact. & in leg. de ali-
mentis Cod. eod. titul.* in dubio vero ſemper judi-
candum eſt contra unionem *Mandoſ. ad regul.* 12.
Cancell. quæſt. 6. *numero* 2., *Cardinal. de Luca de
benefic. diſcurſ.* 19. *ſub nu.* 13., *Rota deciſion.* 152.
numero 30., *& deciſion.* 275. *numero* 15. *coram
Bich.*, *& deciſion.* 181. *num.* 5. *cor. Emerix Jun.*

Reſtabat noviſſima conjectura promanans a
translatione proventuum, & reddituum Eccleſiæ
controverſæ in Capitulum cum ſimplici, ut præ-
tenditur, aſſignatione congruæ Vicario, ſeu
Plebano, verum, & hæc ſecum ferebat non le-
vem ambiguitatem, utrum videlicet occaſione
plenariæ, ut diximus translationis curæ pari
modo Capitulum cum decimis ſibi retinuerit hu-
juſcemodi proventus, ac redditus Eccleſiæ Pa-
rochialis Sancti Mauritij, ſicut frequenter pra-
12 cticatur in materijs diſmembrationum ut patet
ex *Text. in cap. ad audientiam in primo de Eccleſ.
ædifican.*, *Lotther. de re benefic. libr.* 1. *quæſt.* 28.
ex numer. 48., *& ſequen.*, *Rota in Marſicana
Diſmembrationis penes, Corrad. in prax. beneficiar.
lib.* 3. *cap.* 2. *ſub num.* 5. *ex verſ. quartum uſq; ad
num.* 7., *& optime in dec.* 419. *num.* 4. *p.* 1. *rec.*

Semperque propterea hæc argumentatio, ſi-
gnum, vel adminiculum, tamquam probatio
æquivoca minime deſerviebat pro concludenda
ſufficienter unione incorporativa cujus demon-
ſtrationes, præſertim in contrapoſitione contra-
riarum, exiguntur univocæ, ac in ſe perfectiſ-
13 ſime Teſte, *Rota deciſion.* 310. *num.* 4. *par.* 16.,
& deciſion. 204. *nu.* 3.. *parte* 18. *recentior. to.* 1.
& plene in Aprutina Præpoſituræ de Nereto 9.
Decembris 1695. *fere per tot. coram Bon. Memor.
Urſino, confirmata* 14. *Maij* 1696. *cor. eodem.*

Potiſſime quia ſeverius rimando principium
hujuſce prætenſæ aſſignationis congruæ, ac re-
tentionis cæterorum proventuum, ſuſpicandum
probabiliter erat de implicita coactione Capitu-
li erga Plebanum, ſeu Vicarium primus etenim
actus in fulcimentum quodammodo Bullarum
Innocentij &c. allatus a Capitulo *Summario di-
cto Num.* 3. ſub anno ſcilicet 1500. percutiebat ca-
ſum, in quo quidam alter Wilelmus, abſq; conſen-
ſu Capituli permutaverat hanc Curam, ſeu Pleba-
natum, proindeque prætendens Capitulum, quod
is ceciderit a Plebanatu per viam alterius con-
cordiæ, ac pacti expreſſi, eidem Wilelmo præ-
via remiſſione hujus aſſertæ caducitatis certam
quotam reddituum aſſignavit, præcipiendo,
*ipſum debere eſſe contentum pro ſua ſufficienti Præ-
benda, ſine contradictionis obſtaculo*, unde præco-
14 gnito hujuſmodi principio tantum aberat, ali-
quam emergere poſſe comprobationem, qui-
nimo libentius concludendum eſſet, quod idem
actus incohativus laboraret in ſemet ipſo, nul-
litate manifeſta cum foret contra *Tit.*, *&
rubric. ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminut. con-
ferant. Pirryngh. in Jus Canon. lib.* 3. *titul.* 12. §. 1.
Maſcard. de probat. concluſ. 313. *numer.* 5. 6., *&* 7.
Pariſ. de reſignat. benef. lib. 8. *qu.* 9. *ſub nu.* 32.
& ſeq., *Garz. de benef. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 32.

Abinde autem citra idipſum in poſterum pra-
cticari pertimeſcentes Capitulares, ſemper
mediante Juramento, ac ſtricta obligatione,
obligarunt Succeſſores in præfato Plebanatu,
ut Præbenda Anteceſſoribus aſſignata contenta-
rentur *dicto Summario Numero* 4., donec con-
querente quodam Succeſſore de hujuſmodi aſ-
ſignatione, ſeu ſeparatione, Viſitator iniunxit
illam ad Juris normam augeri, *dicto Summario
Numero* 8., quomodo igitur tantus clamor fieri
merebatur, (ut bene reſpondebant informantes
pro hæredibus) ſuper hac prætenſa aſſignatione
congruæ, tamquam analogo ſigno unionis

incorporativæ ex ponderatis penes *gloſſ. in Clementin. unica §. Quadam etiam verſicul ad Manſam de exceſſ. prælator. ibique Vitalin. num. 100., & ſequen. Torriccl. de union. capit. 11. num. 80., Rota deciſion. 77. ſub num. 4., & deciſion. 112. nu. 4. coram Gregor., & deciſion. 135. num. 3. coram Pentinger., & deciſion. 179. num. 9. coram Otthobon. & in recen. deciſion. 192. num. 9. parte 18.. & in dicta Burgi Sancti Sepulcbri Parochialis 5. Junij 1690. §. Reſultabat cor. R. P. D. meo Caprara. & in Barchinonen. Paroch. de Albiniana 1. Junij 1697. §. Inſuper cor. R. P. D. meo Muto.*

Quando nimirum apparebat de initio, vitioſo quia, ſi per antea viguiſſet talis conſuetudo, dictum non extitiſſet de prædicto anno 1500. *pacto tamen tali. & Conditionibus appoſitis, & per partes utraſque præmiſſis*, preſertim etiam quia aſſignatio hujuſmodi, nuſquam fuit denominata congrua, præter quam in dicta Viſitatione anni 1607. *dicto Numero* 8. ſed ſemper fuit compellata *Præbenda* uſque ad noviſſimam collationem factam in perſonam Ignatii, cum quo Ugo commutationem inivit, nemo autem non ſcit
16 quod vocabulum *Præbendæ*, ſolummodo congruat independenti, ac proprio titulo beneficij, non vero ſimplicij adminiſtrationi curæ prorſus dependenti, & incorporatę, ut ex *rubric. de præbend., & conceſſ. Præbend. Et clarius ex cap. Tua nobis 32. §. Nos igitur de verb. ſignificat.*

Eoque validius, quia ubi de vera, juridica. ac aſſueta congrua canonice tractatur, nuſquam conſimiles phraſes, pacta, & juramenta adhibentur, ſed aſſignatio ejuſdem congruæ de plano exprimitur ſub illa formula *cum ſolita congrua*, ut practicat etiam Sacra Con-
17 gregatio negociis conciſtorialibus præpoſita occaſione ſuffraganeatuum per ea, quæ tradit *Carol. Pælic. de Matt. Epiſcop. Sancti Severini de cauſ. conſiſtorialibus ſection. 22. numero 18.. & ſequent.*, inobſervantia autem ſtyli ſemper ſuapte natura vehementem ingerit ſuſpicionem teſte, *Manent conſil. 89. numero 37., Gra-*
18 *tian. diſceptat. 479. numero 70., Bonden. collect. 42. num. 31. libro 1., Palm. Nep. allegat. 74. num. 11., Rota deciſion. 179. num. 14. penes Poſth. de ſubbaſtation., & deciſion. 17. num. 5. par. 9. recen.*

Everſo ex præmiſſis prælaudato, ac fortiori primo fundamento prætenſæ unionis ſubjectivæ, veluti nullo modo probatæ, vel admodum dubiæ, & æquivocæ, minus refragabatur ſecundum, quod innitebatur explicitæ pactioni, ac Juratæ promiſſioni factæ de non permutando, neque reſignando eamdem Præbendam, niſi ad manus Capitularium Collatorum, prout & poſtremum non factæ mentionis antecedentis permutationis initæ coram Ordinario, quoniam citra ſupervacaneam repetitionem, cuncta hæc radicitus effulgebant divulſa in præcedentibus deciſionibus hujus cauſæ, hodieque de facto parum quoque deſuper Partes inſiſtebant, ut alias reſpondit *Rota in Romana Immiſſionis 30. Januarij 1702. §. Et ex bis coram me*, maxime cum ageretur de Sacroſanctis Litteris Apoſtolicis, nuſquam per turbidas
19 exceptiones retardandis, ut pariter dictum fuit in *Forolovien. Canonicatus Theologalis 25. Junii 1700. §. Firmamentum coram me, & in Tiraſonen. Portionis 23. hujus Menſis §. final. pariter coram me, & alibi quotidie.*

Et ita utraque &c.

BISUNTINA, SEU BASILIEN. PAROCHIALIS SUPER MANUTENTIONE.

Lunæ 26. Junii 1702.

ARGUMENTUM.

Hæredes ſæculares ſunt capaces percipiendi fructus Beneficii, quos percipere potuiſſet illorum Author Clericus vel Beneficiatus ſi viveret. Manutentio, quæ Authori debebatur, debetur etiam illius heredi, in quem tranſeunt omnia Jura, & actiones.

SUMMARIUM.

1 *In hæredes ſemper transferuntur univerſa Jura, & actiones indifferentes.*
2 *Hæredibus ſæcularibus competunt fructus Beneficii, quos percipere debuiſſet illorum Author Clericus vel Benificiatus jam defunctus.*
3 *Poſſeſſione deficiente non applicatur interdictum retinendæ, ſive ulla manutentio.*
4 *Mautentio concedi non ſolet ex aliorum perſona aut poſſeſſione.*
5 *In hæredem continuatur lis eadem, & inſtantia.*
6 *Itaut dictus hæres non valeat ex propria Perſona Judicem, & Forum Authoris ſui declinare.*
7 *Et conſequenter eadem manutentio quæ pertinebat Authori ſuo, aſſequitur idem hæres.*
8 *Quinimo ſi fuit decreta, vel data manutentio in vita defuncti, ea quoque proſit illius hæredi.*
9 *Donatario, vel Ceſſionario debetur manutentio ex judicio per Donantem ſeu cedentem in vita inchoato.*

DECISIO CCLIV.

CUM in ſequelam boni Juris primario etiam præcogniti ab Executore de partibus, ſucceſſive Tribunal manutentionem Indulſerit, ipſimet Ugoni, qui ſuam permutationem non minus ab Ordinario approbari, ſed etiam a Sancta Sede Apoſtolica per ſpeciales litteras communiri reportaverat, interim vero fato conceſſerit idem Ugo cenſuit pariter Sacra Rota hujuſcemodi manutentionem, compatibiliter impartiri illius hæredibus inſtantiam proſequentibus, ut *in deciſione ædita 27. Junii 1701. coram Reverendiſſimo Domino Decano*, eamque pariter in hodierna reſtauratione

ne pugne Canonizatum effulxerit prælaudatum
bonum Jus aſſiſtens demortuo, un in *altera
deciſione hujus diei* conſequens erat, quod ad
præſcriptum Commiſſionis a Signatura Juſtitiæ
mihi directę cum clauſula, *cum facultate ma-
nutenendi*, *quem de Jure* repoſita Cauſa ſuper
præfata manutentione Domini reſponderunt
dandam eſſe manutentionem hæredibus.

Diximus compatibiliter, quia illa vera,
propria manutentio, quæ reſpiciebat Vgonem
in ordine ad Parochialem Eccleſiam Sancti
Mauritii ab eo mediante legitima permuta-
tione conquiſitam, non erat aptabilis hæredi-
bus Sæcularibus beneficii incapacibus, ac de
eo non proviſis: Aſt pluſquam recte congrue-
bat partialis ſaltem effectus conſecutivus ipſius
manutentionis in genere decretæ, videlicet
circa fructus memorati beneficii, qui ſicuti
1 omnino pertinuiſſent ad Vgonem, ita recte
tranſierant in ejus hæredes, in quos de Jure
ſemper tranferuntur univerſa Jura, & actio-
nes indifferentes *vulgat. leg. Hæres la ſeconda
ff. de acquir. hæredit. leg. cum hæredes ff. de ac-
quir. poſſeſſ.*, *& l. prima ff. de bonorum poſſeſſ.
Rot. in Soanen. Immiſſionis* 14. *Maii* 1696. *§. Et
moti ſunt cor. Reverendiſſ. D. Decano*.

Adeoque verum eſt, quod hæredes etiam
Sæculares exiſtant capaces fructum beneficii;
quos percipere debuiſſet illorum Author Cle-
ricus, ac Beneficiatus, ut occurente premo-
rientia ipſius Beneficiati etiam abſque ulla li-
tis pendentia, & ſine ulla Incorporatione, fa-
cta de eiiſdem fructibus (prout e converſo ſe-
quuta fuerat in præſenti) fructus etiam pen-
dentes, beneficii tamen Curati, juxta proba-
biliorem in puncto Juris ſententiam, dividan-
2 tur ad ratam temporis inter præfatos hæredes
ac Cameram, vel ſucceſſorem in Beneficio,
ut per *Covarruv. variar. reſolut. lib. primo
cap.* 15. *n.* 12., *Pariſ. de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 6.
ſub num. 81., *Card. de Luc. de benef. diſc.* 100.
ex num. 12.

Nec obicem efformabat regula generalis,
quod deficeret in hæredibus illud neceſſariiſſi-
mum manutentionis extremum videlicet poſ-
ſeſſio, ſeu quaſi, qua ſane deficiente non ap-
plicatur Interdictum retinendæ; ſive ulla
3 manutentio ad notiſſima Jura de quibus *Rot.
deciſ.* 540. *num.* 23. *penes Poſth. de Manut.*, *de-
ciſ.* 54. *num.* 1., *& deciſ.* 377. *n.* 17. *part.* 16.
rec., *deciſ.* 155. *num.* 14. *coram Bich.*, *& deciſ.* 158.
num. final. coram ſan. mem. Alexandro VIII. ſubal-
ternante præſertim altera propoſitione, quod
pariter regulariter manutentio non ſoleat attri-
4 bui ex aliorum perſona, aut poſſeſſione, ut per
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 425. *ante num.* 51.
Poſth. de Manutent. obſervat. 55. *num.* 1., *Rot. deciſ.*
222. *num.* 5., *&* 6. *coram ſan. mem. Gregorio XV.*
& deciſion. 855. *num.* 3. *coram Buratt.*

Quoniam ſolemniter eædem Regulæ, ſeu
propoſitiones limitantur quotieſcumque ſuper
ipſa manutentione emicat Inſtructum Judicium,
& Inſtantia per Defunctum, cum etenim in ipſum
5 hæredem continuetur eademmet lis, & Inſtantia
per *Text. in l. hæres abſens ff. de Judic.*, & no-
tant uno ore, *Scriben. in cap. quia licet eodem titul.*
adeout nec hæres (ceſſantibus privilegiorum
ſpecialitatibus) valeat ex propria perſona Judi-
6 cem, & Forum Authoris ſui declinare, quemad-
modum proſequuntur *Gratian. diſcept.* 182. *n.* 27.
Caſtill. controv. Jur. lib. 3. *cap.* 25. *a num.* 45.
Novar. de elect. for. quæſt. 20. *ſect.* 2., *Amat. var.
reſolut. cap.* 86. *num.* 27., *Giurb. dec.* 82. *num.* 2.,
& 9., *Vincent. de Franch. dec.* 364. *num.* 3. *ubi
Carol. Ant. de Luc. num.* 1.

Congruum, & infallibile reddebatur ex op-
poſito, quod illa manutentio, quæ competijſſet,
ac prout hic fuit declarata competere prædefun-
cto, pertineat etiam ad hæredem, qui poteſt
proſequi hujuſmodi Judicium, & aſſequi effectum
manutentionis debitæ demortuo ſi vixiſ-
7 ſet ad ea, quæ in prioribus terminis abſolute re-
cenſentur penes *Menoch. de retinend. poſſeſ. remed.*
3. *num.* 62. *Mareſcott. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 116.
num. 9. *cum alijs late congeſtis per Poſth. de manut.
obſervat.* 55. *num.* 46., *Rot. dec.* 307. *num.* 21.,
& 25., *& dec.* 365. *num.* 22., *& ſeq. par.* 9. *rec.*,
& dec. 232. *num.* 2. *cor. Carillo*, & in poſteriori-
8 bus, quando ſcilicet extitit jam decreta vel data
manutentio in vita defuncti, quod ea quoq; pro-
ſit hæredi *Idem Menoch. de retinend. poſſeſſ. d. re-
med.* 3. *num.* 823. *& ſeqq. Boccat. de Interdict. ut
poſſid. cap.* 17. *num.* 11. *Poſth. de manut. d. obſerv.* 55.
num. 47., *Rot. dec.* 933. *ant. num.* 1. *cor. Buratt.*

Et quidem aſperum nimis eſſet, quod hæres,
contra ſe ſtare compelleretur Judicio per defun-
ctum incæpto, ad ſui vero commodum nequiret
illud proſequi, ſive illo favorabiliter potiri,
quando ex eadem ratione ligaminis paſſive tran-
ſeuntis in ſucceſſorem receptum eſt, quod ipſi-
met Donatario, ac Ceſſionario minus regulari-
ter Jus habenti, quam hæres. debeatur manu-
tentio ex Judicio per Donantem, ſeu Cedentem
in vita incohato, prout reliquis adductis videre
eſt apud *Poſth. de Manutent. ſæpedict. obſervat.* 55.
ſub num. 46. *verſ. prout. idem contingit in Donata-
rio*, *Rot. dec.* 323. *in princip.*, *& num.* 18. *poſt
eumdem Poſth. de Manut.*

Atque ita &c. utraque &c.

MONASTERIEN. PRÆPOSITURÆ.

Lunæ 26. *Junii* 1702.

ARGUMENTUM.

Literæ in forma ſubrogationis gratioſæ expeditæ
celerem ſemper expoſcunt executionem, quia
nuſquam expedit quod Beneficia remaneant
vacantia, & ſub incerta, nimiumque diutur-
na Judiciorum procraſtinatione pendeant, un-
de emanavit *Reg.* 29. *de ſubrogand. litigant.*
& longe antea *Text. in cap.* 1. *&* 2. *ut lit. pen-
den.* per quem impeditur novum præbere col-
liti-

litigantem in defatigationem, & perniciem ſuperſtitis. Afferuntur requiſita omnino neceſſaria pro ſubſtinenda d. ſubrogatione gratioſa; lis ad hoc, ut in hac materia dicatur calumnioſe intentata requiritur tam palmaris injuſtitia temeritas, & cavillatio, ut nullo penitus diſputabili velamine queat colorari. Commenſalitas Papæ an expiret per mortem ejuſdem Papæ late differitur,

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium declinare non debet a fundamento Juris.*
2 *Literarum Apoſtolicarum executio retardari non debet per exceptiones requirentes altiorem indaginem, præcipuè ſi fuerint conceſſæ in forma gratioſæ ſubrogationis.*
3 *Papa in materia Beneficiaria abſolutus eſt Dominus.*
4 *Quia ſi cujuſlibet Divinæ, & Humanæ politiæ intereſt lites amputari.*
5 *Quanto honeſtius conſonat in materia Beneficiorum per mortem collitigantis vacatorum, quæ nuſquam expedie remanere vacantia vel ſub incerta, nimiumque diuturna Judiciorum procraſtinatione pendere.*
6 *Ad quem effectum emanavit* regul. 29. de ſubrogand. collitigant., *& longe antea* Text. in cap. 1., & 2. ut lit. penden. *per quam impeditur novum præbere collitigantem indefatigationem, & perniciem ſuperſtitis, & conſequenter præd. ſubrogatio ab omnibus exiſtimata eſt favorabilis.*
7 *Et ob id nullum infertur præjudicium Patronis nominare ſive eligere debentibus pro futuris vacationibus, dum ſubrogatio relinquit in ancipiti an ſuperſtes gratificatus ex jure ſuo, ſive ex altero demortui Beneficium acquiratur.*
8 *Pro ſubſtinenda ſubrogatione gratioſa requiruntur tria requiſita, quorum unum eſt lis.*
9 *Alterum Clericatus.*
10. *Tertium obitus collitigantis.*
11 *Litis juſtificatio probatur ex illius conteſtatione.*
12 *Beneficium non cenſetur redditum realiter litigioſum per ſimplicem literarum executionem in ſolo judicio Summario poſſeſſorio.*
13 *Pro conſequenda ſimplici ſubrogatione in Jura talia qualia defuncti collitigantis ſat eſt litem Principi narratam quomodolibet verificari de facto, quidquid dicendum foret de ſubrogatione rigoroſa.*
14 *Jura ſummopere abhorrent nequis promovendo lites injuſtas pro aſſecutione Eccleſiaſtici Beneficiis inhiat voto captandæ mortis alterius legitimè præſentati, & electi.*
15 *Calumnia major ſæpe, vel quandoque adeſſe valet in accuſante alterum de calumnia.*
16 *Ad hoc autem, ut in hac materia ſubrogationis lis dicatur calumnioſe intenta requiritur tam palmaris injuſtitia, temeritas, & cavillatio, ut nullo penitus diſputabili velamine queat colorari.*
17 *Menſis Majus invariabiliter eſt S. Sedi reſervatus.*
18 *Gratia eo magis eſt executioni demandanda ſi Preces in ſolida veritate fundantur.*
19 *Exceptio firmat regulam extra caſus non exceptos.*
20 *Dictio* Quandiu *eſt temporis modificativa, ad fraternantium dictionum* Quoad *&* donec.
21 *Ratio totam moderatur orationem, atque diſpoſitionem.*
22 *Ad repetitionem inducendam non eſt ſufficiens vicinitas Orationis, quando Oratio diverſas Perſonas comprehendit, & in unaquaque earum poteſt diverſa ratio conſiderari.*
23 *Familiaritas quanam differat ab Indulto Papæ.*
24 *Commenſalitas ad inſtar cujuſdam ſocietatis per mortem Commenſalis, vel Domini diſſolvitur.*
25 *Beneficia Cardinalium familiarium, & commenſalium ipſorum familiaritate durante perpetuo remanent reſervata in* regul. 4. *poſtmodum tote tendit in commodum eorumdem Cardinalium ex ſubſequentibus* regulis 32., & 33.
26 *Major reſervatio, & familiaritas extinguit minorem, quod verum eſt quando ſunt ejuſdem ſpeciei.*
27 *Regulam habenti pro ſe, ſuperabundat, reddere dubiam limitationem Adverſarii.*
28 *Commenſalitate ceſſata per Mortem Papæ nunquam ceſſat affectio.*
29 *Conditio* Quandiu *nuſquam datur ubi quæſtio eſt de facienda repetitione de una ad alteram partem contra Jus.*
30 *Argumentum a diſcretiva deſumptum eſt potentiſſimum.*

DECISIO CCLV.

TRinæ, eidemque litterali affecta reſervationi Sanctæ Sedis, vacaverat Præpoſitura Cathedralis Eccleſiæ Monaſterien. quapropter Wilhelmus Franciſcus Baro de Neſſelrode illam ſibi conferri ab eadem Sancta Sede impetraverat ſed authumans Capitulum ejuſdem Cathedralis, nedum vigore Concordatorum, quæ nuncupant *Germaniæ*, verum quoque propter ſpecialiſſimũ Indultum fel. mem. Pauli V. illius electionem ad ſe libere omnino pertinere, canonice elegit Theodorum Antonium, contra quem introducta & conteſtata lite ex parte Wilhelmi ſuper executione litterarum Apoſtolicarum coram Nuncio Pontificio apud Principes ad Tractum Rheni reſidente, fato ſubinde ceſſit Theodorus, unde Wilhelmus ſuperſtes, *ex quo* (juxta dictum *Cornelij*) *pluribus munimentis inſiſteret*, novas litteras ſubrogatorias ad normam *regul.* 29. *Cancellariæ* in locum prædefuncti Collitigantis aſſequutus eſt, ea juſtitia, & fœlicitate, ut non ſolum coram prælauto Nuncio, aſt etiam hodie in Sacro noſtro Auditorio, oracula favorabilia reportaverit, decernente Nuncio poſteriores litteras eſſe executioni mandandas, & Rota, nullum intra-

intrare arbitrium pro hujuſmodi litterarum re-
tardatione.

Et ſane, ſi quodlibet arbitrium, ſive a Prin-
cipe, ſive a lege Judici, vel Magiſtratui conceſ-
1 ſum declinare non debet a fundamento Juris ex
vulgata doctrina *Bartol. in extravag. Henric. ad
reprimen. verb. videbitur num. 8. verſ. tertio caſu*;
jus utique non tolerabat, quod executio littera-
rum Apoſtolicarum quoquo modo retardaretur
per exceptiones ſecum ferentes aliquam turbi-
ditatem, ſeu, ut ajunt altiorem indaginem, &
involucrum, ſicuti, cæteris generalioribus præ-
termiſſis in hac ipſa ſpecie gratioſæ ſubrogatio-
2 nis perpetuo dictum fuit, & ſignanter *in deciſ. 34.
num. 11. par. 5. recent. deciſ. 452. num. 352. n. 22.
Dnnozet. Iun., deciſ. 377. num. 6. coram Priol.,
deciſ. 254. num. 6. & 7. coram ſa. me. Alexan-
dro VIII., deciſ. 87. num. 2. coram Peutinger.,
& in Cortonen. Beneficii 18. Martii 1697. §. fi-
nal. coram Me*.

Diximus, *cæteris generalioribus omiſſis*, quia,
quantumuis omnes litteræ a Suprema Pontifi-
cia poteſtate, & liberalitate provenientes,
hanc ſibi indiſtincte vindicent reverentiam, ut
nonniſi comperta ipſarum ſubreptione, vel
obreptione queant offuſcari, & retardari, ex
quo Papa, juxta communem *Theologorum*, &
Canoniſtarum ſententiam, abſolutus eſt Domi-
nus in materia Beneſiciaria, quemadmodum
3 indefinite reſpectu cæterarum litterarum reſ-
pondit Gregor. IX. *in cap. litteris de reſcript.
Gloſſ. in cap. ſi Capitulo in verb. exequatur de
conceſſ. Præbend., Rot. deciſ. 215. n. 1. par. 17.,
deciſ. 141. num. 3. par. 19. rec., deciſ. 556.
num. 2. coram Bichio, & in Olomucen. Canoni-
catus 4. Decembris 1693. §. 1. coram Reveren-
diſſ. Mannel, & in Colonien. Coadiutoriæ 4.
Iulii 1698. §. Verum licet, coram. R. P. D. meo
de la Tremoille*.

Profecto nullæ ſunt litteræ, quæ æquius ma-
jorem venerationem, magiſque celerem exe-
cutionem expoſcant; quam, prout hic, ſub-
ſignatæ in gratiam ſuperſtitis Collitigantis; Si
e:enim cujuslibet Divinæ, & humanæ politiæ
intereſt, lites amputari per *Text. in l. prope-
4 randum ff. de Iudic.* quanto honeſtius conſonat
in hypotheſi Beneficiorum, quæ nuſquam ex-
5 pedit remanere vacantia, vel ſub incerta,
nimiumve diuturna Judiciorum procraſtinatio-
ne pendere, uti merito ex *Concil. Lateranenſ.*
relato in *cap. 2. §. Cum vero de conceſſ. Præ-
bend., & ex cap. quam ſit de elect., & elect. po-
teſt. in 6.* conclamat *Abb. in d. cap. 2. in prin-
cip., Petr. de Ancharan. num. 12., Pyring. in
Ius Canonic. lib. 3. tit. 8. §. 4. num. 29., Cor-
rad. in prax. Benefic. lib. 5. num. 60., & 61.,
& in Forolivien. Canonicatus Theologalis 25.
Iunii 1700. §. Et quidem coram Me, & in Ge-
runden. Beneficii 12. hujus menſis §. Propoſito co-
ram Reverendiſſimo D. meo Decano*, & in præ-
ciſiſſimis terminis expenſum fuit in *Papien. Be-
neficii coram bo. mem. Corrado* impreſſa penes
*Ventrigl. in prax. tom. 2. annot. 10. poſt n. 34.
ſub §. Quibus concurrentibus*.

Inde igitur eſt, quod ad obtrucandas hujuſ-
cemodi lites, & periculoſa ſemper inter Ec-
cleſiaſticos diſſidia, emanavit non ſolum præ-
dicta *regul. 29. de ſubrogan. collitigant.*, ſed
6 longe antea in corpore Juris clauſa cenſura
Text. in cap. 1. & 2. ut lit. pendent. per quam
impeditur novum præbere Collitigantem in
defatigationem, & perniciem ſuperſtitis, &
conſequenter etiam ex hac ratione præfata
ſubrogatio in locum, & jura defuncti ab om-
nibus exiſtimata eſt undequaque favorabilis,
& a qualibet duritie, ac odioſitate immunis,
ex plene animadverſis apud *Mandoſ. ad regul.
Cancell. reg. 32. quæſt. 9. n. 2., Rot. deciſ. 607.
ſub num. 2. verſ. gravat conſcientiam par. 5.
deciſ. 174. num. 13. par. 15., & deciſ. 91. n. 9.
par. 17. recent., deciſ. 990. num. 9. num. 2.,
Rot. deciſ. 607. ſub num. 2. verſ. gravat conſcien-
tiam par. 5., deciſ. 174. num. 13. par. 15.,
& deciſ. 91. num. 9. par. 17. recent., deciſ. 990.
num. 7., & deciſ. 1165. ſub num. 1. verſ. ubi
gravatur, coram Cardinali Seraphino, & in Cor-
tonen. Beneficii 18. Martii 1667. ſub §. Ani-
madverſum verſ. quoniam cum regula*, & in il-
lius confirmatoria *prima Iunii ejuſdem anni
§. Iure merito, pariter coram Me, & in Gerun-
den. Beneficii 12. hujus menſis ſub §. Propoſito
in fine coram Reverendiſſimo D. meo Decano*.

Et ob id quoque nullum inferri dicitur præ-
judicium Patronis, aliiſque nominare, ſive eli-
gere debentibus, pro futuris vacationibus,
dum ipſamet ſubrogatio in locum, & jura de-
functi reliquit in ancipiti, utrum ſuperſtes ſub
hac forma gratificatus ex ſuo primævo jure,
vel potius ex altero demortui, Beneficium,
7 aut Præbendam adipiſcatur, ex traditis per
*Rot. deciſ. 135. num 18. coram Manzaned.,
deciſ. 1301. num. 2. coram Cardinali Seraphino,
deciſ. 4691 num. 6. & 7. coram Priolo*, cum
aliis pluribus in *Aretina Beneficii 21. Ianna-
rii 1701. §. Deſcendendo autem coram Me*.

His itaque præmiſſis, ad caſum Domini
deſcendentes, incontinenti dignoverunt, quod
ſi qua objectari valuiſſet adverſus literas Wil-
helmi oppoſitio, reſtringeretur ad litem, quæ
eſt unum ac tribus requiſitis, pro ſubſtenta-
8 tione ſubrogationis omnino neceſſariis, ut la-
tius in prædicta *Cortonen. Beneficij diei 18. Mar-
tij 1697. §. Siquidem cum ſeqq. coram Me*. De
Clericatu quippe ipſius Wilhelmi non poterat
dubitari, cum ipſe reperiretur jam Canoni-
cus, & Theſaurarius ejuſdem Eccleſiæ Cathe-
dralis; Multoque minus ambigi valebat de
ſecundo requiſito obitus Theodori Collitigan-
tis, dum Capitulum ex hoc præciſo capite ſuc-
ceſſive devenerat ad novam electionem Fer-
dinandi Baronis de Plettemberg, ſecundum
9 ea, quæ in ordine ad Clericatum per *Text. in
cap. 2. de Inſtitut.* habentur apud *Abbat. ibidem,
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 591. num. 3., Gon-
zal.*

cal. ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 5. ſub num. 94.,
Barboſ. de Canonic., & Dignit. cap. 14. ſub n. 2.
10 & in ordine ad mortem Collitigantis per Lot-
ter. de re beneſic. lib. 3. quæſt. 10. num. 42., Thom.
de Roſ. de execut. litterar. Apoſtolic. cap. 6.,
n. 78., Rot. deciſ. 14. nu. 3., & deciſ. 87. n. 7. co-
ram Pentinger., deciſ. 274. num. 4. coram Card.
Celſo, & deciſ. 90. num. 6. par. 17. recent., &
in Aretina Beneficij 9. Junij 1700. §. Nulla
quidquid coram Me.

Circa proinde litem, quatenus pertineat ad
nudam materialitatem vivente adhuc Theo-
doro, ea reddebatur prorſus incontrovertibi-
lis, cum obtentis a Barone Vilhelmo de Neſ-
ſelrode prioribus litteris S. Sedis, & in illius
Executorem deputato prędicto Nuncio Ponti-
ficio, cum facultate citandi tam Capitulum,
quam Theodorum, cæteraque omnia in præmiſ-
ſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria faciendi,
Summar. Wilhelmi num. 1. litt. B., eiſque co-
ram eodem Nuncio præſentati, idem Baro,
prævia opportuna citatione judicialiter laceſ-
ſiverit non ſolum ipſum Theodorum, ſed etiam
Capitulum, dicto Summario Wilhelmi num. 2.
Cumque pariter huic citationi formiter con-
tradicendo Theodorus actualiter exhibuerit,
per organum Procuratoris a ſe conſtituti, ſupra-
memoratum Indultum ſan. mem. Pauli V., in-
ſtanter urgens, ac expetens declarari, litteras
Apoſtolicas Wilhelmi, veluti ſubreptitie &c. ob-
tentas, non eſſe exequenda, ſed electionem &c.
fore confirmandam &c. ipſumque Theodorum im-
mittendum in realem poſſeſſione controverſæ Præpo-
ſituræ, ut latius habetur dicto Summario Wil-
helmi num. 4., & 5., apertiſſime idcirco ſeque-
11 batur juſtificatio litis perfectiſſime conteſtatę,
ex notiſſima propoſitione, & praxi, de qua Ve-
ſtr. in prax. lib. 4. cap. 1. num. 1. & 2., Ven-
trigl. prax. rer. notab. tom. 2. annotat. 30. ſub
n. 45. verſ. veram quia, Guidopap. deciſ. 488.
per tot., Rot. deciſ. 50. nu. 1. coram Card. Man-
tic. cum alijs pluribus in deciſ. 190. num. 9. par.
18. tom. 1. rec.

Neque obſtare poſſe viſum eſt, ſi forte oppo-
neretur, quod lis præmiſſa concerneret ſimplicem
litterarum executionem in ſolo Judicio ſumma-
rio poſſeſſorio, vel executivo, quo caſu nequit
regulariter Beneficium cenſeri realiter, & ef-
fective in ſemetipſo redditum litigioſum; ad tra-
12 dita per Spad. conſ. 61. num. 5. & 6. lib. 2., Adden.
ad Pamphil. deciſ. 128. num. 5.. Thom. de Roſ. de
execut. litter. Apoſt. par. 1. cap. 16. num. 125.,
Rot. deciſ. 274. num. 18. par. 19. recent., in Leodien.
Parochialis 27. Junij 1687. §. final. coram Reverend.
D. meo Decano; & in dicta Cortonen. Beneficij 18.
Martij 1697. §. In præſenti autem coram me, &
in Gerunden. Beneficij 12. Iunij 1702. §. Non
obſtat coram eodem Reverendiſs. D. meo Decano.

Quoniam prænominata Judicialis comparitio
Theodori radicitus evellebat objectum eo ipſo,
quod producendo Indultum Paulinum inſtetit
apud Nuncium pro confirmatione ſuæ electionis
id enim minime poterat evenire, ſive obtineri,
niſi mediante etiam profunda ejuſdem Tituli,
ſeu Indulti Paulini, meritorumve indagatione,
nihilominus retenta proclivitate, ac benegnita-
te materiæ tendentis ad litium diremptionem
favore ſuperſtitis, ſatis eſt pro conſequenda ſim-
plici ſubrogatione in jura talia qualia defuncti
Collitigantis, litem Principi narratam, quæve
eſt gratiæ fundamentum, & baſis, quomodolibet
verificari de facto, quidquid dicendum foret in
13 altera ſpecie ſubrogationis, quæ compellatur
rigoroſa, ut diſtinguendo tradit Thom. de Roſ.
de execut. litter. Apoſtol. in addit. ad cap. 17. n. 45.
verſ. hoc tamen intellige fol. 251., & ſub num. 65.
verſ. eam vero Collitiganti conceditur, Rot. deciſ.
217. num. 9. verſ. vel ubi verſaremur in ſubrogatione
par. 16., & dec. 91. num. 10. verſ. quæ proinde
par. 17. recent., & in dicta Cortonen. Beneficij 1.
Junij 1697. ſub §. Et revera circa fin. coram Me;

Minuſve putavere Domini, præfatam litem
objurgari poſſe de aliqua calumnia, quæ ſane
circumſpecta efficeret, eamdem gratiam ſubro-
gationis evaneſcere, atque corruere, ſub ea ni-
mium plauſibili, & perſtringenti ratione, ne
alias tribuatur anſa temere promoventibus lites
injuſtas pro aſſecutione Eccleſiaſtici Beneficij,
inhiare voto captandæ mortis alterius legitime
præſentati, electi, vel nominati, quod Jura
14 nunquam ſatis deteſtantur, & abhorrent ex his
quæ unanimiter, ac merito exagerant Lotter. de
re benef. lib. 2. quæſt. 20. num. 97., Ventrigl. in
prax. rer. notabil. lib. 2. annotat. 10. num. 18.,
Kochier. ad regul. Cancell. reg. 27. alias 28. n. 35.
litt. E. Rot. deciſ. 163. num. 17. par. 8. deciſ. 281.
num. 7. par. 19. recent., in Aretina Beneficij 9.
Junij 1700. §. Tum etiam quia coram Me, & in
Gerunden. Beneficij 12. hujus menſis ſub §. Non
obſtat verſ. & de ſecundo caſu litis calumnioſæ coram
Reverendiſſimo D. meo Decano.

Siquidem, cum ſæpe, vel quandoque valeat
adeſſe major calumnia in incuſante alterum de
15 calumnia, non omnis minus forte fundata con-
tradictio, & litigium ſubjacet huic execrabili
vitio, ſed ad effectum, ut lis dici revera merea-
tur calumnioſe intentata, requiritur tam pal-
maris injuſtitia, temeritas, & cavillatio, ut nul-
lo penitus diſputabili velamine queat colorari,
16 prout in hoc ipſo articulo ſine Contradictore
concludunt ex Franch. in cap. 1. num. 5. verſ. cogita
ut lit. pendent. Rebuff. ſuper regal. de ſubrog. gloſſ.
7. num. 2., Kochier. ad regul. Cancellar. dicta regul.
27. alias 28. ſub num. 35. verſ. quod intellige,
quando calumnia, Rot. deciſ. 217. num. 9. par. 16.,
deciſ. 627. num. 9. par. 18., deciſ. 281. num. 11.
par. 19. recent., & in dicta Papien. Beneficij
penes Ventrigl. in prax. lib. 2. annotat. 10. ſub
num. 34. §. Præterea, & ſeq. in fin., & in ſæpedictis
Cortonen. Beneficij 18. Martij 1697. §. Ejuſdem
denique coram Me, & Gerunden. Beneficij 12.
hujus menſis §. Reſponſum enim fuit in fin. cor. Re-
verendiſſimo Decano.

Talis autem injuſtitia, temeritas, & cavilla-
tio

tio compræhendi nequaquam valuit, tum in præcedenti litterarum Apoſtolicarum impetratione Wilhelmi, tum in neceſſario ſubſecuta illius petitione, & lite quoad earumdem litterarum executionem; Preces quippe, priori vice porrectæ Summo Pontifici, nitebantur triplici, ut ab initio præmiſimus, reſervationi, & affectioni erga S. Sedem, ex quo nimirum Præpoſitura per obitum alterius Wilhelmi Baronis de Fuſtemberg vacaverat de menſe Majo invariabili-
17 ter; & ſixe ſpectante ad S. Sedem necnon etiam prænominatus Baro Prædeceſſor extiterat verus & innegabilis Cubicularius, & Commeſalis duorum Summorum Pontificum Alexandri VII., & Clementi IX., ac denique quia eadem Præpoſitura in Cathedrali Monaſterien. exiſtebat prima Dignitas poſt Pontificalem, ideoque cum hæ tres reſervationes de cætero provenientes a Jure communi, ſive ſcripto in corpore ipſius Juris Canonici, & reaſſumptæ per *reg. 4. 7. & 9. Cancellar.* explicite fuerint exceptæ in Indultis, ſeu Concordatis exaratis pro Inclyta Germanica Natione inter Fridericum Imperatorem, & Nicolaum V., ambigibile non erat, quod eædem preces
18 in ſolida veritate fundarentur, & conſequenter gratia deſuper reportata dubio procul eſſet executioni mandanda, ut in ſimili propoſito dixit, *Rot. deciſ. 58. num. 1. coram ſan. mem. Alexandro VIII., deciſ. 115. num. 2. coram Priolo, in Mediolanen. Præpoſituræ 19. Junii 1690. §. Moti coram Reverendiſſimo D. meo Decano, in Olmucen. Canonicatus 4. Decembris 1693. §. 1. coram Reverendiſſimo Manuel, in Colonien. Coadiutoriæ 4. Julij 1698. §. Verum coram R. P. D. meo della Tremoille in Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699. §. Stetit ratio & 15. Februarij 1700. §. Perſtringentes coram Reverendiſſimo D. Decano in Forolivien. Canonicatus Theologalis 25. Junij 1700. §. Firmamentum coram Me*, & nuperrime *in Burgi S. Sepulchri Beneficij 12. hujus menſis §. Unicum enim coram præfato Reverendiſſimo Decano.*

Abſque eo quod in præſenti caſu ad enervationem hujuſmodi Juris communis, Regularum Cancellariæ, ac demum ipſorum Concordatorum, ita de plano refragaretur ſpeciale, de quo ſæpius meminimus, Indultum ſan. mem. Pauli V. conceſſum Capitulo, & Eccleſiæ Monaſterienſi; Etenim, ut ex ejus lectura convincebatur, ſolummodo ibidem Pontifex indulſit reſpectu reſervationum exorientium ratione menſium, ac primæ Dignitatis, ita derogando
19 regulæ Cancellariæ 4., & 9., ſed cum penitus in prædicto Brevi remanſerit intacta illa tertia altera affectio, ſive reſervatio circa commenſalitatem contenta in dicta regula 7. Cancellariæ, potius hujuſmodi exceptio roborabat eamdem Regulam in contrarium, ex notiſſimis *Juribus* de quibus *Felin. in cap. quoniam frequenter num. 1. & ſeqq., ut lit. pendent., Alex. conſ. 35. num. 10. lib. 4., Kocchier. in. Schol. ad prac. primar. Imperat. poſt obſerv. ad Regul. Cancell. ſect. 4. verb. alias quam per Conſtitutionem ad regimen, verſ. & exceptio aliquorum caſuum, Alphonſ. Sot. gloſſator nuncupat. ad regul. 33. ante numerum 35. verſ. excipiuntur tantum duo caſus, ergo &c.*

Et in rei veritate hujuſmodi diſcurſus uſquedum nullam pati poſſe videbatur offuſcationem, ſed ea, quæ poterat ſuper hac tertia reſervatione, ſive affectione commenſalitatis forte rationabiliter emergere, conſiſtebat in admodum involuta formula loquendi adhibita in præcitata extenſione concordatorum, alias *Conſtitutione 1. Nicolai V.* ubi *ſub §. Secundo*, ſignanter reſervans Beneficia vacantia apud Sedem reſpectu Officialium dictę Sedis, hæc ſubjungit — *quamdiu ipſa Officia actualiter tenebunt* — poſteaque deſcendens ad numerationem eorumdem Officialium, videlicet *Vice-Cancellarii &c.* tandem ſubjungit — *necnon verorum Commenſalium noſtrorum* — quapropter inferri non immerito valebat, quod etiam præciſive ab Indulto Paulino, & procedendo cum eiſdem Concordatis, reſervatio verorum Commenſalium, qualis fuerat
20 Baro Prædeceſſor, tamdiu duraret, quandiu tenuit actualiter munus Cubicularii, non ſolum ex paritate rationis utriuſque reſervationis, ſed ex ipſa quodammodo ſtructura verborum, & unicitate rationis, per quam conditio illa *quandiu* temporis modificativa, ad inſtar fraternizantium dictionum *quoad & donec* per *Text. in l. Pater Severinam §. Final. ff. de condit., & demoſtrat. in l. legatum ff. de ann. legat. & in l. Cajo §. Imperator ff. de alimēt. legat.* totam apparebat veſtire oratio-
21 nem, atque diſpoſitionem ex adductis per *Buccafer. reſp. 26. n. 6., Ruin. conſ. 99. n. 7. lib. 2., Pariſ. conſ. 18. num. 34. lib. 2., Modern. Manſ. conſult. 387. num. 7., Fuſar. de ſubſt. quaſt. 403. nu. 8. & ſeq., Modern. Torr. de majorat. & primogen. Ital. tom. 2. quaſt. 19. num. 19., Addin. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 514. num. 17. verſic. prout etiam reſolvit.*

Verum, quantumvis hæc objectio, ſive ratiocinatio non levis procul dubio ponderis effulgeret, non tamen eo uſque valebat attingere, ut contraria interpretatio, aſſerta per Baronem de Neſſelrode, notam includeret manifeſtę calumnię, cum ad illius excluſionem ſuperabundaret quęvis Cauſa, ut pręmiſimus, etiam colorata, & quoquo modo diſceptabilis, prout utique erat contrarius intellectus lecturæ Concordatorum a Wilhelmo attributus; intelligen-
22 tia quippe pręfatorum Concordatorum pendebat a repetitione ſupradictę conditionis *quandiu &c.* quę regulariter non erat facienda, ſive admittenda ab uno genere perſonarum, nempe Officialium, ad alterum Commenſalium, teſte *Sim. de Pret. conſ. 90. num. 23., Honded. conſ. 57. num. 33. lib. 1., Gabr. conſ. 95. ſub num. 13. lib. 1., Cephal. conſ. 638. num. 51., Rimin. jun. conſ. 169. num. 28., & 29., Modern. Manſ. conſult. 205. num. 18., Peregrin. de fideicom. art. 25. num. 33., Rot. deciſ. 581. num. 5. par. 5., deciſ. 144. num. 4. par. 7. recent., deciſ. 265. n. 15. & ſeq.*

& ſeq. coram ſa. mem. Alexandro VIII. preter relatos *in Romana fideicommiſſi* 9. *Julii* 1698. §. *Et demum obiiciebatur coram R. P. D. meo della Tremoille*.

Eoque libentius, quia oportuiſſet nedum repetere hanc conditionem *quandiu &c.* aſt quoque propriam verborum ſignificationem deflectere, & immutare; Nam ſuperius loquens Nicolaus de memorata conditione, adhibuit illa verba - *quandiu ipſa Officia actualiter tenebunt*. ſucceſſive vero, agens de veris Commenſalibus, opus habuiſſet improprie penitus exprimere poſt illa verba - *necnon verorum Commenſalium noſtrorum - quandiu ipſam Commenſalitatem actualiter tenebunt*; Nimium quippe differt vera commenſalitas intimorum Papæ domeſticorum, & familiarium, ut erat Baro Anteceſſor, ab altera qualitate Officia-
23 litatis, & fictitiæ, ſive extrinſecæ commenſalitatis, adeout longe difficilior exiſtat derogatio primæ, quam ſecundæ ſpeciei, ut appoſitæ, poſt *Rot. deciſ.* 14. *ex num.* 8. *uſque ad* 13. *& deciſ.* 174. *num.* 38. *& pluribus ſeqq. par.* 12. *recent.* notat *Card. de Luc. de Benef. diſc.* 141. *ex num.* 5. *uſque ad fin.*, *& diſc.* 142. *num.* 4., *&* 5. *uſque ad* 6.

Potiſſime quando tractatur de Beneficiis jam obtentis, ſeu detentis ab actu exiſtente vero Commenſali; Licet enim commenſalitas ad inſtar cujuſdam Societatis per mortem Com-
24 menſalis, vel Domini diſſolvatur, ut inquit *Gambar. de Offic. Legat. lib.* 3. *num.* 167. *cum ſeqq.*, *Card. de Luc. de Benef. diſc.* 5. *num.* 20., *& diſcurſ.* 141. *ſub num.* 5. *verſ. & poſt diſſolutam*, *Rot.*, *deciſ.* 154. *num.* 7. *coram Duran.*

Attamen non ſic eſt in præfata circumſtantia Beneficiorum, eo tempore jam obtentorum, ſicuti videmus reſpectu familiarium, verorumque Commenſalium S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium; eorum quippe Beneficia jam obtenta, ſive detenta ipſorum familiaritate duran-
25 te, perpetuo remanent reſervata *in dicta regula quarta*, quæ poſtmodum tota tendit in commodum eorumdem Cardinalium ex ſubſequentibus *regulis* 32. *&* 33. Durum autem foret, quod Præpoſitura poſſeſſa de tempore præmiſſæ Papalis familiaritatis Baronis de Furſtemberg, per ſupradicta verba admodum ſub obſcura Concordatorum, immunis evaderet a reſervatione ejuſdem Papæ, quando Beneficia hujuſcemodi, etiam ſoluta familiaritate non effugiunt conſenſum, ac virtualem collationem Sanctę Romanæ Eccleſię Cardinalium, quippe de reliquo potentior indubitanter eſt commenſalitas Papę, quam illa Cardinalium, ut liquet ex *Kochier. ad regul. Cancellar. reg.* 30. *alias* 31. *ſub num.* 41. *verſ. utpote quod familiaritas*, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 51. *num.* 65. *& ſeq.*, *Lotter. de re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 7. *Card. de Luc. de Benef. diſc.* 3. *num.* 7., *& diſc.* 142. *n.* 12., *Adden. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.* 291. *n.* 10. *verſ. ſi vero*, *Rot.*, *deciſ. ultima ſub num.* 4. *de præbend. coram Caſſador. deciſ.* 1177. *num.* 9. *coram Penia*, *& deciſ.* 1251. *num.* 5. *&* 15. *coram Cardinali Seraphino.*

Addebatur, quod ſi habenti regulam pro ſe, uti certo certius habebat Baro de Neſſelrode, fundatus in jure, & *regula quarta Cancellariæ* ſuperabundat reddere dubiam limitationem Adverſarii ad *Text. in l. ab ea parte ff. de probat.*, *Surd. conſ.* 180. *num.* 9., *&* 10. *Valenzuel. conſ.* 97. *num.* 217., *&* 218., *Caſtill. controu. jur. lib.* 6. *cap.* 180. *num.* 16., *Guttier. practic. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 13. quanto pronius videbatur hoc affirmandum in terminis, in quibus abſque contradictione conveniunt Scribentes, quod de jure nuſquam, ceſſata commenſalitate per mortem Papę, ceſſet
28 affectio ex clara diſpoſitione *Extravag. ad Romani de Præbend.* & traditis per *Felin. in cap. in noſtra num.* 20. *de reſcript.*, *Ancar. conſ.* 138. *num. ultimo*, *Spad. conſ.* 36. *num.* 1., *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellariæ gloſ.* 51. *num.* 31., *Alphonſ. Sot. Gloſſator. nuncupat. ad reg.* 3. *n.* 5. 6., *&* 7., *Coccin. annot.* 50. *num.* 17., *Card. de Luc. de benef. diſcurſ.* 5. *num.* 2., *Rot.*, *deciſ. ultim. de Præbend. coram Caſſador.*, *deciſ.* 154. *num.* 11. *coram Duran.*, *deciſ.* 1251. *nu.* 20. *coram Cardinali Seraphino*, *& deciſ.* 555. *n.* 9. *coram Emerix Iuniore.*

Quin etiam, ſi hæc quoque altera Juris regula adſtruebat intentum Wilhelmi, nimirum quod per ceſſationem commenſalitatis non ceſſet affectio Papæ, eo difficilius recipienda erat præmemorata repetitio conditionis *quandiu &c.* quæ nuſquam datur, ubi queſtio eſt de facien-
29 da repetitione de una ad alteram partem contra jus, *Bartol. in l. in repetendis ff. de legat.* 3., *Menoch. conſ.* 111. *n.* 25., *Pariſ. conſ.* 38. *n.* 23., *&* 24. *lib.* 2., *Dec. conſ.* 547. *num.* 6., *Gabriel. conſ.* 96. *num.* 12. *lib.* 1., *Soccin. jun. conſ.* 77. *num.* 18. *lib.* 3., *Cephal.* 638. *n.* 49., *&* 50., *Peregrin. conſ.* 33. *num.* 20., *Faſar. conſ.* 178. *num.* 9., *&* 10., *Rot.*, *deciſ.* 1161. *num.* 3. *& ſeq. coram Emerix Iunior.*

Denique in coronamentum premiſſorum, & ad effectum magis, magiſque arcendi calumniam afferebatur exemplum alterius Indulti, quod per ſan. mem. Pium II. conceſſum dicitur Eccleſiæ Leodien., & eſt impreſſum apud *Laurent. Nicolart. ſuper concordat. Inclyt. Nation. Germanic. ſub tit.* 3. *alias fol.* 194. ibi namque *ſub* §. 2. poſt ſingulas alias reſervationes jam enumeratas regiſtratur etiam hæc precisa familiaritatis, ſeu commenſalitatis, ſed per hęc quoque individua, & aperta verba - *necnon omnium verorum familiarium continuorum commenſalium ſuorum, & Cardinalium prædictorum, quamdiu vera familiaritas duraret* — ſicque ab hujuſmodi exemplo tam proximo, ſubintrare videbatur illud conſiderabile, aliaſve potens argumentum, quod a diſcretiva ejuſdem S. Sedis formula loquendi reſultat, videlicet, quod ubi S. Sedes voluit, quid amplius ad ſen-

ſum

30 ſum Capituli, elargiri, hoc fecit expreſſe, igitur hoc ipſum expreſſe conceſſiſſet ipſi Capitulo,& Eccleſiæ Monaſterien. ſi voluiſſet, ad ea, quę in ſimili (ultra reliqua magis generalia) annotarunt *Socein.jun.conſ.3.num.6.,& conſ.114.n.11.lib.1., Surd. conſil.406. num.8., Rot. decif. 28.num.24.par.8.rec. decif.841.num.3.decif. 1180. num. 7. & decif. 1366. num.8.coram Emerix Jun.*, & optime ad rem obſervatum fuit *in Virdunen. Abbatiæ 3. Aprilis proxime præteriti §. Siquidem hypotheſis verſ. jure merito coram Reverendiſſimo D. meo Decano*.

Atque hęc ſuperficialiter dumtaxat tetigere Domini exiſtimantes neceſſe ad pręſens non eſſe, aliquid firmiter ſuper hoc puncto reſpiciente titulum, ac materia negocii ſtatuere, ſeu definire, ſed ſimpliciter pręmiſſa ſaltem exuberare ad prefatum finem eliminandi calumnia quæ alias valuiſſet juſte retrahere reſolutionem captam ſuper executione litterarum ſubrogatoriarum favore Wilhelmi in hodierna audientia ſolummodo informantis.

ROMANA PECUNIARIA.

Merc. 28. Iunii 1702.

ARGUMENTUM.

Medicamina equiparantur alimentis, ideoque pro illis competit Beneficium *Auth. Reſque* cujus vigore poteſt illorum Creditor agere contra bona fideicommiſſaria licet adſint bona libera litibus, & aliis debitis involuta. Si vero illa conſequi poteſt ex fructibus fideicommiſſi alienari non debet ſubſtantia ejuſdem fideicommiſſi, ſed ex illius fructibus creditor eſt ſatisfaciendus. Diligentię pro exactione ſui crediti an & quando factę appareant, & ex quibus circumſtantiis, & adminiculis concludantur. Inopia probatur ex ſequeſtrationibus omnium fructuum, & appoſitione bonorum ſub Economo.

SUMMARIUM.

1 *Auditor S. Rotæ Ponens ſolet quandoque ſolus dilationes concedere ejus arbitrio, & religione.*

2 *In illis tamen concedendis habenda ſemper ante oculos eſt temporis conſideratio.*

3 *S. Rota agnita præcedentis rei judicatæ, vel ſententiæ injuſtitia ſolet paſſim reſpondere* De cauſis, *quam* de re judicata.

4 *Pharmacopolæ creditum per nimium diuturnam taciturnitatem præſcribitur ex conſtitutionibus Summorum Pontificum.*

5 *Quælibet actio,ſive in rem ſcripta,ſive expreſſa hypothecaria nunquam poſt decennale intervallum operativa eſt contra Tertium rei etiam hypothecatæ poſſeſſorem, & quis dicatur Tertius.*

6 *Fideicommiſſum eſt tantum fideiuſſorium in caſu quo adverſus illud intentatur remedium* Auth. Res quæ.

7 *Pharmacopolæ exceptis medicaminibus erogatis in ultima infirmitate nullo pollent privilegio eorum Apothecæ.*

8 *Medicinæ quantumuis largiori vocabulo ſub alimentorum nuncupatione contineantur nihilominus, tanquam præteritæ vel nullum de jure ſortiatur beneficium.*

9 *Vel certe concurrere nequaquam poſſunt cum alimentis actualibus, ac debitis in futurum.*

10 *Pro medicamentis tunc tenetur fideicommiſſum quando de tempore ſuſceptorum medicaminum vel nulla bona libera extarent penès gravatum talia medicamina recipientem, vel fructus fideicommiſſi ſatis non eſſent ad illorum ſatisfactionem, ducto argumentum a dote.*

11 *Alias enim plurima naſcerentur abſurda, & fideicomiſſa, omneſque primogenituræ terminarent, & tribueretur hujuſmodi Opificibus creditoribus anſa colludendi.*

12 *Privilegium* Auth. reſquę *extendi non valet ad Pharmacopolas ob duplicem extenſionem a ſcribentibus factam nempe de dote ad alimenta, & de alimentis ad pharmaca, quia idem attentare poſſent omnes Opifices.*

13 *Creditor ubi fuit moroſus, & contumax in exquirendo ſolutionem a principali debitore nequaquam poſtea ei licet ſe convertere ad fideiuſſorem.*

14 *Quod procedit etiam in dote.*

15 *Pro penſionibus Eccleſiaſticis decurſis ut affligi valeat ſucceſſor in Beneficio, quot requiſita enumerentur. & deſiderantur diligentiæ exactiſſime vel Iudiciales.*

17 *Teſtator aſcendens efficere non poteſt quominus locum ſibi vindicent leges in ſuo Teſtamento, & ſignanter determinatio* Auth. Reſquæ,

18 *Dos quoties commode ſatisfieri valet cum fructibus fideicommiſſi illius ſubſtantiam exauriri nequit.*

19 *Redditus eximii valoris non præſumuntur eſſe inſufficientes pro perſolvendis annuis diſpendiis medelarum.*

20 *Primogenitura antequam vexetur, conſumi potius debet totum fideicomiſſum generale.*

21 *Qui nititur beneficio Auth. Reſquæ, nec etiam compellitur excutere bona libera intricata.*

22 *Fideicommiſſi bona alienari poſſunt pro dotis reſtitutione, etiam quando tempore dotis datæ aderant bona libera, quæ deinde tempore reſtitutionis dotis reperiuntur conſumpta.*

23 *Satisfaciendi commoditas ex quo probetur.*

24 *Fideicommiſſarius opponere valet contra creditores indifferentes remedium Cautelæ Angeli.*

25 *Limita in creditore habente vel ex lege vel ex facto ejuſdem fideicommittentis obnoxia ſibi bona ejuſdem quia tunc dd. bona reſpectu creditoris dicuntur extra cauſam fideicommiſſi.*

26 *Fideiuſſoria figura, quam regulariter repræſentat fideicommiſſum, vel ejus nomine fideicommiſſarius procedit vel ad effectum faciendæ prius excuſſionis bonorum liberorum ad inſtar fideiuſſoriæ obligationis.*

27 *Vel ad alterum nimirum quod ſenti fideiuſſori ſolventi competit erga principalem debitorem*

contraria actio manduti, ſeu relevationis.

28 Fideicommiſſario pariformiter extinguere coacto debita fideicommittentis lex impartitur reintegrationem contra bona libera, ſeu hereditaria gravati, qui negligens in ſolvendo debita fideicommittentis paſſus fuit diſtractionem bonorum fideicommiſſi ex illo capite.

29 Idque etiam ſine miniſterio, aut repertatione ullius ceſſionis.

30 Retentio creditori anteriori conceditur non ſuper toto fundo, ſed ad ratam ſui crediti, & pro reſiduo conceditur poſteriori immiſſio.

31 Alimenta, & Medicamina debentur ex ſubſtantia bonorum ſuppoſitorum primogenituræ ſi conſtet non adeſſe bona, nec fructus, ſuper quibus fieri poſſit executio.

32 Creditum petentis alimenta non differt ab eo, qui illa in effectu perbibuit.

33 Medicamina veniunt appellatione alimentorum.

34 Medicinam de Terra creavit Altiſſimus, & vir prudens non abhorrebit eam.

35 Pro medicamentis datur privilegium Auth. res quæ, & aſſimilantur alimentis, etiamſi deſervierint ad ſimplicem quoquo modo tuitionem, facultatemque vivendi.

36 Beneficium Auth. res quæ ex quibus rationibus fuit introductum.

37 Cauſa medicamentorum adeo praecellit cuilibet alteri publicæ cauſæ, ut etiam ipſi doti illam eſſe anteponendam cenſuerint nonnulli DD.

38 Alimenta quæcumque ſunt magis privilegiata quam ipſa dos.

39 Qui impellente natura cogitur ad præſtationem alimentorum, tenetur quoque a fortiori præbere medicamina.

40 De medicaminibus ſpecialis ratio haberi debet in taxatione alimentorum, quæ Judicis officio fieri contingat.

41 Obligatio præſtandi medicamina inſit in Patre aliiſque ad alendum obligatis, ac perſeverat licet filius aliuſque deſcendens juxta comminationem Sac. Scripturæ propter peccata incidiſſet in Manus Medici.

42 Quod & in dote verificatur, quam dotanda etiam ea propria culpa ſibi ſemel & bit conſtitutam deperdiſſet.

43 Teſtatori ex beneficentia Juris conceditur libere de rebus ſuis diſponendi, vel per viam fideicommiſſi, vel per viam Primogenituræ.

44 Jus non curat de integrali exinatione fideicommiſſi ſi ob remedium Auth. res quæ totum fideicommiſſum, & primogenitura abſorberetur.

45 Colluſio, & ſimulatio veluti fraudem involvens nunquam præſumitur.

46 Fideicommiſſarius edocere compellitur quod de tempore detractionis dotis adfuerint fructus ſufficientes, ex quibus erat detrahenda.

47 Probatio deprompta ex juridicis præſumptionibus eidem expreſſæ probationi aliquo modo æquipollet.

48 Probatis extremis media præſumuntur.

49 Inops, & non ſolvendo ſemper cenſetur ille in effectu, qui propriis non ſatisfacit obligationibus præſertim ſub pœna caducitatis a Principe inflictis.

50 Inopiæ, & improvidæ diſperſionis majus teſtimonium exoptari nequit quam ſequeſtratio fructuum, bonorumque oppoſitio ſub Æconomatu.

51 De diligentiis non profuturis curandum non eſt.

52 Interuſuria dotalia ſi non fuerint per Mulierem, vel ejus virum congruo tempore exacta, expeti adhuc valent contra Succeſſorem in fideicommiſſo.

53 Limita ſi culpæ Viri, vel Mulieris adſcribi poteſt cur uſuras debito tempore a priori poſſeſſore non exegerit.

54 Ad exempla recurrere inutilis eſt labor ubi urgent doctrinæ præciſæ.

55 Succeſſor in Beneficio moleſtari non valet pro Penſionibus decurſis adhibito etiam rigore diligentiarum.

56 Diligentiæ morales, & congruæ culpoſam ſocordiam excludant.

57 Atteſtationes informes, & aliunde non juſtificatæ ſunt reiiciendæ.

58 Ab exemplis adhoc, ut poſſit judicari, ſeu argumentari requiruntur circumſtantiæ in terminis omnino paribus.

59 Creditor præſumitur magis crediðiſſe fideicommittenti, quam gravato, & de ratione.

60 Pacta confoventia Juris communis cenſuram magis ſtringunt, & convalidant Juris diſpoſitionem.

61 Creditor magis privilegiatus ſi ſatisfieri non potuerit, multo minus credendum eſt creditorem minus privilegiatum, & poſteriorem ſatisfactionem fuiſſe conſecutum.

62 Opifices non ſolent recentem debitorem compellere, & de ratione.

63 Excluſiones, & diligentiæ ab aliis, & ab ipſamet Parte adverſa factis valent excuſare, & proſunt etiam cæteris.

64 Fideicommiſſi ſubſtantia tangenda non eſt quoties Creditor in vim Auth. res quæ obtinere commode poteſt ſatisfactionem ſuper fructibus ejuſdem fideicommiſſi.

DECISIO CCLVI.

PRolata per Reverendiſſimum Dominum meum Molines Decanum Sententia, ſive Mandato Angelo favorabili adverſus bona libera, & hæreditaria Pauli Franciſci, nec non ſubſidiarie contrà fructus inſignis Primogenii poſſeſſi per D. Lælium ejuſdem Pauli Franciſci filium, oportuit ſuccumbenti pro nova commiſſione ſuſpenſiva reportanda Conſiſtorium Principis adire, ſtante clauſula antecedenti delegationi adjecta *appellatione remota*; Sed de conſenſu memoria Angeli ſignata hujuſmod commiſſione ſub formula conſequenti, *conſtito de re judicata, ſin minus de cauſis reſtitutionis in integrum*; Hodie, non obſtante imploratione dila-

dilationis anxie expetitæ per eundem D. Lælium, viſum eſt Dominis reſpondere penitus *conſtare de re judicata*.

Motium abnuendi dilationi ſtetit in eo, quod licet plerumque benignitas Sacri Auditorii, & quandoque etiam ſola ipſiuſmet Ponentis, ſeu Relatoris auctoritas ſoleat indulgenter haſce dilationes impartiri, ut ita ſine formali læſione Judicii, illam eſſlagitans valeat commodius jura ſua parare, & promovere, totum id faciente, ſeu temperante Judicis reli-
1 gione, & arbitrio ad *Text. in leg. 5. ff. de interrogator. action., & in l. prima, ibique gloſ. verſ. Flagitarent, & ſecunda, & quarta Cod. de dilation., Barboſ. in collect. Cod. in dicta l. prima num. 3., Menoch. de arbitrar. Judic. caſ. 52. num. primo, Viu. deciſ. 11. num. 9., Oſaſch. deciſ. Pedemont. 22. num. 13. cum. ſeq., Borell. in Summ. deciſ. tit. 47. de dilat. num. 52. tom. primo*.

Attamen in præſentibus facti circumſtantiis haud facile exaudiri valuit petitio, quoniam nedum a die mihi noviter directæ commiſſionis congrua profecto fuerant ad predictum effectum adſtruendi defentionis tempora præterlapſa, verum etiam irreparabiliter imminebant feriæ generales Tribunalis per quatuor fere menſes de ſtylo diffuſæ pro neceſſario potius operoſo labore enucleandi deciſiones, ſeu motiva captarum reſolutionum, quam pro effectiva quiete, & oportuno levamine earum gravium fatigationum, quibus Auditores in reliquo anni decurſu ſupra ipſas vires quodammodo prægravantur; in his etenim terminis, ne altera Pars cogatur, tanto tempore ſitire Juſtitiam, vel numquam, vel nimium de raro hæ protelationes concedi in Tribunali noſtro conſueverunt; Conſideratio etenim temporis exiſtit una de rationibus in hoc propoſito a Judice perpendendis, ſicuti, poſt *Bart.* ani-
2 madvertit *Rip. in leg. 2. num. 26. ff. de re judic., Menoch. de arbitrar. Judic. dict. caſ. 52. ex num. 15.* & in ſimili *Rota deciſ. 391. num fin. par. 16. Rec.*, & in præciſis terminis, aliis adductis dictum fuit *in deciſ. 643. ante num. 1. verſ. Adhuc hodie recurrit coram Emerix Iun.*

De reliquo aſſumentes Domini Cauſæ cognitionem, ſeduloque rimantes viſcera controverſiæ ea intenſiori applicatione, qua prorſus ad monitum *celebris Rubric., ut quæ deſunt Advocatis Index ſuppleat &c.* decebat ob ſilentium D. Lælii non informantis; Primo quidem intuitu reputabant Mandatum, ſeu Sententiam præcedentem Reverendiſſimi Decani poſſe aliquo modo vacillare proindeque potius reſcribendum *de cauſis* quam *de re judicata*; Quemadmodum in hoc bivio clauſularum *conflito de re iudicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis in integrum*, agnita præcedentis rei judicatæ vel Sententiæ injuſtitia paſſim reſpondit
3 *Rota*, ut in *Calagur itana Fructum 5. Decembris 1691. in principio coram bo. mem. Benincaſa, in Romana reſtitutionis in integrum 2. Maii 1692. pariter in principio coram Reverendiſſimo Manuel, in Romana Cenſus 10. Aprilis 1693. coram Reverendiſſimo Manuel, in Sabinen. Cenſus 10. Januarii 1698. utrobique §. Primo, & in Toletana Decimarum de Capilla quoad Dignitatem Archiepiſcopalem 23. Martii 1699. §. Verum coram Me*.

Et in rei veritate durum videbatur, quod ultra bona hæreditaria Pauli Franciſci aſſert-originarii Debitoris, vexaretur quoque Primo-
4 genitura independenter detenta a D. Lælio ex cauſa Pharmaciæ, ſive credito medicamentorum, quæ eidem Paulo Franciſco, illiuſque familiæ ſubminiſtraſſe pretendebat Angelus ex perſona Petri Franciſci Aromatarii illius Authoris, preciſive etenim ab inſpectione magis in caſu noſtro brocchardica; Vtrum bona fideicommiſſaria, ſeu primogenialia ob hanc rationem cenſeri poſſent affecta credito ſimplicis Pharmacopolæ, utique ſaltem per nimium diuturnam taciturnitatem prefati Petri Franciſci, ſi non erat hujuſmodi creditum Bullari præſcriptione totaliter ſublatum iuxta Conſtitutiones Summorum Pontificum Gregorii XIII. Clementis VIII., & Pauli V., adempta in omnem caſum remanſerat per decurſum quindecim annorum, & ultra, quælibet, non ſolum actio in rem ſcripta, ſed & expreſſa hypothecaria, quæ numquam poſt decennale intervallum operativa eſt contra Tertium rei etiam hypothecatæ Poſſeſſorem ad plene cu-
5 mulata per *Cenciol. alleg. 3. num 2., Gratian. diſcept. 363. num. 2., Merlin. de pignor. lib. 5. quæſt. 21. num. 6., Rota Lucen. int. collect. per Palmam Nep. tom. 1. deciſ. 54. num. 59., & tom. 2. deciſ. 165. num. 2., Rot. deciſ. 322. num. 4. coram Pentinger. in Romana Immiſſionis 8. Junii 1694. §. Quod autem, & 22. Aprilis 1695. §. Primo coram R. P. D. meo Pio, & in Faventina Salviani 1. Martii 1700. §. Non etenim coram Me*.

Quodque D. Lælius dici mereretur omnino Tertius manifeſtiſſime liquebat, cum ipſe jam exuiſſet penitus omnem qualitatem hæreditariam reſpectu ſui Patris velut autem poſſeſſor bonorum Primogenialium repræſentans Iura ejuſdem Primogenituræ nequibat conſiderari in alia figura quam ſideiuſſoria, prout exiſtit ipſum fideicomiſſum, etiam in caſu, quo adver-
6 ſus illud intentari poſſit præſidium famigeratum *Auth. res quæ*, ex adnotatis apud *Card. de Luca de Dote diſc. 48. num. 4. diſc. 52. num. 3., Carol. Anton. de Luca ad deciſ. Vincent. de Franch. obſerv. 519. num. 3. idem. ad Oleam de ceſſ. Jur. quæſt. 29. num. 4.*

Potiſſime, quia præter hanc tertiam figuram D. Lælius erat quoque Concreditor ipſius Primogenituræ ex titulo innegabili alimentorum, ad quæ tam de Jure, quam ex Judicum. & Signaturæ Juſtitiæ præſcripto fuerat ejus Pater condemnatus, cumque ex hoc capite foret

etiam

etiam anterior minime valebat Angelus illum inquietare cum, excepta parua ſtatutaria ſumma, exceptiſque medicaminibus erogatis in ultima infirmitate, pharmacopolæ nullo polleant privilegio pro credito eorum Apothecæ ſecundum latiſſime diſpuncta penes 7 *Rolad. conſ. 14. ex num. 27. lib. 1. Gratian. diſcept. 94. num. 16., Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæſt. 15. num. 13., Capyc. Latr. deciſ. 47. num. 19. cum ſeqq., Maynard. deciſ. 47. lib. 2.*

Quin etiam cum pariter D. Lælius Creditor eſſet in dies præſentium & futurorum alimentorum pro ſe, ſuaque familia congrue ſubſtentanda, ſemper adverſus hodiernam inſtantiam nanciſci debebat omnimodam prælationem; Medicinæ etenim attributæ, quantumvis lar-8 giori vocabulo ſub alimentorum nuncupatione contineantur nihilominus tanquam præteritæ, vel ullum de Jure ſortiuntur beneficium *Samminiat. contr. 81. num. 28., Scacc. de appellat. quæſt. 17. contr. 7. num. 14. & ſeqq., Vrceol. de tranſ. quæſt. 49. n. 21. & ſeqq., Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 4. num. 166., Manſ. de canſ. execut. ampliat. 31. num. 30., Paul. Rub. in annot. ad deciſ. 1. num. 104. par. 9., Vrſill. ad Aſſlict. deciſ. 152. num. 1., Pamphil. deciſ. 711. num. 2. ibique adden. num. 5.*, vel nunquam poſſunt concurrere cum alimentis actualibus, ac 9 debitis in futurum *Aretin. conſ. 97. num. 3., Cyriac. controv. 34. num. 26., Surd. de aliment. tit. 8. privil. 2. ſub num. 13. & 14., Card. de Luca de Credit. diſc. 28. num. 6., Rot. deciſ. 208. num. 5. coram Buratt.*

Aſt ſuperlative major videbatur aſperitas introeundo penetralia meritorum: tota namque Angeli prætenſio verſabatur in præſuppoſitione, quod pro præſtitis pharmacis, & medelis intraret ſubſidium memoratæ *Auth. res qua* ducto dumtaxat comparative argumento ab alimentis, de quibus eminenter loquitur, ſive diſponit *Authentica*, & quorum appellatione, ut præmiſimus, medicamina compræhenduntur: Verum quando etiam comparatio ſubſiſteret, non poterat effectus ſubinde reſultans contra fideicommiſſum alio modo interpretari, ſeu ad praxim deduci, niſi quando de tempore ſuſceptorum medicaminum, vel nulla bona libera extarent penes gravatum talia medicamenta recipientem, vel fructus Primogenituræ, aut fideicommiſſi ſatis non eſſent ad illorum ſatisfactionem, ut in ſimilitudinariis, directiſque terminis ipſius Dotis, a qua ratio in-10 ſurgit alimentorum, pro regula tradiderunt, quatenus exiſtant bona libera *Carol. Anton. de Luca in obſervat. ad Franc. deciſ. 519. num. 3. Rota deciſ. 43. num. 3. coram ſa. me. Alex. VIII. deciſ. 925. num. 9. coram Card. Cerro, & in Romana Dotis 27. Maii 1700. §. Detractio coram R. P. D. meo Priolo*: Et quatenus ſuppetant fructus *Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 5. cap. 6. n. 15., Fuſar. de ſubſtit. q. 531. num. 119. & ſeq., Cenſal. ad Peregr. de fideicom. art. 32. verſ. ſed obſervo adden. ad ſan. mem. Gregorio XV. deciſ. 543. nu. 3. Rota dec. 137. nu. 17. poſt. Merlin. de pignor. deciſ. 310. num. 3. & 4. par. 15. recent. & deciſ. 439. num. 3. coram Card. Cerro, & in Urbinaten. Manutentionis, ſeu Spolii 2. Maii 1701. §. Minus obſtat coram R. P. D. meo Muto.*

Et ſane alias intolerabilia in dies ſequerentur abſurda, nam ſi ita de plano, & indulgenter permitteretur Creditoribus ex capite ſimilium rerum fraternizantium cum alimentis ſcindi, & divelli bona fideicommiſſaria, aut poſt mortem debitoris affici perpetuo illorum fructus pro honorifica; Poſterorum ſubſtentatione deſtinati; paulatim contingeret exhauriri omnia fideicommiſſa, omneſque Primogenituræ marceſcerent, & terminarent, nec non tribueretur anſa hujuſmodi opificibus, ſive Creditoribus colluendi cum gravato per ſtudioſam protelationem, non petendo credita ejuſdem vita gravati durante, iſque interim perperam, & luxurioſe valeret eoſdem fructus abſumere, & diſſipare, quando e converſo facile erat ipſis Creditoribus ſtatis temporibus obtinere paruam 11 in ſubſtantia ſatisfactionem, prout appoſite, ac præciſe ponderavit *Card. de Luca de feud. diſc. 79. ſub num. 8. verſ. clarius*, & faciunt *Federic. Scot. reſponſ. 2. num. 31. & ſeq. tom. 2. lib. 1., Noguerol. alleg. 40. num. 62., Bonden. collect. legal. 20. num. 46. tom. 2. Ruſtic. in l. Cum avus lib. 3. cap. 4. num. 11. & ſeqq., Peregrin. de fideicomm. art. 42. num. 74., Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 190. num. 45. & ſeq., Rota dec. 43. num. 6. coram ſa. me. Alex. VIII.*

Eoque violentius reflectendo, quod, cum nulla pro parte Angeli deſignaretur doctrina ſpecialis ſuper eo, quod pharmacopolis competat hoc Privilegium *Authenticæ res quæ*, ſolumque prætenderet gaudere hujuſmodi præſidio ob duplicem generalem extenſionem factam a Scribentibus, nempe de Dote ad alimenta, & de alimentis ad pharmaca; Et quis non videt, quod hæ ſub extenſiones, ſeu illationes creſcerent in immenſum, idem nam-12 que poſſent attentare fermè omnes Opifices, Piſtores, Sutores, cæterique hujuſmodi contribuentes potui, victui, veſtitui, quin etiam decenti, ac opportunis ſuppellectilibus refertæ habitationi, & denique hoc idem ſibi arrogare poſſent famuli pro eorum ſalariis, quemadmodum omnia hæc pari Lance includuntur in ipſo genere alimentorum teſte *Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 4. num. 1. & ſeqq. Jovius de ſolem. in contr., Minor. gloſ. 22. §. 4. num. 110. Zacch. de ſalar. qu. 18. num. 1. 5. & ſeqq., Velaſc. de privil. paup. num. 1. quæſt. 4 num. 24. & 25., Rota deciſ. 5. num. 7. & ſeqq. coram Merlin. deciſ. 21. num. 2. coram Bichio deciſ. 815. num. 23. & ſeqq. par. 18. recent. In Romana Alimentorum 22. Januarii 1700. §. Quantitas coram R. P. D. meo Caprara, & in Romana Alimentorum 22. Iunii 1701. §. Nec vice verſa coram Reverendiſſimo D. meo Decano.*

Adeo

Adeoque repugnat, quod ocioſo remanente
conſimili Creditore in petitione ſui crediti,
tempore quo directus illius Debitor fructibus
rei ſibi obligatæ fruebatur, debeat hujuſce negli-
gentiæ, & moroſitatis pænam ſentire Tertius, ac
ſingularis ſucceſſor ut, non egrediendo terminos
13 fidejuſſorios, ſub quibus pro hiſce debitis *in
junctione Auth.* compræhenſis continetur, ut
diximus, ipſum fideicommiſſum, habeamus
paſſim receptum, quod ubi Creditor extitit
moroſus, & contumax in exquirendo ſolutio-
nem a principali debitore nequaquam poſtmo-
dum ei liceat ſeſe conuertere ad fideiuſſorem ex
collectis per *Socein. ſen. conſ. 273. num. 3. lib. 2.,
Gomez. var. reſ. tom. 2. cap. 12. num. 9., Andreol.
controv. 113. num. 2., Card. de Luca de Credit.
diſc. 94. num. 6., & diſcur. 96. num. 7. in
tract. de commer. mercat. diſc. 16. num. 21., &
diſcur. 39. num. 26., Rota deciſ. 168. num. 15
coram Roxas*, & in fortiori propoſito Dotis
14 in vim *Auth.* prætenſæ *Fab. de Ann. conſ.
85. num. 11. tom. 1., Caſtald. conſult. forenſ.
tom. 2. cap. 232. num. 10., Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 321. num. 23., Vincent. de Franch.
deciſ. 241. num. 2., & ſeq., Rota deciſ. 352.
n. 10. cor. Peuting.*

Imo tantum Iura noſtra deteſtantur, quod
independens ſucceſſor divexetur a Creditoribus
præcedentis poſſeſſoris, ut non omnis excluſio
contumaciæ ſufficiat ad finem agendi contra
eumdem ſucceſſorem, ſed exigantur diligentiæ
quatenus opus ſit, etiam Iudiciales Ita namque
practicatur in penſionibus Eccleſiaſticis, ut
etenim valeat pro penſionibus decurſis affligi
ſucceſſor in Beneficio quatuor enumerantur
15 requiſita per *Lotther. de re benef. libr. 1.
quæſt. 39. ex num. 123. cum plurib. ſubſequen.*, &
quod diligentiæ deſiderentur exactiſſimæ, vel
16 Iudiciales videre eſt apud *Tondut. de Penſionib.
cap. 20. ex num 24., & ſeq. Card. de Luc. eod.
tractat. diſcurſ. 19. num. 5. diſcurſ. 31. num. 8.
& diſcurſ. 33. num. 4., Adden. ad Gregor. dec.
507. n. 7., Rot. dec. 617. ex n. 5., & 6., & dec.
669. n. 4. & 5. cor. Buratto.*

Fortius accedente in noſtro concreto pro
quadam majori corroboratione expreſſa prohi-
bitione Horatii fundatoris huius Primogenii, qui
ſevere prohibuit, tangi bona fideicommiſſaria
ex quantumvis privilegiatiſſima cauſa Redem-
ptionis Captivorum, & nominatim etiam
alimentorum, licet enim Teſtator Aſcen-
dens efficere non poſſit per quamcumque
diſpoſitivam proibitionem quo minus lo-
cum ſibi vindicent Leges in ſuo Teſtamento,
& ſignanter determinatio præfatæ *Auth. res
17 quæ* ſicut uno ore monuerunt *Fuſar. conſ.
7. n. 17., Redenaſc. conſ. 72 num. 33., & ſeq.
Caſtald. conſult. 128. n. 6., Facchin controv. Iur.
lib. 4. cap. 48. verſ. redimi Altimar. ad Rovit.
conſ. 54. nu. 18. tom. 1., Mareſcot. var. reſol.
lib. 2. cap. 69. num. 17., Cenſal. ad Peregr.
de fideicom. art. 42. verſ. 3., Card. de Luca
de dote diſc. 38. num. 2. diſc 40. pariter nu. 2.
& diſc. 145. num. 18., Rota Florent. inter
Collectas per modern., Palmam nep. tom. 3.
deciſ. 263. num. 152., Rot. deciſ. 30. num. 17.
part. 7. recent. deciſ. 657. num. 2. coram Merlin.
deciſ. 43. num. 9. coram ſan. mem. Alex. VIII.
& in Romana fideicommiſſi de Gozis 4. Febr.
1699. §. Fundamentum coram R. P. D. meo Pio.*

Attamen quoties æque bene compatitur Lex
cum prohibitione Iura non ſunt adeo exorbi-
tantia, ut velint hujuſmodi prohibitionem inde-
finite contemni, ſed quoties eidem Legi ſatiſ-
fieri valet cum fructibus decurſis, ſeu de-
currendis in Vita principalis debitoris gravati,
abhorrent & vetant ob Dotem exhauriri ſub-
ſtantiam fideicommiſſi, ſed præcipiunt, illam
exſolvi ex fructibus, quemadmodum ultra
18 ſuperius allegatos proſequuntur, *Riminald.
ſen. conſil. 115. num. 8. lib. 1. Card. de Luca
de fideicommiſſ. diſc. 40. num. 9., Rot. deciſ. 438.
num. 42. par. 9. recent. deciſ. 361. num. 7.
cor. Card. Cerro dec. 780. n. 2. cor. Emerix Iun.
& in Reatina fideicommiſſi 22. Martii 1701. §.
Ad quando cor. Me.*

Applicando autem ad rem, utique ſi Phar-
macopola ſuo loco, & tempore inſtetiſſet pro
obtinenda ſatisfactione, valuiſſet eam reporta-
re ſicuti palam convicebatur ex facto, quo-
niam bon. mem. Paulus Franciſcus, præter
cæteros Primogeniales effectus, potiebatur inſi-
gni Tenuta *di Tor. in pietra* empta pro ſcut. 326.
mil. ut etiam exponit occaſione alterius con-
troverſiæ inter Patrem, & Filium *Reverendiſſimus
Epiſcopus Vernlanus emeritus Vrbis Viceſgerens
obſervat. ad ſtatut. Favent. tom. 1. lib. 3. rubric.
43. ex nu. 22.*

Quamobrem, & quis excogitare valebit,
quod fructus ſaltem correſpondentes tam eximio
valori hujus tantummodo tenutæ non forent
idonei ad ſubminiſtranda, una cum reliquis
alimẽtis etiam hæc annua diſpendia medelarum
ex his, quæ quotidiana demonſtrant experi-
19 menta, & appoſite adverterunt *Ciarlin. con-
troverſ. forenſ. lib. 1. cap. 95. ſub. num. 4. verſ.
accedat, & ſeq., Cyriac. controv. 5. ſub. num.
13. verſ. exemplum Rot. deciſ. 942. ante num. 6.
& deciſ. 1283. ſub num. 3. verſic. verum etiam
coram Emerix Iunior.*

Sed & aderant ulterius alia bona undequaq.
libera ipſius bonæ mem. Pauli Franciſci ſecun-
dum affirmata per Peritum ſuper ſtatu. & admi-
niſtratione ejuſdem Pauli deputatum *Summario,
primæ propoſitionis D. Lelii num. 1., & ultimo*
quapropter eo magis intactum relinqui debe-
bat Primogenium, quoties extabant bona indif-
ferentia, quando præſertim frequentiſſime,
noſcitur definitum, quod concurrente ex una
parte Primogenitura, & ex altera fideicom-
miſſo aliquo generali in perſona ejuſdem gra-
vati, antequam Primogenitura vexetur, debet
potius conſumi totum fideicommiſſum gene-
rale ad fuſe firmata per *Card. de Luca de Dot.
diſcurſ.*

diſc.ſ. 44. num. 8., & deciſ. 145. num. 9., Palma nep. alleg. 210. num. 2., Rot. dec. 26. num. 11., & ſeqq. poſt Cenſal. ad Peregrin. deciſ. 441. num. 2. parte 14. recent., & in Peruſina Fideicommiſſi 1. Julii 1701. §. Fortius cor. R. P. D. meo Lancetta.

Advertendo quod ad excuſationem Angeli in nihilo refragabatur, ſucceſſive, videlicet ab anno 1684. fuiſſe efformatum ſtatum per ſupradictum Peritum, & ab ejus relatione apparuiſſe, ipſum Paulum Franciſcum in deteriorem ſubinde fortunam incidiſſe, ac debitorem potius remanſiſſe in ſcut. 56131. 60., quando a fortiori innitens beneficio *Auth. res. quæ,*
21 nec etiam compellitur excutere bona libera intricata ex relatis apud *Card. de Luca de Dot. diſc. 48. num. 5. deciſ. 145. num. 69. Add. ad. Buratt. deciſ. 920. num 8., Urceol. deciſ. Florentin. 30. num 31., Rota deciſ. 43. num. 12. coram. Ottobono, & deciſ. 153. n. 11., & 12. coram Reyas deciſ. 310. num. 26. coram Biebio, & deciſ. 15. num. 75. deciſ. 83. num 8. deciſ. 84. num. 6. coram Zarate deciſ. 1097. num. 10. coram Emerix Jun. in Romana fideicommiſſi de Goris 4. Februarii 1699. §. Etenim coram R. P. D. meo Pio, & in Reatina fideicommiſſi de Clavellonibus 26. Martii 1700. §. Prætermiſſo cor. Illuſtriſſ. D. Dell'Olmo. Magno Cancellario Mediolanen.*

Siquidem excuſatio hæc non feriebat Cardinem difficultatis in eo conſiſtentis, quod Aromatarius tenebatur ſuo loco, & tempore inſtare, ac urgere pro ſolutione, non curando, quid deinceps actum fuerit de rebus, & Patrimonio debitoris, quoniam ad effectum implorationis *Authenticæ* ſolidiùs inſpicitur: Utrum de tempore contracti debiti, ſeu cadentis ſolutionis extarent bona libera, necne, alias quippe nuſquam verificaretur hujuſmodi remedium
22 omnino fore ſubſidiarium juxta tradita per *Paul. de Caſtro in Auth. Res quæ verſ. ſed pone C. Comm. de Legat. Deo. conſ. 519. num. 8. Ruſtic. in L. cum Avus lib. 3. cap. 4. num. 11. Adden. ad Pamphil. deciſ. 399. nu. 12., Rubeus de validit. Legal. cap. 70 nu. 324. Menoch. de præſumpt. lib 4. præſumpt. 190. num. 44. Rot. deciſ. 75. num. 8. coram Emerix Sen. deciſ. 61. num. 1. coram Peuting. deciſ. 153. num. 8. & ſeq. coram Reyas Romana Immiſſionis 3. Februarum 1702. §. In quem ſenſum coram Reverendiſſimo Decano.*

Quid plus? dum ipſamet docuit experientia, quod inſiſtentibus aliis Creditoribus ſaltem extra judicialiter, & ſignanter Neretto Aromathario immediato in hoc ſervitio ſucceſſore Petri Franciſci, obtenta fuit ab eiſdem opportuna ſolutio. ſicque vanum erat immorari ſuper generalitatibus, dum individua experientia jam patefecerat in Paulo Franciſco ſufficientem ſatisfaciendi commoditatem, ut opti-
23 me ad rem obſervavit *Rot deciſ. 1283. num. 4. coram Emerix. Iun. & in Romana ſeu Spoletana Cauſæ 25. Iun. 1696., & 4. Februarii 1697. §. Cum enim cum ſequen. coram R. P. D. meo Pio*, quamve etiam experientia a contrario extollit *Salgad. in labyrinth. credit. part. 1. cap. 23. num. 86., Rot deciſ. 287. nu. 6., & 7. part. 11. recent.* & animadverſum fuit in *tract. de Commerc. & Mercat. diſc. 32 ſub. nu. 16. & 17.*

Hæc igitur erant, quæ ad favorem Domini Lelii, etiam, ut præmiſimus non informantis, facere admodum nutare reſolutionem videbantur, ſed nihilominus longe, lateque prævaluere deciſa coram Reverendiſſimo Domino meo Molines ſignanter *ſub die 17. Iunii 1699. & ſub die 17. Iunii 1701.* retenta quippe eadem methodo objectorum, ſive contrariarum animadverſionum, de quibus ſupra, inapplicabilis omnino viſus eſt diſcurſus de præſcriptione hypothecæ per ſilentium Petri Franciſci originarii Creditoris pluſquam decennale, quia, quemadmodum inprima deciſione ejuſdem Reverendiſſimi Domini mei Decani diei 11. *Martii* 1699. ſublata fuit omnis Bullaris, & juridica præſcriptio ex rationibus, ac authoritatibus ibidem allatis, ita corruere effulxit motivum præſcriptionis hypothecæ reſpectu ipſius D. Lælii tamquam Tertii poſſeſſoris Primogenituræ, quoniam re vera nullatenus ipſe poterat dijudicari Tertius, verſante æquivoco in hoc, quod Poſſeſſor fideicommiſſi, vel Primogenituræ intantum cenſetur Tertius, in quantum ſeſe tueatur a Creditoribus indifferentibus, ac non habentibus poſitive ex Lege obligata ipſa bona fideicommiſſi, vel Primogenituræ, quo caſu intrat vulgare remedium oppoſitionis Cauthelæ Angeli, ut in terminis exceptionis Tituli fideicommiſſarii
24 erga huiuſmodi Creditores indifferentes oppoſiti per ipſum fideicommiſſarium, vel Primogenitum poſſeſſorem habetur *in Romana Cauthelæ Angeli 27. Julii 1698. in principio, & in altera Romana Cauthelæ Angeli 25. Aprilis 1701. §. Conſtat enim coram R. P. D. meo Muto, & in Romana Cenſus, & Cauthelæ Angeli 28. Januarii 1702. §. Siquidem coram R. P. D. meo Pio*, & alibi quotidie.

Verum quando, prout hic, viget controverſia inter fideicommiſſarium, & Creditores habentes, vel ex Lege, vel ex facto ipſius fideicommittentis obnoxia ſibi bona ejuſdem fideicommittentis, tunc ipſa bona fideicommiſſaria in ordine ad Creditorem cenſentur mere
25 hæreditaria, & indifferentia, ac extra cauſam fideicommiſſi ex plene firmatis per *Dot. conſ. 519. num. 5. lib. 2., Peregrin. de fideicomm. art. 42. num. 28., Rota deciſ. 242. num. 33. coram ſan. mem. Alex. VIII. deciſ. 385. num. 13. par. 18. & deciſ. 305. num. 27. par. 19. recent., & in Romana fideicommiſſi de Quadris 7. Martii 1701. §. Aſſerta autem coram Me, & in Romana fideicommiſſi 27. Iunii 1701. §. At neque hæc pariter coram Me.*

Parum idcirco coadiuvante, eamdem objectionem, figura fidejuſſoria, quam regulariter repre-

Digitized by Google

repreſentat fideicommiſſum, vel ejus nomine
fideicommiſſarius; etenim hoc procedit, vel
ad extraneum effectum faciendæ prius excuſ-
26 ſionis bonorum liberorum ad inſtar fidejuſſo-
riæ obligationis, de qua *Burſatt. conſ. 180. num.
20. lib. 2. Menocc. conſ. 33. num. 28. lib. primo,
Caſtald. conſuld. 232. num. 10. Rot. 543. num. 2.
ibique Adden. num. 4. coram ſa. me. Gregor. XV.
deciſ. 641. num. 1. ibique pariter Adden. num. 19.
coram Buratto, & deciſ. 510. num. 15. coram Bi-
chio, & in Romana fideicommiſſi de Vrſinis 14.
Junij 1683. §. Hæc ſufficere cum ſeqq. coram cla.
me. Card. Caccia.*

Vel ad alterum pariter extraneiſſimum, ni-
mirum, ut ſicuti fidejuſſori ſolventi competit
erga principalem debitorem contraria actio
27 mandati, ſeu relevationis per *Text. in L. qui
fide, & L. mandati C. de fidejuſſor. Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap. 130. num. 24. & 25. Catan. de-
ciſ. 11 num. 3. Palmanep. inter collect. tom. 2. dec.
118. n. 4. Rota dec. 470. n. 6. coram Burat. dec. 94. n.
1. coram Ubago dec. 487. n. 6. coram Peuting. & dec.
920. num. 3. coram Emerix Jun.* pariformiter fi-
deicommiſſario extinguere coacto conſimilia
debita Lex impartitur reintegrationem contra
bona libera, ſeu hæreditaria hujuſcemodi grava-
ti, qui negligens in ſolvendo debita fideicom-
mittentis paſſus fuerit ex hoc capite diſtractio-
nem bonorum fideicommiſſi, prout conſimili-
28 ter ad mentem *Ant. res quæ.* ratiocinantur *Pal-
manep. alleg. 210. num. 3. Paſar. de ſubſtit. quæſt.
532. num. 12. Cardin. de Luca de Dot. diſ. 7. nu.
6. diſc. 145. num. 56. Carol. Ant. de Luca ad
Franch. deciſ. 519. num. 3.* Idque etiam ſine mi-
niſterio, aut reportatione ullius ceſſionis *Carol.
29 Ant. de Luca in ſpici leg. ſine addit. ad Olam
de ceſſion, Iur. quæſt. 29. num. 4. Card. de Luc.
de Dot. d. diſcurſ. 7. num. 6. diſc. 48. num. 5. diſc.
52. num. 3., & d. diſcur. 145. num 55. & 56.
Rot. deciſ. 1681. num. 2. & 4. coram Coccino. &
in Reatina fideicommiſſi 9. Decembris 1701. §. Si
igitur coram Me.*

Firma itaque remanente hac dilucidatione,
ſeu diſtintione terminorum concidebat in ſeque-
lam ſub alterna objectatio allata pro D. Lælio
circa ejus alimenta tam præterita, quam præ-
ſentia, & futura, nequaquam etenim poterat
ipſe in effectu reputari amplius Concreditor,
cum non docerent fructus, hujus uberrimæ
Primogenituræ eidem perventæ non ſuffeciſſe,
neque ſufficere pro univerſis hiſce almentis, ex-
ſolvendis & nihilominus ad ſummũ intrare po-
tuiſſet in hoc caſu contributum, ſeu retentio, &
immiſſio reſpective pro indiviſo, quemadmo-
dum quotidie practicatur inter Creditores ex
30 eadem cauſa venientes, ex congeſtis per *Rot.
deciſ. 653. num. 5. deciſ. 79. num. 7. coram
Emerix Sen., & deciſ. 520. num. 4. part. 18.
tom. 2., & deciſ. 151. num. 24. par. 19. recent.
& in Romana Salviani 28. Iunii 1697. §. Quod
vero coram Illuſtriſſimo Domino del Olmo Magno
Cancellario Mediolanen., & in Faventina Sal-
viani 1. Martii 1700. §. Omiſſis, & 28. Januarii
1701. §. Siquidem coram Me.*

Imo etiam in hujuſmodi ſuppoſito veren-
dum eſſet ne potius diſtrahi deberent bona
ſupoſita Primogenituræ, quam quod fraudati
reſtarent Creditores ex tam privilegiata, &
neceſſaria Cauſa, credentes magis Fideicom-
mittenti quam Gravato, ex diſputatis in longe
fortioribus terminis apud *Gratian. diſcept. foren.
31 cap. 831. num. 35.. Menoch. Peregrin., Padill.
& alios penes, Boſſ. de aliment. part 2. cap. 13.
num. 817.*, Et magis punctualiter, *Caſtill. de
aliment. cap. 43. verſ. quod ſi fructus Rota deciſ.
412. num. 5. part 12. recent. repetit. penes Poſth.
de ſubbaſt. dec. 90.*

Et ob id, ruentibus, ſeu labefactatis exte-
rioribus munimentis D. Lælii, facile fuit aggre-
di quoque arcem interiorem meritorum: Quod
enim abſtractive ex Credito reſultante ob pre-
ſtita medicamina competat Creditori reme-
dium memoratæ *Auth.* (Non enim differt
Creditum directe petentis alimenta ab eo, qui
illa in effectu perhibuit, ex *Surd. deciſ. 235.
32 num. 28. cum aliis penes, Staiban. Junior. in
obſervat. ad reſolut. forenſ. 64. num. 12. verſic.
& ideo hoc privilegium tom. 1.*, & puntualiſſime
admiſſum fuit in *dec. 576. ante n. 23. verſ. ſeptima
eſt coram Dunozett. Iun.*) denegari profecto
non poterant, niſi ab eo, qui etiam inficie-
retur medicamina venire appellatione ali-
mentorum contramillie diſcuſſa, & determi-
nata abſque Contradictore per *Bart. in leg.
33 legatis num. 2. ff. de alim. &. cibat. legat.
Ruin. conſ. 139. num. 2. lib 4. Cravett. conſ.
149. numero 3.. Roland. conſ. 22. num. 3. lib.,
1., Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt.
lib. 4. dub. 11. numero 37. & 38., Menoch.
de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 157. n. 30. Boſſ.
de aliment. cap. 253. num. 60., Garz., de
expenſ. cap. 3. num. 42. Mart de ſucceſſ. le-
gal. part. 4. quæſt. 18. art. 7. num. 8.* præter
alios quamplures allegatos *a Medern. Manſ.
conſult. 255. num. 2. lib. 3.*

Vrgentius autem, quia ſi ſub hac ipſa Ali-
mentorum nuncupatione clauduntur omnia
concernentia potũ, victum, veſtitum, atque
habitationem, ut jam in objecto præmonuimus
quanto validius continetur hujuſcemodi pia,
& neceſſaria artis auxilia: *Altiſſimus quippe
creavit de terra medicinam* (ut inquit Eccleſ.)
34 & *Vir prudens non abhorrebit eam*, iſtque
reſpicit vel curationem, vel præſervationem
a Morbis Vitam alias lædentibus, ac perimen-
tibus quando ſat eſſet, quod eadem medicame-
nta deſervirent ad ſimplicem quoquo modo tui-
tionem, facultatemque vivendi, ſe ſeque alendi
in futurum, ut ad mentem I. C. in *Leg. Stichus
35* ibi – *Vnde ſe tueri poſſit ff. de Legat.* 3. Vna
cum *gloſſ. in L. cum poſt. §. generaliter verb.
conſtaret ff. ſolut. matrimon.*, loquens in duriori
propoſito expenſarum Cauſa ſtudii, vel alte-
rius artis addiſcendæ fuſe comprobavit da

eſſe-

effectum precifum ejuſdem *Auth. Menoc. de præſumt. lib. 4. præſumpt.* 191. *ex num.* 12.
ſignanter num. 13. *&* 14., *Boſſ. de aliment. cap.* 13. *ex n.* 825. *cum pluribus ſeqq.*, *Ant. Merend. controv. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 13., *Calvin. de æquitat. lib.* 1. *cap.* 90. *num.* 41.

Addito preſertim quo tota ratio animativa hu-
jus beneficii *Authentica Res quæ* conſiſtit tum in
publico beneficio reſultante ex dotatione Mulie-
rum tum in efficaciori ponderatione.quod ſicut,
ſi viveret idem fideicommittes, ſubſidiariè ſal-
tem teneretur dotare eaſdem fœminas, a ſe
deſcendentes, ita non minus exiſtant illius bona
perpetuo obligata pro conſtitutione, & reſti-
tutione hujuſmodi dotium, ad ea, quæ late
expenderunt *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſu-*
36 *mpt.* 189. *num.* 5. *&* 103., *Peregrin. de fide-*
comiſſ. art. 42. *num.* 7. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*
531. *n.* 148., *Fontanell. de Pact. nupt. claaſ.* 5.
gloſſ. 1. *part.* 2. *num.* 2. *in fin.*, *Boſſ. de dot.*
cap. 15. *num.* 100., *Calvin. de æquitat. lib.* 1.
cap. 90. *num.* 45. *Rot. dec.* 306. *ante numerum*
9. *part.* 19. *recent.*

Aſt quanto potentior eſt ratio inductiva
conſimilis obligationis reſpectu hujus generis
alimentorum videlicet medicamentorum quæ
37 miniſtrari neceſſe eſt pro conſervatione vale-
tudinis, vitæque ſubſtentatione eorundem de-
ſcendentium a fideicomittente, adeo quippe
præcellit Cauſa medicamentorum cuilibet alteri
publicæ Cauſæ, ut etiam ipſi doti illam ante-
ponendam cenſueverint *Poſth. reſolut.* 104. *n.*
32. *&* 33. *Rot. dec.* 576. *ſub n.* 22. *coram Dunozett.*
Iun. cum aliis per Reverendiſſimum Verulan. ad
ſtat. Favent. tom. 2. *lib.* 7. *rubr.* 7. *ex num.* 13.
cum plurib. ſeqq., & generaliter, quod ali-
menta quæcumque magis privilegiata ſint,
38 quam ipſa dos. *Gratian. diſcept. for. cap.*
832. *num.* 31. *& ſeqq.*, *Calvin. de æquit. lib.* 1.
cap. 90. *num.* 23., *Rot. deciſ.* 125. *num.* 4. *part.*
4. *tom.* 2. *recent. deciſ.* 655. *n.* 13. *coram Burat.*
& deciſ. 135. *n.* 6. *coram Priolo*, *& late in*
dec. 412. *n.* 15. 16. *& ſeqq. par.* 12. *rec.*

Si vero ſpectetur altera, ut diximus, effi-
cacior ponderatio.ſeu ratio,a qua promanat *Au-*
thenticæ Beneficium. quis citra barbaram notam
nefariæ inhumanitatis unquam dixerit, quod
ubi viveret Aſcendens, non teneretur præciſe
præſtare pharmaca tam neceſſaria propriis
filiis Nepotibus, a iiſve deſcendentibus, quando
Doctores adſtringunt hujuſmodi Aſcendentes,
ac inſimul fideicommittentes uſque ad præ-
benda Salaria famulorum, & congruis ſup-
pellectilibus ornandam habitationem;& de facto
quod citra ullam difficultatem, is qui impel-
lente natura cogitur, ad præſtationem ali-
mentorum, teneatur quoque a fortiori præbere
medicamenta. uno ore docuerunt *Bart. in l.*
39 *Liberis §. Primo ff. de alim., & cibar. legat.*
Rolan. conſ. 22. *num.* 3. *lib.* 1., *Surd. de aliment.*
tit. 4. *quæſt. Medico legal. lib.* 6. *tit.* 3. *quæſt.*
4. *num.* 10. *cum. plurib. ſeqq.* ubi multa
congerit ad ornatum neceſſitatis medicinæ,
& medicamentorum, *Zacch. nep. de Salar.*,
& operar. merced. quæſt. 18. *ex num* 3. *cum*
ſeqq.

Tamque verum exiſtit, quod hæc conſecutiva
neceſſitas inſit in Patre, aliiſque ad alendum
obligatis, ut de medicaminibus ſpecialis ratio
habeatur in taxatione ipſorum alimentorum
quæ Iudicis officio fieri contingat, ut patet ex
40 animadverſis apud *Moder. Manſ. conſultat.* 313.
ant. num. 13. *Rot. dec.* 148. *ex num.* 7. *cor.*
Duran. tom. 1. ac etiam perſeveret eadem
obligatio, licet filius aliuſve deſcendens forſan
ſecundum comminationem Sacræ Scripturæ,
propter peccata incidiſſet in manus Medici, ſicuti
41 bene ſubampliat *Sud. de aliment. loc. ſupra*
proxim. allegat. ex num. 13., *& num.* 17., quod
& verificatur adamuſſim in Dote, quam do-
tanda etiam ex probria culpa eam ſibi ſemel,
& bis conſtitutam deperdidiſſet ex cumulatis
42 per *Card. de Luc. de dot. diſcurſ.* 4. *n.* 7., *&*
diſcurſ. 142. *ſub. n.* 28. *verſ. intelligendo Giurb.*
dec. 5. *num.* 39. *Chacheran. dec.* 124. *num.* 5.,
& 6. *Boſſ. de dot. cap.* 4. *ex num.* 119., *& ſeqq.*

Stabilito igitur hoc fatali principio compe-
tentiæ præfati remedii *Authent. Res quæ*, parum
relevabat, quod per ſubextentionem hujus pri-
vilegii ad omnia debita intercluſa, ſub nomine
alimentorum, paſſim a gravato fideicommiſſa
diſperderentur ex cauſa æris facile contrahendi
cum Piſtoribus, Sutoribus aliiſque Opificibus
quia, præciſive ab aliqua accidentali colluſio-
ne, quæ ſecundum tradita per *Card. de Luc.*
ubi ſupra, recte ſuadere poſſet receſſum a me-
morato principio, adeo præponderat publica
cauſa pietatis, & neceſſitatis ſimplici facul-
tati diſponendi poſt obitum ex beneficentia Iuris
gratioſe prorſus conceſſæ privatis per viam
fideicommiſſi, & Primogenituræ, iuxta notata
43 per eundem *Card. de Luc. de feud. ſive ad*
Bullam Baronum diſcurſ. 74. *ex num.* 15. *uſque*
ad 17., ut etiamſi univerſa Primogenitura,
vel fideicommiſſum penitus abſorberetur ob
remedium, ſive uſum prædictæ *Auth. Res quæ*,
nihilominus ipſum Ius non curat de huiuſmodi
re vera iniuſtis, & inſubſiſtentibus queremo-
niis, ſive de integrali exinanitione fideicom-
miſſi, maioratus, ac primogenituræ, ex his,
quæ in terminis fraternizantibus Dotis unani-
44 miter adverterunt *Urceol. conſult.* 6. *n.* 10.
Peregrin. de fideicomiſſ. artic. 42. *num* 26., 28.
Fuſar. de ſubſt. quæſt. 531. *num.* 54. *Rot. dec.*
152. *num.* 3., *& dec.* 329. *num.* 7. *coram*
Mantica in Romana fideicomiſſi de Goggis 4. *Febr.*
1699. §. *minuſque coram R. P. D. meo Pio*, *&*
in Maceraten. Contributionis 16. *Ian.* 1702. §.
quin. coram R. P. D. meo Lancetta, & in ſpecie
alimentorum *Caſtill. de aliment. cap.* 36. *ſub.*
num. 43. *verſ.*, *& adeo verum eſſe.*

Colluſio vero ſaltem in abſtracto,neque in no-
ſtra hypoteſi fuit allegata, neque erat allegabilis
attento quod creditum Pharmacopolæ nimia,ac
expe-

experimentali apud omnes veriſimilitudine vallabatur, naturæ etenim noſtræ infirma conditio exigit de neceſſe in dies conſimilia fulcimina ſalutis, ultra quod *in prima iam dec.buint cauſæ* realitas ejuſdem crediti ſatis ſuperque vindicabatur ab omnibus obiectionibus, & de cœtero colluſio, & ſimulatio veluti fraudem inuoluens nuſquam
45 præſumitur, ut inquit *Bald. conſ. 67. num. 1. lib. 5. Morott. diſcept. for. cap. 240. num. 1., & ſeq. Senat. Mantuan. apud Palmamnep. alleg. 74. numero 48. Rot. dec. 245. numero 5. coram ſa. mem. Innocent. X. deciſ. 372. num. 10. coram. Priolo, dec. 179. num. 12. par. 19. rec., & in Mediolanen. Cappelaniæ 15. Maii 1702. §. ex quibus cor. R. P. D. meo Priolo.*

Quod ſi eadem colluſio circumferatur ex capite retardatæ exactionis, unde non eſſet poſt mortem Pauli Franciſci tangenda Primogenitura, quod valuiſſet Aromatarius eo vivente conſequi ſatisfactionem, ex fructibus ejuſdem pinguis Primogenituræ, in primis nullibi apparebat, quod ex parte D. Lelii demoſtrata fuerit hæc ubertas, & copia fructuum exuberantium, prout facere debuiſſet, nam quamvis ſimiliter receptum habeamus, quod dotes aliave credita ſuffulta privileg. *Auth.*
46 *Res quæ*, quoties fieri poſſit detraenda veniant ex fructibus bonorum fideicommiſſariorum ex iis, quæ ſuperius in obiecto admonuimus, attamen in hoc caſu fideicommiſſarius edocere compellitur, quod ad fuerint tunc temporis hi fructus ſufficientes ex *Text. in leg. mulier. 22. §. cum prponeretur. ff. ad Sen. Conſ. Trebell.*, & connotatis per *Peregrin. de fiaeicomm. art. 42. num 71. Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 4. cap. 6. num. 15. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 531. num. 120. Rot. dec. 481. num. 3. coram Cardin. Seraph., & dec. 26. num. 42. cor. Arguelles.*

At pro tollenda quacumqe amaritudine, quæ ſuper hoc puncto, vel quod idem eſt, ſuper prætenſa exiſtentia bonorum liberorum fieri valuiſſet in oppoſitum etiam in ordine ad neglectas diligentias pro parte Aromatarii, placuit DD. ex ſemetipſis exuberanter aſſumere ſimile onus accurate perquirendi temporum ſeriem, creditum igitur Pharmacopolæ noſcebatur contractum ab anno 1581., uſque ad annum 1683.. quapropter deficiente ipſo D. Lælio uti filio magis informato patefacere, quod tunc potuerit idem Aromatarius aſſequi ſolutionem, & appretium medelarum, impoſſibile prope e converſo reddebatur pretendere probationem probatam ſuper inopia poſitiva, unde in hac anguſtia neceſſario arriſit illa probatio deprompta ex juridicis preſumptionibus, quæ eidem expreſſæ probationi aliquo modo æquipollet, ſicuti
47 teſtatur *Menoch. de præſumt. lib. 1. præſumpt. 58. num. 2., & ſeqq. Card. de Luc. de Iudic. diſcurſ. 19. num. 9., & diſcurſ. 33. num. 17. Marzimedic. dec. Senen. 86. num. 35., & examinat. 44. num. 29., Surd. deciſ. 170. num. 8.*

Et quidem ſi verum eſt, quod probatis extre-
48 mis, media præſumuntur ad *Text. in leg. ſiene §. non videtur ff. quib. mod. pign. vel hypotec. Bart. in leg. Celſus num. 21. ff. de uſucap. Bald. conſ. 47. in med. lib. 2.* cum aliis per *Rot. deciſ. 134. num. 4. part. 19. recent.* utique a parte ante oſtendit Angelus, quod bis bo. me: Paulus Franciſcus coactus fuerat ſuper Primogeniali Tenuta *di Torre in Pietra* cenſum, & reſpective cambium creare ſc. 30000., prima nempe vice ſub anno 1670. inivit cambium cum Banco S. Spiritus ſub expræſſione, quod ipſe nequibat ex annuis fructibus dimittere creditores, nec non reparare neceſſitatibus ipſius fundi cum comitante, obligatione demandata in Chirographo Pontificio deponendi quotannis ſc. 3000. pro extinctione eiuſdem cambi, & ſecunda vice, nimirum de anno 1674. vendidit conſimilem cenſum fratribus de Gabrielis ſub eadem adamuſſim narativa facta Pontifici, quod neque hoc medio tempore potuerat præfatũ annuale complere depoſitum, quin etiam neque ſuceſſive diſſoluit fructus iiſdem dd. de Gabriellis, quibus aſſumere operæ prætium fuit formale judicium coram R. P. D. meo Caprara, tunc A. C. Locumtenente, & deinceps in noſtro auditorio coram *clar. me Cardinali Caccia, & bo: me: Benincaſa*, & liquet ex deciſſionibus æditis in *Romana Cenſus 25. Juni 1688., 3. Decembris eiuſdem anni, & 9. Maii 1699. coram clar: me: Cardinali Caccia, & 15. Aprilis 1693. coram bo: me: Benincaſa.*

Si igitur fructus Primogenituræ in manibus bo: me: Pauli Franciſci ſatis non fuerant ad ſolvendum fructus fratribus de Gabrielis, quod q; plus eſt neq; a prædicto anno 1674. ulla, vel minima ſumma fuit per ipſum depoſitata, quemadmodum Pontifex illi præſcripſerat etiam in hac ſecunda gratia ad ea, quæ pro ſequendo fideliter recenſet idem *Reverendiſſimus Epiſcopus Verulan. ad Stat. Favent. tom. primo lib. 3. rubr. 43. ex num. 22.* qui ulterius aſſerit, extitiſſe interim quoque diſperſos quoſcum q; fructus pro multiplico dotium deſtinatos, quis audebit aſſerere, quod predictus bo: me: Paulus Franciſcus ſive ex propria culpa ſive ex temporum calamitatibus non foret ante annum 1681. in maxima arctitudine rerum familiarium, inops etenim, & non ſolvendo ſemper cenſetur ille in effectu, qui propriis non ſatisfecit obligationibus, præſertim ſedulo, prout hic, ſub pœna caducitatis inflictis a Principe, ſecundum ponderata per *Bald. in*
49 *auth. propterea num. 4. Cod. und. vir., & uxor. Maſcard. de probat. concluſ. 1150. num. 13. Paitell. exped. cauſ. Civil. exped. 6. num. 23.*

A parte autem poſt eiuſdem Pauli Franciſci deterrimam fortunam ſeu præcedentem dilapidationem ad ſatietatem pandebat hiſtoria plene recenſita, penes *laudatam Epiſcopum Verulanum ubi proxime*, illic enim agit de appoſitione Economi decreta, & obtenta contra eumdem Paulum Franciſcum ab ipſo D. Lælio

quantumuis effective huiuſcemodi appoſitio non manſerit executioni demandata, niſi ſub anno 1690. in ſtatu adeo deplorabili bonorum, ac Primogenituræ, ut D. Victoria de Bubalo ipſius Pauli Franciſci coniux, ac matrona accuratiſſima, ac prudentiſſima ob adminiſtrationem ſex annorum ſubſequentium ſe ſe diterit creditrice ſcut.24000. maius quippe teſtimonium inopiæ, aut improvidæ diſperſionis nequit exoptari, quam ſequeſtratio fructuum, bonorumq; appoſitio ſub Æconomatu, prout adducendo rationem decreti æditi, ut ſupra, ſub anno 1684., demonſtravit idem
50 *Reverendiſſimus Verulanus loc. mox. allegat. ex num. 27. cum ſeqq.*, & conferunt tradita per *Cyriac. controv. 517. num. 1. & 4. cum ſeq. Gratian. diſcept. 114. num. 6. ibiq. Carol. Ant. de Luc. num. 6. Cirou. diſcept. 27. num. 35. Staiban. Iun. ad reſolut. 41. num. 4. & ſeqq. Vrceol. de Tranſact. quæſt. 34. num. 12. Card. de Luc. de Iudic. diſc. 15. num. 12. Scopp. ad Gratian. deciſ. 63. num. 1. Rot. deciſ. 1326. num. 8. coram Coccino.*

Comprobatis itaq; ad evidentiam extremis præcitatæ inopiæ, de plano ſubintrabat notiſſima concluſio iam adducta, & exornata in
51 *deciſione Reverendiſſimi D. mei Decani ædita ſub die 17. Jun. 1701. §. Poſito autem*, quod fruſtra inquirimus de diligentiis quoties innoteſcit, illas non fuiſſe pro futuras: Sed nec in rei veritate videbatur Dominis, quod præſcindendo a culpoſa negligentia, quæ colluſionem redoleret, ullibi inveniretur in jure, quod abeus impræſcriptum creditum exercibile contra bona fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ in vim *auth. Reſque* unquam arctetur ad haſce rigoroſas diligentias adhibendas, quinimo paſſim videmus, quod etiamſi totalia interuſuria non fuerint per mulierem, vel eius
52 Virum congruo tempore exacta, valeant adhuc expeti contra ſucceſſorem in fideicommiſſo prout mordicus tuetur *Paſchal. de Patr. poteſt. part. 2. cap. 7. ex n. 32. & 67. & n. 71. cum ſeqq. Redenaſch. conſ. 72. num. 47. Franc. deciſ. 613. in fin. Apont. deciſ. 34. ex nu. 39.* & poſt eos *Card. de Luca do dot. diſcurſ. 145. ex num. 4. & ſub num. 41. verſ. ceſſantem autem uſq. ad num. ſeqq.*, qui ſolum limitat, quando culpæ viri, vel mulieris adſcribi poſ-
53 ſit, cur uſuras debito tempore a priori poſſeſſore non exegerit.

In nihilo adverſante penſionum Eccleſiaſticarum exemplo: quoniam, ultra quod inutilis labor eſt ad exempla recurrere quando urgent, do-
54 ctrinæ, præciſe nihilominus nimium diſpar in penſionibus militat ratio, ex quo pro penſionibus non afficitur ipſum beneficium, ſicut afficitur fideicommiſſum ex credito ſuffulto per privilegium *auth. Reſque*, quodque magis eſt, neque ſub earumdem Eccleſiaſticarum penſionum obligatione de iure cadunt fructus futuri, cum ſolum inter Titularem, & Penſionarum reputetur conceſſa, ac volita per Papam annua proportionabilis participatio eorumdem fructuum, ita tu vix de ſtylo toleretur, quod pro hujuſmodi penſionibus, adhibito rigore diligentiarum, ſucceſſor in beneficio valeat moleſtari, ex his,
55 quæ optime animadverterunt *Mareſcott. var. reſolut lib. 2. cap. 18. num. 54. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 94. num. 59., Lotter de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 39. num. 87. & ſeqq., Card. de Luc. de Penſionib. diſc. 19. n. 14. & diſcurſ. 31. n. 8. & ſeq.*

Minuſque officientibus (quantumuis iuxta præmiſſa ex abundanti) aliis exemplis illorum creditorum qui, fuerant veluti urgentes ab eodem Paulo Franciſco dimiſſi, & ſignanter Aromatarius Petri Franciſci ſucceſſor, quaſi quod ex inde culpoſus dici mereretur alter Aromatarius, ſi conſimilem neglexit adipiſci ſatisfactionem; quatenus enim ſpectabant ad hoc poſtremum, minime docebatur de illius plenaria ſatisfactione niſi de tempore ſuſceptæ iam adminiſtrationis per ſupranominatam Dominam Victoriam, idque mediant traditione non exigua frumenti rubrorum ſcilicet 160. cumque per antea per integrum ſpatium ſex annorum vix fuerit conſequtus ſcuta circiter 300. in prætio plurium comeſtibilium, parum ſub inde diſtabat a Petro Franciſco, qui & ipſe in termino trium, vel duorum annorum præſtiti ſervitii pariter receperat prætium nonnullorum Equorum, de tempore autem, quo illius Anteceſſor creditum ſolidaverat, utique non deſtitit Petrus Franciſcus ab uſu perurgentium diligentiarum juxta inſignem atteſtationem Eminentiſſimi Sperelli, nec non Reverendiſſimi Epiſcopi Anagnini: Quamobrem ex his omnibus nullo
56 modo poterat de aliqua culpoſa ſocordia criminari, cum illam excludant quælibet morales, & congruæ diligentiæ ex animadverſis, *per Bald. conſ. 44. num. 3. lib. 1., Fab. de Ann. conſ. 31. num. 10., & ſeqq. lib. 1., Burſatt. conſ. 59. num. 7., Maſcard. de Probation. tom. 1. concluſ. 468. num. 20., Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cent. 4. caſ. 390. num. 18., & 19. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 57. num. 2., & 6., Magon. dec. Florent. 111. num. 22., & ſeqq., Panimoll. dec. 55. Annotat. 2. n. 7.*

Quo autem ad reliquos Creditores rari non minus in gurgite tam vaſto apparebant etiam pro tenui ſumma dimiſſi: Et ſi quos in maiori quantitate reportaſſe ſolutionem aſſerebatur, ii habebant executionem undique paratam, ulteriuſve, nec de crediti qualitate, ad privilegio, neque de effectiva, limpidaque ſatisfactione eorundem ſatis effulgebat, unde hæ poſteriores recenſitæ atteſtationes poſſent huic Pharmacopulæ cæteroquin tuto in ſuo credito
57 præjudicare, tam ratione rigoris judicialis ſuapte natura reicientis atteſtationes informes & aliunde, non juſtificatas, tum etiam ratione circum-

circumſtantiarum , quæ terminos omnino pares
exquirunt , ad hoc , ut ſaltem contra regulam
58 *Text. in leg. ſed licet ff. de Offic. Præſid.*, *&*
leg. nemo cod. de ſenten.interlocutor. aliquo modo
poſſet ab exemplis judicatis , ſeu potius ar-
gumentari , ut poſt *Menoch. conſ.* 2. *num.* 207.
288., *cum duob. ſeqq. lib.* 1., *Surd. conſil.* 407.
num. 16., *Caſtald. conſult. forenſ.* 203. *ſub n.* 25.
verſ. toto pariter cælo uſque ad numer. 27. bene
perpenditur penes *Modern. Lucen. conſultat.* 88.
num. 20.

Diximus , Pharmacopolam fuiſſe ſecurum
in ſuo credito , nam excluſa inexcuſabili , &
prorſus culpoſa negligentia , ad ejus favorem
obnoxia perpetuo reperiebantur bona primoge-
nialia , qualis naturæ probabiliter , ſeu abſo-
lute non erat reliqui Creditores , quorum in-
tererat perſtringere quoquo modo Gravatum
quamdiu degeret inhumanis , ne contingens
illius mors omnia ſolveret in rei veritate , prout
e converſo Pharmacopola potius reputabatur
in Jure credidiſſe Inſtitutoribus Primogenituræ
quam gravato , utpote ſubſtentans onus inſixum
hæreditati magis , quam perſonæ ejuſdem gra-
59 vati , atque ita ratiocinatur *Rota deciſ.* 657.
numer. 4. *&* 5. *coram Merlino* , *deciſ.* 242. *n.*1.
& 2., *part.* 19. *recent. deciſ.* 31. *num.* 3., *&*
ſeq., *& deciſ.* 44. *num.* 23. *coram Vbago* , *&*
deciſ. 1097. *num.* 5. *&* 6. *coram Emerix Jun.*

Quin ad evadendum hanc propoſitionem
refragaretur amplius prohibitio ſuperius enun-
ciata de non alienando bona primogenituræ
etiam ex cauſa alimentorum , quia ultra iam
ſupra quoque datam reſponſionem circa ineſ-
ficaciam huius prohibitionis coniungebatur
etiam contraria promiſſio facta per eumdem
fideicommittentem de præſtanda alimonia ejus
filio , Nuruique *conforme al decoro dovuto* , ut
latius expendit utraque deciſio *Reverendiſſimi*
Domini mei Decani prima videlicet §. *Certius quia*
& ſecunda ſub §. *Concurrente potiſſimum* : Et
tamen generale eſt , quod pacta confoventia
cenſuram Juris Communis magis ſtringant ,
60 & conualident Juris diſpoſitionem *Rub. reſolut.*
praticab. cap. 4. *num.* 378. *Epiſcop. Rocc. diſput.*
121. *num.* 5. *Card. de Luc. de Locat. diſcurſ.*
8. *num.* 3. *Rota deciſ.* 529. *num.* 13., *& ſeq.*
coram Ludoviſio , *& in Romana Alimentorum*
6. *Junii* 1701. §. *Siquidem coram Me* .

Sed quid ultra pro totali diremptione cu-
juſlibet difficultatis , & prætenſæ negligentiæ
extruſione poterat deſiderari ? dum ferme in
continenti de tempore datorum alimentorum ,
nempe de anno 1684. alius creditor uſque de-
venit ad expeditionem mandati pro ſcutis 1053.
abſque eo quod unum obulum conſequi value-
rit , imo idemmet D. Lelius ſub præcedenti
anno 1683. quo creditum Aromatarii adamuſ-
ſim naſcebatur , ſeu proficiebatur , coactus fuit
conſimile expedire mandatum pro propriis ali-
mentis in ſumma ſcutorum 20. mil. ſignum evi-
dens , quod longe perantea nequiverat men-
ſtruam , vel annualem ſatisfactionem ab ejus
immediato genitore reportare : Cumque neque
tunc potuerit filius numeratione potiri ; nemo
ibit inficias , quod ea ſollicitudo , quæ augens
eumdem D. Lelium efficax non fuit ſub ipſo in-
dividuo tempore ad aſſequenda hęc alimenta ,
61 neque a fortiori poterat prodeſſe ſimplici opi-
fici , extraneoque creditori *vulgat. auth. multo*
magis, *Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Conciol. allegat.* 82.
*n.*10., *Surd. conſ.* 383. *num.* 14., *Rot. deciſ.* 165.
num. 3. *part.* 16. *deciſ.* 267. *num.* 15. *par.* 19.
recent. dec. 403. *num.* 7. *coram Emerix. Iun.*, *&*
in Nullius , *ſeu Terræ Pontiani ſucceſſionis* 18.
Februarii 1701. §. *Eoque violentius coram Me* .

Iſtaque dicebantur etiam poſt habita non
contemnibili ponderatione , quod agebatur , ut
præmiſimus , de ſimplici opifice , cujus honeſta-
tem , & avviamentum minime decebat judi-
cialiter laceſſire recentem debitorem Apothe-
cæ , ne forenſem ſui exiſtimationem , idemque
avviamentum , minus provide jactaret per has
crudas , & inſtantaneas petitiones , & judicia-
62 lia tormenta mandatorum , ut in ſimilibus
innuit *Card. de Luc. de Feud. diſc.* 27. *ſub n.* 11.
verſ. alias enim alicujus Tabernæ , & faciunt tra-
dita per *eundem Cardin. de Luc. de locat. & con-*
duct. diſc. 29. *num.* 6. *verſ. avviamentum* , *& de*
emphyt. diſc. 69. *ſub n.* 12. *verſ. & quod magis* .

Denique præter ſuperius indicata , Domini
rurſus haud cenſuerunt immorandum ſuper aſ-
ſerta exiſtentia bonorum liberorum , præmiſſa
namque replicatione , quod vivens ex induſtria
& præditus beneficio *auth.* non compellitur diu-
tius indolere ſuper diſcuſſione & perſecutione
bonorum intricatorum , adhuc clarum , & in-
dubitabile ſubintrabat dilemma , quod vel hujuſ-
modi perquiſitio , ſeu diſcuſſio facienda erat de
tempore hodierni moti judicii , jamque Ange-
lus , ſervando formulam traditam *a Carocc.*
de excuſſ. bonor. par. 2. *quæſt.* 32. *num. primo* ,
aliiſque practicis Auctoribus allati . *in deciſio-*
ne Reverendiſſimi Domini mei Decani dici 17.
Junii 1699. §. *Vanam propterea* , pleniſſime ſa-
tisfecerat in hoc puncto . Vel eadem dicuſſio
explenda videbatur de alia tempore contracti
crediti , & tunc ipſamet expeditio contempo-
ranea D. Lelii quoad majus , magiſque per-
ſtringens creditum pro ſua alimonia exuberan-
ter proculdubio æquipollebat ex his , quæ in
propoſito excuſſionis ab alio jam factæ , vel di-
ligentiarum ab aliis , & maxime ab ipſamet con-
traria parte adhibitarum tradit *Neguſant. de*
pignor par. 8. *membr.* 1. *num.* 38., *Fab. de Ann.*
conſ. 85. *num.* 3. *lib.* 1., *Scacc. de ſent. & re judi-*
cat. gloſſ. 14. *quæſt.* 12. *num.* 60., *Magon. deciſ.*
Florent. 38. *num.* 17., *Chartar. deciſ. Ian.* 45.
num. 4. *in tractat. de Commerc. & Mercat. diſ.* 32.
num. 17. *Rot. dec.* 287. *num.* 6. *&* 7. *par.* 11.
Rec.

Quamobrem a primo ad ultimum agnita per
DD. omnimoda imo & urgentiori identitate ra-
tionis , ſuper competentia remedii *auth. Rei*

qua ,

ſua, ac exulante non minus in facto, quam in Jure qualibet culpoſa tarditate creditoris in exigendo proprium creditum ſuper fructibus, Primogeniturę in vita gravati, necnon ceſſante exiſtentia, quę de ullo tempore ſufficeret, bonorum liberorum, tantummodo benignius incedentes ſententiam antecedenter latam de voto Rotæ confirmarunt etiam in ea parte, ubi fuerat reputatum, ſolutionem hujus crediti faciendam eſſe ſuper modernioribus fructibus a D. Lelio collectis, ſive colligendis ob illam ſatis rationabilem epichejam, quod neceſſe non eſt tangere ſubſtantiam, ac proprietatem bonorum, quoties æque
64 congrue valet creditor in vim *auth. Res quæ* intentam obtinere ſatisfactionem ſuper fructibus, ut ultra ſi perins cumulatos, ęquitative convenient *Vrceol. conſult. forenſ. cap. 20. n. 52. Modern. Manſ. conſult. 628. n. 6. & 11. Menoch. de preſumpt. lib. 4. præſumt. 189. num. 161. Card. de Luca de dot. diſc. 40. n. 9. Add. ad Buratt. dec. 641. n. 21. Rot. dec. 581. n. 3. cor. Card. Seraphino, & dec. 192. n. 15. poſt Merlin. de legitim.*

Et ita Angelo dumtaxat informante, ac ſollicite efflagitante reſolutionem, concluſum fuit.

ASCULANA BENEFICII SEU ABBATIÆ SUPER EXPENSIS.

Lun. 3. Iunii 1702.

ARGUMENTO.

Non eſt opus.

SUMMARIUM.

1 *Sportulæ in Beneficialibus ſunt ſc. 25. auri, ſi annui redditus ſuper excedunt ſc. 100.*

2 *Subreptitie ſi quis abberravit in ſuppoſitis gratiæ, erraſſe etiam dicendum eſt in expreſſione annui redditus.*

3 *In judicio refectionis expenſarum fieri debet proportionabilis diviſio inter æque ſuccumbentes.*

DECISIO CCLVIII.

Conſtare quidem de exceſſiva taxatione expenſarum ſubſecuta coram R. P. D. meo Pio, ſed reſpectu quantitatis, & modi adeo perexigue Domini in hac cauſa agnoverunt, ut vix ad dubium per me propoſitum: *An conſtaret de exceſſiva* potuerint reſpondere in aliqua teniujori parte *affirmative*.

Subſiſtente etenim ſupradicta taxatione in partitis importantioribus, uti erant expenſæ Proceſſus, actorum quod vivæ nuncupantur, una cum aliis incontroverſis extrajudicialibus, & demortuis, tota conqueſtio ad geminas reducebatur partitas quarum prima reſpiciebat ſolutionem ſportularum paſſam iterata vice per Marianum pro reportanda favorabili ſententia, ſeu decreto contra Joannem Franciſcum, & Oddum illius propugnatores; ſed circa hanc Domini palparunt inanem eſſe querimoniam, cum ſcuta 25. auri per eumdem Marianum bis perſoluta rite ad terminos Conſtitutionum Apoſtolicarum deberentur, ex quo Abbatiam, ſive Beneficium, de quo agebatur, juxta atteſtationem Æconomi per S. Auditorium deputati ſuperexcedebat ſc. 100. in quibus procuIdubio terminus ex præſcripto præfatarum Conſtitutionum ſportulæ aſcendunt ad præfata
1 ſc. 25. auri, ut habetur ex conſtitutione S. M. Pauli V. ſuper Reformatione tribunalium Vrbis impreſſ. apud *Ridolph. in prax. fol. 676. ſub n. 26.* innovatam per S. M. Innoc. XII. per Conſtitutionem impreſſam inter ſuas la 34. alias incipientem circumſpecta *ſub §. Alias ſiquidem &c,* notat *Card. de Luc. in relat. Rom. Cur. forenſ. diſc. 32. n. 108.*

Quin ullo modo mereretur in contrarium attendi valor narratus in ſc. 90. per viam quam expeditores appellant *non exceſſus* in literis a Joanne Franciſco impetratis, dum enim ex capite ſubreptionis, & obreptionis extiterat earumdem literarum denegata per Rotam executio, ut in deciſionibus editis coram me ſub die 6. Aprilis 1699. & ſub die 8. Martii 1700., ac in illarum confirmatoria edita *die 22. Junii 1701. coram R. P. D. meo Muto.*

Conſequens erat, quod præcipue in conflictu ſobriæ atteſtationis æconomi, nequiret aures adhiberi majori pręſuppoſitioni, & narrativę exaratę per Joannem Franciſcum ſtante pręſumptione; quod quemadmodum ſubreptitie is aberravit in pręſuppoſitis gratię princip
2 lis, ita nam minus defeciſſe cenſeatur quo ad hanc expreſſionem, urgente vulgata regula, de qua *Rot. dec. 142. n. 11. coram Card. Mantic. dec. 34. n. 8. coram Bich. dec. 73. n. 7. p. 19. rec.*

Exceſſus igitur ſolummodo viſus eſt reſultare ab abſoluta condemnatione refuſionis expenſarum facta in perſona Joannis Franciſci, & Oddi quando poſt æditam a me deciſionem ſub die 6. Aprilis 1699. inter eumdem Marianum ex una, & Joannem Franciſcum & Oddum & altera prodierat in ſcænam Joſephus Philippus, qui veluti pręſentatus a Tecla & Geltruda penitentis compatronis fuerat per Signaturam Juſtitiæ ad cauſam admiſſus, quapropter non omnes expenſę a die memoratæ admiſſionis utque ad renunciationem liti factam per eumdem Joſephum Filippum, erant imputanda Joanni Franciſco, & Oddo in Judicio, quippe refe
3 ctionis expenſarum fieri ſemper debet proportionabilis diviſio inter æque ſuccumbentes, ne unus quaſi contrahens in eodem Judicio, ultra proprium quaſi contractum, & utile pro altero quaſi contrahente ſeu collitigante ſolidaliter adſtringatur *Ruin. conſ. 100. in fin. lib. 4. Rot. dec. 1012. n. 4. cor. Card. Seraph. dec. 545. n. 13, p. 4. tom. 3. dec. 66. n. 18. p. 12. & dec. 386. n. 20. par. 16. recen.*

De-

Delato itaque tempore, ſeu rata, quæ poſſet concernere collitigium Joſephi Philippi, Domini in reliquis non conſtare de ullo, vel minimo exceſſu reſponderunt. Utraque &c.

HILDESIMEN. CANONICATUUM.

Lunæ 3. Julii 1702.

ARGUMENTUM.

Ad Canonicum exiſtentem in Turno in Germania pertinet totum Jus conferendi cui non præjudicatur per innovationem Tabellæ Turnariæ attentate factam.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus Turnarius in Germania vigore concordatorum confert Beneficia, quæ ſuo tempore vacant.*

2 *Attentatorum vitio ſubjacent omnia geſta per inferiorem poſt habitum recurſum, & interjectam appellationem ad Judicem ſuperiorem.*

3 *Deciſiones S. Rotæ veniunt de ſtylo perpetuo ſupponendæ, habendæve pro ipſa veritate.*

4 *Attentata pendente appellatione ſunt revocanda, omniaque de jure reponenda ſunt in priſtinum, ac ſi rerum ſtatus in nulla ſui parte fuiſſet immutatus.*

5 *Præſentati, ſeu nominati venire non valent contra promiſſionem, vel confeſſionem illorum Authoris.*

6 *Promiſſio de non parendo ſuperiorum judicatis etiamſi juramento communita fuerit eſt irreverens, & injuſta, ideoque non attendenda, ne ſacroſanctum Juramentum evadat vinculum execrabile iniquitatis.*

7 *Favori ſuo renunciare unicuique permiſſum eſt.*

8 *Attentatis ad hoc ut quis renunciaſſe dicatur ſufficit, ut neglecta inſtantia purgationis, ſinat cauſam ſuper meritis, ipſoque negocio principali diſputari.*

9 *Turnarium Jus ſemper attinet ad Canonicum antiquiorem.*

10 *Iure turnandi non pollent Beneficia privativum illud inter fructus ejuſdem Beneficii, ſeu Canonicatus connumeretur.*

11 *Pro incurrendis attentatis ſpeciale exigitur mandatum.*

12 *Et ad eiſdem renunciandum individua procuratio deſideratur.*

13 *Renunciatio non poteſt ſubmovere niſi intereſſe renunciantis, nullum vero irrogat præjudicium Iuri jam alteri quæſito.*

14 *Attentata, quæ ad inſtantiam Partis non eſſent revocanda, revocarentur tamen officio S. Rotæ in ſpretum Iuriſdictionis, ſi ejus inhibitio ſpreta fuerit.*

DECISIO CCLVIII.

IN tertia hebdomada noviſſimi menſis ſæculi ſpirantis, ſive ſub die 15. Decembris 1700. gemini in Cathedrali Eccleſia Hildeſimenſi vacavere Canonicatus, ſed Trini inſurrexere prætenſi Collatores; Cum enim proviſio hujuſmodi Canonicatuum in menſibus non reſervatis ex inconcuſſa, ac immemorabili conſuetudine pertineat, (ut etiam quo ad inferiora beneficia laudabiliter obſervatur in tribus eminentioribus Urbis Baſilicis:) ad illum Canonicum, qui in illa hebdomada veluti Turnarius in Syllabo, ſive Tabella deſcriptus reperiatur, caſus præbuit quod, immutata ſerie veteris deſcriptionis æque contenderent de illius pertinentia Canonici Maximilianus *a Schngel*, Jodocus Edmundus *de Brabeek*, ac denique Joannes Erneſtus *de Geblen*, expletiſque proinde per ſingulos diſtinctis nominationibus gravis ſuborta eſt altercatio, ad quem nempe ex prædictis verius ſpectaret enunciata turnatio; donec tandem in hodierna Audientia poſt iteratam Cauſæ propoſitionem triumphavere nominati a Jodoco Edmundo Canonico, & inſimul Scholaſtico ejuſdem Cathedralis, convenientibus ſuffragiis adjudicandos eſſe Canonicatus Franciſcus Wilhelmo *de Seborlemmer*, & Franciſco Adulpho *de Nagel*, qui a præfato Scholaſtico propriam ſortiti fuerant preſentationem.

Ratio fundamentalis, quæve principem ſibi locum uſurpavit, ſtetit in eo, quod ad tramites Juſtitiæ perpenſa controverſia ſive articulo quænam Tabella foret cuſtodienda, ac obſervanda Domini nequiverunt ambigere, quominus preferenda eſſet antiqua, quamobrem cum ipſæmet partes convenirent, Jodocum Edmundum *Scholaſticum* ad normam ejuſdem veteris Tabellæ deſcriptionem ſibi indubitanter promeruiſſe de tempore vacationis utriuſque Canonicatus, in claram effulgebat conſequentiam, quod ipſi tanquam in turno conſtituto competeret nominatio, ſive quod idem eſt exercitium Capitularis collationis ad tradita
1 per *Jo. Andr. in cap. cum illis 16. num. 2. verſ. vel præſentatum de Præbend. in ſexto, Rot. deciſ. 14. n. 2. & part. 12., deciſ. 270. num. 1. & 3. part. 12., deciſ. 270. num. 1. & ſeq. part. 17., & deciſ. 118. num. 1. part. 18. Recent. & in Viscen. Canonicatus 18. Februarii 1701. §. Etenim conſtat coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Quod autem preferenda eſſet antiqua Cathalogus, ac Tabella pariformiter videbatur extra aleam juridicæ dubitationis, quia cum ſuperius enunciata innovatio Tabellæ promanaverit in ſequelam quodammodo deſtitutionis factæ per Capitulum de perſonis prænominati Joannis Erneſti, *& alterius Canonici ejuſdem Cathedralis nomine pariter Jodoci Edmundi de Brabeck*, vigore decreti, quod nuncupant *horribilitatis* per

quod

quod præfati Joannes Erneſtus, & Jodocus Edmundus declarabatur extorres, & ab Aula Capitulari proſcripti; hinc eo ipſo, quod intermedie prædicti Horribiles ab hujuſmodi decreto appellationem interpoſuerant ad Sanctam Sedem, eorumque commiſſioni deſuper porrectæ, Signatura Juſtitiæ Papa repræſentans in recipiendo hujuſmodi appellationes ab univerſis partibus Orbis Catholici, ſimpliciter, & abſolute reſcripſerat *de appellatione*, palam erat, quod eadem imrnutatio Tabellæ ſubiacebat illi attentatorum vitio cui ſupponuntur omnia geſta per inferiorem poſt habitum recurſum, & interjectam appellationem ad Judicem Superio-
2 rem ad litteram *Text. in leg. unic. ff. nil. innovar. appell. interpos, & in cap. dilectis 55. ibique gloſſ. verb. exequendum, & in cap. ex parte 67. de appellat., Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 11. num. 17., Rot. deciſ. 592. num. 2. coram Cardinal. Cavaler. deciſ. 322. num. 6. coram Priolo, & deciſ. 50. num. 1. deciſ. 1244. num. 2. & deciſ. 1275. num. 1. coram Emerix Junior.*

Certius, ac ſine difficultate, quia diſputato formiter dubio in hoc Sacro Supremo Auditorio ſub *die 3. Julii, & 13. Decembris* 1700. *coram R. P. D. meo Caprara*, an hujuſmodi geſta, vel innovata contra Joannem Erneſtum, & ultimo dictum Jodocum Edmundum revocari mererentur tanquam attentata, prodiit conſtans affirmativa reſolutio cum ſucceſſiva expeditione Cauſæ, atque mandati pro revocatione eorundem geſtorum, ac plenaria purgatione attentatorum, unde cum ultra infallibilem Juris propoſitionem, de qua in præcedenti paragrapho concurreret, quoque ad abundantiam judicatum a noſtro Tribunali, non erat amplius inquirendum de hujuſcemodi attentatis, & reſpective de nullitate renovatæ, ac immutatæ Tabellæ, cum ſemel jam legitime reſoluta tam de ſtylo, quam ex præſcripto Apoſtolicarum Conſtitutionem ejuſdem noſtri Tribunalis venient perpetuò ſupponenda, habendave pro ipſa veritate, uti notorium eſt,
3 & teſtatur eadem *Rot. deciſ. 134. num. 16. deciſ. 159. n. 7., & deciſ. 307. n. 3. part. 19. Recentior., & in Aſculana Dotis 28. Iunii 1700. §. Sed quid coram R. P. D. meo Pio, & alibi paſſim.*

Et ob id nullatenus videbatur pariter rimandum utrum memoratæ Rotales reſolutiones una cum mandato purgationis Attentatorum ſucceſſive expedito, fuerint nec ne debitæ executioni demandatæ: præter enim quod congrue hoc apparebat juſtificatum *in Summario Ioannis Erneſti Num.* 20., & ultra etiam quod non aliter de iſto eximio, & exemplari Capitulo facile erat præſumendum erga Noſtra imo potius Apoſtolica mandata attamen trutinatio hæc ad finem deciſivum hodiernę quæſtionis reddebatur undique ſuperflua, ſatis quippe exiſtebat quod omnia geſta poſt prædictam appellationem vulnere incurabili attentatorum ſauciarentur, quodque conſequenter de Jure omnia reponenda forent in priſtinum, ac ſi ſtatus rerum in nulla ſui parte, vel circumſtantia fuiſſet immutatus, ut eſt de natura, ac de medela ſimilium attentato-
4 rum pendente, imo prout hic admiſſa appellatione patratorum uti per *Text. in cap. non ſolum de appellat. in ſexto* proſequuntur *Lancellott. de attentat. part. 3. cap. 29. num. 80. & ſeqq., Franciſc. Palm. conſult. 5. num. 2. 3., & n. 39. & 40., Rot. deciſ. 356. num. 4. coram Buratto deciſ. 125. num. 1., & deciſ. 404. num. 8. coram Bichio, deciſ. 71. num. 4. part. 9. Recent., & in Cavallicen. Bannalitatis Furni ſuper Attentatis 17. Maii 1700. §. Final. coram R. P. D. meo Priolo.*

Fundato tali principio, mole ſeu levitate ſua ruebant quęcumque oppoſitiones, quæ ſuper excitabantur in oppoſitum, nempe quod Scholaſticus expreſſe convenerit, atque promiſerit abraſa veteri novam ſervare Tabellam, illamque tueri non obſtantibus quibuſcunque contrariis judicatis etiam in Curia: proindeque non valerent hactenus præſentati, ſeu nominati ab eodem Scholaſtico venire contra
5 promiſſionem illorum authoris, ut ait in ſpecie *Rot. deciſ. 702. n. 4. coram. Buratto, deciſ. 73. num. 32. part. 11. Recent., & dec. 400. num. 3. coram Emerix Iun.*

Siquidem in primis jam ipſemet *Scolaſticus* de facto infregerat propriam promiſſionem, alio quippe Jure non poterat pętendere Turnationem, & poſitive devenire ad nominationem utriuſque ſupranominati Franciſci niſi reſtaurata, ſeu reviviſcente ad normam Rotalis definitionis priſtina antiqua Tabella, reſpectu namque novæ contentio ſubalternans circa pertinentiam reſidebat inter ſolum Maximilianum, & Joannem Erneſtum eorumque pręſentatos, & Jure merito, quia conſimilis promiſſio utpote nimium irreverens, & injuſta, ſcilicet de non parendo Superiorum judicatis erat intrinſice irrita, & infecta, adeout neque etiam ubi fuiſſet communita ſpecialiſſimo, ac ſtrictiſ-
6 ſimo, Juramento ullo modo teneret, ne conſimilis promiſſio, & ipſum Sacroſanctum Juramentum evaderent vinculum execrabile iniquitatis ſecundum ea quæ in propoſito conclamarunt, *Suar. de religion. tom. 2. lib. 2. de Iuram. cap. 20. num. 2., Rebell. de Iuſtit. par. 2. lib. 5. queſt. 7. ſect. 3. num. 15., & ſeqq., Del Ben. de Iuram. cap. 2. dub. 20. ex nu. 1. & ſeqq., & cap. 5. dub. primo num. 6. & 7.* late *Caſtropal. S. Petri 13. Maii 1695. §. Conveniebat coram R. P. D. meo Priolo, & in ejus confirmatoria 3. Decembris 1696. in fin. coram Eodem.*

Et de cętero ceſſante prædicta applicatione, quod hi Canonici paſſi fuerint aggredi diſputationem ſuper Negocio Principali privationis, & horribilitatis, unde talis patientia æquipolleret præciſo Mandato ad renunciandum, pro-

fecto

ſecto quemadmodum pro incurrendis attentatis ſpeciale exigitur mandatum, ita ſpecialis, & individua procuratio deſideratur ad renunciandum eiſdem Attentatis, decet enim unumquodque diſſolvi eo modo quo poteſt ad ea, quæ in terminis primæ Concluſionis tradit,
11 *Lancellott. de Attentat. cap.1. nu.7.9. & 30. Caputaquen. deciſ.184. part.2., & deciſ.151. n.6. coram Cardinali Cerro cum aliis abunde relatis in Auximana Fideicommiſſi, ſeu Pecuniaria 9.*
12 *Junii 1702. §. Secundo coram Me*, & ſecunda *Lancellot. de attentat. part.3. cap.29. num.3., Rota deciſ. 486. num. 18. coram ; ſan: mem: Gregor. XV., & deciſ.120. num.6. coram Priolo.*

Secunda reſponſio eruebatur ex nimium patenti ponderatione, quod eadem, ſi extorqueri poſſet, aſſerta renunciatio ad ſummum ſubmoveret intereſſe ipſorum renunciantium, non vero Tertii, ſive *Scholaſtici*, illiuſque præſentatorum, quibus erat ex antiqua Tabella perperam, & attentatè deturbata, ac innovata,
13 Jus quæſitum ex bene perpenſis apud *Rotam dec. 8. 579. num. 3. part.3. deciſ. 36. circa fin. part. Recent. alias dec. 85. nu. 10. verſ. nec coram Ius coram Carillo, & deciſ. 375. nu. 10. coram Card. Cerro.*

Tertia poſtremo quæve omnem eradicabat replicationem inſurgebat ex eo, quod dato, ut dicitur millies, quod prænominati duo Canonici effective renunciaſſent attentatis adverſus ſe recte minus commiſſis, quodque iſta renunciatio poſſet minus præjudicare Tertiis, ſcilicet Canonico *Scholaſtico* nominanti, & binis Franciſcis, nominatis adhuc tamen omnia hæc forent inania, quia aderat contemptus Sanctæ Sedis, ejuſque Signaturæ, ac Sacri Noſtri Auditorii, quorum omnium ſolicitudini, propriove incumbit officio talia caſſare Attentata non obſtante partium conſenſu ; attentans enim unico ictu ferit partem, & Superiorem ad quem fuit provocatum, ideo-
14 que dimiſſio Partis non tollit vulnus irreligioſe inflictum Superiori, nec eximit a pœna caſſationis, & plenariæ purgationis talium attentatorum ex *Franc. in cap. bonæ ſub. num. 15. de appellat, Lancellot. de Attentat. part. 3. cap.24. quæſt.1: num.58., Rota deciſ.235. n.7. part.1. Recent. deciſ.91. num.5. & 6. coram Cardinal. Celſo, deciſ.153. num.14. coram Card. Cerro, & deciſ.1275. num. 5. coram. Emerix Jun.* & late etiam. firmatum fuit *in Romana Canthela Angeli 26 Januarii 1702. §. Diximus circa fin. coram Me.*

Et ita in hac triangulari colluctatione ; cunctis partibus ad ſatietatem bis auditis, reſolutum fuit.

ROMANA PRIMOGENITURÆ DE ALBERICIS.

Lunæ 3. Julii 1702.

ARGUMENTUM.

In fideicommiſſo Conſervatorio ſi hæres gravatus alienet bona fideicommiſſaria ſtatim ſit locus ſubſtitutioni : Accedente vero expreſſa, & litterali fideicommittentis voluntate hæres ſi partem aliquam hereditatis alienet non decidit ſtatim in commiſſum reſpectu illius partis dumtaxat, ſed reſpectu totius hereditatis. Scientia fideicommiſſi ex quibus circumſtantiis arguatur, & quæ ſit neceſſaria in hujuſmodi caſibus.

SUMMARIUM.

1 *In fideicommiſſo pœnali, ſeu conſervatorio gravatus ſi alienat decidit ſtatim in commiſſum non expectata morte, ac caſu fideicommiſſi reſtitutorii.*
2 *Declarat id procedere reſpectu dumtaxat rerum alienatarum, non autem totæ, & integræ hereditatis.*
3 *Idque procedit ſi Teſtator probibendo quamlibet alienationem, ulterius privaverit alienantem a ſuis bonis, & ipſa hæreditate.*
4 *Limita tamen declarationem niſi in contrarium expreſſe obſtet voluntas ipſius Teſtatoris, quæ tanquam lex ſervanda eſt.*
5 *Ad caducitatem rei alienatæ ubi agitur, ſufficit dumtaxat ipſum materiale factum alienationis; ſi vero intentatur commiſſum, & privatio totius tunc exigitur manifeſta probatio doli, & malitiæ formalis.*
6 *Ubi vero concurrit voluntas, & intentio Teſtatoris exuberat ad caducitatem incurrendam, dolumne neceſſario ſubintelligendum, quod alienans idoneam habuerit notitiam, nedum ipſius Teſtamenti, ſed & probibitionis in illo contentæ.*
7 *Heres gravatus dicitur doloſe alienaſſe ex quo ſciebat adeſſe fideicommiſſum.*
8 *Scientia fideicommiſſi probatur ſi hæres mentionem fecit de fideicommiſſo, & explicavit Notarium, annum, & diem rogitus Teſtamenti.*
9 *Proteſtatio, ſeu præſervatio contraria facto eſt penitus inefficax.*
10 *Pactum de retrovendendo importat perfectiſſimam Dominii abdicationem illiuſque translationem in emptorem, & venit ſub nomine alienationis.*
11 *Alienatio facta a gravato contra explicitam probibitionem Teſtatoris adeo nulla eſt, ut neque probato dolo, quin etiam facta venditione ab ignorante adhuc purificetur pœnale fideicommiſſum favore ſubſtitutorum in ipſo momento alienationis.*
12 *Probibitione alienationis non accedente nunquam cenſetur interdicta alienatio ad vitam gravati qui interim, etſi revocabiliter, eſt Dominus.*
13 *Bona certo ſub onere a Teſtatore gravata, non valent diſpoſitioni contraria ab hærede ſubmitti.*

14 *In terpratandis Teſtamentis ſingula ſingulis referri congrue debent.*

15 *Loca Montium hoc habent privilegium ut exceptis ligaminibus, & conditionibus expreſſis in attergatione illorum indiſcriminatim libere transferantur in quoſcumque non prohibitos emptores, ſeu Reſignatarios.*

DECISIO CCLIX.

NE forte cogerentur Pirrus, aliique in Infantili ætate fratres exiſtentes de Albericis aſſumere quæſtionem latius agitatam *in Romana Fideicommiſſi, ſeu Cauthelæ Angeli 29. Aprilis 1701. coram me*, utrum ſcilicet recta via tanquam vocati, ad fideicommiſſa, ſeu Primogenituras Ioannis Franciſci, & Pirri, Immiſſionem expetere valeret adverſus Tertios quorumdam locorum Montium fideicommiſſariorum poſſeſſores, provida eorumdem fratrum Genitrix, & Adminiſtratrix prævia Commiſſione manu Sanctiſſimi ſignata contextualiter inſtetit pro hujuſmodi Immiſſione nanciſcenda ſuper omnibus bonis eiſdem fideicommiſſis, & Primogenituris ſubiectis nonminus contra Ioſephum ejus Virum, & ipſorum Infantium Patrem, inſimulque diſtractorem horum locorum quam, adverſus Tertios Creditores, ſive Emptores illa detinentes, fauſto prorſus exitu, atque conſilio nam ſententiam a R.P.D. Aldrovando Judice prioris inſtantię undequaque favorabilem experta eſt, ipſamque hodie ſuper congrua diſputatione Dubii — *An danda foret Immiſſio?* obtinuit quoque confirmari, ſed non in totum.

Obtinuit ſiquidem confirmari penitus, & plenarie adverſus prædictum Ioſephum, quia cum ipſe, ultra cæteras alienationes, ſignanter diſtraxerit quamplura loca Montium, indubitanter obnoxia utrique fideicommiſſo, & præciſius illi ordinato per Ioannem Franciſcum ſub arctiſſima pœna caducitatis ab univerſa hæreditate, non poterat non procedi cum Imperatorio reſcripto reaſſumpto per Papinianum in *l. Imperator 50. ff. ad Sen. Conſ. Trebell. Imperator etenim Adrianus* (ſunt verba præcitatæ legis) *cum Janius Cerealis filio ſuo Iunio Simonidi ſi in poteſtate ſua eſſe deſiiſſet, hereditatem reſtituere rogatus eſſet, cum multa in fraudem fideicommiſſi facta probarentur, reſtitui hæreditatem filio juſſit.* Quodque ſubſequutis alienationibus gravatus alienans in continenti decidat in commiſſum, non expectata morte, ac caſu fideicommiſſi reſtitutorii, & aperiatur ad commodum ſubſtituti illi altera ſucceſſio fideicommiſſi pœnalis, ſive conſervatorii, ac contraventionalis plena ſunt volumina, uti
1 videre eſt penes *Caſtald. conſult. 182. num. 5. & conſult. 223. num. 1. Caſtill. controu. lib. 5. cap. 65. n. 31., Peregrin. de fideicom. art. 14. num. 8. Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 16. num. 32. & 33., Rot. deciſ. 6. num. 2., & deciſ. 7. n. 1. poſt Torr. de pact. futur ſucceſſ. deciſ. 702. n. 1. coram Emerix. Iun:, & in Romana, ſeu Albanen. Caſtri Nemoris 14. Maii 1688. §. primo coram clar. mem. Card. Caccia.*

Nullatenus officientes, quod Ioſeph ob haſce alienationes, ad ſenſum quem ſequi ſolet Tribunal, ad ſummum ceciderit ab illis locis Montium rebuſque alienatis, non autem a tota, & integra hæditate, dum quidquid cenſuerit *Angel. conſ. 68. ſuper ſecunda dubit.* cum quo procedit *Crot. in l. filiusfamilias num. 154. ff. de legat. 1.*, Rota ſectatur oppoſitam ſententiam *Iaſonis in l. ait Prætor in princip. num. 5. & ſequen. ff. de Iureiur.*, exiſtimantis, quod pro delicto circa rem commiſſo eatenus res deperdatur, quatenus in illa peccatum fuerit & non ultra, ut magiſtraliter definivit eadem
2 *Rota coram ſa. me. Gregorio XV. deciſ. 219. fere per tot.* ibique *Oliver. Bertramin. num. 7. deciſ. 167. num. 5. coram Card. Cavaler. deciſ. 553. num. 6. par. 2., deciſ. 587. num. 7., & deciſ. 763. num. primo, & ſeqq. fere per tot. par. 3. recent deciſ. 484. num. 2. & ſeqq. coram ſan. mem. Inocentio X. deciſ. 211. num. 28. & deciſ. 230. num. 7. coram. Vbaldo*

Idque licet Teſtator prohibendo quamlibet alienationem ulterius appareret progreſſus ad privationem alienantis a bonis ſuis, ipſaque hæreditate, quia nihilominus in hac quodammodo exorbitanti, vel ſaltem pœnalis materia benigniora viſcera pandens Auditorium, æquitative ſcindit ſuperficialem litteram denotativa Vniuerſitatis, ac plenius interpretatur de illa hęreditate, cuius appellatione venit
3 etiam pars juxta *gloſ. in l. Lucius Titius verſ. hęreditatis ff. de legat. primo, Bart. in l. Seruum §. fin. in princ. ff. de legat. ſecundo, Rot. dicta deciſ. 219. num. 5. & 6. coram ſan. me. Gregor. XV. & in Periſina Hęreditatis, ſeu Fideicommiſſi de Amerighis 16. Novembris 1584. in princip., & per tot coram Orano impreſſ. poſt Honded. conſ. 58. num. 87. vol. 1.*

Promiſſæ quippe propoſitiones libenter locum ſibi uſurpaſſent, quoties ſimpliciter abſque alia potentiori demonſtratione voluntatis Teſtator ſe ſe continuiſſet intra confinia verborum generalium: At cum in caſu noſtro ita ſe expreſſerit | *Non poſſino in modo alcuno vendere etiam alienationis latiſſime ſumpto vocabulo, etiam l' uſufrutto della lor portione, e la lor vita quali ipſo facto cadino da ogni commodo della mia Eredita e le loro portioni ſiino intieramente devolute alli ſoſtituti &c. come quelli Traſgreſſori foſſero morti &c.* Nulla prorſus reſtabat via capeſſendæ proclivioris Interpretationis; ſed erat de neceſſe inceden. cum *§. Diſponat Auth. de nupt. Diſponat enim* (ut ibi dicit Cæſar Auguſtus) *Teſtator, & erit lex* atque ita recte diſtinguendo, & declarando firmata per Rotam animadvertit *Peregrin. de fideicom. quæſt. 10. ex n. 34. cum pluribus ſeqq., Spad. conſ. 232. num. 9. lib. 3., Ciarlin. controverſ. foren. lib. 1. cap. 43. num. 24. cum*

pluribus ſequen. uſque ad num. 30. cum aliis per eos relatis, & poſt eos *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.*1. *cap.*16. *ſub num.*6. *verſ. niſi tamen.*

Minuſve refragante, quod in omnem, caſum in hiſce poſterioribus terminis expoſceretur palpabilis juſtificatio doli, ac malitiæ prorſus inexcuſabilis ex illa altera concluſione, & diſtinctione paſſim recepta, quod vel agitur ad cadncitatem rei alienatæ, tuncque ſufficiat ipſum materiale factum alienationis; aut intentatur commiſſum, & privatio totius, tuncque exigatur manifeſta probatio præcitati doli, &
5 malitiæ formalis quemadmodum optime animadvertit *Card. de Luca de fideicom. diſc.* 158. *ex num.* 5. *Rota deciſ.* 290. *num.* 17. *coram Roxas deciſ.* 131. *num.* 4., *& per tot. & deciſ.* 153. *n.*2. *& ſeqq. coram Card. Celſo deciſ.*6. *ſub n.*6. *verſ. & tamen poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*, *& deciſ.* 123. *num.* 11. *part.* 10. *rec.*

Cum etenim in hoc ſubjecto totum, ut præmiſimus, faciat voluntas Teſtantis, qui, ſecundum primam diſtinctionis partem, ſatis agnoſcit ſuam intentionem adimpletam quoties illa pars alienata vindicatur ab extraneis; & non exit a Perſonis volitis, & ſine alia prohibitione alienationis tantummodo vocatis in caſu obitus; Ita ex oppoſito quando demandavit per verba adeo effrenata inſimul, & ſtricte haben. eſſe in toto quomodolibet Tranſgreſſorem pro mortuo; ſi minima etiam bonorum pars fuerit ab eo diſtracta, exuberat ad hanc caducitatem incurren., dolum ve neceſ-
6 ſario ſubintelligen., quod alienans idoneam habuerit notitiam nedum ipſius Teſtamenti, ſed & prohibitionis in ipſo contentæ ad tradita in hoc ipſo propoſito per *Cephal. conſ.* 24. *num.*13. *cum ſeqq.*, *Honded. conſ.* 68. *num.* 9. *& ſeqq. lib.* 2., *Venturin. conſ.* 49. *num.* 35., *Modern. Manſ. conſult.*796. *num.* 8. *&* 9. Et ad finem non minus aſperum infigendi hypothecam ſuper
7 bonis gravati etiam in præjudicium Creditorum poſt alienationem bona fide contrahentium, ſubſecuta eſt, *Rot. deciſ.* 844. *num.* 6. *coram Merlin. deciſ.* 477. *num.* 14. *&* 15., *deciſ.* 740. *nu.* 7. *&* 9. *deciſ.* 912. *num.* 6. *& dec.* 935. *n.* 5. *coram Card. Cerro*, *& deciſ.* 39. *ſub num.* 29. *verſ. eaque per Rotam &c. coram Zarate.*

In præſenti autem, quod Joſeph habuerit plenam, & idoneam undique notitiam tam Teſtamenti, quam prohibitionis, ambigi non poterat ullo modo, dum is non ſolum in ipſa venditione locorum Montium individuam fecit mentionem de fideicommiſſo injuncto per Joannem Franciſcum, quod foret ſatis, ſed &
8 explicavit Notarium, annum, & diem rogitus ipſius Teſtamenti ex his, quæ habentur penes *Mart. Medic. deciſ. Senen.*8. *ſub num.*25. *verſ. & quando ſcientia*, *& nu. ſeqq.*, *Rota Lucen. poſt Torr. de Primog. Ital. par.*2. *quæſt.*34. *n.*77. *& quæſt.*44. *num.*38. *& ſeqq.*, *Rot. dec.*6. *n.*4. *& deciſ.* 7. *ſub num.* 2. *poſt d. Torr. de pact. futur ſucceſſ. & deciſ.*378. *num.*7. *verſ. in propoſito*, *& verſ. Camilla coram Card. Cerro.*

Quin, velut haſta apud Græcos fabuloſa, valeret expreſſis memorati Teſtamenti ferire pariter, & ſanare ſub eo prætextu, quod hujuſmodi enunciatio ſecum ferret etiam preſervativam fideicommiſſi ab eodem Ioanne Franciſco inſtituti; Vnde ceſſaret in Ioſepho qualibet malitia intervertendi fideicommiſſum ſic præſervatum, quoniam, ut Sancte de Filiis Iſrael, erga Omnipotentis Dei miſericordiam conquerebatur David in ſuo Pſalterio - *Dilexerunt eum in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei, nec fideles habiti ſunt in Teſtamento ejus* - Præſervatio namque hæc maiorem potius fraudem involuebat, cum poſſet, & ſuapte natura deberet intelligi de ſimplici fideicommiſſo reſtitutorio in caſu obitus pro magis occultando coutrahentibus illo altero arctiori vinculo caducitatis in caſu contraventionis, & alienationis: In omnem autem eventum cum ipſe reperiretur prohibitus etiam alienare *vita propria* durante remanebat huiuſmodi proteſtatio, ſeu
9 præſervatio contraria facto, & idcirco penitus inefficax, *Felin. in cap. eum*, *M. Ferrarien. n.*78. *de elect. Caſtald. conſult.*184. *num.* 16. *Pacion. allegat.*69. *num.*8. *Magon. deciſ. Lucen.*12. *n.*19., *Rota in Romana Cenſus* 25. *Februarii* 1685. *§. non obſtat coram bo. me. Vrſino.*

Nec minori laborabat irrelevantia altera excuſatio, quod venditio locorum Montium de quibus agebatur, non foret penitus abdicativa. & abſoluta tamquam exarata cum pacto de retrovendendo: Notorii nimium quippe Juris eſt, quod per hujuſmodi pactum minime impeditur perfectiſſima abdicatio Dominii, illiuſque translatio in Emptores, quodque idcir-
10 co veniat ſub nomine alienationis præſertim, ut hic, latiſſime ſumpto vocabulo interdicta ex late perpenſis *in tract. de Commerc. & Mercat. diſc.* 56. *ſub num* 20. *verſ. atque hic*, *Rot. deciſ.*730. *num.*3. *coram ſan. me. Innocentio X.*, *& deciſ.* 702. *num.* 4. *&* 5. *coram Emerix. Juniore.*

Confirmari pariter obtinnit prędicta Genitrix, & Adminiſtratrix Infantuim præcedentem ſententiam in ea parte, qua contra Creditores Joſephi conſecutive, imo & pronius concedebatur iiſdem Infantibus vindicatio, & Immiſſio ad loca Montium provenientia a præmiſſo Teſtamento Joannis Franciſci unacum reſtitutione fructuum a die motæ litis, cum nemo non ſciat, quod alinatio facta a gravato contra explicitam prohibitionem Teſtatoris adeo nulla eſt, ut neque probato dolo, quin etiam facta venditione ab ignorante, adhuc purificetur idem pœnale fideicommiſſum favore ſubſtitu-
11 torum in ipſo actu, ſive momento alienationis ad normam *Text. in l. filius familias ff. de legat.* 2. *gloſ. in l. eum pater. §. Liberis ff. eodem*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*556. *num.* 15., *Rot. deciſ.* 180. *num.* 14. *&* 13. *coram ſan. me. Alexandro VIII.*, *& dec.* 205. *n.* 8., *&* 9. *par.* 15. *recent.*, & comprobant ſive a fortiori ſupponunt

omnes relati circa tactam diſtinctionem ſupra §. *Minuſve*.

Non ſic autem determinari valuit quoad loca Montium minime derivantia ab eodem Joanne Franciſco, ſed potius a Pirro Seniore pro ſumma ſc. 4. mil. nullum quippe pro parte ipſorum Infantium exhibitum fuit Dominorum oculis Teſtamentum prædicti Pirri Senioris juxta quod congruere valerent deſinita quoad diſpoſitionem Joannis Franciſci; Quamobrem dato etiam quod in illo contineretur aliquod fideicommiſſum, illudque per hypotheſim præſeferret quoque vacationem hujuſmodi Infantium ab eodem Pirro Seniore deſcendentium, erat tamen apud Patres incontroverſum, quod nulla extaret adjecta pœna caducitatis, aut alia æquivalens prohibitio alienationis, Ideoq; ſaltem durante vita Joſephi diſtrahentis, Creditores, ſive Emptores horum locorum irrefragabiliter pro nunc remanebant immunes ab omni Immiſſione, ex quo non accedente prohibitione alienationis rigide, & cum cauſa veſtita, nunquam cenſetur interdicta alienatio ad
12 vitam gravati, qui interim & ſi revocabiliter eſt Dominus, ut admonet, & probat *Caſtill. quotid. controverſ. lib. 5. cap. 65. num. 31., & pluribus ſequen., Modern. Manſ. conſult. 111. num. 10. & ſeq., & conſult. 340. num. 5. in fine, & ſeq., Molin. de Primog. Hiſp. lib. primo cap. 16. ſub num. 33.. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 717. nu. 14. & 26., Rot. deciſ. 893. num. 1. coram Emerix Jun., & in Romana Fideicommiſſi de Tito 23. Iunii 1684. §. Quia ultra, coram bon. mem. Benincaſa*.

Nullumque fomentum prętenſioni Infantium viſa eſt adjicere reflexio, quod etiam reſpectu hujus ſummæ prędicta loca Montium a tergo litterarum Patentium includerent vinculum Fideicommiſſi Joannis Franciſci ſub ea ratione, quod de eodem fideicommiſſo facta ſuperius mentio emicabat, proindeque ultra hanc ſuppoſitionem augmentative etiam ſubjacere deberent alteri fideicommiſſo Pirri Senioris, idque in vim illius dictionis *quoque*, ibi *Dicta loca ſtare quoque debeant ſubpoſita cum omnibus ſupradictis declarationibus, conditionibus, & vinculis contentis in fideicommiſſo Pirri Senioris*. Quomodo etenim dici poterat illa dictio *quoque* ſtare augmentative quando fideicommiſſum Pirri Senioris augere debens, minus vinculum, immo nullum prohibitæ alienationis importabat? Et de cætero quidquid ſit, an hæres gra-
13 vatus attergans potuerit apponere novum gravamen pręcitato fideicommiſſo Pirri Senioris adverſus ſancita per *Text. in l. Imperator 73. §. Si certum. & §. Cum quidem, & in l. cum Pater 79. §. Titio Fratri ff. de legat. 2. Cyriac. contron. 312. num. 84. & ſeqq., Rot. dec. 429. num. 15. par. 17. deciſ. 1. num. 9. par. 14. & dec. 278. n. 4. par. 15. rec., & deciſ. 466. nu. 2. coram Emerix Iuniore*.

Utique ratio recti ſermonis, & origo pecuniarum, quæ in prædictis locis Montium inveſtiebantur veluti partim provenientes ab hæreditate Joannis Franciſci, & partim ab illa toties enunciati fideicommiſſi Pirri Senioris, expoſcebant, quod de ambobus Teſtamentis expreſſio haberetur, ſed ſub aſſueta diſcretione
14 intellectus ſingula ſingulis congrue referendo, ut præcipit I.C. in *l. quoties Cod. famil. Ercicund. Palma Nep. allegat.* 117. *num.* 2. cum aliis per *Rot. deciſ.* 343. *num.* 8. *& deciſ.* 1139. *num.* 9. *coram Emerix Iun.*

Eoque minus poſtremum adſtipulabatur præſidium, quod vigeret, ante acquiſitionem de prędictis locis Montium ab Emptoribus factam Primogenitura conventionalis inita inter prædictos Pirrum, & Joſephum ejus filium cum opportuna inflictione caducitatis; Vnde niſi ex fideicommiſſo Pirri Senioris ſaltem ex lege conventionalis hujus Primogenituræ proberetur Infantibus authoritas vindicandi loca Montium diſtracta. Quia diſcurſus procederet quotieſcumque actum foret de rebus indifferentibus, ſeu quoties de eadem conventionali primogenitura cantaſſet attergatio, ſed cum quæſtio præſens verſaretur circa loca Montium in eorum attergatione nullatenus pręſeferentia vinculum hoc Primogenituræ, indubitabile erat, quod eadem loca libere, ſive ut ſupra, ad vitam ſaltem Joſephi tranſierint in eoſdem Acquiſitores, cum tam de Jure communi, quam ex pręſcripto Conſtitutionis ſa. me. Vrbani VIII. hanc ſibi loca Montium, utpote exiſtentia de Regalibus Principis, obtineant in forenſi commercio libertatem, ut exceptis ligaminibus, & conditionibus expreſſis in præfata attergatione, indiſcriminatim libere transferantur in
15 quoſcumque non prohibitos Emptores, ſeu Reſignatarios ſicuti ex Jure communi probat *Larr. allegat. fiſcal. 22. per tot. tom. 1., Cobell. ad Bull. Bon. Regimin. cap. 34. art. 23. ex num. 1.* cum aliis late *in Tractat. de Commerc., & Mercat. diſc. 95. nu. 41. & ſeq., Salgad. in Laberynt. Credit. part. 2. cap. 27. num. 39. & ſeqq.* & in vim præfatæ Conſtitutionis Vrbani, *Card. de Luca de Regal. diſc. 38. nu. 6. & diſc. 39. num. 2., Rot. dec. 77. num. 20. par. 6. rec., in Romana Locorum Montium 7. Maii 1694. §. At cum in hac, coram bon. mem. Vrſino, & in Romana Retractus 28. Junii 1697. §. Immo perpenſis coram R.P.D. meo Lancetta, & in Romana Salviani 18. Aprilis 1701. §. Minuſque coram R. P. D. meo Pio*.

Et ita &c. utraque &c.

TERMULEN. MANUTENTIONIS.

Lunæ 3. Julii 1702.

ARGUMENTUM.

Manutentio debetur Poſſeſſori de ſua legitima. & immemorabili poſſeſſioni docenti, cui obeſſe non valet ſententia in qua nec citatus, nec auditus fuit.

SUMMARIUM.

1 *Curiales approbati per S. Rotam ſe ſe ſubſignare adſtringuntur in Summario tanquam fidejuſſores expoſitæ veritatis.*

2 *Ex actibus dominicalibus emergit probatio veri Dominii.*

3 *Et juſtificatio poſſeſſionis omnino manutenibilis.*

4 *Teſtium numerus ſanat aliquos defectus perſonalis levitatis, & affectionis.*

5 *Poſſeſſionem immemorabilem allegans habet meliorem titulum, ut dicunt, de Mundo etiam proprietatis, & Dominii.*

6 *Negligentia Anteceſſoris obeſſe non poteſt ſucceſſori.*

7 *Sententia quæ nititur actis & fundamentis inſubſiſtentibus, eſt injuſta.*

8 *Aſſiſtentiam Juris habens dicitur habere bonum jus ad effectum manutentionis.*

9 *Citationis defectus irrogat ſemper nullitatem.*

10 *Clauſula* cum continuatione *operatur pro die ſequenti, & ad ſummum per biduum, non vero ad ſeptem, vel octo dies.*

11 *Defectus citationis dici poteſt ſanatus per comparitionem, ſi comparitio facta fuerit ante promulgationem, ſententiæ.*

12 *Si vero d. comparitio facta fuerit coram Judice appellationis, nullo modo per dictam comparitionem dicitur ſanatus defectus citationis.*

13 *Manutentio in dubio deneganda non eſt poſſeſſori de ſua poſſeſſione docenti.*

DECISIO. CCLX.

FÆlicioribus auſpiciis, & ardentiori Studio reaſſumpta per modernum Abbatem Sanctę Mariæ Montis Attilię ſemimortua fere controverſia inter memoratam Abbatiam, & Homines Caſalis, ut nuncupant, *di Tavenna* ſuper pertinentia Territoriorum, ſeu bonorum *del Pedicone, e di Carpineti* conceſſit A. C. eidem Abbati illam inſiſtentiam, ſeu Tenutam, quam in Curia compellant manutentionem juxta vulgare pręſcriptum in §. *Retinendæ Inſtit. de Interdict.*, & in gradu provocationis aſcendente cauſa ad Sacrum Auditorium. quantumvis Domini in die primævę propoſitionis guſtandum quoque pro capeſſenda maturiori reſolutione cenſuerint de bono Jure ad finem tamen ejuſdem manutentionis exhibitis nihilominus ſucceſſive per Abbatem depoſitionibus Teſtium ſeptuaginta quinque in vim Rotalium Remiſſorialium diſſertis, & ex oppoſito detrectantibus, aut forſan deſperantibus Hominibus prælaudati Caſalis *di Tavenna* eorum Jura promovere, ac informare, nulla inſurrexit ambiguitas, quominus favore Abbatis concors, & unanime ſub hodierna die Dominorum votum exierit.

Adaperte etenim memorato Proceſſu Remiſſoriali, ſeu fideliter ex parte Defenſoris Abbatiæ oculis Dominorum exhibita ſubſtantia, ſive Summario, ac eſſentiali Epylogo ejuſdem Proceſſus, cum non ſoleat noſtrum Tribunal mecanice ſubjectari huic improbo labori recognoſcendi, niſi urgente neceſſitate univerſam molem actorum, coadiuvante in hoc propoſito etiam fide, quam ſibi promerentur Curiales approbati per idem Tribunal, quive idcirco ſeſe tanquam fidejuſſores expoſitæ veritati in eodem Summario ſubſignare adſtringuntur ſecundum ea, quæ reſpectu Romanæ Curiæ, &
1 præciſe Sacri noſtri Auditorii ad differentiam quamplurium externorum Magiſtratuum, ac Judicum annotavit *Card. de Luca de Judic. diſcurſ. 36. num. 29., & in Relation. Cur. Roman. diſcurſ. 17. num. 6., & latius diſcur. 32. ex num. 43. & ſeq.*

Illico conſtitit, quod per ſupradictam uniformem, & ſolemnem, ſeptuaginta quinque Teſtium depoſitionem Abbates Sanctæ Mariæ in Baſilica, ſeu Montis Attiliæ una cum reliquis dependentiis ejuſdem Montis Attiliæ poſſederunt hæc adamuſſim controverſa Terrena *del Pedicone, e di Carpineti*, & ob id per ſpatium immemorabile conſtanter exercuerunt ſuper eiſdem Terrenis actus omnes Dominicales, & quibus concurrentibus, & a nulla alia potiori demonſtratione ſuffocatis emergere comprobationem quoque veri Dominii nedum juſtificatio-
2 nem poſſeſſionis neceſſario manutenibilis unanimiter tradiderunt, ſcilicet quoad primam conclusionem *Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 293. num. 11., & cap. 419. num. 29. Card. de Luca de Servitut. diſcurſ. 35. num. 20. Pecch. de aquæducti lib. 1. cap. 6. quæſt. 6. num. 8. Rota deciſ. 799. num. 9. coram Burratto, & in Romana Communantiarum, & Fontanilis 10. Januarii 1702. §. Argumentum, & §. Ac denique coram Me*, & quoad ſecundam *Rota deciſ. 20. num. 2. coram Zarate, deciſ. 590. num. 2. coram Bichio. deciſ. 114. num. 2. coram Emerix Jun., & in Bononien. Canalis Navigii ſuper manutentione 18. Decembris 1702. §. Probatur autem coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.*

Urgentius quia in tanta numeroſa Teſtium caterva, quæ quandoque etiam ex ipſo nume-
4 ro ſanat aliquos defectus perſonalis levitatis, & affectionis, uti videre eſt apud *Sperell. deciſ. 75. num. 29. & 30., Rota deciſ. 353. num. 5. & 6., & deciſ. 466. num. 8. coram Roxas, deciſ. 351. num. 5. coram ſa. me. Gregor. XV. deciſ.*

ciſ. 280. *num.* 5. *coram Emerix Iun.*, & *in Sabinen. Cenſus* 10. *Ianuarii* 1698. §. *Nec urget circa fin. coram R. P. D. meo Muto*. Numerabantur quoque plerique quinimo fere omnes deponentes de viſu, aut facto reſpective proprio per ſpatium quadraginta annorum, & de ſempiterno auditu a ſuis majoribus, quod Abbates S. Mariæ inter membra, reſque confinatas Montis Attilii indubitanter ſpectantis ad ipſam Abbatiam perpetuo poſſederant præcitata Terrena *del Pedicone, e di Carpineti*, unde poſita ad normam *Gloſſ. in cap. 1. verb. memoria de præſcript. in* 6. juſtificatione poſſeſſionis immemo-
5 rabilis quemcumque titulum, ut dicunt, de mundo meliorem poſſe tueri allegantem plenitudinem etiam proprietatis, & Dominii planum erat ex congeſtis penes *Palmam Nep. allegat.* 203. *Fontanell. decìſ.* 217. *num.* 19. & *ſeqq.*, *Rota deciſ.* 673. *num.* 5. *coram Buratto deciſ.* 32. *n.* 6. *coram Celſo*, *deciſ.* 33. *num.* 2., & *deciſ.* 498. *num.* 3. *coram Emerix Iun.*, & *in Romana Augumenti Dotis*, & *Legatorum* 4. *Martii* 1695. §. *Neque obſtat coram R. P. D. meo Priolo*.

Stabilita igitur ex his pluſquam abunde ſubſiſtentia petitionis Moderni Abbatis, Domini parvifaciendam eſſe in contrarium duxere Sententiam quandam latam in Judicio *Canon. reintegrandæ* 3. *quæſt.* 1. pro hominibus *Tavennæ* in Curia Epiſcopali de anno 1686., quoniam etſi eadem Sententia per deſidiam antecedentis Rectoris hujus Abbatiæ tranſitum quodammodo feciſſe videretur in rem judicatam, nihilo
6 tamen minus dum reſtaurata per hodiernum Abbatem inſtantia, cui non poterat negligentia Anteceſſoris obeſſe, ut ait *Menoch. conſ.* 904. *num.* 60., *Spad. conſ.* 103. *num.* 10. *lib.* 3. *Recc. diſput. Iur. cap.* 149. *num.* 43. *Rota deciſ.* 144. *num.* 5. *coram Cardinali Cerro*, & *deciſ.* 1021, *pariter num.* 5. *coram Emerix Iun.*

De viribus ejuſdem Sententiæ, & maxime poſt obtentam a moderno Abbate manutentionem in Tribunali A. C. hactenus eſſet ſerio pertractandum, Domini illam, præciſive pro nunc a nullitate reputarunt eſſe injuſtam ferme ex iiſdem fundamentis, de quibus citra inutilem repetitionem videre eſt in præcedenti *Deciſione diei* 5. *Februarii* 1700. ex §. *Adhuc cum ſeqq. edita ſuper Remiſſoria coram Me*.

Addito dumtaxat, quod cum iidem Teſtes, de quibus in præcitata Deciſione ſuper Remiſſoria, ultra exceptiones ibidem diſpunctas, manifeſte errarent in dicto ex quo ſupponebant, homines *Tavennæ* a viginti citra annos remanſiſſe perperam ſpoliatos a præpotentia Abbatis, quando mox ex contextuali affirmatione Teſtium ſeptuaginta quinque diximus oppoſitum omnino convinci, utpote quia unanimiter de viſu, ac facto proprio, & auditu a majoribus reſpective teſtificabantur poſſeſſionem, ſeu quaſi Immemorabilem Abbatis, non poterat pro-
7 inde a palpabili ſalvari injuſtitia illa Sententia, quæ nitebatur actis, & fundamentis inſubſiſtentibus, ut inquit *Rota deciſ.* 689. *num.* 2. *part.* 1. *deciſ.* 376. *num.* 2. & 3., & *deciſ.* 507. *num.* 1. *part.* 14. *rec. deciſ.* 480. *nu.* 8., *deciſ.* 600. *n.* 6., & *deciſ.* 612. *num.* 11. *coram Emerix jun.*

Imperturbabilius vero adjungendo quoque nullitatem hujuſcemodi Sententiæ, quæve ſatis in promptu emergebat, cum eadem Sententia prodierit (ut dicerent in Curiâ) *per contradictas*, ſive per citationem alio modo non expletam, quam per affixionem ad valvas, quando ad hunc effectum ſubſidiarium neceſſarium erat,
8 ut præcederent ea, de quibus *Tancredin. conſult.* 102. *num.* 15., *Ciarlin. controverſ.* 205. *n.* 14. *Altimar. de nullit. rubric.* 12. *quæſt.* 18. *num.* 13. & *per tot.*, *Pellegrin. in Prax Vicar. part.* 2. *ſect.* 1. *ſubſect.* 2. *num.* 6., & *ſubſect.* 3. *num.* 12., *Borell. in Summ. deciſ. tom.* 1. *tit.* 44. *de contumac. nu.* 53. & *ſeqq.*, *Theſaur. deciſ.* 364., & *in Prax. lect.* 32. *num.* 5. *Chriſtin. deciſ. Belgic.* 139. *num.* 1. & *ſeqq. vol.* 1., *Rota deciſ.* 45. *num.* 4. *apud. Poſt. de manut.*

Quin etiam laborabat Sententia circa actum ipſius prolationis, nam ex *Summ. Abbatis num.* 12. & 13. liquebat, eam extitiſſe prolatam longe ſupra diem cadentis citationis, quod utique inſanabilem ſemper irrogat nullita-
9 tem ex cumulatis apud *Gratian. diſcept. forenſ. cap* 510. *num.* 9., *Pellegrin. in Prax. Vicar. quæſt.* 2. *lect.* 7. *ſubſect* 1. *num.* 27., *Vbert. de citat. cap.* 9. *num.* 498., *Novar. deciſ.* 190. *num.* 4. & 5., *Rot. deciſ.* 163. *num.* 3. *coram Card. Cerro*, *deciſ.* 52. *num.* 8. & 9. & *deciſ.* 138. *num.* 4. & *ſeqq. coram Arguelles*.

In nihilo adjuvante, quod præambula citatio contineret in ſe clauſulam *cum continuatione &c.* talis quippe formula ſive cautela juxta ſenſum neothericorum, & practicorum, vis operatur pro die ſequenti, & ad ſummum per biduum, ſed nuſquam, prout hic, ad ſeptem, vel octo
10 dies teſtes *Epiſc. Recc. diſputat. Jur. cap.* 188. *num.* 1. & 2., *Borell. in ſumm. deciſ. tom.* 1. *tit.* 44. *num.* 243. & *tom.* 2. *tit.* 28. *num.* 24. & *ſeqq*, *Rot. deciſ.* 511. *num.* 1. *coram Bichio*, & *deciſ.* 108. *num.* 7. *coram Zarate*.

Paris frigiditatis effulgebat etiam præſidium illud, quod per comparitionem Anteceſſoris moderni Abbatis, contra quem pronunciata fuerat hæc Sententia, quilibet defectus citationis dici poſſet ſanatus, diſcurſus ſiquidem procederet ubi idem anteceſſor comparuiſſet ante Sententiam coram judice pronunciare debente, & ſic in Curia Epiſcopali, uti in ſuis terminis re-
11 putarunt *Ridolphin. in prax. part.* 1. *cap.* 2. *nu.* 123. *Vbert. de citat. cap.* 16. *num.* 80., *Rot. deciſ.* 216. *num.* 26. *coram Coccino*, & *deciſ.* 27. *num.* 9. & *ſeq. coram Gregor.* & *deciſ.* 42. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*

Verum nullibi demonſtrabatur Abbatem anteceſſorem in præfata Curia Epiſcopali ſive Judice pronunciatum comparuiſſe, at ſolum provocans ad S. Sedem comparuit coram A. C. Judice appellationis impugnative ab eadem Sententia

quo

quo caſu non dicitur ullo modo per comparitionem ſanaviſſe nullitatem citationis cæteroquin irremiſſibilem, ſed potius objurgaſſe hanc
12 nullitatem ſecundum tradita per *Oldrad. conſ. 155. num. 5. verſ. præterea Scacc. de appellat. quæſt.3.num.1., Marnat. de ordin. Judic. part. ultim.artic.2.num.236., Barz.deciſ. Bonon.68.nu.6.*

De reliquo Domini etiam præſcindentes a quidditate hujus Sententiæ authumarunt, quod ſaltem illius ſive validitas, ſive Juſtitia non poterat tantæ exiſtimari firmatis, & claritudinis ut etiam comparentibus, illamque defendere, & communire ſatagentibus hominibus contumacibus, adbuc res in aliquam ſaltem dubietate verſari non videretur, proindeque, quod
13 nec etiam in hoc ipſo dubio deneganda foret manutentio moderno Abbati de ſua poſſeſſione, ſeu quaſi ſuperlative docenti uſque ab immemorabili, ut dictum fuit *in deciſ.278. num.2. & ſeqq. coram Coccino, deciſ.185. num.3. deciſ.507. num.3. & per tot.coram Card.Cavalerio deciſ.686. num.4.coram Buratto,deciſ.277.num.32. part.16. recent.& in Rome na Communantiarum,& Fontanilis 20. Januarii 1702.§.Aſt Dominis coram Me.*

Et ità moderno Abbate Sanctæ Mariæ tantum Informante, & hominibus Tavennæ congrue; & ſepius laceſſitis, fuit reſolutum &c.

CORTONEN., SEU PERUSINA FIDEI COMMISSI SUPER IMMISSIONE.

Ven. 17. Novembris 1702.

ARGUMENTUM.

Reciproca inter deſcendentes levioribus inducitur conjecturis; ſecus ubi agatur de deſcendentibus a diverſis lineis ſeorſim efformatis & perſonis inſtitutis, quo caſu niſi conjecturæ exiſtant efficaciſſimæ deſiderarentur famigerata requiſita ad inducendam reciprocam linearem inſinuata per *Text. in L. Titia ſeio §. Seia Libertis ff. de legat. 2.* Teſtator an, & quo caſu gravare poteſt bona hęredis.

SUMMARIUM.

1 *Identitas omnino requiritur pro competentia* L.fin. cod. de Edict.Diu.Andr. tollen.

2 *Vocatio filiorum ad portionem Patris capit etiam bona Patrui jam effecta unicum patrimonium ipſius Patris.*

3 *Conjecturæ ubi adſint temporis progreſſivitatem denotantes receditur a* gloſ. in l. Lucius la 2. ff. de hęred. inſtit., *& a doctrina* Cumani in L. Hæredes mei §. Cum ita ff. de Trebell.

4 *Reſtitutio in integrum bis non tribuitur, ne nimis dure, & improprie edtur reſtitutio reſtitutionis.*

5 *De natura reciprocæ eſt ut portio demortui accreſcat ſuperſtiti vocato.*

6 *Reciproca inter deſcendentes cenſetur inducta ſi alias fideicommiſſum juxta voluntatem Teſtatoris non poſſet devenire ad extraneos.*

7 *Ad effectum inducendi reciprocam inter deſcententes unius, ejuſdemque Columnelli leviores, requiruntur conjecturæ ſecus ſi agatur de deſcendentibus à diverſis ab initio Perſonis inſtitutis, quo caſu niſi conjecturæ exiſtant efficaciſſimæ deſiderantur requiſita legis* Titia ſeio.

8 *Identitas ſuperlative probatur ex deſcriptione bonorum ab ipſo Teſtatore exarata intra viſcera ſuæ diſpoſitionis, cum individua connotatione quantitatis, qualitatis & confinium.*

9 *Immiſſio non datur niſi ad bona exiſtentia de legitima poſſeſſione, aut dominio gravantis de tempore illius obitus.*

10 *Detractio ſive retentio bonorum ab aliis, quam à fideicommittente acquiſitorum competit heredi gravato in qualibet reſtitutione fideicommiſſi.*

11 *Bona per filios acquiſita præſumantur acquiſita ære paterno vel ad Patrem ſpectaſſe.*

12 *Quis potius præſumitur de propria, quam de aliena ſubſtantia diſpoſuiſſe.*

13 *Allegans errorem male geſtæ deſcriptionis illum debet concludenter probare.*

14 *Bona a Teſtatore in ſuo teſtamento deſcripta, illaque fideicommiſſo gravata etſi non fuerint propria ſed hæredis gravati præſumptio eſt, quod d. gravamen voluerit etiam in bonis d. hæredis gravati.*

15 *De poteſtate autem Patris Teſtatoris ambigi nequit ſi filii hæredes gravati illius teſtamentum acceptaverint.*

16 *Hęres gravari poteſt in bonis propriis, quatenus hæreditas ſibi relicta & fructus percepti oneri equivaleat, & ita in dubio videtur actum a Teſtatore.*

17 *Res judicata eſt ſupponenda, & pro ipſa veritate habenda.*

18 *Relatio inducit approbationem eorum, quæ in ſcriptura relata continentur.*

19 *Melioramenta prætendens probare debet ſtatum antiquum quid impenſum, & quid melioratum, ut quod minus eſt poſtea reficiatur.*

20 *Teſtes pendente lite, & abſque citatione Partis examinati nihil probant.*

21 *Computatio fructuum facienda ſemper eſt a die motæ litis.*

22 *Immiſſio retardari non poteſt ob creditum turbidum, & illiquidum.*

DECISIO CCLXI.

REmedium adipiſcendæ, quod Prælatus in ſecunda Delegatus inſtantia reputaverat congruere Monaſterio Sanctiſſimæ Trinitatis Civitatis Cortonæ etiam ſuper octo reſidualibus unciis hæreditatis Joannis Mariæ ex perſona Catharinæ Dorotheæ neptis, Rota ſobrie temperando approbaverat pro alijs dumtaxat quatuor uncijs *coram bon. mem. Jacometto*, ut in illius *deciſione die 15. Maii 1700.*, ſed cum neque huic moderationi Reus acquieſceret, Ego veluti ſuffectus in locum Collegæ prædefuncti, dubium repropoſui ſub aſſueta formula — *An ſtandum foret,*

vel

vel recedendam a deciſis. Et abſque ulla hæſitatione dictum fuit *in deciſis*.

Siquidem tota ſubſtantialiter quæſtio reducebatur ad Clypeum denegatæ identitatis alias omnino requiſitæ pro competentia memorati
1 remedij adipiſcendę, ſive immiſſionis in vim *l. fin. C. de Ædict. Div. Andr tollen.*, necnon ad ultimum præſidium melioramentorum, quę per Gravatos facta extitiſſe idem Reus contendebat, nam de plenaria vocatione Catharinæ Dorotheæ parva inſurexit apud DD. dubitatio, quia cum prænominatus Joannes Maria Teſtator per hęc verba diſpoſuiſſet -- *Inſtituiſce &c. li Signori Bartolomeo, e Gio. Tomaſſo ſuoi figliuoli &c., e morendo alcun di loro ſenza figli ſoſtituiſce, e nomina l'altro ſopravivente e ſuoi figliuoli maſchi, ſe vi ſaranno altrimenti &c. le figlie femine &c. nate, e da naſcere, e loro deſcendenti in infinito in ſtirpes, & non incapita* -- obiiſſet autem abſque liberis Bartholomæus, ambigi non poterat in primis de activa vocatione ex propria perſona ipſius Catharinę Dorotheæ, nedum ad portionem Thomæ Patris ab initio relictam, verum etiamad ratam ipſius Bartholomæi, poſita quippe ex capite literalis ſubſtitutionis acquiſitione ac vadicatione ejuſdem ratæ Bartholomæi in Perſona Thomæ ſuperviventis clarum erat, quod
2 illa, ſive expreſſa, ſive conjecturalis vocatio Filiarum ad portionem patris capeſſebant etiam contermina bona patrui jam effecta unicum patrimonium prælaudati genitoris ad plene firmata per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 371. n. 12. cum ſeqq., ibique Carol Anton. de Luc. num. 5., Ridolphin. alleg. 82. num. 2. Intrigliol. de ſubſt. contr. 3. quæſt. 74. num. 171., Car. de Luc. de fideic. diſc. 78. num. 6. & deciſ. 79. num. 3., Rot. coram Gregor. dec. 337. num. 5. coram Merlin. dec. 158. num. 1. & poſt moder. Aſculan. ad Statut. Vrb. dec. 106. num. 3. & deciſ. 108. num. 4. tom., 3. & in Avenionen. fideicommiſſi 28. Ianuarii 1701. §. Et ob id coram Me.*

Quod vero Catharina Dorothea vocata reperiretur poſt mortem patris liquido apparebat, quia quantumvis reſpectu ejuſdem patris poſita ſolummodo diei poſſet in conditione *ſi ſine filiis*, & quoad patruum ſimpliciter invitata per vulgarem ob illa verba *ſe vi ſaranno &c.* nihilominus ponderata progreſſiva ſubſtitutione deſcendentium uſque in infinitum ab iſdemmet fœminis etiam cum clauſula *in ſtirpes, & non*
3 *in capita*, neceſſe erat citra ſcrupulum præſupponere receſſum tam *a gloſ. in l. Lucius la 2. ff. de hæredibus inſtituen.*, quam a doctrina *Cuman. in l. hæredes mei §. Cum ita ff. ad Trebbellian.*, ſicuti citra inutilem repetitionem plenius demonſtratum fuerat *in præterita deciſione ſuper re judicata diei pariter 5. Maii 1700. ex §. Nec placuit uſque ad finem coram bon. me. Iacometto*, & pleniſſime quoque in hiſcemet terminis *in Romana fideicommiſſi Luciæ de Moronis 21. Februarii 1701. ex §. Occaſio uſque ad finem coram Me.*

Alacrius autem, & extra minimam hæſitationem perſpectare judicata deinceps etiam in Sacro Auditorio canonizzata *in prædicta deciſione bon. me. Iacometti ſuper re judicata* eo etenim ipſo, quod in primis duabus inſtantiis abſque nova provocatione fuerat definitum, pro nunc deberi Catharinæ Dorotheæ vigore iſtius fideicommiſſi, ſeu vocationis quatuor uncias ex integra hæreditate Joannis Mariæ, & in Sac. Auditorio reſponſum emanaverat, *conſtare de re judicata*, utique non valebat amplius idem judicatum, necnon vocatio, ac fideicommiſſum controverti abſque nova conceſſione reſtitutionis in integrum; quæ nec regulariter bis
4 attribuitur, ne nimis durè, & impropriè detur reſtitutio reſtitutionis contra reſcriptum *Imperatoris in l. in una C. ſi ſep. in integr. reſt. poſtulet, Caldaſ. Pereyra in l. ſi Curatorem verbo implorandum num. 36. C. de integr. reſt. minor. Rot. coram Puteo dec. 79 lib. 3.*

Iterum itaque conſtabilito hujuſmodi principio, neque pariter fas videbatur recalcitrari poſſe aliis quatuor unciis a Monaſterio in hodierna audientia rurſus expetitis, quoniam dum poſt obitum Thomæ communis patris prædeceſſit etiam Eliſabeth altera filia memorati Thomæ, & reſpectivè ſoror Catharinæ Dorotheæ, inevitabile non minus reddebatur, quod vigore reciprocæ injunctæ a Joanne Maria primo fideicommittente, etiam portio ejuſdem Eliſabeth deſcenderit in Catharinam Doro-
5 thęam æque ab initio vocatam, & ſuperſtitem ut eſt de natura familiari, & irrefragabili cujuſlibet reciprocæ ordinationis *l. ultima §. Si filium ff. de legat. 2.* cum aliis per *Modern. Saminiat. controv. 51. num. 64., Rot. deciſ. 176. num. 4. par. 16. & deciſ. 355. num. 3. par. 17. recen.*

Reciproca vero hæc ordinatio ex iiſdem propemodo verbis, & conjecturis palam promanabant, nam data indubitabili vocatione Eliſabethæ ab bona ſive patris, ſive patrui, & addito, quod excluſa vulgari per ſubſtitutionem ejus deſcendentium in infinitum etiam occaſione ſucceſſionis hujuſmodi deſcendentium cidem patruo, conſequens erat, vel paritas ſaltem rationis exigebat, quod ſubſtituta cenſeri deberet propria ſoror Eliſabeth demortuæ ſine filiis, alias deſcendentes ab ipſi in infinitum nequiſſent ſuccedere tranſverſali ad ſenſum clauſulæ *in ſtirpes, & non in capita*, niſi mediante ſubintellectione reciprocæ ex ponderatis in ſpecie in *dicta Romana fideicommiſſi Luciæ de Moronis 21. Februarii 1701. §. Profecto coram Me*, & concordant *Tob. Non. conſ. 31. num. 19., Vrceol. conſult. foren. 80. num. 5. & ſeqq. Catald. conſ. 147. num. 9. & conſult. 249. num., 11. Rot. deciſ. 114. num. 33. part. 14. deciſ. 104. num. 19. part. 16. deciſ. 433. num. 14. par. 18. rec. in Firman. Prædii della Parapina 26. Junij 1696. §. Quo enim coram R. P. D. meo Muto in Beneventana Manutentionis 20. Junii 1698. §. Comprobatur. coram R. P. D. meo della Tremoille, & in Forolivien. Fideicommiſſi de Torrellis 28. Junii 1702. §. Vltra & §. Conjecturæ coram R. P. D. meo Muto.*

Po-

Potiſſime adſtipulantibus, ut præmiſimus cæteris verbis, & conjecturis ejuſdem Teſtamenti ſatis jam recenſitis *in deciſ. hodie confirmata diei 5. Maii 1700. coram bo. mem. Jacometto ex §. In præſenti*, nimirum perpetuo digreſſu, prohibitione alienationis, ac denique etiam confiſcationis ſub expreſſa ratione conſervationis bonorum in domo Teſtatoris quibus ſane concurrentibus ſaltem reſultat ea reciproca benignius ſemper recepta quoties agitur de conſucceſſione deſcendentium unius, ejuſdemque Columnelli, ſeu lineæ iam active, & progreſſive vocatorum, quidquid dicendum foret ubi tractaretur de deſcendentibus a diverſis ab initio perſonis inſtitutis, ſive lineis ſeorſim efformatis ex mente Teſtatoris, quo caſu niſi conjecturę exiſtant, effi-
7 caciſſimæ, deſiderarentur famigerata requiſita ad inducendam reciprocam linearem inſinuata per *Text. in l. Titia ſeio §. Seia libertis ff. de legat. 2.*, prout optime diſtinguit *Altograd. conſ. 81. n. 59. & 60. lib. 2. Actolin. reſol. 14. n. 29. Card. de Luc. de fideicom. diſc. 17. ſub num. 6. & ſeqq. & diſc. 104. n. 7. Rota coram Ubal. dec. 383. n. 115. in Interamnen. fideicommiſſi 26. Januarii 1682. §. Quamvis coram bo. me. Albergato, in Senogallien. fideicommiſſi 29. Novembris 1694. §. Præſuppoſitis cum ſeq. coram R. P. D. meo Pio, in Peruſina fideicommiſſi 27. Junii 1698. §. Purificationem coram R. P. D. meo Priolo, in Bononien. fideicommiſſi de Ghiſleriis 4. Maii 1699. §. Deinde coram Reverendiſſ. D. meo Decano. & in Forolivien. fideicommiſſi de Torellis 28. Junii §. Quoniam coram R. P. D. meo Muto.*

Et ex his ſubſiſtente Catharinæ Dorotheæ, vocatione, etiam ad præfatas quatuor uncias imo ad totam integramve hęreditatem Joannis Mariæ, neque Clypeus impugnatæ identitatis, neque præſidium melioramentorum valuit in aliquo immiſſionem retardare Monaſterio, quatenus enim quæſtio erat de identitate illa non poterat ſuperlative magis exoptari, quam ea, quę reſultabat ex poſitiva deſcriptione bonorum ab ipſo Teſtatore exarata intra viſcera
8 ſuæ diſpoſitionis cum individua connotatione quantitatis, qualitatis, & confinium uti punctualiter reſpondit *Urceol. dec. Floren. 15. num. 4. Rot. coram Celſ. deciſ. 173. n. 4. & dec. 295. n. 5. & coram Emerix Iun. dec. 122. n. 1.*

Quamobrem ex ſemetipſo ruebat objectum procaciter promotum a ſuccumbente ſuper offuſcatione ejuſdem identitatis elicita ex acquiſitionibus, quas reſpectu nonnullorum ex iiſdem bonis exagerabat provenıſſe ab induſtria, vel ſtipulatione ipſorum filiorum Joannis Mariæ, vel ab aliis extraneis perſonis, quæ in Auctore earummet acquiſitionum laudabantur; unde inferebatur, quod, vel erronea efficeretur juſtificatio identitatis deſumpta a falſa deſcriptione Teſtatoris vel in omnem caſum detrahenda eſſet a fideicommiſſo bona de proprio per filios acquiſita, aut alias, quam a Teſtatore proventa ex notiſſima regula, quod immiſſio non datur, niſi ad bona duntaxat exiſtentia de legitima poſſeſſione, aut dominio gravantis de tempore illius obitus aut (quod idem eſt competit detractio, ſive retentio eorumdem bonorum in qua-
9 libet reſtitutione fideicommiſſi, ſecundum ea, quę in terminis primæ concluſionis tradiderunt *Gob. conſult. dec. 92. num. 3. Card. de Luca de ſervit. diſc. 34. n. 2. Rot. coram Seraphin. dec. 170. num. 14. coram Celſo deciſ. 232. num. 2. coram Emerix iun. deciſ. 443. num. 9. & in Bononien. fideicommiſſi de Bavoſiis 6. Februarii 1702. §. Dominorum coram Me, & in Romana prætenſæ im-*
10 *miſſionis 28. Aprilis 1702. §. Nullatenus coram R. P. D. meo Muto*, & circa ſecundum videre eſt apud *Ludovic. dec. Peruſ. 109. n. 1. & 2. par. 1. Rot. dec. 355. n. 1. & ſeqq. coram Card. Celſ. & in Spoletana fideicommiſſi 27. Januarii. 1702. §. Difficultas coram Illuſtriſſ. del Olmo, & in dicta Romana prætenſæ immiſſionis 28. Aprilis 1702. §. Ulterius coram R. P. D. meo Muto.*

Plures etenim incontinenti annullabantur deſtructioni hujus objecti reſponſiones, quarum prima erat, quod nullibi demonſtrabatur ex parte prælaudati Rei, quod filii Teſtatoris, & ſignanter Thomas, a quo ipſe principaliter Cauſam deſumebat, in effectu, ac realiter acquiſiverit hujuſmodi bona in Teſtamento deſcripta de propriis pecuniis, quodve aliunde fulcirentur peculiari induſtria, aut peculio ſeparato proindeque non obſtante apparenti ipſorum ſtipulatione, omnis regula, & præſum-
11 ptio juris efflagitabat, quod eadem bona forent paterna, vel de ære paterno conquiſita per ea, quę tradunt *Carlin. contr. 16., Roſa conſ. 8. n. 30. & ſeqq., Michal. de fratrib. par. 2. cap. 4. n. 7., Rot. dec. 27. n. 18. par. 17. rec., & in Ferrarien. ſeu Anconitana fideicommiſſi 3. Junii 1701. §. Hujuſmodi coram Me.*

Secundo fortius ſtante deſcriptione tam ſerio facta in centro Teſtamenti de hiſce bonis per Jo: Mariam patrem, & fideicommittentem, ſicuti namque præſumitur quiſque potius diſpoſuiſſe de propria, quam de aliena ſubſtantia, ita eo durius ſemper incumbit alleganti errorem,
12 maleque geſtam deſcriptionem onus id juſtificandi ex traditis quoad primam propoſitionem apud *Epiſc. Rocc. ſelect. Jur. diſput. cap. 11. n. 4. & ſeqq. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 6. num. 11. cum ſeqq., aliiſque in Avenionen. fideicom-*
13 *miſſi 25. Iunii 1700. §. Idque coram Me*, & ſuper altera per *Cavald. conſult. 47. n. 2., & conſult. 176. n. 11., Urceol. de tranſact. q. 96. n. 5., Modern. de Angel. de confeſſ. lib. 1. par. 7. effect. 20. n. 6., Rot. in Ariminen. fideicommiſſi Bandi, & Æneæ de Bandis 5. Martii 1698. coram Reverendiſſ. Decano, & in Ferrarien. ſeu Anconitana fideicommiſſi 12. Decembris 1698. §. Siquidem, & 27. Novembris 1699. §. Nec dictum coram eodem Reverendiſſ. Decano, & 3. Iunii 1701. §. In primis coram Me.*

Quin etiam, cum firma remanente eadem deſcriptione tam oculate, & proportionaliter emiſ-

cautiſa, dubitari non poſſit de voluntate Joannis
Mariæ circa imponendum deſuper gravamen
fideicommiſſi, etiam quando eadem bona
14 fuiſſent propria ipſorum gravatorum, teſte *Ro-
dulphin. alleg. 150. n. 20., Rot. deciſ. 275. num.
6. par. 1., & deciſ. 444. num. 3. par. 4. recent.
& in Romana, ſeu Verulana fideicommiſſi 10.
Maii 1690. §. Nec in dubium, & 21. Junii
1697. §. Siquidem, & 21. Februarii 1698.
§. Conſtat coram R. P. D. meo Caprara & in Fa-
nen. Donationis 7. Martii 1701. §. Voluiſſe co-
ram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Neque ſimiliter tertio loco de illius in hoc
caſu poteſtate par erat ambigere, nam præciſi-
ve circumſtantia acceptationis factæ per filios
15 de hac paterna diſpoſitione ad terminos diſpu-
tationis habitę in *celebri Romana, ſeu Verulana
fideicommiſſi coram R. P. D. meo Caprara ſupra
proxime allegata, nec non in Avenionen. fidei-
commiſſi 25. Iunii 1700. coram Me.*

Res vacabat omni amaritudine, inſpecto,
quod innegabile erat, Jo: Mariam reliquiſſe
filiis ſuis ſponte tot bona, quæ excedebant tan-
tumdem, ſive importantiam eorumdem bo-
norum, quæ unquam valerent ad filios perti-
nere, unde ſubintrabat communiſſima, & abſ-
que Contradictore recepta concluſio, quod tunc
poteſtas tam ad mentem Juris antiqui, quam
novi, & noviſſimi, reddebatur indubitata, ma-
xime computatis quatenus oporteret fructibus
16 medii temporis, ſive non, adhuc adventi caſus
fideicommiſſi reſtituendi pacifice perceptis, ad
litteram *Text. in l. unum ex familia 69. §. Sed,
& ſi, & in l. Imperator 72. §. Cum quidem ff. de
legat. 2., Gabriel. conſ. 102. n. 8. & 9. lib. 2., Ton-
dut. reſol. civil. cap. 109. n. 14., Andreol. con-
trov. 434. n. 4. & ſeq.* cum aliis per *Rot. in
Avenionen. fideicom. 25. Jun. 1700. §. Neque cor.
Me, & in Fanen. Donationis 7. Martii §. Ex quibus,
& 1. Iulii 1701. §. Verum coram R. P. D. meo
de la Tremoille, & Illerden. hæreditatis de Go-
mar 3. Aprilis 1702. §. Quo vero coram eodem,*

Et ne quid deeſſet ad nitidiorem objecti re-
pulſam poſtremo accedebat efficacia præmiſſæ
a principio rei judicatæ; Cum enim illa foret ex
notiſſimis principiis in præſenti diſceptatione
ſupponenda, habendave pro ipſa veritate, ex
17 late deductis *in Romana fideicommiſſi 17. Iunii
1701. §. Cum igitur coram Me*, negari non po-
terat, quod in eadem re judicata non fuerit ſup-
poſitum, & definitum, quod univerſa bona de-
ſcripta per fideicommittentem in ſuis noviſſi-
mis tabulis, non eſſent illius propria, vel quod
potuiſſet diſponere de eiſdem, dum per eam abſ-
que præjudicio majoris quotæ explicite præſer-
vatæ tribuebatur cubitalis immiſſio relative ad
iſtam deſcriptionem, & ad bona in teſtamento
18 regiſtrata, ad bene tradita per *Bald, & Imol.
in l. ſi Prior ff. ſoluto matrim., Soccin. ſenior. conſ.
42. n. 9. lib. 4., Rot. dec. 87. nu. 6. par. 15., &
dec. 57. n. 11. par. 19. rec.*

Quo autem ad ultimum aſylum meliora-
mentorum, exuberavit replicatio, quod de il-
19 lis nulla fuit exibita congrua demonſtratio ne-
dum ad rigidiorem perquiſitionem illius pluris,
quod intercederet inter impenſum, & melio-
ratum ex abunde adnotatis per *Pacion. de locat.
& conduct. cap. 34. §. 4. num. 17., Rot. coram
Rojas deciſ. 181. num. 6. coram Priol. deciſ. 416.
num. 15. & in rec. deciſ. 116. num. 7., deciſ. 333.
num. 11. par. 12. deciſ. 525. num. 12. par. 18.,
in Romana melioramentorum 1. Iulii 1689. §. Mi-
nus coram Reverendiſſimo D. meo Decano, in Ter-
racinen. melioramentorum 13. Iunii 1692. §. Fun-
damentum coram R. P. D. meo Muto, & in Aſcu-
lana fideicommiſſi ſuper melioramentis 13. Maii
1701. §. Ratio coram Me.*

Verum neque in ipſo genere generaliſſimo, ad
huncſiquidem effectum ſolummodo noſcebantur
allata dicta, ſive aſſertio quorundam Teſtium
20 pendente lite, abſque citatione, atque inter-
rogatoriis Monaſterii Examinatorum, qui ſane
modus teſtificandi paſſim deſpicitur in iudiciis
ut ait *Lancellot. de Attentat. pendent. Appellat.
limit. 38. n. 5. Farinac. de Teſt. 72. num. 2. Rot.
Coram Cavaler. deciſ. 56. num. 1. coram Burat.
deciſ. 36. num. 31. in Baren. Concurſus 30. Mar-
tii 1699. §. Minus quoque, & in Tiburtina Char-
teriæ 7. Martii 1700. §. Minus coram R. P. D.
della Tremoille, & in Illerden. diſtributionum
20. Februarii 1702. §. Multoque cor. Illuſtriſſimo
del Olmo Magno Cancellario Mediolanen.*

Et in omne eventum cum ex jam firmatis *in
præterita deciſione diei 5. Maii 1700. cor. bo. me.
Iacometto*, occaſione prætenſionis Trebelliani-
cæ egregiæ fuerit oſtenſum, quod mediante tam
mobilium, quam ſemoventium in hæreditate
Jo: Mariæ repertorum diſtractione, eadem Tre-
21 bellianica omni jure cenſeri deberet aſſumpta,
pręcipue juncta computatione fructuum ſemper
facienda a die motæ litis, ut etiam perpetuo dixit
*Rota dec. 32. n. 13. & dec. 294. n. 10. cor. Priol.
& in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 2. Iunii
1698. §. Nihilominus & 5. Decembris ejuſdem
anni cor. Me, & in Bononien. Primogenituræ de
Paleottis 11. Iannarii 1700. §. Eoque facilius co-
ram R. P. D. meo Scotto,*

Vtique abinde citra alii quoque noſcebantur
fructus decurſi, ut ii, vel omnino ſublocave-
rint, ſi quod aderat pretium melioramentorum
vel ſaltem illud turbidum effecerint, & illiqui-
22 dum, proindeque prorſus ineptum ad retar-
dandam immiſſionem *Rot. dec. 23. cor. Duran.,
dec. 221. num. 13. dec. 295. n. 12. cor. Priol.,
dec. 80. n. 16. par. 15. dec. 740. n. 9. par. 18.
rec. in Reatina fideicommiſſi 22. Martii 1700.
§. final. & 9. Decembris 1701. §. Poſtremo cor.
Me, & in Romana fideicommiſſi de Quadris 7.
Martii 1701. §. Itidem pariter coram Me.*

Et ita &c. utraque &c.

FAR-

FARFEN. JURIS OFFERENDI.

Mercurii 6. Decembris. 1702.

ARGUMENTUM.

Beneficium Juris offerendi competit Creditori poſteriori, offerendo primo, ſive anteriori Creditori creditum pro quo res communis debitoris exiſtit illius favore diſtracta, & pignus obtinet ſive recuperat. Dictum tamen beneficium utpote ſubſidiarium locum ſibi non vindicat niſi in caſu ſubſidii, & cui illud probandi onus incumbat: Legatario utpote foventi cauſam me relucrativam tale Beneficium non tribuitur. Explicatur diſpoſitio *Text. in l. Cum prior ff. de diſtract. pignor.*, & conciliatur.

SUMMARIUM.

1 *Quæ remedia tribuantur* Creditoribus *ſuper rebus ſibi pignori datis, vel captis in cauſam judicati.*

2 *Jus offerendi inter illa præcipue numeratur, quo mediante ſecundus Creditor, offerendo primo, ſive anteriori Creditori creditum pro quo res communis debitoris extitit illius favore diſtracta pignus obtinet, ſive recuperat, magiſque propriam confirmat hypothecam.*

3 *Dictum remedium eſt exercibile per quemcumque etiam ſecundum Creditorem nedum quoties res communiter oppignorata ſive per debitorem, ſive per Judicem illius factum, & jura repræſentantem in faciem Creditoris anterioris diſtrahitur.*

4 *Et quando id limitetur.*

5 *Verum etiam ubi debitor ipſe priori Creditore non interveniente, imo diſſentiente rem hypothecatam alienat in Tertium, quia non per hoc impeditur ſecundus Creditor offerendo pretium traditum eidem emptori, rem alienatam retrahere.*

6 *Et de ratione.*

7 *Emptor cum ſuo pretio dimittens creditores anteriores acquirit anteriorem hypothecam in eum tranſlatam, cujus vigore gaudet retentione contra poſteriorem Creditorem etiam ſine ceſſione vel pacto, quando idem Creditor intentat remedia poſſeſſoria utilis Salviani cum ſimilibus.*

8 *Nemo plus Juris in alium transferre poteſt quam ipſe habeat.*

9 *Creditor quoties rem communiter obligatam coemit nequit impedire jus offerendi.*

10 *Excepto caſu quo idem Creditor anterior in publica ſubhaſtatione facta ad inſtantiam Creditorum tanquam tertius licitator rem ſibi deliberari reportaſſet,* declara n. 17. & ſeq.

11 *Licet contrarium in ſuo caſu tenuerit aliquando S. Rota.*

12 *Beneficium juris offerendi uti ſubſidiarium favore Creditoris poſterioris, locum ſibi non vindicat non probato caſu hujus ſubſidii.*

13 *Jus offerendi habet in æquitate fundamentum.*

14 *Dos communium filiarum detrahi prius debet a paterna hæreditate, quam a ſubſtantia matris.*

15 *Dos fœminarum non ſunt deducendæ in præjudicium legitimæ maſculorum.*

16 *Creditor anterior nunquam præſumitur rem in ſolutum obtentam, aut coemptam acquirere voluiſſe ad effectum adipiſcendi diſcretum, & independens dominium, ſed ad finem tantummodo confirmandi propriam hypothecam ſemper ſubjectam æquitativo remedio Juris offerendi.*

18 *Emptori Extraneo ſi emat rem ſub haſta non dubitat, quod tanquam indifferenti licitatori, ac deliberatario, in quo neutra ex dictis rationibus verificatur, ſed potius bonorum libertas, nullatenus applicentur Jura loquentia de Jure offerendi.*

19 *Emptor qui emit cum pacto præciſo, ut ex integrali pretio dimitterentur Creditores, practicari non poteſt contra illum ullum remedium hypothecarium.*

20 *Juris offerendi mater eſt hypothecæ proprie tendens ad Salvianum contra Tertium vel in concurſu cum tertio concreditore.*

21 *Explicatur diſpoſitio. Text.* in l. Dudum Cod. de Contrahen. Empt.

22 *Nemo vendit propriam ſubſtantiam, qui non exiſtit aliquali ære alieno gravatus.*

23 *Jus offerendi præſcribitur ſpatio 30. annorum.*

24 *Conſtitutio S. M. Divi Pii V. concedens prælationem Creditori cenſuario locum non habet extra ſtatum Eccleſiaſticum.*

25 *Late, ac docte expenditur diſpoſitio* Text. in L. Cum prior ff. de diſtract. pignor.

26 *Emptor ſi pecunias dederit cum pacto dimittendi Creditores anteriores ſuccedit in iſtorum dimiſſorum Jura, & ſecurus redditur a moleſtiis aliorum Creditorum.*

27 *Secus vero ſi pecunia abſque ullo pacto dimiſſionis pervenerit ad manus Creditorum anteriorum, quia licet aliqui eo caſu voluerint, ut id ſufficiat, contraria tamen opinio eſt verior.*

28 *Probatio ſubſidiorum vel* Juris offerendi, vel Authent. Res quæ *ab eo facienda eſt, qui in illis nititur.*

29 *Æſtimatio bonorum lite pendente, & nemine citato facta nihil penitus probat.*

30 *Æſtimatio facta cum legitimis contradictoribus plene probat.*

31 *Enunciativa non probat favore enunciantis, niſi aliunde fuerit ſuffulta, ſive juſtificata.*

32 *Creditum alienum allegari nequit, præſertim ad effectum agendi, cum repelli quis poſſit vulgato axiomate.* Tua non intereſt.

33 *Actio per Creditorem exercenda eſt contra depoſitum ſi quod adſit.*

34 *Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

35 *Æmulatio Legibus ſemper inimica eſt.*

36 *Palpata æmulatione impeditur libertas naturalis altius tollendi proprium ædificium.*

37 *Quinimo nec datur locus Retractui.*

38 *Citra caſum ſubſidii nequit quis admitti ad beneficium Juris offerendi, ducto argumento ab* Auth. Res quæ.

39 *Legatario non competit beneficium juris offerendi.*

40 *Legatario competit tacita quædam hypotheca, niſi ſit legata ſpecies, quia tunc tranſit etiam Dominium.*

41 *Legata nonniſi deducto prius ære alieno veniunt ſatisfacienda.*

42 *Quod procedit etiam in legato dotis, & alimentorum.*

43 *Legatum relictum* ed effetto di monacarſi o di maritarſi *valet juxta conditionem incerti futuri viri minui, vel augeri.*

44 *Legatarius nequit pro Legato conditionali agere ante diem, & adventum conditionis.*

45 *Pro legitima non relicta ſaltem virtualiter per clauſulas jure inſtitutionis, vel pro omni, & toto eo non competit hypothecaria, ſed condictio ex lege pro legitima non relicta.*

DECISIO CCLXII.

INter plura remedia, quibus jura noſtra præ-
buere ſuccurſum Creditoribus ſuper rebus
1 ſibi pignori datis, vel captis, in cauſam judi-
cati, quæve præ cæteris dinumeravit *gloſſa Anteſignana in l. a Divo Pio 15. §. ſi pignora verb. addicantur ff. de re judic., Carleval. de Iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 1. n. 13. & ſeqq., Modernus Schettin. de Iur. offerend. in præfat. n. 2. cum ſeqq.* recenſetur præcipuæ illud, quod nuncu-
pant Juris offerendi, quove mediante ſecun-
dus Creditor offerendo, primo, ſive anterio-
2 ri Creditori creditum pro quo res communi
Debitoris extitit illius favore diſtracta, pignus
obtinet, ſive recuperat, magiſque propriam
confirmat hypothecam, ſecundum frequentiſſi-
mas in hac materia leges, & ſignanter *in l. cum prior. 3., & l. cum poſterior. 6. ff. de Diſtract. pignor., & l. prima & l. prior C. qui pot. in pignor habean.*

Eleonora igitur, utpote Creditrix ex cauſa paterni legati ſcut. 1000. innixa huic poſtremo remedio, & cujus vigore ſententiam favorabilem reportaverat coram A. C. adverſus Ludovicum, & Franciſcum fratres de Ferrutis Emptores cujuſdam Domus, ac Prædii hæreditarii ejus Patris, perperam ferens, quod in gradu appellationis ſucceſſive ſuccubuerit in Sacro Auditorio *coram R. P. D. meo Priolo*, ut latius ex deciſione edita *ſub die 30. Ianuarii 1702.* rurſus jura propria communiens in tertia ulteriori inſtantia, apud me exagerabat, non poſſe in abſtracto controverti, quod eidem inſtanti palam non competeret hujuſmodi præſidium Juris offerendi; Illud etenim exercibile ſemper eſt per quemcumque etiam ſecundum Creditorem, nedum quoties res communiter oppignorata, ſive per Debitorem, ſive per Judicem illius factum, & jura repræſentantem in faciem Creditoris anterioris di-
3 ſtrahitur, ſecundum plene affirmata reſpectu
debitoris alienatis per *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 135. num. 1. cum ſeqq., Menoch. de præſumpt. præſ. 121. num. 1. & 2. lib. 3., Carleval. de Iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 21. num. 1., Morot. de Iur. offerend. num. 12., Franch. deciſ. 12. in princ., Theſaur. deciſ. 157. num. 1., Rot. coram Durano deciſ. 445. n. 1., Bichio deciſ. 95. num. 1., Cavaler. deciſ. 652. num. 2. & 3., & in Æſina Retractus 10. Ianuarii 1701. §. Et ſane coram Me, & in Cornetana Iuris offerendi 18. Novembris 1701. §. Altera verſ. proindeque coram R. P. D. meo Muto.* Et reſpectu Judicis tradentis inſolutum, ſive vendentis *Rot. coram Bichio deciſ. 95. n. 1., & deciſ. 364. num. 3. par. 16. recen., & in ejus confirm. deciſ. 197. num. 4. poſt Modern. Aſculan. ad Stat. Vrbis, & in Cornetana Iuris offerendi 18. Novembris 1701. §. 1. & §. Et altera, & 13. Martii 1702. §. Et in omnem, & ſeqq. coram R. P. D. meo Muto.*

Cadente ſolum limitatione (penitus in caſu
noſtro inapplicabili ob nullum interventum in
hoc negocio Creditorum anteriorum) quan-
do iidem Creditores anteriores utentes facul-
tate ipſis conceſſa per clauſulas contentas in
apocis, vel inſtrumentis obligatoriis diſtraxiſ-
4 ſent rem hypothecatam ope, ſeu miniſterio
ejuſdem met Debitoris, ſive etiam Judicis, in
vim præfatæ facultatis, ſicque jure Creditoris diſtrahentis: tunc enim per uſum hujuſcemodi poteſtatis exiſtentis penes Creditores anteriores, diſſoluta hypotheca cęterorum, transfuſiſque juribus anterioribus eorumdem anteriorum Creditorum, Creditor adjudicatarius, vel etiam Emptor extraneus remanet ſecurus ab omni vexatione poſterioris Creditoris, ſive is agere intendat in ſalviano, ſive mediante auxilio juris offerendi, quemadmodum uno ore tradiderunt *Gratian. diſcept. foren. 66. num. 3., & diſcept. 125. pariter nu. 3., Morott. de jur. offeren. num. 16., Schettin. eodem tract. par. 1. cap. 3. ſect. 3. num. 6., & 8., Merlin. Pignatell. controv. foren. cent. 2. cap. 68. num 4., Olea de ceſſ. jur. tit. 4. q. 2. num. 19., Franch. deciſ. 224., Theſaur. deciſ. 157. num. 8., Rota coram Bichio deciſ. 43. num. 2. & ſeqq., & in rec. deciſ. 657. num. 1. cum tribus ſeqq. par. 4. tom. 3., & deciſ. 186. num. 6. & 8. par. 13., & in Cornetana juris offerendi 20. Martii 1699. §. Quemadmodum, & 3. Iulii 1700. §. Præmiſſa coram R. P. D. meo de la Tremoille, & 18. Novembris 1701. §. Contrariis coram R. P. D. meo Muto.*

Verum quoque ubi Debitor ipſe priori Cre-
ditore non interveniente; imo potius diſſen-
tiente, prout hic, rem hypothecatam alienat
in tertium, quoniam etſi tertius ſic Alienata-
rius, vel Debitor pretium eroget in dimiſſio-
nem Creditorum anteriorum, non per hoc im-
peditur Creditor ſecundus, ſive poſterior, of-
5 ferendo pretium exburſatum eidem Emptori,

retra-

retrahere rem alienatam, ſicuti diſtinguendo
reſpondit *Papinianus in dicta l. cum prior 3. ff.*
de diſtract. pignor. & hypothec. ibi-*ſi tamen De-*
bitor non interveniente Creditore pignus vendide-
rit, ejuſque pretium priori Creditori ſolverit Em-
ptori poterit offerri -ſubdens rationem, quod
quemadmodum Debitor non poſſet in præju-
6 dicium cujuslibet Creditoris hypothecarii rem
iterum alteri obligare, ita neque valet illam
vendere, ut ibi -*nihil enim intereſt ſi debitor*
pignus datum vendidit, aut denuo pignori obli-
get-& cum hoc *Textu* procedunt *Neguſan. de*
pign. memb. 3. par. 5. num. 3. & ſeqq., *Mantica*
de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 28. num. 4., *Gra-*
tian. deciſ. March. 66. ſub. num. 6. Vincent. de
Franch. deciſ. 134. n. 5., *Io. Franc. Marcian. in*
alleg. infert. penes Donat. Anton. de Marin.
quotid. reſol. lib. 1. cap. 336. num. 4., *Scappuce.*
de ſalvian. interdict. lib. 2. q. 6. num. 5., *Schet-*
tin. de jur. offeren. par. 1. cap. 3. ſect. 1. nu. 12.,
& ſect. 3. n. 11., *Rota coram Duran. dec. 445.*
num. 1. & duob. ſeqq.

Et ratio generalior, propter quam ſimile
beneficium ab indulgentia juris conceditur quo-
que in hoc poſtremo caſu verſatur in illa ple-
niſſima æquitate, quod cum ex una parte Cre-
ditor poſterior amarè lugeat propriam ſatisfa-
ctionem ſuper illo corpore diſtracto, & ex al-
tera Emptor nihil deperdat recuperando pre-
tium exburſatum una cum fructibus per-
miſſis, ac refuſione melioramentorum, con-
ſonum videtur naturali dictamini, quod ſaltem
idem poſterior Creditor ſentiat reſtaurum re-
trahendi rem ſibi perantea legitime obligatam,
& aſſequatur illud plus commodi, ſeu affectio-
nis, vel æſtimationis, aut pretii, quod res,
vel in ſe, vel in mente poſterioris Creditoris
poteſt importare, juxta animadverſa per *Gra-*
vet. conſ. 298., *Morott. de jur. offerendi n. 12.*
Carocc. de oblat. par. 2. q. 11. num. 6., *Ma-*
ſtrill. deciſ. 221. num. 1. & ſeq., *Rota in Aſ-*
culana juris offerendi 22. Martii 1688. §. Vnde
coram Reverendiſſ. Hernault, & in Cornetana
juris offerendi 20. Martii 1699. in fine princip.
coram R. P. D. meo de la Tremoille.

Abſque eo quod in minimo refragetur, quod
Emptor cum ſuo prætio dimittens Creditores
anteriores, in illorum jura ſuccedat, ſive hu-
juſmodi dimiſſio proveneritex pacto, ut in præ-
ſenti, ſive citra pactum, quia id locum ſibi vin-
dicat dumtaxat ad finem puræ retentionis in ca-
ſu, quo Creditor poſterior intentaret reme-
dia poſſeſſoria utilis ſalviani interdicti eum ſimi-
libus; Lex etenim ad tuenda jura ejuſdem Em-
ptoris, tertijue Poſſeſſoris, illi vigore anterio-
7 ris hypothecæ in eum translatæ, impartitur re-
tentionem contra poſteriorem etiam ſine ceſ-
ſione, vel pacto, ex congeſtis apud *Belntend.*
deciſ. 10. ante num 3., *Gratian. diſcept. for. 269.*
num. 8., *Merlin. de pignor. lib. 4. q. 44. num. 2.,*
& ſeqq., *Rot. coram Coccin. deciſ. 359. num. 2.,*
& in rec. deciſ. 239. nu. 10. par. 19. tom. 1., *&*
deciſ. 649. num. pariter 10. eadem part. 19.
tom. 2.

Aſt longe diſtat præfatum æquitativum præſi-
dium juris offerendi ab avocatione poſſeſſionis
in ſaluiano, cum etenim Emptor nequiverit
mediante præfata jurium transfuſione plus obti-
8 nere, quam haberent in ſemetipſis Creditores
vulgato *Textu in cap. nemo poteſt de regul. jur. in*
6., *& in l. nemo plus 55. ff. eodem*, certum pro-
cul dubio eſt, quod nec iidem Creditores quo-
9 ties rem communiter obligatam coemiſſent
poſſent impedire jus offerendi, ad quod ſunt *Te-*
xtus litterales in d. l. cum poſterior 6. ff. de diſtract.
pignor., *& in l. prior 5. C. qui pot. in pignor. ha-*
bean. excepto caſu quo idem Creditor anterior
10 publica ſubhaſtatione facta ad inſtantiam Cre-
ditorum, tamquam tertius licitator rem ſibi
deliberari reportaſſet, ut ſolide tuentur *Feli-*
cian. de cenſ. lib. 2. c. 2. ſub num. 13., *Poſth. de*
ſubbaſt. inſp. 66. ſub. num. 27. Card. de Luca de
credito, & debito diſc. 165. num. 4., *& de empt.*
& vendit. diſc. 31. per tot., *Rot. coram Duran.*
deciſ. 445. n. 86. licet contrarium in ſuo caſu
11 tenuiſſe videatur *eadem Rota in prædicta Aſcu-*
lana juris offerendi 22. Martii 1688. §. Attamen,
& 4. Martii 1689. in princ. coram Reverendiſſ.
Hernault impreſſ. poſt Schettin. de jure offeren.
deciſ. 1. 2.

Stabilita itaque hac baſe competentiæ juris
offerendi, non relevare (ſubjungebat Eleono-
ra) quod hoc beneficium juris offerendi veluti
ab æquitate inductum, ac in ſolum ſubſidium
12 Creditoris poſterioris, locum in hodiernis cir-
cumſtantiis uſurpare non poſſet, ex non proba-
to caſu hujus ſubſidii, juxta luculenter deducta
in antecedenti deciſione diei 30. Ianuarii 1702.
§. fin. coram R. P. D. meo Priolo. Quoniam pa-
ternus aſſis, in eadem deciſione ſuppoſitus aſcen-
dere ad ſcuta 1200. ſuper quibus valuiſſet ea-
dem Eleonora ſatisfieri, in rei veritate mini-
me excedebat ſcuta 625. *Summar. Eleonoræ n. 7.*
proindeque deficiente contrario ſuppoſito, &
oſtenſo, quod Eleonora perſequendo hujuſmo-
di effectus hæreditarios adhuc creditrix reman-
ſiſſet in ſcutis 375. prout ex calculo evinceba-
tur, ad effectum coequandi ſcuta 1000. legata,
congruum omnino erat amplexari præfatam
æquitatem, ut ita valeret Eleonora conſequi il-
lud plus, quod præſeferre poſſent Domus, ac
Prædium diſtractum, ex jam allegata intrinſeca
13 ratione animativa, ſeu conceſſiva juris offe-
rendi, ut præter ſupra laudatos in §. *Et ratio*
ponderarunt quoque *Merlin. de pignor. & hypot.*
lib. 4. tit. 2. q. 53. num. 4., *Cruſius de jure offe-*
ren. tot. cap. 3., *Rot. coram Duran. deciſ. 445.*
num. 4., *& in Piſauren. juris offerendi coram Ca-*
latajn ſen deciſ. 197. num. 2. poſt Modern. Aſcu-
lan. ad Stat. Vrb.

Addito, quod ubi etiam fingenda, ſupponen-
dave foret vera, & realis importantia ſtatus pa-
terni hæreditarii in ſcut 1200., nihilominus
idem ſtatus evidenter remanebat diminutus in
plu-

pluribus partitis. Primo videlicet ex cauſa non-
nullorum localium conſtantium quantitatem
ſcut. 150. quę Pater ipſius Eleonorę alienave-
rat in præjudicium Lucretiæ ejus Uxoris; Secun-
do quia eadem Lucretia Creditrix erat ſcut.
200. pro totidem numeratis in dotem Urſulæ
Sororis Eleonoræ; certum namque erat, quod
14 dos communium filiarum detrahi debeat a
paterna prius hæreditate, quam a ſubſtantia Ma-
tris, ut per *Text. in l. ſiquis a liberis ſi mater ff.*
de liber agnoſc., *Altograd. conſ. 59. num. 2. &*
ſeqq. lib. 1., *Ruin. conſ. 199. num. 12. & ſeqq.*
lib. 2., *Peregrin. de fideicom. art. 42. num. 47.*,
Mantica de tacit. lib. 12. tit. 16. n. 28., *Card.*
de Luca de dote diſc. 142. num. 52., *Rot. deciſ.*
26. num. 8. & ſeqq. coram Duran., *& deciſ. 916.*
n. 11. & 12. coram Emerix Iun., *& in Romana*
fideicommiſſi de Goggis 4. Februarii 1699. §. Ete-
nim coram R. P. D. meo Pio.

Tertio detrahendum non minus indubitanter
erat creditum Aromatarii ſc. 85., & quarto de-
menda pariter videbatur alia quantitas ſc. 356.
una cum fructibus exſolvenda pro reſiduo dotis
debitæ Marito memoratæ Urſulæ Sororis. Quin-
to demum pro coronide, in diminutionem ejuſ-
dem aſſis paterni inevitabiliter aſcribi mereba-
tur portio conſucceſſionis partiendæ cum gemi-
nis maſculis fratribus Eleonoræ; lis namque,
etiamſi per hypotheſim adimi valuiſſet hujuſ-
modi ſucceſſio, ne aliàs frangeretur ſumma
legata ſcutorum mille, non erat tamen de-
neganda legitima conſcendens ad trientem;
Sorores quippe dotatæ, vel non poterant di-
15 minuere hanc legitimam, vel quod idem eſt
ſaltem eadem dos imputanda erat in earum ra-
to ſalvo remanente reſiduo pro maſculis, ut
poſt *Caſtrenſ. conſ. 286. alias 287. incip. quoniam*
fundamentum ſub num. 4. lib. 1., *Peregrin. de fi-*
deicom. art. 38. firmat *Rota poſt Merlin. de Legi-*
tima deciſ. 4. n. 7.

Ex oppoſito autem fratres de Ferrutis impu-
gnare ſatagebant audacter quodlibet jus offe-
rendi; Non etenim inficiabantur, quod quo-
ties quęſtio verſetur inter Creditorem anterio-
rem, & poſteriorem, anterior etiamſi a debito-
re, vel etiam a Judice receperit inſolutum ti-
tulo Venditionis extrajudicialis, aut judicialis
bona communis debitoris compellatur ſubire
onus juris offerendi, quia tunc verificantur ra-
tiones omnes æquitativæ militantes pro eodem
jure offerendi, nam Creditor non habet de quo
conqueratur dummodo recuperet totum credi-
tum, pro quo dationem inſolutum, ſeu ven-
ditionem judicialem, aut extraiudicialem ce-
lebravit, & e converſò poſterior habet ſola-
tium obtinendi rem ſibi oppignoratam pro illo
pluris, quod vel res valeat in ſe, vel per æſti-
mationem ejuſdem ſecundi Creditoris, quem-
admodum etiam, quòd nunquam pręſumatur
Creditor anterior rem in ſolutum obtentam, aut
coemptam acquirere voluiſſe ad effectum adi-
piſcendi diſcretum, & independens dominium,
ſed ad finem tantummodo confirmandi pro-
priam hypothecam ſemper ſubjectam illi alte-
15 ri æquitativo effectui iuris offerendi rema-
nenti penes ſecundum Creditorem, ut poſt
Text in l. cum poſterior ff. de diſtract. pignor. ob-
ſervarunt *Mareſcott. var. reſol. l. 2. cap. 56. n. 7.*,
& ſeq., *Poſth. de ſubaſth. inſp. 66. num. 37.*, *Rota*
poſt eum deciſ. 108. num. 2. & num. 21., *Sebet-*
tin de jur. offer. in præfat. num. 6., *& par. 1. cap.*
1. ſect. 2. num. 6., *Mart. Medic. deciſ. Senen.*
66. num. 62., *Rota in Aſculana Iuris Offerendi*
1688. coram Reverendiſſimo Hervault. apud Card.
Albic. de inconſt. in judic. dec. 12. la prima n. 3.
& in dicta Cornetana Iuris Offerendi 13. Maii
1702. §. Et in omnem caſum cor. R. P. D. meo Mu-
to, & in deciſ. hujus Cauſæ 30. Ianuarii 1702.
§. Et ſane coram R. P. D. meo Priolo.

Ac propterea ii Scribentes, vel Tribunalia,
quæ reputarunt non dari ius offerendi etiam in
terminis, in quibus Creditor anterior compa-
ruerit in publica ſubhaſtatione tamquam tertius
licitator ex adnotatis ſuperius *in §. Aſt longe*
circa finem mordicus fundati ſunt, ſive cenſuere
ex præſumptione mox enunciati *Textus*, quod ad-
hucCreditor hic exiſtimeturnoluiſſe revera indu-
17 ere pannos extranei Oblatoris, ſed potius confu-
giſſe ad calorē haſtæ judicialis animo impediendi
translationem pignoris ſui ad manus extraneas,
confirmandique idcircò propriam hypotecam,
quemadmodum perbelle ſe explicat *Sebettin.*
de jur. offeren. par. 1. cap. 3. ſect. 4. & ſeqq. Vinc.
de. Franc. dec. 69. n. 7. & ſeqq.

Cæterum quando ſumus in Emptore verè ex-
traneo, utique proſequendo terminos emptio-
nis factæ ſub haſta, nemo dubitavit, quod ter-
tio indifferenti Licitatori, ac deliberatio, in quo
neutra ex prædictis rationibus verificatur, ſed po-
tius bonorum libertas. & expeditio publici com-
18 mercii nullatenus applicentur iura loquen-
tia de iure offerendi ſicuti videre eſt apud
Sebettin. de jur. offeren. par. 1. cap. 3. ſect. 3. num.
6. & 7. & num. 22. verſ. igitur ſiſtit, *Card. de Lu-*
ca de empt. & vendit. diſc. 31. num. 4. & de cre-
dito, & debito diſc. 142. num. 6., *Rot. coram Bi-*
chio deciſ. 43. n. 9. & 10. coram Duran. deciſ.
445. num. 85. & in rec. deciſ. 186. num. 10. par.
13., *& in dicta Cornetana Iuris Offerendi 18.*
Novembris 1701. §. Contrariis coram R. P. D.
meo Muto.

Punctus itaque reducebatur ab examen,
utrum ea, quæ ſunt certiſſima in venditione
iudiciali extraneo facta, pari paſſu deambulent
in venditione extraiudiciali, circa quod nulla
videbatur ſuppetere poſſe differentia, cum ne-
que in venditione exraiudiciali applicabilis exi-
ſtat ulla ex præcitatis rationibus, congruenti-
bus dumtaxat perſonæ Creditoris anterioris,
non autem Emptoris extranei, quin etiam quan-
do Emptor, prout hic, emit cum pacto præ-
ciſo, ut ex integrali pretio dimitterentur Cre-
ditores repugnat contra hunc Emptorem pra-
cticari poſſe ullum remedium hypothecarium;

cx

Digitized by Google

19 ex abundè demonſtratis *in tract. de commerc. & mercat. diſc. 57. ferme per tot.*, & ſignanter reſpectu Salviani firmavit *Rota cor. Mantica deciſ. 42. num. 3. in fin. verſ. Præterea* & poſt *Pacif. de Salvian. deciſ. 290. num. 5. verſ. Nec ad rem facit*.

Dum igitur Emptor extraneus perfectum proculdubio intendit acquire dominium rei emptæ, & mediante conventa dimiſſione Creditorum anteriorum ſeſe tutum reddere ab aliorum creditorum moleſtationibus, & hypothecis, adeout contra ipſum nequeat exerceri Salvianum, quare permittemus, ut ceſſantibus in extraneo emptore omnibus, ut ſupra rationibus vigentibus erga Concreditorem, valeat hujuſmodi emptor inquietari per jus offerendi, cujus mater eſt hypotheca propriè tendens ad Salvianum contra Tertium, vel in con-
20 curſu cum Tertio Concreditore, contra ea quæ conclamat *Bald. conſ. 84. n. 5. vol. 3., Morot. de jur. offeren. n. 14. & 42. Sebettin. eodem tract. par. 1. cap. 3. ſect. 1. num. 17. & ſect. 2. n. 13. Rota coram Bichio dicta dec. 43. n. 7. & 19. & in dicta dec. 6. num 15. poſt. Card. Albic. de incon l. in judic. cum aliis in dec. hujus Cauſæ diei 30. Ianuar. 1702. §. Sed. præmiſſa in fin. coram R. P. D. meo Priolo*.

Denique æquitati, in qua fundatur, ut pluries diximus, jus offerendi, ubi tractatur inter Creditorem anteriorem & poſteriorem major profectò (uti ſubdebant Fratres de Ferrutis) æquitas opponebatur, quia cum Emptor extraneus non ideo emat, ut ullam confirmet hypothecam, aut ſolummodo recuperet pretium remque emptam dimittat, ſicuti conſiderabatur in Creditore anteriore, qui nunquam remanet læſus, quoties ſuum creditum, & ſatisfactionem aſſequitur, ſed idem Emptor extraneus ad ad hujuſmodi contractum deveniat conſtipatus clara conſtitutione Imperatorum Valentini,
21 Theodoſii, & Arcadii *in l. dudum C. de contrahen. empt.* ad gravem injuriam referente, ſi quis nulla ſpeciali prohibitione concurrente impediatur res proprias vendere, ac diſtrahere, ut ita Extranei ab emptore removeantur, utique nimium dura ſervitus eſſet, quod hujuſmodi Emptor ſub omnimoda bona fide tutus non eſſet in ſuo contractu, licèt pro majori ſecuritate pretium exburſandum convenerit Creditoribus adeout in grave præjudicium Reipublicæ, dominia quotidiè verſarentur in incerto
22 cumque nemo fermè ſit, qui vendat propriam ſubſtantiam, & non exiſtat aliquali ære alieno gravatus, facile daretur caſus, quod pro parvo credito (iura namque non diſtinguunt) ſortiente hypothecam expreſſam, vel tacitam, poſſent magna Palatia, ingentes tenutæ, & ſimilia avocari per jus offerendi ab Emptoribus, quo nihil abſurdius, & maximè per integrum
23 ſpatium 30. annorum, per quod dumtaxat jus offerendi præſcribitur, ex uno ore firmatis per *Sabell. reſolut. 21. num. 34. Sebettin. de jur. offeren. par. 1. cap. 3. ſect. 1. num. 66. & ſect. 4. ſub num. 16. & num. 50. de Marin. reſol. lib. 2. cap. 157. n. 3., Neguſan. de pignor. par. 5. membr. 3. par. 1. num. 52. Maſtrill. dec. 78. n. 2. Ottob. dec. 115., Theſaur. dec. 157. num. 3. Franch. dec. 69. n. 12. Rot. coram Bichio deciſ. 43. n. 14., & in Narnien. Iuris offerendi poſt Card. Albic. de Inconſt. in Iudic. dec. 6. n. 13., & in ſæpe laudata Cornetana juris offerendi 18. Novembris 1701. §. Potiſſime in fin. & 13. Martii 1702. §. Poſito autem coram R. P. D. meo Muto*.

Etſi tam facile ſupperet arbitrium poſterioribus Creditoribus fruſtra privilegii fimbrias dilataſſent Statuta concedentia iura retractuum favore Agnatorum, Inquilinorum, aut Vicinorum, ac etiam Creditoribus cenſuariis, melior quippe foret conditio cuiuslibet Creditoris indifferentis, & in parva quantitate, ſi per ius offerendi nanciſceretur, quod præcitatæ perſonæ conſequantur ſub ſynunimo in effectu titulo prothomixeos, aut retractus; immo prælatio tributa Creditori cenſuario, non foret exiſtimanda tam exorbitans, ut Scribentes concluderent quod in hac parte Conſtitutio *ſa. me. B. Pii V.* locum non habeat extra Statum Eccleſiaſticum,
24 ut poſt *Navar. in Convent. de uſur. num. 106. verſ. tertio & num. 108., Molina de contract. tract. 2. diſp. 390. num. 8. poſt medium, Spad. conſ. 159. num. 1. & per tot. lib. 3.*, alioſque, *Rota in Æſina retractus 10. Ianuarii 1701. §. Iam enim coram Me*.

Ad *Textum* vero, qui magis ſtringere videbatur *in l. cum prior ff. de diſtract. pignor.* reſpondere conabantur iidem Scribentes pro Ferrutis, quod cum Papinianus ibidem minime explicet an totum integrale pretium fuerit in effectu
25 Creditoribus anterioribus exburſatum, & an eæ præciſa conventione Emptor ſibi caverit, quod pretium a ſe exburſandum integre pariter numeraretur Creditoribus anterioribus, hinc quicquid ſuppoſuerint reſpectu pacti citra expreſſionem ejuſdem *Textus Card. Mantic. de tacit., & ambig. lib. 11. tit. 28. num. 4. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. quæſt. 43. num. n. 15.* cum aliis apud *Sebettin. de jur. offeren. par. 1. cap. 3. ſect. 3. n. 11.*

Adhuc ſtabat in contrarium *deciſio Vincentii de Franchis la 134.* ubi *ſub num 2. dicit, ſimiliter quando quis a debitore rem pignoratam emit, & pretium ejuſdem rei ſolvit, pacto adjecto, ut priores Creditores dimittat, & dimiſſi ſunt, erit hic Emptor ſecurus a ſecundis Creditoribus, de hac eſt Text. in l. penult. Cod. de his, qui in prior. Creditor. &c.* eumdemque Præſidem *de Franchis* loqui etiam ultra terminos puræ retentionis, ſed in propoſito quoque juris offerendi cum animadverſione ad *dictam l. cum prior*, palam apparebat *ſub num. 8.*, & conciliando quando pretium non fuerit integraliter ſolutum Creditoribus anterioribus Scribentes prædicti pro Ferrutis ſeſe referebant, ad tradita in *prædicto diſc. 57. n. 5. 13. & per tot. de commerc. & mercat.*

Præ-

Præmaximum autem (ſicuti ſuperaddebat)
diſcrimen intercedit inter pretium, quod præ-
ter pactum Emptoris pervenerit ad manus Cre-
ditorum anteriorum, etiam ex intentione ha-
bita ab initio per Venditorem, aut alias ex vo-
luntate ſuccedente, ut indicant illa verba *di-
cta leg. cum prior, etiam quod ad alium Creditorem
de nummis eius pervenerit*, & ſupponit *gloſ. in di-
cta l. cum prior verb. denao ff. de diſtract. pignor.*,
ac inter pretium numeratum Creditoribus an-
terioribus ex præciſa lege, pacto, & conven-
tione ipſius Emptoris, quia in hoc ultimo caſu,
non erat difficultas, quod Emptor ſuccederet
in jura anteriorum Creditorum, ex pacto de
ejus pecunia dimiſſorum, proindeque idem
26 Emptor efficeretur ſecurus a moleſtationibus
aliorum Creditorum; Reſpectu autem ante-
cedentis, ſive primi caſus, non modica ſupe-
rerat amaritudo, quia licet aliqui opinati fue-
rint, quod ſufficiat, pecuniam quomodolibet
deveniſſe ad manus Creditoris anterioris, ni-
27 hilominus penes ſcribentes, & Tribunalia
triumphavit opinio contraria juxta ea, quæ
habentur apud *Apont. conſ. 87. lib. 1., Merlin. de
pignor., & hypot. lib. 4. tit. 2. quæſt. 44. nu. 27.,
Cardin. de Luca de empt., & vendit. diſc. 21.
num. 10., & de credit. diſc. 1. num. 4. 6. & 10.,
Carol. Ant. de Luca ad Franc. obſer. 134. n. 1.
& 2., Rot. decis. 324. a num. 22. ad 29. par. 11.
& deciſ. 259. num. 3. & ſeqq. par. 14. rec., &
in Æſina Salviani 20. Novembris 1665. §. Nec
immiſſio & ſeqq. confirmata 4. Iunii 1666. co-
ram Bevilaqua, & in Romana Salviani 19. No-
vembris 1666. §. Præterea coram Eminentiſſimo
Cardinali Carpineo.*

Superato, ut ipſi Fratres opinabantur, prio-
ri objecto ſuperfluum reputabant deſcendere
ad diſcurſum ſubſidii. ex abundanti tamen ſug-
28 gerebant, quod poſita neceſſitate in Eleonora
juſtificandi hujuſmodi ſubſidium, de quo *Rot.
in dicta Cornetana Iuris offerendi 20. Martii 1699.
§. Nec turbat coram R. P. D. meo de la Tre-
moille, alias in noviſſima impreſſione poſt Schettin.
de jure offer. deciſ. 6. num. 31.*, & eſt vulgaris
practica, & theorica in terminis quotidianis
ſubſidiarii remedii *Auth. res quæ Cod. commun.
de legat.* ſubnectebant perperam controverti
ſtatum hæreditarium Auguſtini Patris ejuſdem
Eleonoræ in ſc. 1200., quoniam æſtimatio, a
qua per præfatam Eleonoram deſumebatur mi-
noratio, nuperrime prodierat *de menſe Novem-
bris* lite pendente in hac ultima, ſive tertia in-
ſtantia, nemine penitus citato, unde non me-
29 rebatur in aliqua prorſus haberi conſideratio-
ne, teſte *Grat. diſcept. for. cap. 529. num. 29.
& 30. Rota coram Cerro deciſ. 448. num. 3. & 4.,
coram Dunozet. jun. dec. 686. n. 9., & coram
Priolo dec. 430. n. 8.*

Potiſſime quia e converſo, præcedens va-
lutatio approbata *in deciſione R. P. D. mei Prioli*
promanabat a geminis Inſtrumentis, quæ in-
ſtante Lucretia matre Eleonoræ, proſilierant
de anno 1687. ante ullam pendentiam hujuſce-
modi litis; Ideoque omnia impellebant, jura
quod hiſce binis æſtimationibus, & Inſtrumen-
tis inſtante Genitrice exaratis libentius ſtandum
foret, cum ipſa Lucretia principale foveret
intereſſe, & eſſet legitima Actrix, ſeu Con-
30 tradictrix ratione ſuæ dotis recuperandæ
ad hoc, ut ſtatum juridice firmaret contra
omnes ad *Text. in l. ingenuum ff. de ſtat homin.*, tra-
dita per *Ruin. conſ. 172. num. 13. vol. 1., Surd.
deciſ. 289. num. 17. Rot. deciſ. 903. num. 2. co-
ram Emerix Iun., & in Romana Officii 4. Martii
1695. §. Cæterum coram R. P. D. meo Caprara*,
& in ſpecie *Card. de Luca de hæred. diſc. 25. n.
3. & in rec. dec. 202. n. 11. par. 11.*

Quin obeſſet ſubalterna defalcatio elicita,
ut ſupra per Eleonoram a quinque partitis,
quia illa concernes primam, & ſecundam ſub-
ductionem vigore jocalium, quæ dicebantur
alienata per Auguſtinum in valore ſc. 150. &
ſchedulæ, ſeu *pagherò* ſc. 100. utpote perſolutæ
in cauſam Vrſulæ filiæ, & reſpective ſororis
Eleonoræ, aliunde non evincebantur, quam
ex cruda enunciativa emiſſa per ipſam Lucre-
31 tiam in redditione rationum ſuæ aminiſtratio-
nis tutelaris, quando nihil magis familiare eſt,
quam quod enunciativa non probet favore enun-
ciantis, niſi aliunde fuerit ſuffulta. ſive juſtificata,
*Surd. deciſ. 104. n. 2. & 3. & deciſ. 31. n. 20.,
Adden. ad Gregor. deciſ. 149. num. 6., Rot. poſt
Modern. Aſculan. ad Stat. Vrbis deciſ. 60.
n. 11., & coram Emerix jun. dec. 1188. n. 13.
& deciſ. 1237. num. 9.*

Eoque certius, quia reſpectu jocalium illa
præſumi poterant plenarie reſtituta, dum Au-
guſtinus legaverat favore uxoris *un crenzone aſ-
ſieme con le ſue gioje Summario Eleonoræ n. 1.*, &
tam quoad hanc partitam, quam quoad alteram
ſc. 100. aderat ordo deponendi prætium volitum
a Fratribus de Ferrutis ipſorum *Summario num.
1. in fine*, quapropter præſumebatur, quod Lu-
cretia, vel non foret vera Creditrix iſtarum par-
titarum, vel remanſerit plene ſatisfacta, maxi-
me dum nullibi de inſatisfactione conqueſta eſt,
& ad Eleonoram non pertinebat allegatio Cre-
diti alieni, vulgato Axiomate *Tua non intereſt.
32 &c.* præſertim ad effectum agendi, & impu-
gnandi ſtatum ab ipſa Lucretia non reprobatum,
ut inquit. *Pacion. de prob. l. 1. cap. 7. n. 70. & ſeq.
Surd. conſ. 1. num. 84., Rot. coram Gregor.
deciſ. 415., ibique adden. num. 6., & coram
Peutingerio dec. 333. num. 7.*

Quoad creditum Aromatarii quæſtio erat de
paupere regno ſc. 85. 50. non infringens moti-
vum ſubſidii, ultra quod etiam deſcendebat,
ſive originabatur poſt mortem Auguſtini; Et
circa quartam partitam crediti Sanctis Mariti
Vrſulæ, aderat actuale depoſitum expletum
ab ipſis Fratribus *dicto Summario eorumdem nu. 1.
in fine* ſicque contra idem depoſitum ſi quod
aderat, exercenda erat actio, ex *Textu in l.
33 acceptam Cod. de uſur.*, ibique notatis per

Gloſſ.

Gloſſ. verb. acceptam , verb. tolletur , & in princ.
in tract. de commerc. & mercat. diſc. 68. n. 2.3.
& per tot., & per Rot. in Bononien. Manuten-
tionis 22. Martii 1683. §. Nec eius concurſu ,
& §. ſeq. coram Rondinino .

Poſtrema tandem partita figurata ex conſuc-
ceſſione Fratruum Eleonoræ, mærebatur omit-
ti , quia non ſolum totum id , quod ex hoc ti-
tulo , ſive ſucceſſionis , ſive legitimæ iidem
Fratres recuperaſſent , non poterat non tendere
ad diminutionem legati paterni exarati ad favo-
rem ipſius Eleonorę; quamobrem ſi ex una par-
te decreſcebat ſtatus Auguſtini , decreſcebat &
altera legati . Verum ceſſabat in radice quæli-
bet anſa ambigendi , quia cum iidem Fratres
Eleonoræ prędium , ac Domum diſtraxiſſent in
eos de Ferrutis , utique contra quamcunque
prætenſionem memoratorum Fratruum Eleo-
34 noræ obſiſtebat quotidiana exceptio evictionis,
ſive regulæ *quem de evictione tenet actio* , ut in
ſimili *Caſtald. conſult.* 181. *n.* 4. *& conſult.* 90.
n. 1. *&* 2., *Rot. Lucen. decíſ.* 227. *num.* 34.
inter recollect. per Palm. nep., *Rot. decíſ.* 360.
num. 26. *par* 17., *& deciſ.* 393. *num.* 8. *par.* 19.
recent., & alibi paſſim .

Hucuſque gradiebatur conflictus inter Colli-
tigantes , aſt DD. inanes declinando quæſtiones
ubi neceſſitas non urgeat aſſumendi magiſte-
rium Tribunalis parum adhæſere primæ excep-
tioni ad ſenſum tunc ſuffragantium perpenſæ *in*
deciſ. R. P. D. mei Prioli , in hodierna repro-
poſitione reaſſumptæ , ſuper abſtracta incluſio-
ne juris offerendi , ſed pro confirmatione ſen-
tentiæ Rotalis ejuſdem *R. P. D. mei Prioli* tan-
quam cor unum proceſſerunt , ex certo certius
innegabilibus fundamentis : Primo videlicet
quia ponderatis omnibus circumſtantiis , res
non carebat magna ſuſpicione ęmulationis, ven-
ditionem enim pręcedenter impedire tentave-
rat Lucretia Mater , qua a Judice excluſa pro-
dierat in ſcęnam filiæ Eleonora ſine pecuniis;
Bona cęteroquin vendita extiterant pro juſto
pretio , adeo ut illorum pars æſtimata per Peri-
tos juxta conventionem in ſc. 1100. vendita re-
manſerit pro ſc. 1200., quibus omnibus jun-
gendo non difficilem aliunde ſatisfactionem
controverſi legati , ſive motivum ſubſidii ſe-
cundum ſuperius inſinuata , & mox retexenda
manibus contrectabatur , quod non niſi ad ęmu-
lationem , non vero ad aliquod jus , intereſſe,
vel commodum recipiendum, intentabatur præ-
ſidium Juris offerendi per Eleonoram ſub Matre
35 viventem nec obulum in ſua poteſtate haben-
tem ; Palpata autem evidenti æmulatione ſem-
per legibus inimica per *Text. in l. opus ff. de*
oper. publ., & tradita per *Menoch. de arbitr.*
lib. 2. *caſ.* 156. *num.* 3. *& ſeqq.* neque etiam
jura permittunt , quod quis circa propriam ſub-
ſtantiam uti valeat naturali libertate nedum
36 perſequi rem alienam , ſeu in alium legitime
tranſlatam , ſicuti in propoſito naturalis liber-
tatis altius tollendi proprium ædificium , quo-
ties aliqua legalis , vel conventa ſervitus non
obſiſtat , paſſim in ſpecie æmulationis canoniza-
runt *Capon. diſcept.* 371. *num.* 6. , *Gaill. ob-*
ſervat. 69. *num.* 16. *lib.* 2., *Sperell. dec.* 55. *n.* 22.,
Rota deciſ. 272. *num.* 2. *par.* 19., *in Tarentina Fa-*
bricæ 25. *Iun.* 1694., *§. Aſſiſtit verſic. dummodo ta-*
37 *men coram R. P. D. meo Pio* & in Synonimis
terminis retractus approbavit poſt *Card. de Luca*
de ſern. diſc. 79. *num.* 2., *Merlin. deciſ.* 437. *n.* 33.,
& ſeq. eadem Rot. in Romana Prælationis 28. *Ia-*
nuarii 1692. *§. Quatenus vero coram clar. mem.*
Card. Cavallerino impreſſ. poſt. Corrad. de iur.
prælat. dec. 11.

Secundo quoniam (& hoc augebat palpabili-
tatem æmulationis) recte remanebant in hære-
ditate paterna juxta ſuperius ſolide demonſtrata
per Fratres de Ferrutis , & a Dominis approba-
ta ſc. 1200., & ultra , ex quibus Eleonora va-
lebat undique ſatisfieri de ſuo legato ſc. 1000.
unde firmo remanente , quod jus offerendi ſal-
tem in his terminis exiſtat ſubſidiarium , nequi-
38 bat admitti Eleonora ad hujuſmodi ſubſidia-
riam actionem ſicuti tetigimus incedendo cum
paritate , vel fortioritate terminorum , *Ar-*
thent. res quæ ex ductis per *Molin. de Primog.*
Hiſpan lib. 4. *cap.* 6. *num.* 15., *Peſar. de Sublit.*
quæſt. 531. *num.* 119. *& ſeq.*, *Conſil. ad Peregrin.*
de fideic art. 32. *verſ. ſed obſ ru. Carol. Anton.*
de Luc. in obſervat. ad Franc. deciſ. 519. *num.* 3.
Rot. deciſ. 43. *num.* 3. *coram ſan. mem. Alexan-*
dro VIII. cum aliis *in Romana Pecuniaria* 28.
Iunii 1702. *§. Aſt ſuperlative , & §. Quod ſi ea-*
dem cum ſeqq. coram Me .

Tertio tandem conſideratum fuit , quod in
hodierna diſceptatione tractabitur non jam de
creditore vere oneroſo , qui lugere contendat
quanto minus fieri poterat deperditionem pro-
prii Crediti , ſed agebatur de Legataria confo-
vente cauſam potius lucrativam , itaut quando
etiam eadem Cauſa poſſet deflectere in corre-
ſpectivam ratione tituli dotalis , ſemper conti-
nebat largitionem Defuncti , quapropter cum
non daretur ex parte informantium pro Eleo-
nora ulla doctrina , quæ tangeret hujuſmodi ar-
39 ticulum Legatarii pretendentis jus offerendi
contra tertium bona fide Emptorem , durum
videbatur extorqueri poſſe ad illius favorem,
hoc beneficium , licet enim circa nimiam ex-
traneam queſtionem aliquid differat in propoſi-
40 to legati , *Ludovic. Morot. de jur. offer. n.* 67., &
competat Legatario quędam tacita hypoteca
n ſi ſit legata ſpecies , quia tunc tranſit etiam
dominium , nullo tamen pacto valet hæc tacita
hypotheca legati in ſe lucrativi , officere Em-
ptori ſubingreſſo in jura Creditorum vere hypo-
tecariorum , ex quo hypotheca expreſſa immo,
41 & jus Chirographarium Creditorum Legantis
ſemper antefertur Legatariis , cum ii nonniſi
deducto prius ære alieno veniant ſatisfaciendi, ut
generaliter tradiderunt *Scribentes in l. univerſæ*
D. de legat. Camarell. de legat. lib. 5. *caſ.* 8. *n.* 2.,
Gratian. diſcept. for. cap. 998. *num.* 1., *Rota coram*

Cero ..c. 241. *num.* 12. *poſt Modern. Aſcman. ad Stat Vrb. deciſ.*26. *num.*25., & bene ponderavit
42 *dec. R. P. D. mei Prioli* §. *Sed præmiſsa*, & in ſpecie etiam legati dotis, vel etiam alimentorum per *Textum in l. ſcimus antea C. de inoffic. Teſtam.* adnotavit *eadem Rota deciſ.* 778. *num.* 2. 3., & 4. *par.* 18. *recentior*.

Cum itaque Eleonora appareret deſtituta ſpecialitate ullius doctrinæ, & conflictaretur in concreto ſaltem a tot in unum coaleſcentibus fundamentis, ſuperfluum viſum fuit quarto loco ponderare, quod nec Eleonora de præſenti veſtire poterat indumenta veræ Creditricis ad agendum hic, & nunc pro ſuo legato, cum illud concerneret diem, & effectum incertum, & conditionalem ſcilicet *ad effetto di Monacarſi,*
43 *o Maritarſi* præcipue dum idem legatum ſc. 1000. valebat juxta conditionem incerti futuri Viri minui, vel augeri, prout punctualiter habetur penes *Merlin. de legitima lib.*3. *tit.*1. *quæſt.* 8. *num.* 66. *ſub verſ. ſed hoc etiam*, *Rota coram Cavaler. deciſ.* 162. *num.* 2. *verſ.*2. Proindeque multo minus Eleonora Creditrix incerta, & conditionalis potuit admitti ad hoc extraordinarium jus offerendi, quando nec de rigore admitti poterat ad ſimpliciter agendum ante diem, & ante adventum conditionis reſiſtente regula *Text. in l. cedere diem ff. de verbor.*, & *rer.*
44 *ſignificat.*, & *in* §. *Ex conditionali inſtit. de verbor. obligat.* quam exornant *Modernus Lucenſ. conſult.* 102. *num.* 10., & 11., *Andreol. controv.* 180. *num.* 4., & *ſeqq.*, *Rot. poſt Zacch. de oblig. Cameral. deciſ.* 18. *num.* 1. 2. & 3.

In nihilo refragante, quod legatum hujus dotis proſiliit a Patre, ideoque aſſumere poſſet cauſam legitimæ ſtatim debitę poſt mortem ejuſdem Patris, quoniam ſi huic quarto poſteriori fundamento, opus ex abundanti fuiſſet inhærere, non diſplicebat forte reſponſio quod non ſolum Eleonora minime uſque dum declaraverat, neque Teſtator reliquerat idem legatum ſive tacite, ſive expreſſe in ſortem legitimæ, ſed hoc etiam admittendo, in aſperiorem anfractum incidiſſet Eleonora, ex quo ratione legitimæ non relictæ ſaltem virtualiter per clauſulas *jure inſtitutionis*, vel *pro omni & toto*
45 *eo &c.* jura authumarunt ſolum competere pro legitima non relicta conditionem ex lege, abſque alio deſcenſu ad hypotecariam ex formiter diſputatis per *Merlin. de legitim. lib.* 5. *tit.* 4. *quæſt.* 1. *ſub. n.* 3. *verſ. attamen*, *Card. de Luca de legitim. diſc.*26. *num.*10., *Rot. coram Royas deciſ.* 455. *num.* 6., & *coram Bichio deciſ.* 168. *num.* 8.

Et ita in hac de cætero nimium apud Scribentes involuta materia, ac ferme ad metaphyſicam redacta, & in hordierna novitate caſus, reſolutum fuit utraque &c.

GIENNEN. JURISMUTANDI SUPER AGGRAVATORIA.

Lunę 11. *Decembris* 1702.

ARGUMENTUM.

Annalis permanentia non dicitur ephimera, vel momentanea, cum ephimereitas ex ſui ſignificatione unum, vel alterum diem minime prætergrediatur, ideoque incurſa non dicitur mora, ſive contumacia propter annalem paritionem. Declaratoriæ, ſive aggravatoriæ ubi ceſſent. Excommunicatus licet comparere nequeat in Judicio, neque Beneficium obtinere valeat, id tamen fallit ſi in Judicio veniat nedum tanquam reus, ſed tanquam actor contendendo ſe vel eſſe abſolutum, vel abſolvendum.

SUMMARIUM.

1 *In cenſurarum abſolutionibus quę Cauthelę de more ſolent adhiberi.*

2 *A Carceribus aufugiens, ac exilium frangens propter recurſum ad Principem, ſive S. Sedem non eſt rigoroſe puniendus.*

3 *Permanentia ephimera, vel momentanea, non prętergreditur unum, vel alterum diem.*

4 *Regula de annali concedit titulum intruſo, & injuſto poſſeſſori.*

5 *Mora, & contumacia perdurare non valet propter annalem paritionem.*

6 *Per cenſurarum fulminationem nil aliud Sac. Canones intendunt pie, & indulgenter obtinere, quam reſipiſcentiam, & obtemperantiam contumacis.*

7 *Declaratoriæ, & aggravatoriæ ad parendum aſſignatæ ceſſant, ſi quis pareat mandatis, & ad illa ſervanda pronum ſe monſtret.*

8 *Quod etiam procedit in gravatoria prophana, quæ datur ad unicum effectum parandæ obedientiæ.*

9 *Excommunicatus audiri nequit in Judicio inſtantiam aliquam promovendo, neque beneficia obtinere valet.*

10 *Legis ſive Judicis fine adimpleto aliud non curatur, etiamſi impleatur per æquipollens.*

11 *Excommunicatus comparere quoque valet in Judicio nedum tanquam reus, ſed etiam tanquam actor, contendendo ſe vel eſſe abſolutum, vel abſolvendum.*

12 *Contra deficientes intereſſentię actualis ſervitii Sac. Conc. Trid. opportuna medicamina ſubminiſtravit.*

13 *Excommunicatio eſt pœna aliarum quarumcumque pœnarum maxima, & animæ afflictiva.*

DECISIO CCLXIII.

ZELO zelaverat Reverendiſſimus Epiſcopus Giennen. in ſæculo *Antonius Brizeza y Salamanca*, quod in vim ſupra ſæculum obten-

tæ

tæ ab ejus prædeceſſoribus rei judicatæ Rotalis, Canonici, cæterique Beneficiati, ſive inſervientes Eccleſiis inſimul unitis, nimirum Giennen., & Baecen. ad providam ejuſdem, ac pro tempore Antiſtitis ordinationem, & regulatum arbitrium poſſent, & quandoque (ratione ſic exigente) deberent transferri ab una ad alteram Eccleſiam omnino libere, ſive abſque alia cauſæ expreſſione, ſecundum ea, quæ ad terminos ejuſdem rei judicatæ fruſtra repugnante Capitulo fuerant demonſtrata iu *Decisione nuncupata Giennen. Iuriſmutandi*, quæ in majorem confirmationem, ac declarationem ſupra nominatæ rei judicatæ prodierat ſub *die 20. Februarii 1699. coram Me*; quæve hodie inter *meas* habet impreſſas *in ordine la* 76. fuitque poſtmodum ſemper confirmata, ut *coram R.P.D. meo Priolo ſub diebus* 11. *Februar.* 1704., *&* 20. *Martii* 1705. ac etiam in aliis.

Verum quia in fractione panis dignovit, atque comperiit extare in facto plures refractarios, tam ipſius ordinationibus, quam noſtris Rotalibus, ſive potius Apoſtolicis mandatis inſtitit nominatim contra eoſdem particulares in obedientes pro conſequenda declaratoria Anathematis, ſive excommunicationis, cum qua coercentur, ac reducuntur ad debitam obedientiæ viam conſimiles contumaces, idque fuit aſſequutus pariter *coram Me ſub die* 3. *Aprilis ejuſdem anni* 1699. perdurante nihilominus pervicacia ſuccumbentium ad ulteriorem Reverendiſſimi Epiſcopi reclamantionem *Domini* manus aggravaverunt tranſeundo ad alia canonica remedia ſtabilita per Sacros Canones *in cap.* 2. *de Cleric. & excomunicat. adminiſtrant.* quemadmodum videre eſt, in altera mea *deciſione* publicata *ſub die* 7. *Maii* 1700. *ſuper hac agravatoria*.

Inter hos autem aſſertos pervicantes percuſſo Bernardo Canonico, is habito particulari recurſu ad Signaturam Juſtitiæ reportavit in ea reſcriptum - *Ad Rotam* - Quæ obſequens de more hujuſcemodi reſcriptis, & conſequenter præciſius inquirens de ejuſdem Canonici Bernardi paritione, & obedientia, licet prima vice videlicet ſub *die* 12. *Decembris* 1701. diſtuliſſet ex cauſa diſcrepantium ſuffragiorum reſolutionem, hodie tamen iterum in ſuis viſceribus introſpecto negocio cenſuit - *conſtare de ſufficienti* - ſæpius memorati Bernardi Canonici *paritione*. Quapropter & ego priuſquam deveniretur ad effectivam captæ hujus reſolutionis expeditionem non dubitavi temporaliter abſolvere ab excommunicatione, in quam inciderat in vim declaratoriæ, de qua ſupra, eundem Bernardum non minus in honorem Feſtivitatum Sacroſancti Natalis Numinis ac Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſalutis humanæ Reparatoris eo tunc occurrentium, quam obſequendo eidem reſolutioni quamtumvis non adhuc expeditæ, & perconſequens ſenſui inclinativo *Dominorum*, modificando tamen eandem abſolutionem ſub commminatione *Reincidentiæ* in eandem excommunicationem, quatenus poſtea Sacrum Auditorium ſententiam (novis ſupervenientibus judiciis, ſeu fundamentis) immutaſſet juxta ſtylum, & cauthelam de more adhiberi ſolitam in
1 conſimilibus caſibus, & abſolutionibus a cenſuris prout liquet poenes *Pignatell. conſult. canonic. tom.* 2. *conſultat.* 59. *num.* 24., *Gaſpar. Hurtad. de excommunicat. diſput.* 14. *difficultat.* 3. *num* 13., *del Bene offic. S. Inquiſition. par.* 1. *dubitat.* 67. *a num.* 7. *ad ſeqq.*, *Mend. in Bull. Cruciat. diſputat.* 25. *cap.* 1. *ſub num.* 23., *Rot. deciſ.* 1. *de ſentent. excommunicat. cor. Cæſar. de Graſſ.*, *deciſ.* 9. *num.* 2. *eodem tit. in nov. deciſ.* 237. *num.* 6. *coram Mantic. deciſ.* 166. *num.* 2. *coram Merlin. & dec.* 1533. *la ſeconda per tot. coram Coccin.*

Cauſa, quę impulit *Dominos* ad reſcribendum *conſtare de ſufficienti paritione* extitit ex quo, licet diſcriminando tempora actuum, quos adducebant informantes pro Epiſcopo, appareret, quod poſt relaxatam a Sacra Rota Declaratoriam, Bernardus quidem ſeſe contulerat *de menſe Ianuarii* 1700. ad reſidentiam in Eccleſia Baecen. ſed tantummodo per viam Ephimeræ paritionis, proindeque hoc primo gradu conſiderato, juſte devenerit Tribunal ad comminationem præfatæ aggravatoriæ decretæ *ſub die* 17. *Maii* 1700. *cor. Me* ex rationibus inibi allatis, & inutiliter non tranſcribendis.

Attamen cum eadem Aggravatoria non fuiſſet illi intimata niſi *de menſe Iunii* 1701. de quo tempore pro negociis, & litibus Capituli ad Sacroſanctam hanc Urbem perventus inibi commorabatur, dubio procul hujuſmodi adventus ſive etiam recurſus eum ſanabat ab omni decadentia in contumaciam, cum prætermiſſo etiam ſupradicto titulo procuratorio Capituli, ipſemet recurſus ad Principem, ſive S. Sedem illum eximeret, ac purgaret ab omni inobedientia, quemadmodum in durioribus etiam terminis criminalibus de aufugiente a carceribus,
2 ac de frangente exilium cum ſimilibus habetur. *Iacob. de S. Georg. in l.* 1. *num.* 9. *E. de ſeru. fugit. Capoll. in. l. quid ſit furitivum in princip. num.* 21, *ff. de fidelit. edict. Honded. conſ.* 94. *n.* 423. *vol.* 2. *Vermigl. conſ. crim.* 325. *num.* 4., *Menoc. de Arbitrar. caſ.* 301. *num.* 17., *Farinacc. in prax. Crimin. quæſt.* 30. *num.* 171. *de Angel. de delict. part.* 1. *cap.* 27. *num.* 13., *Caren. de offic. S. Inquiſit. part.* 2. *tit.* 17. *num.* 77. *Guazzin. ad defenſ. Reor. defenſ.* 5. *cap.* 4. *num.* 13. *de Angel. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 6. *ad fin Raynald. in prax. rer. crimin. ad Bannim. Bonon. tom.* 1. *cap.* 3. §. 2. *ad* 6. *num.* 91. *pag.* 261.

Abſque eo quod hujuſmodi adventus ad Urbem arguibilis eſſet tamquam fortaſſe callidus & affectatus, quoniam ſatis ſufficienter effulgebat de contraria potius intentione, ex quo poſt declaratoriam contra eum inflictam Bernardus effective paruerat rotalibus præceptis, & conſequutivæ juſſioni ipſius Epiſcopi perſi-

ſtendo in Civitate Baecen. per annum, & ultra
videlicet a die 20. *Aprilis* 1700. uſque ad
menſem *Iunii* 1701. ut ex *Summario ipſius Epiſ-
copi num.* 2. *&* 3. unde ſaltem poſt declaratoriam liquebat de tali reſidentia facta in Civitate
Baecen., quæ certo certius dici nequibat ephimera, aut momentanea ſive negatoria, cum
reſidentia ſupra annum excluderet (ut ita dicamus) hanc ephimereitatem, quæ ex ſui ſignificationem non prætergreditur unam, vel
3 alteram diem, ut notat *Vocabularium Florentinum* verbo *Efimera*, & e converſo includeret, &
patefaceret animum obtemperandi, ut de ſe
patebat ad ſenſum, & faciebat in fortioribus
regula de annali, quæ ſi uſque pertingit ad concedendum titulum injuſto Poſſeſſori *Felin. in
4 cap. in noſtra num.* 33. *de Reſcript. Lotber. de re
beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 52. *num.* 39. *& per tot.
Rot. diſceſſ. deciſ.* 292. *num.* 6. *coram Dunozzet.
Senier. deciſ.* 289. *num.* 28. *part.* 9. *Recentior., &
deciſ.* 423. *num.* 6. *part.* 19. multo magis videbatur applicabilis ad eum excuſandum a mora,
& contumacia perdurare non valente poſt quam
per annalem paritionem virtus injuncti præcep-
5 ti de reſidendo prorſus extincta remanſerat. atque conſumata, ut ad rem obſervant. *Abbas
in cap. quærenti col.* 2. *infin. Ibique Felin. columu.
final. cæterique Canoniſtæ de offic. delegat.. Bartol. in lib. Quod ſi ff. deſolution. &* in conſil. 181.
num. 1., *Gratian. diſcept. forenſ.* 226. *n.* 37. *tom.* 2.
Menob. de retinend. poſſeſſion. remed. 3. *num.* 819.,
Salgad. de reg. protect. part. 4. *cap.* 14. *num.* 224.
*verſic. quando executoriales ſem l rant effectuatæ,
& affectus earum duraverat anno Rot. deciſ.* 334.
per tot. coram Puteo.

Quin relevaret quod hæc obedientia jam facta per annum, & ultra per Bernardum in Civitate Beacen. parum ipſi ſuffragaret, ex quo reperiebatur antecedenter innodatus laqueo Cenſurarum ex capite declaratoriæ, & aggravatoriæ, per Sacrum Auditorium adverſus illum
fulminatæ, quoniam dum ex ſupratactis nihil
aliud per cenſurarum fulminationem intende-
6 bant Sacri Canones pie, & indulgenter obtinere,
quam reſipiſcentiam, & obtemperantiam contumacis, ut inquit Pontifex *in cap. cum Medicinalis de ſentent. excommunication. in* 6. utique eo
ipſo, quod Bernardus Canonicus intra terminum occaſione decretæ aggravatoriæ ſibi ad parendum aſſignatum, ſeſe pronum per viam
corporalis, & perſonalis acceſſionis ad Cathedralem Baezæ demonſtraverat, pluſquam evidenter ſuppleta remanebat & ob literata ejus ſi
qua adfuiſſet protervia, & contumacia, &
7 conſequenter extincta virtus omnis declaratoriæ
& aggravatoriæ ut ſupra relaxatæ ad ea, quæ
conclamant *Layman. Theolog. moral. lib.* 1. *tractat.* 5. *part.* 1. *cap.* 7. *fol.* 99. *ſub num.* 1., *Suarez, de cenſur. diſputat.* 7. *ſection.* 1. *num.* 11., *&*
13., *Aviles eodem tractat. part.* 2. *cap.* 7. *diſputat.* 2. *dub.* 6., *Gabriel. a S. Vincent. eodem parit. tractat. diſputat.* 1. *quæſt.* 21. *num.* 280., *&
per tot. Leandr. quæſt. moral. part.* 4. *de cenſur.
tractat.* 1. *diſputat.* 11. *quæſt.* 1. *& quæſt.* 12. *per
tot. dicaſtrill. de cenſur. tractat.* 10. *dub.* 38. *n.* 677.
ſeqq. ac reſolutum fuit per Rotam in nullius ſeu Calaguritana quartæ funeralis de Naxera 11. *Maii*
1699. *coram Me.* Et habemus in ſimili in gravatoria profana, quæ datur adhuc, & non
8 alium effectum parandæ obedientiæ tum ex
illius notiſſima formula, tum ex iis, quæ ſubjungit *Ridolphin. in prax. Iudiciar. part.* 2. *cap.* 2.
num. 12.

Æquivocum autem manifeſtum erat afferre
ea, quæ objectabant circa incurſos in excommunicationem, quia auctoritate deductæ, ac
per poſſibile deducendæ feriebant, & feriunt
terminos omnino diverſos, nempe, ne valeat
excommunicatus audiri Judicio inſtantiam ali-
9 quam promovendo, beneficia obtinere cum ſimilibus, quemadmodum obloquuntur *Vic. commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 12. *num.* 23., *Pignattell. conſultat. canonic. tom.* 9. *conſultat.* 160. *n.* 1.,
Altimar de nullitat. tom. 1. *rubric.* 4. *quæſt.* 7.
num. 1. *& ſeqq., & tom.* 2. *rubric.* 11. *quæſt.* 16.
num. 2., *Card. de Luc. de Iudic. diſc.* 20. *n.* 18.,
Rot. deciſ. 165. *num.* 2. *& ſeqq. poſt Zacch. de
obligat. Cameral., & deciſ.* 162. *num.* 4. *coram
Cerro.*

Non ſic vero eſt quoties ita innodatus nihil
agit, aut agere pretendit in paleſtra Iudiciali,
ſed ſolum prout hic religioſe ſtudet abolere maculam inobedientiæ, quæ magis abradi non poteſt quam per ſucceſſivam, ac poſitivam obedien-
10 tiam, impleto namque fine legis, ſive Iudicis
aliud non curatur etiamſi impleatur per æquipollens, ut in fortiori propoſito formæ ſtatutariæ
ad certum tamen effectum connotarunt, *Bald.
In l. Siquis mihi bona §. Sedſi mandavit ff. de acquirend. hæreditat. Pariſ. conſil.* 99. *num.* 16. *lib.* 3.
Card. de Luc. de Feud. diſc. 87. *a num.* 5., *Rubens in addition. ad deciſ.* 542. *num.* 85. *tom.* 3.
part. 4. *recentior.*, *Rot. deciſ.* 416. *num.* 17.
part. 18. *recent. cum aliis in adnotat. ad deciſ.* 54.
num. 24. *int. impreſſ. coram Me*, & redeundo
ad obiectum, quod immo Excommunicatus com-
11 parere quoque valeat in judicio nedum tamquam reus, ſed etiam tamquam actor contendendo, ſe, vel abſolutum eſſe, vel abſolvendum magis ad rem obſervarunt *Abbas in cap.
cum inter de exception., Bonaccin. oper. moral.
tom.* 1. *diſputat.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 7. *propoſit.* 2.
num. 7., *Gabriel. a S. Vincent. de cenſur. diſputat.* 3. *quæſt.* 5., §. 2. *num.* 127., *Campanil. in
diverſor. jur. canonic. rubric.* 11. *cap.* 15. *n.* 141.,
Ricciull. de jur. perſonar. lib. 4. *cap.* 33. *ſub n.* 7.,
Alter. de cenſur. tom. 1. *diſputat.* 3. *lib.* 2. *cap.* 1.
litt. D. verſic. cum auct. dicunt. tom. 1., *Rot.
deciſ.* 14. *num.* 5. *poſt Caſtagn. de benefic. deduct.
ne egeat.*

Cæterum quod Canonicus recte, aut perperam ſatisfecerit ejus reſidentiæ, ac ſervitiis
Eccleſiæ Baecen. neutiquam percutiebat hanc
quæſtionem cenſurarum, quia ſtatim ac materia-
liter,

liter corporaliter, & perſonaliter obtemperaverat Mandatis Sacræ Rotæ, ſi forte per hypotheſim non ſatisfeciſſet ſervitio hujus Eccleſiæ unitę cum altera Giennen, alia profecto via debebat inquiri, dum Sacrum Concilium Tridentinum medicamina opportuna ſubminiſtravit contra deficientes inter eſſentiæ actualis ſer-
12 vitii ſicuti legitur *in ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12.* & prius ſtatutum fuerat in *cap. 1. de Cler. nonreſid. in 6. Vgolin. de off. & poteſt. Epiſc. cap. 19. in princip. num. 3. & §. 2. n. 7., Piaſet. in prax Epiſcopal. p. 2. cap. 3. num. 9. Verſicul. neceſſario.*
13 Non autem ad pœnam aliarum quarumcumque pœnarum maximam, & animę afflictivam prout eſt excommunicatio. *Felin. in cap. cum ſit Romana num. 13. de appellat; Rot. deciſ. 176. num. 1. cor. Burat. & deciſ. 177. num. 12. p. 16. recentiori.*

Ex his itaque omnibus ponderata circumſtantia pluſquam annalis commorationis factæ per Canonicum in Civitate Baecen; Et quod Reverendiſſimus Epiſcopus Aggravatoriam per Tribunal decretam præſentari curaverat eidem Canonico nonniſi poſt quam is per recurſum habitum ad *S. Sedem* poſt annalem paritionem ad Urbem ſe contulerat. *Domini* non crediderunt eſſe immorandum ſuper excuſationibus allatis, ab eodem Canonico quare aliquando rationabiliter, & bona fide abfuerit a præfata inter eſſentia; non enim quæſtio erat, nec ulla commiſſio Sacræ Rotæ directæ aderat in præſenti ſuper punctaturis, aut ſuſpenſione, vel abolitione fructuum Canonicatus, verum ſolummodo coarctabatur cognitio circa paritionem Juſſibus ſacri Tribunalibus, in quo ſane articulo *Domini* in ſententia concordes ut ſupra reſcripſerunt *Affirmative*. Utraque &c.

ROMANA FORNACIS SUPER MELIORAMENTIS.

Ven. 15. Decembris 1702.

ARGUMENTUM.

Melioramenta ex quibus probentur, & a quibus ſint reficienda Meliorans, ſeu ædificans mala fide an, & quo caſu amittat melioramenta, & ædificium cedat ſolo, & quomodo induci debeat hæc mala fides.

SUMMARIUM.

1 *Melioramenta prætendens probare debet ſtatum antiquum, & quid impenſum & melioratum fuerit, ut quod minus eſt poſtea reficiatur.*
2 *Valor, ac proventus rerum, & bonorum in dies teſte experientia alteratur, & creſcendo, ac decreſcendo immutatur.*
3 *Valor rerum non dicitur auctus ex beneficio temporis; ſed ex melioramentis in illis factis.*
4 *Sola emptio, & venditio de jure non coarctat perneceſſe veritatem valoris.*
5 *Valor rerum non probatur ex inſtrumentis venditionis, ſi poſtea noſcatur plurima facta fuiſſe melioramenta.*
6 *Impoſſibilitates ideales excluduntur penitus ex facto claro, & palpabili.*
7 *A diverſis non fit illatio.*
8 *Nemo præſumitur velle jactare ſuum.*
9 *Ædificia concurrente mala fide potius ſolo cedunt, quàm quod veniant reficienda per vindicantem bona ſua.*
10 *Limitatur ſi ędificia, & melioramenta fuerint voluptuoſa, ſecus ſi neceſſaria, & utilia utilitate perpetua.*
11 *Declaratur principalis concluſio ſi mala fides reſultaverit mediante novi operis nunciatione ſeu poſitiva inhibitione ne poſſeſſor ædificet, quia tunc dictus Poſſeſſor ſibi imputare debet, ſi voluerit in re aliena propriam diſperdere ſubſtantiam & conciliantur contrariæ Authoritates.*
12 *Melioramenta ſi ſuperent valorem antecedentis rei melioratæ, compellitur ille, qui melioravit exburſare ęſtimationem veteris valoris, in caſu quo Domino non expediat potius pretium reſtituere ipſorum melioramentorum.*
13 *Vir nobilis & honeſtus non præſumitur abſque ullo ſuo peculiari intereſſe præjudicium irrogare velle Perſonæ inopi.*

DECISIO CCLXIV.

SUccumbentes in Judicio reintegrationis per Joannem Mariam ſedulò intentato uſque ad refuſionem expenſarum defenſores Eccleſiæ Beatiſſimæ Virginis nuncupatæ *della Conſolatione* reſtaurare procurarunt alteram Inſtantiam jamdiù promotam *coram bon. mem. Vrſino, Emerix Iun. Decano* circà refectionem nonnullorum Melioramentorum quæ ex perſona Auctorum ejuſdem Eccleſiæ confecta extitiſſe pretendebantur ſuper judicialiter evicta Domo, ſive Ædificio ad uſum Fornacis poſito extra Portam Æquitum lævis armaturæ, ſed cum pluries in hac etiam petitione conflictati remanſerint, *ut in deciſ. edita ſub die 1. Julii 1689. cor. Vrſino, & 28. Novembris 1695. coram prænominato Emerix Juniore* hactenus inter ſuas *deciſ. 1082. & deciſ. 1290.* ſolummodo *ſub die 7. Maii 1696.* exiguam victoriam conſequuti fuerunt reſpectu quorumdam Mapalium, ſive repugnaculi vulgò *Capannone* præſeferentis importantiam *Scutorum* 325. quemadmodum pariter liquet ex hodie non minus impreſſa *deciſ. 1330.* pœnes eumdem *Emerix Iun.* Quapropter poſt aliquod ſilentium hujuſmodi contentione melioramentorum inter haſce duas, ſeu tres deciſiones ad trutinam ulteriorem revocata ſuſcitans Dominos; *An in primo loco deciſis, vel potius in ſecundo foret perſeverandum* habui reſponſum *in ſecundo loco Deciſis*.

Non etenim ulla quæſtio immaginabilis incide-

cidebat quoad ſuſtantiam, ſive materialitatem facti nimirum, quod iſta Mapalia fuerint ad ulteriorem uſum præexiſtentis Fornacis de novo excitata, cum talis recentior edificatio longe poſtquam Cinthius, utpote ſpoliatus ab Eccleſia, deſierat poſſidere oculis ipſis corporeis contrectaretur, ac Peritus eadem Mapalia, *ſeu Capannone* appretiaverit in præfatis ſcutis 325., ſed colluctatio reducebatur ad inquirendum utrum ob id in hac parte liqueret de melioramentis, quæ forent reficienda etenim non bene conſtito (uti dicebant memorati Defenſores Eccleſiæ) de ſtatu, ſive valore antecedenti, nullatenus quidem ſuffragabatur, aut impenſa facta, aut nova conſtructio hujus ruſtici ediſicii, niſi enim copulativè eluceſcat de effectiva melioratione valoris rei correlati-
1 vè ad ſtatum præexiſtentem nullam deberi refuſionem ſemper regulandam in eo quod eſt minoris inter impenſum, & melioratum paſſim annotavere *Curt. Jun. conſ. 165. n. 20. in fine, & n. 22. Verſ. Sed difficultas lib. 2., Soccin. Jun. conſ. 62. num. 4. & 5. lib. 1. Angel. Rodulphin. allegat. 71. n. 4. Card. de Luca de Emphyt. diſc. 71. num. 4., Rota coram Vbaldo deciſ. 254. num. 2. 3. & 4. & deciſ. 499. num, 9. & 10. in recen., deciſ. 188. num. 25. part. 9., deciſ. 191. nu. 13. & 14. part. 15., deciſ. 337. num. 18. & 19. part. 16., in Romana Domus 16. Jun. 1690. §. Quo vero cor. Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano, & in Aſculanà Fideicommiſſi, ſeu Domus ſuper Melioramentis 11. Decemb. 1699. a §. Quoniam cor Me.*

Verùm quod in effectu appareret de incontrovertibili valore ſive de annuo redditu peraucto poſt conſtructionem præfatæ Fabricæ *del Capannone* palam erat in comperto, ex fruſtra tranſcribendis motivis allatis *in dicta dec. 1330. ex num. 4. uſque ad finem coram Emerix Jun.* non attenta debili nimium replicatione, quod in ordine ad ſtatum, redditum, ſeu valorem antiquum non eſſent in ulla habendæ reflexione locationes ſæpius iteratæ, nempe de annis 1658. & 1664. & 1669. quaſi quod, etſi ab eiſdem effulgeret de augumento annuæ reſponſionis à ſcutis 55. ad ſcuta 70. nihilominus cum eædem Locationes celebratæ noſcerentur poſt commiſſum ſpolium ab Officialibus Eccleſiæ, iſte re vera reputari nequiret ſtatus antiquus, & prout præexiſtebat ante ſpolium perpetratum & litem inter Partes agitatam, unde ſupradicta excretio annui proventus ſcutorum 15. vel non eſſet ſupra juſtum redditum præexiſtentem ante ipſum ſpolium itaut imputari poſſet novæ elevationi hujus repaculi *del Capannone*,
2 vel magis tribuenda foret beneficio temporis, juxta quod valores, ac proventus rerum, bonorumque in dies, teſtes experientia alterantur & creſcendo, & deſcreſcendo immutantur *ad Textum in l. pretia rerum §. final. ff. ad leg. falcidia & tradita per Spad. conſ. 269. num. 5. lib. 2., Rot. Lucen. inter recollect. per Palm. Nep. deciſ. 222. num. 16. lib. 3. & noſtr. coram Vbago deciſ. 66. num. 24. in recen., deciſ. 438. n. 55. part. 9., deciſ. 545. n. 8., & deciſ. 656. num. 6. & 7. part. 18. in Romana Cenſuum 2. Maii 1692. §. Aſſumptum coram clar. mem. Card. Caccia & in d. Aſculana Fideicommiſſi, ſeu Domus ſuper Melioramentis 11. Decembris 1699. §. Aſt conſimilis coram Me.*

Siquidem ad poſternendam totam hanc replicationem, ſive objectationem Domini ponderarunt, clarum in primis omnino eſſe, quod augumentum præfatum annuorum ſcutorum 15. certò certiùs evenit comparativè cum pluribus anterioribus Locationibus nuſquam excedentibus ſummam ſcutorum 55. poſtquam in facto fuit Fabricatum de anno 1669. hoc Ædificium *del Capannone* quodque Cinthius recuperata poſſeſſione, ac novam ſucceſſive ineundo locationem, videlicet ſub anno 1673. gaviſus eſt hac additione, ſeu augumento penſionis *Summ. Eccleſiæ n. 11.* Ideoque non poterat referri ad beneficium temporis, quod a Cauſa
3 penitus extrinſeca proxima, & immediata proveniebat, ut alias in hoc propoſito advertit *Rota coram Duran. deciſ. 153. n. 15. coram Biebio deciſ. 179. n. 3. coram Priolo, deciſ. 458. n. 5. in recen., deciſ. 251. ſub n. 15. Verſ. Horum autem, & num. 17. part. 17., & deciſ. 320. num. 4. part. 18.*

Cæterum expoſtulare, quod ulterius digito demonſtrari deberet ſtatus magis antiquus, nempe ante annum 1657. quando patebat de ſuperventa impenſa effectiva ſcutorum 700. & ultra nimis aſperam præſeferebat duritiem in magnis Tribunalibus Juſtitia, & Epycheja plenis ſemper molliendam, & quatenus opus irrumpendam, & tamen non deerat ferme æquipollens, ſive ſufficiens juſtificatio, ex quo de anno 1623. per Authores Cinthii, ac Joannis Mariæ locus iſte Fornacis fuerat coemptus ſub appretio ſcutorum 650. adeout calculando correſpondentem redditum ad rationem etiam ſcutorum quinque pro centenario, proventus excedere non poterat annua ſcuta 32. 50. Ac pro-
4 pterea licet ſola emptio, & venditio de jure non coarctet per neceſſe veritatem valoris, ad tradita *per Bald. in l. 2. n. 58. C. de reſcindendu vendit. ubi etiam Scilicet. num. 25.* attamen, quia parum minus, aut plus regulariter a convento pretio diſtat valor rerum venditarum, nemo ivit inficias. quod conſimile appretium alio. prout hic non apparente, ac reſpective aliunde probata melioratione, magnam,
5 & in ſuis caſibus exuberantem non faciat liquidationem, ſeu probationem ejuſdem valoris, ut monet *Menoch. conſ. 358. num. 23. verſ. primo Rot. coram Pentinger. deciſ. 33. n. 5. & ſeq. & deciſ. 50. num. 3. & ſeq. & coram Cerro deciſ. 388. num. 8. in recen. deciſ. 232. n. 1. & ſeqq. part. 15. & deciſ. 249. num. 6. part. 17. & in ſpecie eadem Rota coram Emerix Iun. deciſ. 209. num. 2., & ſeqq.*

Quin relevaret, quod hujuſmodi venditio can-

cantaret per illa verba *li concede, & aſſegna una Fornace con Caſa incominciata, e non finita, nello ſtato, e termine, che ſi trova, con li campi, e ſito per detta Fornace ad uſo di cuocere, e fabricare Mattoni murata intorno &c.* proindeque non bene concluderetur a pretio Domus deinceps undique terminatæ, & perfectæ, nam, & unde potuerat derivare augumentum a ſcutis 32. 50. ad ſcuta 55. de quibus continuatione ſonabant locationes uſque ad tempus elevati Edificii *del Capannone* niſi ab ipſa terminatione Domus? Et Idcirco cum haberemus hanc in facto Schalarem demonſtrationem, quare rurſus a ſcutis 55. aſcenſum fuerit ad annua ſcuta 70. vanum erat immorari ſuper idealibus poſſibilitatibus in contrarium ſecundum ea, quæ in proximis habet *Rota coram Priolo d. deciſ.* 458. *num.* 5. *in recen. deciſ.* 351. *num.* 17. *part.* 17. *& deciſ.* 94. *num.* 8. *& ſeqq. part.* 18. *& in Romana Domus* 11. *Decembris* 1697. §. *In præſenti coram R. P. D. meo Muto.*

Diluta prima replicatione facile fuit quoque fugare ſecundam ſuper inutilitate hujus Fabricæ *del Capannone*, ex quo illud deſerviret ad cooperienda vaſa fictilia, quæ minus lucri afferebant, quam cocti lateres, quemadmodum eſſerere videbantur nonnulli Teſtes, & inſtrument allata ex parte Joannis Mariæ; Quidquid enim revera eſſet in ceteris Fornacibus, a quibus tamquam ver.ſimiliter diver-

7 ſis firma non poterat haberi illatio *vulgata l. Papinianus* 21. *ff. de Minor* Profecto ſuperfluum ſemper eſſet diſcurrere de hac ſomniata utilitate & præjudicio, quando actuale experimentum patefaciebat oppoſitum, & quando ipſemet Joannes Maria poſt obtentam reintegrationem perſeveravit in uſu coquendi vaſa fictilia&quando demum locando aliam Fornacem conductori conceſſit facultatem immutandi ſitum a Lateribus ad vaſa *Summ. ejuſdem Ioannis Mariæ num.* 7. alias, & ipſe Joannes Maria, & alter

8 Conductor abſque cauſa proprium jactaſſet, quod præſumibile non eſt *l. eum de indebito ff. de probat. Rot. coram Bichio deciſ.* 556. *num.* 5. *coram Emerix Iun. deciſ.* 402. *num.* 4. *& deciſ.* 448. *n.*8.*part.* 18. *recen.* & bene ad rem *Rota deciſ.* 110. *num.* 14. *part.* 12. *& deciſ.* 273. *n.* 19. *part.* 15.

Neque validioris momenti reperta eſt Tertia, & poſtrema exceptio, quod iſta melioratio *del Capannone* refundenda, ſeu bonificanda non foret, ex quo facta evinceretur poſt ſpolium patratum, ac lite deſuper pendente, quamobrem, cum vigore ejuſdem pendentiæ litis mala fides ſuboriri potuerit, Ædificia potius ſolo cedant, quam quod veniant reficien-

9 da per vendicantem bona ſua ad Regulam *Textus in* §. *Cum in ſuo Inſtit. de rer. diviſ. Bart. in l. in fundo n.* 11. *ff. de rei vindicat. Card. de Luc. de Alienat. diſc.* 4. *n.* 14. *& ſeqq. & de legit. diſc.* 35. *num.* 22., *Rot. poſt. Merlin. de pignor. deciſ.* 91. *num.* 8. *coram Roxas deciſ.* 283. *nu.* 19. *coram Bichio deciſ.* 199. *n.* 17. *& ſeqq. alias deciſ.* 318. *n.* 13. *& ſeq. part.* 9. *deciſ.* 230. *n.* 13. *part.* 13. *deciſ.* 405. *n.* 15. *part.* 14. *deciſ.* 643. *n.* 24. *part.* 19. *tom.* 2. *recen. & in Ilerden. Hæreditatis de Gomar.* 14. *Maii* 1699. §. *Nec momenti coram R. P. D. meo Caprara.*

Quoniam noviſſime huic objectioni illico duplex apud Dominos obſervata eſt propoſitio, ſeu declaratio deſtructiva, ſive temperativa præmiſſæ concluſionis; Altera nimirum, quod ea utique locum ſibi vindicet, quoties pertractetur de Melioramentis, aut omnino voluptuoſis, aut

10 temporaliter dumtaxat utilibus, ſed quando, prout hic ob ſuccedaneum experimentum melioramenta exiſtunt utilia utilitate perpetua, ſeu futura, ne vindicans in hoc caſu rem ſuam, contra omne naturale dictamen, locupletetur cum aliena jactura, parum curatur de illa generica mala fide ad alios effectus reſultante per motionem litis, atque pendentiam, ſed quomodolibet recuperans rem ſuam tenetur ſemper, & inconcuſſe reficere eadem Melioramenta, fruendo tantummodo ea proportione diminutiva, quæ cadit, ut præmiſimus inter impenſum, & melioratum ſicuti bene diſtinguitur per *Rot deciſ.* 356. *n.* 2. *part.* 2. *recen. & in Teracinen Melioramentorum* 13. *Iunii* 1692. *coram R. P. D. meo Muto impreſſ. ad Card. de Luca de Teſtamentis deciſ.* 65. *n.* 16.

Et altera, quod tunc urgeat enunciata concluſio, quando ultra malam fidem inſurgentem a litis conteſtatione intercederet quoque alia ſpecialior (quæ in hodierna Theſi neque per umbram interceſſit) videlicet mediante novi operis nunciatione, ſeu poſitiva inhibitione, ne litigioſus poſſeſſor ædificet, vel melioramenta

11 profundat, in his namque terminis ſibi debet idem Poſſeſſor imputare ſi invito, ac reſiſtente judicialiter vero Domino, in aliena re propriam diſperdere ſubſtantiam, ſive pecuniam, ad tradita in ſpecie per *Peregrin conſ.* 42. *n.* 21. *lib.* 1. *Card. de Luca de legittima diſc.* 35. *n.* 23. *Rot. poſt Torr. de pact. futur. Succeſſ. deciſ.* 215. *n.* 7. *coram Celſo deciſ.* 581. *n.* 9. *in recen. deciſ.* 126. *in fin. part.* 7. & non diſſentit in fortioribus *Rota in Romana fideicommiſſi de Spiritibus coram Bichio*, quia in eadem Cauſa poſitive intervenerat judicialis prohibitio, ac denunciatio, *ut in d. deciſ.* 129. *ſub. n.* 23., & nihilominus neque per meliorantem fuerunt in ea Cauſa deperdita melioramenta ſi verum eſt quod inquit *Card. de Luca diſc.* 35. *n.* 27. *de legit.*

Super noviſſimo tandem objecto prætenſæ æmulationis per Joannem Mariam de promptæ, ſub prætextu, quod Officiales Eccleſiæ, ut ipſi redderent recuperationem Fornacis difficiliorem, hanc Fabricam *del Capannone* conſtruxerint, Tribunal haud cenſuit fore inſiſtendum, non tantum quia non exinde tam de plano amittuntur melioramenta, cum etiam quando eadem melioramenta reputari valent ſtudioſe exceſſiva, præberi ſoleat ſalutare remedium, ut ſi ipſe

ſi ipſæ meliorationes ſuperent valorem antece-
dentis rei melioratæ, compellatur ille, qui me-
lioravit exburſare æſtimationem veteris valoris
12 in caſu quo Domino non expediat potius pre-
tium reſtituere ipſorum melioramentorum,
prout extitit practicatum in *d. Romana fideicom-
miſſi de Spiritibus coram Bichio deciſ.* 199: *num.
34. reperita in recen. deciſ.* 318. *n.* 40. *part.* 9.
& ad non diſſimilem effectum inſinuavit *Rota
coram Vbago deciſ.* 74. *num.* 25. & examinatum
quoque fuit *in Aſculana fideicommiſſi, ſeu Domus
ſuper melioramentis* 11. *Decembris* 1699. §. *Aſt
conſimilis, &* 13. *Maii* 1701. §. *Altera autem
coram Me.*

Aſt etiam quia a Mente Sacri Auditorii lon-
ge exulavit prava hęc cogitatio, quod adeo prę-
nobiles Officiales tam Pio Noſocomio, ac Ec-
cleſię pro ſimplici adminiſtratione abſque ullo
eorum peculiari intereſſe præelecti ſuperinten-
13 dentes voluerint ejuſdem Eccleſiæ loculos ex-
haurire cum impenſa ſcutorum 700. ut ſcanda-
lum, ſive laqueum iniicerent homini privatæ
fortunę, ſecundum ea, quæ in ſimilibus arguit
Rota *coram Dunoz. Iun. deciſ.* 332. *n.* 17. *& ſeqq.
& deciſ.* 620. *n.* 12. *Emerix Iun. deciſ.* 57. *n.* 14. *&
deciſ.* 238. *n.* 16. *in recen. deciſ.* 94. *num.* 25. *part.*
15. *deciſ.* 258. *n.* 17. *part.* 16. *deciſ.* 107. *n.* 16.
part. 17. *dec.* 179. *n.* 12. *part.* 19. *& in Romana
prætenſæ Immiſſionis* 28. *Aprilis proxime præte-
riti* §. *Fertius cor. R. P. D. meo Muto.*

Et ita &c. Utraque &c.

MAJORICEN. SUBPRÆCENTORIÆ.

Veneris 12. *Januarii* 1703.

ARGUMENTUM.

Ordinarius tenetur de jure communi conferre Beneficia, & dignitates Cathedralis Eccleſiæ ſimultanee cum illius Capitulo. Litteræ Apoſtolicę ſufficienter juſtificatæ ſollicitæ executioni demandandæ ſunt, neque pro illarum retardatione ullum intrare poteſt arbitrium.

SVMMARIVM.

1 *Tribunalium, & Iudicum pręcipuum munus, & obligatio eſt amputare dilationes.*

2 *Ordinarius non abſoluto ſed ſimulataneo cum capitulo perfruitur jure, conferendi de dignitatibus, & Beneficiis Eccleſię Cathedralis.*

3 *Litterę Apoſtolicæ ſufficienter juſtificatæ debitæ executioni demandantur, neque pro illarum retardatione ullum intrat arbitrium.*

4 *Beneficia ſi dignoſcantur affecta certo generi perſonarum, collatio ab aliis facta remanet inſanabiliter nulla.*

5 *Et in hoc caſu Papa confert hujuſmodi beneficia eodem modo, quo illa diſpenſat per literas, quę nuncupantur pro præſentato ad favorem illius, qui vere extitit præſentatus.*

6 *Concordia inita inter Eccleſiaſticos invaliditatis nota laborat abſque explicita confirmatione S. Sedis.*

7. *Concordia Eccleſiæ Majoricen reportata ab illius Epiſcopo ſuper Jure privativo conferendi beneficia in aliquibus Menſibus reſervatis fuit pro rationabili, & juſta pluries a S. Rota Canonizzata.*

8 *Libri Capitulares ab Archivio traduci & aſportari nequeunt ad Iudicem compulſorialem.*

9 *Actore non probante reus abſolvitur.*

DECISIO CCLXV.

JAcobus Antonius ab Ordinario proviſus, ut
litterarum Apoſtolicarum præpediret exe-
cutionem, quibus innixus favorabile Decretum
præviis duabus deciſionibus coram R. P. D.
meo Pio pro eadem executione reportaverat
Joannes Mattheu, plures, atque plures dila-
tiones expetiit, & pluries etiam eſt aſſecutus,
ſed tamen quia præcipuum munus, & obliga-
tio Judicum, ac Tribunalium verſatur in ampu-
1 tandis ſtudioſis hiſce protelationibus ex alias ani-
madverſis in *Romana Pecuniaria* 28. *Iunii* 1702.
§. *Attamen coram me*, hodie tamen in tertia
Cauſæ propoſitione nequiverunt Domini non
reſpondere *arbitrium*, quod a Signatura Juſti-
tiæ fuerat eidem Auditorio noſtro commiſſum
ſuper præfatarum Litterarum retardatione,
non intrare.

Verſata eſt decidendi ratio in eo, quod Or-
dinarius non abſoluto, ſed ſimultaneo cum
2 Capitulo perfruens jure conferendi ad termi-
nos *text. & gloſ. in cap. cum Eccleſia Volterana
de election.* reportaverat ab ipſo Capitulo ceſſio-
nem hujuſce ſimultaneitatis, & ob id in men-
ſibus ordinariis evaſerat privatiuus collator,
ſed ſub ea conventione præciſa in viſceribus
memoratæ ceſſionis imbibita, ut hanc, ultra
cęteras dignitates, & beneficia, ſive præcen-
toriam omnino conferet alicui de gremio Ca-
pituli exiſtenti, qua propter cum tali pręroga-
tiva inſignitus non foret Jacobus Antonius,
prout e converſo pollebat Io: Mattheus actualis
Canonicus, & enarrata hac veritate, obtinue-
rit a S. Sede litteras Collativas, nulla ſuppe-
tebat hęſitatio, quo minus hujuſmodi litteræ
ſufficienter juſtificatæ debitę demandarentur
executioni, & conſequenter quod nullum e
3 converſo irradiaret arbitrium pro illarum re-
tardatione, ut ſepius cum *Doctrin. Bartol. in ex
travagan. Henric. ad reprimen. verb. videbit.
num.* 8. *verſ. tertio caſu* dictum fuit, & ſignan-
ter *in deciſ.* 87. *num* 2. *coram Pentinger. in Cor-
tonen. Beneficii* 18. *Martii* 1697. §. *finali coram
me, & in Monaſterien. Prępoſituræ* 26. *Iunii* 1702.
§. *& ſane coram me.*

Et equidem quoties ex lege fundationis, vel
alterius Canonicæ conventionis beneficia di-
gnoſcuntur affecta certo generi perſonarum,
4 collatio alias facta remanet inſanabiliter nul-
la, ut uno ore profitentur *Gattierez. quæſt. Ca-*

non.

non. cap. 4. num. 37. & conſ. 2. num. 3. lib. 2. Percz. de Lur. de Anniverſ., & Cappellan. lib. 2. cap. 2. ex num. 1. Caſtr. Pal. oper. moral. tom. 2. tract. 15. diſp. 4. punct. 9. num. 3. & per Garz. de benef. part. 7. cap. 15. num. 1. & num. 6. Pax. Jordan. Canonic. elucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 26. & n. 1. cum num. 11. & 12. Murg. de benef. quæſt. 3. num. 863., & 866., Rot. ibidem ſub num. 867. & in Melevitana Commendæ 24. Maii 1699. §. Conſtando coram Reverendiſſimo Bourlemont.

Atque in hoc caſu per ſpeciem gratificationis
intra idem genus Papa jure merito conferre valet
5 conſimilia beneficia. eodem modo, quo illa
diſpenſat per litteras, quę nuncupantur *pro
præſentato* ad favorem illius, qui vere extitit
præſentatus, vel præſentari debuiſſet, ſicuti
habetur per *Rotam in Barchinonen. Beneficii* 14.
Aprilis 1698. §. 1. *coram me & in altera Barchinonen. Beneficii* 3. *Iunii* 1702. §. *Nec validitas
coram R. P. D. meo Caprara*.

Neque amplius ſuadere ſibi Domini potuerunt, quod Jacobus Antonius iterum retexere
tentaſſet antiquas objectiones ſuper eo quod hu-
6 juſmodi concordia, utpote reſtringens Jus paſ-
ſivum eligibilitatis nota forſan invaliditatis la-
boraret abſque explicita confirmatione S. Se-
dis per *text. in cap. ad decorem de Inſtit.* vel
quod ſub præcentoria tamquam Dignitas in-
compatibilis eſſet cum Canonicatu in eadem
Eccleſia Cathedrali, quoniam iſtæ exceptiones
jam ſuperlative noſcebantur ſublatæ in *præcedentibus Deciſionibus coram R. P. D. meo Pio
prima nempe ſub die* 28. *Iunii* 1700. & *ſecunda* 17.
Ianuarii 1701: in quibus late demonſtratur ra-
tionabilitas ejuſdem Concordiæ, & inconcuſſa
7 obſervantia alias in Tribunali noſtro canoni-
zata adverſus utramque oppoſitionem, ut in
Majoricen. Præcentoriæ 26. *Ianuarii* 1691. *coram
R. P. D. meo Caprara*, & 2. *Decembris* 1695. §.
Concurrit, & 11. *Maii* 1696. §. *Tum etiam coram R. P. D. meo Mattó* & antea in *deciſ.* 36.
part. 4. *rec.* & *deciſ.* 1378. *coram Coccino*.

Minuſque defatigatas quodammodo aures a
tanta procraſtinatione præbere potuerunt inani,
vel ſaltem inveriſimili motivo, quod præcitata
concordia non extaret, vel ſaltem non conti-
neret prædictam conventionem, quod uni de
Capitulo Epiſcopus conferre obſtringeretur ha-
ſce Dignitates, ac Beneficia, non ſolum quia
ſtabant in oppoſitum mox enunciatæ reſolutio-
nes Tribunalis, verum etiam quia idem Jaco-
bus Antonius ad hunc effectum expetierat litte-
ras Compulſoriales, eæque fuerant conceſſæ
*cum retardatione vel ſine arbitrio præfixo termino
quatuor menſium*, nec intra præfixum tempus
ulla per Jacobum fuit facta compulſatio ſub con-
temptibili prætextu dilatæ compulſationis, ex
quo Judex compulſorialis inepte prætenderet,
8 ut libri Capitulares ab Archivio traducerentur,
& aſportarentur ad ipſum contra ſubſtantiabili-
ter reſoluta in fortioribus *in illa Hiſpalen.
Viſitationis* 30. *Aprilis* 1700. & 25. *Novembris*
1701. *coram Rmo D. meo Molines Decano*.

Itaque dum abinde citra uſque ad præſens
non manſerat pro parte Jacobi Antonii ad Ro-
tam delatus ullus proceſſus Compulſorialis ip-
ſeque, qui eamdem Concordiam, illiuſque
præexiſtentiam faſſus erat in præcedenti Inſtan-
tia coram R. P. D. Pio mediante illius *Summ.
num.* 3. exiſteret Actor in hac exceptione, vi-
9 debatur proinde ab ea abſolvendus Joannes
Mattheu ex præſcripto notiſſimæ *leg. qui accuſare Cod. de eden.*, & e converſo compelleba-
tur Tribunal, Cauſæ progreſſum minime re-
tardare, ſtante præcitata Clauſula *cum retardatione, vel ſine arbitrio* per ea quæ fuſe varioſque
diſtinguendo caſus, ſeu formulas admiſſionis
articulorum, & conceſſionis Compulſorialium
ferme cum eadem Materia compulſoriali fra-
ternizantium firmata fuerunt *in Romana Dotis
ſuper articulis* 2. *Iulii* 1700. *coram me* Iacobo An-
tonio tantum Informante.

ARETINA IURIUM PAROCHIALIUM SUPER BONO JURE.

Luna 15. *Januarii* 1703.

ARGUMENTUM.

Parochialitas probari poteſt ex ſubminiſtratione Sacramentorum Infirmis, ex tumulatione corporum Defunctorum in Eccleſia Parrochiali, & demum ex aſſiſtentia adhibita Matrimoniis inter Parrochianos initis, excluduntur tamen ſi hæc omnia geſta fuerint cum licentia veri Parrochi. Parrochus debet eſſe perpetuus & ad nutum non amovibilis. Diſmembratio curæ tunc fieri permiſſum eſt, ubi adeſt Populi neceſſitas, & major commoditas, Conſuetudo diu obſervata non eſt immutanda ne ſcandalum, & diſſentio Populis inferatur.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia ad hoc ut dicatur Parrochialis quæ ſint probanda.*

2 *Poteſtas adminiſtrandi Sacramenta, ipſaque Parrochialitas per longe minus ſpatium* 30. *vel* 40. *annorum ad commodum quaſi poſſeſſoris præſcribitur.*

3 *Sola quaſi poſſeſſio, & conſuetudo Parrochialitatis penes aliquem Præsbyterum præexiſtens ſuffragatur ad effectum excludendi Eccleſiam deſtitutam exercitio actuum Parochialium, quæ dictam Parochialitatem prætendat.*

4 *Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum in Paſchate non licet alibi recipere niſi in Eccleſia Parrochiali, & ex hoc probatur Parochialitas.*

5 *Sanctiſſimum Sacramentum Infirmis ſubminiſtrare, Defunctorum corpora Sepulturæ tradere ſunt ſigna Parrochialitatis.*

6 *Aſſiſtentia adhibita Matrimoniis præſefert Paro-*

chialitatem, cum illa vere Parocho fuit commiſſa.

7 *Subjectio unius Parochialis ad alteram debet plene, & concludenter probari.*

8 *Tranſlatio curæ animarum fit ea cauſa majoris commoditatis, vel etiam neceſſitatis Populorum.*

9 *Eadem probatur ſi omnia bona, & redditus Parrochiales aſſignati fuerint Eccleſiæ in quam tranſlata fuit altera Eccleſia Parochialis, abſque ulla participatione Parochi Eccleſiæ tranſlatæ.*

10 *Cura animarum exerceri poteſt per Præsbyterum deputatum ad nutum amovibilem.*

11 *Nemo melius agnoſcit oves ſuas, & ſtatum Eccleſiarum inferiorum, quam proprius Epiſcopus, & Paſtor.*

12 *Parochus debet eſſe perpetuus, & non amovibilis excepto caſu quo cura ipſa reſideat penes aliquam Dignitatem, Collegium, aut Monaſterium.*

13 *In Eccleſiarum Parochialium proviſione debet electus examinari, & inſtitui ab Ordinario.*

14 *Eccleſia Parochialis ſtare non debet ſine Rectore, ne detur corpus ſine anima.*

15 *Eccleſia proximior reputatur eſſe vera Parochia, & vera Cathedralis, quoties alia non compareat quæ ſe viciniorem alleget, ſeu jura potiora pateſaciat.*

16 *Immiſſio conceditur comparentibus, habentibuſque cauſam ſuccedendi ex teſtamento, vel ab inteſtato, donec, & quouſque compareat qui ſe proximiorem demonſtret.*

17 *Quilibet Sacerdos poteſt adminiſtrare Sacramenta de conſenſu tamen, & poteſtate ſibi tributa per verum Parochum inferiori Sacerdoti.*

18 *Actus dependentes, & procuratorio nomine geſti non ſunt manutenibiles.*

19 *Conſuetudini obſervatæ Populorum ſatius eſt deferre, quam aliud in diſſentionem, & ſcandalum Populi novitate quadam ſtatuere.*

20 *Conſuetudinis mutatio, quæ utilitate adiuvet, novitate perturbat.*

21 *Diſmembratio curæ, & erectio formalis novæ Parrochialis fieri debet, accedente Populorum neceſſitate, vel majori conſuetudine.*

DECISIO CCLXVI.

PAſtoralis Officii præcipuum munus a Chriſto Domino, & ab eius Eccleſia militante commendatum Epiſcopis, & ſiguanter a *Sac. Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 3. de reform.* iure merito adimplens clar. mem. Cardinalis Corſinus Antiſtes Aretinus ſub anno 1673. inter cætera loca Villam inviſit, quæ nuncupatur *S. Leonis*, ibiq; reperiens Sacerdotem in Eccleſia eiuſdem denominationis Hominibus prædicti loci iugiter miniſtrãtem enunciavit, ſive declaravit, quod Villa prędicta ſubiecta foret Parochiæ S. Mariæ in Gradibus de Aretio; ſed huiuſmodi forſan declarationem ęgre ſuſtinentibus memoratis Sacerdote; Hominibuſque, præfatæ Villæ, plura ſubinde ſuſcitata fuere diſſidia ſuper iuribus, & præeminentiis veræ Parochialitatis iiſque per diſcrepantes, ſex uſque Iudicum inferiorum ſententias, ac decreta potius incaleſcentibus, tandem pro omnimoda illorum abſciſſione provocatum fuit ad oraculum Sac. Auditorii, quod hodie prodiit favorabile prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ, reſpondentibus Dominis de illius bono jure in hac controverſia conſtare, ſub eo tamen prudenti temperamento in progreſſu hujuſce deciſionis ad utrinſque Eccleſiæ ſalubrius regimen, aperiendo.

Ut igitur ſecure magis ad ſtateram juſtitiæ appenderentur jura contendentium, Domini ſerio auſcultarunt fundamenta promota ex parte prænominati Sacerdotis, ac Hominum illi Adhærentium: Dicebant itaque eorum Informantes denegari non poſſe, quod bonum Jus aſſiſteret Presbytero S. Leonis, ex quo, non conſtito de certa fundatione, & ab initio impreſſa qualitate Eccleſiæ S. Leonis, neceſſarium proinde erat ad eandem qualitatem inda-
1 gandam habere recurſum ad exteriora præſidia ſignorum includentium, vel excludentium propriam, ac veram Parrochialitatem, quemadmodum in ſubſtantia notarunt *Staphil. de litter. grat. tit. de ſtat. Benefic. §. Circa ſecundam ex n. 7., Gonzal. ad regul. Cancell. gloſ. 6. n. 35. cum ſeqq. Pax Iordan. elucubrat. Canonic. lib. 10. tit. 8. ex n. 2. cum. ſeqq. & ſignanter n. 5. & ſeq., Rot. deciſ. 380. n. 11. & ſeqq. par. 5. rec.*

Hoc autem ſtabilito principio (ſubjungebant) quod, cum juxta depoſitionem decem Teſtium formiter examinatorum in Curia Aretina, aliorumque etiam quinque inductorum coram Judice in tertia inſtantia delegato, juncta etiam viſitatione Apoſtolica per ſæculum ante motam litem peracta ſuperlative liqueret,
2 quod Rectores Eccleſiæ S. Mariæ nec ullum minimum actum adminiſtrationis Sacramentorum, aut alterius officii Parochialis exercuerant, quinimo hujuſcemodi munera Parochialia a tempore immemorabili, & per conſequens quodammodo a parte ante in ſempiternum diſpenſaverit Sacerdos prædictæ Eccleſiæ S. Leonis toti, & univerſo Populo hujus Villæ, fruſtraneum erat ulterius inquirere de alio bono jure ſuper pertinentia hujus Parochialis præheminentiæ, cum in longe minori ſpatio, triginta ſcilicet, vel quadraginta annorum poteſtas adminiſtrandi Sacramenta, ipſaque proinde Parrochialitas prę́ſcribatur ad commodum quaſi poſſeſſoris, teſte *Genuen, in praxi cap. 61. n. 2., Gratian. diſcept. 492. n. 25., Pignattel. conſult. Canon. 134. n. 3. & 4. to. 10., Rot. dec. 143. n. 3. par. 7. rec. dec. 341. n. 12. & 13. coram Roxas dec. 41. n. 3. & 4. coram Carillo, & in Albinganen. Parrochialis 29. Martii 1683. §. Nec probatio coram bo. me. Guaxardo,*

Eoque validius, quia non ſolum contraria Eccleſia S. Mariæ deſtituta noſcebatur omni penitus exercitio actuum Parrochialium, ſed quod plus erat, neque per umbram edocebat, quod

Villa,

Villa, & Eccleſia S. Leonis intercluderentur
limitibus, & circumdatio finium ejuſdem Paro-
3 chiæ S. Mariæ, quo ſane caſu multo facilius
quælibet conſuetudo, ac ſola quaſi poſſeſſio, ac
innegabilis ſtatus Parrochialitatis hactenus præ-
xiſtens penes eundem Presbyterum ſuffragaba-
tur, ex doctrina *Innocentii in cap. dile-
ctus n. 2. de Cappell. Monach., & in cap. 1.,
ubi etiam Abb. n. 3. de Religioſ. domib. Pelin in
cap. auditis n. 19. de præſcript., Lotter. de re be-
nef. lib. 1. q. 10. n. 151., Rot. dec. 433. n. 2. par. 5.
rec.*

Et ſane deveniendo ad ſingillarem eorun-
dem actuum dinumerationem, certum erat,
quod non alibi, quam in Eccleſia S. Leonis in
ipſo auguſto Paſchali die Homines ejuſdem loci
reficiebantur Sacroſancto Pane Euchariſtico,
4 quod cum ex præcepto Eccleſiæ derivet, itaut
de jure non liceat alibi, quam in Eccleſia Pa-
rochiali illum recipere, utique ſatis, ſuperque
videbatur etiam ex hoc ſolo capite vindicata
Parrochialitas, ex deductis per *Panimoll. deciſ.
5. annot. 1. n. 52. tom. 1., Rot. deciſ. 52. n. 10.
par. 2. diverſ. deciſ. 472. n. 9. coram Dunoz.
iun., & deciſ. 192. n. 3. par. 18. recent.*

Quodque plus erat non ſolum Presbyteri Ec-
cleſiæ S. Leonis inconcuſſe detulerant idem
Venerabile Sacramentum Infirmis, tradide-
rant inviolabiliter Eccleſiaſticæ ſepulturæ cor-
5 pora obeuntium in præfata Villa, ceteraſque
funerarias expleverant functiones, quæ omnia
pariformiter ſonare in evidentia ſigna Paro-
chialitatis, dixit in propoſito delationis Vene-
rabilis *Rot. dec. 77. n. 1. par. 8. rec. & in Nea-
politana Traslationis 14. Februarii 1701. §.
Quemadmodum coram. Reverendiſs. D. Molines
decano*, & circa tumulationem Cadaverum, &
cætera funebria *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap.
95. n. 12. & ſeqq., Barboſ. de Paroch. q 11. n. 25.
& 30., Panimoll. deciſ. 5. annot. 1. n. 11. in fin.
Rot. dec. 380. n. 41. par. 5. dec. 77. n. 2. par. 8.,
dec. 225. n. 1. par. 19. rec. & dec. 1887. n. 41.
coram Coccin., & deciſ. 172. n. 2. coram. Peu-
tinger.*

Verum præciſe hujuſcemodi Presbyteri præ-
ſentiam, & authoritatem præſtiterant matri-
moniis Hominum ipſius Villæ, & poſitive etiam
in implementum delegationis Ordinarii Areti-
ni hiſce conjugiis aſſiſtentiam, adhibuerant,
maximum autem argumentum exoriri ab hac
aſſiſtentia, veluti pro forma ſubſtantiali de-
6 mandata ſoli præſentiæ veri Parochi per ean-
dem Sacroſanctam Synodum Trident. pluries
definivit *Rot.*, & ſignanter *in deciſ 126. n. 2.
par. 1., & deciſ. 77. n. 1. par. 8. recen. & deciſ.
472. n. 9. coram. Dunoz. iun.*

In omnem vero caſum, quatenus etiam ex
non demonſtrata aſſignatione certorum finium
argui poſſet, quod Eccleſia S. Leonis exiſteret
7 incorporata, ſeu dependens ab illa indubitan-
ter Parochia S. Mariæ in Gradibus. quod ta-
men erat plene probandum, ut per *Ricc. colle-
ctan. par. 7. collectan. 2882. in. princip., Rot.
deciſ. 17. num. 1. coram Gregor. deciſ. 110. n. 1.
& per tot. coram Manſaned.*

Non tamen per hoc (ſubnectebant iidem In-
formantes) inferri merebatur, quod Cura
Animarum non foret perfecte ſaltem, & abſo-
lute translata in Sacerdotem S. Leonis, quod-
que propterea nullatenus valeret Eccleſia S.
Mariæ ſeſe amplius immiſcere in exercitio
8 ejuſdem Curæ, ſuper quo ſubſtantialiter ho-
dierna quæſtio verſabatur, is namque reputa-
tur, & eſt principalior effectus legitimæ tranſ-
lationis Curæ ex cauſa majoris commoditatis,
vel etiam neceſſitatis Populorum ſubſequuta,
quemadmodum bene concludit *Barboſ. in l. 1.
art. 4. num. 123. ff. de iudic. Oliv. de for. Eccleſ.
par. 3. quæſt. 13. num. 21. Franchedin. conſult.
99. num. 11.*

Nec equidem ambigi ſubſidiarie poterat de
hujuſmodi plenaria traslatione Curæ, quia
præciſive a ſignis, & indiciis ſupra notatis ad
hunc finem, ſatis erat animadvertere, quod
Presbyter S. Leonis ab immemorabili tempore
non tantum privative ad Curatum S. Mariæ
univerſa, ut præmiſimus, munia Parrochialia
9 exantlaverat, aſt quoque libere perceperat, &
actu percipiebat omnia Parrochialia emolumen-
ta ſine ulla Parochi S. M. participatione re-
ſponſione, aut cenſu, ſicut ad aſſerendam ean-
dem Curæ translationem perbelle obſervavit,
*Rot. deciſ. 37. n. 7. par. 9. dec. 192. n. 10. &
deciſ. 400. n. 9. & dec. 437. n. 16. par. 18. rec.*

Abſque eo quod obeſſe valeret in hoc pro-
poſito ſolita cæteroquin objectatio, quod Pre-
sbyter eligeretur a Populo, & eſſet ad nutum
10 amovibilis, quia manualitas non impedit, quo
minus Cura Animarum transferri queat in
amovibilem teſte *Barboſ. de Offic. & poteſtat.
Parochor. par. 1. n. 59., Pignatell. conſult. Cano-
nic. 143. ex n. 13. uſque ad 24. tom. 9., Ricc. col-
lect. dec. par. 3. collect. 712., Rot. dec. 53. n. 48.
& ſeqq. coram. Peutinger.*

Huc uſque protendebant fundamenta Pre-
sbyteri, hominumque S. Leonis, verum lon-
ge firmioria viſa ſunt Dominis illa militantia
pro Eccleſia S. Mariæ, illa namque in primis
remanebant conſtabilita profundiori, ac ſoli-
diori baſe duarum viſitationum, ultra ſiqui-
dem jam enunciatam Cardinalis Corſini ſub
anno 1673. ubi diſerte exprimitur, non tan-
tum, quod eadem Eccleſia S. Leonis non ſit
Parrochialis, ſed, & exponitur; quod exiſtat
præciſe una cum tota Villa, ac Populo ſubje-
cta alteri Eccleſiæ S. Mariæ illam antecedebat
altera viſitatio ſæculi præcedentis, anni ſcili-
cet 1583. ubi pariter affirmatur, quod Sacer-
dos S. Leonis erat mere conductitius, quodque
Eccleſia ejuſdem denominationis nullo modo
erat Parrochialis, quapropter retorquendo de-
fectum, & obſcuritatem principii; ſeu funda-
tionis hujus Eccleſiæ S. Leonis, neceſſarium
reddebatur in dubio omnimode deferre decla-

rationibus expreſſis in hujuſmodi modernis, &
antiquis viſitationibus, nemo namque melius
11 agnoſcit oves ſuas, & ſtatum Eccleſiarum in-
feriorum, quam proprius Epiſcopus, & Paſtor
ex his, quæ in terminis conſimilium jurium
Parrochialium optime affirmantur per *Pacion.
allegat. civil., & Canonic. 90. n. 20., Adden. ad
Pamphil. dec. 155. n. 12., Rot. dec. 233. n. 2.
par. 1. dec. 39. n. 7. & deciſ. 281. n. 19. par. 15.
dec. 90. n. 16. par. 16. rec., in Gerunden. Hebdo-
madaria 5. Maii 1690. §. Quinto coram bo. me.
Urſino, & in Montis Regalis Prioratus 2. Maii*
1701. §. *Tum, & magis coram Me.*

Potiſſime quia erat apud Partes ſine contro-
verſia, quod idem Sacerdos S. Leonis, non
ſolum erat, ut ſupra, ad nutum amovibilis,
quod utique repugnat veræ qualitati Parochia-
li, ſuapte ſiquidem natura Parochus debet eſſe
perpetuus excepto ſolum caſu, quo Cura ipſa
reſideat habitualiter penes aliquam Dignita-
tem, Collegium, aut Monaſterium, tunc
etenim perpetuitas vigens in ipſa dignitate, Col-
legio, vel Monaſterio æquipollet titulo, & in-
cardinationi perpetuæ, quæ de jure in Paro-
12 chis requiritur, ut in terminis præmiſſæ regu-
læ *Gonzal. ad regul. 8. Cancellariæ gloſſ. 5. §. 6.
n. 60., Garzias de benefic. par. 1. cap. 2. n. 66., Rot.
deciſ. 2038. n. 17. & 18. coram Coccin., Lotter. de
re benefic. lib. 1. cap. 33. n. 90. & ſeqq., Barboſ.
de Offic., & poteſt. Parochor. par. 1. cap. 1. n. 65.
Card. de Luc. de benefic. diſc. 80. n. 16.*

Verum etiam ſimpliciter eligebatur a Popu-
lo ſub incerta, & variabili mercede, abſque
eo, quod ſubjaceret poſitivo concurſui deman-
dato per Synodum Tridentinam, vel prævia
præſentatione Patronorum examinaretur, &
inſtitueretur ab Ordinario, prout in proviſione
13 Eccleſiarum Parochialium indiſpenſabiliter
ſancivit eadem *Tridentina Synodus ſeſſ. 24. cap.*
18. & connotarunt *Marant. reſponſ. 45. n. 65.
tom. 4. Pignattell. conſult. Canonic. 78. n. 92. tom.
9., Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. 6. n. 111., Rot.
in Celſonen. Præpoſituræ 14. Iunii 1694. §. Cæte-
rum cor. Reverendiſſimo D. meo Molines Deca-
no,*

Poſito igitur, quod hic Presbyter præter
obſtaculum duarum viſitationum haberet con-
tra ſe omnimodam carentiam requiſitorum ve-
ri Parochi, & non foret allegabilis ulla digni-
tas, vel Collegium, penes quod radicaretur,
ac poſſet ſubſiſtere quidditas, & eſſentia Curæ
operæ pretium omnino erat exquirere quiſnam
eſſet verus Rector, & Paſtor hujuſce Populi,
ac Eccleſiæ, ne alias exorbitans, & monſtruo-
14 ſa reſultaret abſurditas, quod daretur cor-
pus ſine anima, membrum ſine capite, ut ad
rem conclamarunt *Io. Andr., Abb. Panormitan.,
& alii in rubric. de Paroch. Roderic. a Cunha in
can. in illis 2. diſtinct. 8. Lotter. de re benefic. lib.
1. qu. 10. n. 7., Card. de Luc. de iuriſdict. diſc. 1.
n. 3. & 4. diſc. 11. n. 4., Rot. dec. 665 n. 18. cor.
Coccin, & in Gerunden. Iuriſdictionis ſuper bono
iure 13. Iunii 1693. §. Etenim cor. Reverendiſſimo
D. meo Decano.*

Iſtud autem caput, atque hæc anima Curæ
non poterat præexiſtere, niſi apud contenden-
tem Eccleſiam S. Mariæ, quia cum de ejus Pa-
rochialitate nulla adeſſet hæſitatio, atque eſſet
limytropha, ſeu contigua hujuſcemodi Villæ,
15 & Eccleſiæ Doctores omnes, & S. Rota in hi-
ſce caſibus ad effugiendam prædictam mon-
ſtruoſitatem juſte fuerunt ſemper arbitrati,
quod non comparente, alio, qui ſe allegat vi-
ciniorem, ſeu potiora jura patefaciat, ſemper
Eccleſia proximior reputetur eſſe vera Paro-
chia, vera Cathedralis, uti videre eſt apud
*Fagnan. in cap. nullus n. 23. & 24. de Paroch.,
Rot. dec. 310. n. 2. penes poſth. de manutent. dec.
309. n. 4. cor. Dunoz. ſen. dec. 106. n. 16. par.
19. rec.*

Et habemus etiam in mere civilibus, & pro-
phanis practicum exemplum ſucceſſionis teſta-
mentariæ, vel inteſtatæ, quod cum pari modo
repugnet bona conſiſtere ſine Domino, ultro
conceditur immiſſio comparentibus, habenti-
16 buſque cauſam ſuccedendi ex Teſtamento, vel
ab inteſtato, donec, & quouſque; prodeat in
ſcænam, qui ſe demonſtret proximiorem ex
*Card. de Luc. de feud. diſc. 107. n. 7. de Fideicom.
diſc. 85. n. 10., Rot. cor. Peutinger. dec. 309. n. 1.
& ſeqq. & in Aſculana Fideicommiſſi 5. Decem-
bris 1691. §. Purificatio cor. R. P. D. meo Ca-
prara,*

Maxime quia in præciſo noſtro caſu liquebat,
quod idemmet modernus Cappellanus S. Leo-
nis confeſſus fuerat petiiſſe licentiam a Paro-
cho S. Mariæ pro adminiſtratione Sacramento-
rum explenda, & de facto illa regiſtrabatur *in
Summ. S. Mariæ n. 12.*, unde citra neceſſita-
tem reſpondendi ad ſingulos actus ſuperius ab
Informantibus pro Eccleſia S. Leonis allatos,
ſive ad arguendam Parrochialitatem, ſive ad
præſeferendam ſubſidiario loco translationem
Curæ ſatis erat uno verbo reſpondere, quod
hæc omnia recte compatiebantur cum præſenti
reſolutione capta favore Eccleſiæ S. Mariæ,
17 cum paſſim permittatur, quod alius Sacerdos
valeat explere actus Sacramentorum admini-
ſtrationem concernentes de conſenſu, licentia,
& poteſtate per verum Parochum inferiori Coa-
diutori, ſeu Sacerdoti attributa, quemadmo-
dum conſtat *ex Gonzal. ad reg. 8. Cancellariæ
gloſſ. 6. n. 41, Rot. dec. 314. n. 4. coram Rembold.
dec. 17. n. 11. cor. Peutinger. dec. 124. n. 4. & 5.
par. 12. dec. 516. n. 10. par. 18. rec.*

Atque ex his palpata excluſione veræ, & pro-
priæ qualitatis Parrochialis in hoc Cappellano
mere conductitio, & oſtenſo, quod ſaltem
noviſſimis temporibus interceſſerat licentia po-
ſitiva Rectoris Eccleſiæ S. Mariæ, profecto tan-
tum aberat, quod memorati actus in oppoſitum
deſervire poſſent pro concludenda Parrochiali-
tate in bono jure ad commodum ejuſdem Cap-
pellani, ut nec etiam de rigore iidem actus tan-
quam

18 quam dependenter, & precario nomine geſti, fuiſſent manutenibiles ad unanimiter affirmata per *Poſth. de manut. obſerv. 52. n. 25. & ſeq. & obſer. 53. n. 1. & ſeqq., Palm. dec. Lucen. 86. n. 5. Rot. dec. 541. num. 9. dec. 235. n. 3. penes Poſth. de manut., dec. 59. n. 1. coram Ottbobon. dec. 61. n. 1. cor. Zarat. in Romana Communantiarum, & Fontanilis 20. Ianuarii 1702. §. Abſque eor. Me, in Gerunden. Eleemoſinæ Panis ſuper manutentione 20. Martii 1702. §. Conſtat cor. R. P. D. meo Priolo*,

Cæterum quia juxta decretalem Cæleſtini III. *in cap. quod dilecti de ætat., & conſangnin.* conſultius quandoque exiſtit obſervatæ conſuetudini deferre, quam aliud in diſſentionem, &
19 ſcandalum Populi novitate quadam adhibita ſtatuere, & ut ſubdit *Divus Auguſt. in Epiſt. 54. ad Inquiſit. Januar. cap. 5.*, ipſa quoque mutatio conſuetudinis, quæ utilitate adiuvat, no-
20 vitate perturbat cum aliis plene animadverſis *in Hiſpalen. Proceſſionis ſuper ſecundo dubio 28. Iunii 1700. ex §. Et ſane cum ſeqq. coram Me*, & quia pro ipſa populorum neceſſitate, vel majori commoditate oportet teſtificante experientia, nedum in vinea Domini conſimiles adhi-
21 bere Coadiutores, imo, & urgente magna utilitate, vel neceſſitate devenire ad effectivam Curæ diſmembrationem cum erectione formali novæ Eccleſiæ Parochialis ex determinatione *Text. in cap. ad audientiam il 1. de Eccleſ. ædific. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 28. n. 3. & ſeqq. Amoſtaz. de Cauſ. piis n. 2. cap. 4. n. 1. & ſeq. Barboſ. de Offic., & poteſt. Parochor. par. 1. cap. 1. nu. 25. Cad. de Luc. de Paroch. diſc. 34. n. 2. & diſc. 35. n. 6. & in Miſcell. Eccleſ. diſc. 1. n. 116. Carol. Anton. de Luc. de Apoſtol. Region. aſſenſu qu. 81. n. 2., Rot. dec. 1328. n. 1. coram Coccin. dec. 39. n. 2. & ſeqq. coram Peutinger. in rec. dec. 400. n. 1. par. 18. & in Overen. erectionis Parrochialis 12. Maii 1681. §. Cum enim coram bo. me. Albergato*.

Idcirco Domini prudenter temperando hujuſcemodi reſolutionem adiicere modum, per quem continuando vetus populi ſolatium, & commoditatem uſque ad maturiorem S. Sedis proviſionem, obſtringeretur ex una parte Cappellanus expetere in ipſo ingreſſu ſuæ adminiſtrationis a Parocho S. Mariæ, & e converſo compelleretur etiam Rector præcitatæ Eccleſiæ S. Mariæ illam elargiri, Partibus utrinque acriter informantibus, & ſerio auditis &c.

EADEM CORAM EODEM SUPER MANUTENTIONE.

Lunæ 15. Ianuarii 1703.

ARGUMENTO.

Non indiget,

SUMMARIUM.

1 *Manutentio datur poſſidenti.*
2 *Quinimo etiam Prædoni, donec ſaltem de ſua deprædatione convincatur.*
3 *Continuatio poſſeſſori concedi debet iuxta ſtatum antiquum.*

DECISIO CCLXVI.

1 MAnutentio, quæ de jure ſemper conceditur ad ſtatum *vulgat. §. Retinendæ de interd.*, adeout præciſive a ſuis receptis limitationibus quemadmodum in contingentia caſuum recta ſuadet juris prudentia, amplificent jura noſtra illam non eſſe denegabilem etiam prædoni, donec ſaltem de ſua deprædatione
2 convincatur ex traditis per *Adden. ad Buratt. dec. 342. n. 5. Marcheſan. de commiſſ. appell. in poſſeſſ. Salvian. par. 1. §. 1. num. 125. & ſeqq., Rot. dec. 237. n. 8. & dec. 650. n. 14. penes Poſth. de manut. dec. 299. n. 8. coram Roxas dec. 185. n. 6. coram Card. Mantic.*

Hodie in ſequelam reſolutionis captæ ſuper negocio principali extitit per Dominos attributa utrique Parti, cum enim actus huc uſque geſtos forent referibiles ad puram dependentiam, hac titulum precarii unanimiter cenſuerint, quodque pariformiter impoſterum explendi eſſent mediante licentia Rectoris Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ, conſequens erat, quod etiam in futurum ad limites ejuſdem ſtabilimenti, ac modi firmaretur permiſſio conti-
3 nuationis; ut in ſimili dictum quoque fuit *in dec. 270. n. 1. par. 12. rec., & in Parſen. Iuris paſcendi ſuper manutentione 27. Martii 1712. §. Cum enim, & in Leodien. Iuriſdictionis 28. Iunii 1702. §. Nihilominus coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano.*

RO-

ROMANA DOTIS DE SALVIATIS.

Lunæ 22. Januarii 1703.

ARGUMENTUM.

Plura habentur circa modum proponendi, ac decidendi cauſas in devolutivo in Rota, & in aliis Tribunalibus. *Auth. Res quæ* non habet locum niſi in ſubſidium, & conſequenter diſcuti prius debent bona libera. Diligentiæ quomodo in illorum diſcuſſione fieri debeant.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutia reſtitutionis circa manifeſtam, & exorbitantem injuſtitiam regulariter non datur.*

2 *In judicio devolutivo reaſſumi debet ſubſtantia negocii Principalis, & diſcuti debet an ſententia a qua appellatum fuit ſit infirmanda, vel confirmanda.*

3 *In cauſis forenſium applicari non poteſt ſanctio ſtatutaria Vrbis* in cap. 180. lib. 1. *ſed procedendum eſt de Jure per tres conformes.*

4 *S. Rota dedignare non ſolet in practicis materiis quandoque audire ſenſum Patronorum Sac. Palatii.*

5 *Immutari non debent ea, quæ certam habuerunt jam interpretationem.*

6 *Res judicata interverti nequit, quam ope reſtitutionis in integrum.*

7 *Signatura ſi reſcribit.* Conſtito de duabus, vel conſtito quod ſit locus ſtatuto *in cauſis Forenſium, tunc Judex ad quem examinat de hoc articulo civilitatis, vel forenſitatis.*

8 *Sed quoties reſcribit* ſine Præjudicio duarum *tunc præſumitur quod in dictis cauſis ſtatutum intret.*

9 *Inſtantia prædefuncti active, & paſſive cum ſuis qualitatibus, & privilegiis tranſit in hæredem.*

10 *S. Rota in dubia ſemper obſequitur legibus commiſſionum ei tribuentibus Juriſdictionem.*

11 *Qui prior eſt tempore potior eſt jure.*

12 *Dos vigore* auth. Res quæ *habet prælationem in bonis fideicommiſſariis a Jure, quam non haberet ſuper bonis indifferentibus ex quo pro credito dotali quo ad bona fideicommiſſaria lex retrotrahit hypothecam uſque ad diem obitus fideicommittentis.*

13 Auth. res quæ *locum ſibi non vindicat niſi in purum ſubſidium omnimode ſcilicet deficientibus bonis liberis gravatorum, & reſpective debitorum.*

14 *Mulier autem debet facere diligentias pro conſecutione ſuæ dotis ſuper bonis liberis, alias ob non factas diligentias propria ſuæ culpæ non autem inexiſtentiæ ſatisfactionis adſcribere debet retardatam ſolutionem.*

15 *Qui nititur Beneficio* Auth. res quæ *non compellitur excutere bona libera ſi illa ſint intricata.*

16 *Idque procedit in caſu dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ Puellæ, aut Viduæ ad finem ne interim retardaretur cauſa publica Matrimonii, vel alimentorum, ſecus autem in caſu in quo utraque ratio ceſſat.*

17 *Et in hoc propoſito intricata dici non debent illa bona, quæ ſtant in aperto, neque talia apparent, ſed pro illius dotis conſecutione nulla contra dicta bona adhibita fuit diligentia.*

18 *In remedio* Auth. res quæ *gradualis ordo expoſcit, uti prius incipiatur a bonis provenientibus ab aſcendente, quam provenientibus ex tranſverſo, vel ex tranſverſo juridice occupatis.*

19 *Remedium* Auth. res quæ *nunquam porrigitur ad bona fideicommiſſi tranſverſalis, niſi adſit præceptum, vel promiſſio dotandi.*

20 *Fideicommittens niſi aliud præviſum, & literaliter dixerit ſive in contractu, ſive in ultima voluntate cenſetur determinationi Juris ſeſe conformaſſe.*

DECISIO CCLXVII.

Antequam Partes in hac Cauſa novum aggrederentur certamen in meritis effuſa eſt contentio ſuper eas circa modum, ſeu formulam dubij proponendi, quia cum uſque ab initio Congregatio Baronum pretium Caſtri Proceni, & Cauponæ, ſive Poſtæ Centeni aliorumque bonorum diſtribui, & conſignari mandaſſet ad favorem D. Cincii, & Abbatis de Vecchiis clar. autem mem. Catherina Duciſſa Salviata, contendens ex cauſa crediti ſui dotalis antelationem provocaſſet obtinuerat quidem priori vice in hoc Sacro Auditorio, de voto cujus cauſa revidenda fuerat a Sanctiſſimo commiſſa, infirmari Judicatum Congregationis coram olim Decanis hujus Sacri Auditorii Emerix Jun. & Urſino; Verum ad inſtantiam præfati D. Cincii, & Abbatis iterum mediante nova commiſſione pugna reſtaurata coram R.P. D. meo Priolo per binas deciſiones, Alteram ſub die 15. Maii 1699. & alteram 22. Iunii 1701. re maturius digeſta ſuccubuerat: Quapropter iterum ex parte D. Ducis Salviati filii, & hæredis D. Duciſſæ interim fato functæ porrecta alia commiſſione, eademque ſignata cum clauſula *ſine præjudicio duarum conformium*, D. Dux prætendebat per me dubium ſubſcribi, *utrum ſententia Rotalis foret confirmanda, vel infirmanda?* Sed vicit oppoſitio D. Cincii, & Abbatis, quia ſub die prima Decembris anni delapſi, DD. reputarunt non aliud fore dubium ſubſcribendum, quam *utrum conſtaret de cauſis reſtitutionis in integrum* (ſive introducendo viſcera rei judicatæ jam executioni demandatæ) *potius conſignatio ſuſtineretur?* quo tandem dubio plene pariter, & ad ſatietatem hodie diſpuncto, negativa ſuper reſtitutione in integrum proſilivit reſolutio, & conſequenter in ſequelam dilapſa eſt alternatio ſecundæ partis circa conſignationem jam conſumatam.

Occaſio, ſive ratio, ob quam defenſores D. Du-

Ducis Salviati expoſtulabant diſceptari dubium ſuper confirmatione, vel infirmatione præcedentis ſententiæ Rotalis *R.P. D. mei Prioli* manebat in eo, quod ita nova ſententia coram Me ſuo loco, & tempore quomodolibet proſiliens, videlicet etiam pro confirmatione præcedentis, alteram protrahebat veriſimiliter inſtantiam, quando e converſo diſpuncto dubio ſuper cauſis reſtitutionis in integrum profecto quoties negative, ut ad præſens reſponderetur, actum videbatur de alia commiſſione reſtitutionis in inte-
1 grum inquirere, cum reſtitutio reſtitutionis citra manifeſtam, & exorbitantem injuſtitiam regulariter non detur ad *Text. in l. in vna C. ſi ſæp. in integr. reſt. poſtul. Card. Peregr. in l. ſi Curatorem verſ. implorandum num.* 36. *C. de integr. reſt., Rot. deciſ.* 79. *lib.* 3. *coram Put.*, *& in Cortonen. ſeu Peruſina fideicommiſſi* 17. *Novembris* 1703. §. *Alterius coram Me*; Itaut ſolum ſuper eſſet taxatio, ſeu refuſio, ut moris eſt, expenſarum.

Promovevant itaque ad hujuſmodi intentum præfati defenſores, quod cum mediante ſuper enunciata clauſula *ſine præjudicio duarum* inſerta in hodierna commiſſione mihi directa alia præcedentia Judicata non expectarent poſt ſe executionem, ex quo D. Cincius, & de Vecchiis jam vigore primi Iudicati Congregationis Baronum exegerant, & detinebant pecunias, de quarum recuperatione tractabant D. Dux Salviatus, proindeque cum cauſa diſpungi nequiret, niſi ſolum in mero devolutivo, oporteret idcirco in eodem devolutivo reaſſumere
2 ſubſtantiam negocii principalis circa bene, vel male pronunciatum quoad conſignationem prædictarum pecuniarum, & conſequenter, quod aut opus eſſet ſimpliciter trutinare, *an conſignatio iam facta ſuſtineretur*, vel & honeſtius, *an ſententia R.P.D. mei Prioli* canonizans ipſam conſignationem jam ſecutam, & a qua fuerat appellatum foret confirmationis, vel infirmationis digna munimento ſecundum praxim, de qua teſtari videtur *Card. de Luc. in relat. Cur. Rom. diſc.* 32. *num.* 38. *in fin. verſ. quando vero, Rota deciſ.* 50. *num.* 16. *&* 17. *coram Card. Cerro.*

Potiſſime ex quo neque per umbram aptari poſſe noſcebantur termini rei judicatæ, quæ pro ejus infractione indigeret judiciali in integrum reſtitutione; Quoniam non ſolum antecedens commiſſio directa *R. P. D. meo Priolo* ſimpliciter uti Sac. Rotæ Auditori tollebat conſuetudinem diſputandi, an adhuc cauſa redoleret, ſive ſecum traheret facultates Congregationis Baronum, ex vi Conſtitutionis Clementinę procedentis *appellatione remota*, ſed etiam quia cum D. de Vecchiis exiſteret omnino forenſis, non poterat illius favore applicari ſanctio ſtatutaria Urbis *in cap.* 180. *lib.* 1., ſed erat procedendum
3 omnino de jure per tres conformes juxta late diſſerta apud *Card. de Luc. de Iudic. diſc.* 36. *num.* 52., *Rota deciſ.* 673. *num.* 1. *& ſeq. par.* 1. *diverſ.*, *& in Benon. evictionis* 20. *Iunii* 1698. §. *Non enim intrare coram R.P.D. del Olmo*, atque in hunc ſenſum explicabatur, immo & loquebatur allatum exemplum *in Romana Domus* 2. *Decembris* 1699. *coram bon. mem. Iscometto*.

Idque paſſim practicari ſubdebatur in terminis parum abſimilibus ejuſdem clauſulæ *ſine præiudicio*, nam etſi Signatura Juſtitiæ cauſam Auditorio noſtro commiſerit cum clauſula *ſine præiudicio legitimæ executionis* adverſus aliquod mandatum, attamen quia redditur incongruum diſquirere, an mandatum A. C. ſit exequendum, quando vel jam exiſtit executioni demandatum, vel demandari valeat a Judice a quo de plano ſemper reaſſumitur in devolutivo quæſtio exempli gratia, *An conſtet de credito ſeu an mandatum Rotale ſit confirmandum, vel infirmandum*, abſque eo quod præciſive ab intrantia, & ordinatione ſtatuti Urbis ſuccumbens, privetur ſua ordinaria poteſtate agendi cauſam in eodem devolutivo per tres conformes ad mentem, & cenſuram Iuris *in l. vnica C. ne lit. in una eademque cauſ.*

Sed ut præmiſimus vicit his non obſtantibus oppoſitio DD. de Cinciis, & de Vecchiis; Quoniam cum Sac. Rota non ſoleat dedignari quandoque pro ejus arbitrio in hiſce practicis mate-
4 riis audire ſenſum Patronorum Sacri Palatii, quemadmodum circa ſtylum, & praxim rerum Conſiſtorialium auſcultat Collegium Abbreviatorum, Parci majoris, auditis proinde memoratis Patronis ſuper adamuſſim fraternizante difficultate *in una Forolivien. Dotis coram R.P.D. Bourlemont determinaverat*, quod reſcribenti Signaturæ Juſtitiæ cum clauſula *ſine præiudicio trium conformium* ſubortaque ob id hæſitatione utrum ſententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda, vel potius diſputari debere de cauſis reſtitutionis in integrum ſancitum fuit de menſe Maii 1676. coram eodem Bourlemont ad normam hujus ſecundæ partis alternantis proponi ſolummodo debere dubium, *an conſtaret de cauſis &c.* uti latius etiam oſtendebatur ex Cod. ejuſdem Collegii Patronorum *ſub tit.* 36. *ac rub. Notitia Rotæ Romanæ*; quamobrem
5 abſonum apparebat aberrare, ſive immutare ea, quæ certam jam habuerant interpretationem, ut inquit *Iuris conſ. in l. minime ſunt mutanda ff. de leg.*, *& Senat. conſ.*, & ita bene de facto fuit practicatum *in ſupra laudata Romana Domus* 2. *Decembris* 1699. *coram bo. me. Iscometto*.

Neque contrarium in praxi afferebant *Card. de Luc. & Rota coram Cerro ſuperius allegat.* Primus namque nullibi deſcendebat ad caſum ſignatæ commiſſionis cum clauſula *ſine præiudicio*, ſed loquebatur de mera appellatione unius Turni ad alterum, & certe tunc aliud dubium efformari non conſuevit, quam an ſententia Rotalis ſic confirmanda, vel infirmanda. Rota vero coram Cerro agit de ſupradicto caſu commiſſionis modificatæ cum clauſula *ſine preiudi-*

cio legitimæ executionis, recteque demonſtrat, & firmat, quod ſicuti per eam non impeditur quominus Judex a quo valeat interim executioni demandare proprium Judicatum, ita non cohibetur Judex ad quem examinare cauſam in devolutivo, omniaque geſta per Judicem a quo reformare, infirmare nedum ordinaria via appellationis, verum quoque per alteram magis privilegiatam manutentionis; Aſt hujuſmodi diſcurſus minime congruit quoties ad limites ſupra recenſiti exempli commiſſio legitur ſubſignata cum clauſula *ſine præindicio trium conformium*, vel ſine præjudicio duarum habentium ex municipali cenſura efficaciam trium ſententiarum. In his quippe terminis enaſcitur res
6 judicata, quæ rumpi non poteſt alio pugione, vel clypeo, quam ope reſtitutionis in integrum vulgatis Juribus, de quibus *Rota dec. 489. num. 17. & 18. & deciſ. 613. num. 10. & ſeqq. par. 18. rec. deciſ. 414. num. 8., & pluribus ſeqq. coram Priolo cum innumeris allegatis in Romana fideicommiſſi 17. Iunii 1701. §. Quartus denique coram Me*.

Conqueſtio autem, quod Urbis ſtatutum ſpiritum rei judicatæ inſufflans geminis ſententiis locum ſibi uſurpare nequiret ad præſens, ex quo D. de Vecchiis non foret Incola, vel Civis opponi forſan valuiſſet, quando commiſſio Signaturæ diverſimode, ſeu ſuſpenſive, ut fieri ſolet concepta appareret, nempe *conſtito de duabus, vel conſtito, quod ſit locus ſtatuto*: Rota etenim, ſive Judex ad quem in hujuſmodi formula re-
7 ſcribendi principaliter examinat de hoc articulo civilitatis, vel forenſitatis, & affirmative, vel negative reſpondet, prout ratio, & circumſtantiæ caſuum impellunt, ſicuti plene videre eſt *in Romana Prelaturæ de Vecchiarellis 9. Decembris 1697. ex §. Sola igitur cum pluribus ſeqq. coram Me*.

Verum cum hodierna commiſſio abſolute cantaret *ſine præiudicio duarum*, ſatis ſuperque
8 præſumendum erat, quod ſtatutum intraret forſan ex eo, quod Abbas Defendius Incola ſaltem in Urbe indubitatus viveret de tempore non ſolum inchoati Judicii, ſed etiam primę Deciſionis editæ *coram R. P. D. meo Priolo*, cum inſtantia ejuſdem Abbatis prędefuncti active, & paſſive cum ſuis qualitatibus, & privilegiis
9 compatibilibus certo certius tranſivit in hęredem per *Text. in l. is, qui Romæ 34. ff. de Iudic., Rot. deciſ. 358. num. 4., & deciſ. 414. num. 12. coram. Cerro deciſ. 631. num. 3. par. 18. rec., & in Viterbien. fideicommiſſi 16. Iunii 1684. §. Non enim coram bo. me. Alberpato*.

In omem vero caſum arctabantur defenſores D. Ducis Salviati opportune comparere ad Signaturam Sanctiſſimi pro reformatione clauſulæ prędictæ. alias Rota non inquirit de hujuſmodi prætenſionibus, ſive altercationibus, ſed in ambiguo ſemper obſequitur legibus commiſſionum eis tribuentibus Juriſdictionem, & reſpective Judicio Tribunalis Signaturæ Papam ſu-
10 per ipſo modo committendi telaque judiciaria pleniſſime repræſentantis, prout millies proteſtata eſt in ſimilibus, & ſignanter *in deciſ. 1412. num. 2. coram Seraph. deciſ. 502. num. 3. & 4. par. 13. rec. in Romana Pecuniaria 9. Iunii 1679. §. Minus concludit coram bon. mem. Rondinino, in Romana locorum Montium 3. Februarii 1700. §. Omnemque & in Romana Cambii 30. Aprilis einſdem anni §. Secundario coram Me, & in Romana Cenſus 14. Martii 1701. §. Verum pariter coram Me*.

Reſtricta itaque trutinatione cauſæ ad ſubſtantiam meritorum, Domini palparunt nullam ad fuiſſe injuſtitiam in Judicatis *Congregationis Baronum, & R. P. D. mei Prioli*, ex quo nulla læſio ſcatere poſſit, & conſecutive obtineri ad præſcriptum dubii aliqua in integrum reſtitutio, quia tota, ſi quę aderat, difficultas, reducebatur ad allegatum ex parte D. Ducis privilegium *Auth. res quæ C. de fideicommiſſ.*, de cætero nempe pręciſive ab hoc privilegio D. Cincius, & de Vecchiis reperiebantur dubio procul anteriores credito, cui nitebatur D. Dux Salviatus, & proinde eiſdem Cincio, & de Vecchiis recte fuit decreta, ac facta, & reſpective canonizata conſignatio pecuniarum communis debi-
11 toris, alio etenim non obſiſtente, qui prior eſt in tempore potior eſt in Iure, ut omnia Fori ſubſellia increpant, & adnectunt ad notiſſimum *Text. in cap. qui prior de reg. Iur. in 6., & in l. potior ff. qui pot. in pign. habea., Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 4., Rodriquez. de Concurſ., & privil. Credit. part. 2. artic. primo. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. ultim., Rot. deciſ. 41. num. 1., & ſeqq. coram Celſo, & in Melevitana Pecuniaria 19. Junii 1702. §. Aggrediendo coram me*.

Conſiderantes proinde DD. punctum in abſtracto nullatenus diffitebantur, quod materno credito dotali per D. Ducem aſſerti conſueto inhæreret pręſidium præfatæ *Auth. res quæ*, cujus utique fulcimento quodlibet dotale creditum in bonis fideicommiſſariis a Jure nanciſcitur eam prælationem, quam non haberet ſuper bo-
12 nis indifferentibus, ex quo pro ipſo credito dotali, quoad bona fideicommiſſaria lex retrotrahit hypothecam uſque ad diem obitus fideicommittentis ex late ponderatis apud *Fuſar. de Fideicom. quæſt. 531., & quæſt. 532., Rot. deciſ. 693. num. 2. & ſequentib. coram Seraph. dec. 359. num. 1. & ſeq. par. 12. deciſ. 508. num. 2. part. 18. rec, deciſ. 31. num. 3., & deciſ. 44. num. 23. coram Ubago, & dec. 1291. num. 1. coram Emerix Iun.*

Cæterum contra hanc theoricam in ſe certiſſimam rurſus amplexati ſunt gemina fundamenta, ſeu replicationes optime diſſertas, & ponderatas in præcedentibus Deciſionibus *R. P. D. mei Prioli* videlicet *ſub. die 15. Maii* 1969., & 22. *Januari* 1701., quarum altera ſolidabatur in eo, quod quatenus etiam bona, ſeu pretium, de quo tractabatur forent undi-

que

que fideicommiſſaria, adhuc neque bon. mem.
D. Duciſſæ, neque D. Duci ejus hæredi tale
fuiſſent exercibile remedium; Nam cum aliun-
de idem creditum foret ſubducibile nulla ade-
rat ratio, propter quam bona fideicommiſſaria
13 alias demandato Congregationis Baronum le-
gitime diſtracta mererentur vulnerari, ſive af-
fici memorato Authenticæ privilegio, quod lo-
cum ſibi non vindicat niſi in purum ſubſidium
omnimode ſcilicet deficientibus bonis liberis
Gravatorum, & reſpective debitorum ex paſ-
ſim roborata propoſitione, de qua *Carol. An-
ton. de Luc. in obſerv. ad Franch. deciſ. 519. num.
3., Rota deciſ. 43. num. 3. coram San. Mem.
Alexandro VIII. deciſ. 925. num. 9. coram Card.
Cerro, & in Romana Dotis 27. Maii 1700. §. De-
tractio coram R. P. D. meo Priolo, & in Romana
Pecuniaria 28. Junii 1702. §. Aſt ſuperlative,
& §. Siquidem coram me.*

Quod autem idem dotale creditum foret
aliunde ſubducibile manifeſtabat Iudicium pro-
motum a Domina Duciſſa contra fratres, &
ſignanter contra Ducem Franciſcum uſque ad
relaxationem mandati, ideoque quantumvis
tale mandatum remanſerit ſuſpenſum median-
te reſcripto Signaturæ *Si quid exequendum*, ex
quo Dus Franciſcus ſeſe tuebatur ex capite mi-
noris ætatis non ita de facili exaudibilis in Con-
ſtitutione Dotis Sororiæ, utique tenebatur D.
Duciſſa, ejuſve filius reaſſumere præfatum ju-
dicium, alias ob non factas diligentias propriæ
14 ſuę culpæ, non autem inexiſtentię ſatisfactio-
nis debebat adſcribere retardatam ſolutionem
ſicuti ponderatum, & admiſſum fuit *in Roma-
na Pecuniaria 28. Iunii 1702. §. Advertendo
cum duobus ſeqq. coram me, & antea firmaverat
eadem Rota deciſ. 91. § Neque obſtat poſt Penſon.
ad ſtatut. Urbis, & dec. 481. num. 3. coram Se-
raphino.*

Et licet inter ipſamet privilegia dotalia nume-
retur illud excluſivum neceſſitatis proſequendi
bona libera quando illa ſint intricata, ut abunde
15 examinatum fuit *in Romana Aſſentiſtatus 23. Ja-
nuarii 1699. §. Præmiſſis ſubdebant coram Reveren-
diſſima Domino meo Molines Decano.* hoc utique
vel erat accipiendum in ſuo caſu dotis conſti-
tuendæ, vel reſtituendæ Puellæ, aut viduæ, ad
finem ne interim retardaretur cauſa publica
Matrimonii, vel alimentorum, ſecus autem in
caſu, in quo utraque ratio ceſſabat, quemad-
16 modum agnitum etiam fuit *in dicta Romana
Aſſentiſtatus 19. Novembris 1698. §. Ultimam
demum, & 23. Februarii 1699. §. Ex alia parte
& §. Penult., & final. coram Reverendiſſimo D.
meo Molines Decano.*

Vehementius autem, quia de hac intricata
implicatione minime docebatur. Nam pro pa-
randa ſatisfactione huiuſce crediti adſtabat pre-
tium Status Sanctæ Floræ Florentiæ inveſtitum
adſtabant fructus fæudales prædicti Phæudi San-
ctæ Floræ, adſtabant demum Palatium veteris
Cancellariæ Urbis, & bona Lombardiæ proin-

deque dum nulla, vel minima adhibita fuit ex
parte Duciſſę ejuſque Domini Filii diligentia
pro reportanda ſuper hujuſmodi effectibus ſatiſ-
factione non Poterant ad ſimplicem Partis aſ-
ſertionem cenſeri pro intricatis illa bona, quæ
ſtabant in aperto, & non oſtendebantur talia ad
17 tradita per *Peregrin. de fideicom. art. 42. ſub. n.
35. & num. 66., Surd. deciſ. 62. num. 4., Rot.
deciſ. 143. num. 6. & 7. coram. Coccin. & deciſ.
83. num. 11. coram. San. Me. Alex. VIII., &
deciſ. 395. num. 11. par. 16. rec.*

Eoque robuſtius cum omnia, vel pleraque
ex præfatis bonis enunciatis provenirent a Dire-
cto Aſcendente D. Duciſſæ videlicet Duce Ma-
rio Sfortia, ideoque non erat facile urgendum
ut in prejudicium aliorum creditorum tangeren-
tur aliæ portiones fideicommittentium tranſ-
verſalium vel ad tranſverſales devolutæ, gra-
dualis etenim ordo in hac ſubſidiariſſima mate-
18 ria expoſcebat, ut prius inciperetur a bonis
provenientibus ab Aſcendente quam prove-
nientibus ex tranſverſo, vel ex tranſverſo juri-
dicè præoccupatis teſte, *Manſ. conſult. 235. nu.
5. & ſeqq., Hodiern. contr. 9. in princip., & ad
Surd. deciſ. 62. num. 97. & ſeqq., Card. de Luc.
de dot. diſc. 145. num. 31., Rota deciſ. 193. n. 3.
& 4. coram Millino, & in Romana Canthelæ An-
geli 25. Aprilis 1701. §. Prout non relevat co-
ram R. P. D. meo Muto.*

De reliquo creſcebat oratio, quia etiam con-
ceſſo D. Duciſſ., ac illius filium, & hæredem mi-
nime arctari ad hanc bonorum indifferentium vel
Aſcendentalium perſecutionem: Adhuc actio
reddebatur inanis quoad hodiernum pretium
proveniens a venditione Caſtri Proceni, & Po-
ſtæ Centeni: cum etenim præfatum Caſtrum,
& Poſta fuerint a Guidone Aſcanio Cardinali
Sfortio Fideicommittente, & inſimul ordinante
foeminas ex latere Deſcendentes dotari præce-
denter translata in Paulum per viam permuta-
tionis, profecto is, illiuſque bona per eum ſub-
jecta novo fideicommiſſo tranſverſali inquieta-
ri nequibant a D. Duciſſa, dum remedium au-
thenticæ nuſquam porrigitur ad bona fideicom-
19 miſſi tranſverſalis, niſi conſimile adſit præce-
ptum vel permiſſio dotandi vulgatis Iuribus,
*Hodiern. contr. 9. num. 9., Caſtill. de aliment.
tit. 36. num. 30., Rot. deciſ. Lucen. collect. per
Palmam Nep. deciſ. 106. num. 7., Rot. deciſ. 408.
num. 9. part. 9. & deciſ. 170. num. 7. part. 18.
recent.*

In nihilo adverſante, quod in ſuperventa do-
natione cauſa mortis exarata per eundem Car-
dinalem Guidonem Aſcanium favore ipſius
Pauli, aliorumque fratrum eluceſcat iniunctum
præceptum dotandi filias deſcendentes etiam ac
quatenus exigat ſubſidium ſuper bonis donatis;
quoniam ineluctabiliter illico occurrebat ſive
reincidebat mox inſuperabilis inſinuata reflectio
quod hoc intelligeretur diſcretive ſemper, &
ad animam ſive ſpiritum Iuris, ut ſupra quoties
videlicet ageretur de foeminis deſcendentibus

10 ab unoquoque Donatario, quia niſi aliud præciſius, & literaliter dixerit fideicommittens ſive in contractu, ſive in ultima voluntate jugiter cenſentur determinationi Iuris ſeſe conformaſſe, ut ait *Manſ. conſult. 84. num. 13., Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 6. tit. 6. n. primo, Peregrin. de Fideicomm. art. 20. num. 2. & art. 21. ſub. num. 5., Rota deciſ. 56. num. 5. coram San. Mem. Gregorio XV. deciſ. 67. num. 17. coram Coccin. & deciſ. 453. num. 1. par. 19. rec. tom 2.*

Exuberanter quoque res carere videbatur probabili tegumento fluctuandi, quia Tempora diſtinguendo cum præcedenter ad enunciatam donationem Guido Aſcanius Cardinalis ſe gerens uti Pater univerſę familiæ Sfortiadum loco liberæ portionis, quæ Paulo obtigiſſet ſub Caſtro Sanctæ Florę foeminarum compræhenſionem quomodlibet reiiciente jam aſſignaſſet ſubrogaſſet ſeu permutaſſet favore ejuſdem Pauli Caſtrum Proceni, & poſtam una cum Tenutis eo firmius poterat deinceps, vel ſaltem præſumibile non erat, quod gravare intellexerit nihil de proprio largiendo portionem liberam, atque præfato titulo permutationis tranſfuſam in Paulum, ſicuti uberius oſtenſum fuit *in prædictis Deciſionibus* R. P. D. *mei Prioli prima nempe ſub* §. *Ex his igitur cum pluribus ſeqq., & 2. a* §. *Non valentes uſque ad* §. *Nec obſtat*, ad quas in cæteris DD. ſeſe remiſſive habuerunt Creditoribus tantum ſtricte ſolideque informantibus.

CARPENTORACTEN. PRÆLEGATI

Ven. 26. Januarii 1703.

ARGUMENTUM

Prælegatum a Teſtatore filiæ relictum ad hoc ut cum certa, & deſtinata Perſona matrimonium ineat alias lucrum amittat ſui prælegati, iſta lucri amiſſio, quæ pœnæ æquiparatur præjudicare non debet Matrimonii libertati. Optime diſtinguitur & conciliatur diſpoſitio *Text. in L. Titio centum* §. *Titio centum il primo ff. De condit., & demonſtr.* Prælegatum quando in hęreditate comprehendatur. Diſpenſatio Apoſtolica ſi ſuper his accedat facit rem undique claram.

SVMMARIVM.

1 *Expenditur diſpoſitio* Tex. in L. Titio Centum §. Titio Centum il primo ff. de condit., & demonſtrat.

2 *Ad nuptias licita eſt invitatio ſub ſpe lucri.*

3 *Conditiones impeditivæ libertatis matrimonii a lege reiciuntur, limita num. 13.*

4 *Amiſſio magni lucri nedum pęnę comparatur, ſed & illicitam coactionem infligit ideoque utpote matrimonio contraria eſt reiicienda.*

5 *Papa poteſt tollere poteſtatem, & probibitionem Teſtatoris. præcipue ſi probibitio ſit in jure admod in ancipiti.*

6 *Voluntas in Principe ſemper intercedere debet ad hoc, ut quelibet relaxatio, ſeu gratia ſubſiſtat, alias eadem gratia remanet ſubreptitia, & obreptitia.*

7 *Portio contravenientis ſemper acquiritur alteri Perſonę obtemperanti.*

8 *Prelegatum continetur in fideicommiſſo quando illud præcedit, limita ubi fideicommiſſum non adeſt, ſed agatur de ſimplici hæreditate.*

9 *Pater relicta dote, vel legitima filiis valet quemlibet extraneum ſibi conſcribere hæredem.*

10 *Prelegata dum abſorbent imo tranſcendunt hæreditatem ejus loco ſuccedunt, ſeu naturam aſſumunt.*

11 *Filia deficientibus maſculis poteſt conſequi paternam hæreditatem, qua conſecuta nequis illud quod excedit dotem, vel legitimam alio modo recognoſcere, quam a voluntaria Patris largitione qui poterat ei non relinquere illud plus ſub titulo prælegati, vel hæreditatis,*

12 *Legitima reſpuit omne onus, & illius conſecutio ad hæredes tranſmittitur.*

13 *Pater ſi plus reliquerit filię ad hoc, ut certum cum aliquo matrimonium iniret, iſta conditio non eſt impeditiva matrimonii, quia potuerit Pater commoveri ad effectum conſervandi agnationem.*

14 *Lucri magni amiſſio infert juſtum metum, & ęquiparatur pænę, ideoque prejudicare non debet libertati matrimonii.*

15 *In hac materia diſpenſatio Apoſtolica facit articulum planum.*

16 *Et hujuſmodi diſpenſationes dicuntur potius favorabiles quam odioſæ.*

17 *Declaratio vanis ſuggeſtionibus extorta a Summo Pontifice ſuper gratia conceſſa nequit radicem ejuſdem gratię divellere.*

18 *Ad affectum obtinendi reſtitutionem in integrum expoſtulatur talis injuſtitia, quæ niſi ſit notoria ſaltem tranſcendat limites dubietatis.*

DECISIO CCLXVIII.

1 RESpondente Papiniano in celebri *l. Titio centum* §. *Titio centum il primo ff. de condit. & demonſtr.* aliud eſſe eligendi matrimonii poenę metu libertatem auferri, aliud ad matrimonium certa lege invitari, non levius ob id exarſit controverſia inter Spiritam, & Catharinam: cum enim utraque ſupra communem titulum hæreditarium honorata appareret inſigni prælegato a Matthæo genitore relicto quoties ambæ matrimonium inirent cum filiis Pauli Conſobrini ipſius Teſtatoris; Hinc Spirita, quæ paternum votum impleverat Iudicium uſque de anno 1658. procaciter inſtruxit adverſus Catharinam veluti eidem præcepto, ſeu conditioni refractariam, & inobedientem ſed adeo inutili apparatu, ut non ſolum iterato, ſeu per geminam ſententiam in Auditorio noſtro ſuccubue-

bucrit prodeunte prima coram Bevilaqua, prç-
viis *deciſionibus* 408. *par.* 12., *&* 185. *par.* 13.
rec. & altera coram Hieronymo Priolo me-
diante pariter *deciſione* inter ſuas hodie regiſtra-
ta 289. ſed, & idem infortunium quodammodo
tranſmiſit in Alexandrum illius filium; Is ete-
nim maternam inſtaurans prætenſionem vigore
Commiſſionis in Signatura Sanctiſſimi reporta-
ta cum clauſula *ſine præjudicio rei judicatæ*, &
ſic ad terminos meræ reſtitutionis in integrum
pariformiter in hodierna procubuit audientia,
non conſtare quippe de cauſis reſtituendi Anto-
nium in integrum, Domini ſerio materia reaſ-
ſumpta reſcripſerunt.

Non etenim juvit Antonium ad limites enun-
ciati *Text. in l. Titio centum*, denuo conclama-
re, quod cum jam utraque filia Matthæi præle-
gantis exiſteret inſcripta hæres, prælegatum
vero, de quo agebatur, foret undique volunta-
rie relictum ab ipſo communi Genitore, tene-
ret idcirco illius præceptum, quod Catharina
contempſit de nubendo certo generi perſona-
rum etiam ſub poena caducitatis, cum hoc vo-
luntarium additamentum cenſeri nequiret poe-
na poſitiva, cuius metu libertas ſacroſancti vin-
culi matrimonialis infracta remaneret, ſed
exiſteret merum lucrum, & elargitio ſponta-
nea ad alliciendam eamdem Catharinam, quæ
proinde non poterat prælegatum ex una parte
2 retinere, & ex altera conditionem imbibitam
reſpuere, ſicuti eidem diſpoſitioni *l. Titio cen-
tum* innixi unanimiter convenere Scribentes
relati per *Capyc. Latr. conſult.* 72. *num.* 1. *&
ſeq. & conſult.* 134. *num.* 3. *cum. ſeqq.*, *Gratian.
diſcept.* 863. *n.* 1., *Balduc. ad Ram. conſ.* 94. *ſub
n.* 59. *Sanchez de Matrimonii lib.* 1. *diſp.* 33.
Mart. de ſucceſ. legal. par. 4. *quæſt.* 16. *n.* 3. *&* 4.
& ſuper hoc adeſt celebre *conſil. Oldrad. il* 16.
cum quo procedunt *Balducc.*, *& Gratian.* ſupra
proxime allegat. *Torr. de ſucceſ. in Primog. Ital.
par.* 2. *quæſt.* 49. *n.* 5., *Modern. de Iuſtis de diſ-
penſ. matrim. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 90., *Card. de
Luc. de Teſtam. diſc.* 73. *num.* 21., *Bilott. dec.* 21.
num. 3. 4. *& ſeq.*, *Rot. deciſ.* 93. *num.* 7. *par.* 10.
recentior.

Quoniam replicabant Informantes pro Joſe-
pho filio Catharinæ, quod hujuſmodi diſtinctio
cæteroquin in ſe veriſſima præſenti non aptaba-
tur hypoteſi, ex quo tractabatur inter filias Te-
ſtatoris, quibus de jure debita erat omnimoda
ſucceſſio in bonis genitoris, proindeque quid-
quid dicendum foret in hæreditate, vel relicto
perſonis extraneis, quod ſemper erat lucrum
gratuitum certe in terminis filiorum, vel filia-
rum, hæc in ſubſtantia ademptio hæreditatis,
ſeu prælegati, poenam redolebat, & non ſim-
pliciter amiſſionem lucri; Quare non egre-
diendo confinia memoratæ diſtinctionis, & ad
rem applicando potius ademptio prælegati qua-
ſi totam abſorbentis hæreditatem ſonabat in pu-
3 ram poenam, & proinde ſperni valebat impune
ſecundum ea, quæ in hiſce terminis filiorum,
vel filiarum æquitative ſaltem animadverte-
runt *Menoch. conſ.* 425. *num.* 4., *& conſ.* 1064.
ſub num. 7. *&* 8., *Modern. Manſ. conſult.* 577.
num. 8., *Marcian. diſp.* 77. *num.* 11., *Capyc. Latr.
conſ.* 72. *num.* 16. *&* 17. *cum ſeqq.*, *Card. de Luc.
de Teſtam. diſc.* 73. *num.* 22., *Rot. poſt Conſal. ad
Peregrin. de fidcic. deciſ.* 46. *& admiſit in deci-
ſionibus hujus Cauſæ coram Priolo deciſ.* 289. *n.* 4.,
& deciſ. 73. *par.* 10. *& dec.* 408. *par.* 12., *& dec.*
185. *part.* 13. *rec.*

In omnem vero caſum (ſubjungebant) quod
etiam præciſive ab hac prægravi conſideratione
debitæ ſucceſſionis ademptæ, negari ſaltem non
poterat, quod cum prælegatum contineret, ut
tetigimus, fere totam, vel majorem ſubſtan-
tiam hæreditatis, juſta trepidatio illam ammit-
tendi quamquam non induceret coactionem li-
bertati matrimonii contrariam, & conſequen-
ter, quod hæc conditio foret inſubſtentabilis,
& habenda pro non ſcripta; Amiſſio quippe
magni lucri nedum pœnæ comparatur, ſed &
4 illicitam coactionem infligit ex communiter re-
cepta theorica *Cyn. in d. l. Titia ſub num.* 4., *Iaſ.
num.* 10. *ff. de verbor. oblig.* de qua *Ruin conſ.* 221.
ſub num. 10., *Cephal. conſ.* 295. *num.* 17., *Roland.
conſ.* 100. *num.* 126. *lib.* 4., *Menoch. conſ.* 425.
num. 7., *Capyc. Latr. conſult.* 72. *num.* 16. *cum
ſeqq.*, *Cyriac. contr.* 451. *num.* 83. *& ſeqq.*, *Card.
de Luc. de Matrim. diſc.* 14. *num.* 6., *Rot. dec.*
326. *num.* 2. *coram ſa. me. Gregor. XV.*, *& dec.*
493. *num.* 30. *& ſeqq. par.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Et quando omnia hęc aliquam in ſe dubieta-
tem involvere valerent pro omni amaritudine
ſubmovenda ſuperaccedebat diſpenſatio Pontifi-
cia, per quam ſan. mem. Alexander VII. Ca-
tharinæ ſupplicanti literaliter indulſerat, ut Ea,
non obſtante paterno præcepto, nubere poſſet,
cui vellet, abſque ullo metu, vel incurſu ca-
ducitatis; Ideoque ſive ex intrinſeca ejuſdem
præcepti invaliditate, ſive ob extrinſecam illius
relaxationem factam a Pontifice, nequibat Joſeph
Catharinæ filius deſuper amplius inquietari, cum
fas non foret ambigere de poteſtate Supremi
Paſtoris Eccleſiæ univerſalis, & inſimul Princi-
pis temporalis in ſtatu Avenionen., & Comita-
tu Venayſſino, maxime quoties eadem Princi-
pis, ſeu Papæ relaxatio verſatur in negocio alias
5 ancipiti de jure ſecundum ea, quæ in præciſis
terminis reſpondent *Ruin. conſ.* 189. *num.* 14.
lib. 2., *Gratian. diſcept. for. cap.* 548. *num.* 1., *Bar-
boſ. de Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 83. *num.* 1., *Rot. dec.*
883. *num.* 1. *coram Buratto dec.* 289. *num.* 6. *co-
ram Priolo dec* 544. *num.* 3. *par.* 1., *deciſ.* 93.
num. 14. *&* 15. *par.* 10., *dec.* 408. *num.* 1. *par.* 12.,
& dec. 185. *fere per tot. par.* 13. *rec.*

Quin diſpenſationi huic obſiſteret alter defe-
ctus voluntatis, quę ſane voluntas ſemper in-
tercedere debet ad hoc, ut quælibet relaxatio,
ſeu gratia ſubſiſtat, ne alias partes ſupradicta
poteſtate, alias in Principe infallibili, per cir-
cumventionem, ſive veri reticentiam, aut falſi
6 expreſſionem abutantur ad tradit. per *Caſtald.*

*conſult. 112. num. 7., Modern. Argent. in Appen-
dic. ad Collect. 43. num. 6., Card. de Luc. de
fideic. diſc. 165. num. 2., Rot. dec. 301. num. 3.
coram Dunoz. jun. dec. 67. num. 1. & dec. 152.
num. 1. & 2. cor. Peutinger. dec. 53. num. 3. cor.
Priolo dec. 20. num. 6. cor. Emerix ſen. & in Ro-
mana Cenſus 1. Julji 1701. §. Ita coram Me.*

Siquidem uti poſtremo ſibi obiiciebant, & re-
plicabant Informantes pro Joſepho, nullibi de
hujuſmodi circumventione, ſubreptione, aut
obreptione apparebat, quia quod Catharina
tacuiſſet, quod portio ſui prælegati cederet fa-
vore ſororis, quatenus nupſiſſet extra genus vo-
litum a Teſtatore, parum refragabatur, niſi
enim àderat hæc adamuſſim individua expreſſio
expoſitum tamen legebatur Summo Pontifici
æquipollens, dum Catharina naraverat ambas
ſororores extitiſſe pari præcepto colligatas,
quodque ipſa ad normam hujus præcepti reman-
ſiſſet contraveniendo privata hæreditate pater-
na: Jam enim de jure erat, quod portio con-
travenientis ſemper acquiritur alteri perſonæ
7 obtemperanti per *Text. in l. cum Pater 79. §.
Libertis ff. de legat. 2. cum allegat. in deciſionibus
hujus Cauſę dec. 408. num. 3. & 4. par. 12. dec.
185. num. 4. par. 13., & dec. 289. num. 11. cum
duob. ſeqq. cor. Priol.*

Quod autem pariformiter Catharina non ex-
preſſerit tractari de pręlegato, ut diximus, vo-
luntarie relicto a communi genitore utrique fi-
liæ, ſed Papa præſuppoſuerit agi de hæreditate
adeout ipſemet Pontifex in ejus Signatura Gra-
tiæ requiſitus pro ſanatione noluerit illam indul-
gere, quinimo declaraverit nuſquam intelle-
xiſſe de prælegato, optime replicabant Infor-
mantes pro Joſepho, parum obeſſe, quoniam
cum negari non poſſet, eumdem Pontificem
certo certius concedere voluiſſe, ac de facto
conceſſiſſe Catharinæ gratiam præventivam ab
incurſu caducitatis, quatenus tractatum foret
de hæreditate, utique cum filiæ inſimul eſſent
hæredes, & prælegatariæ, nullaque adeſſet mix-
8 tura aliarum perſonarum, vel hæredum extra-
neorum parum prælegata diſtinguebantur ab hę-
reditate, quicquid dicendum eſſet in caſu, quo
ageretur de fideicommiſſo iniuncto ſuper hære-
ditate, non autem ſuper prælegato ex plene
diſſertis per *Caſtald. conſult. 16. num. 17., Menoch.
de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 194. num. 2., Pere-
grin. de fideicom. art. 7. num. 34., Craſſ. in §. Fi-
deicommiſſum quæſt. 47. num. 7., Rot. Florent. apud
Saminiat. contr. 133. num. 83. & ſeqq. tom. 2.,
Rot. dec. 534. num. 6. coram Card. Cerro dec. 98.
num. 7. coram Zarat. in rec. dec. 140. num. 11.
par. 15. & in Romana fideicommiſſi de Matthiettis
7. Decembris 1699. §. Siquidem, & 29. Apri-
lis 1701. §. Et denique coram Me.*

Fortius quia cum Catharina teneret claram
voluntatem Papæ diſpenſandi, caſu, quo tra-
ctaretur de hęreditate, quantumvis datio hære-
9 ditatis foret pariter voluntaria, ex quo pariter
relicta dote, vel legitima filię valet quemlibet
extraneum ſibi adſtruere, & conſcribere hære-
dem *Auth. de triente, & ſemiſſe in princ. verſ.
frequenter Auth. ut liceat matri, & avię in princ.
l. Parentibus C. de inoffic. Teſtam. Menoch. conſ.
685. num. 4., Cyriac. contr. 312. num. 5. & 6.
Gob. conſult. deciſ. 16. num. 3. & conſult. 21. n. 1.,
Adden. ad dec. 29. num. 18. & 19. par. 8. rec.,
Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quæſt. 2. num. 21.
Thomat. dec. 50. num. 240., Rota dec. 47. n. 14.
coram Carill. dec. 226. n. 21. cor. Priol. dec. 103.
num. 31. par. 10. rec.*

Aſperum propterea nimis extitiſſet, quod
Catharina ſub hac bona fide contrahendo nup-
tias cum Antonio, & liberos exinde ſuſcipiendo
remaneret una cum ipſo viro, & liberis defrau-
data re amplius non integra ſub inani diſtinctio-
ne hæreditatis, & prçlegati, quando ultra
jam proxime animadverſa adimendo prælegata,
nil ferme ultra dotem, ſeu legitimam remane-
bat in hæreditate, & quando abſorbentibus præ-
legatis totam quaſi hæreditatem, ut erant in fa-
cto incontroverſum, vel incontrovertibile,
10 prælegata ſuccedunt loco hæreditatis juxta ea,
quæ egregie objectum hujuſmodi eliminando
reſpondit *Rota dec. 289. n. 8. & 9. coram Priolo*,
& antea conſuluerunt ad mentem *Text. in l.
quid ergò 92. verſ. planè ff. de legat. 1., Ruin. conſ.
152. num. 6. lib. 3, Dec. conſ. 253. ſub num. 1.* cum
aliis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 650. n. 74.* idem-
que Spiritæ ſocerum *dicta dec. 289. d. n. 9. coram
Priolo.*

De tribus igitur hiſce præſidiis, ſive reſponſio-
nibus ad claram diſtinctionem *Text. in dicta leg.
Titio centum* attributis per Defenſores Joſephi,
Domini, qui cenſuerunt ſubſtineri veterem rem
judicatam contra Spiritam, & Alexandrum, &
idcirco hodie noviter non conſtare de Cauſis re-
ſtitutionis in integrum, nullibi approbarunt ab-
ſolute primam circa diſtinctionem ademptionis
hæreditatis, ſeu legati faciendæ in caſu inobe-
dientię filiæ, vel alterius extraneæ perſonæ,
quamvis etenim Filia præſertim ſtante defectu
maſculorum foveat in ſe rationabilem, & hone-
ſtam ſpem conſequendi paternam hęreditatem,
non tamen idcirco, ſi poſtea in effectu conſe-
qoatur eamdem hæreditatem, poteſt illud, quod
excedit dotem, vel legitimam alio modo reco-
gnoſcere, quam a voluntaria patris largitione,
qui poterat ei non relinquere illud plus ſub titulo
11 prælegati, vel hæreditatis ſecundum authori-
tates ſupra cumulatas *in §. Fortius*, & ob id me-
rito diſtinctionem hanc contempſere *Torret. conſ.
62. num. 107. lib. 2., Coſcia diſſert. 9. ſub num. 31.
verſ. quarto, & diſſert. 10. num. 12. & ſeqq., Card.
de Luc. de matrim. diſc. 14. num. 7. & de Teſtam.
diſc. 73. num. 23.*

Illud enim quaſi dominium, vel ſpes forte
radicata quam habere cenſetur filius in vita Pa-
tris nuſquam tranſcendit legitimæ menſuram,
cujus vice, vel loco paſſim a jure ſtatutis, vel
paternis ordinationibus dotes ſubrogantur,
quemadmodum diſcurrendo de eadem legitima,

ac

ac de effectibus exinde reſultantibus quoad transmiſſibilitatem, & onerum rejectionem cum
12 ſimilibus tradidere *Ancharan. conſ.* 101. *num.* 8. *Bero conſ.* 43. *num.* 1. *lib.* 1., *Fab. de Ann. conſ.* 76. *num.* 3. *&* 5., *Menoch. conſ.* 77. *num.* 1. *& ſeqq. Peregrin. de fideic. art.* 3. *num.* 128. *&* 138. *de Jur. Fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 39., *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 1. *num.* 2. *& lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 29. *num.* 10. *& ſeqq.*, *Rota coram Emerix Jun. deciſ.* 185. *num.* 14. *& in Romana*, *Legitimæ* 23. *Januarii* §. *Nihilominus coram Me*.

Non omnino pariter pacifice tranſierunt cum ſecunda reſponſione quoad amiſſionem magni lucri, quæ ab aliquibus pœnæ a Sacris Canonibus matrimonii libertati invigilantibus irritatæ æquiparatur; nam licet magni lucri deperditio formidinem aliquam, & implicitam coactionem ingeneret; attamen non ob id privandus eſt Pater originali juridica libertate adimendi conditionaliter, & omnino voluntarie relictum, ex quo non ad finem incutiendi pœnam, ac cogendi ad matrimonium, ſed ad alterum conſervandæ agnationis laudabiliter potuit in hiſce conditionibus adiiciendis commoveri ad ea, quæ ma-
13 teriam fundamentaliter examinando demonſtravit *Coſcia dicto diſcept.* 9. *n.* 10. *&* 30. *Card. de Luc. de Teſtam. diſc.* 73. *n.* 27., *Rota coram Emerix Iun. dec.* 618. *n.* 23.

Ceterum & quia denegari non poterat, quod contraria ſententia *Cyni*, de qua ſuperius, ſuos non haberet ſequaces, potiſſime in hac circumſtantia, quod agebatur de commodo jam acquiſito a Catharina, adeout amiſſio totius fere pa-
14 trimonii excederet illam tertiam partem, de qua in terminis deperditionis lucri in implicitam pœnam reſolvibilis contentabatur *Gamm. deciſ. Luſitan.* 314. *num.* 2. *verſ. reſpondendum*, & potius approbavit, *Rota coram Gregor. deciſ.* 326. *num.* 20. *& in rec. deciſ.* 495. *num.* 30. *& ſeqq. par.* 4. *tom.* 2. *cum cæteris in deciſ.* 289. *num.* 3. *coram Priolo*.

Domini proinde citra ſcrupulum amplexati ſunt tertium præſidium, ſeu fundamentum Joſephi depromptum ab Apoſtolica diſpenſatione præventivæ reportata per Catharinam, non ſolum quia ſuperaccedente conſimili diſpenſatio-
15 ne, articulum remanere planum reſpondens ad *Deciſionem Rotæ in Romana*, *ſeu Comen. Hereditatis* 26. *Junii* 1647. *coram Meltio* faſſus eſt *idem Card. de Luc. d. diſc.* 73. *num.* 24. *in fin.*

Aſt etiam quia eadem diſpenſatio in hujuſcemodi facti ſeriæ exuebat omnem illam aſperitatem, quæ ſolet ineſſe in reliquis derogationibus tertio quomodolibet præjudicialibus, cum in ſubſtantia in hac colluctatione, & ambiguitate Scribentium reſolveretur in quamdam potius declarationem juris dubii quam in poſitivam diſpoſitionem derogatoriam, ideoque cenſenda æquius apparebat favorabilis quam odioſa, ſicuti præter ſuperius allegatos occaſione etiam Statutorum abeuntium in unam, vel alteram
16 opinionem Juris dubii ponderavere *Card. de Luc. de emphyt. diſc.* 46. *ſub. n.* 3. *verſ. non enim*, *& de fideicom. diſc.* 74. *n.* 10., *& de ſucceſſ. ab inteſt. in ſupplem. par.* 3. *diſc.* 142. *num.* 5., *Rota in Viterbien. Donationis* 13. *Martii* 1690. §. *Ex his coram Reverendiſſ. Hervault.*, *& in Auximana Immiſſionis* 15. *Martii* 1700. §. *Poſita coram Me*.

Et ob id placuere replicationes allatæ circa obiectam ſubreptionem huius diſpenſationis a Defenſoribus Ioſephi, quantumvis etenim Summus Pontifex expoſt declaraverit non intellexiſſe diſpenſare in caſu prælegati, id evenerat quia ipſi Pontifici fuerat præſuppoſitum, quod prælegatum minus importaret, & tertia pars hereditatis pertinens ad Catharinam aſcenderet ad ſcut. 7329. *Summario Joſephi n.* 11. quod cum foret undequaque, inſubſiſtens, in hodierno fa-
17 cto, nequibat hæc declaratio evanidis ſuggeſtionibus extorta radicem gratiæ divellere *Rot. coram Bellamer. dec.* 273. *n.* 4. 6. *&* 8. *coram Pamphil. dec.* 611. *n.* 7. *ibique Add. n.* 16., *& in rec. dec.* 174. *n.* 4. *par.* 1. *dec.* 607. *n.* 5. *par.* 3. *dec.* 496. *par.* 5. *cum aliis in deciſ.* 289. *n.* 10. *coram Priolo*.

Certius in præſenti ſtatu Cauſæ, in quo res non erat, ut ſupra enunciavimus, integra quia Catharina ſubnixa eidem gratiæ matrimonium contraxerat, filios ſuſceperat, & vivens favorabiles reportaverat ſententias uſque ad conſtituendam rem judicatam, ideoque non poterat in hodierna reſtauratione Judicii per viam reſtitutionis in integrum reſurgere, ex deductis ab Alexandro tanta læſio, tanta iniuſtitia veterum Judicatorum, ut mererentur in prædicto
18 ſtatu reſcindi quando ad conſimilem effectum proculdubio ſemper expoſtulatur talis iniuſtitia quæ niſi ſit notoria ſaltem tranſcendat limites dubietatis, & ad magnam præponderantiam, & claritatem reducatur ex *Innoc. in cap. cum ex li. teris ſub n.* 7. *de in integr. reſtit. Add. Gregor. dec.* 459. *n.* 11., *Rot. coram Pamphil. dec.* 80. *num.* 3. *coram Buratt. dec.* 323. *n.* 4., *& dec.* 404. *per tot coram Card. Cerr. dec.* 734. *n.* 1., *& in rec. dec.* 153. *n.* 23. *par.* 11., *& dec.* 227. *n.* 7. *par.* 17. *& in Gerunden. Prioratus* 20. *Junii* 1701. §. 1. *coram Reverendiſſ. D. meo Decano*.

Et ita utraque &c.

ALBANEN. ARCHIPRESBYTERATUS.

Luna 29. *Januarii* 1703.

ARGUMENTUM

In concurſibus, qui fiunt coram Ordinario circa vacationes Curæ animarum, ſi Ordinarius gratificaverit ſibi notum, & vita, & morum probitate, nec non in eadem Eccleſia ſummo cum plauſu Animarum curam exercuit, dicti Ordinarii Judicium non eſt de irrationabilitate redarguendum; Et hoc procedit etiamſi gratificatus ſit cæteris minus doctus & idoneus item

eſt

eſt præferendus ſi ſit Civis ejuſdem loci, & a Populo valde prædilectus.

SVMMARIVM.

1 *Judicio, ac Prælectioni, ſeu gratificationi in concurſu aliorum facta ab Ordinario ſtandum omnino eſt, præcipue circa curam animarum, quæ eminenter, & generaliter commiſſa eſt per S. Sedem eiſdem Ordinariis.*

2 *Et in hujuſmodi Electionibus Parochorum, quid primario, & principaliter inſpicere debent Ordinarii, coram quibus fit concurſus.*

3 *Item Ordinarius in dd. Electionibus anteferre ſemper debet concurrentem ſibi notum morum candore, & probitate expertum, quam ignotum.*

4 *Illiuſque judicium in hac materia difficile multum eſt de irrationabilitate convincere, ſi unum magis habilem, & idoneum poſtpoſuerit minus idoneo.*

5 *Magis notus ex reſolutionibus S. Congregationis præferendus eſt ſemper minus noto etiam in diſparitate requiſitorum ab extra, dummodo canonica intercceſſerit approbatio Examinatorum.*

6 *Idque procedit etiamſi excluſus in linea doctrinæ ſit magis ſpectandus, quia reſpectu Curæ Animarum anteponendi ſunt mores, & qualitates, quæ magis Ordinario innoteſcunt.*

7 *Parochus ille ſemper eſt ſeligendus, qui veluti Paſtor cum amore, & benevolentia a regendis Ovibus excipiatur.*

8 *Inter Rectorem, & Populum promiſcua deſideratur dilectio, ideoque in hujuſmodi electionibus eſt multum conſideranda nativitas, & origo ejuſdem, loci cum magis ſemper vinculum affectionis oriri ſoleat inter Concives, quam inter vicinos.*

9 *Sacerdos qui in eadem Eccleſia ſummo cum plauſu, & univerſali dilectione Curam animarum exercuit in concurſu præferendus eſt.*

10 *Omnis præſumptio, omnis diſcurſus tanquam nebula ante ſolem a luce veritatis diſperditur.*

DECISIO CCLXIX.

BOnum Jus, quod Franciſco ſolummodo informantes, & Joanne Dominico diu expectato, ſecundum ea, quæ tunc proponebantur viſum fuerat Dominis militare pro ipſo Franciſco, hodie tandem expergefacto per vocem tonitrui, ſeu captę reſolutionis in Rota, pręfato Joanne Dominico, juraque ſua opportunius inſtruente, agnitum in effectu fuit, quod baſis fundamentorum, quę Franciſcus in facto deduxerat adeo trepidabat, & revera erat inſubſiſtens, ut mediante receſſu a deciſis per juridicam, & undique neceſſariam metamorphoſim idem perantea reputatum bonum jus Franciſci converſum comparative fuerit in malum.

Recolligentes etenim Domini, ut pote conſipati novis ponderationibus, & motivis a Joanne Dominico allatis, eas in propoſito firmiores regulas, ac propoſitiones, quas habemus in jure, & praxi receptas. In primis innixi ſunt illi vehementi pręſumptioni, quæ ſemper aſſiſtit locorum Ordinariis, ut niſi de poſitiva irrationabilitate illorum Judicii, & prælectionis eluceſcat, ſtandum in dubio veniat gratificationibus ab eis in concurſu factis, præcipue circa Curam Animarum, quæ eminenter, & generaliter commiſſa per Sanctam Sedem eſt eiſdem Ordinariis, quemadmodum ſine Contradictore
1 tradiderunt: *Argumento Text. in cap. in præſentia 8. de renunt., Tondut. quæſt. benef. lib. 1. cap. 59. n. 10., Card. de Luc. in adnot. ad Conc. diſc. 32. n. 21., Ventrigl. in prax. rer. notabil. de collat. Paroch. annot. 5. §. 2. n. 54., Rot. coram Rembold. deciſ. 422. n. 1., coram Celſo deciſ. 5. n. 1., & deciſ. 58. n. 1., & in recen. deciſ. 379. n. 13. par. 4. tom. 2.*

Et ob id, quia prælaudatis Ordinariis propius, ac viſibilius innoteſcunt circumſtantiæ, & qualitates uniuſcujuſque concurrentis, pro concedenda prælatione uni, vel alteri non inſpicitur ſola pręrogativa doctrinę, ſola pręeminentia ętatis, ſola munerum functorum præcellentia, ſed prudens habenda eſt reflexio ad totum hominis complexum, juxta locorum differentiam, ultra ea, quæ intrinſecus latent, & juxta certiorem intuitivam ſecuritatem, quod unus melius, & alter non tam bene valeat præeſſe, & prodeſſe regimini Animarum, & Eccleſiæ ſu-
2 per qua vertitur concurſus, ut conſtanter monent *Guttier. Car. quæſt. lib. 2. cap. 11. n. 63. & ſeqq., Tondut. quæſt. Benef. d. cap. 59. n. 12., Barboſ. collect. ad Concil. ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. n. 129., Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 31. n. 113. verſ. ubi etiam, Pax Jordan. var. elucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 8. n. 220. & ſeqq., Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 5. §. 4. n. 33., Tamburin. de Jure Abbat. tom. 1. diſp. 5. quæſt. 13. n. 8., Ricc. deciſ. Cur. Archiep. Neap. par. 4. deciſ. 96. n. 2. & 3., Rot. coram Merlin. deciſ. 612. n. 3., Celſo d. deciſ. 24. n. 11., & deciſ. 58. n. 7., & coram Cerro deciſ. 710. n. 10.*

Ac propterea licet prudentia etiam mores & ſimilia valerent fortaſſe, & citra veritatis præjudicium præponderare in Franciſco, ſi tamen in altero concurrente ſors, vel occaſio præbuit, quod candor illius morum, experientiæ, vel dexteritatis circa ſubſtentationem Curæ apprime requiſitæ magis notæ eſſent Pontifici, ſeu locali Eccleſiaſtico Præſidenti, concordant Moraliſtæ, Politici, Canonici, ac Tribunalia, quod Epiſcopus, illiuſve Officialis teneatur, aut queat anteferre, ſoli de coetero Deo rationem redditurus, concurrentem in his ſibi notum, quam alterum majus ignotum teſte
3 inter Morales *Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 34. dub. 14. num. 64.*, ex Politicis *Bovadill. della Politic. lib. 1. cap. 3. num. 67. & ſeqq.* de Canonicis *Maſſobr. in prax. habendi concurſum requiſit. 5. dub. 2. num. 13. 18. & 26., Barboſ.*

col.

collect. in Conc. Trid. ſeſſ.24. de reformat. cap. 18. num. 131. verſ. Attamen., *& de offic. & poteſt. Epiſcopi par. 3. allegat. 60. num. 102.*, *Pignatell. Conſult. Canon. 117. n. 2. tom. 1.* Et quoad Tribunalia *Rota coram Celſo d. deciſ. 5. num. 5.*, *& deciſ. 24. num. 2. & par. 4. diverſ. deciſ. 654. n. 4. & 5.*

Quidquid igitur fuerat in contumaciam Ioannis Dominici ſuggerente Franciſco conſideratum videlicet, quod idem Franciſcus, foret ætate ſenior magiſque antiquus Sacerdos, & poſitive approbatus ad Curam Animarum, quodque ſubſtinuerit in Urbe publicas Philoſophiæ Theſes, ſtudio Theologiæ Scolaſticæ operam navaſſet, ac forſan promptius reſponderit ſive etiam doctius interrogationibus ſibi factis ab Examinatoribus in concurſu ex, ſingillariter animadverſis in deciſione præcedenti, ſat erat reſpondiſſe, quod hæc requiſita in ſemetipſis majoris fortaſſe eſſent conſiderationis, ſed poſita æquali approbatione Joannis Dominici, quoad ſcientiam, & litteraturam, & ſubſequuta jam prælectione facta ab Ordinario non poterat ad-
4 huc unquam de irrationabilitate convinci Iudicium Ordinarii ut practice recompilando monuit, ſive obſervavit, *Cardin. de Luc. ad. S. C. T. diſc. 32. num. 21. lib. 14.* ibi - *Nimiumve difficile eſt hanc irrationabilitatem convincere, quamvis appellans de maiori litteratura, vel gradu, ſeu nobilitate, aut ætate aliave majori qualitate doceat, qua prælectus careat: Quoniam licet generaliter, & in abſtracto habentes hujuſmodi qualitates, vel earum aliquas, magis digni reputari debeant, quam illi qui eis careant, non tamen id perneceſſe concludit ad reddendum hoc judicium irrationabile, dum illud rationaliter ita interponi potuit ob alias qualitates in prælecto concurrentes magis quam in poſtpoſito licet magis qualificato. Puta majoris prudentia, ſeu vitæ magis exemplaris, aut quoad alias Populo ſit magis gratus, vel magis proficuus pro facti qualitate reputetur &c.* cum quo concordant *Auguſtin. Barboſ. de Offic. poteſt. Paroch. par. 1. cap. 2. n. 141.*, *& 142. Paſſerir. de Elect. Canon. cap. 30. num. 88.* *Rot. deciſ. 612. num 15. 16. & 17. coram Merlin.*

Et ſane perpendendo eaſdem circumſtantias quas adamuſſim collegit *Cardinalis de Luca ubi ſupra*, quod Ioannes Dominicus foret magis notus Ordinario, dubitari non poterat, cum actu inſerviret Eccleſiæ vacanti; Franciſcus vero moram trahebat in urbe, in qua quantumvis pluſquam laudabiliter vixiſſet, idem Franciſcus Curiam ſequendo attamen tanquam abſens non exiſtebat ita notus Dioceſano, qui cum ut præmiſimus de ſua prælectione diſtrictam rationem reddere debeat Altiſſimo, non poteſt aut ſapienter debet in conflictu, & comparatione potius æternę famę, quam propriæ intuitive
5 agnitioni fidem adhibere, & ideirco Sacra Congregatio Concilii ſemper definivit magis notos præferendos eſſe minus notis, etiam in diſparitate requiſitorum ab extra dummodo canocica interceſſerit approbatio Examinatorum, ut prętér ſupra allegatos notaverunt *Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 4. num. 112.* *Genuen. in prax. cap. 66. in annot. num. 11.*, *Leo Theſaur. fon. Eccleſ. cap. 18. num. 33.*, *Ugolin., de offic. Epiſc. cap. 50. §. 11. num. 4.*, *Piaſec. in prax. Epiſc. par. 2. cap. 2. num. 111.*, *Ricc. deciſ. cum Neapol. 96. num. 3. par. 4.*, *Rot. deciſ. 22. ſub num. 29. coram Buratt.*

Fortius vero, quia circa ætatem, ac Sacerdotium modica unius anni circiter adſtabat differentia, & quoad majorem aſſertam doctrinam Thæſes Philoſophicas, exercitium in foro, ac Scolaſticam Theologiam ad ſummum hę prærogativæ conſtituere valebant Franciſcum in linea doctrinæ magis ſpectandum, verum hujuſmodi præeminentia non ſufficit: quia ob hanc
6 ipſam rationem, quod reſpectu Curæ Animarum anteponendi ſunt mores, & qualitates quæ magis Ordinario innoteſcunt, ſuperflua redditur provocatio ad novum examen in Curia ſiquidem, ut dixit *Rota in laudata deciſ. 5. coram Celſo ſub num. 4.* - *Eſto enim quod reperiatur idoneior in ſcientia, non propterea deberet pręcedere alios quorum mores ſunt magis cogniti, & approbati* ſequitur *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 31. num. 113.*, *Card. de Luc. de Parocb. diſc. 6. n. 4. & ſeqq.* eadem *Rota coram Buratto deciſ. 22. n. 30. & ſeqq.*

Parum refragante, quod iſtæ, ut ita dicamus abſtractivæ rationes concurrerent etiam de tempore primæ reſolutionis captæ pro Franciſco, & nihilominus contra Joannem Dominicum prodierit determinatio. Etenim tunc temporis pręſuppoſuerat idem Franciſcus ab Examinatoribus reportaſſe unum ſuffragium ſupra Joannem Dominicum, ſed de tali pręponderantia nec unum verbum apparuit in ipſa materia relationis Examinatorum diſtributę, oculiſque Dominorum ſubmiſſę per Joannem Dominicum *Summario num. 2.* rurſus in hodierna Audientia patefactum fuit, quod contra ea, quę in pręterita deciſione enunciabantur, ut liquet ex §. *Remaneret cum ſeqq.* commota in rei veritate fuit univerſa Terra ad favorem ejuſdem Jo: Dominici, etiam comparative ad Franciſcum. Tum quippe Syndici ſive Priores publicum Communitatis repreſentantes, tum & denique totus Clerus teſtati ſunt de idoneitate, ſatisfactione, necnon acclamatione erga eumdem Joannem Dominicum, quapropter cum ſola affectio non ſtaret penes Ordinarium Collatorem, ſed hactenus palparetur apud populum non immerito idcirco opinionem Domini verterunt in melius; Nam quantum fieri poteſt feli-
7 gendus eſt Paſtor, qui cum amore, & benevolentia a regendis ovibus excipiatur, ut habetur ex *Can. nullus 61. diſtinct.*, ac traditis per *Barboſ. in cap. quod Dei n. 4. de ſtat. Monach.* *Hier. Vener. in examin. Epiſcoporum cap. 45. n. 26. lib. 4.* *Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 4. n. 164.*, *Fraſſ. de Reg. Patr. Indiar. cap. 33. n. 25.* *Pignatell.*

con-

conſtit. Canonic. 117. n. 5. Card. de Luc. de Paroch. diſc. 1. n. 19. diſc. 6. n. 4. & diſc. 137. n. 27. Rot. coram Bratt. deciſ. 551. n. 6.

Conſpirabat itidem de novo ſuperlative in ſu-
blimationem Joannis Dominici, comprobata in
præſenti nativitas illius in loco de quo agebatur,
licet quippe ad favorem Franciſci de præterito
conſiderata extitiſſet ejus origo promanantis ab
alio loco ejuſdem Diœceſis, non tamen poterat
hęc contraponi effectivæ nativitati in Terra
præciſa, cum magis ſemper juxta ordinatam
charitatem vinculum affectionis oriri ſoleat in-
ter concives, quam inter vicinos, inter quos
quandoque potius ſeminari conſuevit zizania
8 æmulationis, quando promiſcua deſideratur di-
lectio inter populum, & Rectorem *Valenzuel.
conſ. 105. n. 87. cum plurib. ſeq. Azor. inſtitut.
moral. par. 2. lib. 6. cap. 4. quæſt. 25. verſ. & certe
Boſſ. Oper. Moral. tom. 2. tit. 7. n. 50., Barboſ. vot.
deciſ. 33. per tot., & ſignanter n. 16. lib. 2.
R. P. D. Zaul ad Statut. Faventin. in obſervat.
ad Prohæm. n. 39., & 22. tom. 1.*

Pro complemento tandem ſuperaccedebat
practica experientia, ac meritum in adminiſtra-
tione hujus Curæ refulgens in Joannem Domi-
nicum, qui nedum coadiuverat in eadem Cura
anteceſſorem, ſed etiam poſt ejus obitum illam
pariter exercuerat proviſionaliter de mandato
Ordinarii ſub expreſſa intitulatione Vicarii, ſeu
Oeconomi, cumque Rectoralem ſolicitudinem
frangendo panem Sacramentorum cum plauſu,
& dilectione univerſali, jam impleviſſet quis
poterat arguere amplius de irrationabili judi-
cium Ordinarii ſi navi præpoſuit, quem bonum
9 contrectavit eſſe Rectorem, ſecundum ea, quæ
in fortioribus tradiderunt *Rocc. de Curt. de jure-
patr. in verb. honorificum quæſt. 15. n. 26. & ſeq.
Pax Iordan. elucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 8. n. 211.
Panimol. deciſ. 101. adnot. 1. n. 15., Rota coram
Pamphil. dec. 114., & coram Dunozet. jun. dec.
946. utrobique ſub n. 1. & in rec. dec. 210. n. 21.
par. 11.*

Atque ex his exuberanter conſtipata præ-
ſumptione Juris cum veritate factorum ſuper-
fluum cenſuere DD. immorari ſuper æquivocis
ſuſpicionibus cæteroquin etiam hodie dilucidatis
circa rectiſſimam præelectionem Vicarii. qui
potius ſcrupuloſe nimis verſatus fuerat in ſua
Collatione, unde merito ad Regimen Eccleſiæ
Vaſionen. ex poſt remanſit a S. Sede elevatus
cum omnis preſumptio, omnis diſcurſus tam-
quam nebula ante ſolem diſperdatur a luce
10 veritatis ad *Text. in l. nuptura 58. ff. de jure
dotium, & in l. in reb. 30. ſub princ. verſ. non
enim eodem, Soccin. ſen. conſ. 164. n. 10. in fin. vol. 2.
Pariſ. conſ. 29. n. 44. par. 2., Menoch. conſ. 86.
n. 160., Rot. dec. 178. n. 14. par. 11. rec.*

Et ita utraque &c.

ASCULANA DOTIS.

Lunæ 26. Februarii 1703.

ARGVMENTVM

Libris, ac notulis licet familiaribus, & privatis plena fides adhibenda eſt ſi partitæ in illis deſcriptæ verificentur vel omnes, vel in majori ſaltem parte ex publicis Inſtrumentis. Solutio probatur ex divitiis Debitoris, & ex inopia, & ſumma egeſtate Creditoris.

SVMMARIVM.

1 *Libris, ac notulis familiaribus credi nequit in Judiciis favore ſcribentis.*

2 *Pro præſtanda tamen illis fide totum remittitur arbitrio Judicis, qui judicet ſecundum facti circumſtantias.*

3 *Dicti tamen libri, ſeu notulæ, quoties verificatæ noſcuntur in majori parte ex publicis inſtrumentis, curandum non eſt ſi in minima illius parte in hac probatione deficiat.*

4 *Et probatio oritur ab incontrovertibili verificatione omnium partitarum in eiſdem notulis prænotatarum, non curato, quod eædem notulæ forent informia folia,*

5 *Duplicitas ſummæ quomodo probetur*, & num. 6.

7 *Reo convento ſat eſt vincere per non jus bene enucleatum ab Actore.*

8 *Solutio non præſumitur facta quando non appareat de quietantia.*

9 *Probatio major in Jure non datur, quam quæ reſultat ea propria confeſſione.*

10 *Rei ſunt magis favorabiles quam Actores & in dubio pro reo præſumptio ſumitur.*

11 *Solutio præſumitur quando debitor eſt locuples, & prompte ſolitus ſatisfacere Creditoribus, & Creditor non multum divitiis affluat.*

12 *Quinimo egeat victus, & veſtitus.*

DECISIO CCLXX.

ALexander, qui non minus coram A. C. quam coram R. P. D. Del Olmo, una cum Catharina ejus Matre petierat adverſus Anibalem ex cauſa Crediti dotalis ejuſdem Catharinę ab initio conſiſtentis in florenis 5000. reſiduales ſaltem florenos 1868. ac bononenos 42. pro ſorte, & fructibus, ſive interuſuriis a die congruæ moræ decurſis, ac utrobique ſuccubuerat quoad importantiam florenorum 1200. non adhuc integraliter ſecunda inſtantia conſumpta coram R. P. D. Del Olmo interim evecto ad Regium Officium Magni Cancellariatus Mediolani, rurſus tentavit audiri. Dominiſque aſſueta benignitate annuentibus, reportavit, ut Ego, in ipſius Magni Cancellarii locum ſuffectus tertio eoſdem Dominos conſulerem, An reputarent perſiſtendum potius eſſe, vel abſcedendum a Deciſis. Reaſ-

Reaſſumpta itaque denno trutinatione, denuo etiam appaurere ſolidiſſimæ rationes decidendi præ oculis habitæ ſub *die 25. Junii 1700. & prima Julii 1701. coram ſæpe laudato R. P. D. Del Olmo*; Jam enim nulla extabat controverſia circa ſolutionem, ac estinctionem oppugnati Crediti dotalis reſpectu quantitatis florenorum trium mille circiter octingentorum ad tenorem codicis memoriarum Hiacynthi Patris Annibalis, externis quoque corroborati monumentis, & receptura Vincenti *Sum. Alex. Num. 2. cum duobus ſeqq.*, & Annibalis reſpective *Num. 1.* Quapropter cum reſidualis ſummæ ſatisfactio legeretur ab eodem Hiacyntho ad partes adnotata in alia ſchedula ſimilium memoriarum ſub fidelibus undique circumſtantiis cauſę, temporis, & loci *Summario Annibalis Num. 2.* nullibi videbatur ambigendum, quin poſt quadragenarium, & ultra ſilentium Alexandri, & Catharinæ ejus Matris principalis Creditricis, præſtanda pariformiter eſſet fides hiſce notulis, ſeu ſchedulæ inſimul ferme coæquanti totam dotem florenorum 5000., licet enim nil magis frequens eſiſtat, quam quod regulariter notulis, ac libris 1 familiaribus credi nequeat in Judicis favore ſcribentis, ex late diſpunctis *in Romana Fideicommiſſi Mutii de Bubalo ſuper Arte agraria 12. Maii 1702. §. Præcedens, coram Me*: attamen cum ſemper probationes neceſſario ſint Judici arbitrariæ, ſicuti cæteris in genere prætermiſſis, in 2 propoſito præſtandi ſidem ſcripturis, aut libris informantibus, tradiderunt *Tarrett. conſ. 77. num. 30. lib. 2., Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. prima caſ. 93. n. 2., & de Præſ. lib. 3. præſumpt. 63. n. 10., Mart. Medic. deciſ. Senen. 88. n. 2.*, quos ſecuta eſt *Rota in dicta Romana Fideicommiſſi Mutii de Bubalo ſuper Arte agraria 12. Maii 1702. §. Poſito igitur, coram Me*.

Utique etiam hæc diſcreta notula præſeferens ſolutionem quantitatis florenorum 1210. non potuit non haberi apud Dominos in exuberanti conſideratione, ex quo fere omnes ſingillares partitæ in ea regiſtratæ, innegabile recipiebant fulcimentum a publicis Inſtrumentis quemadmodum liquebat ex accurato Annibalis, *Summario Num. 3. cum tribus ſeqq.*, quapropter etſi 3 deeſſet ad plenariam, & minutam verificationem quarumdam leviorum partitarum conflantium ſummam florenorum circiter 170. conſimilis ad unguem probata probatio Inſtrumentalis, ſemper durum videbatur, quod in ordine ad tam eriguam importantiam non foret omnimoda fides adhibenda etiam eidem notulę, ſecundum ea, quæ in fortioribus terminis perſpecta verificatione longe majoris quantitatis profeſſi ſunt, *Dec. conſil. 563. n. 10., Mareſcott. var reſolut. lib. primo cap. 8. n. 14. & ſeqq., Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 43. num. primo, Pamphil. dec. 325. num. 12., & in Recen. deciſ. 543. num. 8. par. 4. tom. 3., & deciſ. 87. num. 8., & deciſ. 179. num. 14. & 15. par. 11.* cum aliis *in deciſione hujus Cauſæ diei 25. Iunii 1700. §. Abſque eo quod, coram R. P. D. Del Olmo*.

Neque ob id audiri merebatur obiectatio Alexandri, qui retorquere contendens motivum fidelitatis, ac diligentię ſatis in Hyacintho demonſtratæ ſubiungebat, quod cum eædem ſolutiones aſcendentes, ut diximus ad ſummam florenorum 1210. non apparerent per eumdem, Hyacinthum congrue tranſcriptæ in enunciato majori codice memoriarum hujuſcemodi ſchedula ad partes exhibita per Annibalem eſſet ęſtimanda, tamquám inane, ut dicitur *Seartafaccio* ſeu folium, quod vento rapitur, Siquidem ecquis arctabat Hyacintum ad apponendam omnium ſulutionum memoriam potius in una, quam in altera charta? Vis enim probatoria, oriebatur, ut præmiſimus, ab incontroverti- 4 bili verificatione omnium fere partiarum in eadem ſchedula prænotatarum, ut præter ſuperius allegatos, uno ore admiſerunt, *D. cian. reſpon. 20. num. 27. lib. 2., & reſp. 48. num. 34. lib. 3., Vrceol. conſult. foren. cap. 23. num. 13., Menoch. de Præſumpt. lib. 3. præſumpt. 135. n. 17., Mart. Medic. deciſ. Senen. examinat. 53. num. 47. & 48., Rota deciſ. 813. num. 15. & ſeqq. part. prima diverſ., coram Mantica deciſ. 144. num. 3., & deciſ. 363. num. 4., coram Duran. deciſ. 409. num. 21. & ſeq., & cor. Priolo dec. 390. n. 5., & in Faventina Dotis 3. Aprilis 1693. §. Minoris relevantiæ, cor. Reverendiſſimo Manuel.*

Diffiteri in rei veritate nequibat Aleſander prēmiſſa, ſed totus confugiebat ad ſupponendum, quod quantitas hæc florenorum 1210. contenta in prædicta ſchedula, quantumvis de reliquo juſtificata pro omnimoda fere parte a publicis Inſtrumentis, proveniret a quodam depoſito florenorum 1800. inito ſub *die 6 Martii 1675.* per Hyacinthum, & deinceps ab eo caſſato, tamquam de ejuſdem Hyacinthi ordine implicato in ſatisfactionem, ſeu computum dotis Catharinæ, fructuumque dotalium, ut in *Summario Annibalis Num. 8.*, ideoque, quantumvis poſtea Hyacinthus videretur verificaſſe memoratam ſchedulam per ſolutiones factas in publicis Inſtrumentis, hæ tamen ſolutiones forent illæmet eædem enunciatæ in præfata caſſatione depoſiti, & conſequenter quod nullatenus eſſent recipiendæ ad duplicandam ſatisfa- 5 ctionem, contra ea, quę habet *Rota cor. Buratt. dec. 157. n. 1., & dec. 298. n. 6. & ſeqq. & cor. Coccin. dec. 1986. n. 10.*, & poſt *modern. Aſculan. ad Statut. Vrbis deciſ. 102. nu. 31. & ſeqq.*

Placuit etenim reſponſio, quod hujuſcemodi ſuppoſito gratis omnino figurabatur ab Aleſandro, quoniam retento principio, quod inſimul uniendo quietationem factam a Vincentio Annibalis Patre, ſub qua ſpecifice continebantur floreni 1800. depoſitati per Hyacinthum cum partitis in toties adducta notula Hyacinthi deſcriptis, ferme integra emergeret ſatisfactio

florenorum 5000., in quibus Catharinę Dos conſiſtebat, quodque eędem partitæ ſic connotatę, quaſi in totum, ſive demptis floreni circiter 170. adamuſſim juſtificarentur in circumſtantia loci, temporis, & ſummę per publica incontrovertibilia Inſtrumenta: profectò ſi Alexander præſumebat, quod hęc publica Inſtrumenta verificantia chartulam ad partes, ſeu notulam Hyacinthi, celebrata fuerint cum iiſ-
6 demmet pecuniis derivantibus a depoſito, & ob id inferebat ad duplicationem ejuſdemmet ſolutionis, compellebatur, hoc digito demonſtrare, ex animadverſis in ſpecie per *Text. in l. quinquaginta in fine, ff. de probat. per Rot. deciſ. 319. num. primo, & ſeq. coram Duran., & deciſ. 425. num. 3. part. 2., & deciſ. 405. num. 25. par. 19. Recent.*, imo ſat erat Annibali moleſtiam evadere, & veluti reo convento, vincere per
7 non Jus bene enucleatum ab actore ad notiſſimum *Textum in l. Actor, Cod. de probat., Cardin. de Luca de Fideicomm. diſc. 17. num. 15., Rot. deciſ. 1030. num. 9. cor. Emerix. Jun., & in Recent. deciſ. 270. num. 5. par. 18., & deciſ. 472. num. 3. part. 19.*

Abſque eo quod loco probationis claræ, & concludentis, ad condemnandum Teum docentem ex parte ſua de plenaria ſatisfactione, ſuffragari valeret non admodum perſtringens illa inveriſimilitudo, quod (ſi ſic eſſet Hyacinthus, vel ad partes procurare debuiſſet ſuas receptas a Vincentio, pro partitis interclufis a notula, vel quod eaſdem ſolutiones, & partitas
8 adducere, & excomputare pariter debuiſſet, quando non omiſit procurare quietantiam a Vincentio, ut in *dicto Summario Annibalis Num. primo*, ex traditis per *Andreol. controv. 135. num. 6. & 16., Poſth. reſolut. 50. num. 17. & ſeq., Rot. coram Millin. deciſ. 195. num. primo, coram Pen. deciſ. 521. n. 6., coram Amat. Dunozz. deciſ. 749. num. 6., coram Bichio deciſ. 562. n. 15. & 16., coram Celſo deciſ. 184. n. 8., coram Priolo deciſ. 390. num. 5., & in Bononien. Dotis, & Pecuniaria 15. Maij 1682. coram. Urſino impreſſ., ad Card. de Luc. de Dote deciſ. 38. n. 22.*

Siquidem quoad particulares receptas non procuratas ab Hyacintho reſpondebant, & bene, informantes pro Annibale, quod non ſolum idem Hyacinthus, bona fide incedendo, ſolitus erat quandoque prætermittere has quietantias *Summario ejuſdem Annibalis Numer. 16.* Verum etiam, quod nemo revelaverat, an hujuſmodi quietantiæ factæ fuerint, nec ne maxime cum ageretur inter hæredes hinc inde non informatos, & in omnem caſum ſive hæ quietantia exaratæ non fuiſſent, ſive factæ, & deperditę, ſuperabundabat ſemper, quod veritas earumdem partiarum remaneret expanſa, ac juſtificata per publica Inſtrumenta, ut in *dicto Summario Annibalis Num. 3. cum tribus ſeqq.* Cum enim in iiſdem Inſtrumentis ab ipſomet Vincentio celebratis ad ſui favorem, adeſſet expreſſio correſpondens præfatæ notulæ, quod pecuniæ eſſent dotales Catharinæ, non erat dubitandum, quod hæc expreſſio eumdem non operaretur effectum, quam quietantia ſolem-
9 nis, ex quo nulla, ex vulgatis, major datur in Jure noſtro probatio, quam quæ reſultat ex propria confeſſione, per *Textum in leg. Cum te Cod. de tranſact., Rot. coram Priol. deciſ. 165. nu. 12., ſan. memor. Alexand. VIII. deciſ. 134. num. 5., Emerix Jun. deciſ. 1108. num. primo, & in Romana, ſeu Limana Cambiorum prima Julii 1699. §. Denique in fin. coram Me.*

Quo vero ad reticentiam Hyacinthi, ſeu non factam quoque excomputationem harum partiarum ab extra contentarum in notula, occaſione exigendi receptam a Vincentio, de qua *dicto Summario Annibalis Num. primo*, facilis erat reſponſio, quod non tantum in hac recepta clauſula præſervativa, *ſalvo tamen omnime. liori calculo*, ſed etiam quod Hyacinthus in hujuſmodi recepta forte curavit redigi in unum ſolutiones factas brevi manu, ac minutatim, apparentes ex codice ſuarum memoriarum necnon ab aliquibus Inſtrumentis citra poſitivam confeſſionem Vincentii, ſed reſpectu partiarum in notula explicatarum aderat poſitivum factum confeſſionis Vincentii, ut ſupra: unde non erat opus alia meliori demonſtratione: in omnem denique eventum prætenſa hęc inveriſimilitudo non poterat cenſeri adeo gravis, & vehemens, ut ſuffocare poſſet has quoque ſolutiones in notula enunciatas ac per publica Inſtrumenta validatas; Itaut in dubio contra turbidam actionem, ſeu replicationem Actoris Tribunal
10 non deberet magis inclinare ad liberandum, quam ad condemnandum debitorem, ſicuti univerſa Jura ſuadent, & clament, ut in *leg. favorabiliores ff. de regul. Jur., & in leg. Arianus 46. ff. de Act. & Obligat., Barboſ. axiom. 204. num. primo, Caſtill. controv. Jur. lib. 4. cap. 42. numer. 46. & 47., Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 90. num. primo. & de Arbitr. Judic. lib. 2. cent. 4. caſ. 339. n. 28., Salgad. Labyr. Credit. par. 2. cap. 9. n. 115., & in tract. de Commerc. & Mercat. diſc. 25. n. 3.*

Hiſque conſtabilitis in cauſa ſubſtantialiter ſapiente revolutionem veterum chartarum, quando Authores hinc inde informati defuncti fuerant, & quando ulterius concurrebant Teſtes, licet de auditu deponentes, in vita Hyacinthi de plenaria ab eo facta ſolutione hujus Dotis *Summario Annibalis Numer. 19. & 20.* ſupervacaneum videbatur Dominis rurſus expendere, quod ad præſumendam ſatisfactionem ex abundanti concurrebant genetricæ, ſed in caſu noſtro potentes præſumptiones, inopia nempe Creditoris, qui de propriis pecuniis non poterat extinguere plures cenſus paſſivos, alioſque active coemere, *d. Summ. Annibalis Num. 9.* una cum e converſo commoditate debitoris, ſaltem exoriente ab exactione florenorum 1800. facta ex cauſa uxoriæ Dotis, *eodem Sum-*

Summ. Annibalis Num. 14. Et nihilominus hæ
11 circumſtantiæ admodum in recta Judieum lance expenduntur, teſte *Pariſ. conſ.* 83. *n.* 29. *vol.* 1., *Bertazzol. conſ. civil.* 118. *n.* 13. *Amat. conſ* 13. *n.* 3., *Capon. diſcep. foren.* 179. *num.* 7., *Andreol. contr. for.* 57. *la* 2. *num.* 12. *verſ. juncta maxima*, *Roc. diſp. Jur. ſelect. cap.* 155. *n.* 5., *Modern. Aſeulan. ad Stat. Vrbis annot.* 48. *art.* 3. *nu.* 233. & 234., *Surd. dec. Mant.* 105. *num.* 1., *Mart. Medic. dec, Senen.* 84. *n.* 3. & 4., *Rota Lucen. inter recollectas per Palm. Nep. dec.* 276. *nu.* 18. & *Sacra in Rec. dec.* 225. *n.* 12. & 13. *part.* 10. & *in Romana Pecuniaria ſuper Juramento in litem* 11. *Maii* 1699. §. *Secunda*, *coram R. P. D. meo Muto*.

Quin prodeſſet Alexandro ſuperinductum de recenti Teſtium examen ſuper aſſluentia facultatum Vincentii, quoniam vix iidem Teſtes quidquam concludebant, & ad ſummum ex illorum depoſitione reſultare valebat annuus redditus *ſcut.* 200., quapropter eum idem Vincentius prẹmeretur a numeroſa familia ſeptem filiorum, Vxore, Famulo, Ancilla, & manutentione unius Equi, cogitandum relinquebatur, an ex eodem redditu quiverit Vincentius ultra neceſſariam ſuſtentationem præfatos cenſus redimere, ac reſpective comparare, prẹſertim cum appareret ex memorata ſolemni recepta ac notula, quod ipſe quandoque indigebat pro quotidianis indigentiis victus, ac veſtitus, tenuiſſima etiam ſumma trium, vel qua-
12 tuor florenorum ut appoſite, ſive non abs re perpenderunt relati per *Gob. conſult. dec.* 68. *ſub* num. 14. *verſ. Altera vero*. *Cyriac. contr.* 516. *n.* 18., *Andreol. contr.* 318. *n.* 15.

Redacto itaque Credito Alexandri ad *ſcuta* 56. 91. juxta originarium Iudicatum A. C., nimium de paupere Regno efficebatur ſubalterna indagatio quoad correſpondentia interuſuria dotalia, & tamen, ad hæc quoque ima deſcendentes Domini non dubitarunt manere in primo capta reſolutione *diei* 25. *Junij* 1700. *coram R. P. D. Del Olmo*, ad rationem ſcilicet quatuor pro centenario, ſtante iam comprobata deſuper Partium conventione *ut in dicta deciſ.* §. *fin.*

Vtraque, &c.

SPOLETANA CAUTELÆ ANGELI.

Lunæ 26. *Februarii* 1703.

ARGUMENTUM.

Caducitatis pœna ad hoc ut ab hærede alienante incurſa dicatur, perneceſſe requiritur apertiſſima ſcientia talis appoſitæ pœnẹ caducitatis in Teſtamento, quinimo comulative etiam concurrere debet in alienante dolus, & malitia inexcuſabilis, quando potiſſime alienatio ex pluribus titulis erat permiſſa. Relatum debet eſſe clarum, ad hoc ut referens ſuam etiam habeat virtutem, & operationem. Pœna caducitatis, quæ in Civilibus æquiparatur pœnẹ capitali, ſive ſolemni deportationi, adeo eſt legibus odioſa, ut quantum fieri poteſt reſtringenda ſit, neque extendenda, ſive amplianda de caſu ad caſum, ſeu de parte Teſtamenti ad aliam Teſtamenti partem.

SUMMARIUM.

1 *Via executiva contra Tertium non competit.*
2 *Judex ſecundæ inſtantiẹ, & appellationis ſuper iiſdem actis pronuncians non revocata priori contraria ſententia, ſecunda ab ipſo prodita non tenet.*
3 *Reſcriptum Signaturæ Juſtitiæ de appellatione reducit negocium ad viam ordinariam, ad differentiam Reſcripti* S. Q. E.
4 *Quoties dubium fuerit in Rota diſputatum ſuper cautela Angeli, non eſt ultra diſpungendum, quam de viribus prænominatæ cauthelæ.*
5 *Judicium ordinarium per tres ſententias eſt terminandum.*
6 *Circuitus omni jure ſunt proſcripti, & evitandi.*
7 *Sententia injuſta ſententiæ nomen non meretur. & citra neceſſitatem poſitivæ revocationis poſthaberi debet.*
8 *Ad hoc, ut quis dicatur incuriſſe caducitatem ob alienationes factas, neceſſe eſt quod dd. alienationes præter poſitivam indictionem caducitatis præſeferant malitiam, ac dolum inexcuſabilem.*
9 *Pœna privationis ſi appareat indicta in caſu confiſcationis, extendi nequit in hac odioſiſſima materia ad alterum caſum alienationis.*
10 *A fideicommiſſo in caſu delicti, arguere nequit ad minus aſperum delictum in caſu obitus.*
11 *Relatio habita ad ſuperiorem, & inferiorem diſpoſitionem ſortiri ſolet efficaciam expreſſẹ, ac individuæ mentionis.*
12 *Referenti plus virtutis, & operationis tribui nequit, quam inſit in relato.*
13 *Dictio infra relationem habet ad inferius dicenda, & ſecundum ea regulatur, aſſumendo quod poſtea dicetur, & omittendo quod prius dictum eſt.*
14 *Argumentum a ſuperfluitate deductum in ultimis voluntatibus, & maximè ad effectum tam odibilem caducitatis quotidie reputatur inane, & penitus contemptibile.*
15 *Contravenientes ordinationi Teſtatorum ſe reddunt indignos emolumentorum ejuſdem Teſtatoris.*
16 *Judex invigilare debet, ut Teſtatoris voluntas obſervetur.*
17 *Argumentum diſcretivæ multum valet in arguendo, quo caſu Teſtator voluerit prohibionem alienationis, & quando non.*
18 *Teſtator ſi nullam cauſam prohibitæ a ſe alienationis adducat, vel alienationis adducat, vel aliunde non appareat de perſonis, quarum intuitu prohibitio ipſa iniungitur, illa remanet penitus inutilis, & ad purum conſilium referibilis.*
19 *Alienans contra expreſſam Teſtatoris voluntatem,*

an is reſtituendo pretium valeat alienationem retractare.

20 *Subſtitutus, vel altera Perſona ad cujus favorem facta noſcitur prohibitio poterit durante etiam vita ipſius gravati revocare alienationem opportunam inſtantiam promovenda adverſus alienatarium, ac tertium Emptorem, ſeu poſſeſſorem.*

21 *Declara niſi d. Poſſeſſor coemerit ſimplicem commoditatem fructuum.*

22 *Privatio, & caducitas adeo dura eſt ut etiam quando Teſtator illam inflixiſſet non tamen alienans regulariter cadit a tota hæreditate, ſed ſolum a re alienata recuperabili pervocatos.*

23 *Filius hæres fideicommiſſarius valet quidem in caſu alienationis factę per gravatum agere pro revocatione alienationis contra Tertios, ſed non ob id expoliare Patrem ſub hac pretenſa pœna caduci, niſi oſtendat eundem Patrem habuiſſe notitiam, ac Scientiam nedum Teſtamenti, ſed omnium in teſtamento contentorum.*

24 *Neque ſufficit in hoc caſu ſimplex ſcientia, ſed requiritur in alienante dolus, & malitia inexcuſabilis, qua non oſtenſa nunquam incurritur caducitas, quæ in civilibus æquipollet pœne capitali, ſive ſolemni deportationi.*

25 *Sententia per colluſionem lata Tertio non præjudicat.*

26 *Additio hæreditatis ex quibus præſumatur.*

DECISIO CCLXXI.

AVthumantes fortaſſe fratres de Sillanis obtegere poſſe bona univerſa Franciſci debitoris adverſus mandata contra illius hæreditatem relaxata, oppoſuere familiarem *Angeli cautelam*, de qua planæ *in Romana fideicommiſſi ſive Cautelæ Angeli 29. Aprilis 1701. & in Romana Cautelæ Angeli 27. Ianuarii 1702. coram Me*; Sed prorſus ab initio inefficaciter, in tribunali ſiquidem A. C. extitit definitum, *illam non afficere* donec aſcendente de more Cauſa ad Sacrum Auditorium, felicius obtinuere; hujuſmodi *Cautelam eſſe ſervandam, ex cauſa tamen ſolius Dotis Lelię conjugis ejuſdem Franciſci pro ſumma ſcut. 1125.* prolataque deſuper ab R. P. D. meo de la Tremoille opportuna ſententia, ea hodie comperta eſt adeo valida, & juſta ut citra ſcrupulum Domini illam fore confirmandam, unanimiter exiſtimaverint.

Fruſtra quippe viſi ſunt in primis prædicti fratres controvertere validitatem, repetendo, neutiquam debuiſſe R. P. D. meum de la Tremoille in cęteris capitibus rejectæ cautelæ per ſententiam approbare Iudicatum A. C., ex quo perperam is proceſſiſſet executive contra ipſos exiſtentes tertios, & omnino titulatos poſſeſſores, nulla, quod peius eſt habita conſideratione præambulę ſententiæ de partibus, declarantis Franciſcum decidiſſe a Bonis, de quibus agebatur, proindeque ſuper illis, utpote prius devolutis ex vi ſubſtitutionis ad Antonium, a quo cauſam memorati fratres, deſumebant nequiviſſe ullo modo agitari, non revocata ſaltem hujuſmodi pręcedenti ſententia, juxta ea, quę
1 reſpectu inordinati Proceſſus executivi contra tertium habentur apud *Alex. in l. a Divo Pio §. ſi ſuper rebus num. 28. verſ. & pro hoc bene facit ff. de re judic., Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. diſp. 11. num. 1., Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 5. n. 43. cum ſeqq., Rot. coram Cerr. deciſ. 110. num. 2. poſt. Modern. Aſculan. ad Statut. Vrbis deciſ. 80. num. 1., in Recen. deciſ. 471. num. 2. par. 13., in Romana Cenſus 10. Martii 1683. §. Minus opitulatur coram Reverendiſſimo D. meo Molienes Decano, & in Romana Monilis 27. No-*
2 *vembris 1699. §. Incaſſum coram Me*, & quoad neceſſitatem interloquendi ſuper præambula ſententia reſponderunt, per *Text. in l. prima C. quando provoc. non eſt neceſſe, Gabr. conſ. 54. in fin. lib. 1., Caren. reſolut. 13. num. 1. & 2. Modern. Forolivien. ad conſil. Ramon. conſ. 55. num. 57., & ad conſ. 88. num. 45., Cardin. Albit. de inconſtant. in Judic. quæſt. 37. num. 372., Rota coram Buratt. deciſ. 59. num. 9. coram Marlino deciſ. 363. num. 2., coram Cavaler. dec. 31. num. 1., & ſeqq., & deciſ. 191. num. 1., & 4. par. 14. recent.*

Vnica namque reſponſione, reliquis etiam neglectis, profligabatur obiectum nempe quod cum Signatura Iuſtitię contra idem Judicatum ab A.C., jam non obſtantibus hujuſmodi exceptionibus ſimpliciter reſcripſiſſet - *de Appellatione* - penitus abſtinendo a qualibet directa; vel indirecta circumſcriptione hujus Iudicati contenta forſan, reduxiſſe negocium ad viam ordinariam, prout importat conſimile reſcriptum *de Appellatione* - longe diſtans ab altero executivo, *ſi quid exequendum* - adnotata per *Rot. in*
3 *Romana Menilis 27. Novembris 1699. §. Inevitabiliter verſ. ideoque, & in Romana Cambii 30. Aprilis 1700. §. Secundario coram Me.*

Non amplius inquirendum erat in Auditorio de hiſce rigidis, etſi quandoque neceſſariis Judiciorum formalitatibus; Tribunal etenim Signaturæ ad hoc præciſius conſtitutum eſt a Sancta Sede, ut, veluti Supremum Principem repræſentans, & idcirco committentes ſub una, vel altera clauſula Cauſas per ejus organum tranſeuntes, normam præbeat regulandi Judicia quapropter cum ad limites præfati reſcripti - *de Appellatione* - ſubſtantialiter aſſumpta cognitione in Petitorio, ac bono Jure, fuerit coram R. P. D. Meo de la Tremoille diſputatum, *An Cautela Angeli eſſet ſervanda*, non erat ultra diſpungendum, quam de viribus prænominatæ
4 Cautelæ, ſicuti perpetuo in hiſce ſimilibus caſibus proteſtata eſt *Rota*, & ſignanter *in eadem Romana Menilis 27. Novembris 1699. §. Inevitabiliter, in Romana Locorum Montium 3. Februarii 1700. §. Omnemque, & in dicta Romana Cambii 30. Aprilis ejuſdem Anni §. Secundario coram Me.*

Addito potiſſime, quod nullum in effectu ſenſerunt Partes præjudicium a prætenſa ordinis

inter-

interverſione; Nil enim poterant ulterius efflagitare, quoties cauſa ordinarie, & non executive fuiſſet uſque a principio exordienda, ac inſimul infirmanda, vel confirmanda ſententia de partibus, quam quod eadem ſententia, ſive
5 maſſa totius negocii per tres conformes appenderetur ad trutinam, per *Textum in l. unica Cod. ne liceat in una, eademque cauſa tertio provocare*; Unde cum prima vice coram A. C., deinceps in ſecunda inſtantia coram R. P. D. meo de la Tremoille, & hactenus in tertia coram Me pluſquam examinata remanſerit objectatio Cau-
6 telæ, ecce quod non erat ſcrupoloſius anſa prębenda circuitibus infructuoſis, omnique jure proſcriptis, ſicuti poſt *Carleval. de Judic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. diſp. 8. a num. 1., & ſeqq.* firmavit *Rota in Romana, ſeu Anconitana Dotis 15. Ianuarii 1698. coram R. P. D. del Olmo, modo, Magno Cancellario Mediolani, impreſſ. poſt Modern. Aſculan. ad Stat. Vrbis deciſ. 28. n. 7.*

Eoque robuſtius, quia non omiſſa etiam peculiari trutinatione, exceptionis ſententiæ de partibus, & inſimul conſcendendo ad juſtitiam, & baſem fundamentalem diſſidii, quatenus concernebant primum caput Cautelæ innixum fideicommiſſo, quod aſſerebantur, devolutum fuiſſe ad Antonium Auctorem prædictorum fratrum, eadem exceptio, ac reſpective prætenſio detecta eſt adeo debilis, injuſta, & inſubſiſtens, ut præcitata ipſa ſententia propter apertam ſuper hoc injuſtitiam, neque nomen ſententiæ mereretur & citra neceſſitatem poſitivę revocationis poſthaberi prorſus deberet, quemadmodum recte
7 demonſtratum fuit in utraque deciſione R. P. D. mei de la Tremoille, ſcilicet in prima die 27. Januarii 1701. §. *Dum igitur*, & in ſecunda diei 13. Martii 1702. §. *Nec opitulari*, & tradiderunt *Modern. Palm. allegat. 301. num. 2. & 3. tom. 4., Rota Lucen. deciſ. 99. num. 19., & deciſ. 236. num. 49. inter recollect. per eumdem Palm., & Rota noſtra deciſ. 130. num. 27., & 28. par. 16. rec.*

Siquidem & quomodo ſubſtentari poterat pręfata ſententia definiens, Franciſcum cecidiſſe a commodo, ſeu vocatione fideicommiſſi ordinati per Joſephum illius Avum, ex quo devenit ad improvidas, & prohibitas alienationes? Cum etenim nemo in hoc caſu per ſpeciem fideicommiſſi quod nuncupant contraventionale, appareret vocatus, nullaque legeretur impoſita pœna caducitatis, quæ poſſet intelligi favore eorumdem vocatorum in caſu obitus, neutiquam poterat Antonius Auctor prædictorum fratrum ſuccedere incontinenti per privationem Franciſci ejus Patris, cum ad hunc effectum nedum
8 expoſcatur poſitiva indictio caducitatis, ſed & quod alienatio ſubſecuta craſſam præſeferat malitiam, ac dolum inexcuſabilem, ut in terminis primæ propoſitionis *Peregrin. de fideicomm. art. 14. num. 3., juxta editionem decimam, ſive impreſſionem Venetam anni 1644.*, & circa ſecundam *Bald. in l. unica num. 27. Cod de his, qua poenæ nomine, Dec. conſ. 273. ſub num. 2., Card. de Luca de fideicom. diſc. 154. num. 3., Mart. Medic. exam. 3. num. 72., Rota coram ſa. me. Alexand. VIII. deciſ. 110. num. 13.*

In præſenti autem aliqua nullatenus apparebat appoſita poena decidentiæ contra alienantem, & in hoc manus, ut dicitur, dabant devictas Informantes pro fratribus; pœna namque privationis legebatur alligata dumtaxat caſui confiſcationis, ſeu delicti, a quo nemo ignorat, in materia tam odioſa fieri non poſſe extenſionem
9 ad alterum caſum alienationis, ut pręter allegatos in deciſione hujus Cauſæ diei 27. Junii 1701. §. *Perperam coram R. P. D. Meo de la Tremoille*, tradidere *Menoch. conſ. 177. num. 19., Surd. conſ. 559. ſub num. 6. verſ. quarto privatio, Card. de Luca de fideicomm. diſc. 159. num. 2., Rot. coram Cerro deciſ. 652. num. 2., & dec. 321. n. 9. par. 13. recent.*, adeout, quod magis eſt, neque a fideicommiſſo in caſu delicti arguere liceret ad minus aſperum fideicommiſſum in caſu
10 obitus, *Roland. conſ. 43. n. 43. lib. 4., Vrecol. conſult. foren. cap. 96. per tot. volum. 2., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 460. n. 36., Card. de Luca de fideicomm. diſc. 160. num. 13., Rota coram ſa. me. Alex. VIII. dec. 258. per tot., & in rec. dec. 238. num. 1. & ſeq. par. 11.*

Perperam ſubiungentibus iiſdem Informantibus, quod hujuſmodi poena caducitatis reputari poſſet virtualiter præſuppoſita, ſive adiecta eo ſub prætextu, quod vocatio inſtitutorum, ac ſubſtitutorum coruſcaret qualificata per illa verba - *con le medeme qualità, capitoli, e prohibizioni, che ha, e ſono appoſti di ſopra, e di ſotto* - proindeque cum inferius in caſu confiſcationis, atque delicti appareret inflicta poena caducitatis, cenſeretur etiam ineſſe caſui prohibitę alienationis, cum relatio habita ad inferiorem diſ-
11 poſitionem ſortiri ſoleat efficaciam expreſſæ, ac individuæ mentionis, juxta *Textum in leg. aſſe toto ff. de hæred. inſtit.*, & firmata per *Rotam deciſ. 354. num. 1. par. 17., deciſ. 790. num. 42. & deciſ. 797. n. 12. par. 18. recent.*, & in propoſito *Bertazzol. de clauſ. Inſtrum. clauſ. 4. gloſſ. 3. num. 2.*

Nimium quippe patens obiectio hæc, ſive propoſitio involuebat æquivocum; Non enim dubitabatur, quod vigore illius dictionis, ſeu clauſulæ - *di ſotto* - adamuſſim, & individualiter non foret habita repetitio, &, ut ita dicamus, imbibitio impoſitæ caducitatis; Sed amaritudo verſabatur in eo, quod - *di ſotto* - nulla alia pręfulgebat enunciata pœna caducitatis, quam in prædicto ſolo caſu confiſcationis, & delicti, ac propter ea data millies hac repetitione, ſive imbibitione, illa tranſgredi non poterat eoſdem
12 cancellos confiſcationis, & delicti, ne plus virtutis, & operationis tribueretur referenti, quam inſiti in relato, contra vulgares regulas, de quibus *Bim. conſil. 34. nu. 6., Barboſ. axiom. 201. nu. 5. & 6., Gratian. diſcept. foren. c. 289. n. 1., Cardinalis de Luca de fideic. diſc. 13. n. 22.*

Ro-

Rota decif. 414. *num.* 5. *par.* 14., *& decif.* 49.
num. 19. *par.* 15. *recent.* Conſiderabile etenim
fuiſſet argumentum, quoties Teſtator dixiſſet -
13 *Proibiſco l' alienatione ſotto la qualità, e pena,
come di ſotto* - ut in ſuis caſibus ratiocinatur
*Bartol. in l. qui liberi §. Hæc verba ff. de vulg., &
pupill., & conſ.* 7. *num.* 1., *Alexan. conſ.* 176.
in fine lib. 2., *Pariſ. conſ.* 93. *num.* 24. *lib.* 1.,
Menoch. conſ. 86. *num.* 71., *Gratian. diſcept, fo-
renſ. cap.* 575. *num.* 28., *Rota poſt Torr. de pact.
futur. ſucceſſ. decif.* 224.

Nullatenus officiente, quod iam inferius
iniuncta fuiſſent privatio delinquentibus, ideo-
que fruſtratoria remanſiſſet hæc repetitio, ſi ul-
terius præter caſum iam diſpoſitum neutiquam
progrederetur, quia quiequid foret de hujuſ-
modi ratiocinio, inde non reſultaſſet aliud ar-
gumentum, niſi a ſuperfluo, quod ſane in ulti-
mis voluntatibus, & maxime ad effectum tam
14 odibilem caducitatis, quotidie reputatur ina-
ne, & penitus contemptibile, ut admonet *Bald.
in l. quoties §. Siquis ita ff. de hæred. inſtit., Al-
ciat. in l.* 3. *num.* 3. *ff. de leg.* 1., *Peregrin. con-
ſil.* 57. *in fine lib.* 5., *Surd. conſ.* 325. *num.* 14.
in fin. Modern. Lucen. conſult. 16. *num.* 42., *Fu-
ſar. de ſubſtitut. quæſt.* 286. *num.* 3., *Mantica de
coniect. ultim. voluntat. lib.* 8. *tit. ultim. num.* 24.,
Cardin. de Luca de fideicomm. diſc. 54. *num.* 7.,
*Rota Florentina. inter decif. recollectas per Mo-
dern. Palm. decif.* 194. *num.* 37., *& ſeq.*

Compræhendentes ideirco pręfati Informan-
tes, ut credibile eſt tenuitatem obiecti, inge-
nium aeiebant pretendendo, quod hæc cadu-
citas, ſi non poſſet revera firmavi, veluti ab
homine, ſive per Teſtatorem indicta, adhuc
ſufficienter emergeret ex determinatione Iuris
ſeeundum quam omnes contravenientes ordi-
nationi Teſtatorum ſeſe reddunt indignos emo-
15 lumentorum ejuſdem Teſtatoris ad *Textum in
§. Si quis autem, & §. ſeqq., Auth. de hęred.,
& falcid., & in Auth. hoc amplius*, ibique com-
muniter Scribentes *C. de fideicomm.*, & tradita
per *Thæſaur. quæſt. for. lib.* 1. *quæſt.* 34. *nu.* 13.
& ſeq., Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 582. *num.* 2.,
Card. de Luca de fideicomm. diſc. 7. *num.* 53.,
diſc. 13. *num.* 18., *& diſc.* 14. *num.* 8., *Rot. de-
cif.* 1069. *num.* 15. *coram Emerix Iun.*

Præcipue eum fideieommittens in noſtra the-
ſi rationem expreſſerit prohibite a ſe alienatio-
nis nimirum ut *l'eredità del Teſtatore ſempre per-
petuamente reſti, ſia, e duri nella linea maſcolina
&c., e talmente inalienabile, e non tranſitoria ad
alcuno eſtraneo per alcuna ſtrada &c.* Stante ſiqui-
dem tam enixa Teſtatoris intentione, facilius
16 per privationem contravenientis Judex de
partibus potuerat, ae debuerat ejuſdem volun-
tatis obſervationi invigilare, ex illo ſaltem pu-
blico, intereſſe, de quo in vulgato §. *Diſponat
Auth. de nupt., Monet. de commut. ultim. vo-
luntat. cap.* 3. *nu.* 26. *& ſeqq., & cap.* 4. *n.* 138.,
Rota coram Dunoz. jun. decif. 242. *num.* 20., *&
coram Emerix jun. dec.* 1312. *num.* 11., *& in
Romana Pecuniaria* 5. *Iunii* 1699. *in fin., & in
Romana Primogenituræ de Albericis* 3. *Iulii*
1702. *§. Premiſſe coram Me.*

Verum ſiquid erat ingenii in hoc objecto, non
minus deſiderabatur ſoliditatis in fundamento:
Nam quatenus pertinebat ad mox regiſtrata ver-
ba, ſive voluntatem Teſtantis, facili negocio
quiviſſet reſponderi, quod ſieuti tam ſedulo ſe
expreſſit in ſuo deſiderio inalienabilitatis ſuæ
hæreditatis, in extraneos, potuiſſet, ac debuiſſet
apertius conſulere alteri, ſi illud in animo ha-
buiſſet, deſiderio privandi alienantem, hoc
exprimendo, ſieuti feeit in caſu confiſcationis,
17 & delicti, vulgato argumento *legis unicæ §. Sin
autem ad deficientis, Cod. de caduc. tollen.*, &
perpenſis in proximis, & fraternizantibus ter-
minis *Menoch. conſ.* 982. *num.* 4., *Fuſar. conſil.* 3.
num. 23. *&* 25. *&* 25., *Modern. Palm. allegat.*
47. *num.* 57. *& alleg.* 144., *Mantic. de
conjectur. ultim. voluntat. lib.* 6. *tit.* 15. *n.* 6.,
Card. de Luca de fideicom. diſc. 94. *num.* 9., *&
de legat. diſc.* 34. *num.* 4. *Rot., decif.* 258. *num.* 13.
coram Peutingerio.

Cœterum non erat opus tantam vim attri-
buere hujuſmodi verbis, cum præciſive ob omni
caducitate pleniſſime remanerent operativa;
Nam niſi Teſtator ullam cauſam prohibitę a ſe
alienationis adduxiſſet, vel aliunde non appare-
ret de perſonis, quarum intuitu prohibitio ipſa
iniungebatur, illa reſtaſſet penitus inutilis, &
18 ad purum conſilium referibilis ad eelebrem
Text. in l. filius familias §. Divi ff. de legat. 1.,
ſuper quo integrum uſque tractatum edidit *Gal-
vanus*, & uno ore etiam adverterunt *Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.* 685. *num.* 1. 2. *& ſeqq., Torr. de
ſucceſſ. in primogen., & in major. Ital. par.* 2.
quæſt. 28. *num.* 1. *& ſeqq., Rot. decif.* 945. *in
fin. coram Cerr., & decif.* 276. *num.* 40. *par.* 18.
rec.

Ubi igitur adjecta legitur ratio conſervationis
bonorum in familia, vel alia ęquipollens, unde
19 prohibitio exiſtat, ut ajunt, veſtita, illum pro-
ducit effectum, quod quiequid ſit de ipſo alie-
nante, an & is reſtituendo pretium, valeat re-
tractare alienationem, quemadmodum diſpu-
tarunt *Paul. de Caſtr. conſ.* 44. *in fine vol.* 1.,
Cephal. conſ. 399. *num.* 110., *Surd. conſ.* 284.,
Phannuc. de inventar. par. 7. *num.* 149., *Fuſar.
de ſubſtit. qu.* 717. *num.* 5., *Mart. Medic. exam.* 3.
num. 25. *& ſeqq., Rota decif.* 73. *par.* 1. *rec.*

Utique ſubſtitutus etiam in ſolo eaſu mortis,
vel altera perſona, ad cujus favorem noſcatur
facta prohibitio, poterit, durante etiam vita
ipſius gravati, revocare alienationem, oppor-
tunam inſtantiam promovendo adverſus aliena-
tarium, ac tertium Emptorem, aut poſſeſſo-
rem, niſi is ſolummodo coemerit ſimplicem
commoditatem fructuum, ut in terminis primæ
20 concluſionis *Modern. Lucen. conſult.* 273. *n.* 7.
Modern. Palm. alleg. 95. *n.* 14. *lib.* 1.: *Torr. de
ſucceſſ. in Primogen., & major. Ital. quæſt.* 55.
n. 27. *par.* 2., *Mart. Medic. dicto exam.* 3. *n.* 1.,
&

Google

& ſeqq.; *Peregrin. de fideicomm. art.* 14. *num.* 3.,
Rota deciſ. 166. *num.* 9. *&* 10. *par.* 17. *recen.*,
& in dicta Romana Fideicommiſſi de Albericis 3.
Julii 1702. §. *Non ſic coram Me*; & circa ſecun-
21 dam *Bartol. in l. codicillis* 91. §. *Inſtituto n.* 4.
ff. de legat. 2. ibique etiam *Bald. n.* 1., *& Paul.*
de Caſtr. num. 3., *Tiraquell. de retract. lignag.*
§. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 47., *Molin. de Hiſpan. Primog.*
lib. 1. *cap.* 20. *num.* 11., *& ſeqq.*; *Peregrin. de*
fideic. art. 40. *num.* 109., *&* 110., *Rota in Ro-*
mana Salviani 13. *Iunii* 1698. §. *Profecto, &*
ſeqq., *&* 16. *Februarii* 1699. *coram Me*, cum
aliis *in Romana Caducitatis* 3. *Julii* 1702. §.
Exultat coram Reverendiſſimo D. meo Decano.

De jure vero nuſquam auditum eſt, quod ſi-
ne præciſa appoſitione pœnæ caducitatis per ſim-
plicem alienationem cadatur in commiſſum
hæreditatis, & doctrinæ in obiecto allegatæ et-
iam in ſuis caſibus cum grano ſalis accipiendæ,
percutiebant extraneos terminos deficientis a
parte ante conditionis ex. gr. aſſumptionis co-
gnominis, & armorum, vel conſecutionem
Primogenituræ, & fideicommiſſi incompatibi-
lis; Vnde cum non loquerentur, neque loqui
poſſent in caſu meræ contraventionis per alie-
nationem, alia non indigebant ſubverſione, ſi-
ve explicatione, quando præſertim adeo dura
eſt hujuſmodi privatio, ac caducitas, ut etiam
quando Teſtator illam inflixiſſet, non tamen
alienans regulariter cadit a tota hæreditate ſed
22 ſolum a re alienata recuperabili per vocatos,
ſicuti non ſolum diſtinguit *Peregrin. de fideic. di-*
cto artic. 14. *n.* 3., Sed ſunt exempla familiaria
ſerioque dilucidata per *Ruin. conſ.* 119. *nu.* 12.
lib. 2., *Menoch. conſ.* 164. *n.* 22. *lib.* 2., *Hon-*
ded. conſ. 58. *num.* 84. *lib.* 1., *Fuſar. de ſubſtit.*
quæſt. 718. *n.* 4. *& ſeqq.*. *Mart. Medic. exam.* 3.
num. 73. *Magon. deciſ. flor.* 19. *per tot*, *Rota co-*
ram Gregor. deciſ. 219. *num.* 1., *& ſeqq.*, *in de-*
ciſ. 484. *num.* 2., *& ſeqq. coram Pamphil. in de-*
ciſ. 593. *n.* 6. *par.* 2. cum aliis *in Romana Pri-*
mogenituræ de Albericis 3. *Iulii* 1702. §. *Nulla-*
tenus, *&* §. *ſeq. coram Me*.

Atque hæc dubio procul exuberabant pro ma-
nifeſtanda inexcuſabili iniuſtitia ſententiæ quam
omni jure rurſus dixerunt Domini fuiſſe poſtha-
bendam, & nihilominus plura alia conſpirabant
in illius eradicationem; Primo videlicet inter-
cedebant, quod etiam dato per merum diſcur-
ſum, quod ſive ab homine, ſive a jure fuerit
indicta pœna caducitatis, adhuc cum non oſten-
derent fratres in hoc Iudicio conventi, quod
Franciſcus præciſam haberet notitiam ac ſcien-
tiam, nedum teſtamenti Ioſephi ejus avi fidei-
committentis, ſed & omnium contentorum in
eodem Teſtamento, valebat quidem Antonius
23 agere pro revocatione alienationis contra ter-
tios, ſed non ob id expoliare Patrem ſub hac
prætenſa poena caduci, ita communiter diſtin-
guentibus *Gabr. conſ.* 118. *num.* 3. *volum.* 1.,
Honded. conſ. 42. *num.* 17., *& ſeq. volum.* 2.,
Surd. conſ. 116. *nu.* 17., *& ſeqq.*, *& deciſ.* 154.
num. 11., *Oſaſc. deciſ. Pedemont.* 73. *num.* 7.,
Rota deciſ. 63. *nu.* 5. *par.* 14., *deciſ.* 205. *n.* 8.
& 9. *par.* 15., *& deciſ.* 166. *num.* 8. *par.* 17. *re-*
centior., *& in ſæpedicta Romana Primogenituræ*
de Albericis 3. *Iulii* 1702. §. *Minuſque cum ſeq.*
& §. *Confirmari coram* Me.

Secundo, quod nec ſuffeciſſet apertiſſima
ſcientia talis appoſitæ pœnæ caducitatis, niſi et-
iam cumulative palparetur ejuſdem Franciſci
dolus, & malitia inexcuſabilis, quando potiſ-
ſime, prout hic, ex pluribus titulis eidem per-
miſſa erat alienatio, Non oſtenſa etenim, ac
oculariter demonſtrata hac malitia poſitiva, &
dolo, nuſquam practicari caducitatem, quæ in
Civilibus æquipollet pœnæ capitali, ſive ſolem-
24 ni deportationi, communiter adnotarunt præ-
ter ſupra allegatos *in* §. *Siquidem Honded.*
conſ. 58. *num.* 37., *& ſeqq. lib.* 1., Menoch. *con-*
ſil. 903. *num.* 11., *Torr. de* Major*at. quæſt.* 43.
num. 107., *& quæſt.* 50. *num.* 13. *par.* 2., *Card.*
de Luca de fideicom. diſc. 157. *num.* 5., *Rota*
deciſ. 320. *num.* 10., *&* 11. *par.* 17. *recentior.*,
& in dicta Romana Caducitatis 3. *Iulii* 1702.
§. *Subnixa coram Reverendiſſimo D. meo Molines*
Decano.

Tertio tandem res videbatur eſſe evidentior,
cum ageretur de ſententia prolata inter filium,
& Patrem cum nimia ejuſdem Patris acquieſcen-
tia, quando alii remotius habentes intereſſe ap-
pellaverant; Unde data cauſa colludendi ob non
paratas ſuperiores, & tam planas reſponſiones
ſententiam reputari colluſivam, & in mera
ſupplantationem Creditorum ejuſdem Patris, ac
25 proinde prorſus eſſe contemnendam, nemo
non ſcit ex deductis per *Urceol. conſult. forenſ.*
cap. 65. *n.* 32., *&* 33., *Merlin. Pignatell. conſult.*
forenſ. 92. *n.* 11. *lib.* 1., *Scacc. de ſenten.*, *& re*
judic. gloſſ. 14. *quæſt.* 12. *num.* 123., *& quæſt.* 18.
num. 25., *Mart. Medic. examinat.* 39. *n.* 15., *&*
16., *Card. de Luca de fideicom. diſc.* 170. *n.* 4.,
Rota coram Merlin. deciſ. 13. *n.* 2., *in rec. dec.* 41.
num. 6. *par.* 13., *& dec.* 264. *n.* 18. *par.* 14.

Fracto primo capite cautelæ, jam non erat ex
oppoſito opus diſcurrere de ſecundo dotis Ceciliæ
filiæ ipſius Franciſci, ut pote pluſquam ſublato
in deciſionibus, & ſententia R. P. D. mei de la
Tremoille, parumque demum remanebat im-
morandum, quoad ultimum, ſeu tertium caput
alterius Dotis Leliæ conjugis memorati Fran-
ciſci; Cum etenim calculus ſcut. 1125. pro ſub-
ſtentatione cautelæ bonificatus fratribus de Sil-
lanis ex neutra parte impugnaretur, fruſtra ſub
diviſio portionum ex perſona Joſephi, & Anto-
nii optime enucleata in ſecunda deciſione diei
13. Martii 1702. coram R. P. D. meo de la
Tremoille, redarguebatur, ex quo Franciſcus
filiorum præmorientium hæreditatem non adi-
viſſet; Siquidem dum idem Franciſcus retinebat
apud ſe quantitatem præfatæ Dotis, agebatur-
que de actu in ſe lucrativo, & favorabili cum
26 ſcientia incontrovertibili mortis filiorum, non
poterat non præſumi pluſquam ſufficiens aditio,
ad

ad tradita per *Thesaur. quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 51. num. 5., Maſeard. de probat. concl. 40. ſub num. 9. verſic. limita Card. de Luca de hæred. diſc. 13, n. 4., & 5., Megon. decif. Florentin. 148. n. 9., Rot. coram Pambol. dec. 357. n. 2, cor. Preal, decif. 119. n. 5.*

Et ita &c. utraque &c,

BONONIEN. CENSUS.

Veneris 2. Martii 1703.

ARGUMENTUM.

Teſtator ſi in ſuo Teſtamento demandaverit, ut poſt aliquod tempus a ſuis hæredibus per ſortem extraheretur Primogenitus, qui primogenituræ ab ipſo condita ſuccedere deberet, hic Primogenitus ſic nominatus nequit repetere fructus, quos interim perceperunt hæredes licèt Beneficiati, quia etſi Beneficiatus dicatur tantum Adminiſtrator, hoc tamen non procedit in fructibus, quos tamquam Dominus percepit, niſi in eo concurrat mala fides, quæ quomodo ſit probanda, & quomodo rejicienda habes in deciſione: Hoc etiam procedit *in Auth. Res quæ*, quæ ſimpliciter bona concernit in proprietate, cum non poſſit Mulier poſtea nata repetere fructus aut perceptos a gravatis, aut ab illorum Creditoribus.

SUMMARIUM.

1 *Hæres beneficiatus tenetur reddere rationem de fructibus hereditatis, eoſque lucrari non poteſt detectis creditoribus.*

2 *Fideicommiſſum pati non debet diminutionem ob æs alienum contractum per gravatum.*

3 *Succeſſor in fideicommiſſo avocare poteſt bona nedum a Creditoribus extraneis, ſed etiam a quocumque alio intermedio herede vel poſſeſſore.*

4 *Fructus ſemper exiſtunt ſequela dominii, & veniunt in illius conſuetudinem.*

5 *Ad effectum obtinendi fructus rerum fideicommiſſarium ultra purificationem conditionis, ſive adapertæ ſucceſſionis requiritur etiam petitio, ac inſtantia fideicommiſſarii.*

6 *Limita ſi adſit expreſſa ordinatio Teſtatoris injungentis bona in ſucceſſivè vocatum transire debere una cum fructibus in caſu exiſtentię, ſive translationis bonorum in extraneos.*

7 *Limita præterea ſi poſſeſſor bonorum fideicommiſſariorum evaſerit Pupillus, ſive Eccleſia, quia tunc eadem lex ſupplet vicem interpellationis & ſecum trahit acquiſitionem, & reſpective reſtitutionem fructuum.*

8 *Fructus ſuppoſita ſuſpenſione Primogenituræ cumulandi ſunt beneficio, & commodo futuri ſucceſſoris, eique poſtmodum reſtituendi declara* num. 13.

9 *Nemo plus Juris in alium transferre poteſt, quam habeat in ſeipſum.*

10 *Diviſio circa jus individuum quale eſt Primogenitura, præſefert prohibitam omninò fuiſſe alienationem à Teſtatore.*

11 *Hæres contraveniendo præcepto Teſtatoris fructus contempta hæreditatis ſuos facere nequit, ſed illos reſtituere compellitur.*

12 *Juris quæcumque dubietas ceſſat ex facto, & voluntate Teſtatoris.*

14 *Incapax ubi inſtituitur, ſi fiat capax, ſi proximior apprehendat poſſeſſionem hæreditatis retines illam uti adminiſtrator, non autem uti Dominus, & ſuperveniente capacitate reſolvitur omne jus poſſeſſoris, & tenetur reſtituere reliqua cum redditione rationis adminiſtratorum.*

15 *Et hujuſmodi adminiſtrator non facit fructus ſuos ſed tenetur eos reſervare futuro ſucceſſori, quinimo ad hunc effectum compellitur ab initio ſuſceptæ adminiſtrationis idoneam præſtare cautionem de ciſdem fructibus reſtituendis.*

16 *Hæc tamen procedunt in adminiſtratore, non vere in hærede libero, ſive domino quouſque ſucceſſerit capax.*

17 *Poſſeſſio productiva fructum non eſt referibilis ad titulum ignoratum, ſed ad eum de quo conſtat.*

18 *Ad finem inducendi poſitivam malam fidem requiritur ſcientia individua omnium contentorum in teſtamento.*

19 *Hæres Beneficiatus eſt ſimplex adminiſtrator.*

20 *Et conſequenter nequit Domino, vel quod idem eſt habenti ab eo cauſam prejudicare ob factum, malitiam propriam.*

21 *Vigorę* Auth. Res quæ *dos deſumit hypothecam a die obitus Teſtatoris, & eſt ſemper preferenda in concurſu Creditorum gravatorum.*

22 *Beneficium* Leg. & Inventarii *exiſtentibus in medio Creditoribus efficit adeuntem merum Procuratorem, & adminiſtratorem hereditatis, & ex habita ſcientia eorumdem Creditorum non poteſt quidquam de fructibus hereditariis acquirere.*

23 *Primogenitus eligendus nullum habet titulum acquiſitivum niſi a die ſuę electionis, ſive extractionis a quo tempore facit fructus ſuos.*

24 Auth. Res quæ *convenit ſimpliciter bona in proprietate, cum non poſſit mulier poſtea recta repetere fructus, aut perceptos a gravatis, aut ab illorum Creditoribus.*

25 *Contraventionem aliud eſt conſiderari ad finem ne controveniens in futurum admitti debeat ad emolumentum. aliud autem, & longè diverſum eſt ad effectum obligandi perceptorem ad reſtitutionem fructuum abſumptorum abſque ulla interpellatione.*

26 *A diverſis non fit illatio.*

27 *A fructum reſtitutione ſemper excuſat quælibet cauſa etiam leviſſima, & beſtialis dummodo abſit mala fides, quæ dolo apertiſſimo æquiparatur.*

28 *Privatio hereditatis ut inferatur, ſcientia in hærede debet eſſe pluſquam evidens & clara.*

29 *Pro fructuum refuſione ſi non accedit mala, & peſſima fides, media fides, ſive omnino non mala non attenditur.*

DECI-

DECISIO CCLXXII.

Contemporanea reſolutio, quæ non prodierat ſuper hac diſcreta dubitatione per me propoſita *ſub die* 10. *Februarii* 1702.; Utrum ſcilicet ſententia *bo. me. Rondanini* foret confirmanda, una cum altera determinatione tunc capta ſuper legitima extractione Joſephi Michaelis Junioris, tandem hodie ad ſuffragandum adſcitis *Quinto & Sexto* liquide emanavit pro ejuſdem quidem ſententię confirmatione, ſed non omnino ſimpliciter, & indefinite.

Impulit quippe Dominos ad reformationem memoratæ ſententiæ ſcæna facti poſtmodum immutata, cum etenim prius nemo appareret, qui Jura Primogenituræ a R. P. D. Innocentio ex Comitibus de Malvaſia ordinatæ quomodolibet repræſentaret, ac promoveret, quodque plus eſt bona præfata R. P. D. Innocentii ex inconcuſſa hujus Familiæ obſervantia, habita fuiſſent pro undique liberis, & indifferentibus, & ſub hoc indifferenti Titulo hæreditario Cornelii primi hæredis tranſiverint in Joſephum Michaelem Seniorem, ac Cæſarem Albertum Reos, uſque ab initio conventos, hinc præcedenter juremerito definitum fuerat tam in ſuſpenſivo, quam in devolutivo judicio, neutiquam (uti prætendebant iidem Rei in aſſumpta ab eis Provincia redditionis rationis) fuiſſe eadem bona Innocentii ſeparanda a patrimonio prædicti Cornelii jam Debitoris Sororum de Ghetardis Actricium juxta plura uniformia judicata recenſita n *deciſ.* 55. *coram Vbago*. & meminit Deciſio edita *ſub die* 28. *Junii* 1686. *cor. eodem Rondan no.*

Quinimmo juſtiſſime non minus pronunciatum extiterat debuiſſe e converſo in calculo ſupradictæ redditionis rationi per memoratos Fratres de Malvaſia denumerari, & apponi fructus omnes ab ipſis perceptos ex præfatis bonis, ſeu patrimonio Innocentii inſimul unitis cum reliquo Aſſe Cornelii eorum Authoris, dum enim ipſi Fratres indubitatam habebant notitiam crediti Sororum, nequiverant ſubinde in præjudicium illarum facere fructus ſuos, ſed ut potę hæredes beneficiati compellebantur in computo adminiſtratæ hæreditatis adſcribere hujuſcemodi fructus, tanquam non niſi mala fide acceptos, ſine conſumptos, ut in prędicta *deciſ.* 28. *Iunii* 1686. §. *fin. coram Rondanino*. & eſt propoſitio indubitata in terminis hæredis Beneficiati volentis reddere rationem, & a Creditoribus ſui Au-
1 thoris obtegere bona propria, ut uno ore affirmarunt *Caſtald. conſult.* 24. *n.* 16. *cum trib. ſeqq.*, *Guidopap. de Invent. n.* 17., *Monticul. eod. tract. cap.* 6. *n.* 10. *Rot. cor. Merlin. deciſ.* 796. *n.* 7., & 8., *coram Celſo deciſ.* 185. *n.* 4., & *in rec. dec.* 535. *num.* 5. *par.* 5., & *dec.* 591. *num.* 10. *part.* 19.

Verum cum ſub *Anno* 1690. pallium fortaſſe revoluentes præcitati Fratres magis honeſtum, ac proficuum reputaverint implere mentem Innocentii curando extractionem ſucceſſoris ab eo deſiderati, & enixe voliti in prælaudata Primogenitura; Ideoque canonice remanſerit extractus Joſeph Michael Jun. ſecundum ampliſſime deciſa *ſub die* 10. *Februarii Anni proxime præteriti coram me*, omnis eſt oppoſito indubitanter ratio expoſcebat, quod Bona memorati R. P. D. Innocentii, quæ certum iam habebant Succeſſorem ab Ipſo exoptatum, & vocatum non caderent amplius ab illo momento ſequutæ
2 extractionis ſub nexu hypotheeæ Creditorum Cornellii primi gravati, ut eſt de natura cujuſlibet fideicommiſſi non tolerantis hanc impreſſionem Æris alieni contracti quomodolibet pergravatum ad *Text. in l. fin.* §. *Sin autem Cod. de legat.*, & tradita per *Neguſan. de pignor.* 4. *membr.* 3. *partis princip. num.* 125., *Gob. conſult. dec.* 92. *num.* 1., *Rot. dec.* 649. *n.* 1. *coram Bich. dec.* 998. *num.* 2. *coram Emerix Iunior*, & *in recent. deciſ.* 442. *n.* 12. *part.* 19. *tom.* 2.

Immo cum ageretur de primogenitura Italiæ penitus deſtituta omni Juriſdictione, aliave circumſtantia impeditiva ſuſpenſionis, ad hunc proculdubio effectum ceſſationis hypothecarum recte potuerat in ſuſpenſo manere ad hoc, ut naturaliter, vel civiliter adveniente Succeſſore,
3 Bona per eum avocari nedum poſſent a Creditoribus extraneis, ſed etiam a quocumque alio intermedio hærede, vel poſſeſſore ex plene coacervatis per *Card. de Luc. de fideicomm. diſc.* 7. *num.* 14., & *ſeqq.*, *Torr. de ſucceſſ. in Primogen.*, & *Majorat. cap.* 25. *n.* 222., *Rot deciſ.* 902. *n.* 8., & 9. *coram Emerix Jun.*

Cumque fructus ſemper exiſtant ſequela, Do-
4 minii, vel veniant in illius conſecutionem parimodo reſultabat, quod ab eodem die factæ extractionis illi forent demendi ab Aſſe gravati prædefuncti, ejuſve hærendum beneficiatorum, & de facto ſuper hoc articulo neque obicem ingerebant Rictricess, cum & ſi regulariter requiratur ad finem obtinendi fructus rerum fideicommiſſariarum ultra purificationem conditionis, ſive adapertæ ſucceſſionis, etiam petitio,
5 ac inſtantia fideicommiſſarii, ut per *Text. in l. In fideicommiſſaria*, & *in l. Mulier.* §. *Si hæres ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* vno ore concorarunt *Peregrin. de fideicom. art.* 49. *n.* 79., *Cenſal. ad illum* §. *Limitatur vero hæc ſententia*, *Faſar. de ſubſtit. quæſt.* 626. *n.* 50., *Barbat. de di ſerſ. fruct. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 9., *Gall. de fructib. diſput.* 16. *art.* 1. *n.* 45. *verſ. contrarium*, & *n.* 46., *Rot. deciſ.* 5. *n.* 2. 3., & 4., & *dec.* 264. *n.* 6. *cum tribus ſeqq. part.* 17. *rec.*, & *in Ferrarien. fideicommiſſi* 14. *Maii* 1700. §. *Redacta*, *coram R. P. D. meo de la Treimoille*, & 13. *Februarii* 1702. §. *Quo vero ad fructus coram R. P. D. meo Scotto.*

Nihilominus nedum in præſenti aderat expreſſa ordinatio Teſtatoris injungentis in caſu exiſtentiæ, ſive translationis bonorum apud extraneos Bona in ſucceſſive vocatum tranſire una cum fructibus, quod profecto ex illa benignita-

Digitized by Google

te legis, quæ permittit, ut quis diſponat de rebus
6 propriis etiam poſt ſui mortem & annihilationem, ſolet ſuperabundare, & eſt *Text. in l. fideicommiſſariam*, ibi - *Aut eum quis ſpecialiter fuerit rogatus, & fructus reſtituere ff. ad Sen. Conſult. Trebell.*, ibidemque obſervarunt *gloſſ.*, *Paul. de Caſtr. n. 9. Alex.*, *& Imol. pariter n. 1.*

Aſt cum idem Michael Joſeph Jun. extractus, &
7 Veſte nuptiali ſuperindutus foret Infans, & concurreret indubitata ſcientia poſſeſſorum Primogenituræ, eadem lex ſupplebat vicem interpellationis, & ſecum trahebant acquiſitionem, & reſpective reſtitutionem fructuum, ſicuti in Synonimis terminis Pupillorum, vel etiam Eccleſiæ communiter tradiderunt *Peregrin. de fideicom. d. artic. 49. num. 87. & 88.*, *Cenſal. ad eumdem §. Veram non ideo*, *Fuſar. de ſubſtit quæſt. 603. n. 13.*, *& d. quæſt. 626. num. 57. & 62. verſ. inter alios caſus*, *Barbat. de diviſ. fruct. d. part. 2. d. cap. 2. n. 15. & ſeqq.*, *Gall. de fructib. diſput. 16. d. art. 1. n. 460. Card. de Luc. de hæred. diſc. 9. n. 3.*, *& de fideic. diſc. 151. n. 8.*, *& diſc. 185. n. 2. 3. & 17. ad fin.*

Cardo itaque controverſiæ reſedit pro fructibus antecedentibus perceptis, & aſſumptis poſt mortem Cornelii Debitoris a Joſepho Michaele Sen., ac Cæſare Alberto Patre Michaelis Joſephi Jun. effecti per extractionem Primogeniti; dicebant etenim informantes pro prædicto Michaele Joſepho Jun., quod ſicuti non inficiabantur, quod ubi quæſtio ſtetiſſet inter Actrices ex una, & Joſephum Michaelem Sen., nec non prænominatum Cæſarem Albertum ex altera, eædem Actrices juſte expoſtulaſſent, calculari in Aſſe ipſius Cornelii Debitoris hujuſmodi fructus ex *deciſione bon. mem.* Rondanini cum aliis ſupra allegatis, ita è converſo cum hodie tractaretur de directo intereſſe Joſephi Michaelis Jun., is fovebat jura potiora pro iiſdem fructibus ad ſui favorem vindicandis, non enim iidem fructus ſubjugari unquam valuerant hypothecæ Creditorum Extraneorum, quando ſuppoſita ſuſpenſione Primogenituræ, fructus cumulandi ſunt beneficio, & commodo futuri ſuc-
8 ceſſoris, eique poſtmodum reſtituendi, ut in ſpecie contentionis habitæ cum Creditoribus gravati, firmat *Card. de Luc. de fideicom. diſc. 40. num. 10.*

Fortius vero quia cum nequirent profecto Sorores Creditrices plus juris prætendere in ordine ad eoſdem fructus, quam haberet ipſa hæreditas Cornelii eorum debitoris, vel foverent
9 alii ſucceſſivi illius heredes beneficiati vulgato *Text. in cap. nemo poteſt 79. de Regul. Jur. in ſexto* utique hi neque de jure, neque ex voluntate Teſtatoris valuerant facere fructus ſuos, cum Cornelius in vita ſciens indubitanter exiſtentiam hujus fideicommiſſi, ſicuti patebat ex petita per eum derogatione occaſione erectionis Montis nuncupati *Malvaſiæ*, deveniſſet ad plures, & plures alienationes bonorum hujus Primogenituræ, illius autem hæredes, nempe Michael Joſeph Sen., & Cæſar Albertus præcæteris eadem bona Primogenialia diviſerunt inter ſe,
10 quæ ſane diviſio præcipue circa Jus individuum quale eſt Primogenitura, præſeferebat prohibitam omnino alienationem, ut inquit *Bald. in Auth. ex Teſtamento Cod. de Collat.*, *Tiraquell. de Jur. Primogenit. quæſt. 23. n. 13.*, *Molin. de Hiſpan. Primogenit lib. primo cap. 11. n. 2. Torr. de Succeſſ. in Primogenit.*, *& Majorat Ital. part. 2. quæſt. 43. n. 11. & ſeqq.*, *Rot deciſ. 130. n. 9. poſt. eumdem Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*, & obſervatum fuit in altera *deciſione* 10. *Januarii* 1702. §. *Attamen coram me*.

Ac propterea poſita ex his omnibus incontrovertibili violatione Teſtamentariæ diſpoſitionis R. P. D. Innocentii, palam ſequebatur ad mentem Juris fructus contemptæ hæredi-
11 tatis ſuos facere non poſſe, ſed illos reſtituere compellerentur ex his, quæ cenſuit *Pariſ. conſ. 19. num. 150. vol. 2.*, *Peregrin. de fideicomm. artic. 11. n. 121. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 447. num. 3.*

Clarius denique introſpecta ordinatione Teſtatoris, de qua ſupra; Is namque præceperat non ſolum alienationes irritari, ſed ulterius injunxerat, quod - *quel tale, che alienerà, o tenterà d' alienare, o contrafare, ſtatim, & ipſo Jure s' intenda privato della mia heredità, e d' ogni parte di eſſa, e ſuoi frutti, la quale paſſi a gl' altri ſucceſſivamente chiamati, come ſopra*, proindeque etiam quando aliqua amaritudo ſubeſſet deſuper in Jure, illa ceſſabat ex facto, & volun-
12 tate Teſtatoris, ut præter ſuperius collaudatos proſequuntur *Sim. de Præt. de Interpret. ultim. volunt lib. 3. dubitat. 5. ſolut. 2. num. 6. Intripliol. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 74. num. 35. Mantic. de conjectur. ult. vol. lib. 7. tit. 10. nu. 9.*, *Surd. deciſ. 21. num. 9. ibique Hodiern. num. 5.*

Ceterum his minime refragantibus Domini reputarunt, non eſſe per hoſce diſcurſus fraudandos creditores Cornelii, qui de hac diu latente diſpoſitione R. P. D. Innocentii pœnitus erant ignari, ac viderant patrimonium hujus Prælati palam dividi ex titulo inteſtatæ ſucceſſionis inter Julium, & Herculem fratres *Summario Sororum num. 1.*, ſicque bona fide tamquam ſuper re libera contraxere; Quatenus enim
13 pertinebat ad articulum ſuſpenſionis Primogenituræ, ac cumulationis fructuum pro ſucceſſore, ille locum ſibi vindicaſſet, quotieſcumque; Primogenitura ſaltem ſemel extitiſſet in eſſe firmata, vel inchoata, tunc etenim ubi accidens præbeat, vel infortunium, quod in linea Primogeniali ſemel admiſſa expectetur, ſi non adſit actu, Primogenitus vel etiam deſideretur idem Primogenitus in alia linea ſubſtituta, profecto ut Teſtatoris mens impleatur, hæreditas interea manet in ſuſpenſo donec, & quouſque enaſcatur hujuſmodi Primogenitus unice volitus per Teſtatorem, & hic eſt caſus, de quo ſimilitudinarie loquitur, *Card. de Luc. d. diſc. 40. num. 10. de fideicomiſſ.* ibi enim expectabatur

tur maſculus a fęminis jam exiſtentibus procreandus.

Et ratio in hoc caſu ſatis evidens eſt, & palmaris, quoniam cum interim bona a nemine poſſideri valeant juſto titulo veri, vel ſaltem putativi dominii, ſed detinenda veniant titulo mere adminiſtratorio in gratiam expectati ſucceſſoris, vel penes habentes proximam cau-
14 ſam ſuccedendi, prout eſt remotior ſubſtitutus, vel apud hæredem ultimi Primogeniti, ſeu poſſeſſoris defuncti ex plene diſputatis per *Papon. conſ. 57. nu. 9., Decian. reſp. 129. n. 20. vol. 3., Peregrin. conſ. 97. num. 9. vol. 5. Cyriac. controverſ. 205. n. 88., & 89., Rot. deciſ. 902. num. 8., & ſeqq. cor. Emerix Iun.*

Certe hujuſmodi Adminiſtrator nullo modo poteſt ſibi acquirere fructus adminiſtratæ hæreditatis, ſed tenetur eos reſervare eidem futuro Succeſſori, ſeu Domino, immo ad hunc effectum compellitur ab initio ſuſceptæ admi-
15 niſtrationis idoneam præſtare cautionem de iiſdem fructibus reſtituendis, ut fuit practicatum in *dicta deciſ. 902. ſub nu. 10. cor. Emerix. Iun.*

Sed in pręſenti hypotheſi non fuerat unquam nedum exequutioni mandata diſpoſitio R. P. D. Innocentii, verum nec aliquo modo patefacta, ideoque nimis extranei remanebant termini ſuſpenſionis præſupponentes principium, ac principiatum, quando erant perquirendi termini ejuſdem futuri principii, & inchoationis, quapropter non poterat Ioſeph Michael Iun. quidquam prætendere quoad fructus, qui dietim abſque ulla cautione libere conſumebantur a liberis hæredibus, ac uti Dominis, non autem
16 tamquam Adminiſtratoribus reſpectu alicuius futuri Primogeniti, donec quippe ipſe remanſerit extractus ſive per ſortem electus, nequibat in mora regulari, vel irregulari eoſdem hæredes ullo modo conſtituere, ut per *Text. in leg.* Mulier. *§. Si hæres in prior. reſponſ., ff. ad Trebell. Gloſſ. in l. in fideicommiſſariam ff. eodem, Bald. conſ. 291. num. 4. lib. 5., alioſque Rota deciſ. 517. num. 10. part. 4. diverſ.*

Profligato motivo cumuli faciendi circa hujuſmodi fructus erga non natum, neque extractum, minus obſtitit objectum malæ Fidei, quod vehementius inculcabatur per informantes pro eodem Michaele Ioſepho Iun.; Nam in ordine ad Cornelium, qui dicebatur contraveniſſe præcepto Teſtatoris tum alienando plura bona primogenialia tum negligendo conficere quoddam multiplicum à R.P.D. Innocentio demandatum, tum relinquendo citra mentionem Primogenituræ indifferenter hæredes præfatos Joſephum Michaelem Sen., & Cæſarem Albertum ejus ſuperiores Conſobrinos; in primis pro parte Sororum minime prætendebatur, quod fructus ab ipſo Cornelio, ſive bona, ſive mala fide percepti tota vita ſua durante ponendi forent in calculo ejus hæreditatis, & de cætero, nec in eo verificabilis erat tam craſſa mala fides, ut poſſet vel ipſi, vel ejus hæredibus aliquo modo poſitive nocere, nam Cornelius ſucceſſerat in hiſce bonis admixtis cum reliquam hæreditate Herculis ejus Patris, ac Julii Patrui pœnitus indiſcriminatim, ac libere, quando in vim diſpoſitionis Innocentii ipſe debuiſſet ab initio ſuc-
17 cedere ex propria perſona, atque hujuſmodi bona recipere de manibus Collegii Iuriſconſultorum Bononiæ, non enim poſſeſſio productiva fructuum refferibilis erat ad titulum ignoratum ſed ad eorum, de quo conſtabat notiſſimis juribus de quibus *Epiſ. Rocc. diſput. Iur. ſelect. cap. 20. n. 29. Rot. poſt Novar. in Summ. Bullar. deciſ. 48. num. 24. coram Emerix. Sen. deciſ. 66. n. 8., & coram Emerix. Iun. deciſ. 764. n. 4., & deciſ. 167. n. 8.*

Parum refragante, quod occaſione, ut præmiſimus, ſupplicandi *ſan. mem. Urban. VIII.* pro erectione Montis Malvaſiæ meminerit de fideicommiſſo R. P. D. Innocentii, ſiquidem expreſſio facta ejuſdem fideicommiſſi apparebat nimium generica, & conjunctim cum altero fideicommiſſo Cornelii Sen., Unde cum nihil expoſuiſſet de Primogenitura, de qua agitur, poterat, ac debebat ſignanter ad excluſionem claſſicæ malę fidei reputari, quod hæc expreſſio fieri ſolita pro cautione Montiſtarum in omnibus hiſce erectionibus, emanaverit ex abundanti pro rumore, qui forſan gliſcebat de Teſtamento, vel fideicommiſſo Innocentii, quando abſolutum eſt ad, finem infligendi poſitivam malam fidem requiri ſcientiam indivi-
18 duam omnium contentorum in Teſtamento ſecundum ea, quę affirmatur per *Cephal. conſ. 24. num. 13. & ſequent., Honded. conſ. 68. num. 9., & ſequent. lib. 2., Laderch. conſ. 73. verſ. nec obſtat, Venturin. conſ. 49. num. 35., Moder. Lucen. conſult. 796. num. 8. & 9., Rot. Lucen. deciſ. 92, num. 35. cum. duobus ſequent. inter recollectas per moderu. Palm.*

Quo vero ad ſubalternum ratiocinium ab iiſdem informantibus depromptum ſuper incapacitate Ioſephi Michaelis Sen., & Cęſaris Alberti circa faciendos fructus ſuos, unde majus jus prætendere non poterant Sorores, quam foverent iidemmet perceptores, plana videbatur emergere replicatio, quod non erat inquirendum de paritione, vel contraventione favore hęredum Cornelli, quia cum ipſi non forent immediate Sororibus obligati, neutiquam fructus ex eorum Iure percipiebant, ſed illo Cornelii eorum debitoris, proindeque excluſa jam ex pręmiſſis inexcuſabili mala fide in dicto Cornelio, immo, & quacumque poſitiva ejus contraventione quoad Teſtamentum individue nimirum in ſuis particularibus circumſtantiis ignoratum, ſatis erat, quod non curato facto, bona, vel mala fide, aut contraventione hæredum, hæreditas Cornelii in redditione rationis eſſet impinguanda cum hiſce fructibus, quilibet enim Adminiſtrator, ut eſt hæres beneficiatus ſecundum animadverſa per

Card. de Luc. de credit. diſc. 36. *num.* 23., *&*
diſc. 37. *num.* 3., *& de hæred. diſc.* 25. *n.* 10.,
Rot. deciſ. 326. *n.* 3. *&* 4. *coram Card. Mantie.*, nequit Domino, vel quod idem eſt haben-
20 ti ab eo cauſam prejudicare ob factum, &
malitiam propriam Teſte *Dec. conſ.* 146. *ſub
num.* 14. *verſ. Tertio non obſtat*, *Roman. conſ.*
352. *num.* 2. *& ſequent.*, *Cardin. de Luc. de
Benef. diſc.* 89. *num.* 13. *in fine*, *& num.* 14.,
& 17., *Rot. deciſ.* 430. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 1.
recent.

Quod ſi forte ſubjunxiſſent præfati informan-
tes, poſt mortem Cornelii, fructus eſſe conſi-
derandos veluti perceptos jure proprio ab hę-
redibus, vel in omnem caſum, Primogeni-
tum ſemper eſſe præferendum ratione hypo-
thecæ ad ſui favorem infixæ a die mortis Te-
21 ſtatoris, vel conditæ Primogenituræ, ut in
propoſito Dotium legatarum, ſive ad termi-
nos *Auth. res quæ* in concurſu Creditorum
gravati reſpoudit *Rot. deciſ.* 693. *num.* 1. *&* 2.
coram Seraphino, *deciſ.* 710. *num.* 3. *& ſeqq. par.*
18., *deciſ.* 162. *num.* 2. *& ſeqq.*, *& deciſ.* 243.
num. 1. *& ſeqq. par.* 19. *rec.*

Facile non minus replicabatur, quod adi-
tio hæreditatis facta cum Beneficio *leg. & in-
ventar.* exiſtentibus in medio Creditoribus effi-
cit adeuntem merum Procuratorem, & Ad-
miniſtratorem hęreditatis, iſque habita ſcien-
22 tia eorumdem Creditorum non poteſt quid-
quam de fructibus hæreditatis acquirere, niſi
prius ſatisfactis iiſdem Creditoribus, ut præter
ſupra allegatos *in* §. *Quinimmo*, perbelle ex-
plicat *Rot. in Camerinen. Manutentionis*, *ſeu
Cenſuum* 10. *Martii* 1698. §. *Penultimo*, *&* 23.
Junii ejuſdem anni §. *Nec pro redditione coram
Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano*.

Reſpectu autem potioritatis Primogeniti ex-
ceptio hęc claudicabat in ſuppoſitione ejus,
quod erat in quæſtione, quia nimirum Primo-
genitus in ordine ad fructus nullum habebat
23 titulum acquiſitivum, niſi a die ſuæ electio-
nis, ſive extractionis, uti jam ſuperius extitit
demonſtratum; Exemplum verò dotium, ſive
Auth. res quæ concernebat ſimpliciter ipſa Bo-
na in proprietate, cum nemo dixerit, Mu-
lierem poſtea natam valere unquam repetere
24 fructus, aut perceptos a gravatis, aut ab il-
lorum Creditoribus, uti patet ex auctoritati-
bus ſupra in objectoallegatis, & quotquot alii
poſſent allegari ſignanter ex *deciſ.* 199. *nu.* 10.
& 11. *par.* 8. *recent.*

De reliquo neque ad effectum, de quo erat
controverſia, poterat tanta mala fides impin-
gi memoratis hæredibus, licèt enim in altera
deciſione ædita *ſub die* 10. *Februarii* 1702. *co-
ram Me*, fuerit *ex* §. *Minus obſtitit cum ſeqq.* affir-
mata contraventio Joſephi Michaelis Senioris
prima vice extracti ex iiſdem fermè capitibus,
de quibus ſupra, nihilominus aliud eſt conſide-
rari contraventionem ad finem ne contrave-
niens admitti debeat in futurum ad aliquod emo-
lumentum, ut erat acquiſitio Primogenituræ,
aliud autem, & longè diverſum eſt ad effe-
25 ctum obligandi perceptorem ad reſtitutionem
fructuum abſumptorum abſque ulla interpella-
tione argumento *Tex. in cap. Quemadmodum ſub
verſ. Alioquin de Iur. juran.*, & eorum, quæ
tradit *Menoch. conſ.* 32. *num.* 37., *Surd. dec.* 40.
n. 5., *Rot. deciſ.* 94. *num. primo*, *& ſeqq.*, *&
deciſ.* 311. *num.* 8. *&* 9. *coram Priolo*.

Potiſſime quia idem Michael Sen. nullibi re-
nunciaverat pręventivè prætenſioni, ſeparatio-
ni, ſeu vocationi ſuper Bonis Cornelii Patris
R. P. D. Innocentii, ſicuti magis intrinſece, ac
in rei veritate fundamentaliter conſideraba-
tur in prædicta deciſione *ſub* §. *Attamen*, con-
tradiſtincte ad renunciationem factam ab ipſo
Joſepho Michaele Juniore extracto, ut adver-
titur in eadem deciſione *ſub* §. *Quo vero*, ideo-
26 que non poterat a tam diverſo effectu aliqua
illatio extorqueri, contra *Text. in l. Papinia-
nus* 21. *ff. de minor.*, de quo *Angel. Rodulph.
alleg.* 85. *num.* 13., *Andreol. controv. forenſ.* 4.
num. 8., *Rot. coram Priolo deciſ.* 28. *num.* 38.,
coram Emerix. Iun. deciſ. 745. *num.* 15., poſt
Modern., *Aſculan. ad Statut. Urbis dec.* 42. *n.* 24.,
& in Romana Fornacis ſuper melioramentis 15. *De-
cembris* 1702. §. *Diluta coram Me*.

Et ſane retentis odioſiſſimis terminis reſtitu-
tionis fructuum, a qua ſemper excuſat quælibet
Cauſa etiam leviſſima, & ut noſtri dicunt, be-
ſtialis, dummodo abſit mala fides, quæ dolo
27 apertiſſimo ęquiparetur, ut præter cæteras
reſponſiones, *Pariſio in dicto conſ.* 19. *n.* 54. *vol.* 2.
ejuſque ſequacibus, ut ſupra, ſolide attributas,
concludit *Card. de Luc. de fideicom. diſc.* 14. *n.*
10., *& diſc.* 189. *n.* 2. *& ſeqq. de hæred. diſc.* 18.
n. 13., *& de credit. diſc.* 57. *n.* 14., *Urceol. de
tranſact. quæſt.* 89. *n.* 49. *& ſeqq.*

Diviſio pro æquali facta contra naturam Pri-
mogenii per Joſephum Michaelem Seniorem,
& Cæſarem Albertum nequaquam valebat ſe-
cumferre ullam privationem fructuum, ſive a
lege, ſive ab homine inductam, cum pariter
de tempore ejuſdem ſubſecutæ diviſionis nulla
extaret probata notitia in adeuntibus de hac
Primogenitura, quinimmo uſque tunc fuerit
poſthabita, ſive ignorata illius diſpoſitio, itaut
Bona R. P. D. Innocentii libere tranſiverint in
hæredes, ſive inteſtatos, ſive teſtamentarios,
& tamen ut præmiſimus, pro inferenda privatio-
ne, ſcientia debet eſſe pluſquàm evidens, &
28 clara, ſicuti ultra ſpecialius jam collaudatos
ſub §. *Parum refragante*, unanimiter conſen-
tiunt, *Altograd conſ.* 84. *n.* 11. *vol.* 1, *Cyriac.
controv. forenſ.* 451. *n.* 93. *& ſeq.*, *Fontanell. deciſ.*
154. *n.* 8. *& ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 26. *n.* 16. *par.* 9.
Recent., *& in Romana Caducitatis* 3. *Julii*
1702. §. *Et quatenus coram Reverendiſſimo Do-
mino meo Molines Decano*.

Fuerat ſuo loco pretermiſſa Cauthela Angeli
quam iidem Joſeph Michael Sen., ac Cæſar Al-
bertus oppoſuere de anno 1668. contra Sorores

de

de Gherardis, per quam re vera, ſcientia ſid.- commiſſi R. P. D. Innocentii per eos objectati ſufficienter emergere potuiſſet; Sed ultra quod illa non per hoc adfuiſſet a principio aditæ hæreditatis tanquam liberæ, adhuc eadem ſcientia ſeparari nequibat a ſua intrinſeca circumſtantia, & qualitate, quod hujuſmodi diſpoſitio prædicti Innocentii remanſiſſet ſemper nedum extra judicium, ſed in quibuslibet Judicis ineffectuata, quemadmodum evincebatur ex Deciſione, ſeu Voto Cardinalis Camerarii regiſtrato penes *Poſth. de manut. deciſ. 646. ſub num. 34., & ex deciſ. 55. ſub num. 17. coram Vbago*, hideoque hujuſmodi ſcientia non erat idonea ad generandam illam, non ſolum malam, aſt peſſimam quoque Fidem, quæ requiritur pro fructuum refuſione facienda, quo caſu cum ex oppoſito non expoſcatur Bona ſuperabundat incedere, ut dicebat Apoſtolus, *inter bonam, & malam*

29 *famam*, itaut concurreret media Fides, ſive omnino non mala, ex collectis per *Card. de Luc. de hæred. diſc. 18. n. 11., & de credit. diſc. 140. n. 7., Rot. coram Gregor. deciſ. 74. n. primo, coram Burrat. deciſ. 184. num. 6.*, ibique *Adden. lit. B.*

Concludendo igitur reformarunt quidem Domini præcedentem Sententiam ex ſuperventa novitate facti quoad Bona Primogenialia in proprietate, & quoad fructus ab anno 1690. ſequutæ extractionis, confirmarunt autem Juſtitia, & æquitate, ut diximus, ita ſuadente circa fructus per antea perceptos a Reis in hac Cauſa originariis.

Utraque &c.

ILLERDEN. DISTRIBUTIONUM.

Lunæ 5. Martii 1703.

ARGUMENTUM.

Diſtributiones, quæ dantur tanquam merces, & nuncupantur danarii diurni debentur ratione laboris, atque operis impenſi in vinea Domini ideſt Eccleſia. Archivium privatum Capituli, illiuſque ſcripturæ Archiviatæ probare nequeunt conſuetudinem. Et quomodo hæc ſit probanda latè habetur.

SUMMARIUM.

1 *Os Bovis triturantis claudi non debet.*

2 *Diſtributiones, quæ dantur tanquam merces debentur ratione laboris, & operis impenſi in Vinea Domini, ideſt in Eccleſia, & nuncupantur danarii diurni.*

3 *Archivium privatum alicujus Capituli ad hoc ut probet, quæ requiſita in illo debent concurrere.*

4 *Quibus non concurrentibus actus ab illo deſumpti ad effectum probandi conſuetudinem, nil penitus concludere valent.*

5 *Potiſſimè ſi res verſetur contra Tertius, qui non ſunt de gremio ejuſdem Capituli.*

6 *Et probatio elicita ab Archivio ipſius Capituli manifeſte tendat in implicitum intereſſe, ſive favorem ejuſdem Capituli, in quibus terminis eo minus Archivium, & ſcripturas ex illo deſumptas recipi poſſunt.*

7 *Archivium non præbet robur illud probationis, quod in ſe non habet ſcriptura Archiviatæ.*

8 *Lex non ad ea, quæ de raro, ſed quæ frequenter accidunt, & accideae debuiſſent edita fuit.*

9 *Obſervantia, ſive conſuetudo debet eſſe certa, non vero æquivoca.*

10 *Conſuetudo contrariis atteſtationibus excluditur.*

11 *Teſtes licet intereſſati admittuntur eis a factum de quo alii deponere minime poſſunt.*

12 *In Eccleſia nil magis appetendum eſt, quam quod Deo harmonicum obſequium, laus & gloria perennis rependatur.*

13 *Statuta ſive conſtitutiones privativæ & pœnales canonizari nequeunt pro ſufficientibus ſine Apoſtolica Authoritate.*

14 *Beneplacitum Apoſtolicum ex obſervantia longeva non præſumitur, ſi eadem obſervantia ſit interrupta, & æquivoca.*

15 *Epiſcopus nequit quidquam ſtatuere circa conſecutionem Beneficiorum, quæ ſæpe ſæpius conferuntur ab ipſo Papa, quod non ſit juri jam ſcripto conſentaneum.*

16 *Conſuetudo eſt admittenda per quam aliquid exigitur ab obtinentibus Beneficium & diſtributiones, quod non ipſorum exigentium utilitatem, ſed Eccleſiæ, aliiſque pios uſus convertatur.*

17 *Statutum Eccleſiæ ſuper qualitate providendorum locum ſibi non vindicant in Proviſo Apoſtolico.*

18 *Referens ſine relato remanet corpus ſine Anima.*

19 *Acta geſta lite pendente nihil æſtimantur.*

20 *Juramentum eſſe nuſquam debet ligamen iniquitatis pretenſionis.*

DECISIO CCLXXIII.

Quod fuerat in contumacia Capituli non Informantis reſolutum *coram R. P. D. del Olmo*, paulo deinceps ad Miniſterium Magni Cancellariatus Mediolani emeritè promoto ſub die 20. Februarii 1702., ſcilicet Portionarios, Beneficiatos, ac Cappellanos Eccleſiæ Illerden., ſive manuales, ſive collativos ſtatim adepta poſſeſſione fore admittendos ad integram participationem anniverſariorum, & diſtributionum Maſſæ communis, neque ſubinde licere Capitulo hujuſmodi admiſſionem differre, aut denegare, Domini adeo conſonum Juri reperiere, ut etiam hodie coram Me in ejuſdem *R. P. D. mei del Olmo* locum ſuffecto, contrariam inutiliter prætenſionem mordicus ſubſtinente Capitulo, *a deciſis recedi non poſſe* æquanimiter exiſtimaverint.

Nulla ſiquidem ratio tolerare poterat, quod

1 ſi neque *os bovis triturantis claudi debet*, ut ex ora-

Oraculo Divino recollecto *in cap. extirpandæ de Præbend.*, dicebat *Rota in dec. 342. n. 4. par. 14. recen.*, deberet e converſo hujuſcemodi Eccleſiaſticis perſonis ſtatim a die appræhenſæ poſſeſ-
2 ſionis jugiter ſervitium ſuum impendentibus Eccleſiæ controverti illa repartitio diſtributionum quæ ſunt loco honorificæ mercedis ad inſtar militarium ſtipendiorum, ita ut apud Canones, vel victualia, vel danarii diurni nuncupentur, juxta communiter adnotata per *Monet. de diſtribut. quotid. par. 1. quæſt. 1. a n. 9., Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 7. in princip. Barboſ. de Canonic., & Dignitat. cap. 21. n. 3. & cap. 25. n. 11. verſ. inter has, Zacch. de ſalar. quæſt. 11. n. 11., Panimoll. deciſ. 20. adnot. 3. n. 2., Rot. deciſ. 308. n. 16. & 17. par. 7. recen.*, & late probabat deciſio, quæ revidetur *coram R. P. D. meo del Olmo ſub §. Cum enim*.

Abſque eo quod adverſus hanc æquitativam, ac juridicam reſolutionem aures præberi poſſent aſſertis conſuetudinibus, & Conſtitutionibus, quæ circumferebantur ex parte Capituli ad probandum, quod Partionarii, Cappellani, ac reliqui Beneficiati de facto fuerint tantummodo admiſſi ad participationem diſtributionum prævio examine Præcentoris, ſive primi Cantoris ſuper idoneitate Gregorianæ Pſalmodiæ; Quatenus enim attinebat ad prætenſam conſuetudinem, ſive obſervantiam ſufficiſſet, reſpondere, quod actus recenſiti *Summario capituli n. 1.* deſumebantur ex ejuſdem Capituli privatiſſimo
3 Archivio, quod cum careret notiſſimis requiſitis de quibus *Felin. in cap. ad audientiam 12. n. 11. de præſcript. Aym. de antiquitat. temp. par. 1. §. Limitatur n. 11. cum ſeq. Soccin. ſen. conſ. 258. n. 6 volum. 2., Adden. ad Buratt. deciſ. 667. a n. 13. Rota coram Merlino deciſ. 264. a n. 24. & ſeqq.*, planum erat, quod nihil concludere valerent, ad juſtificationem cujuſcumque, ſi qua foret al-
4 legabilis conſuetudinis, quemadmodum in ſpecie reſpondit *Rot. in altera Illerden. Juris mulctandi ſuper negotio principali 23. Januarii 1702. §. Minus cum ſeq. coram R. P. D. meo Muto*.

Eoque potiſſime, quia res in præſenti verſabatur contra Tertios, qui non erant de gremio ejuſdem Capituli, quinimmo tota probatio elicita, ut ſupra, ab Archivio ipſius Capituli manifeſte tendebat in implicitum intereſſe, ſive favorem ejuſdem Capituli ob conſequutivam impinguationem Maſſæ communis, in quibus terminis eo minus Archivium, ac Scripturas ex illo deſumptas recipi poſ-
5 ſe, ponderarunt in ſpecie primæ propoſitionis, *Rota deciſ. 59. num. 18. par. 11., deciſ. 255. num. 2. par. 17., deciſ. 383. num. 4. par. 18., & in Tarraconen. Iuriſdictionis* 10. Maii 1700. *§. Nec eſt coram R. P. D. del Olmo*, & in individuo eadem *Rota in præcitata Illerden. Iuris mulctandi ſuper negotio principali 23. Ianuarii* 1702. *§. Cujus generis coram R. P. D.*
6 *meo Muto*, & in propoſito ſecundæ *Parex. de Edict. Inſtrum. tit. 1. reſol. 3. §. 3. nu. 42., Rota coram Bich. deciſ. 431. ſub num. 19.*, & pariter in individuo, *Rot. in ſepius allegata Illerden. Iuris mulctandi dicto §. Cujus generis verſ. maxime coram R. P. D. meo Muto*.

Addebatur, quod etiam data hypotheſi legalitatis ejuſdem Archivii, adhuc cum Archivium non inſuflet illum Spiritum probationis,
7 quem in ſe Scripturæ archiviatæ non habent, teſte *Card. de Luca de Iudic. diſc. 28. num 23. & 24. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. animad. 582. num. 3., Adden. ad Buratt. deciſ. 667. num. 18., Rota deciſ. 181., & deciſ. 245. utrobique num. 2. coram Emerix. Iun., & in rec. deciſ. 323. num. 17. par. 16.*

Utique rimatis iiſdem Scripturis, ſive actibus a Capitulo regiſtratis in memorato *Summaria num. 1.* neutiqaam aliquid continebatur, quod in recta ſtatera judicii mereretur appendi, non tantum quia imperceptibile videbatur quomodo perſpecto numero ſexaginta, & ultra Cappellanorum, Portionariorum, ad Beneficiatorum ab anno 1614. uſque ad hodiernam controverſiam ſoli circa prætenſum examen recenſerentur ſexdecim actus, quando per unius quaſi ſæculi effluxum in numero tam ingenti longe plures, ac plures debuiſſent apparere examinati in præcitato cantu Gregoriano, cum lex, quæ ſemper loquitur non ad ea, quæ de raro, ſed
8 quæ frequenter accid nt, & accidere debuiſſent, ædita ſit ad *Text. in l. nam ad ea ſ. cum l. ſeqq. ff. de legibus Menoch. de præſ. lib. 3, præſ. 12. num. 63., & præſum. 138. num. 9., & lib. 4 præſ. 89. num. 123., Rot. in rec. deciſ. 408. n. 5. par. 16., & deciſ. 360. nu. 17. par. 18.*

Validius vero quia cathalogus eorumdem actuum, vel nimis probabat, vel reddebatur ambigua, non etenim diſtinguebat Portionarios, & Cappellanos a Beneficiatis, ſed dicebatur *Don Nicola*, *Don Giuſeppe &c.*, proindeque cum ex infra demoſtrandis Capitulum hodie amplius Iuriſdictionem hanc, & ſervitutem reſpective, minime exigeret a Portionaris, & Cappellanis, illamque coarctaret ad meros Ceneficiatos, ignorabatur, in quanam claſſe forent adſcribendi ii, qui aſſertum Cantus examen ſubiere, & ſic quælibet juſtificatio, licet millies legitime compulſata, prout non erat, ac millies juridice deprompta ab Archivio publico, ſemper reddebatur æquivoca, ac per conſequens nullatenus attendenda, ut intra propoſitum conſuetudinis ait *Surd. conſ. 113. num. 32. & 33. Bonden. collect. legal. 41. num. 37. lib. 2., Modernus Palma alleg. 146. num. 13., & alleg. 270. n. 53., Rota deciſ. 355. num. 19. 20. & 21. par. 11., deciſ. 268. n. 25. par. 12., deciſ. 96. nu. 20. & 21., & dec. 208. num. 16. par. 17. recent.*

Et, ut nihil deeſſet contra hanc conſuetudinem, aſſerebatur teſtimonium *Io. Baptiſtæ Monter* pluries nuncupati in actibus enunciatis ſub nomine *Præcentoris*; is etenim nunquam examinaſſe aliquem ex admittendis profitebatur

Sum-

Summario Beneficiatorum num. 3., prout æquo
modo plures actu Beneficiati, Portionarii, &
Cappellani de præfata negativa deponentes ſe-
rio aſſirmabant nuſquam fuiſſe ſeſe ſuper cantu
examinatos, quapropter probatio Capituli alias
æquivoca, eo magis offuſcabatur ab hiſce te-
ſtiſicationibus contrariis, ſicuti ad rem conti-
nue monuit *Rota, & ſignanter coram Priolo
deciſ. 424. num. 6., & in rec. deciſ. 96. ſub
num. 22. verſ. at omnis par. 17.*

Neglecta circa hoc illa oppoſitione tanquam
evanida, quod hujuſmodi deponentes propriam
allectare poſſint utilitatem, tanquam exiſten-
tes de gremio Contendentium, quoniam in
primis Capitulum potius ſuper hac exceptio-
ne claudicabat in ſemetipſo, cum ipſum fun-
daretur ad proprium commodum in ſuis priva-
tis juribus, & Archivio, & nihilominus ex quo
tractabatur de Teſtibus, ſive Officialibus jam
admiſſis ad participationem deſtributionum
11 abſque ullo eorum, vel minimo præſentaneo
intereſſe, quis neget, quod ubi neceſſitas ur-
geret, non eſſent recipiendi ad teſtificandum
pro ſua Univerſitate, pro ſuo Collegio circa
factum de quo alii deponere non poterant? ſe-
cundum ea, quę in longe fortioribus dixit *Fe-
lin. in cap. inſuper num. 1. verſ. ſed contrarium*, &
melius de Teſtibus *Farinac. de Teſtibus quęſt.
60. num. 495. & ſeq. Afflict. deciſ. 400. num. 5.
& 6. ibique Adden. num. 1., Rota coram Cava-
lerio deciſ. 143. num. 1. & 2., coram Gregor.
deciſ. 340. num. 5. & ſeqq. ibique pariter Ad-
den. num. 14., & coram Buratt. deciſ. 314.
num. 5., ibique Ferentill. num. 6. & ſeq., coram
ſa. me. Alexandro VIII. deciſ. 139., in recen.
deciſ. 320. n. 13. par. 9., & deciſ. pariter 320.
num. 9. & ſeq. par. 11.*, cum aliis *in Tarraco-
nen. Inſignium 11. Decembris 1702. §. Quam ex
depoſitionibus coram R. P D. meo Muto.*

Deſcendendo autem ad prætenſas Conſtitu-
tiones, ſive Statuta Eccleſiæ Illerden. jam Do-
mini, ſi quid erat præfinitum in hac materia
Pſalmodiæ unanimiter, & nunquam ſatis com-
mendabant, cum ad imitationem triumphantis
Eccleſiæ nil magis ſit appetendum in Eccleſia
militante, quam quod Uni, Trinoque Deo har-
monicum obſequium, lauſque, & gloria peren-
nis rependatur, ſecundum pie, ac erudite diſ-
12 ſerta per *Cardinalem Bona in ſuo tractatu Pſalen-
tis Eccleſię*, ſed ad effectum ſtatuendi, quod for-
te neſcientes vocem adhuc accomodare eidem
Pſalmodiæ a Divo Gregorio ſanctiſſime præor-
dinatæ, ac de reliquo proviſi ab habentibus ju-
ridicam poteſtatem de aliquo Beneficio, Cappel-
lania, vel Portione privandi forent diſtributioni-
bus quotidianis, quæ non in ſolo methodico cantu
ſubſiſtunt, ſed in aſſiduo perſonali ſervitio erga
Eccleſiam, cujus membra eſſe dicuntur. pro-
fecto id erat, ſi non contra expreſſionem. ſaltem
manifeſte præter ſanctionem Canonici Juris,
ideoque ſine Apoſtolica authoritate nequibant
13 canonizari pro ſufficientibus talia Statuta, tales
Conſtitutiones privativæ, ſive pœnales quem-
admodum non in longe fortiori caſu deciſum fuit
*in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus ſuper
bono jure 7. Martii 1701. §. Neque obſtant coram
R. P. D. meo Scotto, & 20. Januarii 1702. §.
Datacum plurib. ſeqq. cor. R. P. D. Meo Priolo.*
Fixo hujuſmodi principio apertiſſime decidebant
pręfatæ Conſtitutiones allatę per Capitulum ſub
annis 1299., 1576., 1578. 1596. Quoniam
quidquid eſſet de earum legitima compulſatio-
ne, & legalitate, & quidquid etiam foret de
prima Conſtitutione anni 1299., quę loquebā-
tur dumtaxat de Cappellanis, quos jam Capitu-
lum reiici non poſſe ob hujuſmodi defectum
profitebatur, prout de illa anni 1578., quę ſi-
multanee loquitur de Portionariis, unico ſem-
per verbo reſpondebatur, quod hæ Conſtitutio-
nes non apparebant fulſultæ ulla Pontificia au-
thoritate, ſive expreſſa, ſive tacita: Expreſſa
etenim approbatio non dabatur, & tacita elici
valens a nuſquam interrupta immemorabili ob-
ſervantia, excludebatur ab jam demonſtratis in
prima parte dilemmatis. prout ſtante interru-
14 pta, vel æquivoca obſervantia ad non diniſſi-
milem excluſionem Apoſtolici beneplaciti taci-
te præſumpti quotidianum habemus in terminis
alienationis rerum Eccleſiaſticarum es conge-
ſtis per *Turricell. de reb. Eccleſ. non alien. cap. 20.
n. 16. 17. & 18., Card. de Luca de alienat. & con-
tract. prohibit. diſc. 1. n. 88., Rot. deciſ. 159. n.
11. & ſeqq. coram ſa. me. Alex. VIII., dec. 228.
n. 8. coram Emerix Jun., & in rec. dec. 533. n.
18. & ſeqq. par. 19.*

Non attento in aliquibus ex iiſdem Conſtitu-
tionibus interventu, ſive authoritate Ordinarii
quia citra reliquas reſponſiones mox enunciatas
ſemper reincidebamus in idem, cum nequeat
Epiſcopus quidquam ſtatuere, præſertim circa
conſecutionem Beneficiorum, quæ ſæpe ſæpius
15 conferuntur ab ipſo Papa, quod non ſit juri jam
ſcripto conſentaneum, ad ea, quæ in præcita-
to fortiori caſu poſt *Gloſſ. in cap. fin. verbo figura
verſ. Sed dubitari ſolet de hæret. in 6. Jo. Andr. in
cap. fin. n. 7. ibique Hoſtien. n. 11. & ſeqq. de
Offic. Archipræſbyt., Abb. conſ. 1. ſub n. 3. verſ.
quod eſt nota dignum lib. 2., alioſque, Rota in
prælaudata Leodien., ſeu Aquiſgranen. Canoni-
catus ſuper bono jure 7. Martii 1701. §. Et quidem
coram R. P. D. meo Scotto. & 20. Januarii 1702.
§. Recognita coram R. P. D. meo Priolo.*

Prætermiſimus Conſtitutionem anni 1329.
emanantem ab Epiſcopo Arnaldo, necnon nu-
perrimam anni 1691. confirmatam ab Ebiſcopo
Molina; Siquidem circa primam nullum in ea
legebatur verbum de cantu, ſed ſolummodo
peragebatur de extranea determinatione circa
quamdam ſolutionem faciendam a Beneficiatis
16 in ingreſſu ad terminos non ſemper tutos, ſed
diſputabiles *de quibus Scribentes in cap. Jacobus
44. de Simon.*, & ſignanter *Barboſ. n. 4., & ſeqq.,
Garz. de Benefic. par. 8. cap. 1. ex n. 83. & ſeqq.,
idem Barboſ. ad Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 14.
n. 6.*

n. 6. de reformat., Novar. in Summ. Bullar. comment. 117. n. 1. & ſeqq. par. 1., Pallicion. Illuſtr. quæſt. 21. §. 2. Stante Statuto, Tondnt. quæſt. Beneſic. cap. 47. n. 1. & ſeqq.

Poſtrema tandem anni 1691. nihil pariter diſponebat in ordine ad ipſum cantum, ſed inibi ſanciebatur dumtaxat ſive enunciabatur, quod ex immemorabili conſuetudine Beneficiati admitterentur ad diſtributiones *ex beneplacito Capituli*, Unde nimium probaret, vel temere præfiniret hujuſmodi Statutaria
17 cenſura, ligaret etenim manus etiam Papæ conferentis, quo nihil abſurdius ad *Text. in cap. cum inferior. de majorit., & obed. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 38. num. 11., Rota dec. 375. per tot. par. 4. tom. 1. recent., & in Leodien., ſeu Aquiſgranen. Canonicatus ſuper bono jure 7. Martii 1701. §. Quod vero prope fin. coram R. P. D. meo Scotto.*

Et tamen Conſtitutio hæc nimium, ut diximus generica, & animoſa nullibi ex ſæpius præmiſſis juſtificabitur; Unde remanebat tanquam corpus ſine anima, prout remanet omne referens ſine
18 relato, vel ſuppoſito non probato, ut advertebat *Bald. in auth. ſi quis in aliquo in fin. C. de eden. Alexan. conſ. 81. num. 10. lib. 3., Soccin. ſen. conſ. 266. n. 1. lib. 2., Bece. conſ. 56. n. 30., Rota deciſ. 520. num. 2., & deciſ. 569. num. 14. par. 19. recent.*

Facilius denique, quia hujuſmodi conſtitutio exierat in ſcænam pendente jam lite cum Beneficiatis, ac propterea in nulla etiam ex hoc capite merebatur haberi conſideratione, prout in
19 nihilo æſtimantur acta geſta lite pendente, *Adden. ad Gregor. deciſ. 4. litt. A., Rota coram Buratt. deciſ. 484. num. 4. coram Manzanedo deciſ. 207. n. 10. & coram Cerro deciſ. 685. n. 10., & in recent. deciſ. 219. n. 27. par. 16., & deciſ. 204. n. 13. par. 19.*

Radicitus ob id interverſis omnibus fundamentis capituli ibat in præceps mole ſua, finaliſſima prætenſio ipſius Capituli ſuper prætenſo generico juramento de ſervandis Conſtitutionibus præſtari aſſueto a Beneficatis in adipiſcienda poſſeſſione eorum Beneficii; Tum quia de hoc juramento nulla pariter exhibebatur juſtificatio. Tum etiam quia juramentum nuſquam debet eſſe ligamen injuſtæ prætenſionis, vel ſi quod in honeſtis circumſtantiis, caſibuſque ſimilibus intercedit juramentum illud operatur tantummo-
20 do, ac refertur ad ſtatuta, quæ ſunt valida, licita, & Canonica quemadmodum poſt *Suarez de Relig. tom. 2. lib. 2. de jurament. cap. 20. n. 2. Rebell. de juſt. par. 2. lib. 5. quæſt. 7. ſect. 3. n. 15., & ſeqq. Del Bene de juram. cap. 2. dubit. 20. ex n. 1., & ſeqq., & cap. 5. dub. 1. num. 6. & Caſtropal. oper. moral. par. 3. tract. 14. diſp. 2. punct. 8. ex n. 1. cum pluribus ſeqq.* firmavit *Rota in Hildeſmen. Canonicatum 3. Iulii 1702. §. Siquidem coram Me.*

Atque ita remiſſive in reliquis quatenus opus eſſet, habentes ſe Domini ad præteritam deciſionem *R. P. D. mei del Olmo* reſolverunt utraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Ven. 9. Martii 1703.

ARGUMENTUM.

Sors licet ex Summorum Pontificum ſanctionibus ſit irrepetibilis, id tamen limitatur ſi cenſus debitori immineat concurſus creditorum ſuper bonis cenſitis. Fundus cenſitus ſi fuerit evictus ceſſant ſtatim fructus in poſterum decurrendos: Iſta tamen evictio debet eſſe neceſſaria, & cum decreto Iudicis, ſecus ſi ſit voluntaria, quia tunc Creditori datur actio pro cogendo debitore cenſus ad alterum fundum ſubjugandum, & hoc caſu requiritur ſcientia Creditoris. Plene explicatur diſpoſitio *Text. in l. Magis puto §. Non paſſim ff. de reb. cor. qui ſub tut.*

SUMMARIUM.

1 *Statuto Urbis* lib 1. cap. 180. *determinanti gemina judicata ſortiri vim trium ad correctionem juris communis in notiſſima* L. Unica Cod. ne lic. in una eademque caus *locus eſt quando eadem duo judicata validitati non minus, quam Iuſtitię ſunt innixa.*

2 *Prædicta autem ſtatutaria diſpoſitio ad hoc ut intret neceſſario requiritur utriuſque collitigantis civilitas, domicilium, & Incolatus.*

3 *Forum ſortiri, & ſtatutis ligari pari paſſu procedunt.*

4 *Ad ſenſum S. Rotæ trahendum non eſt quidquid de calamo extenſoris exciderit.*

5 *Statuto Urbis non ligatur is, qui licet forum in Urbe ſit ſortitus, ratione contractus in Urbe initi d. ſtatuto ſe ſubiecit, eſt tamen Forenſis.*

6 *Judicis, & magna Tribunalia ſemper debent inanes circuitus evitare, & litium protelationi adverſari.*

7 *Sententiæ validitas reſultat ex Actis, & Juſtitia ex deciſionibus deducitur.*

8 *Termini ſubſtantiales neceſſario ſervandi ſunt in Iudicio Salviani.*

9 *Per reiterationem terminorum ſanantur omnes defectus terminorum nulliter prius tentorum.*

10 *Sors cenſus ex ſanctionibus Pontificiis eſt penitus irrepetibilis. ne alias contractus cenſualis deflectat in mutuum uſurarium.*

11 *Sors principalis in contractu cenſus nominato poteſt peti loco intereſſe non uti pretium & ſortem principalem.*

12 *Contra Bullam Pontificiam quidquid geſtum fuerit eſt nullum, & irritum.*

13 *Sors cenſus eſt repetibilis ſi immineat concurſus Creditorum ſuper bonis cenſualis Debitoris.*

14 *Evictio predii cenſiti ubi fuerit evicta ceſſant fructus in poſterum decurrendos.*

15 *Li-*

15 *Limita ſi d. prædium cenſitum fuerit evictum voluntarie per debitorem nullo vegente Creditore, quo caſu cenſus viget &* num. 21,

16 *Cenſualis Creditor non poteſt non efformato prius conſenſu Creditorum inſtare judicialiter pro reſtitutione ſeu recuperatione ſortis.*

17 *Venditio judicialis, & conſecutiva evictio coacta ſaboritur dumtaxat quoties Judicis concomitatur Authoritas, ipſoque mandante, non autem privato Emptore, diſtribuitur pretium rei vendita inter Creditores, & quod ſupereſt de d. Iudicis mandato Debitori rependitur,*

18 *Enucleatur diſpoſitio Text.* in l. Magis puto §. Non paſſim in fin. ff. de reb. cor. qui ſub Tut.

19 *Diſpoſitio præd. Text. non procedit reſpectu contractuum cenſualium, quorum ratione nedum abeſt actualitas, ſed, potentialitas ad urgendum.*

20 *Mulier pro liberando Marito a carceribus, vel quando propter repetibilitatem crediti poterat idem Maritus ad libitum Creditoris executive carcerari, licite valet ſe obligare non obſtante Velleiano.*

21 *Cenſus extinguitur quando evictio fundi cenſiti ſequuta ſit ex cauſa neceſſaria, ſecus ex voluntaria.*

22 *Declara, quod fructus cenſus ſemper debeantur ſaltem loco damnorum, & intereſſe non probata ſcientia Creditoris cenſuarii, quod prædium, ſeu res cenſui ſubjugata fuerit judicialiter evicta, & coacte per Iudicem diſtracta.*

23 *Inſtrumenti alicujus partis, ſeu Capituli notitiam habens allegare nequit ignorantiam exiſtentiæ, ſeu confectionis inſtrumenti.*

24 *Fundi cenſiti ſi voluntarie alienatio fuerit ſecuta nunquam expirat decurſus fructuum, ſed cogitur debitor ad alterum fundum ſubjugandum.*

25 *Nullus actus, nulla ſcientia prætergreditur ſpheram ſuæ aptivitatis, & illationis.*

26 *Scientia individua, & indubitata diſtractionis fundi cenſiti in dubio non datur contra Creditorem cenſus.*

27 *Scientia Procuratoris in præjudicialibus extendendo non eſt ad ſcientiam Principalis.*

DECISIO CCLXXIV.

Binas Sententias in Judicio Salviani obtinuerat D. Joſeph Maria Comes del Benino ſuper tenuta Turris in Petra, quam clar. me. Franciſcus Cardinalis de Monte alto diſtraxerat de anno 1639. in Horatium Falconerium ad finem conſequendi ſatisfactionem cujuſdam Cenſus prælaudatum Cardinalem impoſiti anno 1635. in ſorte ſc. 12. mil. ad fovorem R. P. D. Joannis del Benino illius authoris: Sed pro impedienda hujuſmodi Sententiarum executione recurrente D. Lelio poſſeſſore Tenutæ ad Signaturam Iuſtitiæ, iſtaque reſcribente cum clauſula ſuſpenſiva *conſtito quod ſit locus Statuto de duabus*, hodie Rota fuit in ſenſu, quod inſpecto rigore ordinis ſtricte non eſſet locus Statuto, at e converſo manibus contrectata Juſtitia utriuſque judicati provide reſcripſit pro eorumdem Sententiarum confirmatione.

Quamvis etenim Statuto Urbis *lib. 1. cap.*
1 180. determinati gemina judicata ſortiri vim trium ad correctionem Juris communis in notiſſima *leg. unic. C. ne lic. in un. eademq. cauſ.* locus eſſe ſoleat, ac debeat quotieſcumque eadem duo judicata validitati non minus quam juſtitiæ palpantur innixa ad ſæpius affirmata *per Rotam*, & ſignanter *in deciſ. 308. n. 2. & 3. par. 14. deciſ. 598. num. 1. par. 18. & dec. 494. pariter num. 1, par. 19. rec. tom. 2. & in Romana Dotis, & lucri 26. Aprilis* 1700. *§. 1. circa fin, coram me.*

Hodie vero vix ulla verſaretur quæſtio circa validitatem Sententiarum, quas, ut ſupra, reportaverat in Salviano D. Comes del Benino illarumque juſtitia palam effulgeret ex infra diſſerendis; nihilominus objicem injecit oppoſitio, quod idem Comes del Benino utpote Florentinus, ac domicilium, & incolatum retinens extra Urbem, potiri nequibat privilegio abbreviativo ejuſdem Statuti, quod in littera loquebatur de controverſiis, ſeu litibus inter Cives, & Incolas, & conſequenter licet alter colligitans nempe D. Lelius ſub hujuſmodi municipali ſanctione contineretur, non tamen ſub ea comprehendebatur D. Comes del Benino, ideoque memoratum Statutum nequaquam poterat ipſi ſuffragari, nam uti correctorium Iuris communis, ac de cætero pera-
2 gens de caſu ſimplici, amplexari non valebat caſum hunc mixtum, adeout utriuſque colligantis civilitas, domicilium, aut incolatus neceſſario requiratur ex iis, quæ pluries, & inſimul conſtanter definivit *Rota*, & præcipue *in deciſ. 127. num. 3. par. 11. deciſ. 377. nu. 2. par. 18. recentior. deciſ. 161. num. 1. & 2. coram Millino. deciſ. 123. num. 2. & 3. coram Priolo, & deciſ. 65. num. 1, poſt Mel. de aliment.* & concordant *Argel. in vot. 2. impreſſ. poſt Rembold. deciſ, ſub num.* 33. aliique *allegat. in modernis annotat. ad Stat. Urb. annot. 55. n. 65. tom. 2.*

Parum relevante, quod contractus Cenſualis, de quo tractabatur, celebratus appareret in Urbe, & ſic ratione loci geſti contractus, procedendum videretur cum Statutis ipſius Ur-
3 bis, cum forum ſortiri, & Statutis ligari eodem paſſu procedant juxta *conſil. Pacian. 128.* de quo *Raginell. de appellat. §. 12. gloſ. 2. cap. 1. num. 18. cum pluribl. ſeqq. & num. 24., Rot. deciſ. 574. n. 15. coram Coccin. & deciſ. 42. nu. 7. par. 6. rec.* potiſſime cum idipſum reſolviſſe allegaretur *Rot. in Romana pecuniaria 29. Aprilis* 1697. *§. Utique coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Siquidem quatenus reſpiciebat inſinuata per *Rot. in d. Romana pecuniaria* facilis erat reſponſio,

ſio, non tantum, quia contractus in ea enunciatus reſpiciebat locationem, ſed & quia jam Rota ſuppoſuerat ſatis enitere de utriuſque collitigantis incolatu, *ut in §. 1. ejuſdem deciſionis?* ac propterea ſi quid ultra neceſſitatem reſolu-
5 tionis exciderat in illo caſu de calamo extenſoris, non erat trahendum ad ſenſum Tribunalis, quemadmodum millies proteſtata eſt eadem *Rota*, & latius *in Bononien. Aſſociationis ad Palatium 2. Maii* 1681. *§. final. coram bo. me. Urſino, in Romana Donationum 4. Iunii* 1700. *§. Neque obſtat coram Illuſtriſſ. D. Magno Cancellario Mediolani, & in ejus confirmatoria 24. Ianuar.* 1701. *§. Atque hinc cor. Reverendiſſ. D. meo Molienes Decano.*

Quo vero ad rationem initi contractus, ſive ſubjectionem foro, ac ligamini Statutorum, concluſio in objecto laudata erat in ſe veriſſima, videlicet, quod regulariter a pari deambulent forum ſortiri, & Statuto ligari, ſed cum ipſummet Statutum ad effuſionem ſui privilegii explicite deſideraret tantummodo providere Civibus, & Incolis, ecce quod D. Comes del Benino forum quidem erat ſortitus in Urbe, ſubjiciebatur quoque occaſione, ſive in propoſito ejuſdem contractus Statutis Urbis, eſt minime fruebatur illo beneficio, a quo veluti requiſita qualitate deſtitutus ab eodemmet Statuto eliminabatur, ut præciſe reſpondit *Rota deciſ. 377. nu. 3. 4. & 5. par. 18. recent. tom. 2.* & in terminis ejuſdem Statuti Urbis *in cap. 152.* per conſimilia verba loquentis, recenter animadverſum fuit *in Romana Cambii 23. Ianuarii* 1701. *§. Litteræ ſiquidem coram Illuſtriſſ. D. dell' Olmo Magno Cancellario Mediolani.*

Verum quia, uti præmiſſimus validitas Sententiarum vix controvertebatur, juſtitia vero erat adaperta, Domini idcirco exemplo majorum innixi cenſuere reſcribendum *Sententiam Rotalem eſſe confirmandam*: licet enim quandoque præciſæ litteræ dubitationis reſpondere ſatagentes in quibuſdam caſibus exiſtimaverint operæ pretium eſſe differre reſolutionem, ac præfinire, quod aliquid addatur dubio per modum alternantem videlicet *an ſit locus Statuto de duabus, ſeu potius Sententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda?* nihilominus id plerumque evenire ſolet quando in ipſa propoſitione coruſcat quidem radius probabilis confirmationis Sententiæ Rotalis, ſed non omnino ex hinc inde deductis expanditur ſol manifeſtæ juſtitiæ; in hiſce namque poſtremis terminis, quia Iudices, & Magna Tribunalia ſemper debent
6 inanes circuitus evitare, & litium protelationi adverſari admonitum *Matth. de Afflict. deciſ. 8. ſub num. 4.* hinc recto tramite viam ejuſdem protelationis amputantes, ac preſcindentes a littera ipſius dubii propoſiti præcedentia judicata, & ſignanter Rotalia comprobant, &
7 in reſolutione confirmant, quemadmodum praticatum quoque legimus *in Romana Dotationis coram bo. me. Albergato deciſ. 577. §. 1. & num. 6. par. 18. recent. tom. 1. & in Romana hæreditatis coram eodem deciſ. 386. num. 1. par. 19.*

Et quidem reſpectu nullitatis paruifaciendæ viſæ ſunt oppoſitiones adductæ ex parte D. Lelii; non etenim juſtum formentum recipiebat prima deprompta, ex quo in primordiali ſententia A. C. non apparerent obſervati ſoliti termini ſubſtantiales de cætero neceſſarii ad dicendam ſententiam, & admonendum reſpective
8 Reum etiam in Judicio Salviani, ad tradita per *Ridolphin in prax. Iudiciar. par. 2. cap. 2. n. 18. Rota deciſ. 6. num. 1. poſt Pacific. de Salvian. interd.*

Quoniam in promptu ſatisfecit replicatio, quod in rei veritate eorumdem terminorum ſubſtantialium pluſquam facta præfulgebat repetitio in præciſa citatione ad ſententiam, quod
9 proculdubio ſatis eſſe, ſeu eminenter æquipollere annotarunt *idem Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 1. num. 153., Rota deciſ. 121. num. 4., & ſeq., & deciſ. 256. num. 2. par. 3. coram Verallo, deciſ. 1352. n. 2. coram Seraphino deciſ. 126. num. 6., & dec. 440. nu. 7., & dec. 483. n. 8. coram Buratto.*

Minoris itidem relevantiæ detecta eſt altera nullitas ex eo figurata, quod A. C. nedum relaxaverit mandatum de immittendo pro fructibus controverſi Cenſus, ſed etiam pro ſorte, quando notarium eſt, illam ex intrinſeca natura contractus, & ex ſanctionibus Pontificiis penitus eſſe irrepetibilem, ne alias contractus cenſualis deflectat in mutuum uſurarium ab omni Iure damnatum, juxta ea, quæ paſſim firmata ſunt, & practicantur, ut penes *Rocc. diſput. Iur. cap. 128. num. 9., alioſque innumeros per eum relatos, Rota deciſ. 488. num. 10., & deciſ. 536. num. 16. poſt Genc. de Cenſibus, & deciſ. 26. num. 23. poſt modern. ad Statut. Urb. tom. 3.*

Addito quod nec etiam deficiente debitore in ſuæ promiſſionis implemento circa traditionem Cedulæ Bancariæ, vel alterius cautionis, ſeu fideiuſſionis pro ſecuritate Creditoris cenſualis, toleratur amplius illa indirecta actio repetibilitatem involuens circa mandatum, quod antiquitus Tribunalia indulgebant
11 pro ſorte ad effectum illam deponendi donec & quouſque tedio affectus debitor Cedulam, vel fideiuſſionem renovaret, uti videre eſt apud *Card. de Luca de Cenſib. diſc. 9. ſub num. 12. Rota deciſ. 88. num. 3. coram fel. mem. Gregorii XV.*

Supervenit ſiquidem Apoſtolica Cenſura Papalis reformationis ſub glor. mem. Innocentio XI. decernentis *ſub tit. de var. proviſ. num. 8.* ne etiam in his terminis liceret arctare debitorem ad ſortem reſtituendam, vel deponendam: quamobrem ſtante hac clara Principis ordinatione ceſſare radicitus omnem hæſitationem,
12 & nulliter eſſe geſtum quicquid contra Bullam Pontificiam fuerat ab A. C. practicatum uno

ore dixerunt *Ciarlin. contr.* 233. *n.*23. [& 24., *Poſth. de ſubbaſt. inſpect.* 23. *num.* 189., & 192. *Altimar. de nullitat. rubr.* 9. *queſt.* 28. *nu.* 19., *Maſtrill. deciſ.* 264. *num.* 2., *Marzimed. exam.* 16. *num.* 6. & 7.

Ad hæc namque omnia occurſum fuit cum ſimplici facto, nam Comes del Benino non inſteterat coram A. C. pro mandato de immittendo in Salviano adverſus bona poſſeſſa per D. Lelium ex cauſa alicujus Cedulæ Banchariç non renovatæ, vel alterius fidejuſſionis, aut cautionis ſibi promiſſæ, & non præſtitæ: Sed cum palam effulgeret Debitoris ſui patrimonium traduci in concurſu Creditorum, jure merito procuravit in hoc naufragio Tabulas ſui crediti recuperare, quod utique jura etiam
13 in contractu, Cenſus minime abhorrent, imo tolerant ſortem etiam eſſe repetibilem adſtante, ſive imminente concurſu Creditorum ſuper bonis ipſius debitoris cenſualis, teſte *Cenc. de cenſib. quæſt.* 107. *num.* 29., *Olea de ceſſ. Iur. tit.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 36., *Salgad. in labyrint. Creditor. par.* 1. *cap.* 18. *num.* 25., & *cap.* 22. *num.* 16., & *ſeqq.*, *Rot. dec.* 1159. *num.* 9. *coram Emerix Jun.*

Et ex his tranſeundo ad Juſtitiam, quæ tamquam liquida, & pręclara Dominis ſuaſit tranſilire Majorum, ut præmiſimus, exemplo Rubiconem, ſive ſcrupuloſitatem Dubii propoſiti, ac intrepide reſpondere. *Sententiam Rotalem eſſe confirmandam*, jam non erat quæſtio de ſorte ſc. 12. mil., ſed tantummodo de fructibus, prætendente D. Lelio nedum non teneri ad ſolvendum fructus decurſos, & hactenus non ſolutos, ſed etiam in ipſam ſortem fore imputandos eos, quos D. Comes exegerat ſub eo fundamento, quod cum ad effectum ſolvendi Creditores etiam anteriores diſtracta extitiſſet *la Vigna di Fraſcati detta di Montalto*, ſuper qua fuerat impoſitus hodiernus Cenſus non ſine ſufficienti notitia ipſius Comitis, ſecuta proinde fuiſſet illa evictio
14 Prędii cenſiti, per quam fructus in poſterum ceſſare conveniunt unanimiter Scribentes, ac pluries canonizavit Sacra Rota, ut in *deciſ.* 336. *n.* 1. *par.* 19. *Recent.*, *deciſ.* 824. *num.* 2. *coram Emerix Iun.*, *in Firmana Cenſus* 9. *Iunii* 1698. §. *Pari modo*, *cum ſeqq. coram R. P. D. meo Muto*, & *in Romana Salviani*, *ſeu Canonum* 20. *Februarii* 1699. §. *His ita coram R. P. D. meo de la Tremoille*.

Aſt deficere viſus eſt D. Lelius ſui ſalutari utriuſque ſuppoſiti, nempe illius evictionis, quæ cauſare valeret necem, ſeu peremptionem Cenſus, cum diſtractio Vineç, de qua agebatur, facta appareret undique voluntarie, nullo Judice, vel impetu, ſeu Inſtantia Creditorum ur-
15 gente, in quibus ſane terminis, ne ſit in poſſe Debitoris per voluntariam alienationem fundi cenſuati ſe ſe eximere a nexu cenſus, receptum communiter eſt cenſum vigere ad tradita per *Leotard. de uſur. qu.* 56. *n.* 29. *Cenc. de Cenſ. q.* 114. *num.* 5. & 6., *Covarruu. var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 10., *Rot. poſt eumd. Cenc. deciſ.* 90. *n.* 7. *uſque in fin. deciſ.* 204. *num.* 8. *deciſ.* 517. *n.* 1., & 2., & *deciſ.* 532. *num.* 26., & *cor. Merlin. dec.* 696. *num.* 6., & *cor. Durano dec.* 449. *num.* 14., & 15.

Et ſane non ſolum liquebat de alienatione Vineæ inita prorſus voluntarie, ex quo ut diximus, Princeps Sabellus poſſeſſor prædii cenſiti ad illius diſtractionem devenerat nullo Judice, aut creditore impellente, ſed etiam quia Creditores dimiſſi pro majori parte erant cenſuales, qui nec etiam volentes poterant, non efformato, prout accidit deinceps, concurſu Credito-
16 rum, inſtare judicialiter pro reſtitutione, ſeu recuperatione ſortis ex firmatis in ſpecie per *Gob. conſul. deciſ.* 71. *num.* 96., & generaliter apud *Cenc. de cenſ. queſt.* 2. *n.* 4., & *queſt.* 103. *num.* 1. *Rot. poſt ipſ. deciſ.* 488. *n.* 10., & *deciſ.* 536. *num.* 16., & *in Sabinen. fideicommiſſi* 13. *Iunii* 1689. §. *Placuit cor. bo. me Benincaſa*.

Eoque maxime, quia tantum aberat, Creditores extitiſſet in Cauſa formali, & coactiva diſtrahendi Vineam, quinimo ipſemet Princeps ex pacto convento cum emptore recepit partem pretii conſiſtentem in ſc. 3500. omnino libere: quomodo enim poterat, reputari Vinea judicialiter per Creditores evicta, quando Venditor ad ſui libitum dimiſit Creditores ſibi bene viſos, & in propriam crumenam retraxit in notabili parte pretium rei venditæ? Vendititio quippe judicialis, & conſecutiva evictio coacta ſuboritur dumtaxat quoties Judicis concomitatur authoritas, ipſoq; mandante, non autem privato emptore, diſtribuitur pretium rei venditæ inter
17 Creditores, & quod ſupereſt de ejuſdem Judicis mandato Debitori rependitur *Bald. in l.* 3. *ſub num.* 4., *Cod. de Iur dom. impetr. Mangil. de ſubbaſt. queſt.* 58. *num.* 7. *Poſt. eodem tract. inſpect.* 39. *n.* 13., *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 15. *n.* 95., *Rota dec.* 49. *num.* 1. 3. ibique *Adden. cor. Buratt.*

Hinc extraneos Domini dignovere terminos *Text. in leg. magis puto* §. *Non paſſim in fin. ff. de*
18 *reb. cor. qui ſub Tut.*, quaſi quod ad illius normam diſtractio ſemper habetur pro coacta quotieſcumque peragitur de vindicando patrimonio a rigidis uſuris, prout dici valebant fructus cenſuales ad rationem ſcutorum quinque, vel ſex dimiſſi per D. Principem: Acutiſſimi quippe ingenii Vir Vulpianus in hujuſmodi *Text. ſive lib.* 35. *ad Edict.*, nihil aliud intellexit, quam præbere normam Tutoribus, aliiſq; adminiſtratoribus rerum Pupillarium, qui cum prohibiti exiſtant alienare bona ſtabilia Pupilli, ab hac prohibitione eximuntur, quando (uti dicitur in *eadem leg.* §. *Si Pullus circ. med.*) *ſi modo urgeat creditor*, *aut uſurarum modus parendum æri alieno ſuadeat*: Verum cenſura hæc, & Vulpiani ſententia etiam in caſu ſuo noſtræ nullatenus congruebat hypoteſi, quia communiter eamdem cenſuram ſcribentes interpretantur in illi Pupillaribus debitis pro quibus Pupillus actualiter a

Creditoribus divexetur, & urgeatur, aut ialtem
divexari, & urgeri queat, non autem reſpectu
19 contractuum Cenſualium, quorum ratione
nedum aberat actualitas, ſed, & potentialitas
ad urgendum, ſicuti, relatis *Coſt. ſicul. conſ.* 70.
num. 11., *Donat. Ant. de Marin. quotid. reſolut.
lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 33. bene probat *Senat. Mantuan. apud Gob. conſult. deciſ.* 71. *num.* 96.

Exemplo non abſimili Uxoris, & Mulieris,
quæ non obſtante præſidio, ac interdictione Senatus conſulti Vellejani, poteſt ſeſe valide obligare pro Marito in Carceribus mancipato, aut
quando propter repetibilitatem Crediti valebat
20 idem Maritus ad libitum Creditoris executive
carcerari, quemadmodum habetur per *Modern.
ad Gratian. diſcept.* 108. *num.* 1., *Panimoll. deciſ.* 2. *annotat.* 3. *num.* 10., *Cenſal. deciſ. Lucen.*
10. *num.* 7., *Rot. deciſ.* 32 *num.* 7. *poſt*, *Cenc, de
Cenſib.*

Fortius igitur, & extra dubitationem perſpecta terminorum diſparitate quia in *prædicta leg
magis put.* tractabatur de ſubſtinenda diſtractione rerum Pupillarium abſque præjudicio alicujus, nam pupillus, qui ſolum conquæri poterat
ex diſtractione ſuorum prædiorum conſequebatur liberationem ab urgentia Creditorum, vel a
debito repetibili ſub aſperis uſuris, & modum
excedentibus: in ſubiecta vero theſi, quia ex
diſtractione Vineæ, quam de cætero non impugnabat D. Comes del Benino, reſultaſſet abſurditas, quod ex voluntaria diſtractione quantumvis millies utili facta per Principem debitorem
Princeps foret aſſecutus pro ſe omnino libere,
& voluntarie ob aſſenſum emptoris ſc. 3500.,
& tertius innocens Creditor deperderet fructus
ſibi debitos ex vi legis contractus, ad quem ſane
effectum requiritur urgentia creditorum poſitiva, adeout iſti ratione eorum anterioritatis, vel
Crediti fundum judicialiter evincant, ſiquidem
tunc illa hypotheca, & impreſſio magis ſpecifica Crediti Cenſus, data ſcientia ipſis Creditoris, diſſolvitur atque deſtruitur, quod non ſe-
21 quitur quando venditio extitit voluntaria licet
facta ex antiqua cauſa Debitorum, ut bene explicat *Angel in leg. ſi res* 3. *text. notab. ff. quibus
mod. pign., & hypothec. ſolu.*, & preter relatos
in §. Aſt deficere tradidere *Cenc. de cenſ. quæſt.*
116. *num.* 1. & 2., *Salgad. in labyrinth. Credit.
part.* 4. *cap.* 8. *num.* 40., & *cap.* 9. *num.* 28., *Rot.
deciſ.* 47. *num.* 1., & *ſeqq. poſt Merlin. de pignor,
deciſ.* 159. *num.* 2. *coram Dunoz. Jun.*

Collabente itaque primo ſuppoſito fruſtraneum videbatur examinare deficientiam etiam ſecundi circa ſcientiam diſtractionis fundi cenſiti
copulative requiſitam ad effectum ceſſationis
fructuum: hi namque ſemper debentur ſaltem
loco damnorum, & intereſſe, non probata
ſcientia creditoris cenſuarii, quod prædium, ſeu
22 res cenſui ſubjugata fuerit judicialiter evicta,
& coacte diſtracta per Judicem, ſeu debitorem
juxta receptam Sententiam, de qua *Manſ. conſult.* 319. *num.* 1., *Card. de Luc. Cenſ. diſc.* 31.
num. 3. 6. & 14., *Modern. Forolivien. ad Ramon.
conſ.* 8. *num.* 54., *Rot. deciſ.* 32. *num.* 6. & *ſeqq.
coram Cerro, deciſ.* 1164. *num.* 12. & *deciſ.* 1227.
num. 3. *coram Emerix Jun.* & *in Terracinen Cenſus* 4. *Martii* 1689. §. *Neque coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*, *in Æſina Cenſus* 18.
Aprilis 1695. §. *Ratio*, & 10. *Junii* 1697. §.
Tota coram R. P. D. meo Priolo, & *in Peruſina
Cenſus* 1. *Julii* 1701. §. *Et conſiderabant coram
R. P. D. meo Muto.*

Nihilominus ex abundanti compertum fuit,
nec etiam ſcientiam adeſſe in præſenti, ſiquidem tota hujuſmodi ſcientia impingebatur, ex
quo Procurator Comitis Sen. del Benino in altero Judicio exagitato contra D; Principem Sabellum uti principalem debitorem controverſi cenſus ad iuſtificandum, quod idem Princeps foret
hæres cl. me. Card. Peretti impoſitoris repetierit ordinem, ſeu mandatum de ſolvendo exharatum ab emptore Vineæ de Montalto prædicto
D. Principi ſuperlus enunciata ſcuta 3500. cumque idem ordo nedum emanaret ab Inſtrumento
venditionis Vineç, ſed in eo foret inſertus, inferebatur idcirco, quod ſcientia redderetur innegabilis; habens enim notitiam capituli, ſeu
partis alicujus Inſtrumenti nequit allegare ignorantiam exiſtentiæ, ſeu confectionis Inſtrumenti
23 ſaltem in genere ex traditis per *Cyriac. controv.*
325. *num.* 13. *Rot. deciſ.* 644. *num.* 2. *coram
Bichio cum aliis in deciſ.* 439. *numer.* 9. *coram
Priolo.*

Sed triplici, clariſſimaque reſponſione diluebantur objectum, prima videlicet, quod hæc
ſcientia in ſuis cardinibus præſumpta non poterat tranſgredi limites, & efficaciam veritatis,
nam eſto millies, quod ab iſta circumſtantia
conſurgeret exuberans notitia alienationis Vineæ, adhuc dum alienatio ipſa erat, ex proxime, & pluſquam plene firmatis, omnino voluntaria parum inteerrat quod nedum Procurator, ſed idemmet creditor undique reſciviſſet
ſecutam fuiſſe alienationem voluntariam, ex
quo per eam dari quidem valet actio creditori
24 pro cogendo debitore cenſus ad alterum fundum ſubjugandum, aſt numquam ex hoc capite
expirat decurſus fructuum cenſualium, ut præter jam collaudatos ſuperius in §. *Aſt deficere*
& §. *Fortius* dixit *Rota in Romana Salviani* 3.
Aprilis 1702. §. *Atque ob id coram Me*, & 6.
Decembris ejuſdem anni §. *Et conſequenter coram
Reverendiſſ. D. Meo Molines Decano.*

Certius quia ipſemet ordo de Solvendo prædicta ſcuta 3500. a cujus repetitione aſſerta
ſcientia deſumebatur minime ex jam inſinuatis vere congruebat venditioni judiciali, &
coactę, proindeque nequibat præjudicare illa
ſcientia, a qua potius reſultabat ſecuritas, &
tutamen ad regulam, quod nullus actus nulla
25 la ſcientia prætergreditur ſpheram ſuæ aptivitatis, ſive illationis, ut admonuit *Rot. deciſ.*
198. *num.* 9. *coram Peatinger. deciſ.* 286. *n.* 17.
coram Cerro, & *deciſ.* 185. *num.* 25. *par*, 19. *rec.*

& in

Digitized by Google

& in Bononien. fideicomm. de Manzolis 22. *Iunii* 1699. §. *Quinimo in fin. coram Me.*

Secunda reſponſio erat, quod cum impoſitio cenſus, de quo tractabatur facta de anno 1635. cantaret *ſuper rure vineato, & arborato* abſque individuatione alterius vocabuli ſpecialis, quid oberat repetitio venditionis ſecutæ de anno 1687. *della Vigna di Fraſcati di Montalto* poterat enim Procurator, cæteroquin ignarus impoſitionis, ſibi ſuadere, quod alius eſſet Fundus cenſitus. alia Vinea diſtracta, & in ambiguo, vel ancipiti non datur certa

26 individua, & indubitata ſcientia in noſtris terminis omnino requiſita, ut advertit *Saminiat. controverſ.* 32. *num.* 53. *& ſeq. & controu.* 53. *num.* 105. *& ſeqq., Card. de Luc. de Cenſ. diſc.* 8. *num.* 7. *& diſc.* 31. *num.* 4. *&* 5., *Rot. deciſ.* 449. *num.* 15. *coram Durano, deciſ.* 1277. *num.* 3. *coram Emerix Iun. & in Romana Solviani, ſeu Canonum* 27. *Aprilis* 1693. §. *Nam amiſſa coram Reverendiſſ. Turonen., & in Firmana Cenſus* 9. *Iunii* 1698. §. *Nihilominus, &* 22. *Iunii* 1699. §. *Talis autem coram R. P. D. meo Muto.*

Tertia denique reſponſio emicabat ex plana conſideratione, quod omnia hęc, quæ circumvolebantur in ordine ad ſcientiam ſiſtebant in centro, ſeu perſona Procuratoris, at quis dixerit, quod ſcientia limpida etiam, & perſpicua, concurrere debens in creditore principali cenſus, ſufficienter arguatur a ſcientia, & quidem præſumpta Procuratoris, quando omnia Iura clamant in contrarium, videlicet quod in præjudicialibus nuſquam a ſcientia Procuratoris valeat illatio ad ſcientiam Principalis ſecun-

27 dum quotidie perpenſam, & in Tribunalibus canonizatam *Theoric. Angel. in leg. Item veniunt* §. *Petitam il* 2. *circ. fin. ff. de petit. hæredit. Cyriac. controv.* 327. *num.* 10., *Camill. de Medic. conſ.* 79. *n.* 6., *Golin. de Procurat. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 125. *in fin., Surd. deciſ.* 181. *num.* 17. *&* 18.

Cum igitur a primo ad ultimum binæ Sententiæ per D. Comitem reportatæ pręfulgerent circa ordinem undequaque validę, & circa juſtitiam ferme irrefragabiliter ſolidiſſimæ, Domini ex ratione, de qua ſupra, unanimiter concluſerunt, pro jam enunciata confirmatione, utraque parte mature audita, & acriter informante.

BONORUM MONTIS BUTRII,

Lun. 12. *Martii* 1703.

ARGVMENTO.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Liti renunciatio ad hoc ut ſuffragetur debet obſequii pure, & ſimpliciter præexiſtenti Iudicato, non vero illud palam, aut implicite, & ſtudioſe impugnare, ſeu illudere.*

DECISIO CCLXXV.

DEmandaverat mihi Rota cauſæ expeditione ſub die 18. Decembris proxime delapſi, unde ad illius normam confirmando votum extraditum a Reverendiſſimo D. meo Decano, ſive ſententiam ab A. C. ad normam ejuſdem voti prælatam, debuiſſe injungere, quod in cauſam damnorum uſque dum paſſorum a Butrienſibus juxta geminatam Peritorum relationem, Prę́ſides Montis Bononiæ actualiter exolverent Officialibus Montis Butrii libras 2. mil., necnon quotannis tam pro præterita uſque ad diem expeditionis, quam in futurum anticipate deponerent ſimiles libras 2. mil. ſed priuſquam pro parte Butrienſium fuiſſet in effectu cauſa expedita mihi ſupervenit inſtantia Præſidum Bononiæ ſatagentium, quod ob aſſerta pericula imminentia Italiæ confidenda non foret pecunia depoſitanda in manibus ſive in Caſtro Butrienſium: quapropter exorabant, ut eadem pecunia deponeretur vel in ipſa Civitate Bononia tamquam ſecuriori; vel hic in alma Vrbe in ſacra Pietatis Æde, exhibentes ulterius in eodem contextu quamdam Inſtrumentalem liti renunciationem.

At eum e converſo Butrienſes inſiſterent pro expeditione, ſeu prolatione ſententiæ ad formam meæ deciſionis, Ego ſatius duxi reverenter exquirere ſenſum Dominorum meorum Coauditorum. de quorum conſilio, & voto proferre compellebar ſententiam. Hique unanimiter cenſuerunt in primis, quod exhibita, ſeu renovata renunciatin in nihilo foret attendenda veluti niſi totaliter captioſa, ſaltem implicativa imcompatibilium conditionum, & non libera cum ſignanter prætenderent Præſides ſeſe liberare in futurdm, quod erat de directio contrarium præfatæ ſenteutię A. C. ſeu voto Reverendiſſimi D. mei Decani, necnon prænunciatæ meæ deciſioni, quando tamen ad hoc, ut ſuffragetur renunciatio debet obſequi pure & ſim-

1 pliciter præexiſtenti judicato, non vero illud palam, aut implicite, & ſtudioſe impugnari, ſive illudere, ut per *Rotam dec.* 40. *num.* 2. *cor. Emerix Sen., dec.* 170. *num.* 4. *cor. Cerra* & noviſſime in *Alexanen. Manutentionis* 15. *Ianuarii* 1703. §. *Animadverterunt enim Domini coram R. P. D. meo Caffarello.*

Quo vero ad ſecuritatem depoſiti faciendi, ultra prę́fatas libras 2. mil. libere, & effective conſignandas Butrienſibus reſpectu annorum præteritorum ante deciſionem Reverendiſſimi D. mei Decani in ſumma circiter librarum 8. mil. Domini annuerunt, quod eædem pecuniæ deponerentur in hujuſmodi Monte Pietatis Almæ Vrbis abſque tamen ulla imbibita conditione, vinculo, aut impedimento, ſed omnino ad liberam diſpoſitionem Sacri Auditorii, & ad

for-

formam omnimodum meæ deciſiouis, ita ſe habente intentione, ſive mente Dominorum in reſcripto exharato ſuper ipſomet Memoriali præſtito per Præſides Bononiæ, videlicet *in decretis juxta mentem*, quæ de ſtylo, ſicuti annotatur, & executioni demandatur per Ponentem, ita quoque regiſtratum in libris Camerarii ejuſdem Sacri Auditorii.

Et ſic breviter concluſum fuit utraque &c.

ROMANA PRIMOGENITVRÆ DE BVBALO SVPER PALATIO AD PLATEAM COLVMNÆ.

Luna 12. *Martii* 1703.

ARGUMENTUM.

Quamvis regula ſit quod ædificium cedat ſolo, hæc tamen limitatur in pluribus caſibus, quos habes in deciſione. In diſcordia ſtuorum Peritorum Tertius eſt eligendus, qui ſi & ipſe a duobus primis diſcordet, tunc Judex intercedere debet, & quid facere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Oculi ſegnius animos irritant, quam aures, ut cecinit Vates.*

2 *Inveſtimentum factum pro fideicommiſſo ſive Primogenitura cum pecuniis ejuſdem Primogenituræ fideicommiſſo, & Primogenituræ acquiritur.*

3 *Ædificium ſuper inſtructum cedit ſolo.*

4 *Limitatur tamen hæc regula veluti involvens præſumptionem implicitæ donationis ex contraria animi declaratione.*

5 *Limitatur ſecundo ſi adſit ſcientia, & permiſſio Domini.*

6 *Ceſſio comprahendit omnia bona, & Jura, quæ ſpecificantur in ea.*

7 *Limitatur tertio prædicta concluſio ſi qui ædificavit habebat jus in ea re, quo caſu omne ædificium acquiritur ædificanti.*

8 *Ceſſio ſubextendi non poteſt ad id, de quo non cantat Inſtrumentum.*

9 *In fideicommiſſo remanet totum id quod non avellitur per Creditores, & gravatos ex capite detractionum.*

10 *Patres inferior ſi eſt communis, idem judicandum eſt de ſuperiori.*

11 *Argumentum diſcretiva deſumptum multum operatur.*

12 *Heres gravatus non poteſt alienare bona fideicommiſſaria, & in dubio ad excluſionem delicti capienda ſemper venit interpretatio excluſiva illicitæ alienationis.*

13 *Fideicommiſſarius agere poteſt vel contra pretium vel contra ipſam rem alienatam ab hærede gravato adhuc præexiſtentem.*

14 *Ædificium novum quando veteri ſuperadditur relinqui ſolent intacta ea cementa, & ii parietes, qui apti cenſeri poſſunt ad ſubſtentationem, & elevationem novæ Fabricæ.*

15 *Inſpectio ocularis non ſolum dicta Teſtium, ſed etiam quodcumque probationis genus evincit.*

16 *Ad liquidationem alicujus ratæ, ſeu quantitatis determinari prius debet quanti valeat integra res.*

17 *In diſcordia duorum Peritorum ad tollenda majora diſpendia, liteſque reſecandas nimis de raro eligendus eſt quartus Peritus, ſed ſtandum eſt tertio.*

18 *Præſertim ſi peritus tertius ſit quaſi mediens inter præcedentia extrema diſcordantium partitarum.*

19 *Et quomodo hoc caſu Iudex ſe gerere debeat.*

20 *Diviſio, repartitio, & participatio proportionabiliter, & pro rata facienda ſunt.*

21 *Res alienæ, quæ invito Domino incorporantur citra facultatem eas amplius recognoſcendi nedum recuperandi, tunc datur ſuper pretio proportionabilis actio ad aſſequendam æſtimationem.*

22 *Penſiones Domorum, ſicuti fructus in agris, & prædiis veniunt in ſequelam dominis.*

DECISIO CCLXXVI.

Quod cecinerat Vates;

Segnius irritant animos demiſſa per aures.
Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus,

& annotavit *Bart. in l. qui bona §. fin. n. 1. ff. de damn. infect. Bald. in l. contra negantem C. ad leg. Aquil.* Hodiernæ potiſſimum applicabatur hypotheſi, ſeu controverſiæ; Siquidem cum inter relliquias acerrimi Judicii in Auditorio noſtro agitati *coram Exerix lun.*, & Cardinali Vicecomite per Hiacynthum de Bubalo cum DD. Victoria. & Contiſſa Sororibus pariter de Bubalo gliſceret amaritudo diſcuſſionis Palatii ſiti in Platea, quæ ab Antoniano Obeliſco, ſive Columna nomen inditum habet acriter contendebat Hiacynthus non eſſe eaſdem Dominas Sorores admittendas ad conſortium, ſive Condominium ejuſdem Palatii. & de facto obtinuerat *coram bo. mem. Calutaju ſignanter ſub die* 11. *Martii* 1678. ut legitur *in dec.* 177. *par.* 19. *Recent.* reaſſumptaque diſputatione *coram bo. mem. Albergato*, Tribunal. tunc temporis hæſit in ancipiti, rationibuſque pro utraque Parte excitatis *in deciſione deſuper ædita coram eodem Albergato*, per modom proviſionalis temperamenti fuerat ſtabilitum, Locationem Palatii, ac conſecutivam penſionum exactionem faciendam quidem eſſe per ſolum Hiacynthum abſque participatione DD. Sororum; Aſt ſub obligatione reddendi rationem de exactis proportionabiliter ad ratam, quæ ipſis Sororibus attineret, ſuperveniente ulterius poſt aliquam intercapedinem Decreto Auditoris Sanctiſſimi demandante depoſitum prædictarum penſionum, donec reſtaurata pugna poſt trium Peritorum relationem coram me ſub Dubio-*An, & ad cujus favorem ſit relaxandum mandatum pro reſtitutione penſionum perceptarum ex Palatio Plateæ Columnę?* Inter D. Marchionem Raynaldum Octavium de Bubalo ſucceſſorem in

Pri-

Primogenitura Octavii Sen. præfataſque DD. Sorores, RR. DD. mei Correſponſales ad rectius indagandam ſub oculis rei veritatem dedignati non ſunt perſonaliter accedere ad Agonem, ſive locum differentiæ, eorumque pervigili intuitu cuncta rimantes unanimiter tandem reſponderunt *relaxandum eſſe mandatum hinc inde admodum in præſenti deciſione differendum.*

Controverſiam igitur diviſere in geminos articulos, quorum primus erat, an memorata Sorores cenſendæ ſubſtantialiter forent Condominæ oppugnati Palatij, ſecundus (quatenus viſum eſſet affirmative judicandum) ad quam ſucceſſive ratam hujuſmodi intercluderetur Dominium; Quo itaque ad primum articulum Informantes pro D. Marchione adhibiti, & auditi quoque in actu ipſius acceſſus replicabant vetera fundamenta quibus innixa Rota prima vice *coram Calataj.* excluſerat hujuſmodi Condominium, & in ſecunda *coram Albergato* dubitaverat nempe quod cum antiquum Palatium fuerit ad effectum erigendi novam fabricam hodie admodum elegantem labefactatum, & dirutum a Marchionibus Paulo, & Angelo ſub ea declaratione, quod pecunias primogeniales deſuper erogaverint, ac re vera inveſtiverint favore ejuſdem Primogenituræ, non erat ambigendum, quod hæc nova fabrica veterem extinguens acquiſita eſſet Primogenituræ pro qua factum extiterat explicitum
2 inveſtimentum, ad tradita per *Peregrin. conſil. 31. num. 11. lib. 4., & de fideic. art. 44. nu. 28., Cephal. conſ. 645. nu. 49. 50. & 57. & ſeqq., Rota deciſ. 650. num. 10. coram Burratt., & deciſ. 437. num. 17. coram Priolo.*

Parum ideirco officiente, quod juxta vulgares regulas cum fundus, ſeu ſolum in quo recentior fabrica fuit erecta præcedenter ſpectaret ad Antonium de Bubalo Authorem DD. Sororum, hinc ex vi legis, non jam Primo-
3 genituræ, ſed eidem ſolo ceſſerit ædificium ſuper inſtructum per *Text. in l. ſi ſupra §. Sed Proculus ff. de acquir. rer. Domin. l. 1. §. Quod ait. ff. de ſuperficiebus, Rimin. Sen. conſ. 238. num. 12. lib. 3., Gratian. diſcept. 314. num. 38. de Angel. de impenſ., & melioraments art. 7. num. 36.*

Vel ſaltem quia hujuſmodi Juris regulæ tamquam involventes præſumptionem implicitæ donationis ceſſant ex contraria animi declara-
4 tione, ad communiter annotata per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 32. num. 1. 2., & 4. cum pluribus ibidem relat., & diſcep. 442. n. 28. & 30. Carol. Anton. de Luc. ad dict. diſcept. 32. in princip.*, ad ſummum poſſent Marchiones Angelus, & Paulus favore Primogenituræ ædificantes in ſolo alieno, ac reſtitutioni obnoxio excludere hanc aſſertam donationem, & adipiſci tantummodo jus petendi quidquid impenderant in eodem ſolo alieno, & fideicommiſ-
5 ſario abſque tamen ulla mixtura, vel conſocio in proprietate, & Condominio quemadmodum ſubnectunt *Caſtren. in l. ſi precario 18. poſt med. verſ. Mihi videtur ff. commun. prædior. Ioan. de Amic. conſ. 76. num. 2., Honded. conſ. 82. num. 55. lib. 2., Gratian. diſcept. for. cap. 314. num. 40.*

Reſpondebant quippe iidem Informantes nullatenus ſubſiſtere, quod ſolum attineret ad Antonium, quoniam potius evincebatur pertinuiſſe ad Flaminiam Uxorem, & hæredem Aſchanii Fratris Patruelis Octavii Conditoris Primogenituræ, cumque eadem Flaminia ceſſiſſet memorato Octavio omnia ſua Jura, hinc eo magis, & evidentibus Palatium remanſe-
6 rat Primogenituræ acquiſitum, ut plene firmabatur *in deciſ. 177. num. 6. par. 19. Recent.*, & non negaverat deinceps *eadem Rota in deciſione diei 26. Ianuarii 1679. §. Penultimo coram Albergato.*

Potiſſime cum de tempore noviter excitati ædificii; ſive per Angelum, ſive per Paulum hi forent poſſeſſores totius hujus ſitus, & fabricarum ex duplici titulo videlicet fideicommiſſario Antonii, & primogeniali Octavii; Proindeque dum adeo enixe propriam expanderunt intentionem acquiſitionis, ſive ædificii facti pro Primogenitura, & teſtes in *Summ. ejuſdem D. Marchionis ſub num. 6.* unanimiter depoſuerunt vetuſta ædificia totaliter everſa, ac deſtructa exitiſſe eum nova ædificatione uti dicunt *di Pianta*, utique denegare fas non erat, quod ipſi intellexerunt totum acquirere favore Primogenituræ donando, quatenus opus eſſet tamquam poſſeſſores fideicommiſſarii Antonii ſibimetipſis implicitum aſſenſum deſtruendi, & ædificandi, in quibus ſane terminis caſtiga-
7 tur regula, de qua ſupra, ſed omne ædificium acquiritur ædificanti, ut per *Caſtren. in l. Labeo ait 20. ff. de acq. plur. arcen. Boer. conſ. 5. in fin. Ioan. de Amic. conſ. 76. fere per tot., Surd. conſ. 233. nu. 21. lib. 2., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 314. nu. 44., Carol. Anton. de Luc. in addit. ad idem Gratian. diſcept. cap. 32. num. 2., Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 6. num. 132.*

Verum Domini oculis non minus mentis, quam corporis ferme tetigere contrarium, utriuſque Partis intentui, mediamque idcirco tutiſſimamque viam eligentes, unicuique jus ſuum tribuere; Siquidem reſpectu oculorum, & obtutus mentis neutiquam approbavere quod ſolum Palatii plenarie ullatenus attineret ad Flaminiam, quodque per umbram illa excogitaverit cedere integraliter illius proprietatem Octavio Conditori Primogenituræ nam in Inſtrumento diſtributo pro parte D. March. Raynaldi Octavii, *Summario num. 5.* apertiſſime liquebat ipſam Flaminiam non ſolum ſub principio ejuſdem ceſſionis agnoviſſe fideicommiſſum Antonii, ſed, & ſimpliciter potius tanquam pura credita ad calculum deduxiſſe ſuas prætenſiones aſcendentes ad ſcut. 14559. 99., illaſque poſtmodum tranſtuliſſe in Octavium: Quam-
8 obrem non poterat ceſſio ſubextendi ad id, de

quo

quo non cantabat Inſtrumentum ex collectis
per *Camill. de Medic. conſ.* 165. *num.* 16., *Ciar-
lin. controv.* 179. *a nu.* 15. *tom.* 2., *Ariaſ. de Meſ.
lib. variar. reſolut. cap.* 24. *num.* 8., *Olea de ceſſ.
Iure tit.* 6. *quaſt.* 6. *num.* 9.

Quin etiam ubi de facto Flaminia ceſſiſſet,
ſeu cedere intellexiſſet ipſam totalitatem pro-
prietatis, nullatenus hoc profecto valuiſſet
explere; Siquidem illa velut hæres Aſchanii
unius ex pluribus nepotibus Antonii transfudit
in Octavium jura ſibi competentia, & ſignan-
ter detractionem ejuſdem met legitimæ per-
tinentis ad Aſcanium ſuper ipſo Palatio una
cum pretio aliarum acquiſitionum quorum-
dam ſituum, & domuncularum, quas Aſcanius
intraviſcera præfati Palatii comparaverat, qua
propter impoſſibile erat excogitare, quod totum
ſolum, totaque fabrica præexiſtens attineret
ad Aſcanium, quando aliis nepotes antedicti
Antonii ſuper extabant, & nullus ignorat quod
id, quod non avellitur per Creditores & gra-
9 vatos ex capite detractionum a fideicommiſ-
ſo, remanet ineodem fideicommiſſo, ex al-
latis per *Morot conſ.* 13. *num.* 21., *Palma Nep.
alleg.* 327. *num.* 69., *Rot. deciſ.* 680. *num. pri-
mo par.* 1. *diverſ.*, *&* *deciſ.* 312, *n.* 12. *par.* 17.
Recent.

Comperto itaque quod major, vel ſaltem
aliqua pars ſitus, & frabricæ antiquæ ſpectaret
ad Flaminiam, jam non poterant ex una parte
DD. Sorores inniti regulæ, quod ædificium de-
ſtricta juris cenſura ſolo cedere deberet, quod-
que per conſequens Primogenitura, ſive D.
Marchio Raynaldus remaneret purus Creditor
melioramentorum, reſpectu etenim memoratæ
ceſſionis Flaminiæ dici poterant Angelus, &
Paulus ſuper excitaſſe novam fabricam in parte
etiam fundi proprii ex cauſa ſitus, & domuncu-
larum translati in Octavium, & e converſo ne-
quibat D. Marchio totum ſibi arrogare Pala-
tium, & ad ſimplex creditum deflectere pro-
prietatem Sororibus attingentem ratione fidei-
commiſſi, ſive juris in hæreditate Antonii re-
manſi, deductis ut ſupra detractionibus factis a
Flaminia: Proindeque cum Palatium hodie
magnificentius aſſurgens conſtaret ex partibus
ad diverſa fideicommiſſa, ſive diverſos Domi-
nos pertinentibus, ac nova fabrica elevata præ-
fulgeret ſuper ſolo, cementis, ac parietibus
communibus, & nuſquam effective diverſis,
10 neceſſe erat concludere, quod ipſum Palatium
ac omne ſuper re communi ædificatum foret
commune *Soccin. Sen. conſ.* 44. *num.* 3. *lib.* 4.,
Honded. conſ. 80. *num.* 23. *&* 24. *lib.* 1., *Vegg.
conſ.* 53. *num.* 36. *&* 46., *Sperell. deciſ.* 54. *n.* 6,
Thomat. deciſ. 119. *num.* 1. *&* 2., *Theſaur. deciſ.*
159. *num.* 5., *Rot deciſ.* 450. *num.* 6. *&* 7. *coram
Durano.*

Parum revelante inſinuata duplicitate tituli
exiſtentis in Angelo, & Paulo reædificantibus
ſuper diruta antiqua fabrica, ſicuti diecbatur *di
Pianta*, quaſi quod aſſenſum ſibi ipſis præſtiterint
ad effectum acquirendi integrale Dominium;
Quoniam objecto hæc corruebat in facto, & la-
befactabatur in jure; In facto ſiquidem quia nul-
libi apparebat de hoc explicito conſenſu præfa-
torum Angeli, & Pauli ad finem avellendi Do-
minium ſoli cæmentorum, ac parietum a fidei-
commiſſo Antonii, illudque transferendi in
Primogenituram; Imo quemadmodum palam
declararunt implicuiſſe in novam fabricam
ſcut. 28128. ad commodum Primogenituræ,
ita etiam cubitaliter declaraſſent in eamdem
Primogenituram transfuſiſſe eumdem ſitum, &
cæmenta, ac ſeſe ex una parte Debitores fidei-
11 commiſſi, & ex altera Creditores Primogeni-
turę pro majori ſumma, ſive pariter pro pretio
fabricæ veteris, & ſitus conſtituiſſent ad regulam
Text. in l. ſi quis 6. *ff. de pœnis*, *Gravett. conſ.* 148.
num. 12., *Rot. coram Mantic. deciſ.* 266. *n.* 5.,
& generaliter concordat *Text. in l. unica §. Sin
autem Cod. de caduc. tollen.*, cum allatis per
Rotam deciſ. 122. *n.* 8. *par.* 19. *Recent.*, *& in
Bononien. Fideicommiſſi de Manzolis* 22. *Junii*
1699. §. *Poſtremo tandem coram Me.*

Sed, & inſubſiſtens non minus erat in jure,
quia non ſolum tamquam hęredes gravati in
fideicommiſſo Antonii non poterant proprio
Marte diſtrahere illius Bona fideicommiſſaria,
adeout in dubio ad exeluſionem delicti capeſ-
ſenda ſemper veniat interpretatio exeluſiva illi-
citæ alienationis teſte *Cyriac. contr.* 22. *num.* 61.,
12 *Galler. de renunc. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 53. *verſ. med.*,
Rot. penes Manſ. conſult. 258. *num.* 76. *&* 93.,
ubi habentur concordan.

Verum quoque; etiam quando ad hanc per
hypotheſim alienationem deveniſſent, ea ta-
men habilis non erat ad auferendum Dominium
a fideicommiſſo Antonii, & ab eo cauſam ha-
bentibus, cum data etiam alienatione ſemper
exiſtat in libito fideicommiſſarii ulterioris agere
contra pretium, vel contra ipſam rem aliena-
tam præexiſtentem, ut erat ipſe ſitus ſuapte na-
13 tura ſempiternus, & inevellibilis, ex plene
cumulatis per *Palm. Nep. alleg.* 379. *num.* 12.,
Cyriac. contr. 5. *num.* 24. *Card. de Luc. de fideic.
diſc.* 84. *num.* 12., *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.*
2. *cap.* 18. *num.* 23., *Rot. deciſ.* 412. *num.* 2. *&
ſeq. par.* 9. *Rec.*, *&* *deciſ.* 141. *n.* 4. *&* 5. *coram
Celſo*,

Cæterum ut ab initio pręmiſſimus præ omni-
bus apertiſſime, & irrefragabiliter ſuaſit con-
trarium, omnemque eradicavit ambigendi
anſam circumſpecta, maturaque Dominorum
in faciem loci reflexio; Quid quid enim dicere
attentaverint quidam Teſtes in objecto laudati,
utique ocularis eorumdem Dominorum inſpe-
ctio lucidiſſime monſtravit, quod non tantum
ex latere protendente per ſemitam Curſus fer-
me remanebant intactę fabricæ, & elevationes
antiquæ, ſed, & quod ab alio latere habente
proſpectum erga Plateam, præter ſitum indu-
bitatum fideicommiſſo Antonii ſuppoſitum,
plene apparebant veſtigia muri veteris, novo
inter-

intermitti, ulteriuſque admodum probabile
erat, quod intra umbilicum, ac interiora mem-
bra ipſius Palatii fuerint pariter relicta inconta-
minata ea cęmenta, hi parietes, qui poterant
apti cenſeri ad ſubſtentationem, incorporatio-
nem, & elevationem novæ fabricæ, prout quo-
tidie edocet experientia in conſimilibus ædificiis
ſuperadditis ædificio veteri, ut in ſimili habens
14 ſe relative ad experientiam praxim, & conſue-
tudinem, dixit *Rota deciſ. 598. num. 3. coram
Card. Cerro, & deciſ. 203. num. 5. par. 18. Rec.*,
quodque inſpectio ocularis non ſolum dicta Te-
ſtium, ſed etiam quodcumque probationum
15 genus evincant plena ſunt volumina, & videre
eſt *apud Cyriac. contr. 229. num. 21. & 22.. Mo-
legn. alterc. forenſ. 46. n. 31. & 32., Barz. deciſ.
Bonon. 2. num. 57., Fontanell. deciſ. 381. num. 3.
& 4., & deciſ. 600. n. 4. & 8., Rota deciſ. 575.
num. 6. coram ſan. mem. Gregor. XV., & deciſ.
819. num. 9. & 10. par. 18. Rec.*

Atque hinc ſtabilito ad evidentiam hujuſmodi
Conſortio, & Condominio, reſtabat dumtaxat,
quod Domini ad obtruncandam radicitus jurgio-
rum omnium ſuperfætationem deſcenderent
quoque patienter ad liquidationem ratæ, ſeu
quantitatis ejuſdem Conſortii, idque facile
16 fuerunt aſſecuti determinando prius unum ex
extremis ad id neceſſariis videlicet quanti vale-
ret hodie integrum Palatium, cumque in hoc
propoſito tres adſtarent judiciales extimationes,
ſive Peritiæ altera nimirum Periti electi pro par-
te Marchionis Raynaldi Octavii ſubcenſens pre-
tium aſcendere ad ſcut. 48398. 65., & altera
pro parte Sororum pertingens ad ſcut. 61423.
placuit adhærere æquiori æſtimationi tertii Pe-
riti affirmantis pretium conſcendere ad ſcut.
53646. ad hoc impellentibus pluribus propoſi-
tionibus in practica receptis, prima videlicet,
quod in diſcordia duorum Peritorum ad tollen-
da majora diſpendia, liteſque reſecandas nimis
de raro ſit eligendus quartus Peritus, ſed ſtan-
dum ſit tertio quemadmodum alias firmavit
17 *Rot. deciſ. 719. num. 5. uſque ad 11. coram Mer-
lin. deciſ. 716. num. 5. coram Pamphil. deciſ. 294.
num. 22. par. 2. Rec. in Romana reſciſſionis con-
tractus 5. Aprilis 1677. §. Et licet coram Reve-
rendiſſimo Beurlemont, & in Romana augmenti
Dotis 14. Junii 1680. §. Secundo veritatem coram
18 bo. mem. Rondinino*; Secunda libentius, quia
hujuſmodi tertius Peritus erat quaſi medius in-
ter præcedentia extrema diſcordantium Peritia-
rum, ut ſubdit *Surd. conſ. 452. num. 74., Rot.
deciſ. 113. coram Rembold., & deciſ. 716. n. 3.,
& num. 6. & 7. coram ſan. mem. Innocentio X.*

Tertia tandem quia procedendo etiam cum
recepta theorica *Salicet. in l. hac edictali Cod. de
ſecund. nupt., & in l. 2. num. 28. & ſeq., Cod. de
reſcind. vendit.* pariter intenti ad lites corri-
piendas; Ideoque admonentis, quod in hoc caſu
Judex in unum ſummet appretium omnium
trium Peritiarum, deindeque deducendo ter-
tiam partem ejuſdem in unum conflatæ quanti-
tatis, illam judicet pro vero valore ſatis ciute-
bat, quod ferme præfata ſumma ſc. 53646. huic
19 tertiæ parti correſpondebat, prout quoq; ſe-
quendo *Salycetum* prænotavit *Alexand. conſ. 64.
num. 9. & 10. lib. 2., Riminald. Jun. conſ. 335.
num. 15. lib. 3. Surd. conſ. 454. num. 24. lib. 3.,
Cyriac. controv. 159. num. 10. Gratian. diſcept.
187. num. 2. 3. & 10., Menoch. de adipiſcend.
remed. 5. num. 168., Eſcobar. de ratiocin. cap. 16.
num. 40. & ſeq. Gratian. deciſ. Marcb. 32. n. 11.
cum tribus ſeqq., Rot. deciſ. 113. num. 2. coram
Rembold. deciſ. 112. num. 14. & ſeqq. par. 14.,
& deciſ. 114. num. 7. & 8. par. 17. Recent.*

Ad hoc itaque valore ſcut. 53646. in primis
favore Marchionis Raynaldi Octavii ſupputa-
runt ſcut. 28123. 36. pro totidem impenſis, ut
diximus a Marchion. Angelo, & Paulo ab eiſ-
que inveſtitis ad commodum Primogenituræ,
nechon ſcut. 10763. pro totidem pariter reſul-
tantibus circa Palatium a memorata ceſſione
Flaminiæ inita erga Octavium Primogeniturę
Conditorem, hiſque geminis quantitatibus ſub-
ductis una cum aliis ſcut. 800. ex cauſa pretii
cujuſdam domunculæ coemptę ab eodem Octa-
vio conſtantibus in totum ſummam ſc. 39502.
24. reſiduum conſiſtens in ſc. 14143. 76. Do-
mini relinquere, ſeu attribuere Sororibus, ita
20 ſuggerente ratione, & natura faciendæ diviſio-
nis per *Text. in leg. quæ Cod. famil. erciſcund.*,
& in ſimili per *Rot. deciſ. 220. num. 7. par. 19.
Recent.. & in Romana Laudi 13. Februarii 1699.
§. Juſtitia vero in fin coram R. P. D. meo Priolo.*

Contemnentes de reliquo contra hanc ulti-
mam partitam oppoſitionem ipſarum Sororum,
quod cum hec domuncula fuerit æquata ſolo per
Angelum, ſeu Paulum; Ideo licet præcedenter
ceſſa per Flaminiam non foret in calculo ponen-
da, prout e converſo abiicientes non abſimilem
obiectionem Marchionis ſuper detractione pre-
tii alterius Domus valoris ſcut. 2000. olim ob-
noxiæ fideicommiſſo Antonii utrinque enim
data reſponſio identifice retundebat mutuum
objectum, cum iuſtitia neque pateretur, quod
fideicommiſſum Antonii remaneret depaupera-
tum ex facto voluntario gravatorum, congrua
æſtimatione rei fideicommiſſariæ dirutæ, neque
quod Primogenitura deperderet ex eadem vo-
luntaria deſtructione importan iam rei ſubpoſi-
tæ Primogenituræ, quando etenim invito Do-
mino alienæ res incorporantur citra facultatem
eas amplius recognoſcendi, nedum recuperandi
datur ſuper pretio proportionabilis actio ad aſ-
ſequendam æſtimationem ex his, quę ad rem
21 late fuerunt diſcuſſa *in Romana Grani 17. Junii
1697. §. final. coram Me*, ubi ex doctrina *Gaſp.
Munz. ſuper §. Quod ſi frumentum Inſtit. tit. de
rer. diviſ.* demonſtratur ulterius, quod non re-
manet conqueſtioni locus, ſi Judex in ſimilibus
caſibus nequeat tam adamuſſim, & præciſius
ſuum interponere judicium, & arbitrium.

Ad normam itaque præmiſſorum, ſive ad ra-
tam quantitatis, ſeu quotæ Condominii, Domi-

ni, utraque parte prolixius in die propoſitionis, & acceſſus audita, dixerunt, mandatum hinc inde fore relaxandum reſpectu penſionum exactarum, vel forſan exiſtentium ſub depoſito;

22 In ſequelam, quippe Dominii veniunt in ædificiis urbanis penſiones, ſicuti veniunt fructus in Agris, & Prædiis ruſticis, ex *Bald. conſ.* 118. *in fine lib.* 1., *Rot. deciſ.* 1794. *num.* 1. 2., *et* 3. *coram Coccin.*, & alibi quotidie.

AVXIMANA SVCCESSIONIS.

Lunæ 12 *Martii* 1703.

ARGUMENTUM.

Plura de ſubſtitutione pupillari contenta in compendioſa, an, & quando excludat matrem etiam a legitima dantur plures diſtinctiones & in hac materia, quid operetur voluntas Patris & ſtatutum Auximanum, quid operetur circa talem ſubſtitutionem. De inſtitutione in certa, an valeat comprehendere pupillarem, & plura, de Cauthela Soccini adhibenda in gravamine legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris continetur in compendioſa.*
2 *Subſtitutio pupillaris matrem excludit a ſucceſſione.*
3 *Matri, quæ legitima debeatur attenta pupillari ſubſtitutione.*
4 *Mater per tacitam pupillarem conſequitur legitimam filio debitam.*
5 *Contra alii tenent, quod matri eadem legitima minime debeatur.*
6 *Subſtitutio pupillaris dicitur ad certum effectum Teſtamentum Patris, ad aliud vero Teſtamentum filii.*
7 *In ſubſtitutione pupillari, quæ ſint verba communia.*
8 *Et quæ directa.*
9 *Mater per expreſſam pupillarem excluditur etiam a legitima filii.*
10 *Mater quando per pupillarem non excludatur a legitima filii.*
11 *Mater, an ammittat filii pupilli legitimam ſi eſt in medio frater major ipſius pupilli.*
12 *Mater inſtituta in re certa, an habeat legitimam, quando ineſt pupillaris ſubſtitutio.*
13 *Quid ſi alius hæres non ſit inſtitutus.*
14 *Inſtitutus in re certa, alio non dato hærede ſit hęres univerſalis.*
15 *Voluntas teſtatoris, efficit, ut ſubſtitutio pupillaris comprehendat tantum bona propria Patris.*
16 *Mater in re certa inſtituta, per verba communia, conſequitur legitimam, non obſtante ſubſtitutione pupillari.*
17 *Statutum Auximanum dicitur validum, tamquam a Pontifice confirmatum.*
18 *Verbum* videlicet *declarat ſtatuentium mentem.*
19 *Subſtitutio compendioſa, quando matrem a legitima excludat.*
20 *Verbum* ritorni, ricada *magis aſſimilatur directæ, quam obliquæ ſubſtitutioni.*
21 *Quando facit mentionem pupillaris ætatis ſubſtitutio dicitur directa pupillari.*
22 *Verba quantumvis communia, ſunt interpretanda, uti directa favore pię cauſæ.*
23 *Subſtitutio Pupillaris comprehendit bona propria pupilli.*
24 *In majori ſumma minor continetur.*
25 *Pupillaris ſubſtitutio non cadit in re certa.*
26 *Subſtitutio pupillaris debet capere univerſum Patrimonium, non aliquid particulare.*
27 *Inſtitutus in re certa loco hæredis eſt.*
28 *Legatum pro toto &c. dicitur pro legitima.*
29 *Legitima non capit defalcum.*
30 *Legitima tranſmittitur ad quoſcumque hæredes extraneos.*
31 *Cauthela Soccini eſt neceſſaria, ut onus in legitima imponatur.*
32 *Filius non poteſt gravari in legitima, niſi per verba directa civilia.*
33 *Cauthela Soccini quomodo ſit concipienda.*
34 *Legitima matris deſcendit a Jure naturali.*
35 *Quando ſit neceſſe obliquare verba directa.*
36 *Legatum maritationis non debetur, niſi pubeſcente pupillo.*
37 *Facultas diſponendi de certa parte importat fideicommiſſariam non pupillarem.*

DECISIO CCLXXVII.

FAtum acerbum cui conceſſere Franciſca Antonia in certa re, ſive quantitate ſcutorum mille inſtituta, necnon Joſeph, Maria univerſalis hæres inſcriptus ab Epigmenione communi patre, Theatrum aperuit acerrimæ digladationi inter Cappellaniam ſancti Joannis Baptiſtæ ſubſtituta, ex una & Theodorum, & Paulum ex altera, tamquam hæredes Lucretiæ Aviæ præfatæ Franciſcæ Antonię in pupillari ætate demortuæ: Revocata ſiquidem fuit ad arenam famigerata quęſtio derivans a Pontificia ſanctione, ædicta in *Cap. ſi Pater de teſtam. in* 6. & inſimul a Doctrina *Bart. in celebri leg. Centurio ex num.* 18. *& ſeqq.* & ſignanter *num.* 35. *ff. de vulgar.* Prætendebant etenim præfati hæredes Lucretiæ conſequi ex illius perſona immiſſionem pro rata prædictorum ſcutorum mille utpote immuni ab omni legamine fideicommiſſariæ ſubſtitutionis & ingenito privilegio legitime in quam reſolvi dicebatur præfata inſtitutio emiſſa favore Franciſcæ Antoniæ. E converſo autem pro parte Cappellaniæ ſubſtentabatur eandem ſubſtitutionem fore pupillarem omnino directam, ideoque abraſivam cujuslibet ſucceſſionis etiam in legitima a Matre vel Avia alioque quolibet impuberis prædecedendis Aſcendente ſed non minus in Tribunali A. C. quam coram Recerendiſſimo Domino meo Decano, ac etiam hodie ſuccubuit Cappella procedente

Google

deinte reſolutione ſententiam rotalem pro im-
miſſione latam eſſe cenſirmandam.

Pro majori igitur dilucidatione terminorum
ejuſdem reſolutionis Domini præmittebant ca-
ſus, ſeu regulas complures, apud ſcribentes
ſæpe ſæpius involutas, ſed de reliquo nullam
in ſemetipſis patientes amplius in foro difficul-
tatem quarum prima erat, quod cum duplici-
citer injungi poſſit a Teſtatore ſubſtitutio quæ
cupatur pupillaris, tanquam reſtricta ad æta-
tem pupillarem, & priuſquam hæres pubeſ-
cat, tacite, nimirum vel expreſſe communis
invaluit, quod eadem ſubſtitutio pupillaris ta-
cite contineri dicatur in ſubſtitutione plurium
temporum complexiva, ſeu, ut ajunt compen-
dioſa, communibus tamen verbis explicata,
quæmadmodum unanimiter, vel ſaltem ma-
gis communiter admittunt ſcriben in *d. l. cen-
turio ff. de vulgar.* & notant *Fumon. conſ. 2. n. 8.
Roman. conſ. 130. num. 1. capr. conſ. 141. nu. 3.*
1 *ſpad. conſ. 325. ex num. 1. & ſeqq. lib. 3. Redc-
nas: conſ. 55. num. 5. & 6. Modern. Manſ. con-
ſult. 157. ex num. 8. & 9. Peregrin. de fid. art.
34. num. 24. & 26. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 241.
num. 1. Merlin. de legit lib. 3. tit. 2. quæſt. 14.
num. 8. & 4. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 407.
num. 2. Borgin. Cavalcan. deciſ. 4. n. 4. part. 3.
Marzimedic. deciſ. ſan. 69. num. 37. & 38.*

Secundus caſus, ſeu regula eſt, quoties &
ſi ad præmiſſos terminos inſit in hujuſmodi
compendioſa ſubſtitutione altera pupillaris,
adhuc contingat matrem, aliumve aſcenden-
tem extare de medio, quando pupillus occum-
bat, tunc etenim diſceptari aſſuevit utrum
hujuſmodi modus diſponendi de reliquo, ut
præmiſſus, incluſivus tacitæ pupillaris, nihilo-
minus favore matris, alteriuſve aſcendentis
remaneat, ſive efficiatur ſubſtitutio omni, &
quocumque tempore fideicommiſſaria, verior-
que majorique ſcribentium calculo recepta exi-
ſtit ſententia, quod ſi in rei veritate ſint ex-
preſſa inſtitutione plura tempora propriam
ſubſtitutionem compendioſam efformantia ſub-
ſtitutio perſeveret in ſua vi diſtributiva corum-
dem temporum, & moriente hærede intra
ætatem pupillarem; etiam in præjudicium ma-
tris ſubſtitutio reputetur pupillaris, eamdem-
que Matrem excludat a ſucceſſione. atque ita
2 plures formulas diſtinguendo poſt *Iacob. de
Aret. Cyri alioſque* antiquioris *in l. precibus ff.
quibus modis uſus fruct. amittat*, docuit inſignis
fideicommiſſariis miſta *Peregrin. art. 34. ex
n. 22.* & preſertim *num. 23. Fuſar. de ſubſtit.
quæſt. 242. num. 16. & ſeqq.* & precise *nu. 23.*
qui latius jura & rationes huiuſce concluſionis
expendunt *Gratian. diſcept. 407. num. 7. ſpad.
conſ. 315. n. 1. lib. 3. Borgin. Cavalcan. deciſ. 4.
par. 3. ſub num. 3. & ſeq. ſurd. deciſ. 273. n. 2.
Mazimed. deciſ. ſenen. 69. ex num. 18. uſque ad
num. 27.* quo loci ſigillatim enumerat, & re-
fellit contrarium tenentes *Geb. conſultat. deciſ
50. num. 52., Rot. deciſ. 467. ex num. 2. uſque
ad 10. coram Card. Mantic., & deciſ. 373. ſub
num. 2. in fin. verſ. contrariam vero ſententiam
par. 2. recen., & deciſ. 452. num. 5. coram Peu-
tinger.*

Verum quia hujuſcemodi ſubſtitutio rema-
nens in ſupradicto caſu pupillariis, re vera, & in
effectu comprehendit ſubſtantiam ipſius Infan-
tis ſeu pupilli, dupplex, & ſubalternans ena-
3 ſcitur altercatio Doctorum; Una nimirum,
an mater in ſupradictis terminis tacitæ pupilla-
ris contentæ in compendioſa communibus ver-
bis ordinata, ſicuti indubitanter arcetur ab
univerſali ſucceſſione ita excludatur non ſolum
a trebellianica verum etiam a legitima; & al-
tera, de qua legitima intelligi debeat exclu-
ſa. utrum ſcilicet ab illa quæ competiiſſet pu-
pillo per fideicommiſſum generale ſimpliciter
gravato in bonis Patris, vel potius ab illa quo-
que legitima debita Matri ſuper bonis ipſius
pupilli de qua *Bardellon. conſ. 2. n. 32., Menoch.
conſ. 144. n. 15. lib. 4., Fuſar. conſ. 20. n. 12.
& in tract. de ſubſt. quæſt. 142. n. 30.*

Aſt circa primam dubitationem parva ſub-
eſt anſa ambigendi, quoniam licet non defue-
rint nonnulli exiſtimantes in hoc etiam puncto;
ſaltem ex motivo æquitatis, & ex quadam ra-
tione commiſerationis, demiſſa Trebelliani-
ca ſubſtituto non eſſe Matri filio viduatæ tol-
lendam legitimam, quæ alias omni jure debi-
4 ta erat eidem pupillo, idque tueatur origina-
liter: *Ioannes de monte ſperell. in l. Precibus C. de
impuber. & Soccin. ſen. conſ. 150. num. 42. cum
ſeqq. lib. 1. deciſ. conſ. 228. num. 3. & conſ.
645. num. 5. Nevizan. conſ. 53. num. 6. Rub.
Alexan. conſ. 105., Burſat. conſ. 8. num. 39.,
Berret. conſ. 98., Menoch. de præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 56. num. 3.*

Contraria tamen opinio, uti verior commu-
nius arriſit, ex quo poſita ſubſtitutione pupil-
lari tacite reſultante per verba quodcumque
tempus præſeferentia, ſicuti hæc infallanter
compræhendit cetera bona propria pupilli,
ita etiam comprehendere debet legitimam illi
debitam alias namque Pater non fuiſſet teſtatus
pro filio ut in *l. 2. ff. de vulgar. et pupill.* vel filius
5 pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus deceſſiſ-
ſet contra textum *in l. jus noſtr. ff. de reg. jur.* ſicu-
ti bene animadvertit *Fuſar. de ſubſt. quæſt. 24 &
28. verſ. preterea*, & conſequenter non eſt dimi-
dianda vis ejuſdem pupillaris, ſed aut nullam,
vel utramque quartam debet capeſſere; Prefata
quippe æquitas tanquam in jure non ſcripta,
immo eidem juri repugnans contemnenda pe-
nitus videtur potiſſime cum ſubſtitutio in com-
pendioſa ſub incluſa, non exiſtat proprie taci-
ta pupillaris, ſed vera pupillaris, licet ex-
preſſa verbis generalibus juxta ea quę proſe-
quitur innumeris relatis *Fuſar. de ſubſtit. di-
cta queſt. 142. nu. 28.* & concordant alii quam-
plures adducti per eundem *Fuſar in conſil. 20.
num. 12. & conſ. 21. num. 22., Marzimed. deciſ.
Senen. 69. num. 27.*

Quo pariter ad ſecundam difficultatem, un-
dique plana res extat contra matrem nam de
peculiari natura pupillaris ſubſtitutionis exi-
ſtit, ut ad effectum capiendi univerſa bona pu-
pilli reputetur, & ſit teſtamentum filii, ad al-
terum vero, arcendi Matrem a quærela inof-
ficioſi, vel quod idem eſt a prætenſione ſubal-
ternantis etiam legitimæ, teſtamentum Patris
6 exiſtimetur, adeout modo Patris, modo filiis,
prout eidem pupillo expedire dignoſcitur, di-
ſpoſitio hujuſmodi cenſeatur ex iuribus penes
*Bald. in l. Papinian. §. Sed nec impubes ff. de inof-
ficioſo Teſtam.* omptime reaſſumptis *per Jo. Ant.
Bellon. in tract. de jur. accreſcen. cap. 7. quæſt. 14.
num. 18. et cap. 9. quæſt. 37. ſub. num. 27. §. Pri-
mo ſi tractetur usque ad num.* 31.

Tertia regula, ſeu caſus eſt, quando, non
egrediendo lineam compendioſę teſtator ſub-
ſtituens ſuo pupillo non amplius uſurpavit ver-
7 ba communia, ut ſunt *redeat, revertatur ſub-
ſtituit ſuccedat* cum ſimilibus ad *Cancer. var. re-
ſolut par. 1. cap. 1. nu. 5.* cum pluribus late cu-
mulatis *per Bellon. de jur. accreſc. cap. 7. quæſt.
3. num.* 354. junctis anteceden. numeris 123.
et 208. *cum ſeqq. Rota deciſ. 34. num. 3. et 4.
coram Card. Ca.aler. deciſ. 439. num. 1. et 10.
coram ſan. mem.* Innoc. X. *et deciſ. 960. nu. 12.
et ſeqq. coram Coccin.*; Sed ad hibuit verba om-
nino directa, ſicuti reputantur *inſtituit, ſeu hæ-
res eſto* cum reliquis huiuſmodi *ex Mantic. de
conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 16. num. 23., Pere-
grin. de fideicomm. art. 34. num.* 49. cum aliis
apud Bellon. de jur. accreſcen. ubi ſupra ex n. 107.
8 *uſque ad* 121., *Rota deciſ. 207. n. 2. cor. ſan.
mem. Gregor. XV.* eoque caſu, cum iam expli-
cite palpetur Teſtatorem voluiſſe ſibi immedia-
te ſuccedi, purificata dum taxat conditione ob-
itus filii in ætate pupillari, nemo eſt, qui verea-
tur in hiſce circumſtantiis, eundem Patrem in-
tendiſſe ad normam poteſtatis ſibi a jure con-
ceſſe condere teſtamentum pro filio perinde
ac ſi de ejuſdem teſtantis effectivo patrimonio
tractaretur, & conſequenter, quod Ma-
ter penitus eliminetur ab omni ſucceſſione,
nec non aſſecutione cujuſcumque detractionis,
& legitimæ, teſte *Caren. reſol. 78. num. 7. &
reſolut. 82. nu. 1. & per tot., Altegrad. jun. contr.
61. num. 1. & 2. tom. 2., Spad. conſil. 325. num. 1.
& ſeq. lib. 3., Amat. var. reſol. cap. 25. num. 16.
& 17., Bonden. collect. legal. 41. num. 7. lib. 1.,
Scopp. ad Merlin Pignattel. controu. jur. lib. 1.
cap. 9. num 12. & 13. lib. 1. Rota Florentin. pe-
nes Manſ. conſult. 347. num. 19. Rot. deciſ. 424.,
9 num. 7. coram Dunez. jun; et in Montis faliſci fi-
deicommiſſi 8. Febr. 1656. §. Quibus coram clar.
me. Card. Matthejo.*

Ex oppoſito vero ſuccedit quarta regula,
ſeu caſus quando videlicet teſtator uſus fuerit
verbis omnino obliquis ex. gr. gravo, reſtituat
cum ſimilibus quamvis etenim tunc compen-
dioſam, omniumque temporum complexivam
ſubſtitutionem Pater iniverit, nihilominus quia
ſatis abinde conjicitur illum noluiſſe ſuperiu-
ducere poteſtatem ſibi a lege attributam, ſed
velle, quod injunctum filio perſonale grava-
men, illi, & non ſibi directe ſuccederetur,
concors eſt propoſitio quod efficacia ſubſtitu-
tionis pupillaris ſub ipſa compendioſa conten-
ta marceſcat, itaut prorſus veniat hujuſmodi
ſubſtitutio reputanda fideicommiſſaria, per
quam proinde valeat ſane materia plenaria ar-
ceri ſucceſſione, non tamen a legitima ſibi de-
10 bita, ſuper bonis fideicommiſſariis, ſive aliis
adventitiis ipſius filii, ſicuti pater ex late dedu-
ctis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 243. ex num. 1.
& per tot. Peregrin. de fideicommiſ. art. 34. n. 11.
& 63. cum. ſeqq. fuſe etiam Bellon. de jur. ac-
creſcen. cap. 7. quæſt. 14. num. 54. & 55.*

Quintam regulam, ſive caſum ſubminiſtrat,
quandoque mixtura perſonarum, ipſarumque
ſubſtitutionum, ſi etenim pupillus extiterit, *ex:
gr.* una cum fratre ſuo pubere, vel majori, hæ-
res inſtitutis univerſalis, cum reciproca inter
eos ſubſtitutione præmoriatur autem pupillus,
grande certamen inſurrexit, an capiente fratre
vigore ipſius reciprocæ; ſub qua tanquam in
forma generaliori compendioſæ contenta ade-
rat pupillaris, tam eadem genitrix, quam
frater ſuperſtes, illiuſque hæres occaſione ul-
terioris ſubſtitutionis deturbetur a conſequutio-
ne legitimæ: pugnavit etenim contra matrem
11 inſimul, & fratrem acutiſſime *Corn. conſ.* 181.
& prius *conſ.* 158. pro iiſdem, vero inſurrexit
Bald. conſ. 41. lib. 2. ſed fœdere diſtinctionis a
phraſi, ſeu forma loquendi derivantis illos con-
ciliavit, in propoſito perpendendus, *Peregrin.
de fideicom. art. 8. num. 42., Mangil. de imput.
quæſt. 124. num. 9., Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1.
quæſt. 9. ante num. 23. verſ. verum in hac diffi-
cultate &c.*

Sexta regula ſive caſus exoritur quando pupil-
lus, vel pupilla inſtituta non fuit hæres univer-
ſalis, ſed tantummodo, prout hic, in re, &
quantitate certa; quoniam tunc, niſi forſan
datus non fuerit alius hæres univerſalis, utique
non obſtante ſolita nonnullorum contradictione
præcellit Doctrina *Bart. in d. L. Centurio. ex.
num. 18., et ſeqq.* & ſignater, *num. 35. ff. de
vulgar.* nimirum, quod ubi ſubſtitutio non ap-
paret concepta per verba omnino directa, & ci-
vilia, mater nequaquam ab aſſecutione utriuſ-
que legitimæ retrahatur, ſed hujuſmodi ſubſti-
tutio efficiatur omni tempore fideicommiſſaria
12 uti annotarunt quoque *Alex. in d. L. Centurio,
et* late *Card. de Luca de fideicommiſſ. diſc. 14.
num. 2. et diſc. 122. num. 2. et 3. et ſeq.*, & ante
eum innumeris concordan. adductis *Bellon. de
Jur. accreſcen. cap. 7. quæſt. 14. num. 46. et
ſeqq.*

Quod ſi non fuerit in ſcriptus alius hæres uni-
verſalis, tuncque (& poteſt eſſe ſeptimus caſus)
quia in hac hypotheſi ex vi legis abraditur men-

tis, & operatio rei certæ fitque ſic inſtitutus hę-
res univerſalis ad *Text in L. cohæredi §. fin. ff. de*
13 *vulgar.* negocium redit ad genericam diſputa-
tionem, & ſicuti per ſimplicem compendioſam
factam pupillo univerſaliter inſtituto mater ex-
cluditur, ex jam ſupra firmatis §. *Secundus*
caſus ita, & pariter excluſa remanet per com-
pendioſam ſuperadiectam pupillo in re, ſive
quantitate certa inſtituto, quoniam hæc inſtitu-
tio ex hujuſmodi operatione legis ad univerſum
patrimonium protrahitur, ut præter ſuperius
14 allegatos quibus additur. *Caren. reſol. 78. n. 7., & reſol. 82. per tot., Rota Florentin. penes Manſ.*
conſult. 347. num. 19., Rot. deciſ. 717. num. 9.,
& 10. coram Coccino ſpecifice notat. *Bellon. de*
Iur. accreſcen. cap. 7. quæſt. 14. ex n. 46., uſque
ad 56. et ſignanter num. 52.

Octavus denique cęteris prętermiſſis, qui
forſan valerent in hac ex varietate ingeniorum
ſpinoſa effecta materia figurari, caſus ille eſt,
in ſe fortior omnium, quando videlicet in teſta-
mento eluceſcant demonſtrationes, & conje-
cturę tales, quæ prorſus evincat teſtatorem
voluiſſe facere, aut non facere veram ſubſtitu-
tionem pupillarem, quia cum de poteſtate non
ſit quęſtio, ſed totum unice pendeat a mera vo-
luntate patris fideicommittentis, aliud idcirco
regula ſtans abſtrative pro, vel contra matrem
nil aliud certe efficit quam imbibere quandam
in Judice religionem, tutius procedendi cum
regula, vel caſu certo, quoticumque alias
ambigua, vel non ita ſufficienter declarata
coniiciatur mens Teſtatoris, nam de cętero ſi
dignoſcatur patrem certe voluiſſe reſtringere
ſuam ſubſtitutionem, ad bona propria parum re-
fert inſudare ſuper conclusionibus de pupillari
15 diſcurrentibus, & e contra ſicuti per belle an-
notarunt *Tot. Non. Conſ. 30. num. 6. cum ſeq.*
Decian reſp. 82. num. 33. lib. 3., Card. *De luca*
de fideicom. diſc. 121. ſub num. 3., Marzimedic.
deciſ. Senen. 69. ſub num. 28. verſ. ſed ut ex prę-
lio, Rot. deciſ. 84. num. 10., & deciſ. 101. n. 3.
coram Buratt. deciſ. 424. num. 21. coram Dunoz.
jun. & in Ariminen. bonorum 12. Maii 1692. & c.
Tanto magis coram Reverendiſſ. D. Meo Molines
Decano.

His itaque antepoſitis, ac deſcendendo ad ca-
ſum hodiernum clarum undique viſum eſt illum
in ſexta regula ſive caſu verſari. Epigmenius
quippe titulo inſtitutionis omnique meliori mo-
do legavit ſcuta mille Franciſcæ Antoniæ, *da*
conſegnarſeli, in tempo che ſi maritarà &c. cum
hoc quod, *ſino che non ſarà maritata &c., ſia ali-*
mentata decentemente &c., poſteaque ſubjunxit,
e morendo in qualunque tempo, & in qualunque
ſtato ſenza prole, in ciaſcuno di queſti caſi il ſuddetto
legato di ſcudi mille ritorni alla mia heredità qua-
mobrem cum ex his compræhendatur legatum
ſive inſtitutionem reſtringi ad certam quantita-
tem ſcutorum mille, & adhibita in ſubſtitutio-
ne, extitiſſe verba penitus communia, ſicuti ſu-
pra inſinuavimus circa verbum *ritorni* non au-

tem directa, atque civilia, certo certius ſuade-
batur individualem reddi præfatam Bartoli Tra-
ditionem in dicta *L. Centurio*, quem ſ. modum
ultra ſuperius allegatos proſequuntur, *Surd.*
Conſ. 229. lib. 2. per tot. Intrigl. de Subſtit. cent.
3. quæſt. 24., Peregrin. de fideicom. art. 5. n. 37.
16 *& art. 34. num. 54., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 241.*
num. 24. cum. ſeqq., Rot. deciſ. 101. num. 2. ibi-
que adden. litt. A. coram Buratto.

In nihilo repugnante, quod ea directio ver-
borum, quæ poſſet inſervire pro totali matris
excluſione, ex adductis ſupra in tertio caſu, ſive
in §. Tertia regula &c. Et in his terminis fate-
tur, idem *Card. De Luca de fideicom. diſc. 122.*
num. 1. & ſeqq., quæque de reliquo deſiderаba-
tur, in teſtamento, de quo agebatur, pluſquam
æquipollenter haberetur a littera ſtatuti Auxi-
mani ſub *rubr. 14. lib. 3.* clare diſponentis,
quod non obſtantibus verbis de jure alium ſen-
ſum præferentibus, conſimilis ſubſtitutio facta,
a patre, vel alio aſcendente intelligenda ſem-
per veniat pro directa, ideoque eidem ſtatuto;
& uti pinguiori ac lucidiori Teſtamento civium;
& uti a S. Sede approbato ſtandum omnino foret
ad ea, quæ in ſimilibus reſpondit *Rot. in Bononien.*
fideicommiſſi de Manzolis 22. Junii 1699. §. Hinc
eo ipſo in fin. et §. Hæc propterea pariter in fine co-
ram me. Quodque ſtatutum Auximanum fuerit
in Sacra Rota pro valido ſæpius canonizatum
liquebat ex *deciſ. 447. n. 15. uſq. in fin. coram.*
Merlin. deciſ. 558. num. 9. coram Dunoz. jun. et
17 *in Auximana immiſſionis 18. Aprilis 1686. §.*
fin. coram bon. mem. Urſino, et in altera Auxima-
na Immiſſionis 15. Martii 1700. coram Me.

Abſque eo quod efficeret, quod uti reſpondit
deciſio pręcedentis inſtantiæ ædita coram *Reve-*
rendiſſimo D. meo Decano, ſub die 23. Aprilis
1700. §. finali, idem ſtatutum in ſuis ipſis viſce-
ribus clauderet limitationem per illa verba, niſi
evidens in contrarium voluntas apparuerit,
quæque ſane voluntas abundantiſſime coruſca-
ret ex conjecturis allegatis in eadem deciſione
ſub antecedenti §. *Verum* Siquidem (uti re-
plicabant Informantes pro Joſepho) jam ſtatu-
tum non Semel, ſed bix expreſſerat quomodo
hæc voluntas diſponentis in contrarium ſignifi-
cari deberet, videlicet (ſunt verba ſtatuti) per
verbum *reſtitutionis*, ſive *reſtituendi*, & rurſus
capeſſendo bona pupillorum niſi per dictum
verbum reſtitutionis prolata fuerit inſtitutio:
quapropter non eſſet alia diſquirenda interpre-
tatio circa hanc contrarietatem voluntatis,
quando ſtatutum ſeſe met tam explicite gloſſa-
18 verat per verba, ſive dictiones, videlicet, &
niſi, quarum nullę exoptari queunt aptiores ad
aperiendam, ſive declarandum intentionem
ſtatuentium, ac perſuadendam limitationem,
arctativam, & præciſam ut de dictione, *vide-*
licet ex Textus in l. videlicet ff. de pact. et in l. in
vendition. ff. com. prædior. cum aliis per Rotam
deciſ. 286. num. 9. coram ſan. mem. Gregor. XV.,
in dec. 126. num. 13. par. 7. recen. & de dictione
niſi

*niſi Alex. conſ. 82. num. 3. et ſeq. lib. 1. Menoeb.
conſ. 327. num. 106. ex conſ. 356. num. 9. Surd.
conſ. 11. nu. 1, et 3. Marzimed. deciſ. Senen. 58.
num. 10.*

Et nihilominus (ſubdebant quantumvis ex
abundanti iidem Informantes) quod non deerant
quoque verba, ac etiam præpotentes undique
conjecturę potius ex oppoſito manifeſtantes
Teſtatorem, tamquam optimum civem potius
adherere voluiſſe patrio ſtatuto, quam ab eo re-
ſilire, in primis namque fuerat egreſſus termi-
nos ſimplicis compendioſæ adhibendo illos eſſe-
ctivæ pupillaris expreſſæ, & ſi per verba genera-
lia ut ubi, *e morendo in qualunque tempo &c.* in
quibus ſane terminis hujuſcemodi compendio-
ſam arcere matrem a quacumque prætenſione
ſucceſſionis, ac legitime tuentur omnes ſupe-
rius allati §. *Secundus caſus cum ſeqq. etc.* Et ſpe-
19 cifice etiam declarat. *Soccin. ſen. conſ. 117.
num. 4. et ſeq. lib. 4. Mantic. de conject. lib. 7.
tit. 3. ſub num. 14., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 241.
num. 23., Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. queſt. 14.
num. 45. Manſ. conſilt. 327. num. 28. 33. et 42.
Rot. in Ariminen. bonorum 16. Maii 1692. §. Con-
jecturæ coram Reverendiſſ. D. meo Molines De-
cano.*

Secundo facilius, quia quantumvis Teſtator
adhibuerit illud verbum commune *ritorni*, quod
operit conclusionem contra matrem ex *addu-
ctis ſupra §. Tertio*, attamen cum idem verbum
non ita rigidum, uti verbum *reſtituat*, exqui-
rat illius perſonæ miniſterium pro reſtitutione
ineunda, eo magis prænominato conformaba-
tur ſtatuto, cum etiam de per ſe verbum *ritorni
ricadu*, magis aſſimilari directæ, quam obliquæ
20 ſubſtitutioni authumaverit *Odd. de compend.
par. 4. art. 2. ſub nu. 20., Trentacinq. de ſubſt. pa. 4.
cap. 4. num. 9., Card. de Luc. ad de Marin. lib. 1.
reſol. 265. ſub n. 6., Rota dec. 84. n. 4., & deciſ.
101. n. 5. ibique Adden. coram Buratto.*

Validius autem, quia in tertio loco ultra il-
lam dictionem diſtributivam: *in qualſivoglia
tempo* meminit Teſtator de pręciſa de ætate pu-
pillari, etiam in inſtitutione, quando etenim Te-
ſtator adeo explicite mentionem inivit ætate pu-
pillari, etiam in inſtitutione, quod ſubſequens
ſubſtitutio interpretetur pro directa pupillari
non obſtante adhibitione verborum commu-
nium annotavere *Manſ. conſul. 327. ſub. 9. &
30., Altograd. in 2. controv. 35. num. 6. tom. 1.,
Rot. dec. 136. num. 2. par. 4. diverſ., & dec. 444.
ſub num. 15., & dec. 448. num. 6. coram Dunoz.
21 jun. in Montis Faliſci fideicommiſſi 8. Februarii
1686. §. fin. cor. clar. me. Card. Matthæjo & in
Ariminen. bonorum 16. Maji 1692. §. Pupillaris
coram Reverendiſſimo Domino meo Decano.*

Adjungebatur quarto ad facilius dirigendam
hanc ſubſtitutionem favor pię cauſæ ſubſtitutæ
poſtpoſitis quippe ſubtilitatibus Juris, exigit idem
favor, & verba, quantumvis communia ac-
cipi mereantur in ſenſu directo, ut ita finis tam
laudabilis Teſtatoris uberius impleatur, uti mo-
net *Altograd. Conſ. 76. nu. 7. lib. 1., Card. de
Luca de fideicomm. diſc. 108. num. 8. & 11. diſc.
22 122. num. 4. & diſc. 124. nu. 6., Rot. dec. 125.
num. 25. par. 2., & dec. 424. num. 25. coram Du-
noz. jun. & in dicta Ariminen. bonorum §. His
accedit coram Reverendiſſimo Decano.*

Corroborabatur, & quinto, reflectendo,
quod tota quęſtionis hujus ambiguitas verſetur
in comprehenſione, necne bonorum ipſius pu-
pilli, ſive legitimæ eidem debitæ (quo etenim
ad bona Teſtatoris ſat erat ſimpliciſſima fidei-
commiſſaria); Quis dixerit, quod in caſu noſtro
non intellexerit Epigmenius diſponere de legi-
tima debita ipſi Franciſcæ Antoniæ tunc tempo-
ris infantis, dum ipſum relictum ſcutorum mille
ſub honorabili titulo inſtitutionis, antecedenti
clauſula *omni meliori modo* jam ſuapte natura
ſubrogabatur, loco legitime? Unde cum ſuper
eodem tantummodo legato ita ſubrogato cade-
ret infallanter ſubſtitutio, ex quo vix Franciſcæ
Antoniæ permittebatur facultas de ſcutis cen-
tum, non poterat proinde alio modo verificari
Epigmenii intentio, & ordinatio, quam per
importantiam ſubſtitutionis pupillaris, quæ ut
diximus vi ſua comprehendit bona propria & le-
gitimam ipſius pupilli juxta ea, quæ limitando
23 monet *Bart. in dicta l. Centurio n. 27. ff de vul-
gar. & pupillar., Bald. in leg. ex tribus n. 2., Cod.
de inoff. teſtam., Odd. de compend. art. 3. nu. 43.
Trentacinq. de ſubſtit. par. 4. cap. 2. nn. 21., Ri-
dolphin. allegat. 163. n. 4., Torr. de majorat. part.
2. quæſt. 9. num. 2.*

Denique potens concomitabatur argumentum
expreſſæ pupillaris ſubſtitutionis ordinatæ in re-
liquo, ſeu toto eſſe hæreditatis. Epigmenius
etenim Joſepho Mariæ filio pariter de eo tem-
pore pupillo aperte ſubſtituerat ipſam Cappel-
lam quoties moreretur *ſenza figli legitimi, e na-
turali primi dell' età d' anni dieidotto compiti*;
Quamobrem dum innegabiliter ſub prædicta
mentione ętatis includebatur ætas pupillaris
quatuordecim annorum, ſi verum eſt, quod in
majori explicito numero ſemper eminentius
contineatur, & minor, ut *per Rotam deciſ. 18.
24 num. 8. coram Bichio cum aliis in deciſ. 483. nu. 2.
coram Emerix jun.*; Utque ea ſubſtitutio, quæ
certo certius videbatur pupillaris in filio talis
etiam eſſe debebat in filia, ne in eodem gene-
re perſonarum, eodemque uſu verborum indif-
ferentia, ac communium, ut pariter ibi - *&
conſtituiſca una Cappellania &c.* diſformis emer-
geret intellectus, ac interpretatio diſpoſitionis
quemadmodum præter genericam, ſed urgen-
tem, & individuam regulam, *vulg. Text. in l.
hac jure ff. de vulgar. & pupillar. cum aliis per Bon-
den. collect. legal. 45. n. 58. vol. 2.* in his terminis
arguunt *Gall. de except. tit. 4. except. 21. n. 25.
par. 2., Modern. Scop. ad Merlin., Pignat. con-
trov. 9. n. 25. lib. 1., Rot. dec. 717. nu. 13. verſ.
Eoque magis cor. Coccin.*

Cæterum neque hæ conjecturę neque literę
ſtatuti potuit de juſtitia Dominos dimovere a
ſen-

ſenſu favorabili Lucretię avię illiuſque hęre-
dum : firmo ſiquidem remanente principio ſeu
caſu, de quo ſupra, nimirum, quod ubi tam
inſtitutio, quam ſubſtitutio reſtricta dignoſca-
tur ad quantitatem, ſeu rem certam eadem
ſubſtitutio veniat intelligenda pro fideicommiſ-
ſaria, manifeſtè corruebat ſtatutam & conje-
cturę. Statutum quippe Auximanum indefinite
loquebatur de propria vera univerſali, vel
ſaltem quotitativa ſubſtitutione, quę idcirco
25 compati poſſet cum ſubſtitutione pupillari, ne
ſtatutum trahęretur ad juridicam penitus ad-
ſurditatem, quod nuſquam fieri debet *Alex.
conſ. 52. num. 2. lib. 1. & conſ. 80. num. 8., Rot.
dec. 23. num. 12. & deciſ. 42. n. 9. coram Cerro,
& in Viterbien. manutentionis* 14. *Decemb.* 1699.
§. *Neque reluat coram R. P. D. meo* Scotto.

Quod autem ſubſtitutio, de qua tractatur
tanquam reſtricta ad quantitatem ſcutorum mil-
le compati non poſſet cum ſubſtitutione pupil-
lari evidens erat, quia in tantum conceditur
hæc quodammodo exorbitans Patri poteſtas diſ-
ponendi de re non ſua, in quantum ſuppleat illi
factioni teſtamentariæ legibus tam amicæ, qua
per mentis immaturæ deficientiam caret infans,
& pupillus, uti ſępius animadvertimus ſupra.
Sed non reperitur adeo pupillus, vel pro eo
Pater privilegiatus, ut queat condere teſtamen-
tum contra ipſarum legum reſiſtentiam, velu-
ti palam in hominibus paganis vetantium ne
quis decedat pro parte teſtatus & pro parte inte-
ſtatus aut in *l. jus noſtr. ff. de reg. jur.* ſicuti continge-
ret quoties teſtamentum pupilli reſtringeretur,
ut ad pręſens ad prędicta ſcuta mille, & non capeſ-
ſeret bona, quæ etiam poſt obitum Patris obve-
nire valerent eidem pupillo ex his, quę ratio-
nem hujuſce concluſionis eviſcerantes tradide-
26 rant Mareſcott. *var. reſolut. lib. 2. cap. 140. n. 23.
& 24., Cancer. var. reſolat. par. 1. cap. 1. nu. 12.,
Peregrin. de fideicomm. art. 34. num. 54. & ſeqq.,
Rot. deciſ. 22. ſub num.* 10. *poſt* Merlin. *de legiti-
ma*, ubi optime.

Non adverſante ad hoc propoſitum *Text. in
l. cohęredi §. final. ff. de vulgar. & pupillar.* per
quem punctualiſſime in terminis videtur Patri
permitti poteſtas pupillariter ſubſtituendi etiam
filio impuberi in re certa inſtituto, ut ubi non
videri eum victiofactam ſubſtitutionem his ver-
bis placuit- *Ille filius meus ſi intra pubertatis annos
deceſſerit, tunc in locum, partemve ejus Titius hæ-
res eſto non magis, quam ſi poſt demonſtratam con-
ditionem ſibi hęredem eſſe ſubſtitutum juſſiſſet*.

Siquidem tam hodierno teſtamento, quam
ipſi ſtatuto inapplicabile erat acutiſſimi Papi-
niani reſponſum in pręfata *l. cohæredi* ex quo ju-
ris conſultus ibi figurat in primis non interpræ-
tative in vim particularis ſtatuti, ſed cubitaliter
Patrem ſubſtituiſſe filio impuberi per verba
penitus directa civilia, *hæres eſto*, & ſic ad ter-
minos tertii caſus, de quo ſuperius §. *Tertia
regula* tunc etenim ultro jam admiſſimus com-
prehendi poſſe bona pupilli, ſed quod plus eſt
idem Papinianus in eo caſu pręſupponit nedum
filium fuiſſe inſtitutum in quota potius quam in
certa re, ut ibi *locum & partem*. ſed quod nullus
datus fuerit cohæres univerſalis, adeout ad
evitandum alia via idemmet abſurdum dece-
denti & ex parte ab inteſtato, & ex parte cum
teſtamento, locum ſibi queat occupare jus ac-
27 creſcendi ex perſona ſubſtituti ibi - *Nam, &
qui certæ rei hæres inſtituitur, cohæredem non
dato bonorum omnium hæreditatem obtinet*.

Quod equidem ſecus eſt in ſubjecta hypotheſi
in qua manifeſte datus apparebat Joſeph Maria
filius maſculus hæres univerſalis quemadmo-
dum reprobando *Altograd.* optime *cum Rot.
dec. 22. num. 66. poſt* Merlin. *de legitim. præ cę-
teris reſpondet Card. de Luc. de fideic. diſc. 122.
num. 3. ubipariter ex §. Verum enucleat ſanctio-
nem Text. in capt ſi Pater de teſtam. in 6.*

Adderem Ego; quod cum in hujuſcemodi cir-
cumſtantiis tota ſubſtitutio pupillaris conſiſte-
ret in nuda legitima Franciſcæ Antoniæ velu-
ti inſtitutę in præfata certa quantitate pro om-
ni, & toto eo quod prætendere poſſet ex bonis
paternis, maternis aliiſque, ac etiam ex titulo
legitimæ ſecundum ea quæ in propoſito conſi-
milis legati annotaverunt. *Cavarell. de legat.
lib. 11. cap. 5. quæſt. 2. num. 2. & 3. fol. 718.,
28 Rot. deciſ. 10. n. 17. & ſeq. part. 15. deciſ. 49.
num. 6. & ſeqq. part. 18. rec. cum pluribus in
Romana legati ſeu legitimæ 28. Februarii 1695.
§. Neque beneficio, & 17. Iun. ejuſdem anni §. 1.
coram R. P. D. meo Scotto.*

Profecto repugnat quod ad eamdem legiti-
mam reſtringendo diſpoſitionem, hęc eadem
legitima denudata omni alia qualitate, vel
quantitate bonorum, cadat ſub vinculo ejuſdem
ſubſtitutionis pupillaris, quando de natura
ipſius legitimæ præcipuum eſt, quod ea tan-
quam continuativa illius condominii, quod
habet filius, vel filia in vita Patris ex fuſe
perpenſis *in Romana legitimæ 9. Iunii 1698. ex
§. At non ſic eſt cum pluribus ſeq. coram Me* nuſ-
quam ſubici poſſit ulli oneri reſtitutionis, vel
fideicommiſſi quod Juris gladio reſecatur ad it-
teram *Text. in l. quoniam in prioribus & in leg.
ſcimus C. de inoff. teſtam., Rota deciſ. 52. num. 1.
& 2. coram Priolo, cum aliis abunde in Romana
legati ſeu legitimæ 28. Februarii 1695. §. Rele-
vante coram R. P. D. meo Scotto & in dicta Ro-
mana legitima §. At non ſic eſt coram Me.* Ideo-
que etiam non agnita tranſmittitur ad quoſcum-
30 que heredes extraneos, ſicuti proſequitur
*Surd. conſ. 341. num. 11 & ſeq., Merlin. de le-
git. lib. 5. tit. 3. quæſt. 9. a n. 5., Rot. deciſ. 668.
num. 1. & ſeqq par. 1. diverſ. deciſ. 168. n. 4.
5. & 6. par. 6. rec. dec. 8. num. 9. deciſ. 226.
num. 3., et deciſ. 739. num. 6. coram Eme-
rix. Iun.*

Ac propterea quemadmodum reſpectu filio-
rum puberum, hac majorum ad finem Subju-
gandi legitimam ſubſtitutioni, ſeu reſtitutioni,
neceſſarium extitit, quod Pater fideicommit-
tens

tens ... as de proprio libere honorando filium
filiamue, manifeſtet propriam intentionem, ac
obſervet celebrem cauthelam, quæ tribuitur
*Soccino ut cæteris recollectis habetur apud Gio-
uagnon, conſ. 1. num. 10. lib. 2., Rota deciſ.
653. num. 13. par. 1. rec. et deciſ. 989. n. 7. 8.
et 9. coram Card. Cerro* ubi aliæ concordantes,
*et in Carpentoracten. legati legitimæ 24. Ianuarii
1695. coram R. P. D. meo Caprara.*
Ita paritas rationis expoſcit, quod intendens
filium gravare in tota ac ſola ſua legitima id
ſaltem explicet per verba omnino directa, ac
civilia ad normam memoratæ *l. cohæredi*, & ad
ſenſum *Bartol. in ſæpe dicta l. Centurio num. 18.*
32 *ff. de vulgar. et pupillar.* alieſque relatos ſu-
pra *§. Sexta regula* quibus addi poteſt *Mantic.
de conject. ultim volunt. lib. 5. tit. 7. num. 11.*
Et ex his firmo remanente principio, quod
ubi tam inſtitutio quam ſubſtitutio ad certam
rem coarctatur, & maxime ad legitimam cę
teroquin debitam filio gravato parum adverſa-
bantur conjecturę, excludentes, vel includen-
tes voluntatem Epigmenii in facienda ſubſtitu-
tione pupillari, vel ex quo verba per ſuperius
animadverſa comprehenderit explicite, ſive
eminenter tempur etiam pupillaris ætatis, vel
ex quo de facto filię ſuæ infantilem ætatem ex-
preſſerit, vel demum ex quo reſpectu filii maſ-
culi hæredis univerſalis magis explicaverit æta-
tem pupillarem, unde coæqualis deberet ſumi
interpretatio ſubſtitutionis, cum ſimilib s quia
licet in ſecundo caſu fuerit præſuppoſitum ſatis
eſſe, ſubſtitutionem eſſe conceptam cum for-
mula omnium temporum diſtributiva, & regu-
la exiſtat veriſſima, ex jam allatis *in §. Octavum
denique* applicanda tamen ad rem, ſive ad in-
ſtitutionem ac ſubſtitutionem reſtrictam ad
certam rem, ac quantitatem, vel abſo-
lute non ſufficit mera voluntas juxta ratio-
nes proxime expenſas *in §. Q od autem; cum
ſeqq.* aut ſaltem debet voluntas apparere ma-
nifeſta, non per verba mere diſtributiva, ſeu
complexiva plurium temporum, ſed per illa
ſaltem verba, quæ lex requirit in ſubjugando
legitimam oneri reſtitutionis, ut in propoſito
dictæ *cauthelæ Soccini* ponderarunt. *Adden. ad
ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 489. nu. 27. Gra-
tian. diſcept. 983. num. 3., Rot. deciſ. 502. n. 6.*
33 *coram Pentinger. deciſ. 687. n. 6. & deciſ. 991.
num. 10. coram Emerix jun. & deciſ. 119. num. 2.
& 3. part. 14. recen. & in Romana legitimæ 9.
Iunii 1698. §. A non ſic eſt coram Me.*
Et ob id palpabiliter corruebat, imo retor-
quebatur etiam ponderatio quod non poſſet in-
ſtitutio ordinata per Epigmenium verificari in
alio, quam in ipſa legitima, prout quoque de-
cidebat quod verbum *ritorni* magis aſſimiletur
directæ quam obliquæ ſubſtitutioni, quia non id
circo reponi merebatur extra caſum verborum
communium ut ſupra *in §. Tertia* regula, quan-
do tamen non ſolum in hoc caſu deſiderantur
verba directa, ſedet directa, & civilia. Gene-
rica autem conſiderationis ipſæ cauſæ, ejuſque pri-
vilegium non eſt adeo fortis, ut prevaleat fa-
vore ipſius legitimæ, quæ uſque a Iure naturali
deſcendere plerique reputarunt ex his quæ in
terminis lateque articulo diſcuſſo poſt *Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 242. num.* 83. cæteroſque alle-
gatos, firmata fuerunt in *dec.* 183. *ex num. 17.
& 18. verſ. quia in ſucceſſione filiorum &c. coram
Carillo.*
De reliquo etiam, ubi dirimenda fuiſſet ex
abundanti quæſtio per vim, ac pondus conjectu-
rarum, validiores adſtabant pro excluſione ve-
ræ pupillaris ſubſtitutionis, ita ut etiam in hac
parte præfulgeret reſponſio data ad ſupradi-
ctum ſtatutum Auximanum, *In deciſione dicta
coram reverendiſſ. D. meo Decano in pręcedenti
inſtantia §. finali*, ex quo idem ſtatutum pro-
priam determinationem limitaverat per illa
verba *niſi evidens in contrarium voluntas diſpo-
nendis apparuerit* nam primario, conſideraba-
tur, quod Pater de ſua hæreditate reliquerat
ſcuta mille filiæ ſuæ *da conſegnarſeli in tempo, che
ſi mariterà nel ſecolo*, quapropter conſiderando
quod de ſuo dederat vel præſtari juſſerat ſcuta
mille, ecce quod inſpecto tam cortice, quam
rigore verborum neceſſarium erat inflectere ad
crudam obliquitatem, nedum illud verbum
commune, *ritorni* ſed etiam aliud quodcumque
quod in ſe fuiſſet directum quemadmodum fuſe
probarunt. *Honded. conſ. 73. n. 17. & 18. libr.
1., Fuſar. conſil. 115. per tot. et conſ. 186.
num. 14., Gratian. Diſcept. 518. num. 13., Fran-
ciſ. Palm. conſ. 61. num. 13, Rot. deciſ. 101.
num. 2. ibique Adden. litt.* A *coram Buratto et
dec. 183. num. 10. coram Carillo*, & habetur in
ſpecie apud *Caſtald. conſult. forenſ. lib. 2. conſult.
288. ex num. 1.*
Certius inſpecto tempore faciendæ conſigna-
tionis, videlicet ad diem ineundi matrimonii,
qui de jure verificari non valet, niſi pubeſcente
pupilla, ſive infante, aut impubere, ſicuti
ſancivit *Text. in cap. ex litteris de Sponſ. impub.
Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 114. num. 1., Nar-
bon. de ętat. ann. 7. quæſt. 7. num. 6. ann. 14.*
36 *quæſt. 9. num. 2., Baron. de effect. minor. ætat.
circ. Spiritual. eff. 4. num. 1.*, Et in his terminis
obſervat, *Caſtald. dict. conſult. 288. num. 2.*
Potiſſime demum, quia ſub eodem legato
Pater conceſſeat filiæ poteſtatem diſponendi de
ſcutis centum ibi - *e la medema mia figliola habbia
ſolo facoltà di diſporre di ſcudi cento*, Quomodo
etenim cenſeri poterat quod Pater ad normam,
atque aſſentiam pupillaris ſubſtitutionis diſpo-
nere, atque teſtari ſomniaverit pro filia: Si
eidem præſuppoſuerit in eſſe poteſtatem diſpo-
nendi, illique etiam eamdem poteſtatem inta-
ctam deſeruerat, de bonis a ſe legatis, quoad
ſcuta centum, qui utique modus legandi, at-
que gravandi nequit adaptari, niſi ad ſimplicem
fideicommiſſariam, ut reliquis generalioribus
prætermiſſis, nec abſcedendo a noſtra hypotheſi
optimi notat *Caſtald. conſult. forenſ. lib. 2. con-
ſult.*

Digitized by Google

ſult.288. ſub n.2. verſ. & omnis tollitur amaritudo cum num. ſeq.

Atque & his, aliſque etiam ſtudioſe prætermiſſis, Domini undequaque agnoſcentes juſtitiam præteritæ Sententiæ, pro illius confirmatione reſponderunt, utraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Ven. 16. Martii 1703.

ARGUMENTUM.

Executio, quæ vel nititur credito prorſus inſubſiſtenti vel inconſiderabili parte ſatisfactum, & extinctum nullo pacto eſt ſubſtentabilis. Aſſertur differentia, quæ intercedit inter exceſſum exiſtentem in mandato, & tranſcenſum concomitantem ipſam executionem jam perfecte conſumatam.

SUMMARIUM.

1 *Executio facta pro credito inſubſiſtenti eſt nulla, & irrita.*

2 *Item eſt nulla ſi facta fuerit vigore mandati exceſſivi ſive ultra ſummam vere debitam.*

3 *Differentia quæ intercedat inter exceſſum exiſtentem in mandato, et tranſcenſum concomitantem ipſam executionem jam conſumatam.*

4 *Solutio facta in aliqua quantitate, ex quo præſumatur etiam facta in totum.*

5 *Executionem judicialem ad effectum abſcindendi ſuperabundat quilibet exceſſus etiam in dubio.*

6 *Probatio emergens a publico inſtrumento ſuperat omne genus probationis.*

7 *Loca Montium hoc habent privilegium, ut præter vincula inſcripta, ſive attergata libere transferantur in Reſignatarium.*

8 *Executionem revalidare non valent fructus ex poſt decurſi.*

9 *Dotalia interuſuria conſtante matrimonio debentur Marito, et non Uxori.*

10 *Et poſt obitum Viri neceſſaria omnino eſt interpellatio, ad hoc ut Creditores illa conſequi poſſint.*

11 *Legitima detrahitur, deducto prius ære alieno Patris.*

DECISIO CCLXXVIII.

AGuito bono jure Fratrum de Manchellis pronunciaverat Rota coram R. P. D. meo Pio competere eiſdem remedium retinendæ poſſeſſionis locorum Montium ſubrogatorum loco cujuſdam medietatis Cenſus, quam illorum Authores ab Io. Baptiſta de Maximis conquiſiverant iterumque hodie perpenſis inſeparato dubio fundamentis præteriti judicati, quemadmodum DD. recta via ſeorſim reſpondere pro manutentione ad favorem eorumdem Fratrum, prout in altera Deciſione hujus diei, ita in præſenti confirmandam eſſe præcedentem Sententiam Rotalem inconcuſſe deliberarunt.

Motivum juſtitiæ (quia de validitate non adherat controverſia) præbuit exceſſus mandati,
cum quo Fratres ſpoliati remanſerunt præfata
medietate Cenſus a Mutio, aliſque de Maximis
ceſſionariis Portiæ filiæ ſuprad. Jo. Baptiſtæ
de Maximis. Hi etenim veſtientes jura dotalia
memoratæ Portiæ cedentis egerunt per toto ejus
credito dotali, reportatoque deſuper mandato
pariter pro tota ſumma, conſumpſere executionem
ad limites, & amplitudinem ipſius mandati
unde non erat ullo pacto ſubſtentabilis illa;
executio, quæ vel nitebatur credito prorſus
inſubſiſtenti, vel innegabiliter erat in conſiderabili
parte ſatisfactum, & extinctum ſecundum ea, quæ
circa creditum inexiſtens quoti-
1 die habentur, & ſignanter apud *Poſth. de ſub-
haſt. inſpect. 50. num. 11., Rota deciſ. 206. n. 8.
& 9. & dec. 219. n. 1. 2. & 3. par. 18. rec.*, &
quo ad executionem expletam vigore mandati
exceſſivi, ſive ultra ſummam vere debitam,
2 concordant idem *Poſth. ubi ſupra n. 1. & ſeqq.
Thomat. deciſ. Macerat. 272. num. 13., Rota
coram Ludoviſ. dec. 198. ibique Adden., & coram
Pamphil. dec. 656. n. 1. & 2., ibique pariter
Adden. n. 15.*
Ea quippe differentia eſt inter exceſſum ſimpliciter
exiſtentem in mandato; & tranſcenſum
concomitantem ipſam executionem perfecte
conſumatam, ut illa juris indulgentia,
quæ facit, ut mandatum ſubſtentari valeat pro
ſumma vere debita, in nihilo refragetur, quan-
3 do ſuperaccedit poſitiva executio ſpoliativa
debitoris, ad tradita per *Ridolph. in prax. judic.
p. 1. cap. 5. num. 22. cum duobus ſeqq. adden. ad
Burratt. dec. 91. num. 6. in fine, Rota cor. Duran.
dec. 388. n. 3. & 4., coram Emerix jun.
dec. 1353. n. 4., dec. 269. n. 8. & 9. p. 16. rec.*
cum aliis in *deciſ. hujus Cauſæ 18. Aprilis 1701.
§. Non attento coram. R. P. D. meo Pio.*
Et ſane circa inſubſiſtentiam omnimodam
crediti non defuiſſent forſan conſiderabiles conjecturæ,
& rationes, agebatur namque de Apoca
ſimpliciſſima, & ſi poſt modum in quodam
Officio Capitolino, ut aſſerebatur, producta,
de re geſta inter Patrem, & Filiam, & de ſolutione
hujus crediti apparente in valde eximia
quantitate: quapropter non erat omnino abſonum
præſupponere, ſeu præſumere ad relevationem
tertii, & extranei, quod ſatisfactio
præceſſiſſet etiam in totum, ſicuti non longe
4 ab hoc propoſito animadvertit *Mareſcott. var.
reſol. lib. 1. cap. 8. nu. 14., Rota dec. 82. n. 22.
p. 10. rec., in Senogallien. Dotis 22. Martii
1686. §. Secundo autem coram bo. mem. Urſino
in Faventina Dotis 3. Aprilis 1693. §. Minoris
relevantia coram R. P. D. Manuel, & in Aſculana
Cauthela Angeli 9. Maii 1695. §. Inſubſiſtentia
coram R. P. D. meo Pio.*
At Domini pedem minime figentes ſuper
hac priori parte dilematis, claram exiſtimarunt
promanare Juſtitiam præcedentis judicati
ab incontrovertibili, ut præmiſimus, patefactione,
quod hujuſmodi creditum dotale
5 Portiæ per probationem undique probatam

oſten-

oſtenderetur in maxima ejus parte peremptum, cum ad effectum abſcindendi judicialem executionem ſuperabbundet quilibet exceſſus etiam, ut dici ſolet, in obulo, juxta doctrinam *Barth. Bald. Paul. de Caſtr.*, *& aliorum in l. ſi non ſortem §. Si centum, ff. de condict. indebit.*, *Rota dec. 779. n. 7. coram Dunoz. jun. dec. 124. n. 1. & ſeq. & dec. 889. num. 4. coram Cerro*,

Quod autem conſtaret de hac nimium conſiderabili partiali ſolutione palam fiebat per litteram Inſtrumenti celebrati inter eandem Portiam cedentem, & ipſosmet Fratres de Maximis reos conventos: in eo namque rotunde legebatur, quod Portiæ ab Jo. Baptiſta Patre in excomputum ſuæ dotis fuerant aſſignata, & tradita brevi manu ſcuta centum, ſexdecim loca Montium, & quædam aliæ partitæ Cenſuum, unde non erat impugnabile, quod pro hac correſpondenti ſumma, & importantia dos remanſiſſet,
6 imminuta; nulla ſiquidem major juſtificatio valet exoptari, quam emergentia publico Inſtrumento *l. pecuniæ ſolutæ*, *& l. intereſt*, *& utrobique Bald. C. de ſolut.*, *Rota dec. 44. num. 1. & dec. 507. pariter num. 1. coram Emerix jun.*

Hiſque propoſitionibus ſolidatis parum officiebat, quod demenda eſſent ab hac extinctione ſeu ſolutione aliqua ex præfatis locis Montium, veluti fideicommiſſaria, ſicque ad ſummum transferibilia durante vita Jo: Baptiſtæ gravati; nam quando etiam replicatio hæc fomentum aliquod recepiſſet, ſuperabant intentum Fratrum Actorum ſola miſerabilia ſcuta centum, quæ ſunt pluſquam obulum exhuberans, ut ſupra & nihilominus de hujuſmodi fideicommiſſo nullibi huc uſque patefactum fuit documentum, quod tamen neque pariter ſuffecisſet quoad loca Montium, quia cum iſta libera apparerent, nullumque in litteris patentibus fuiſſet fideicommiſſi vinculum inſcriptum, ſive attergatum, abſolutum fiebat, quod tam ex intrinſeca natura
7 Montium, quam ex notorio Privilegio, ſeu declaratione ſa. me. Urbani VIII. pertranſiverint libera, & immunia in Portiam reſignatariam, ex pluries jam affirmatis, & præſertim in *dec. 81.*, *dec. 82. num. 1.*, *dec. 83. num. 3. poſt Modern. ad Statut. Urb.* cum aliis in *Romana Primogenitura de Albericis 3. Julii 1702. §. Final. coram Me*.

Ejuſdemq; finalis inrelevantiæ coruſcabat ad ſubſtentationem tam mandati, quam executionis conſummatæ ſuperadſcita pretenſio fructuum, ultraquod enim fructus hujuſmodi ex poſt decurſi non valuiſſent revalidare executionem exceſſive perantea commiſſam, ex bene perpenſis in
8 *Spoletana Dotis 27. Jun. 1701. §. Atque hinc coram R. P. D. meo Lancetta*, quomodocumque caperentur hi fructus, non erant apti nocere Manchellis, executionemque contra eos exaratam mederi, quia dotalia interuſuria conſtante Matrimonio debeantur Marito, & non
9 Portiæ, teſte *Barthol. conſ. 128. lib. 1.*, *Alexan. conſ. 141. num. 5. lib. 5.*; *Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 45. num. 49. & ſeqq.*, *Card. de Luca de dot. diſc. 160. n. 21. & ſeqq.*, *Rota poſt Modern. ad Statut. Urb. dec. 190. num. 6.*, *& in Aprutina Pecuniaria 15. Decembris 1702. §. Neutra coram R. P. D. meo Priolo*.

Poſt obitum viri neceſſaria omnino erat interpellatione, de qua minime docebatur, ad ter-
10 minos *Statuti Urbis cap. 137. lib. 1. ubi Fenzon. num. 29. et ſeqq.*; quatenus vero eadem interuſuria peterentur, tamquam ſequela legitimæ Filiæ debitæ in bonis Patris, cum nemo ignoret titulum legitimæ allegabilem non eſſe in vita Patris, jam ex poſt extare de medio enitebat creditum Authorum Fratrum de Manchellis, cui legitima poſterior ex quocumque jure etiam naturæ proſiliens nequit inferre præjudicium, vel impedimentum exiſtente ſemper potiori cauſa creditorum Patris, quam legitimæ Filiorum, ut eſt vulgatum, & comprobat *Text. in*
11 *l. Papinianus*, *§. Quarta*, *ff. de inoffic. teſtam.*, *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 16. a num. 1.*, *Card. de Luca de legit. diſc. 29. num. 32.*, *Rota in Urbevetana ſupplementi Legitimæ 14. Novembris 1699. §. Demum coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano*.

Et ita Manchellis tantum informantibus, Reiſq. ſepius laceſſitis &c.

EADEM SUPER MANUTENTIONE.

Ven. 16 Martii 1703.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio non denegatur illi, qui mediante exceſſiva executione ſpolium paſſus fuit.*

OB inexcuſabilem exceſſum a Mutio, aliiſque de Maximis perpetratum in executione facta ſuper medietate Cenſus, de quo tractabatur, illumque ſatis ſuperque dilucidatum, ac ſtabilitum in meritis, ac in altera Deciſ. hujus diei, conſequens erat, ut præter cætera motiva ad eumdem effectum ponderata in Deciſionibus R. P. D. mei Pii, ad quas etiam DD. quatenus oportuiſſet habuerunt ſe ſe remiſſive, non foret ullo modo denegabilis manutentio Fratribus de Manchellis, qui mediante hac exceſſiva executione ſpolium lugebant, prout paſſim ex recepta doctrina *Angeli de Peruſ.*, *et Imol. in l. clam poſſidere*, *ff. de acquir. vel amitten. poſſeſ.* practicatum legimus, & præcipue reliquis omiſſis videre eſt in *deciſ. 946. num. 4. coram Emerix. jun. dec. 359. num. 8. p. 1.*, *dec. 630. num. 2. & 3. dec. 690. num. 4. p. 2.*, *dec. 206.*, *& dec. 210. p. 18. & dec. 331. num. 1. & ſeqq. par. 19. rec.*

Et ita pari modo Manchellis dumtaxat jura ſua deducentibus, Reis autem detrectantibus Domini reſponderunt &c.

RO-

ROMANA FIDEICOMMISSI MVTII DE BVBALO SVPER CENSIBVS ET ARGENTIS.

Mercurii 21. Martii 1703.

ARGVMENTVM.

Leges in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Reſtaurum eſt ſemper reficiendum, ſi acceptum cum dato non coæquet.*
2 *Folium exaratum a Viro inſignis probitatis, cum aliis circumſtantiis eſt attendendum,*
3 *Præſumptio quælibet veritati cedere debet.*
4 *Verba expreſſa præferri debent quibuſcumque conjecturis.*
5 *Jus ſuum unicuique reddi debet etiam quoad obulum.*
6 *Hæres rationem non reddens de bonis inventariatis tenetur illa reſiſcere, & perſolvere ſucceſſivis hæredibus.*
7 *Qualibet confeſſio reſultans a deſcriptione Executorum teſtamentariorum præſcindere nequit a ſua qualitate,*
8 *Fruſtra quid petit, quod intus habet.*

DECISIO CCLXXIX.

APpenſis ad trutinam S. Auditorii ob reportatam a March. Bartolomæo & Rainerio novam delegationem, ſeu commiſſionem reſtitutionis in integrum circa æs, & hæreditatem Mutii de Bubalo pluribus partitis coram R. P. D. meo dell' Olmo ad finem dignoſcendi, utrum idem Marchio Bartholomæus & Rainerius promitterentur ſucurri per ſupradictam viam expoſtulatæ reſtitutionis in integrum. *Quinta* in ordine conſequta. eſt ad inſtrumentum actorum reſtaurum in ſc. 525. *Sexta* vero tunc viſa eſt minus in ſe habere quamquod valeret concurrere ad eamdem reſtitutionem in integrum ſicuti habetur in deciſione deſuper publicata *ſub die* 18. *Junii* 1700. coram præfato nuſquam tamen ſatis laudato R. P. D. *dell' Olmo*, ſed denuo partibus hodie ad ulteriorem ſatisfactionem auditis coram Me tamquam ſuffecto in locum ejuſdem R. P. D. meo dell' Olmo mediante opportuna ſubdiviſione dubiorum perſtitum quidem fuit ſubſtantialiter *in deciſis*, at cum aliquo temperamento ſive, ut decet, & ob id practicatur in noſtro Tribunali juxta modum *per Me* recte & opportunæ explican.

Quo enim ad quintam partitam iterum conſtitit apud Dominos, quod cenſus activi reperti in ære & hæreditate Mutii conſcendebant ad ſc. 20075. unde cum habentes cauſam a Hyacintho hærede gravato Mutii fideicommittentis rationem non redderent niſi de ſc. 19550. certum emicabat quod præd. March. Bartholomæus & Rainerius fideicommiſſarii reſtabant credi-
1 tores in ſupradicta quantitate ſc. 525. ac proinde illis debebatur commemoratum reſtaurum, quemadmodum de jure eſt in omni genere liquidorum rationem ſummæ deficientis, ſeu non coæquantis acceptum cum dato ſecundum ad rem connotata per *DD. in l. curri ſervus ff. de condit. & demonſtrat., Bald. in rubr. C. fid. Inſtr. n. 62. verſ. ſequitur videre Socin. Sen. conſ.* 149. *ſub n.* 3. *verſ. nam*, ut inquit *Bald. Reminal. Icen. conſ.* 158. *a n.* 31. *& ſeqq.*, *Munoz. de ratiocin. cap.* 10. *ſub n.* 42., *Card. de Luc. de canon. diſc.* 7. *n.* 4., *Rot. dec.* 329. *num.* 2. *coram Burat.*, *dec.* 381. *num.* 4. *cor. Cocin.*, *dec.* 60. *n.* 2. *cor. Ottbobon.*, *dec.* 622. *ſub n.* 4. *verſ. Sed non propter par.* 3. *dec.* 198. *num.* 1. *par.* 10. *dec.* 204. *n.* 7. *par.* 14. *& dec.* 14. *n.* 2. *par.* 18. *rec.*

In nihilo obiiſtente fragili objectione quod folium Hyacinthi non cantaret, niſi pro præfata quantitate ſc. 19550. quoniam adamuſſim hoc erat de quo conquerebantur actores quantũvis enim eid. folio quod fuerat quædam veluti matrix prætenſiones eorumdem actorum unde & aſſecuti fuerunt immiſſionem S. Tribunal
2 cenſuerit eſſe in dubio deferendum, ut latè perſpectis circumſtantiis, & inſigni probitate ejuſdem Hyacinthi demonſtratum fuit in altera *Romana Fideicomm. Mutii de Bubalo ſub die* 12. *Maji* 1702. *cor. Me* nihilominus quælibet præſumptio cedere de neceſſitate debebat veritati
3 patefactæ *in Summ. actorum num.* 1. pro ſumma iſtorum ſenſuum aſcenden. in rei veritate, ac effective, & ineluctabiliter ad ſc. 20075. ut eſt tritum, & vulgare in jure noſtro ex *tradit. per Felin. in cap. per tuas ante finem verſ. quarto nota de probat. dec. conſ.* 400. *n.* 8. *cum reliquis apud Barboſ. Axiom.* 186. *n.* 2., *& Rot. in Romana Cambii* 24. *Januarii* 1698. §. *Remanebat circa finem cor. Me inter hactenus impreſſas deciſ.* 26.

Fruſtraque in hoc propoſito hæres Hyacinthi ad finem præſervandi ſuppoſitum in eodem folio recurrebat ad honeſtam probabilitatem quod ſumma ſc. 525. deficiẽns fortaſſe voluerit juxta contigentiam retroventitionis eorumdem cenſuum hæreditariorum Mutii inveſtiri in aliis effectibus quia hæc poſſibilitas remanebat manca in qualibet exteriori probatione, & proinde actores habentes pro ſe palpabile fulcimentum juſtificationis exiſtentiæ cenſuum in quantitate ſc. 20075. recte replicabant cum cæco Evangelii
4 Domine fac ut videam, ut a fortiori occaſione conjecturarum con. verba expreſſa dicebat juriſconſultus *in l. ille* §. *Cum in verbis ff. de leg.* 1. *Surd. conſ.* 336. *ſub n.* 4. *verſ. Tutius tamen*, *Menoch. de præſumpt. l.* 1. *quæſt.* 21. *n.* 5., *Card. de Luc. de regal. diſc.* 8. *n.* 2. *& diſc.* 31. *n.* 10., *Rot. dec.* 157. *n.* 12. *verſ. non obſtant cor. Greg.*, *dec.* 676. *n.* 26. *cor. Dunoz. Jun.*, *& dec.* 144. *n.* 14. *par.* 11. *dec.* 556. *num.* 11. *par.* 18., *& dec.* 185. *num.* 10. *par.* 19. *rec.*

Firmata igitur ab initio inſinuata perſiſtentia in deciſis in ordine ad quintam partitam, idem profecto determinaſſent Domini quoad ſextàm reſpicientem argenta verum trutinantes hujuſce partitæ ſubtiliorem relevantiam,ut pro-
5 priam ſuperimplerent obligationem redendi jus etiam quoad obulum admonitum juriſconſulti in *l. Juſtitia ff. de Juſt. & jur. quod cum Philoſph. quinta & hic cap. 2. recipit div. Thom. 2. 2. quæſt. 38. art. 1. & ſine contradictore ſequuntur noſtri ac præ cæteris Bald. conſ. 218. col. 2. in fin. verſ. omittamus lib. 3., Bebel. de oblig. Juſt. l. 1. queſt. 3. ſeſs. 1. per tot. ubi concordan. & Rot. dec. 520. n. 1. par. 19. rec. tom. 2. cum aliis adductis in Romana Grani 27. Januarii 1698. §. 1. in fin. cor. Me iterum impreſ. dec. 27.*

Conſiderarunt duplicis generis ſive ſpeciei eſſe argumenta, quæ ab actoribus ad normã memorati folii petebantur a principio & fuerant illis boniſicata ſive ex tradita altera nimirum argentorum allibratorum ad pondus, & altera nullatenus ponderatorum. Primum genus, ſive ſpecies videlicet allibratorum ad pondus conſiſtebat in libris 96. ſecunda autem in pluribus argumentis ad familiarem uſum elaboratis, cumque de his poſtremis ſive de hac ſecunda ſpecie deſcripta in inventario confecto per executores Teſtamentarios Mutii fideicommittentis nulla fuiſſet reddita ratio per hæredem Hyacinthi conſequens erat, quod illam eamdem-
6 met ſpeciem argentorum, vel ad illius appretium hæreditas Hyacinthi foret condemnanda, ut ad rem dixerunt, & affirmarunt *Bartol. in l. 2. §. Mutui datio n. 21. ff. ſi certum petat & ibi Iaſon. n. 8., Cenc. de cenſ. par. 2. art. 3. par. 4. art. 4. n. 12., Scacc. de commerc. §. 2., Gloſſ. 5. num. 127., & prius Gloſſ. 3. n. 115. & 122. Gutierez de juram. confirm. par. 1. cap. 29. num. 1., Ceval. commun. con. commun. concluſ. 889. nu. 99. Laiman. in ſua Theologia moral. lib. 3. de Juſt. tract. 3. par. 1. cap. 5. nu. 14. & pluribus allegat. Rubens in annot. ad deciſ. 67. a num. 54. ad 56. par. 9. rec.*

Replicabat hæres hujuſmodi diſcurſum recte procedere voluiſſe quotieſcumque prefatis actoribus non obſtaret adagium fruſtra petis, quod intus habes, nam quod ad argenta intra ſpheram hujus ſecundæ claſſis non allibrata jam delenda manifeſte erant argenta tertio loco adnotata voluti per executores Teſtamentarios nequaquam abſoluti deſcripta tamquam pertinentia ad hæreditatem Mutii fideicommittentis ſed potius ad relationem domeſtici familiaris conſiderata tamquam ad Quintium fratrem ejuſdem Mutii attinentia nequaquam etenim poterant actores objurgare folium Hyacinthi reſtrictum ad libras 96. ſub prætextu hujus inventarii, ſive deſcriptionis factæ per executores ſupradicto modo qualificatæ ad regulam, quod quælibet confeſſio, quæ reſultaret a ſupradicta deſcriptione executorum nequibat pre-
7 ſcindi a ſua qualitate per *Bartol. in l. Aurelius §. Idem queſiit. n. pr. & 2. ff. de libera legat. Salicet. in l. ſiquidem 24. n. 2. c. de tranſact. Eugen. conſ. 63. n. 44. lib. 1., Vermigliol. conſ. crimin. 247. n. pr. & 2., Marc. Ant. var. reſolut. lib. 3. reſolut. 35. n. 12., de Angel. de confeſs. lib. 3. quæſt. 11. num. pr., Sard. dec. 258. nu. 4., Aut. de Amat. dec. 81. num. 3. Rot. dec. 453. nu. 8. coram Burat. dec. 579. n. 7. cor. Emerix Jun. dec. 158. num. 5. par. 2., dec. 308. num. 9. par. 13., deciſ. 516. num. pr. par. 14., & dec. 57. num. 7. par. 17. rec.*

Et ſi quid in mox enunciata deſcriptione executorum reperiebatur conſiſtens in crateribus aliiſque vaſibus, ſive Inſtrumentis argenteis ad normam facti *coram Me* concordati remanebat ſupletum ex ipſa ingenua boniſicatione facta per Hyacinthum in ejus enunciato folio, in quo jam ad ſui debitum repoſuerat libras argenti 96. quando de vigore ſeptem libre circiter erant ſubducendæ a præd. quantitate librar. 96. utpote alias parimodo de quo ſupra ſpectau. ad eumdem Quintium & Druſillam uxorem Mutii juxta calculum diſtributum a Patrono heredis Hyacinthi ſub litt. A. ideoque quod abundius fuerat connumeratum in folio Hyacinthi æque valebat, ac debebat compenſari cum eo, quod fuerat connumeratum in deſcriptione executo-
8 rum, ſive de natura compenſationis, ſive de ratione de qua meminimus fruſtra petis quod intus habes, ut inquit ad *Tex. in § Si res aliena inſtit. de legat. Grat. diſcept. 731. n. 27., Rot. dec. 240. n. 11. cor. Celſ. & 380. n. 3. par. 16. rec.*

In hoc itaque conflictu, ac lite de paupere regno Domini amplectentes replicationem hæredis Hyacinthi ad modum adjecere, quod examinaretur differentia, quæ poſſet intercedere inter ſeptem libras argenti plus deſcriptas in folio Hyacinthi. ac inter reſpective vaſcula crateres aliaq; conſimilia nimis ſcrupuloſe evaginata per actores.

Vtraque &c.

NULLIUS, SEU LEGIONEN. JURISDICTIONIS SUPER BONO JURE.

Ven. 23. Martii 1703.

ARGUMENTUM.

Juriſdictio Spiritualis nunquam conceſſa præſumitur Laicis, ſed tantum Perſonis eccleſiaſticis, niſi de hac conceſſione facta Laicis apertiſſime conſtet. Diſmembratio in ſpiritualibus tanquam tertio præjudicialis non eſt extendenda, neque facienda eſt illatio a conceſſione facta per Principem de temporalibus, ad ſpiritualia etiam, quæ indigent ſpeciali animadverſione, & nota. In diſmembratione quid fuerit compræhenſam optime declaratur ab obſervantia proxima & diſcretive procedente. Militiæ S. Jacobi de Spatha Legionen. privilegium conceſſum ab *Alex. III. in ejus conſtit.* 5. circa Juriſdictionem ſpiritualem, extendendum non

eſt

eſt ultra Clericos, & Vicarios ejuſdem Ordinis, nec ſecularibus ſpectare debet.

SVMMARIVM.

1 *Laicus ſe immiſcere nequit in iis quę ſpectant ad ſpiritualem juriſdictionem.*

2 *Niſi doceat de claro privilegio Papæ in quo reſidet, & a quo fluit omnis juriſdictio eccleſiaſtica.*

3 *De poteſtate Papæ nefas eſt dubitare.*

4 *Militiæ S. Iacobi de Spatha Legionen., quæ privilegia a ſummis Pontifibus conceſſa fuerint.*

5 *Et Iuriſdictio in ſpiritualibus d.* Militiæ *Priori concedenda eſt, fortius ſi dictus Prior doceat de pluribus actibus Iuriſdictionalibus in Perſonas, & res ſpirituales.*

6 *Suppoſita alienandi facultate regulariter tranſeunt inalienatarium, & ceſſionarium omnia Iura, quæ ex cauſa, & occaſione rei alienatæ perantea competebant alienati.*

7 *Spiritualis Iuriſdictio in contractu deduci nequit abſque labe Simoniæ, bene vero transferetur cum univerſitate bonorum.*

8 *Verba ubi ſunt clara, opus non eſt conjecturis.*

9 *In quibuſcumque actibus humanis non ſufficit voluntas, ſed æque requiritur poteſtas faciendi.*

10 *Iuriſdictio ſpiritualis Clericis tantum a ſummo Pontifice conceſſa extendi nequit ad Laicos, &* Mulieres.

11 *Verba quomodolibet ambigua interpretationem ſemper recipiunt ab adjunctis.*

12 *Formula, quæ practicatur in quibuſcumque inveſtituris, & conceſſionibus Feudorum.*

13 *Iura ſpiritualia ad hoc, ut conceſſa etiam dicantur, neceſſe habent ſpeciali animadverſione, & nota.*

14 *Reintegratio, ſeu reimburſatio fieri ſemper debet de æquo, et condigno.*

15 *Diſmembratio tanquam tertio præjudicialis ſtricte capienda eſt, neque extendi poteſt.*

16 *A defectu poteſtatis arguitur ad alterum defectum voluntatis.*

17 *Ius patronatus non pręſumitur caſtro annexum, itaut eum univerſitate villę, comitatus tranſeat, ſed eſt plene probandum.*

18 *Iuriſdictio conceſſa alicui Ordini, et in ſpecie Ordini S. Iacobi de Spatba Legionen. a nullo alio exerceri poteſt niſi a* Militibus, *vel eorum Clericis, & Vicariis*

19 *Verba conſecutiva, vel inferius appoſita ſemper explicantur in ſenſu, in quo ſupra fuerunt uſurpata.*

20 *Idem loquendi modus ad diverſa trahi non debet.*

21 *Ad temporalem juriſdictionem pertinent per ſpeciem regaliæ* Cacciagione, Peſca, Scrivania, Taglia, impoſizione &c.

22 *Diſmembrationis, ſeu diſtractionis qualitas probari poteſt ex obſervantia tam proxima quam diſcretive procedente.*

23 *Pro conſervando aliquo titulo & jure univerſali non conſtito de legitima præſcriptione, ſuprabundat concurſus unius actus.*

24 *Exercitium Iuriſdictionis ſpiritualis ex quibus probari poſſit.*

25 *Actus incerti, & equivoci referuntur ad titulum, & actus magis certos, & veros.*

26 *Diſcretiva locutio diverſam voluntatem demonſtrat.*

27 *Ejus eſt abſolvere, cujus eſt ligare.*

28 *Actus quoties includit verba* ſenza prægiudizio *incapax non eſt ad inferendum præjudicium Iura ſua præſeruanti.*

DECISIO CCLXXX.

AD coercendam Maurorum ferociam Catholicæ Fidei non minus, quam præclaris Hiſpaniarum Regnis procaciter inſultantem ſtatuere Pontiſicec e Vaticano pluribus privilegiis excitare Militiam inibi generoſe florentem ſub auſpiciis Divi Jacobi de Spatha; præcæteris namque *Alexan. III. in ejus Conſt.* 5. eidem Militiæ largitus eſt prerogativam Jurisdictionis Spiritualis etiam in Populum illorum Locorum, quæ prælaudati Milites a Barbarorum manibus eripuiſſent, dummodo Juriſdictio hæc per illius Clericos congrue exerceretur, & Adrianus nomine VI. ſuperadiecit generale Magiſterium ipſius Ordinis in perſona Regum pro tempore Caſtellæ, & Legionis: quamobrem in ſequelam hujuſmodi Privilegiorum in conſimilibus Locis Juriſdictionem hanc Priores, aliive Superiores Sancti Jacobi pacifice explevere prout & ſignanter in loco nuncupato *de Benamexi* ab immemorabili exercuere Priores memoratæ Militiæ, donec D. Marchio, ſeu Dominus Temporalis ipſiuſmet Villę, præſupponens hanc ſibi Spiritualem Juriſdictionem fuiſſe transfuſam ab Invictiſſimo Imperatore, & Rege Carolo V. occaſione diſtractionis oneroſę ejuſdem Villæ factæ in ejus Pravos, ſive Authores litem inſtruxit adverſus hodiernum Priorem: Sed in iterato certamine in Partibus commiſſo luctuoſe ſuccubuit uſque per binas Sententias contra ſe reportatas, de quarum viribus, & Juſtitia, cum foret in gradu noviſſimæ appellationis poſt dilationem a D. Marchione petitam, & a Sacro Tribunali conceſſam acriter in hodierna audientia diſceptatom, ea in præſentibus Facti circumſtantiis tam lucida præfulxit, ut non abnuerint Domini concorditer reſpondere *Iuriſdictionem competere Priori.*

Siquidem quicquid dicendum fuiſſet, ubi contentio verſaretur inter vere Diœceſanum, & Epiſcopum, ipſumve Priorem, in quibus fortaſſe terminis maturius examinari oportuiſſet enunciatorum Privilegiorum applicatio, certe in præſenti colluctatione res videbatur expedita fayore Prioris, non ſolum ad excluſionem D.
1 Marchionis ejus oppugnatoris, qui veluti perſona mere Laica tangere non poterat meſſem Domini, ſeque immiſcere in diſtrictione gladii,

ſive

1 ſive Juriſdictionis Spiritualis reſiſtente perpetuo
interdicto Eccleſiæ *in cap. per Loicos*, *& in cap.
Laicis* 16. *quæſt.* 7., *Garz. de Beneſic. par.* 1. *cap.*
2. *num.* 35., *Rot. deciſ.* 957. *num.* 4. *coram Sera-
phino*, *deciſ.* 772. *num.* 4. *& deciſ.* 806. *num.* 10.
part. 13. *Recentior. & in Leodien. Iuriſdictionis*
11. *Aprilis* 1698. *§. Vlterius*, *coram Reverendiſ.
D. meo Molines Decano*. Cum ad hunc effectum
2 ſaltem exigatur palmare Privilegium Papæ, in
quo reſidet, & a quo fluit omnis Juriſdictio Ec-
cleſiaſtica juxta *doctrinam Abbat. in cap Decer-
nimus* 2. *num.* 6. *ibique Rip. num.* 34. 40. *&* 73.,
Marc. Mant. num. 14. *de Judic Id. Abb. in cap.
quanto ſecul. titul. Monach. in cap.* 2. *de Præbend.
in* 6. *Rebuff. in prax. Beneſ. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 9.
*Germon. de Indult. Card. §. In quibuſcam-
que numer.* 6., *Bellug. in Specul. Princip.
rubr.* 11. *§. Videndum num.* 17. *in fin.*, *Tam-
bur. de Iur. Abbatiſſ. tom.* 4. *diſp.* 32. *quæſt.* 4.
num. 2.

Verum quoque ad poſitivam ejuſdemmet
Prioris incluſionem ob litteralem poteſtatem,
ut ab initio enunciavimus, Ordini huic attribu-
tam à Summis Pontificibus pro Locis ab ipſo
3 Ordine recuperatis, ac cultui Orthodoxo reſti-
tutis: cum de Poteſtate Papali nefas ſit, ex mox
præmiſſis, ambigere, ſicuti e converſo proſe-
cuntur, *Sbrozz. de Vicar. lib.* 1. *quæſt.* 31. *n.* 15.
Cabed. de Patronat. Reg. Coron. cap. 1. *num.* 4.
Card. de Luca de Beneſ. diſc. 9. *num.* 10., *Rota
deciſ.* 267. *num.* 16 *coram Bichio*, & in indivi-
duo hujus Militiæ tradiderunt *Bernard. Juſtin.
4 in Hiſtor. Cronologic. Ordin. Militar. tom.* 1. *cap.*
26. *§. Le dignità f.* 350.. *Didac. dela Mott. lib.* 2.
de Orig. & princip. Ordin. S. Iacobi f. 66. *Mend.
de Ordin. Milit. diſqu.* 7. *quæſt.* 5. *num.* 62. ubi
ſpeciſice de Priore S. Marci Legionen. *& qu.* 12.
num. 141. *& diſq.* 8. *qu.* 1.

Robuſtius vero cum Prior ex datis *in ſuo Sum-
mario* præcedentis propoſitionis *ſuper Manuten-
tione ex num.* 7. *cum pluribus ſeqq.* & in altero
ſuper bono jure num 6. clare docuerit, ultra con-
feſſiones moderni D. Marchionis, ejuſque Au-
thorum, de incontrovertibili exercitio plurium
actuum Juriſdictionalium in perſonas reſque
Spirituales, unde nemine alia perſona Eccleſia-
ſtica comparente hoc ipſum exuberaret nedum
5 reſpectu Laici collitigantis, ſed indiſtincte etiam
ſine baſe ſupradicti Privilegii ad comproban-
dam, ſtabiliendamve Juriſdictionem ſicuti mo-
net *Innocent. in cap. Dilecto ſub num.* 10. *ibidemq;
Zabarell. num.* 8. *Jo: Andr. num.* 40. *Abb. ſub
num.* 9. *de Offic. Archidiacon. Solorzan. de Jur.
Indiar. tom.* 1. *cap.* 3 *num.* 60. *tom.* 1.

Comparative ad hæc inconcuſſa fundamenta
leves apparuerunt exceptiones, ſive prætenſio-
nes D. Marchionis: inutiliter etenim inniti viſus
eſt Indultis a fa:mem: Clemente VII., & Paulo
III. merito profuſis in eumdem Imperatorem,
& Regem Carolum V., videlicet quod cum ad
muniendas oras Regni Granatæ prænominati
Pontifices conceſſerint ipſi Imperatori liberam
poteſt atem diſmembrandi a Menſis, & Præcep-
toris Ordinis Sancti Jacobi tot Bona immobilia
(ſunt verba præciſa) *etiam Oppida*, *Fortalitia*,
ac Loca, *& Vaſſallorum Juriſdictiones*, *ſeu Nemo-
ra*, *Saltus*, *& Paſcua &c. ad valorem* 40. *mil.
ducatorum Auri*; adeout illæ perſonæ, in quas
diſmembrationis conſumeretur effectus a nemi-
ne poſſent moleſtari, idem autem Imperator
prævia diſmembratione præcæteris Tenutæ de
Benamexi *inſieme colli ſuoi Territorii Fortezza*,
Rendite, *Giuriſdizione*, *e Civile*, *e Criminale*,
ſucceſſive ejuſmodi Tenutam diſtraxerit in Au-
thores D. Marchionis tranſlata pariter idcirco
eſſet etiam controverſa Juriſdictio Spiritualis,
ex quo ſuppoſita jam alienandi facultate regula-
riter tranſeunt in alienatarium, ac ceſſionarium
6 omnia jura, quæ ex cauſa, & occaſione rei
alienatæ perantea competebant alienanti,
ſeu cedenti uti habetur penes *Barboſ. in leg.
poſt dotem* 41. *numer.* 58. *ff. ſolut. matrim.
Cenc. de Cenſ. quæſt.* 104. *num.* 9., *Carleval.
de Iudic. tom.* 2. *lib.* 3. *diſp.* 26. *n.* 1., *Acoſt.
de Privileg. credit. prælud.* 2. *num.* 14., *Manſ.
conſult.* 318. *num.* 34. *&* 35. *Fontanell. dec.* 166.
num. 8. *&* 15.. *Rot. dec.* 235. *num.* 3. *& dec.* 508.
num. 4. *cor. Merlino*.

Præſertim quia, præter verba ſuperius re-
cenſita, Rex explicite profeſſus eſt diſmembraſſe
& alienaſſe *colla proprietà*, *e giuriſdizione di quello
s' appartiene a detto Ordine*: Quapropter locum
ſibi uſurpare videbatur inevitabile dilegma,
quod aut Juriſdictio Spiritualis, de qua eſt ſermo
veniebat in conſequentiam Bonorum, & Terri-
torii Villæ de Benamexi, tuncque cum ipſa Bo-
norum univerſitate transfundebatur in aliena-
tarium ad inſtar Juriſpatronatus, quod etſi veluti
Sapiens Spiritualitatem nequeat de per ſe tra-
duci in contractum abſque labe Simoniæ, tranſ-
7 fertur tamen cum, vel ſub univerſitate Bono-
rum, ex his, quæ uno ore per *Text. in cap. ex
litteris*, *& cap. cum ſæculum de Iurepatronat.* affir-
marunt *Card. de Luca de Iurepatr. diſc.* 5. *n.* 8.
& diſc. 56. *num.* 15. *Vivian. eodem tract. lib.* 4.
cap. 1. *n.* 3. *Adden. ad deciſ.* 46. *n.* 13. *part.* 9.
Recentior. & deciſ. 234. *num.* 9. *coram ſan. memor.
Alexandro VIII.*

Aut vero talis Juriſdictio non Bonis, & Ter-
ritorio, ſed Ordini Sancti Jacobi inhærebat;
eoque caſu cum fuerit diſmembrata & tranſlata
la proprieta, *e giuriſdizione di quello s' appartiene
all' Ordine*, intrabant vulgati termini *leg. ille*,
aut ille §. Cum in verbis, *ff. de legat.* 3. eodem
modo, quo dicimus quando ceſſio, vel diſtra-
ctio facta eſt cum clauſula *nullo jure ſibi reſerva-
to*, teſte *Surd. conſ.* 22. *num.* 34., *Mantic. de ta-
cit. lib.* 4. *tit.* 13. *ſub n.* 23. *Burz. dec.* 56. *n.* 39.
& deciſ. 70. *num.* 28., *Theſaur. deciſ.* 201. *ſub
num.* 7., *Rota deciſ.* 15. *num. primo*, *& num.* 12.
poſt Oleam de ceſſion Iur.

Huic quippe objectioni ſtatim obſervata eſt
replicatio, quod Imperator Carolus neque po-
tuit, neque voluit Juriſdictionem Spiritualem

Or-

Ordini competentem diſmembrare ab eodem Ordine, & in conceſſionarium ingerere, licet ſuperabundaret ſimplex defectus poteſtatis cum in humanis quibuſcumque actibus non ſufficiat
9 voluntas, ſed æque requiratur poteſtas faciendi ut inquit *Bald. in leg. cum te, Cod. de Donat. ant. nupt. Dec. conſ.* 193. *num.* 3. *Soccin. Iun. conſil.* 183. *num.* 8. *lib.* 2., *Surd. conſil.* 243. *n.* 9. *Riminald. conſil.* 167. *n.* 167. *&* 168. *Covarruu. var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 9.

Et ſane perpendendo poteſtatem, illa unice pendebat a conceſſione Clementis VII. ſed toto ejus Bullæ, ſeu Brevis tranſcripti *in Summario D. Marchionis num.* 10. tenore perſpecto nullibi apparebat ſecundum verba ſuperius recenſita, quod Pontifex umquam cogitaverit authorizare diſmembrationem, ac alienationem hujuſce Spiritualis Iuriſdictionis per illius Prædeceſſores ipſi Ordini in univerſum attributæ, poſthabita namque conſideratione, quod abſonum exiſtat ſibi ſuadere, eam Iuriſdictionem Spiritualem quæ fuerat Militiæ S. Iacobi, ob illius egregia facinora, & merita ſpecialiter extradita ſub præciſa cauthela, quod hæc Iuriſdictio non per eoſdem Milites, etſi cum Eccleſiaſtica qualitate fraternizantes, ſed per clericos exerceretur, poſſe deinceps transferri mediante etiam appretio, & venditione in perſonas Laicas, imo Infantes, & Mulieres abſque ulla repetio-
10 ne cautelę provide ſancitæ in viſceribus primevæ conceſſionis, ut ad rem conſiderat *Fagnan in cap. Praterea num.* 2. *& in cap. quoniam num.* 1. *ne Prælat. Vic. ſuas, Roderic. quæſt. Regular. tom.* 2. *art.* 4. *f.* 348., *Matthæu de Regim. Regn. Valent. cap.* 7. §. 4. *num* 111. *cum duobus ſeqq.*, *Murg. de benef. qu.* 3. *ſect.* 17. *num.* 901., *Morl. in empor jur. par.* 1. *tit.* 2. *ff. de Iuriſd. omn. Iud. num.* 158., *Montan. de Regalib. in prælud. num.* 6. §. *Pariter verſ. & idea f.* 11.

Adhuc eo ipſo, quod Papa meminit in præfata Bulla *de Iuriſdictione* cum adjuncto *Vaſſallorum*, illiſque aliis, *ſeu nemore ſaltus &c.* & rurſus circa finem *cum Vaſſallis, & Iurisdictione, omnibuſque aliis Iuribus, & pertinentiis ſuis transferendi, ita quod Iuriſdictio Locorum, quæ conceſſionis hujuſmodi vigore cum Vaſſallis, & Iuriſdictione diſmembrata extiterint*, utique non de alia Iuriſdictione ſumi poterat interpretatio, quam de Baronali, ſeu Feudali, verba namque quomodolibet ambigua ſemper re-
11 cipiunt interpretationem ab Adjunctis, ut admonet *Bart. in leg. generali* §. *Vxori, ff. de uſufruct. legat.*, *Ruin. conſ.* 78. *nu.* 4. *lib.* 1. *Neviz. conſ.* 72. *num.* 23., *Rot. dec.* 90. *nu.* 14. *& dec.* 114. *num.* 5. *coram ſa. mem. Greg. XV. deciſ.* 1788. *num.* 81. *&* 82. *coram Coccino, & dec.* 564. *num.* 25. *par.* 19. *Recent. tom.* 2. & de facto hæc eſt fermè præciſa formula, quæ paſſim practicatur in quibuſcumque Inveſtituris, &
12 conceſſionibus fæudorum pure in ſe temporalium quemadmodum videre eſt apud *Andr. de Iſernia ad Conſuetud. Feudal. de Prohibit. Fęud. alienat. num.* 90. *ver. hęc eſt forma conceſſionis.*

Addito, quod ipſa ſubjecta materia gratiæ per Papam diffuſę in Imperatorem alium non poterat capeſſere intellectum agebatur enim de reintegrando Cæſare pro aſſignatione facta, vel facienda Militibus Regni Granatæ in effectibus dumtaxat temporalibus, unde incogruum erat commenſurare nudam temporalitatem cum juribus etiam Spiritualibus ſpeciali ſemper
13 animadverſione, & nota digniſſimis ex *Oliv. de for. Eccleſ. par.* 3. *qu.* 15. *n.* 6., *Card. de Luca de Iuriſdict. diſc.* 1. *n.* 12., *Rot. dec.* 324. *n.* 3. *par.* 13. *& deciſ.* 473. *num.* 14. *par.* 14. *& dec.* 340. *n.* 16. *par.* 16., *Rec. & in Leodien. Iuriſdictionis* 13. *Martii* 1688. §. *In quam ſententiam, coram cla. mem. Card. Caccia, in Brixinen. Iuriſdictionis* 5. *Iunii* 1688. §. *At vero, coram R. P. D. meo Caprara, & in Gerunden. Iuriſdictionis* 13. *Iunii* 1692. §. *Nec Abbas, coram Reverendiſſimo Domino meo Decano.*

Reimburſatio autem, ſeu reintegratio fieri
14 regulariter debet de æquo, & de condiguo, prout per *Text. in leg. Dotem, leg. Diuus Severus, & leg. poſt divortium, ff. de Iur. Dot.* ſubdunt *Roman. conſ.* 432. *num.* 4. *Valenzuel. Velaſq. conſ.* 44. *num.* 36. *Marin. ad Gramatic. deciſ.* 92. *num.* 9. *circa fin.* & in terminis diſmembrationis *Flor. de Men. variar. qq. lib. primo quæſt.* 10. *nu.* 16. *Murg. ad Conſtitut. Apoſtolic. in appendic. ad deciſ.* 4. §. *primo n.* 3.

Cumque, ut pręmiſimus, & ab initio fundavimus Iuriſdictio coruſcaret attributa Ordini S. Iacobi in univerſum, & tractaretur de diſmembratione facienda ab eodem Ordine, hinc proinde cum ſaltem, & ut dicitur ad omne pejus, res ſit in quæſtione utrum ſub nomine Juriſdictionis contineretur etiam Spiritualis, omnia Iura exardeſcunt, & clamant, ut ſemper in ſtrictiori ſignificatu capiatur ipſa diſmembratio tamquam Tertio pręjudicialis, adeout quicquid non appareat explicite diſmembratum perſeveret apud eum, a quo facta fuit diſmem-
15 bratio, ut in terminis, Juriſdictionis, tradunt *Anchar. in cap. poſtulaſti num.* 45. *de for. compet. & in cap.* 2. *num.* 10. *verſ. quod probo de conſtitut. in* 6, *Rota deciſ.* 324. *num.* 5. *part.* 1. *Recent. & deciſ.* 446. *num.* 6. *coram Durano, & deciſ.* 395. *num.* 13. *coram Emerix Iun.*

Exploſa poteſtate ſupervacaneum erat deſcendere ad voluntatem, quinimo quando etiam voluntas Imperatoris verſaretur in ancipiti inceſſanter erat ab omni intellectu abjicienda comprenſio Juriſdictionis Spiritualis, nil enim magis familiare eſt, quam quod a
16 defectu poteſtatis arguatur ad alterum voluntatis ex *Alexand. conſ.* 210. *ſub num.* 1. *lib.* 2. *Eugen. conſ.* 99. *num.* 32. *in fine, & n.* 33. *lib.* 2., *Rota deciſ.* 258. *num.* 10. *coram Celſo, deciſ.* 6. *num.* 13. *par.* 18. *& deciſ.* 38. *num.* 5. *part.* 19. *Recent.*

Et nihilominus nullibi de tali voluntate Re-

gis

gis apparebat: jam enim occurendo dilegmati ſuperius inſinuato erat undique abſolutum, quod neutiquam ſpiritualis Juriſdictio valuit in Authores D. Marchionis pertranſire cum Univerſitate Villæ de Benamexi, nedum quia de tali annexione non conſtabat, prout etiam in terminis Juris patronatus edocendum eſſe ab eo,
17 qui prætendat unanimiter obſervarunt *Card. de Luca de Iurepatr. diſcurſ. 5. num. 12.*, *Rota deciſ. 164. num. 2. coram Mantica*, *aliique relati in deciſ. 70. num. 9. cum ſeq. par. 12. recent. & in Gneſnen. Iuris patronatus impreſſ. penes Manſ. conſult. 317. §. Non obſtat circa fin. cor. Ghislerio.*

Aſt quoque quia eadem Iuriſdictio per Pontificem Alexandrum III. extitit dumtaxat ipſimet Ordini S. Jacobi attributa *Summ. D. Marchionis num. 7.* ac propterea nulli ſolo inhærebat & a nemine alio poterat exerceri, niſi per ipſos Milites, vel eorum Clericos, & Vicarios ex communiter perpenſis in eiſdem termi-
18 nis Iuriſpatronatus per *Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 9. num. 54.*, *Card. de Luca de Iurepatr. diſcurſ. 5. in fine*, *Rota in dicta Gneſnen. Iuriſpatronatus coram Ghislerio impreſſ. poſt conſult. 317.*, *Manſ. §. ex quibus verſ. & conſequenter Iuriſpatronatus ſpectare.*

Quo vero ad verba ſive diſmembrationis, ſive conceſſionis clare pariter liquebat, quod illa verba *colla proprietà, e giuriſdizione di quello s' appartiene al detto Ordine*, nullatenus egrediebantur ſphæram nudæ temporalitatis, cum enim ſuperius diſmembrata fuiſſet hujuſmodi Tenuta *colli ſuoi Territorii, rendite, fortezza, fiumi, e fonti, e giuriſdizione criminale alta, e baſſa, mero, e miſto impero &c.* utique idem vocabulum *di giuriſdizione* erat intelligendum de juriſdictione, de qua ſuperius fuerat facta mentio, verba quippe conſecutiva, vel appoſita in-
19 ferius ſemper explicantur in ſenſu, in quo ſupra noſcuntur uſurpata, ut ait *Bart. in leg. Centurio num. 27. ff. de vulgar. & pupillar.* Mantic. *de conject. lib. 6. tit. 13. num. 10.*, *Manſ. conſult. 93. num. 7. & conſ. 98. num. 14. & 15.*, *Rot. in Romana Salviani 13. Iunii 1698. §. Lex denique coram Me.*

Idque ex abundanti evincebatur reflectendo quod hęc loquendi formula per lucet adhibita in parte certo certius concernente temporalitatem, poſtquam enim legebatur facta diſmembratio *della tenuta di Benamexi inſieme colli ſuoi Territorii &c.* ſucceſſive replicatur *inſieme colla proprietà, e fondo di detta Tenuta*. Quemadmodum quippe præfata verba *proprietà, e fondo* ſonabant in effectu idem, quod jam fuerat diſmembratum, ita ſequentia vera *colla proprieza, e giuriſdizione di quello s' appartiene a detto Ordine*, ne idem loquendi modus traheretur
20 ad diverſa contra regulam, de qua *Albric. in leg. Cæſar. num. 8. ff. de publican. & Vectigal. Cephal. conſ. 37. num. 12. tom. 1.*, *Valenzuel. conſ. 113. nu. 55.*, *Rot. in Romana Cambiorum 3. Martii 1693. §. final. in fin. coram Reverendiſſ. Manuel.*

Maxime dum ultra juriſdictionem civilem, & criminalem, ac merum, & mixtum imperium inferius vocabulum *di giuriſdizione* ſuperabunde quatenus oportuiſſet etiam implebatur ab aliis in eadem diſmembratione dinumeratis, ut ibi - *Che tutte le Tenute, Poderi, Prati, Boſchi, & Ius di paſcolare, & inſieme le Decime, primizie, preeminenze, Terreni, Monti, Paſcoli &c. Cacciagione &c. Scrivania &c. Taglie, Impoſitioni, e qualſivoglia altre rendite, & effetti, che l' Ordine di S. Giacomo avea, e poſſedeva nelle Tenute di Benamexi*: Unde quomodo, volumus extorquere voluntatem Cæſaris ad ea, quæ facere non poterat, ex ſupra demonſtratis, & ad ea, quæ in effectu non fecit, quando ſatius verificabatur in tot juribus mox annotatis temporalis diſmembratio juriſdictionis, ad quam ſane pertinent per ſpeciem regaliæ *Cacciagione, Peſca, Scrivania, Taglia,*
21 *Impoſitione &c.* cum repetitione verborum, *che l' Ordine di S. Giacomo avea, e poſſedeva*, ad ea quæ in propoſito ſimilium regaliarum afferuntur poſt *Text. in cap. unic. tit. 56. quæ ſint regal.* per *Dec. conſ. 193. n. 3. Sebaſt. M. dic. de Venat. lib. 1. cap. 2. num. 66. & cap 7. n. 18. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 18. num. 31. & 44. Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 2. nu. 75.*, Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 3. cap. 10. num. 183. Caſtill. de tert. cap. 41. num. 118.*, *Theſaur. quęſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 22. n. 1. & ſeq.*

Addebatur denique in quoddam coronamentum, quantumvis exuberans, quod paulo poſt diſtractionem expletam prænominatæ Tenutæ in perſonas Authorum D. Marchionis glor. me Philippus II. qui deinceps citra mentionem Juriſdictionis ſpiritualis fuerat impartitus quaſdam litteras inhibitoriales ſuper juribus vere diſmembratis adverſus Anteceſſores hodierni Prioris, *Summario Marchionis Num. 23.* poſitive e contra ſupponens, quod inconcuſſe perantea fuiſſet inita viſitatio increpavit de anno 1559. ipſum Priorem de non expleta ab eo viſitatione tamquam Prælato in loco, ſeu Villa controverſa, *d. Summ. Num. 21.* quenam itaque exoptari poterat major declaratio, quid venerit in diſmembratione, ac diſtractione, quam ea, quæ promanabat ab obſervantia tam
22 proxima, & a Succeſſore Caroli diſcretive procedente, & ordinante, ut circa primam propoſitionem admonent *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 5. §. 3. nu. 17. & 18.* *Garz. de Benef. par. 11. cap. 2. num. 6. Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 6. num. 67.*, *Rot. deciſ. 115. num. 8. coram Merlino, & in Gerunden. Iuriſdictionis 5. Martij 1692. §. Quæ eo magis coram bo. me. Benincaſa.* & quoad ſecundam *Card. de Luc. de Iurepatr. diſc. 5. num. 13. in fin.*, *Rot.* penes *Vivian. eod. tractat. lib. 4. cap. 2. poſt num. 81. et deciſ. 36. num. 11. part. 16. Recentior.*

Atque ex his fruſtratorium penitus, efficiebatur

tur aſſiſtente titulo tam claro hodierno Priori
ac reſiſtente Marchioni, devenire ad actus ju-
riſdictionales, qui hinc inde in linea ſpirituali
circumferebantur, cum firmata ex eodem ti-
tulo aſſiſtentia juris in ipſo Priore, vel ea, non
conſtito de legitima præſcriptione in contra-
rium etiam ſine actibus ſuffeciſſet, vel ſupera-
bundaſſet concurſus unius actus pro conſervan-
23 do eodem titulo, jureque univerſali ex col-
lectis apud *Mareſcott. variar. reſol. lib. 1. cap. 11.
num. 1. cum plurib. ſeqq. Rot. deciſ. 306. num. 7.
par. 1. & deciſ. 201. num. 1. par. 2. coram Ca-
putaquen. deciſ. 273. num. 1. & ſeqq. parte 2.,
Recent. & deciſ. 211. num. 2. coram Roxas deciſ.
226. num. 3. coram Durano, & deciſ. 10. coram
Zarate, & in Gerunden. Iuris cognoſcendi cauſas
criminales ſuper manutentione 12. Iunij 1693. §.
Certius coram Reuerendiſſ. Manuel, & in Leodien.
Iuriſdictionis 11. Aprilis 1698. §. Ita ex eadem,
cum ſeq. coram Reuerendiſſ. D. meo Molinet De-
cano.*

Cęterum ex abundanti quoque deſcendendo
ad quaſi poſſeſſionem ſeu exercitium hujuſmodi
actuum Juriſdictionalium illi clariſſime milita-
bant, pro priore: Ex illius etenim parte oſten-
debatur, quod ſæpius viſitaverat, Dimiſſorias
conceſſerat pro ſuſcipiendis Ordinibus, nec
non licentias exaudiendi Confeſſiones fuerat
impartitus ejus *hodiern. Summar. num. 3. & 4.*
quin etiam licentiam conceſſerat pro Sacra-
mentorum adminiſtratione, Vicarios deputa-
verat, inſtituerat ad beneficia, cenſuras fulmi-
naverat, *præterito Summario Prioris ſuper ma-
nutentione ex num. 7. uſque in fin.*, ex quibus
24 ſane innegabiliter reſultare poſitivum, & pal-
mare exercitium Juriſdictionis ſpiritualis ne-
mo non ſcit, & demonſtrarunt *Ugolin. de Offic.
Epiſcop. cap. 51. §. 4. num. 1., Vivian. de Iure-
patr. lib. 12. cap. 2. num. 1., Tamburin. de Jur.
Abbat. tom. 1. diſp. 15. quæſt. 9. nu. 27. Marg.
de Benef. quæſt. 2. num. 24. & ſeqq., Barboſ. de
offic. & pot. Epiſc. alleg. 72. num. 176., Pax Ior-
dan. var. lucubrat. lib. 10. tit. 7. nu. 410., Rot.
deciſ. 475. num. 1. coram Seraphino, & in Ge-
runden. Iuriſdictionis 1. Martii 1690. §. Ejuſ-
demque coram bo. me. Benincaſa, & in Leodien.
Juriſdictionis 11. Aprilis 1698. §. Potiſſimum
coram Reverendiſſimo Domino meo Decano, & in
Gerunden. Iuriſdictionis de campo Rotundo 4. Iu-
lii 1698. §. final. coram R. P. D. meo Pio.*

Ex oppoſito autem ex parte Domini Marchio-
nis nil profecto afferebatur, quod redolere
poſſet tale exercitium, nam ſententiæ per eum
allatæ ab anno 1659. uſque ad annum 1683. *Sum.
n. 28.* nullatenus aliud præſeferebant, quam quod
in hujuſmodi Villa extarent Vicarii, ſed quid in-
de? ob id illos deputaverat Marchio? utiq; de hoc
nullum conjiciebatur indicium, quare potius
putandum erat, quod hi Vicarii fuerint a Prio-
re deputati, cum actus incerti, & æquivoci
potius referantur ad titulum, actuſque certos
(ut ſupra manifeſtiſſime liquebat) favore Prio-
25 ris, ſecundum ea, quę ratiocinatur, *Cyriac.
controverſ. 10. num. 24., Gratian. diſcept. 115.
num. 67., Poſth. de manut. obſeru. 49. num., Rot.
in Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699.
§. Multique caſus coram Reverendiſſimo Domino
meo Molines Decano, in Aretina Beneficii 21.
Ianuarii 1701. §. Utique coram me, & in Auxi-
mana Fideicommiſſi, ſeu Pecuniaria 9. Iunii
1702. §. Eoque facilius pariter coram Me.*

Literæ inhibitoriales Philippi Regis II. præ-
cipientes, Priori, ne divexaret Marchionem
ſuper quodam Jurepatronatus tamquam fundato
ab Authoribus Domini Marchionis, quodque
Prior abſolueret eum a cenſuris tripliciter ex
diametro retorquebantur: Primo videlicet ex
ponderatione elicita ſuperius, quod nempe idem
Rex e converſo increpavit Priorem de neglecta
viſitatione ab Anteceſſoribus facta, & ab eo fa-
cienda in loco controverſo: quæ utique viſitatio
fieri nequibat niſi cum abſoluta præexiſtentia
ſpiritualis Juriſdictionis: Secundo, quia ſicuti
Marchio tunc fuit adeo ſedulus, & fuerit con-
queſtus coram Rege de hac moleſtia Prioris ſu-
per Iurepatronatus, non fuiſſet profecto ſocors
in procurando, quod penitus ab omni Iuriſdi-
ctione ſpirituali illiuſque exercitio deſiſteret,
26 ut in ſimilibus ratiocinatur, *Rot. deciſ. 116.
num. 8. coram celſo, deciſ. 620. num. 29. part. 18.
recent. & in Bononien. Fideicommiſſi de Manzolis
22. Junii 1699. §. Poſtremo tandem coram Me.*

Tertio denique ex quo dum Rex injungebat
Priori ad inſtantiam Marchionis, ut abſolveret
a cenſuris ab eo fulminatis, hoc ipſum irrefra-
gabile erat teſtimonium, quod juriſdictio ſpiri-
tualis ad eumdem Priorem attineret juxta vul-
gatum principium ejus eſt abſolvere, cujus eſt
27 ligare, *Cap. verbum de pœnitentia diſt. 1. Cap.
Cum Inferior de majoritat. & obed. ibique Felin.
num. 4., Fæderic. de Sen. conſ. 14. num. 14. verſ.
in ſecunda quæſtione, Tamburin. de Jur. Abbat.
tom. 2. diſp. 14. quæſt. 2. num. 3. & quæſt. 6.
num. 1.*

Nullius poſtremo relevantię ad finem, de
quo agebatur, erant quædam nominationes pro
Vicariatu factæ per Marchionem cum ſubſecuta
Prioris confirmatione, quam fruſtra nonnulli
Teſtes per Marchionem allati conabantur re-
ferre ad reciprocam urbanitatem: Nam littera
confirmationis acceptatæ per Marchionem ſu-
perabat omnem Teſtium imaginationem, &
quando ab hiſce nominationibus aliqua per poſ-
ſibile emergeret amaritudo ea prorſus ſublata
remanebat ex tenore ejuſdem confirmationis,
in qua cubitalis reperiebatur inſerta præſervati-
va, ut ibi — *ſenza pregiudizio della Dignità
Priorale, e di qualſivoglia lite pendente, che vi ſia
ſopra di queſto caſo, Summario Marchionis n. 33.*
Quoties etenim actus in ſui eſſe retinebat omni-
modam figuram ſpiritualitatis, prout eſt con-
firmatio, & intercludit præfata verba *ſenza prę-
giudizio*, vel actualiter retorquetur, vel inca-
pax eſt ad inferendum præjudicium Iura ſua

18 præſervanti ex congeſtis penes *Zuccard conſ.* 4. *num.* 10. *Rota deciſ.* 545. *ex n.* 5. *& ſeqq. coram Merlino, & in Romana Domus* 12. *Maii* 1698. §. *Quo vero ad ſecundam circa med. coram R. P. D. meo Muto, & in Melevitana Pecuniaria* 19. *Junii* 1702. §. *Abſque eo quod coram Me*.

Et ita ex omni parte revolutis prætenſionibus Marchionis, Domini authumarunt, utraque.

EADEM CORAM EODEM SUPER MANUTENTIONE.

Ven. 23. *Martii* 1703.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio conceditur illi, qui pro ſe habet aſſiſtentiam Iuris fulcitur cum actibus effectivis poſſeſſoriis.*

PAri facilitate reſponſum fuit dandam eſſe manutentionem Priori, quia citra evanidam repetitionem, ſi ſuper negocio principali agnitum apertiſſime fuit ſtare pro Priore omnem juridicam aſſiſtentiam, & præpollere actus quaſi poſſeſſorios exercitę juriſdictionis ſpiritualis, a fortiori conſequens erat tribuere eidem Priori manutentionem, quę nuſquam denegatur vel habenti pro ſe conſimilem aſſiſtentiam,
1 vel eam in ſuis caſibus fulcienti cum actibus effectivis poſſeſſoriis, ſicuti patet ex plene firmatis apud *Garz. de Benef. par.* 9. *cap.* 2. *n.* 260., *Poſth. de manut. obſervat.* 45. *n.* 38. & 39., *Ricc. dec.* 213. *n.* 1. *cum ſeqq. par. pr.*, *Rot. dec.* 306. *n.* 1. *cor. Cavaler.*, & *dec.* 446. *n.* 1. *cor. Duran.*, & *dec.* 396. *n.* 1. & *per tot.*, & *dec.* 479. *n.* 1. & 2. *cor. Emerix Iun.*, & *in Gerunden. Iuriſdictionis* 1. *Martii* 1690. §. 1. *cor. bo. me. Benincaſa & in altera Gerunden. Juriſdictionis de Campo Rotunde* 4. *Iulii* 1698. §. 1. & §. *Et ceſſat cor. R. P. D. meo Pio*.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunæ 26. *Martii* 1703.

ARGUMENTUM.

Procurator ſi fuerit revocatus, nequit in judicio amplius comparere pro conſtituente Actus correſpectivi, qui dicantur. Novatio ex quibus inducatur, & quæ ad illam inducendam requirantur.

SUMMARIUM.

1 *Procurator ſi fuerit revocatus eſt prorſus ineſſicax ad promovendam in judicio quamlibet actionem nomine conſtituentis.*

2 *Procurator voluntarie conſtitutus poteſt ſemper quandocumque revocari, etiamſi hujuſce modi irrevocabilitati ſupera ceſſerit pactum, & juramentum de non revocando.*

3 *Et Procuratore de medio ſublato, ſive lite extincta poteſt Dominus, ſeu conſtituens debitores ſuos nomine proprio moleſtatos eximere & liberare.*

4 *Uno ex correſpectivorum corruente neceſſe eſt ut alterum etiam corruat.*

5 *Novatio extinguit præcedentem obligationem, ut ex ea poſſit agi.*

6 *Procurator deputatus a conſtituente ad utilitatem tamen alicujus Tertii, in iſtius præjudicium revocari nequit.*

7 *Correſpectivi, ut dicantur contractus non ſufficit, ut illi habeant cauſam ſeparatam, ſed attenditur contrahentes unum ſine altero non feciſſe.*

8 *Correſpectiva non eſt, illa conventio qua ſecum trahit aliam cauſam, ſeu correſpectivitatem.*

9 *De natura tranſactiones eſt, ut ibi non adſit pactum reſolutivum, & e converſo concurrat juramenti Religio, nulla admittatur pænitentia ſive reſciſſio, ſed tribuatur actio ad intereſſe ſeu adimplimentum.*

10 *Novatio non datur ſive incompatibilitate actuum.*

11 *Ad effectum inducendi veram novationem repellendique proprium, & originarium Creditorem exigitur, quod Creditor mandet debitori ſuo, quod Tertio ſolvat, iſque mandatum acceptet, & ſolvere promittat.*

DECISIO CCLXXXI.

EGerat Fabritius Marchio de Naris utpote ſubſtitutus in Teſtamento Iuliæ eius Amitæ non minus, pro conſequenda Immiſſione adverſus Bona fideicommiſſaria Horatii de Maximis in vim *Auth. res quæ Cod. Commun. de legat.* detenta per D. Camillum pariter Marchionem de Maximis, quam ad finem reportandi executiva mandata contra bona libera Maximi de Maximis principaliter obligati pro reſtitutione dotis præfatæ Iuliæ, in qua ſane dote ad formam *leg. Quintus Mutius ff. de Iur. dot.*, totus radicabatur Aſſis hæreditarius ipſius Iuliæ fideicommittentis; Cumque ſubinde favorabile mandatum reportaſſet ab A. C. pro ſumma ſcut. 5612. cum ſucceſſiva approbatione *Rotæ coram bo. me. Urſino* ut in *deciſ. edita in Romana fideicommiſſi ſub die* 15. *Junii* 1696. ſalubrius exiſtimavit Marchio Camilius tranſigere, & convenire cum D. Ioanne Baptiſta Marchione de Naris, & hęrede Fabritii ipſaque mediante conſequi dilationem ad ſolvendum infra terminum duorum annorum cum dimidio, ulteriuſque prætermiſſis aliis capitulis, pro ejus majori commodo obtinere, quod D. Marchio Jo: Baptiſta Procuratorem conſtitueret, prout in effectu conſtituit ad finem agendi erga poſteriores creditores præ manibus habentes pretium rerum fideicommiſſariarum domus Maximę diſtractarum ſub aſſue-

ſtricta cautione reſtituendi prioribus, & potioribus, quod accidit eo bono fato, ut tam coram A. C., quam in Sac. Rota Procurator ita conſtitutus reportaverit adverſus hujuſmodi creditores ne dum relaxari quidem opportuna mandata, ſed etiam declarari *illa fore exequenda ſub die 12. Decembris 1701. coram R. P. D. meo Priolo*.

Aſt tertio provocantibus iiſdem creditoribus, directaque mihi nova delegatione cum clauſula -- *alteri, qui ad legitimam* -- fatalem primo intuitu objectavere exceptionem, videlicet revocationem præcitati mandati diſtributam in calce noviſſimæ replicationis, ſeu Memorialis *num. unico*, per quam utique revocationem, ſubiiciebant, ſiſtere omnem litem, illiuſque proſequutionem, atque ita Procuratorem revocatum, remanere in Iudicio, tamquam Corpus ſine A-
1 nima in efficacem ad promovendam quamlibet actionem nomine conſtituentis ad tradita per *Golin. de Procurat. par. 3. cap. 5. a num. 1., Carol. Anton. ibidem ſub n. 3., Card. Albit. de Inconſt. in Iudic. queſt. 12. n. 46. & ſeqq., & num. 67. cum ſeqq.*

Neque refragari, ſubdebant, quod idem Procurator legeretur, ab initio conſtitutus irrevocabiliter, quia niſi proprium aliquod relevans intereſſe concurreret in talem utilitatem ipſius Conſtitutarii, ut ipſum mandatum tranſeat in contractum, regula eſt, quod Procurator voluntarie conſtitutus in gratiam, ut apparebat ex tenore Conſtitutionis, ejuſdem mandantis, poſſit ſemper, & quandocumque revocari,
2 etiamſi hujuſcemodi irrevocabilitati ſuperacceſſerit pactum, & iuramentum de non revocando ex collectis apud *Golin. de procurat. par. 3. cap. 5. num. 117. cum pluribus ſeqq., Card. de Luca de legat. diſc. 43., & de Tutor. diſc. 20., utrobique num. 4., & de Iudic. diſc. 6. num. 13., Rot. dec. 929. num. 4., & 5. coram Cerr., & in recent. dec. 233. in fine, & dec. 3514. num. 4. & 7. par. 4.*

Potiſſime quia D. Marchio Jo: Baptiſta deveniens ad hanc revocationem abſolverat contextualiter creditores nomine ſuo divexatos, quis autem præpedire valebat, quod Dominus, ſive Conſtituens nequeat ſublata lite, & Procuratore de medio debitores ſuos nomine proprio
3 moleſtatos, eximere, & liberare, cantante in hoc *tota rubrica ff. de acceptilationibus*, ſicuti paſſim habetur, & ſignanter per *Urceol. de Tranſact. quæſt. 9. num. 1., Paul. Chriſt. dec. Belgic. 182. num. 4. lib 4., Rot. dec. 373. n. 39. par. 4. recentior*.

Addito, quod licet ſub eadem revocatione mandati explicaretur hyſtoria caſus ab initio premiſſa, quod nempe Procurator fuerit deputatus in gratiam, commodum, & utilitatem D. Marchionis de Maximis, quia tamen id geſtum liquebat in explicitam correſpectivitatem ſatisfactionis promiſſe per ipſum D. Marchionem Camillum, a qua deinceps defecerat, ceſ-
4 ſante idcirco uno correſpectivorum corruere nec ſſ erat etiam altero ut ait *Alex. conſ. 111. n. 3. lib. 3., Cravett. conſ. 246. n. 4. Spad. conſ. 213. num. 6. to. 2., Gobb. conſult. 30. num. 19., 20., & 21., Rot. dec. 64. num. 3. coram Cavaler. dec. 564. in fin. cor. Dunoz. Jun., et dec. 863. num. 8. coram Emerix Jun.*

Eoque poſtremo magis ſibi blandiebantur creditores urgere poſſe præmiſſa, ex quo per ſupranarratam hypotheſim apparebat inductam fuiſſe novationem, ſive transfuſionem Jurium agendi in D. de Maximis, unde non poterat amplius ſubſtentari Judicium inchoatum, & perſe-
5 verans nomine D. Narii, dum is mediante novatione, ſeu ſubdelegatione premiſſa Jura propria renunciaverat juxta firmata per *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 12. ſub num. 90. verſ. ea præcipue, Rot. dec. 2014. num. 3. coram Coccin., de 594. num. 6., coram Emerix Jun., et dec. 85. num. 1. cum ſeqq. par. 19. recen.*

Hæc itaque erant, quæ in hac agonali Inſtantia promovebantur per creditores, ſed oppoſita juremerito prodiit reſolutio, ſiquidem cum retenta facti ſerie, de qua ſupra, confirmata in viſceribus ipſius revocationis mandati, Procurator deputatus agere quidem deberet nomine conſtituentis, ſed ad ſimplicem utilitatem D.
6 Marchionis Camilli, conſequens erat, quod in illius prejudicium hujuſcemodi mandatum revocari non potuerit ex plana concluſione, de qua *Roland. conſ. 6. num. 60. vol. 1., Natt. conſ. 426. num. 11. et ſeqq., Golin. de procurat. par. 3. cap. 5. num. 135., Card. Albit. de Inconſtant. in Iudic. quæſt. 12. num. 2.* & fuit affirmatum *in tract. de Commerc. et Mercat. diſc. 84. num. 28. verſ. quod tamen etc. Boer. dec. 207. num. 3.*

Nil deturbante, quod forſan Marchio Camillus, non impleverit ſolutionem in tranſactione promiſſam, quia non idcirco intrabat ratio correſpectivitatis ſuperius in objecto excitata, tum ob defectum verborum, ſeu clauſularum illam importantium, & per quas appareret animum promiſſoris evaſiſſe fraudatum in
7 ipſa finalitate Cauſæ ex deductis per *Gratian. diſcept. for. cap. 924. num. 1., et ſeq.; Rot. dec. 677. num. 8. par. 1. diverſ., dec. 59. num. 7. par. 15., dec. 604. num. 3., et ſeqq. par. 18., dec. 87. num. 11. et 12., et dec. 142. num. 21. et 22. par. 19. recen.*

Cauſa ſiquidem finaliter correſpectiva in caſu noſtro non fuit ex promiſſa ſatisfactio D. Marchionis Camilli intra aliquod intervallum, in quo defecerit, quinimo cum in caſu retardatæ ſolutionis obſtringeretur idem Marchio Camillus paſſivum cenſum imponere ad rationem ſcut. trium pro centenario non poterat proinde ad ullam correſpectivitatem extorqueri illa conventio, que ſecum trahebat aliam cauſam,
8 ſeu correſpectivitatem, vel pœnam ſicuti annotavit *Bald. in l. fin. §. Præterea n. 2., Cod. de Jur. dot. Rot. deciſ. 382. n. 1. cum ſeqq. et dec. 430. n. 1. coram Card. Millino, et dec. 313. n. 11. par. 12. rec.*

t uni & potentius quia de ſubſtantiali natura transactionis eſt ut ubi non adſit pactum reſolutivum, & e converſo concurrat, ut hic, juramenti Religio, nulla admittatur pœnitentia, ſive reſciſſio, ſed tantummodo tribuatur actio
9 ad intereſſe, ſive adimplementum, prout late examinata materia patet apud *Vrceol. de tranſact. qu. 6. fere per tot., & ſignanter num. 65., & ſeqq., Rot. dec. 329. num. 6. verſ. quia dec. 2160. num. 5. & dec. 2302. num. 23. coram Coccino.*

Levioris denique ponderis viſa eſt prætenſio novationis, ſeu potius delegationis, ultra enim quod littera oſtendebat, actum fuiſſe de mera ceſſione, concurrebantque clauſulæ præſervativę cujuslibet novationis, nullaque aſſurgebat
10 actuum incompatibilitas, ſine qua non datur novatio per *Text. in l. fin. Cod. de novat., Vrceol. dec. Florent. 44. num. 16., Mart. Medic. dec. Senen. 67. num. 3. & 4., & num. 13. cum duobus ſeqq., Rot. dec. 264. num. 3., & ſeqq. par. 16., & dec. 213. num. 8. par. 19. recen.*

Nemo non ſcit, quod ad effectum inducendi veram perfectamque delegationem ac novationem repellendique extra ſcenam judicii proprium, & originarium creditorem, exigitur, quod creditor mandet debitori ſuo, quod tertio ſolvat, iſque mandatum acceptet, & ſolvere pro-
11 mittat ad celebre exemplificationem *Soccin. ſen. in l. Stichum §. fin. num. 3. verſ. aliquando, & primo ff. de novat.*, & late tradita per *Alograd. conſ. 6. a num. 19. lib. 1. in tract. de Commerc. & Mercat. diſc. 18. a num. 12. in dec. 137; coram Cavaler., et in dec. 486. num. 1. et ſeq., ibique Adden. num. 11. coram Baratt.*

Atque ex his Domini remiſſive ſe habentes ad deciſionem R. P. D. Prioli quoad validitatem diſpoſitionis Juliæ, ſuper qua nihil non abunde rejectum in præfata deciſione, per Informantes pro eis hodie deductum fuit: *procedendum eſſe ad legitimam executionem mandati*, unanimiter ſtabiliverunt, utraque &c.

ROMANA CENSUS.

Veneris 20. Aprilis 1703.

ARGUMENTUM.

Bulla Baronum quid diſponat in contractibus cenſualibus. Quilibet Creditor æque principaliter habens obligatum tam principalem debitorem quam fidejuſſorem poteſt poſthabito debitore principali ſatisfactionem expetere a fidejuſſore, nec non etiam licitum eſt eidem Creditori contra hanc, vel illam rem pro ſuo libito variare, maxime ſi accedat obligatio cameralis.

SUMMARIUM.

1 *Bulla, Baronum cogit Creditores cenſuarios etiam invitos ad extinctionem cenſuum, & quomodo.*

2 *Cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus operatur, ut pecuniæ videantur extare penes debitorem, vel in banco Judicis, vel perdurare in ſuo primævo depoſito.*

3 *Bulla Baronum in materia cenſuali tanquam lex ſervanda eſt inviolabiter,*

4 *In Judiciis, quaſi contrahitur.*

5 *Fidejuſſor ad aliquid plus non tenetur, quam obligatus exiſtat ipſe debitor principalis.*

6 *De regulari natura concurſus Creditorum eſt, ut præſtetur cautio de reſtituendo prioribus, potioribus,*

7 *Per Bullam Baronum non eſt conſultum cautelis Creditorum; quia tenentur accipere pecuniam vinculatam.*

8 *Æqualitas in judicio ſervanda eſt.*

9 *Creditor ſatisfactus de pecunia fidejuſſoris tenetur cedere actiones ipſi fidejuſſori.*

10 *Exceptio* cedendarum actionem *admittitur etiam in judicio executivo.*

11 *Reſtitutio in integrum abſque læſione concedi nequit.*

12 *Fidejuſſorum oſſibus jugiter inhærens multas periculoſas conſequentias, & maleficia.*

13 *Creditor quilibet habens, tam creditorem, quem fidejuſſorem æque principaliter obligatum poteſt poſthabito debitore principali ſatisfactionem expetere a fidejuſſore,*

14 *Qui ligatur legibus illius Tribunalis, in quo litigat, non autem alterius in quo non litigat.*

15 *Creditori licet variare contra hæc, & illa bona debitoris, ſeu contra hanc, vel illam perſonam coobligatam uſque ab initio.*

26 *Maxime ſi accedat efficacia obligationis cameralis, quæ hane facultatem variandi ſemper, & quandocumque uſque ad integram ſatisfactionem Creditoribus impartitur.*

17 *Obligatus ad formam ſuæ obligationis tenetur.*

18 *Fidejuſſor ſeſe obligans pro muliere vel minore, licet Creditor contra eundem minorem, vel mulierem ex præſcripto Juris vel ſtatutorum non poſſet obolum prætendere, compellitur tamen Fidejuſſor integre ſatisfacere ſuſceptæ obligationi.*

19 *Actio* cedendarum actionum *quando procedit.*

20 *Fidejuſſio ne remaneat invalida ſupponendum ſemper, & reſpondendum eſt.*

DECISIO CCLXXXII.

Liberè in vim reſcripti Signaturæ Juſtitiæ exburſare coactus R. P. D. Phiſimbo, aliiſque fratribus de Matabottinis ultra ſortem ſcut. 415. opportune vinculatam etiam ſcuta 385. ad ratam hujuſce ſortis decurſa pro fructibus cujuſdam Cenſus in majori quantitate creati per antiquos Poſſeſſoros Caſtri de Corbaria, curaverat Ferdinandus Comes de Monte Marte mediatus ſucceſſor prædictorum Poſſeſſorum & ſubinde etiam fidejuſſor firmiter proteſtari ſuper ejus intentione proſequendi appellationem ſaltem in Judicio devolutivo, quapropter ad illius inſtantiam proponens hodie intra can-

cel-

cellos ejuſdem Judicii devolutivi Dubium - *An conſtaret de cauſis reſtitutionis in integrum?* Dominos audivi mihi reſpondere *quod non*.

Cum etenim minime pro parte ejuſdem Comitis Ferdinandi validitas, & juſtitia præcedentis mandati circa debitam ſolutionem ſortis, fructuum in antedicta quantitate amplius in abſtracto impugnaretur ſola conquæſtio reſtringebatur in præſens ad concretum. Primo videlicet quod nullatenus divexare poſſent fratres de Marabatinis ipſum Ferdinandum, quando jam extabant in ſacroMontePietatis pecuniæ retractæ ex diſtratione Caſtri de Corbaria conſignandæ de mandato Congregationis Baronum ad formam celebris Conſtitutionis *Clementis Octavi* la 41. Creditoribus eorumdem Baronum, præfata ſiquidem Bulla præcisè cogit hujuſmodi Credi-ditores etiam Cenſuarios ad aſſumendam ſatisfactionem ex conſimili pecunia, ne alias Cenſus paſſivi ipſorum Baronum in grave præ-
1 judicium Creditorum poſteriorum totum patrimonium, ſive pecunias illius loco ſuccedentes quotidie devoraverit, vt legitur in dicta Conſtitutione §. 8. *declaramus*, & obſervat *Card. de Luc. de feud. diſc.* 81. *n.* 9., *Rot. coram Baratt. dec.* 482. *num.* 4.

Secundo fortius in ſubjecta theſi, quoniam ubi permitteretur, quod fratres de Marabottinis actionem invertere in his terminis valerent adverſus fidejuſſorem, uti erat Comes Ferdinandus, neceſſario ad unguem ſequebatur iſta non volita per Bullam devoratio patrimonii, ſeu totius pecuniæ depoſitatæ, aut remanentis penes alios Creditores dimiſſos ſub aſſueta cautione reſtituendi quantitatem acceptam prioribus, & potioribus Creditoribus perinde ac ſi pecunia remanſiſſet in Banco Judicis
2 & perduraſſet in ſuo primævo depoſito, ſive ſoluta non eſſet, ut inquit *Paul. de Caſtr. conſ.* 286. *in princ. lib.* 1., *Lunar. conſ.* 56. *num.* 4., *Merlin. de pign. & hypoth. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 4., *Rot. deciſ.* 48. *num.* 5. *par.* 3. *recen.*, *& in Romana Cambiis* 30. *Aprilis* 1700. §. *Impulit & §. ſeq. coram Me*.

Siquidem cum in hoc caſu fidejuſſor neutiquam de jure compelli poſſet (præciſivè a Congregatione Baronum, ejuſque facultatibus) ad ſortis reſtitutionem ſuapte natura irrepetibilis, ſed ſolummodo urgeri ad fructus pro tempore decurrentes utique Cenſus in ſuo eſſe, ſive capitali productivo fructuum, perduraret con-
3 tra determinationem memoratæ Bullę, quæ tamquam lex erat obſervanda inviolabiliter *leg. proſpexit ff. qui & a quibus Roland. a Valle conſ.* 99. *num.* 47. *lib.* 2., *Maſtrill. de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 126. & 127., *Rot. deciſ.* 362. *num.* 17., & *deciſ.* 378. *num.* 18. & 19 *par.* 18. *recent.*

Tertio robuſtius reflectendo, quod jam iidem fratres de Marabottinis comparuerant in eadem Congregatione Baronum pro ſatisfactione hujuſcemet crediti cenſualis aſſequenda, unde nequibant a propoſito variare, cum in judiciis
4 quaſi contrahatur *l.* 3. §. *Idem ſcribit ff. de pecul. Paul. de Caſtr. ibidem §. Filius familias num.* 2. *Bartol. in l.* 2. §. *Sed etſi unus nu.* 2. *ff. de Prætor. ſtipulat.*, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 6. *nu.* 171., *Barboſ. var. tractat. axiom.* 132. *n.* 3. *Surd. dec.* 133. *num.*, *Rot. deciſ.* 226. *num.* 13. *par.* 18. & *dec.* 164. *n.* 8. & 9. *par.* 19. *rec.*

Quarto etiam magis reluctante in idipſum omni juſtitia, & æquitate penitus prohibente, ne ad aliquid plus teneri unquam valeat fidejuſ-
5 ſor, quam obligatus exiſtat ipſe debitor principalis juxta *Text. in §. Fidejuſſores inſtit. de fidejuſſor.*, *Bart. in l. Graec §. Illud ff. eodem tit. Hering. de fidejuſſ. cap.* 24. *num.* 19. & *ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 230. *num.* 17. *par.* 16.

Et tamen quotieſcumque, ut evenerat, Comes Ferdinandus recte fuiſſet condemnatus ad ſolutionem fructuum in prædicta quantitate ſc. 385. ſolutio remanſiſſet immunis ab omni onere præſtandi cautionem, quando proſequentes fratres de Marabottinis judicium contra patrimonium debitorum principalium nequiviſſent ſe eximere ab enunciata cautione,
6 quæ poſitive demandatur per Bullam Clementina §. 5., & eſt de regulari natura concurſus Creditorum teſte *Salgad. labyrint. Creditor. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 1. & *ſeq. Card. de Luc. de Credit. diſc.* 53. *num.* 2. & 5. & *diſc.* 54. *n.* 14. *Rota coram Duran. dec.* 421. *n.* 13. *cum aliis in tract. de commerc. & mercat. diſc.* 90. *n.* 18.

Quinto demum, ex quo cum prælaudatus Ferdinandus jura ſibi debitę relevationis retorquendo contra præfatum patrimonium debitorum principalium, exiſtens ſub dominio, ſive Iuriſdictione Congregationis Baronum de neceſſe obſtringeretur, ut diximus, præcitatam cautionem exhibere, hæc proculdubio minuebat prætium ejuſdem revelationis, unde non ſolum ad ſervandam æqualitatem in judiciis, pariformiter eamdem diminutionem ſentire debebant Marabottini Creditores, ſicuti
7 in ſpecie primæ concluſionis habetur apud *Card de Luc. de dot. diſc.* 54. *num.* 9. & quoad ſecundam juri ſunt apertiſſima de quibus *Oldrad.*
8 *conſ.* 311. *num.* 2. *verſ. et ſic dicatur*, *et conſ.* 323. *num.* 4., *Federic. de Senis conſ.* 289., *Rot. dec.* 549. *num.* 14, *et deciſ.* 563. *num.* 3. *par.* 18. *rec.*

Verum etiam cum Creditor ſatisfactus de pecunia fideiuſſoris teneatur cedere actiones
9 ipſi fideiuſſori, ut uno ore affirmarunt *Bartol. Bald.* aliiſque communiter Scribentes *in l.* 2. *C. de fideiuſſor. Hering. de fideiuſſor. cap.* 27. *par.* 3. *num.* 6. *et ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 373. *num.* 83. *par.* 4. *tom.* 1. *rec.* ecce quod ubi pecunias Marabottini voluiſſent libere recipere ab eodem Ferdinando nullatenus ei poterant hanc libertatem ſatisfactionis cedere, & conſequenter finaliſſime obſtabat adverſus fratres de Marabottinis præ-
10 potens illa, & inelidibilis exceptio, quæ nuncupatur *Cedendarum actionum* agentem ſemper

a li-

a limine judicii profugantem ſecundum tradi-
ta *per Abbat. in cap. 2. num. 7. de fideiuſſor. Amendol. ad Franc. deciſ. 41. num. 4. et deciſ. 55. num. 26., Card. de Luc. de Credit. diſ. 94. num. 2., Vincent. Caroc. deciſ. 87. pariter. n. 2.*

Ceterum hiſce ratiociniis, ac fundamentis
parum, immo nihil ad rem noſtram perſtrin-
gentibus, reſponſum ut ſupra fuit etiam ad ef-
fectum pure devolutivum minime conſtare de
Cauſis reſtitutionis in integrum; Perſpecta
quippe juridica ſubſtantia negocii de nulla vale-
bat Comes Ferdinandus conqueri læſione judi-
11 cati, ſine qua reſtitutionem in integrum nul-
latenus concedi palam erat ex *Text. in l. nam, et poſtea §. Minor. ff. de jureinr.* & paſſim affir-
matis per *Ridolph. in prax. judic. par. 1. cap. 13. num. 454., Card. de Luc. de fideicom. diſc. 156. num. 9., Rot. coram Celſ. deciſ. 128. num. 11. & in rec. dec. 514. nu. 6. & 7. par. 19.*

Omnia etenim ſupradicta fundamenta opti-
me forſan congruiſſent, quotieſcumque Ferdi-
nandus a primordio Cauſæ habens ſe mere
paſſive reliquiſſet fratres de Marabottinis pro-
ſequi judicium inceptum contra patrimonium
principalium debitorum; Et cum ad impedien-
dam hujuſmodi proſecutionem, evitandamque
privationem ejuſdem patrimonii, quod ipſe
tunc detinebat ſubiuerit in ampliſſima forma
fidejuſſionem pro hac rata cenſus, nil mirum
quod in ſui perſona ac maleficium traxerit
omnes illas perniciosas conſequentias, quæ
12 jugiter inhærent oſſibus fideiuſſorum, ac de
quibus perbelle poſt *Hering. de fideiuſſor. cap. 1. per tot.*, & ſignanter *ſub num. 10. 22. & 23. Bertazzol. de clauſ. clauſ. 19. Gloſſ. 1. in fine, Rot. deciſ. 143. num. 2., & ſeqq. par. 17. recent.*

Reaſſumendo namque ſub hac hipotheſi fi-
deiuſſionis ex poſt exaratæ præcitata objecta de
plano decidebat primum, quia Marabottini
non poterant cogi ad recipiendam pecuniam
potius a debitore, quam a fideiuſſore, quili-
bet enim Creditor habens utrumque æque prin-
cipaliter obligatum poteſt poſthabito debitore
principali ſatisfactionem expetere a fideiuſſore
juxta ea, quæ affirmatur per *Andreol. contr. for. 373. n. 12., Pacific. de Salu. interd. inſpect. 2. cap. 2. n. 15., Card. de Luc. de feud. diſc. 100. num. 2. & diſc. 101. num. 8., Rot. poſt Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 243. num. 1. & deo. 426. num. 2. par. 19. tom. 2. & in Romana Salviani 16. Febr. 1699. §. Eoque minus coram R. P. D. meo Muto.*

Corruebat itidem fundamentum, ſeu ſecun-
dum ratiocinium de duratione cenſus contra
intentionem Bullę Clementinæ: Siquidem in
primis objectum labebatur ex facto, cum jam
cenſus per ſolutionem, de qua ſuperius, ſcut.
415. remanſerit extinctus, & de reliquo Cre-
ditor jura ſua ſalubrius intentans contra fide-
juſſorem, nullibi debet eſſe ſollicitus de eo,
quod contingat in patrimonio ſui debitoris, &
inter alios concreditores; Maxime cum Ma-
rabottini agitarent in Tribanali A. C. & pro-
inde ligarentur illius Tribunalis legibus, non
14 autem alterius, in quo non litigabant ex de-
ductis per *Roman. conſ. 367. ſub num. 10. & 11. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 3. num. 16. cum duobus ſeqq. Scacc. de judic. lib. 2. cap. 3. n. 174. & 175., Rot. dec. 593. n. 11. par. 19. rec.*

Tertium ratiocinium, ſive motivum utique
haberet de inſuperabili, quoties non ſuperve-
niſſet ex poſt fidejuſſoria obligatio Ferdinan-
di, ſed ea ſuperventa potuerunt omni iure
fratres de Marabottinis poſt habito veteri
iudicio, ac fundo debitoris, quandocum-
que divertere, & variare contra fideiuſſorem,
quemadmodum a fortiori licuiſſet variare con-
tra hæc, & illa bona debitoris, ſeu contra
hanc, vel illam perſonam coobligatam uſque
15 ab initio, quemadmodum reſpondit *Imperator in l. generaliter C. de fideiuſſor.* ibi - *Et ideo generali lege ſancimus nullo modo electione unius ex fideiuſſoribus ipſius Rei alterum liberari, vel ipſum Reum fideiuſſoribus ex uno ex his electo liberationem mereri niſi ſatisfiat Creditori, ſed manere ius integrum, donec in ſolidum ei pecuniæ perſolvantur, vel alio modo ſatis ei fiat &c. Salgad. labyrint, Credit. par. 1. cap. 17. num. 10. & ſeqq.*
Maxime ponderata efficacia obligationis Ca-
meralis, quæ hanc facultatem variandi ſemper,
16 & quandocumque uſque ad integram ſatisfa-
ctionem Creditoribus impartitur *Galleſ. de oblig. Cam. quæſt. 11. num. 2. ibique Zacch. n. 8., & 23., Ridolph. in prax. par. 1. cap. 1. n. 115. & ſeqq., Rot. deciſ. 1107. n. 3. coram Seraph., & deciſ. 892. num. 11. coram Emerix. jun., & in recent. deciſ. 122. nu. 16. par. 6. & deciſ. 343. num. 21. & ſeqq. par. 10.*

Ejuſdem quidem apparentiæ, ſed ejuſdem
quoque irrelevantiæ protinus detecta eſt quar-
ta objectio, in quantum enim concernebat
obligationem exhibendi cautionem de reſtituen-
do prioribus, & potioribus, ſicque recipiendi
pecuniam vinculatam minus profecto valen-
tem ratione iſtius vinculi, exceptio refricabat
idem principium, nimirum ubi Marabottini
proſequuti fuiſſent inſtantiam in Congregatio-
ne Baronum, ſed cum adverſus Ferdinandum
egiſſent cor. A. C. neque ex premiſſis tene-
rentur redire ad eamdem Congregationem
Baronum, & quis non videt ex voluntaria ſu-
17 ſceptione novæ obligationis factæ per Ferdi-
nandum quaſſari baſem hujus fundamenti ad
Text. in l. 1. C. de pact. & tradita per *Modern. Lucen. conſult. 9. n. 21., Rot. dec. 266. ſub n. 1. verſ. non dicatur, & n. 2. par. 18. rec.*

De cætero autem utique non poteſt Creditor
plus conſequi a fideiuſſore; quam reportare
queat a debitore principali, ſecundum auctori-
tates in objecto allegatas, ſed iſtud plus intel-
ligitur in ordine ad quantitatem ſibi debitam
vigore contractus, circa vero qualitates im-
minuentes eamdem quantitatem nemo dixerit,
hoc ullo modo convenire ſano, & juridico diſ-
cur-

curſui, cum omnis Creditor curare debeat ſemper uberiorem ſatisfactionem intra ſpheram ſui crediti, imputet autem ſibi fidejuſſor ſi fideiuſſonem inivit pro debitore non valente, ut in caſu noſtro, ſolvere, ſive illum reintegrare, niſi qualificate, ſeu vinculate, quemadmodum accidere paſſim videmus in fideiuſſore ſeſe obligante pro Muliere, vel Minore, tum quippe licet Creditor contra eumdem Minorem, vel Mulierem ex præſcripto Juris, vel Statutorum non poſſet obulum prætendere, compellitur tamen fideiuſſor integre ſatisface-
18 re ſuſceptæ obligationi. *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 65. num. 7., Gratian. diſcept. for. cap. 122. num. 14. & ſeqq., Carol. Ant. de Luc. ibidem n. 2. Hering. de fideinſ. cap. 10. nu. 18., Merlin. de pign. lib. 2. tit. 2. q. 78. num. 21., Vrceol. de tranſact. q. 74. num. 58. & ſeq., Rot. decif. 510. per tot. ibique Adden. par. 5. rec.*

Retentaque hac ineluctabili ſolutione viſum eſt Dominis more ſuo dilabi quintam, ac poſtremam objectionem quoad inculcatam exceptionem *cedendarum*, ea namque gignit dumtaxat obſtaculum Creditori agenti, quando ex facto proprio, vel culpa remaneret impeditus ſolventi cedere actiones contra principaliter obligatum, ſecus autem ubi abſque propria culpa, prout hic, actiones ceſſæ efficiantur infructuoſæ ſive in totum, vel in parte, ut præter durius exemplum mox animadverſum fidejubentis pro Muliere, vel Minore inhabili de jure, vel Statuto ad contrahendum multipliciter exemplificat *Olea de ceſſion. Jur. tit. 5. quæſt. 2. num. 44., Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. quæſt. 72. num. 9. verſ. ubi ampliat, & num. 19. & 20.* & abſolute tradunt: *Hering. de fidejuſ. cap. 27. par. 3. n. 13. Zacch. de oblig. Camer. q. 17. num. 116., Rot. dec. 222. num. 10. coram Merlin.*

Et ex his a primo ad ultimum Domini ad exuberantiam ponderabant, quod ſi Ferdinandus intendebat, quod Actores recipere obſtringerentur pecuniam cum vinculo, opportuiſſet, quod illius fidejuſſio cautius extitiſſet refrænata, videlicet de ſolvendo quicquid a Congregatione Baronum fuiſſet determinatum; in his ſiquidem terminis vel fratres de Marabottinis coacti fuiſſent ex bono, & æquo obtinere ſatisfactionem de pecuniis a patrimonio debitorum redactis, vel cum, aut ſine cautione illam reportare arbitrio ejuſdem Congregationis, de quo *Card. de Luc. de feud. diſc. 97. num. 2.* alias fidejuſſio tam coram A.C., quam coram quocumque Tribunali remanſiſſet evanida, quod ſane ſupponen-
20 dum, ſeu reſponendum non eſſet ex *Text. in l. quoties ff. de reb. dub., Soccin. Iun. conſ. 103. n. 28. vol. 1., Modern. Argentan. collect. legal. 8. n. 96. vol. 2. Modern. Lucan. conſult. 178. n. 40., Rot. coram Gregor. deciſ. 516. num 4. et ſeq.*

Et ita &c. utraque &c.

VITERBIEN. BONORUM SUPER CREDITIS.

Veneris 20. Aprilis 1703.

ARGUMENTUM.

Plura vide remiſſive in hac Deciſione: Et primo quando cenſus dicatur extinctus: Secundo, cui debeatur interuſuria dotalia, & quando de illis ſatisfactus præſumatur Maritus: Tertio cuinam ex ſtatuto Viterbii *lib. 2. rubr. 76.* debeatur lucrum dotale, & quomodo probanda ſit conſuetudo contraria; Qnarto de quibus rebus Adminiſtrator rationem reddere tenetur: Quinto an munuſcula calore ſponſalitio ſponſę tradita dicuntur donata, & quid de aliis jocalilibus, & veſtibus, quæ mundum muliebrem conſtituunt: Sexto demum quid diſponat ſtatum Viterbii circa maternam hæreditatem.

SUMMARIUM.

1 *Judicium immiſſivum dubius non toleratur exception.s.*
2 *Publicum inſtrumentum cenſus facit probationem undique probatam, & manifeſtam.*
3 *Cenſus extinctio probatur per intervallum longiſſimi temporis, & urgentibus ſolitis conjecturis, & acquieſcentia Creditoris.*
4 *Donatarius univerſalis ſuccedit loco hæredis.*
5 *Actio, & paſſio non datur in eodem ſubjecto.*
6 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
7 *Titulus cum redit ad non titulum cenſus redit ad primava jura, & Dominus cenſus conſequi debet fructus ſui cenſus.*
8 *Creditor cenſus poſſidens hæreditatem ſui debitoris, vel cenſus interim remanet conſepultus, vel eſt diſſolvendus ex fructibus ejuſdem hæreditatis.*
9 *Dotis fructus Marito eo ipſo debentur, quod ſubſtinet onera Matrimonii, & hoc ſive dos fuerit promiſſa in re, ſive in quantitate.*
10 *Interuſuria dotalia ceſſant per diſſolutionem matrimonii.*
11 *Maritus heres debitoris dotis præſumitur ſibi ſatisfeciſſe de interuſuriis dotalibus.*
12 *Lucrum dotale vigore ſtatuti Viterbii* lib. 2. rubr. *76. debetur tantummodo viro ſuperſtiti, quotieſcumque matrimonium diſſolvi contigiſſet per præmorientiam conjugis ſine filiis.*
13 *Illatio in interpretandis ſtatutis fieri nequit de uno caſu ad alium.*
14 *Conſuetudo contra ſtatutum non ex ſimplici atteſtatione Cauſidicorum, ſed ſermiter cum ſuis notoriis requiſitis juſtificanda eſt.*
15 *Hæres impugnare non poteſt confeſſionem defuncti.*
16 *Hæres in ea quota in qua eſt hæres proprium creditum confundit, & pro reſiduo proportionabiliter agere, ſeu excipere valet contra cohæredem.*
17 *Cauſa, & correſpectivitate ceſſante ceſſat aſſignatio illarum vigore, & occaſione facta.*
18 *Calculationis natura ea eſt, ut hinc inde data*

ſive

ſive debitu solet, ac debet appo ere, ſive dinumerare.

19 *Expenſæ liquidatæ Victori reficiendæ ſunt per ſuccumbentem.*

20 *Quilibet adminiſtrator ante redditam rationem reputari nequit Creditor, vel debitor.*

21 *Evitare autem mandatum ad ipſum factum reddendæ adminiſtrationis non poteſt.*

22 *Adminiſtratorem teneri duntaxat rationem reddere de illis rebus, quæ ad ejus manus pervenerunt locum ſibi ſolum uſurpat in adminiſtratione particulari, non autem in Tutoribus, ſive adminiſtratoribus generalibus.*

23 *Tutor acceptando tutelam ſi ut moris eſt expromittat utilia facere non immerito tenetur ad omnia damna, quæ pupillis obven ſſent ex neglecta ab eo adminiſtratione, & tutela.*

24 *Munuſcula calore ſponſalitic Vxori tradita cenſentur donata libere.*

25 *Secus in gemmis, aliiſque rebus, prætioſis, quæ præſumuntur potius accomodatæ ſponſæ, quam donatæ.*

26 *Jocalia, & Veſtes, quæ conſtituunt mundum m liebrem præſumuntur apud Conjugem ſuperſtitem etiam poſt viri deceſſum jugiter remanere.*

27 *Ad finem excuſandi aliquem a reſtitutione fructuum, ſuperabundat titulum non extitiſſe ab initio nullum.*

28 *Statutum Viterbii cohibens maternam diſponendi poteſtatem auget legitimam filiorum ad novem ex decem partibus ejus bonorum: Declara ut* num. 30.

29 *Fructus legitimæ debentur a die obitus Patris, non vero a die liti conteſtatæ.*

30 *Hæreditatis titulus cum ſit individuus, ita nequit illam quis pro parte acceptare, & pro parte repudiare puta petendo legitimam, quæ cum ſit unita cum reliquo patrimonio pars ipſius patrimonii conſideratur.*

DECISIO CCLXXXIII.

Corinthia præpedire non valens immiſſionem a Stephano reportatam pro tribus ex quinque partibus bonorum Flaviç, non obſtante oppo ita per eam aſſueta *Cautela Angeli* ex cauſa nonnullorum Creditorum, decernente Auditorio inhibendo ex hoc capite non eſſe *ſub die 6. Februarii* 1699. *coram R. D. meo Molines Decano* coacta fuerat obtemperari rigori Judi-
1 cii immiſſivi dubias non tollerantis exceptiones, donec in medulla meritorum, ſive ad effectum tantummodo devolutivum, reaſſumpta hodie maturiori præſcrutatione eorumdem Creditorum, in conflictu illorum, quæ etiam ex parte Stephani promovebantur, Rota quidem conſtare cenſuit de Creditis utriuſque collitigantis, aſt non jam, ut ſibi unaquæq; pars blandiebatur; verum ut æquitas, & Juſtitia expoſcebant oneſtius.

Incipiendo etenim a phalange, ſeu claſſe Creditorum Chorintiæ illa primario pretendebat obnoxia remanere bona Flaviæ debito cujuſdam Cenſus ſcut. 200. una cum fructibus. Ad rationem ſcut. ſeptem cum dimidio pro centenario, quem Livia Flaviæ Mater impoſuerat favore Horatii Patrui ejuſdem Corinthiæ, circa quod DD. non dubitarunt Capitale eidem omnino fore adſcribendum, cum ipſa ex perſona ejus Patris legitimaret titulum hereditarium memorati Horatii, & de ſubſtantia, ſive realitate Crediti, ac impoſitionis appareret per publicum Inſtrumentum efficiens ex juribus vulgatis probationem undique probatam, ac manifeſtam
2 ut in Terminis Crediti Cenſualis — *Gratian. diſcept. Foren. cap.* 796. *num. primo, Cenc. de Cenſib. quæſt.* 51. *num.* 2. *Rot. dec.* 1088. *num.* 1. *cor. Emerix. Jun. in rec. dec.* 122. *n.* 3. *par.* 18., *& in Camerinen. manut. ſeu Cenſuum* 23. *Junii* 1698. §. *Et quamvis coram R. D. meo Molines Decano.*

Abſque ea quod ullatenus refragaretur objecta ſolutio, ſive extinctio deprompta ex longo temporis prolapſu una cum acquieſcientia Creditoris, licet enim per longiſſimi temporis intervallum, urgentibuſve ſolitis conjecturis abſonum non ſit allegare cenſus redemptionem, ſive extinctionem, quemadmodum diſtinguendo inter præſcriptionem, ac preſumptam extin-
3 ctionem fuſe demonſtratum fuit in *Romana aſſociationis* 4. *Julij* 1698. §. *Et ex his, & §. Concomitantibus cor. Me, & in Sabinen. Fideicommiſſi* 22. *Aprilis* 1701. §. *Primus ſiquidem, &* 12. *Junii* 1702. §. *Nec ad impugnandum cor. R. P. D. meo Caprara.*

Nihilominus conjectura, & acquieſcientia Corinthiç, vel Franciſci ejus Patris, & Auctoris non erant tales, quç hujuſmodi redemptionem, ſive extenſionem preſeferent, quia, cum Franciſcus Oratii Fratris hæres, & ex illius perſona, effectus Creditor memoratæ Liviæ, nactus quoque fuiſſet ab eadem Livia univerſalem donationem juxta deciſiones editas *cor. bo me. Emerix hactenus inter ſuas* 1234., & 1327. utique non poterat prætendere ſolutionem controverſi Cenſus, ſeu illius fructuum ſuccedente enim donatario univerſali loco Eredis, ut eſt nototium, & dictum fuit *in Auximana fideicommiſſi,*
4 *ſeu Pæcuniaria* 9. *Junii* 1702. §. *Neque cor. Me. Nemo non videt* quod non poterat inſtare contra ſe, vel exigere eoſdem fructus a ſemetipſa ob illam incompatibilitatem, & repugnantiam paſſionis, & optionis in eodem ſubjecto de qua
5 generalitate *Bald. in ff. fin.* §. *In computat. num.* 3. *cod. de jur. deliber. Saſon. in ff. plane* §. *Si duob. num.* 1. *ff. de Legat.* 1. *Modern. Lucen. conſult.* 102. *num.* 47., *Card. de Luc. de Credit. diſc.* 40. *num.* 11., *& in ſpecie Cencius de Cenſibus q.* 107. *num.* 40. *& ſeq., Rot. poſt eumdem deciſ.* 446. *n.* 1., *& cor.* Cerro *dec.* 129. *num.* 9.

Non debeat itidem Corinthia in Inventario paternæ hæreditatis ex poſt deſcribere præfatum Cenſum: nam præſuppoſita univerſali donatione mox enunciata inutile reddebatur appone-

Digitized by Google

ponere in præcitato Inventario illud creditum
quod poterat cenſeri juridice jam medietate
hac incompatibilitate ſublatum, & extinctum
6 vulgata regula de qua *Excobar. de ratioein. cap.
15. n. 17. & cap. 19. n. 26., Tiraq. de Iur. Primog.
q. 55. n. 10., Barbos tract. var. axiomat. 162. n. 1.*

Parumque obſiſtebat quod ab enunciatis de-
ciſionibus æditis de anno 1695., & 1696. *cor.
Emerix* prædicta donatio extiterit declarata
nulla: quoniam ab inde citra nulla acciderit
occaſio efficiendi aliquod Inventarium, & ſo-
lum ex tunc ablata remanſerit ſoppoſita incom-
patibilitas, non ſolum deficiebat quodlibet tem-
pus, ex cujus effluxu una cum ſilentio Credito-
ris induci valeret prætenſa redemptio, ſive
7 extinctio quin imo ſternebatur Corinthiæ ſemi-
ta apertiſſima allegandi in hodierna audientia
hujuſmodi: creditum invalidata ſiquidem dona-
tione de qua ſupra, & ob id reſoluta qualibet in-
compatibilitate congruum erat ut Corinthia
ad primeva Jura hujuſce Crediti rediret exbel-
le in propoſito perpenſis per *Rot. poſt. Cenc. de
Cenſib. dec. 300. nu. 2. & 3. & dec. 530. n. 13.
& cor. Bich. dec. 406. n. 26. & 27. & dec. 551.
n. 9. & 10.*

Non reputarunt tamen DD. cumulandos eſſe
favore Corinthiæ fructus hujuſce Cenſus ad
ſumptam rationem ſc. ſeptem cum dimidio pro
centenario, decurſus a die ſubſequutæ impoſi-
tionis, videlicet *a die 26. Aprilis* 1653. uſque
ad præſens, dum enim Corinthia hoc medio
tempore poſſedit hæreditatem Liviæ debitricis,
vel interim Cenſus remanſerat conſepultus,
8 vel erat diſſolvendus ex fructibus ejuſdem hæ-
reditatis, ut eſt de Jure debiti cenſualis ad tra-
dita per *Prat. obſervat. 32. n. 21., Gratian. di-
ſcept. foren. cap. 294. n. p. & ſeqq. ibique Carolus
Antonius de Luca parit. n. p. & ſeq. Card. de
Luca de Legat. diſcurſ. 37. n. 5., & de ſervit.
diſc. 57. n. 50. cum aliis in Rom. pecun. 5. Iunii
1699. §. Quamobrem cor. me.*

Adſurgebat ſecundo loco Corinthiæ ad cal-
culum ſuarum prætenſionum referendo alterum
Creditum conſiſtens in dotalibus interuſuriis per
ſupportationem onerum matrimonii initi cum
Flavia debitis Franciſco de bonis Liviæ ad Fla-
viam ejus filiam devoluntis, neque ſuper ſub-
ſtantia pariter hujus Crediti ulla fuit apud DD.
dubitatio, quoniam ſtante prædicta onerum
matrimonialium ſupportatione, æquitas, &
juſtitia exigebat, ut dotis ſibi promiſſæ, & non
ſolutæ in ſc. 1000. fructus correſpondentes ex-
ſolverent ad rationem ſc. ſeptem cum dimidio
pro Centenario prout ſub rubrica 78. injungebat
9 patrium ſtatutum, & ut pariter eſt de jure li-
quidiſſimum *ex Text. in cap. ſalubrit. de uſur. &
adnotatis per Cyriac. controv. 30. n. 4. & ſeq Giurb.
ad conſuet. Meſſanen. cap. 3. gloſ. 5. n. 14. cum ſeq.
Add. ad Buratt. dec. 159. n. 13. Rot. dec. 284. n. p.
& ſeqq. poſt Pacific. de Salvian. dec. 182. n. 1. part.
4. tom. 2., et dec. 20. n. 4. et 5. part. 13. rec.*

Verum quantitati petitionis minime annue-
runt, licet enim videretur fundata intentio
Corinthię *ab anno* 1651. ſub quo contractum
extiterat Matrimonium a Franciſco Patre Co-
rinthiæ uſque *ad annum* 1667. in quo fato ceſſit
idem Franciſcus, unde durante toto tempore
vitæ ipſius, Franciſci, onera matrimonialia
ſubeuntis debita viderentur correſpectiva dota-
lia inter uſuria quæ ſolum ceſſant, per diſſolu-
10 tionem Matrimonii *juxta notata in d. cap. ſalu-
brit. de uſur. per Gratian. diſcep. for. cap. 427.
n. 1., Card. de Luca de dote, diſc. 161. nn. 59.
& 60. et de credit. et debit. diſc. 131. n. 6., Mart.
Medic. dec. Senen. 15. n. 6., Rot. dec. 387. n. 7.
cor. Emerix Iun. poſt Modern. Aſculan. ad ſtatut.
Vrbis dec. 100. n. 6. et in rec. dec. 258. n. 1. par.
10. et dec. 214. n. 9. par. 19.*

Attamen cum de prædicta dote ſc. 1000. prin-
cipaliter foret debitrix Livia mater Flaviæ,
illiuſve hæreditas, atque bona per obitum ejuſ-
dem Liviæ ſecutum de *anno* 1659. devenerint
in Franciſcum titulo donationis univerſalis de
quo ſuperius, & ſucceſſive in Corinthiam,
utique ab inde citra Franciſcus, vel tenebatur
ſibi de eiſdem fructibus ſatisfacere, vel præſu-
mebatur ſatisfeciſſe ex paſſim cumulatis per *Ca-
11 ren. reſol. 114. num. 3. & 4., Guttier. de tutel.
par. 2. cap. 9. num. 4., Fontanell. de pact. nupt.
clauſ. 7. gloſ. 3. par. 7. n. 25. & ſeqq., Triſtan.
dec. Cathalon. 41. num. 8., Rot. dec. 161 nu. 1.
par. 12. rec. & in Bononien. Cenſur. 5. Iunii 1684.
§. Quinimo cor. Florez.*

Tertio reſtaurabat Corinthia ex eadem per-
ſona Franciſci ſui Patris, ſed prorſus inutiliter
prætenſione Lucri dotalis de cætero ſublatam
*in dec. 6. Februarii §. Vtique retento cor. Re-
verendiſſimo D. meo Molines Decano* ſubſiſtere ſi-
quidem viſum eſt fundamentum quod hujuſmo-
di dotale lucrum viro ſuperſtiti tantumodo de-
beretur quotieſcumque matrimonium diſſolvi
contigiſſet per premorientiam Conjugis ſine fi-
12 liis ad litteram ſtatuti, ſive additionis, ac
reformationis *ad rubricam 76. lib. 2.* & per con-
ſequens dum Flavia obierat relicta Corinthia,
& Paulo filius nequibat fieri ab uno caſu ad alte-
13 rum illatio communiter tradiderunt *Fulgoſ.
conſ. 203. per tot., Gratian. diſcep. Forenſ. cap.
197. n. 2. Cyriac. controv. 271. n. 16. Epiſc.
Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 114. n. 10. & 12.
& ſeqq. Boſſ. de dote cap. 2. num. 97., Modern.
Aſculan. ad ſtat. Vrb. annotat. 33. art. 1. nu. 2.,
Rot. in Romana Dotis, & Lucri 26. Aprilis 1700.
§. Hinc coram Me.*

Abſque eo quod in nulla haberi potuerit con-
ſideratione teſtificatio Collegii Patronor., &
Notariorum Viterbii regiſtrata *in Sum. num. 8.
& 9.* quoniam illa totaliter innitebatur aſſertæ
conſuetudini, quę cum foret diametraliter op-
poſita præditæ reformationi, ſive additioni ſta-
tutorum ac de jure cęteroquin nullum conjugi
14 ſuperviventi lucrum deferatur: Hinc proinde
hujuſmodi conſuetudo non ex ſimplici atteſta-
tione Cauſidicorum, ſed formiter cum ſuis requi-

ſitis notoriis veniebat juſtificanda, quemadmodum in propoſito *Rot. in Firmana manutentionis 5. Martii 1698. §. Nullitas cor. R. P. D. meo Muto & in Caſenaten. Spolii 4. Martii 1701. §. Subſiſtit cor. eodem.*

Pro parte, ſive prope medietatem dumtaxat adſcripſere DD. ad commodum Corinthiæ creditum quod quarto loco ipſa adducebat ex cauſa cujuſdam ceſſionis factæ Franciſco ejus Genitori per Aringham pro ſumma ſc. 1450. ad finem liberandi Prædium nuncupatum *Pianeardeto* quod idem Franciſcus continuando poſſeſſionem in Salviano contra Bonellos reportatam a Livia ejus Auctrice poſſidebat affectum prędicto credito Aringhæ: nam licet ſolutio per Franciſcum facta cantaret de hac integra ſumma ſc. 1450. cum tamen recipiendo deinceps idem prædium ab eiſdem Bonellis per viam dationis in ſolutum in abſolutum dominium ap-
15 pareret confeſſus ſeſe ab iiſdem Bonellis recipiſ-
ſe ſc. 730. 20. perſpicuum afficiebatur Creditum reduci ad ſc. 719. 80. Pro alia etenim parte reportatæ ſatisfactionis, nulla actio, nulla retentio poterat opponi vel intentari per Corinthiam eiuſdem Franciſci confitentis heredem ad notiſſima jura de quibus *Noguerol. alleg. Jur. 25. n. 85. Card. de Luc. de Judic. diſc. 23. n. 25. & 28. & de Jurep. diſc. 22. n. 7. Modern. &c. Buxetan. de confuſ. & diſtinct. jur. cap. 11. n. 3., Rot. dec. 220. nu. 4. cor. Celſo dec. 51. n. 6. cor. Vbago & in Aſculana Dotis 29. Aprilis 1701. §. final. cor. R. P. D. meo Pio.*

Nihilque in propoſito relevabat quod jam Corinthia mediante Immiſſione ſolum pro tribus ex quinque partibus Stephano conceſſa retineret, ſeu retinere deberet penes ſe Prædium *del Pianeardeto*, ex pro aliis duabus remanentibus partibus præ manibus haberet valorem prædictæ ceſſionis, ſiquidem in præſenti colluctatione agebat tantummodo de ſtabiliendis hinc inde creditis, ſucceſſive etenim ſuo loco, & tempore dicebant DD. habebitur ratio hujuſce retentionis, ſeu poſſeſſionis, cum unuſquiſque hæres pro ea quota in qua eſt hæres proprium creditum confundat, & pro reſiduo proportionabiliter agat, ſeu excipere valeat
16 contra coheredem *ad text. in l. ſi Vxor. C. de bon. Auctor. Iudic. poſſeſſ. ibique Gloſ. Bartol. Bald. Paul. de Caſtro ceteroſque communit. ſcribentes Modern. Buxetan. de confuſ. & diſtinct. Iur. cap. 15. n. 19.*

Iſtaque replicatione retenta conſequens erat quod neque DD. non potuerint quinto loco abſtinere a bonificatione integre partitæ, ſive Crediti deduct. per eadem Corinthiam quoad ſc. 1000. per ipſam Stephano exburſata ex titulo initæ inter eos tranſactiones: nam cum hujuſmodi tranſactio effectum non habuerit deficiente Corinthia in ſolutione reſidui uſque ad ſummam ſc. 2150. intra terminum ſex menſium ſtabilitum in eadem concordia, congruum omnino reddebatur quod hæc quantitas per
17 quamdam ſpeciem conditionis *cauſa data cauſa non ſecuta* Corinthiæ reſtitueretur *juxt. text. in l. 1. et in l. 3. §. Idem eſt et tot. tit. ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. et tradita per Federic. de Senſ. conſ. 174. in princ. Mandell. de Alba conſ. 77. n. 28. et ſeqq., Rot. dec. 213. n. 18. par. 19. rec.*

Diximus, retenta ſupradicta replicatione, quia quamvis Stephanus objectaret quoad hanc poſtremam partitam quod ipſe poſſet hujuſmodi ſummam retinere apud ſe uſque ad terminationem litis pro creditis ab eo prætenſis, utique dum ad præſens dumtaxat numerabantur utrinque Credita, non per hoc legitimæ exceptiones circa prętenſam retentionem quatenus de jure ſubſiſterent elidebantur, hodierna quippe canonizatio normam tantummodo inſinuabat pro calculo ſucceſſive faciendo ad finem indagandi quiſnam ex collitigantibus alii ſolvere vel alii refundere quidquam deberet juxta naturam calculationis, quæ hinc inde data, ſive debita ſolet, ut debet apponere ac
18 dinumerare per *Text. in l. ſi cui libertos 49. ibique Bartol. ff. de condit. et demonſtr. Angel. Aretin. conſ. 48. n. 15. verſ. nam ponere calculum Ancharan. conſ. 330, n. 8., Rot. in Romana Salviani 3. Aprilis 1702. §. Verum cor. Me.*

Hæc itaque erant, quę poſtmodum in calculo opportune efformando Tribunal cenſuit eſſe deſcribenda pro parte, ſive *nell' havere di Corinthia* ex altera vero parte ſive *nell' havere di Stephano* nonnulla abſtractive nonnulla alia in concreto regiſtrata pariter fore exiſtimavit, in abſtracto quippe, minime ambigebant DD. reficiendas ſive bonificandas litis expenſas in ſequelam victorię pereumdem Stephanum repor-
19 tatæ quoties tamen opportuna ſubſequeretur liquidatio *ſecundus fuſe deducta in Romana alimentorum ſuper expenſis 22. Jan. 1700. cor. me impreſ. apud modern. Aſculan. ad Statut. Urbis dec. 190.*

Minuſve hæſitarunt pariformiter in abſtracto quod ſolvendum eſſet prædicto Stephano, quidquid deinceps ſupereſſet de reliquatu adminiſtrationis, ſive Tutelæ, & Curæ ſuſceptæ per Flaviam ejus Matrem, & reſpective Liviam, illius Aviam, in concreto, autem cum uſque ad præſens non fuerint calculatę hinc inde, diſpunctæque rationes ejuſdem adminiſtrationis, nequibat Corinthia pro quota, ſeu partibus illam obtingentibus in aliqua pro nunc certa quantitate condemnari. Siquidem ante redditam rationem nullus adminiſtrator reputari valet Creditor, vel debitor, licet non poſſit evitare
20 Mandatum ad ipſum factum reddendæ rationis Teſte quoad prima concluſione. *Petr. de Ancharan. conſ. 235. ſub num. 1. verſ. Præterea Eſcob. de ratiocin. cap. 21. nu. 12. & ſeqq., Card. de Luca de Credit. & debit. diſc. 6. num. 6. & 7. & diſc. 76. num. 2. tract. de Comerc. & Merc. diſc. 31. num. 6. ex ſeqq. & diſc. 37. nu. 15., Rota cor. Baratt. dec. 443. & dec. 195. utrobique n. 2.*

decis.

deciſ. 1159. *num.* 5. *cor. Emerix Jun.* Et quoad ſecunda eodem *Eſcobar. de ratiocin. cap.* 1. *n.* 5.,
21 *Gratian. diſceptat. for. cap.* 641. *nu.* 22. *& ſeqq. Thomat. dec. Macerat.* 76. *num.* 3. *Rot. dec.* 727. *num.* 3. *par.* 2. *dec.* 228. *num.* 4. *par.* 11., *& dec.* 591. *num.* 13. *&* 19. *part.* 18. *rec.*

In nihilo offendente, quod in hodierna audientia non probaretur in effectu Liviæ, ac Flaviæ conſignata fuiſſe bona pupillaria, ſatis quippe ad eruendam obligationem in genere, ut præmiſimus, viſum eſt DD. quod tam Livia, quam Flavia ſolemniter ſuſcepiſſent Filiorum, & reſpective Nepotum tutelam, ſicuti docebatur in *Summario Stephani num.* 3., *&* 4. niſi etenim hujuſmodi tutelam ſic acceptantes oſtenderent quod alter vel de Jure, vel de facto adminiſtraverit, illud namque quod dicitur adminiſtratorem teneri dumtaxat rationem reddere de ipſis, quæ ad illius manus pervenerint, locum ſibi ſolum uſurpat in Adminiſtratores particulari,
22 non autem in Tutoribus, ſive Adminiſtratoribus generalibus, *ut liquet ex Corn. conſ.* 81. *n.* 6. *lib.* 4., *Gravett. conſ.* 251. *num.* 14., *Rot. cor. Cerro dec.* 421. *num.* 6., *& ſeqq. & dec.* 893. *num.* 13. *&* 14. *& in rec. dec.* 470. *num.* 1., *& per tot. par.* 1., *& dec.* 297. *num.* 19. *&* 20. *par.* 10., *& in Bonon. Cenſus* 5. *Junii* 1684. §. *Nec obſtat cor. Florez.*

Abſentia vero prædictarum Flaviæ, & Liviæ pro ulteriori excuſatione allegata per Corinthiam nullo pacto relevabat, quia cum nemo demonſtraretur ſubrogatus in munere Tutelæ facile poterant ædem mulieres alium ſubrogaſſe, qui iſtud officium earum nomine implere in omnem vero caſum cum ſolemniter acceptando tutelam, ut moris eſt expromiſerint utilia facere, teneri non immerito poterant ad
23 omnia damna, quę pupillis obveniſſent ex neglecta per eas adminiſtratione, & tutela *ex deduct. per Borgin. Cavalcan. de Tutor., & Curat. a num.* 114. *cum pluribus ſeqq. Eſcobar. de Ratiocin. cap.* 19. *n.* 1. *& ſeqq., Rot. dec.* 270. *a n.* 7. *par.* 15. *& dec.* 105. *num.* 19. *& ſeqq. par.* 16. *rec.*

Eadem facilitate, & Iuſtitia canonizata remanſit tertia Stephani prætenſio conſiſtens in appretio, ſeu credito Jocalium, veſtium prætioſarum, atque gemmarum, quæ Pomponius Stephani Pater intuitu primi Matrimonii initi cum Flavia ad ipſam Flaviam tranſmiſerat *Summ.*
24 *Stephani num.* 12. certum ſiquidem erat, ut quidquid eſſet de levioribus munuſculis, quę calore ſponſalitio poterant cenſeri libere donata, profecto qualibet præſumptio donationis ceſſat in gemmis, aliiſque rebus pretioſis, qua potius extimantur accomodate futuræ ſponſæ, quam
25 donatæ, ut optime diſtinguunt, & affirmant *Cyriac. Controv.* 120. *num.* 10., *Donat. Anton. de Marin. reſol. lib.* 1. *cap.* 90. *num.* 1. *verſ. Sed elegans, & num.* 2., *Carol. Ant. de Luca ad illum num.* 1. *Modern. Argent. Colluctat. legal.* 42. *num.* 96. *&* 97. *tom.* 1., *Rot. dec.* 885. *num.* 5. *cum tribus ſeqq. cor. Merlin. dec.* 67. *parti. n.* 5. *cum pluribus ſeqq., & dec.* 102. *num.* 1. *&* 2. *cor. Arguell. dec.* 579. *num.* 1. *& ſeqq. cor. Emerix Jun., & in Bononien. Dotis, & antephati ſuper negocio principali* 17. *Junii* 1695. §. *Similiter cor. R. P. D. meo Muto.*

Verum, & hæc prætenſio reſtitit in ſua abſtractione, cum nequiverint in aliqua determinata quantitate approbari, donec in mox enunciata redditione rationis: opportunius horum jocalium valor liquidaretur, minime de cętero refragante quod nullibi coruſcaret jocalia hæc, veſtes, atque gemmas poſt obitum Pomponii Patris ipſius Stephani, a quo fuerant ex tradita, remanſerint apud Flaviam, cum neque Teſtes relati *in prædicto Summario Stephani num.* 12., *& Corinthiæ num.* 2. id concluderent poſitive, pariformiter quippe non docto de contrario conſimilia jocalia, ac veſtes, quæ conſtituunt Mundum muliebrem præſumuntur apud con-
26 jugem ſuperſtitem etiam poſt viri deceſſum jugiter remanere *juxta ea, quæ habet Card. de Luca de dot. diſc.* 93. *num.* 6., *Rot. dec.* 38. *n.* 9. *&* 10. *cor. Cerro dec.* 131. *num.* 19. *&* 20. *& dec.* 173. *num.* 22. *&* 23., *& dec.* 292. *num.* 6. *cor. Bich.*

Creditum fructuum dotalium ex cauſa Dotis Flavię Pomponio Stephani Patri promiſſę, & non ſolutæ per quinquennium videlicet a die ejuſdem dotis conſtitutę uſque ad obitum prædicti Pomponii ad rationem ſcut. ſeptem cum dimidio juxta præfinitionem municipalem, veluti nec ab ipſa Corinthia impugnatum, quarto loco prēmeruit in partem Stephani proculdubio dinumerari, unde reſtante poſtremo quinta partita fructuum ſuperius enunciatæ Victoriæ Judicii Immiſſivi, neque pariformiter fuit habita hæſitatio circa ſubſtantiam in hoc, prætenſionis ejuſdem Stephani reputarunt tamen DD. illos non niſi a die motę litis fore calculandas, cum per antea controverſa bona ſtarent apud Franciſcum, & ſucceſſive Corinthiam vigore donationis explete per Liviam in perſonam ejuſdem Franciſci, quantumvis enim eadem Donatio ſucceſſive declarata fuerit nulla ex reſiſtentia patrii Jurii Statutarii in prælandata *deciſione* 1234., *& dec.* 1327. *cor. Emerix Jun.* Ad huc tamen denegari nequibat quod præcedens memorata donatio formiter deinceps, ac iterate diſputata, non prēberet titulum ſaltem coloratum favore Corinthię, quando ſuperabundat ad finem excuſandi a reſtitutione fructuum titulum non extitiſſe penitus in radice nullum ex
27 deductis per *Peregrin. de fideicom. art.* 40. *num.* 118., *Card. de Luca de donat. diſc.* 13. *num.* 6. *Rot. cor. Gregor. dec.* 74. *num.* 5. *ibique Adden. lit. A. cor. Coccin. dec.* 1561. *num.* 2. *ſeqq. et in rec. dec.* 528. *num.* 7. *par.* 2. *dec.* 265. *num.* 6. *et ſeq. par.* 17. *et in Nucerina paganorum applicationis Conventuum ſuper prætenſa reſtitutione fructuum* 17. *Junii* 1699. §. *Palpabant et ſeqq. coram Me.*

Quin recalcitraret huic moderationis ad diem motę litis redactæ, ipſamet ratio cauſativa annullationis ejuſdem donationis nimirum ex quo Viterbii Statutum cohibendo maternam diſponendi poteſtatem augeat legitimam filiorum ad novem ex decem partibus ejus bonorum uti jam ſepius ſtabilivit *Rot.*, *& præſertim inter*
28 *has partes in deciſione* 10. *Junii* 1697. *ſub* §. *Quatenus cor. R. D. meo Molines Decano* ideoque fructus ex hoc capite a momento obitus Flaviæ, non vero a die conteſtatæ Litis reſtitui, ſeu bonificari deberent ex notiſſimo privilegio legiti-
29 mæ de quo *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *per tot. Haiban. de intereſ. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 1. *Grivell. dec. dolan.* 98. *n.* 2., *Rot. in Vrbevetana ſupplementi Legitimæ* 14. *Decembris* 1699. §. *Hit itaque cor. R. D. meo Molines Decano in Ferrarien. fideicomm.* 14. *Maii* 1700. §. *Minuſq. cor. R. P. D. meo de la Tremoille*, *&* 13. *Februarii* 1702. §. *Neque ſubſiſtere cor. R. P. D. meo Scotto & in Romana Legitimæ* 23. *Januarii ejuſdem Anni* §. *fin al. cor.* Me.

Ultra enim quod ſemper reincidebat mox allata replicatio, quod Corinthia prius initebatur titulo undequaque colorato, & excuſativo a fructuum reſtitutione donec, & quouſque per motionem ipſius litis in mala fide conſtitueretur, attamen propoſito illa quod Statutum augere dicatur legitimam a triente, vel ſemiſſe ad novem ex decem partibus maternæ dotis, ſive ſubſtantiæ diverſos prcutiebat effectus, nimirum, ut nec ex una parte mulierem in prę-judicium filiorum diſponere valeret ultra decimam in extraneos; & ex altera filii inequaliter tractari non poſſent ad normam legitimæ Juris communis, quę viriliter inter filios dividenda eſt. Cæterum reſpectu fructuum in præſenti caſu in quo non agebatur de concurſu cum extraneis ſive de inequali Matris diſpoſitione diverſa ratio aſſurgebat, nam Jure hæreditario, non autem legitimario inter ſe infracta donatione Aviæ, filii utriuſque Matrimonii ſuccedebant in dote, ſeu in bonis Flaviæ eorum Matris, ideoque non poterant diſcurrere de Legitima tamquam abſorpta per titulum univerſaliorem hæreditarium cum quo pro tribus partibus extitit ad conſuccedendum Stephanus admiſſus, ſecundum plene demonſtrata per *Peregrin. de Fideicomm. art.* 36. *num.* 5., *Rot. dec.* 272. *num.* 13. *in fin. cum trib. ſeqq. par.* 5. *tom.* 1. *rec. & in Romana*, *ſeu Jannen. Legitimæ* 28. *Aprilis* 1681. §. *Verum opinionem in fine cor. clar. mem. Card. Matthei*.

Et ita in hunc modum pro nunc de Creditis hinc inde conſtare DD. reſolverunt, utraque &c.

ARETINA BENEFICII.

Lunę 23. *Aprilis* 1703.

Inſtitutio in Beneficio debetur illi, qui demonſtrat ſe fuiſſe præſentatum a Patrono exiſtente in quaſi poſſeſſione Juriſpræſentandi. Vltimus ſtatus, quomodo probari debeat, ad effectum ut quis, ad illius tramites poſſeſſiones nanciſcatur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio concedenda eſt ei, qui docet ſe fuiſſe præſentatum a Patrono exiſtente in quaſi poſſeſſione & facto præſentandi.*
2 *Proviſiones Apoſtolicæ non mutant anteriorem ſtatum Beneficii.*
3 *Nec tollunt, quod pro metiendo ultimo ſtatu poſſeſſorio non attendatur, qui præcedenter extaret in eadem quaſi poſſeſſione præſentandi.*
4 *Et in hac materia perquirendum eſt deneceſſe quis per antea pacificè præſentaverit.*
5 *Factum poſſeſſionis Juriſpræſentandi ſeu quaſi licet non tranſeat in hæredes vel ſucceſſores tranſit tamen Jus exuberans ad finem conſequendæ inſtitutionis vigore* cap. Conſultationibus de Jurepat.
6 *Poſſeſſio Lineæ, ſeu prærogativa in fideicommiſſariis ſucceſſionibus attenditur priuſquam tranſitus fiat ad alterum, quæ nuſquam fuit in legitima poſſeſſione.*
7 *Juriſpatronatus ſicuti fraternizzat cum materia fideicommiſſaria, ita in illo eadem regula ſervanda eſt.*
8 *Verba antecedentia ex ſubſequentibus convenientem interpretationem recipiunt.*

DECISIO CCLXXXIV.

Motiva decidendi, quæ funditus reaſſumpta, & examinata contentione Sanctis, & Cæſaris impulſum præbuere præponderantiæ lancium Juſtitiæ favore Cęſaris, etiam in hodierna iterata trutinatione reperta ſunt adeo ſubſiſtentia, & firma, ut contrariæ Sanctis exceptiones pro ſuadendo Dominis receſſu a deciſis, elevare nequiverint ſtateram judicialem juſtiſſime jam inclinatam pro Cæſare.

Cum etenim potiſſima ratio præcedentis reſolutionis innixa foret celebri reſponſo per Summum Pontificem *Alexandrum Tertium* extradito Abbati S. Albani *in cap. conſultationibus de Jurepatr.* parum obfuit, quod Sanctes hodie procuraverit ad Cauſam admitti Patronos, qui præſentationem inierant in ejus perſonam, Siquidem ubi non agitur de articulo proprietatis, ſive de pertinentia ſuper jure præſentanti, ſed tantummodo quæſtio eſt, ut in præſenti, de inſtitutione uni, vel altero Præſentato concedenda, prævalet is, qui patefacit eum præſentantem reperiri in quaſi poſſeſſione
1 & facto pręſentandi, quemadmodum diſtinguendo communiter firmavit *Rot. coram Merlino dec.* 641. *ſub num.* 8. *verſ. eumque contentio in recen. dec.* 73. *n.* 17. *par.* 11., *et* 181. *n.* 17. *et* 18. *par.* 19. *in Mediolanen. Cappellaniæ* 22. *Februarii* 1699. §. *Atque hinc coram R. P. D. meo Lancetta*, 14. *Februarii* 1701. §. *Cum enim*

Cæ-

coram R. P. D. meo Scotto, et in Lucana Beneficii 21. *Martii proxime delapſi* §. *Iterum coram R. P. D. meo* Muto.

Talem vero quaſi poſſeſſionem exiſtere penes Comitem Federicum Mariam, qui præfatum Cæſarem nominaverat rurſus viſum eſt denegari non poſſe, quia etiam ſuppoſito, quod duo precedentes ſtatus præſentationum anni 1652.; & anni 1682. dici mererentur ambigui contra ea, quæ fuerunt inſinuata *in precedenti Cauſæ deciſione ex* §. *Deſcendendo cum duobus ſeqq.* nihilominus in hac ipſa ambiguitate recurren- 2 dum erat ad ſtatus antecedentes, ex quorum lucidiori claritate manifeſtius fieret, quæ linea Patronorum, ſive quis ex Patronis, demptis etiam noviſſimis ſtatibus in ſe dubiis, revera maneret in fulgida quaſi poſſoſſione præſentandi, eodem quippe modo, quo Apoſtolicæ S. Sedis proviſiones beneficii ſtatum regulariter non immutantes vulgatis propoſitionibus, de quibus *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 58. *de Roſa de exequut. liter. Apoſtolicar. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 133. *et ſeq., Rot. coram Amat. Dunoz. dec.* 687. *n.* 4. 5., *ſa. me. Alexan. VIII. dec.* 224. *n.* 17. *in rec. dec.* 352. *ſub n.* 5. *verſ. Et licet par.* 2. *et dec.* 152. *num.* 3. *par.* 10.

Minime tollunt, quod precisive ab eiſdem poſtremis Apoſtolicis proviſionibus pro metiendo ultimo ſtatu poſſeſſorio non attendatur, qui præcedenter extaret in eadem quaſi poſſeſſione, ut videre eſt apud *Vivian. de Jurepatr. par.* 3 2. *lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 59., *Rot. coram Achill. de Graſs. deciſ.* 13. *num.* 3. *de jurepat., et coram Seraphino deciſ.* 799. *num.* 3. *et ſeqq.*

Ita non minus præſcindendo a ſtatibus dubiis, ac in nullius partem adſcribendis perquirendum erat de neceſſe quis per antea pacifice præſentarit ad tradita in proximis, ac ſimilibus termi- 4 nis per *Modern. Palm. alleg.* 94. *num.* 74., *Rot. poſt Poſth. de manutent. dec.* 646. *a nu.* 41. *& ſeqq.* & ſignanter *n.* 44., *& coram Coccin. dec.* 1715. *num.* 106. *cum duob. ſeqq.*

Quamobrem omiſſo etiam, ut dicebatur in anteacta dec. *ſub* §. *Utique* ſtatus antecedentes deſervire valere ad enucleationem ſubſequentium ambiguorum, quorum ultimus ſignanter in materialitate Facti ſtabat pro Federico Maria, profecto cum illius Anteceſſores verſarentur in quaſi poſſeſſione indubitata, illorumque præſentatis non eſſet proinde denegabilis hic, & nunc inſtitutio, ſi viverent, ita neque eorum ſucceſſoribus, ſive ab eis præſentatis; licet nam- 5 que factum poſſeſſionis, ſeu quaſi non tranſeat in hæredes, vel ſucceſſores, tranſit tamen ius exuberans ad finem conſequendæ inſtitutionis vigore præcitati *cap. conſultationibus*, quemadmodum *ex Federico de Senis, Lotterio, aliiſque individualiter fuit obſervatum in Mediolanen. Prioratus* 14. *Februarii* 1701. §. *Quoniam, et ſeqq. cor. R. P. D. meo Scotto, et antea* 25. *Junii* 1700. §. *Et ſecundo coram* Me.

Quod autem ſtatus antecedentes forent undequaque clariſſimi videlicet annorum 1599. 1610. *et* 1639. ſatis, ſuperque demonſtratum fuerat in deciſ. hodie confirmata *ex* §. *Rurſus cum ſeqq., et* §. *Utique uſque ad finem*, & iam contra ſtatum *anni* 1599. nihil habuit Sanctes quin opponeret etiam in hodierna Audientia, cum præſentatio de eo tempore facta per Cæſarem Avum Federici Mariæ plenariam ſortita appareret effectum iudicialiter per ſententiam excluſo Pirro aſcendente præſentantium eumdem Sanctem *Summ. Ceſaris n.* 8. unde & iſta Sanctis innegabilis agnitio exuberabat ex hucuſque præmiſſis etiam in caſu, quo alii duo ſtatus anni 1610. *&* 1639. aliquam patui potuiſſent amaritudinem, ſed neque revera quoad eoſdem poſtremo ſtatus gemina ſubſtentabatur obiectio; non quidem prima, quod huiuſmodi præſentationes expletæ ſub annis 1610 & 1639. non provenirent ab ullo Aſcendente Federici Mariæ, ſed a Superioribus eius Tranſverſalibus, quia cum iidem Collaterales forent indubitanter de linea proxime contentiva, ſub qua Federicus Maria includebatur, Preſentantes vero Sanctem eſſent de altera nimium diſcreta linea, ac vix contentiva remota ſat erat quod factum, & ius poſſeſſionis maneret in linea Federici Mariæ, cum in omnibus fideicommiſſariis, ac linearibus materiis ad ſimillimos effectus inſpiciatur lineæ poſſeſſio, ſeu prærogativa, priuſquam tranſitus fiat ad alteram, quæ nuſquam fuit in 6 legitima poſſeſſione, ex annotatis per *Rain. conſ.* 159. *ſub n.* 6. *verſ. & pro hoc videtur caſus lib.* 2. *Molin. de Primog. Hiſpan. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 13. *&* 14., *Mart. de ſucceſſ. legal. par.* 1. *q.* 12. *artic.* 1. *n.* 8., *Rot. coram Buratt. dec.* 107. *n.* 4., *Merlin. deciſ.* 864. *n.* 33., *Arguell. dec.* 114. *n.* 1., *Zarate dec.* 15. *n.* 35. *in rec. dec.* 183. *n.* 20 *par.* 10. *& dec.* 193. *n.* 23. *in fin. par.* 15. & magis in ſpecie *eadem Rota dec.* 20. *n.* 1. *coram Emerix ſen.*, & 7 generaliter quod materia Juriſpatronatus fraternizzet cum materia fideicommiſſaria plene habetur *in Auximana Juriſpatronatus* 27. *Junii* 1701. §. *Quoniam coram Me.*

Minuſve mærebatur audiri ſecunda, nempe quod ſpectanda nullatenus foret præſentatio anni 1610. cum Petrus Pirri filius preſentaverit quidem nomine Authorum de linea Federici, veluti illorum Procurator, ſed inſimul adjunxerit illam particulam *Jure ſuo*, quaſi Petrus, cujus diſcreta jura linearia tueri Sanctes ſatagebat, ſupradictæ procurationi conjungere intellexerit etiam jus ſuum; lectura ſiquidem ejuſdem præſentationis, de qua *dicto Summar. n.* 9. nequaquam talem tolerabat extorſionem intellectus; Dicitur etenim ibidem - *Petrus &c. q. D. Pirri de Barbolanis de Monte Acuto Procurator, ut aſſeruit Illuſtriſſimorum DD. Federici & Leonardi fratrum, & filiorum D. Franciſci de Barbolanis de Monte Acuto &c. nec non vice, & nomine DD. Antonii, & Vliſſis fratrum, & filiorum D. Cæſaris de Barbolanis prædictis omnium Patronorum Juriſpatronatus dictæ Eccleſiæ, & volent*

lens dd. nominibus indemnitati dictæ Eccleſiæ, providere, & jure ſuo, dicto nomine uti coram dicto D. Vicario in Rectorem, & pro Rectore dictæ Eccleſiæ nominavit D. Bidorum Romuli de Cerrettis &c. ideoque manibus contrectabatur, quod illa verba *jure ſuo* ante, & poſt refrænabantur,
8 ſive explicabantur ab illis immediate ſequentibus *dicto nomine*, nempe procuratorio, ut ultra grammaticam, ſive ſenſum ibi litteralem in finitimis, ac ſæpius reſpondit *Rot. coram Buratt. dec. 930. num. 6. cor. Coccino dec. 1966. coram Priolo dec. 175. utrobique n. 11., coram ſa. mem. Alex. VIII. deciſ. 61. n. 9. & dec. 76. n. 7. & 8. in recen. dec. 311. n. 12. par. 13., dec. 4. n. 3. par. 15.*

Et ex his ſuperfluum enituit uberius inquirere de diligentiori probatione deſcendentiæ uti Sanctes poſtulabat, tamquam ad rem, ſive ad terminos præfatæ decretalis *in cap. conſultationibus* minime conducente, habendo ſeſe Domini de cætero remiſſive in reliquis, quatenus oporteret, ad magis ſingillariter diſpuncta in præterita deciſione, quam in præſenti confirmarunt.

Utraque &c.

FERRARIEN., SEU IMOLEN. BONORUM.

Lunæ 23. Aprilis 1703.

ARGUMENTUM.

Eccleſia nolens pro ſe retinere bona ad ſe devoluta compellitur ea æquitate Bartoli de illis renovare Proximiores ultimi Inveſtiti. In Civitate tamen Ferrarienſi vigore notiſſimarum Conſtitutionum S. M. Bonifacii IX., & Pauli V. non valent pro ſe retinere, ſed coactive renovare tenentur; Idque etiam ſervatur in ſtatu Urbini vigore Conſtitutionis S. M. Urbanis VIII. Conclaviſtę privilegium habent eligendi civilitatem in quacunque civitate ipſis Beneviſa. Quibus in caſibus limitetur de celebris æquitativa Theorica Bartoli, & quos comprehendant prædictæ Bullæ Bonifaciana, & Paulina, & an ultra Civilitatem requirant bonorum etiam ſubjectionem, & in fine enuncleantur *deciſ. 545., & 680. cor. Pamphil.*

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia nolens bona ad ſe devoluta retinere compellitur Proximiores noviſſimi inveſtiti ſemper in concurſu extranei anteferre, vide l mit. num. 5. & ſeqq.*

2 *Ex conſtitutionibus Bonifacii IX., & Pauli V. Eccleſiæ in ſtatu Ferrarienſi nequeunt bona emphyteutica ammenſare, ſed obſtringuntur illa reſtituere publico commercio ad commodum Civium Ferrarienſium, & de ratione num. 16.*

3 *Et de Conſtitutione Urbana vigente in ſtatuto Urbini.*

4 *Conclaviſtæ ſive Perſonæ omnes quæ ingrediuntur Conclave vigore ſuorum Privilegiam eligentes Civilitatem unius Civitatis, reputari debeat, ac ſi eſſent veri Cives ejuſdem Civitatis limita* num. 11.

5 *Theorica Bartoli limitatur ſi Eccleſia reperiatur in tali diminutione redditum, ac in tali neceſſitate, ut penitus indigere hujuſmodi bonorum retentione.*

6 *Præterea ab Actoribus in hoc caſu demonſtrari debet, quod Eccleſia actualiter inveſtiviſſet extraneum, & hoc eſt ſuperlative probandum, ſi velint illi renovationem obtinere.*

7 *Nec ſufficit oſtendere, quod Eccleſiæ Prælatus ſuam panderit mentem emphyteuticandi bona devoluta, quia niſi exhibeatur effectiva conceſſio, hujuſmodi mens, ſeu declaratio reſolvitur in ſimplicem velleitatem minime idoneam ad ſternendam viam petitioni Proximiorum.*

8 *Privilegium non ſuffragatur ei, qui illius conditionibus obtemperare neglexit.*

9 *Supremus Princeps hoc inter cætera privilegium habet impartiendi ſcilicet efficaciam veritatis etiam privilegiatiſ æ fictioni.*

10 *Supremi Principi: ſicuti eſt Cives Creare, ſat eſt ſola aſſertio ejuſdem Principis, quod aliquis ſit Civis alicujus Urbis.*

11 *PrivilegiumCivilitatis ſi quis acquirat poſtquam Rectori alicujus Eccleſiæ, vel aliisCivibus fuerit Jus quæſitum ſuper renovationibus faciendis, nequit hoc privilegium illit obeſſe.*

12 *Et quomodo probetur hoc Jus quæſitum.*

13 *Civilitatis privilegio ad hoc, ut quis uti poſſit neceſſe eſt, ut tale privilegium exhibeatur Conſilio, ſeu Magiſtratui ejuſdem Civitatis, & privilegiatus deſcriptus ſit in Catalogo Civium.*

14 *Non eatis nullæ ſunt qualitates.*

15 *Bullæ Bonifacii IX., & Pauli V. non procedunt nec adaptantur illi, qui ſubjectionis qualitatem non habet.*

16 *Renovationes ab Eccleſia faciendæ neceſſario promanare ſoleant a præſumptu commendatione, ſive appodiatione bonorum ſponte facta a Laicis erga ipſas Eccleſias.*

17 *Legis efficacia ceſſat, ſi rationis applicabilitas corruat.*

18 *Explicantur* Deciſ. 545., & 680., cor. Pamphil. *de prædictis Bullis loquentes.*

19 *Jus coactivum durius, ac potentius eſt, quam mere, & ſimpliciter prælativum;*

20 *Ad effectum obtinendi renovationem ſat neceſſarium eſt, ut quis ſit intra gradum ſucceſſibilitatis correlative ad ultimum inveſtitum.*

21 *Inveſtitura, ſive conceſſio carens Beneplacito Apoſtolico invalida prorſus eſt.*

DECISIO CCLXXXV.

SUB hypotheſi, ſive ſuppoſito, quod hodiernus Rector Sancti Stephani de Barbiano bona, ad quæ de Tribunalis Oraculo reintegrari obtinuerat ex capite devolutionis, iterum in perſonam extraneam emphyteuticaſſet, reſo-

lutum

lutum fuerat ſub die prima Julii anni 1701. concedendam eſſe renovationem DD. Duci Cæſio, & Marchioni de Balneo, utpote in linea ſucceſſoria proximioribus Portiæ ultimo loco inveſtitæ, ex illa Juris ęquitate, quæ ferme tranſivit in legem, ut nolente Eccleſia bona ephyteutica ad ſe devoluta retinere, compellatur proximiores noviſſimi inveſtiti ſemper in concurſu extranei anteferre, uti hanc ęquitatem redigendo in ſcriptis edocuit anteſignanus Bartol. in Leg. 1. §. Permittitur, ff. de aqu. quotid. & æſtiu. Clar. in §. Emphyteuſis quæſt. 43. in fine, Gabr. de emphyt. concluſ. 1. num. 1., & ſeqq. & nu. 16., Pigant. ad Stat. Ferrar. rubr. 127. lib. 2. num. 6., Rota deciſ. 418. num. 1. part. 16. recent., & præter hos alii in Deciſione dicta diei prima Iulii 1701. §. Semper, coram Me.

Novo itaque examini ex aſſueta benignitate Dominis ſubjicientibus hujuſmodi reſolutionem, non ſolum prænominati collitigantes veteri huic motivo anxie nitebantur, ſed ad alteram quoque convolabant aſilum prætendentes ſcilicet, illis nedum deberi conſimilem renovationem perſpeciem prælationis adverſus extraneum, ſedſignanter D. Marchio progrediebatur ad inſiſtendum. quod vel invita, & volens quoque pro ſe retinere bona devoluta arctaretur Eccleſia ad novam ineundam inveſtituram
2 in illius perſonam in vim Apoſtolicarum Conſtitutionum Bonifacii IX., & Pauli V. quę leguntur impreſſe apud Pignat. ad Stat. Ferrar. tom. 2. fol. 39., & ſeqq. per eas quippe apertiſſime cavetur, & injungitur, ne Eccleſiæ huiuſcemodi bona queant amortizare, ſive ammenſate, ſed obſtringantur illa reſtituere publico commercio ad commodum Civium Ferrarienſium, quibus ſane legibus intercedentibus, non tantum ex æquitate, ſed ex tota Juſtitia faciendam eſſe renovationem, ſive novam inveſtituram, in ſpecie ejuſdem Bonifaciana, & Pauline tradiderunt Cyriac controv. 12. num. 67., Fulgin. de Iur. emphyt. de diverſ. quæſt. qu. 4. num. 13. & 14., Card. de Luca de emphyt. diſc. 1. n. 1. & diſc. 8. ſub num 3. verſ. Et ſrationes, Pigant. ad Statut. Ferrar. rubr. 98. ſub nu. 35. tom. 1., et rubr. 127. ſub num. 19. tom. ult., Rota deciſ. 319. num. 1. et 2. part. 5. recent. deciſ. 254. num. 5. coram Duran., et deciſ. 122. ſub num. 2. verſ. Vt de ſimili indulto coram Prio-
3 lo, & quoad Statuta Urbini adeſt Conſtitutio Urbana, de qua Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. poſt. rubr. 76. nu. 18., Card. de Luca de emphyt. d. diſc. 1. num. 1., et diſc. 8. num. 3., Rota deciſ. 192. num. 1., et ſeqq., et deciſ. 232. num. 1. coram Celſo, dicta deciſ. 122. num. 2. coram Priolo, in Eugubina, ſeu Senogallien. Devolutionis 27. Iunii 1695. §. Tertio coram clar. mem. Card. Tbaurusio, et in Vrbinaten., ſeu Senogallien. Emphyteuſis 23. Martii 1695. §. Porro. cor. Reverendiſſimo D. meo Decano, cum aliis in ſimili reaſſumptis apud Ancaran. conſil. 143. num. 1. et ſeqq. Fulgin. de Iur. emphyt. de laudem quæſt. 1. num. 5. latiſſime Conciol. ad Statut. Eugub. poſt rubr. 76. ex num. 15. cum plurib. ſeq.; Rota deciſ. 129. ſub num. 4. poſt Modern. annotat. ad Statut. Vrb. tom. 3. deciſ. 71. num. 13. par. 19. recen. deciſ. 242. num. 14. 15. et 18., et deciſ. 589. ante num. 12. coram Emerix jun.

Quod autem præ cęteris idem D. Marchio beneficio Civilitatis Ferrariæ potiretur, reddi videbatur manifeſtum, nedum ex privilegio reportato ab ipſa Civitate Ferrariæ, ſed ex altero potentiori, quod nanciſcuntur Conclaviſtæ, ſive perſonæ omnes, quę intercluduntur cum S. R. E. Cardinalibus tempore Pontificiæ Sedis vacantis in Vaticano Palatio pro ineunda Paſtoris univerſalis electione; eo ſiquidem Indulto mediante quilibet Conclaviſta perfruitur libera poteſtate præoptandi Civilitatem ad ſui libitum unius ex Urbibus Eccleſiaſticæ Ditionis, vigore vero præelectionis jam expletæ per D. Marchionem de Civilitate Ferrariæ ipſum debere reputari, ac ſi verus extitiſſet Civis Ferrarienſis, in
4 primis fert littera ejuſdem Indulti, & unanimiter firmarunt in his terminis Pigan., ad Stat. Ferr. rubr. 127. n. 9., Amat. dec. Ferr. 51. n. 29. & ſeqq., Rota dec. 541. n. 10. coram ſan. mem. Innocentio X. deciſ. 332. n. 7. cum ſeqq., & deciſ. 333. n. 5., & ſeqq. coram Roxas.

Verum Rector robuſtiores quodammodo vires a præcedenti adſtruens ſuccumbentia, juxta illud Virgilii - Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito - facile proſtravit primam renovationis pręrtenſionem a Bartolina promanantem æquitate, non jam ſimpliciter ex illo fundamento non bene in facto juſtificato, quod ejus Archipresbyteralis, ſeu Rectoralis Eccleſia foret in tali diminatione reddituum, ac verſaretur in tali neceſſitate, ut penitus indigeret hujuſmo-
5 di bonorum retentione, prout aſſirmaſſe videntur in hoc caſu Bero. conſ. 98. num. 16. vol. 1., Rebell. de obligat. Iuſtit. par. 2. lib. 13. quæſt. 18. num. 5., Maceraten. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 22. num. 12. in fine, Fragoſ. de regim. Reipub. lib. 6. diſput. 9. §. 12. num. 4., Valaſc. conſult. 157. num. 17. uſque ad 18., Gam. deciſ. Luſitan. 41. ſub n. 8., Pereyr. deciſ. 128. n. 2., Thomud. deciſ. 73. n. 6. & 12.

Sed ex quo ſuppoſitum, de quo ſupra, quod ipſe actualiter inveſtiviſſet extraneum, ruebat in ſui verificatione, de hac etenim inveſtitura, ſeu conceſſione per eum expleta ad favorem tertii extranei nullum ex parte Actorum afferebatur indicium, & tamen ad effectum deſtruendæ regulæ militantis pro retentione bonorum commodo Eccleſię, id tamquam eorundem Actorum baſis, & eſſentialiſſima in-
6 tentio erat clare, & ſuperlative probandum, ut in ſpecie habetur ex Abb. in cap. bonæ n. 28. de poſtulat. Prælat. Alex. conſ. 80. n. 11. lib. 1., Cald. de renovat. emphyt. lib. 1. quæſt. 9. num. 5. & 13. cum ſeqq. Card. de Luca de emphyt. diſc. 3. ſub num. 3. verſ. Ex his, Rota deciſ. 176. n. 29. & 31. part. 5. recent., & in Piſana Devolutionis

nis 116. *anuarii* 1702. §. *Præfata tamen*, *coram Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano*.

Hocque adeo verum, ut neque expetenti renovationem ſufficiat oſtendiſſe, quod Eccleſiæ Prælatus quomodolibet ſpem dederit, vel ſuam pandiderit mentem emphyteuticandi bona devoluta, niſi enim exhibeatur effectiva conceſſio, hujuſmodi mens, & talis qualis declaratio
7 reſolvitur in ſimplicem velleitatem nullatenus idoneam ad ſternendam viam petitioni proximum, ut formiter articulo diſcuſſo deciſum fuit in dicta *Piſana Devolutionis* 24. *Ianuarii* 1701. §. *Quin declaratio cum ſequen. coram R. P. D. dell' Olmo nunc Magno Cancellario Mediolani*, & antea dixerat *eadem Rota deciſ.* 762. *num.* 6. *coram Dunoz. jun.*, *&* *deciſ.* 402. *num.* 13., *&* *deciſ.* 411. *n.* 4. *&* *ſeqq. coram Bichio*.

Collabente itaque ex ceſſatione ſuppoſiti primo capite prætenſæ renovationis, haud difficile pariter fuit amputare ſecundum proſiliens ad coactivam Rectoris obligationem vigores antedictarum Conſtitutionum *Bonifacii IX.*, & *Pauli V.*, quoniam in rei veritate minime juſtificabatur a D. Marchione requiſita ab iiſdem conſtitutionibus qualitas Civilitatis, & ſubjectionis juriſdictioni Ferrariæ: Nam quatenus attinebat ad Privilegium ejus familiæ attributum a Magiſtratu hujus Civitatis ſub Anno 1604., cum illud expreſſe præciperet, *ea tamen lege*, *&* *conditione*, *ut in eadem Civitate ſtent*, *&* *morentur*, *vel infra biennium acquirant Domum in ipſa Civitate Ferraria*, *in qua continuo aliqua perſona de Familia ipſorum &c. habitet &c.* explorati Juris erat, non poſſe eidem Familię
8 ſuffragari tale privilegium, dum illius conditionibus obtemperare neglexerat, ex his, quæ habentur apud *Bald. in cap. dudum il* 2. *nu.* 44. *de elect.*, *Bardellon. conſ.* 199. *lib.* 2. *per tot.*, *Manſ. conſultat.* 236. *num.* 28., *Surd. de aliment. quæſt.* 21. *tit.* 9. *num.* 26., *Molin. de Primog. Hyſpan. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 28., *Thomat. deciſ.* 7. *n.* 22.

Reſpectu autem ſuperioris indicatæ Civilitatis exorientis ab indulto ſan. mem. Clementis X. profuſo in gratiam Conclaviſtarum, nulla profecto dubitatio emergebat ſuper littera talis Indulti efficientis hujuſmodi privilegiatos, nulla diſcriminante differentia, veros originarios, & antiquiſſimos Nobiles Urbis eligendæ, cum id præluceat inter notiſſimos Supremi gemmas Principatus, impartiendi ſcilicet
9 efficaciam veritatis etiam privilegiativæ fictioni, ut in terminis *Alex. conſ.* 148. *nu.* 7. *verſ. Et non eſt dubium lib.* 6., *Card. Thuſc. practicar. concluſ. litt. C. concluſ.* 277. *num.* 1. *Salzed. de leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *ex num.* 15. *&* *n.* 25. *&* *ſeqq.*, *Antunez. de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 34. quin etiam, quia Supremi Principis eſt Cives creare, ſat eſt ſola aſſertio ejuſdem
10 Principis, quod ille talis eſſet Civis alicujus Vrbis, *Giurb. obſervat.* 75. *nu.* 2. *&* 3. *&* *obſervat.* 76. *n.* 9. cum aliis in *Tractat. de Commerc. &* *Mercat. diſc.* 30. *num.* 5.

At amaritudo verſabatur in uſu hujuſce privilegii, de quo nimirum tempore Familia hæc prælegerit in vim illius adipiſci Civilitatem Ferrariæ, ubi namque uſus iſte noſceretur poſterior juri jam acquiſito per Archipresbyterum S. Stephani, vel alios Cives Ferrarienſes, nequibat hæc ſuperveniens electio in aliquo pro-
11 deſſe ipſi nimium ſerotine eligenti, juxta ea, quæ in hoc ipſo propoſito monuerunt *Ruin. conſ.* 200. *nu.* 18. *lib.* 2., *Honded. conſ.* 5. *n.* 22. *et ſeqq. lib.* 1., *Malvaſ. conſ.* 93. *num.* 20., *Alciat. conſ.* 31. *num.* 45. *et* 46. *lib.* 9., *Buccaferr. conſ.* 74. *num.* 31. *et* 33. *Coſta de retro tract. cap.* 9. *caſ.* 14. *num.* 1. *et ſeqq.*, *Pigant ad Statut. Ferrar. rubr.* 98. *num.* 69. *et ſeqq.*, *Rota dec.* 375. *n.* 27. *coram Priolo*.

Quod vero prænominatus uſus Privilegii promanaverit poſt Jus Rectori, aliiſque Civibus Ferrarienſibus acquiſitum, ſatis effulgebat ex ipſa oculari inſpectione Privilegii primo loco producti, per quam evincebatur, nonniſi ſub die 15. Julii 1699. extitiſſe repletum album prenominati diplomatis, ſeu factam electionem Urbis Ferrariæ (aliud namque poſtremo exhibitum recentem abſque die continebat repletionem:) cumque jam Archipresbyter ſuper hujuſmodi bonorum devolutione, & appropriatione reportaſſet Sententiam ab A. C., & in illius confirmationem prodiiſſet quoque *prima Deciſio Reverendiſſimi D. mei Molines Decani*, neutiquam ambigi valebat, quod res non foret integra, ac reſpective non eſſet Eccleſiæ, Civibuſque jus quæſitum, ſicuti in propoſito Sen-
12 tentiæ præcedenter latę profitetur *Pacion. alleg. Civil. &* *Canonic.* 103. *ſub num.* 2. *verſ. ubi quia ex Sententii*, *Rot. in Baren. Cenſus* 4. *Julii* 1663. §. *Siquidem*, *verſ. dum maxime cor. bo. me. Leone Veroſpio*, *&* *in Avellina*, *ſeu Nullius Præſtationum* 29. *Aprilis* 1697. §. *Penultimo coram R. P. D. dell' Olmo*, *&* 9. *Maii* 1698. §. *final. coram eodem*, *&* *in Cornetana Cenſus* 20. *Junii* 1701. §. *Minus coram Me*.

Potiſſime, quia nec demonſtrabatur, quod pro parte D. Marchionis extitiſſet Conſilio, ſeu Magiſtratui Ferrariæ exhibitum tale Privilegium, ac notificata prælectio ejuſdem Vrbis, procurando (ut par erat) deſcriptionem in Ca-
15 thalogo ipſorum Civium, hinc etenim exortus extitiſſet verus, & opportunus uſus Privilegii, ſecundum ea, quæ ad rem habentur apud *Thomat. dec.* 7. *n.* 12. *et* 13., *Rota dec.* 582. *n.* 7. *verſ. Fatendum enim par.* 1. *rec.*

Atque hinc inanis reddebatur indagatio, utrum ad effectum fruendi cenſura utriuſque Bullæ *Bonifacii*, & *Pauli* ultra nudam, etſi veram Civitatem, requireretur etiam ſubjecto actualis Iuriſdictioni Civitatis Ferrarię, uti videntur præſeferre ea verba Conſtitutionis *Bonifaciana* ibi-*hoc adjecto*, *quod ipſi Domini Directi de bonis*, *et Feudis hujuſmodi ſic ad eos devolutis alium ſubjectum Iuriſdictioni Civitatis Ferrarienſis dumtaxat inveſtire teneantur omnimode &c.* a qua

eir-

Digitized by Google

circumſtantia non receſſit confirmatoria Bulla
Pauli V. deſiciente etenim Civilitate vanum
14 erat inquirere de qualitatenon entis, *lib.*
ejus, qui in Provincia, ff. ſi cert.pet. et l. 4.
§. Condemnatum, ff. de re Iudicat. Sed adhuc
probabilius videbatur, quod non data quali-
15 tate ſubjectionis non aptarentur privilegia
atque ſanctiones Bullarum, ad tradita per
Surd. conſ. 313. num. 55. et ſub num. 60. Fea-
zon. ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 41. num. 6., Gob.
conſul. 45. num. 27. et 28. Palma Nep. alleg. 20.
num. 19. et 20., Rota dec. 24. n. 11. poſt. Mer-
lin. de legit. dec. 433. num. 36. coram Bichio,
deciſ. 364. num. 9. et 10. coram Priolo, et deciſ.
530. n. 9. par. 18. rec.

Et ratio inſurgebat valde perſtringens, quia
cum hujuſmodi neceſſitates indictæ circa reno-
vationes faciendas non obſtante, quod de Jure
Eccleſia queat bona decidentia pro ſe retinere,
promanare ſoleant a præſumpta commendatio-
ne, ſive appodiatione bonorum ſponte facta a
Laicis erga ipſas Eccleſias, ut juxta antiquorum
16 temporum calamitates propria bona ſub Ec-
cleſiaſtico præſidio, & protectione poſſent ob-
tegere, ex late animadverſis per *Rotam in nul-*
lius, ſeu Senogallien. Bonorum ſuper manutentio-
ne 13. Iunii 1695. §. In hypotheſi, §. Quo vero,
& in illius confirmatoria 23. Ianuarii 1697. §. Pro-
babilis cor. R. P. D. meo Mato, & in eadem
cauſa ſuper bono Iure 13. Maii 1697. §. Tenetur
ſecundo cor. eod.

Abſonum ideirco reddebatur, quod fictitii
Cives allecti per merum privilegium occupa-
rent bona ſub eorum Iuriſdictioni Ferrariæ,
a quibus eadem bona ſaltem in genere, & in uni-
verſum provenire cenſebatur, corruente ſi-
quidem applicabilitate rationis, ceſſare etiam
17 ipſam legis efficaciam, nemo non ſcit, ad
Tex. in l. omni ff. adopt. & l. quod dictum, ff. de
pact. cum aliis per *Andreol. contr. 84. num. 3.*
& 4. Thomat. dec. 204. n. 42., Rota Lucen. in-
ter collect. per Palm. Nep. dec. 283. n. 38.

Et ob id pariter longe aberant a noſtris termi-
nis reſoluta in *illa Ferrarien. bonorum de Schian-*
ebis cor. ſa. me. Innocentio X. inter ſuas deciſ. 545.
& dec. 680. quoniam hę deciſiones loquuntur
de ſimplici determinatione Statuti Ferrarien-
ſis ſedulo de cętero prohibentis, ne bona il-
lius Ducatus diſtraherentur in Forenſes, in
18 quibus utique terminis non poterat omnino
forenſis ille dijudicari, qui Civis effectus pa-
ratus eſſet onera ſubſtinere, ac adveniente ca-
ſu ſubjici Juriſdictioni, ſed non deſcendunt ad
examen Bullarum, de quibus eſt quæſtio,
quemadmodum punctualiter obſervavit quoque
Pigaat. ad Statut. Ferrar. lib. 1. rub. 98. ſub
num. 36. verſ. ſed nullus ponderavit diſpoſitionem
Bullarum &c.

Quamvis etenim in *prædicta ultima dec. 680.*
num. 18. & 19. verbum fieri videatur de prę-
miſſis Conſtitutionibus; Nihilominus hoc enun-
ciatur, atque diſſeritur in puris terminis Juris
communis, quando ſcilicet Eccleſia nollet pro
ſe retinere, non autem in ſpecie coactivæ hu-
19 jus emphyteuticationis, quæ certam expoſcit
qualitatem, ut in propoſito reſponſum fuit in
Romana Salviani 9. Martii proxime præteriti cor.
me. Maxime, quia durius, ac potentius eſt Jus
coactivum, quam mere, & ſimpliciter præla-
tivum, ex *Gratian. diſcept 546. ſub num. 15.*
R. P. D. Corradin. de Iur. prælat. quæſt. 48. ex
num. 2. cum ſeqq., Rota dec. 783. n. 4. par. 2.
& dec. 173. num. 8. & ſub. n. 17. par. 4. rec.

Reſtabat diluenda petitio D. Ducis Cæſii, ſed
illa manifeſtiſſime claudicabat in ſuo principio
formativo; quoad enim renovationem debitam
vigore æquitatis *Bartoli* non apparebat de con-
ceſſione facta extraneo, & circa Conſtitutiones
Bonifacii, & Pauli deſiderabatur qualitas Civili-
tatis, qua penitus deſtituebatur idem Dominus
Dux, ſicque ſupervacaneum erat amplius in-
quirere an ipſe D. Dux foret intra gradum ſucceſ-
20 ſibilitatis correlative ad ultimum Inveſtitum,
ſicuti cum *dec. 151. n. 16. part. 9. rec.* neceſſa-
rium eſſe authumarunt *Pacion. de locat. & con-*
duct. cap. 62. n. 118. R. P. D. Corradin. de Jur.
Prælat. quæſt. 42. n. 32.

Unica vero prætenſio D. Ducis fundata in con-
ceſſione anni 1555. cum clauſula *pro hæredibus,*
et ſucceſſoribus quibuſcumque palam profligaba-
tur ex plene demonſtratis in alia diſceptatione
contra Monaſterium S. Catharinæ Civitatis Fo-
rolivii, in ea namque firmatum jam fuit, hujuſ-
21 modi conceſſionem, ſive Inveſtituram, veluti
carentem Apoſtolico Beneplacito, invalidam
prorſus extitiſſe, ut in *dec. Reverendiſſ. D. mei Mo-*
lines Decani edita ſub die 2. Decembris 1699.
deinceps unanimi Dominorum ſuffragio coram me
roborata, et confirmata ſub die 26. Martii 1700.

Et ita mutato facto variatum etiam fuit a re-
ſolutis *ſub prædicta die 1. Iulii 1701.* opinantibus
Dominis, Actores quidem eſſe repellendos a
renovatione, & immiſſione reſpective petita,
teneri tamen Rectorem ad limites Bullarum, de
quibus ſupra, inveſtire ſubiectos Iuriſdictioni
Ferrarien.; Iiſdem Civibus, Rectore, ac DD.
Duce, & Marchione accerrime, & trifariam
informantibus.

ILLERDEN. HÆREDITATIS DE GOMAR.

Luna 4. Junii 1703.

ARGUMENTUM.

Ius detrahendi legitima tranſmitti etiam poteſt ad quoſcumque hæredes extraneos, & ſucceſſores univerſales. Hęres uſufructuarius quo caſu teneatur ſolvere debita etiamſi illa non ſint annua. Creditor legitimæ aliorumque Jurium, ſi per longum temporis ſpatium fructus totius hæreditatis a qua legitima detrahenda erat perceperit, præſumitur cum fructibus de ſuis creditis ſatisfactus: Idem die de Muliere pro ſuo credito dotali, aliiſque rebus Marito extraditis. Ratio-

nis redditio ex temporis affluxu, atque ex reſtitutione hæreditatis præſumitur, & quando hęc concluſio limitetur. Ignorantia & ſcientia in Teſtatore gravante bona tam hæredis, quam alterius fideicommittentis ex quibus includatur, ſive arguatur; Et quando dicendum ſit filium fuiſſe læſum in aditione paterna, vel Patris bona cum gravamina acceptaſſe, vel recuſaſſe.

SVMMARIVM.

1 *Retentio non datur pro credito, ſive juribus jam extinctis.*

2 *Hęres gravatus non poteſt in bonis reſtitutioni obnoxiis alium quemcumque facere hęredem.*

3 *Jus detrahendi legitimam eſt teſtabile, ac tranſmiſſibile in quoſcumque hęredes extraneos, ac ſucceſſores univerſales.*

4 *Hæres uſufructuarius ex veriſimili mente Teſtantis tenetur ſolvere debita, etiamſi iſta non ſine anana.*

5 *Relictum quando dicatur taxativum, ſive demonſtrativum.*

6 *Creditor legitimæ, aliorumque jurium ſi per multum temporis ſpacium fructus totius hęreditatis a qua legitima erat detrahendo perceperit, præſumitur cum fructibus de ſuis creditis ſatisfactus.*

7 *Ad reſtitutione dotis condemnari non debet hęreditas Viri, ſi illa inexigibilis remanſit abſque ulla culpoſa negligentia Mariti.*

8 *Ceſſio, ſive aſſignatio facta pro ſoluto, ſive pro ſolvendo quando locum habeat.*

9 Dotis *dominium, excepto caſu veri fundi dotalis, a viro tamen exactæ, vel de facili exigendæ tranſit in eundem Virum.*

10 *Jocalia ſi pervenerunt ad manus* Mulieris, *& ſi in Inſtrumento dotali conventum fuerit, quod eveniente caſu reſtitutionis iſta fieri deberet pro eodem pretio, & valore dd. Jocalium, nil ultra tam* Mulier, *quam habentes ab eo cauſam expetere poſſunt.*

11 *Secus ſi non eſſet conventa reſtitutio pro eodem pretio, & valore.*

12 Mulier *ſi tot bona ad ejus manus deſcenderint cum quibus ſeſe ſatisfacere valuerit de Jocalibus, gemmis, aliiſque rebus marito extraditis, corruit quælibet retentio allegata ſuper credito dotali niſi prius de hujuſmodi bonis rationem reddiderint*, & n 15.

13 *Laudum, ſive ſententia arbitramentalis ædita in diſcordia Partium, & non citantis intereſſe habentibus inefficax eſt.*

14 Mulier *uſquequo rationem non reddiderit de rebus ad ſe supervenientis ejus dotale creditum adeo obnubilatur; ut nequeat illud objectari ad effugiendam immiſſionem.*

15 *Poſt ſpatium longiſſimi temporis impoſſibile eſt conſcendere poſſe ad ullam redditionem rationis.*

16 *In aliqua ſententia ſe fundans, quæ non ſit apta efformare rem judicatam, compellitur ſententiam ipſam adhibere una cum actis.*

17 *Rationis redditio in genere præſumitur ex temporis effluxu, ac ex reſtitutione hęreditatis, vide limitationem* num ſeq.

18 *Tutor, ſive Tutrix ratione ſui crediti quantitativi præſumitur ſe ſatisfacere voluiſſe, ac potuiſſe.*

19 *Teſtator nequit abſque æquivalenti relicto ullo modo gravare ſuum hæredem.*

20 *Legitima in vim celebris* cautelæ ſoccini *citra ſcrupulum ſubjugari poteſt reſtitutioni, atque oneri fideicommiſſi.*

21 *Hæres gravatus non conficiens Inventarium tenetur ſolvere, ſeu integre præſtare etiam de proprio legata, & fideicommiſſa particularia.*

22 *Fideicommiſſum univerſale an deflectat in particulare ſi fideicommittens in calce teſtamenti regiſtrari mandaſſet bona etiam propria ipſius hæredis.*

23 *S.* Rot *tamen fuit ſemper in ſenſu quod adhuc fideicommiſſum remaneat in ſua univerſalitate non obſtante præfata regiſtratione.*

24 *Voluntas non trahitur unquam ad incognita.*

25 *Teſtator ubi profeſſus fuit de bonis propriis diſponere, manifeſte excluditur ab eadem diſpoſitione hæreditas, & fideicommiſſum alienum.*

26. *Teſtator ſi de aliquo caſtro diſpoſuerit vel de aliqua alia re, cenſetur etiam diſpoſuiſſe, de illius annexis, & connexis.*

27 *Relatio facienda ſemper eſt ad eos quibus verba magis congruunt, non autem ad eos quibus diſpoſitio repugnat.*

28 *Infans non habet nec velle, nec nolle.*

29 *Aditio ſeu poſſeſſio intelligitur ſemper facta ad normam Inventarii, ſeu titulum de quo conſtabat, quam ad titulum de quo non conſtabat.*

30 *Quinimo ad titulum adeunti, ac poſſidenti magis proficuum.*

31 *Fideicommiſſum antiquius non minus quam ipſa legitima, ac æs alienum ſemper ab hærede univerſaliter gravato detrahitur.*

32 *Scientia admittitur etiam præſumpta quando agitur de actu favorabili, & lucrativo.*

33 *Ignorantia in hærede poſſeſſore non præſumitur de illis rebus, quæ in eum deſcenderunt, præcipue ſi ſuper dictis rebus clamoroſa lis antea fuerit intentata ab ejus authoribus eodem viventε.*

34 *Ignorantia ſupina, & inveriſimilis merito in Judiciis negligitur.*

35 *Voluntas Teſtatoris gravandi bona etiam hæredis ex quibus arguatur.*

36 *Sub nomine bonorum, & Jurium abſque neceſſitate ſingularis expreſſionis, ſive mentionis compræhenditur etiam* Cappella.

37 *Pluralitas ſucceſſionum non præſumitur, niſi de illis literaliter doceatur.*

38 *Bona noſtra intelligimus etiam ea quæ reſtitutioni ſunt obnoxia.*

39 *Atque æqua lance cadunt ſub determinatione, ſive diſpoſitione Teſtatoris.*

40 *Scientia Teſtamenti in hærede præſumitur ſi iſte ſolverit legata vel conveniſſet de implendo, vel executionem Teſtamento d. diſſet.*

41 *Scientia Teſtamenti convincitur ſi hæres indicaverit præciſum diem, Conſulem, & annum prædicti Teſtamenti.*

42 *Diſcretiva nullum operata in ultimis voluntatibus.*

43 *Clau-*

Digitized by Google

43 *Clauſula* non obſtante, *vel* non obſtantibus *tollit ſolummodo omnia ea quæ diſpoſitioni in qua eſt appoſita obſtare poſſunt.*

44 *Filius non dicitur læſus in acceptatione hæreditatis ſi vivens nullum actum obſtativum oſtenderit.*

DECISIO CCLXXXVI.

TRiplici vallo inutiliter adſtruens Monaſterium Deiparæ Virginis Montis Serrati Ordinis S. Benedicti, retundere Immiſſionem eſtlagitatam ab Executoribus, ſive, ut inibi vocant, Piarum Cauſarum Manumiſſoribus vigore Teſtamenti conditi per Petrum Franciſcum de Gomar plenarie uſque dum ſuccubuerat, tam *coram R. P. D. meo Caprara*, quam *coram R. P. D. meo de la Tremoille*: Sed hodie reſtaurata validius ab eodem Monaſterio defenſione, præpedire utique non valuit, quod adhuc ſuper gemino vallo, ſive munimento Executores præfati non infigerent haſtam triumphalem, tutati tamen ſunt Arcem interiorem bonorum Gerardi, quæ in ipſum Petrum Franciſcum Teſtatorem obvenerant, prodeunte reſolutione, noviſſimam Sententiam *R. P. D. mei de lo Tremoille* confirmandam quidem eſſe quoad bona propria ipſius Petri Franciſci Teſtatoris, infirmandam vero fore circa bona prænominati Gerardi.

Et ſane quoad primum vallum, ſeu munimentum, ab initio excitatum ſuper Juribus Eliſabethæ Uxoris Antonii filii gravati ab eodem Petro Franciſco Teſtatore, facile fuit Aggreſſoribus illud evincere, aut ſuperare, prout paſſim contingit in hujuſmodi extrinſecis munitionibus, cum prælaudata Eliſabeth in ceſſione, ſive donatione inita favore Monaſterii, ſolum comprehenderet omnia Jura, & actiones, quæ ratione legitimæ, & aliorum jurium ad ipſam nomine hæredis Antonii ſpectare, & pertinere potuiſſent, *Summar. Monaſter. diſtributo ſub die 19. Januarii proxime delapſi num.* 14. quapropter eum eadem Jura renunciata, ſive donata pleniſſime apparerent ſatisfacta, non erat amplius,
1 ad finem indulgendæ retentionis, inſiſtendum ſuper credito, ſive juribus jam extinctis, ut inquit *Rota coram Duran. deciſ.* 113. *num.* 7. *coram Ottobono dec.* 201. *num.* 18. *coram Emerix Jun. deciſ.* 290. *num.* 7. *& in recent. deciſ.* 75. *num.* 14. *par.* 14. *& in Romana fideicommiſſi de Urſinis* 1. *Februarii* 1683. *in fin. cor. clar. me. Card. Caccia, & in Romana Salviani* 3. *Aprilis* 1702. §. *Tota ſiquidem coram me.*

Jura quippe, ut præmiſimus, per Eliſabeth renunciata, & translata in Monaſterium, conſiſtebant in generali hæreditate eidem relicta ab ipſo Antonio gravato, necnon in legitima, quæ præfato Antonio de Jure competiiſſet ſuper Bonis paternis, verum circa titulum univerſalem hæreditatis nihil habebat Monaſterium, quod hactenus opponeret, cum ſtatim fuerit nactum totam ipſam hæreditatem Antonii, & in illius poſſeſſione uſque dum ſeſe confoveat, at circa eumdem titulum injuſtiſſime; Cum enim Antonius foret a Petro Franciſco ejus Patre gravatus reſtituere totam hæreditatem Cauſæ Piæ, pro qua Manumiſſores inſtabant, nilque aliud, excepta legitima, de qua proxime, in ejus aſſe reliquerit, certum erat, quod non poterat in
2 bonis, reſtitutioni obnoxiis, Eliſabeth Uxorem, ſive alium quemcumque facere hæredem, ex paſſim firmatis, & ſignanter per *Curt. Jun. conſ.* 167. *num.* 4. *verſ. ſi enim Torr. de ſucceſſ. in majorat. & primog. Ital. par.* 2. *quæſt.* 37. *num.* 4. *Rot. coram Coccin. dec.* 495. *num.* 1. *& in rec. dec.* 201. *num.* 5. *par.* 17.

Reſpectu autem legitimæ, quæ debita erat Antonio, pari modo ſatisfactio comparuit innegabilis, quia, licet Antonius teſtando, inſtituendoque hæredem Eliſabeth, cujus Iura, ut præmiſimus, veſtiebat Monaſterium, declaraverit nolle acquieſcere quantitati lib. 2000. ſibi
3 ab ejus Genitore in hanc cauſam relictæ, juſque detrahendi legitimam de cætero teſtabile, ac tranſmiſſibile exiſtat in quoſcumque hæredes extraneos, ac ſucceſſores univerſales, vulgatis Iuribus de quibus *Alexan. conſ.* 150. *n.* 8. *lib.* 2., *Natt. conſ.* 199. *num.* 5. *lib.* 1., *Merlin. de legitima lib.* 5. *tit.* 3. *quæſt.* 9. *a n.* 1., *Boer. deciſ.* 250. *num.* 5. *& ſeq.*, *Rota coram Amat. Dunozetto dec.* 837. *num.* 11. *coram Emerix Iun. deciſ.* 1. *n.* 15. *& deciſ.* 226. *num.* 3. *in rec. deciſ.* 76. *num.* 3. *par.* 16. *in Urbevetana ſupplementi legitimæ* 1. *Decembris* 1698. §. *Iuſtitia coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano, in Nucerina Legitimæ* 3. *Februarii* 1702. §. *Cum enim coram R. P. D. meo Caprara, & in Auximana ſucceſſionis* 13. *Martii* 1702. §. *Profecto coram me.*

Nihilominus cum Maria Mediona Conjux Petri Franciſci Teſtatoris a qua ſimultane am cauſam magis plenarie induebat Monaſterium, extiterit ab ipſo Petro Franciſco relicta univerſalis uſufructuaria, cum onere alendi filios, ſolvendique præfatas lib. 2000. memorato Antonio, profecto ſi quid ultra lib. 2000. prætendere valebat idem Antonius, tale onus ſupplendi incumbere videbatur ipſi Mariæ, & conſequenter Monaſterio eam repræſentanti, cum inſpecta amplitudine verborum diſpoſitionis, ubique Teſtator intellexerit omnia onera inhærentia ejus hæreditati transfundere in ſuam Conjugem uſufructuariam, ſecundum ea, quæ in fortioribus terminis ſolvendi debita, etſi non
4 annua, contra ſimplicem uſufructuarium ex veriſimili mente Teſtantis reſpondit *Rota in Romana Pecuniaria* 23. *Iunii* 1698. *coram R. P. D. meo Lancetta, confirmata pleniùs die* 5. *Iunii* 1699. *coram me, ubi reliqua auctoritates allegantur.*

Potiſſime quia prædicta quantitas librarum 2000. tuto nequibat cenſeri adjecta taxative, ſed tantummodo demonſtrative; Poſtquam enim dixerat Teſtator - *Che del ſopradetto uſufrutto, habbia obligo di alimentare i miei figli, e ſin tanto*

*durerà l'uſufrutto donare; e pagare di detti miei
beni, per dritto di legitima ad Antonio Franceſco
figlio mio* 2000. *lire*, ſubjunxit *una volta ſolamen-
te*; Unde cum Teſtator taxativam dictionem
ſolamente appoſuerit, cohærenter ad illa verba
una volta, non vero adjecerit quantitati libra-
rum 2000. eo magis eadem quantitas lib. 2000.
reputanda erat oppoſita demonſtrative, non
5 taxative, ſicuti de Iure præſumitur, ut per
Text. in l. fin. §. Titia ff. de liber. legat. firmat
*Bart. in l. Centurio ff. de vulg. & poſt eum Bero
conſ. 17. num. 17. lib. 1., Altogr. conſ. 49. n. 18.
lib. 1., Caſtill. contr. for. lib. 4. cap. 54. num. 6.,
& per tot., Rota coram Ludoviſ. deciſ. 516. n. 8.
cor. Dunoz. Iun. deciſ. 487. num. 25., & 26.
Emerix. Sen. deciſ. 123. num. 16., Emerix Iun.
deciſ. 117. num. 4. & in rec. deciſ. 67. num. 20.
par. 9. & deciſ. 167. num. 5. par. 19.* Et concur-
rente vi diſcretiva appoſitionis taxativæ dictio-
nis in alio loco proſequitur, *Rota d. deciſ. 67.
num. 21. & ſeq. par. 9. rec.*

In omnem denique caſum ſuppetebat pro
everſione hujus munimenti quotidiana, & ni-
mium pro extricandis hiſce aggreſſionibus, ſive
replicationibus recepta in foro concluſio, quod
cum Monaſterium uſque ab anno 1657. appre-
henderit poſſeſſionem controverſorum bono-
rum, ad finem præciſum ſe ſatisfaciendi de
creditis in ſe translatis ab Eliſabeth, & Maria
Mediona, dubio procul perceptio per medium
ferme ſæculum facta a Monaſterio de fructibus
juſtorum bonorum, aut huiuſmodi creditum
Eliſabeth ſuffocaverat, aut illiquidum, & inef-
ficax ad retardandam Manumiſſoribus, Liæve
cauſæ immiſſionem, penitus effecerat, uti ex
6 abundanti ſemper reſponderunt præteritæ deci-
ſiones, quæmadmodum legitur in illá *diei 14.
Martii 1699. §. Minus allegabilis, coram R. P. D.
meo Caprara, & in illa diei 3. Aprilis 1702. §.
Hæc autem coram R. P. D. meo de la Tremoille*,
& eſt propoſitio indubitata.

Diruto primo vallo, non fuit etiam hodie
faſtidioſum, ſive admodum operoſum ſubuerte-
re ſecundum, fundatum in aliis juribus præno-
minatæ Mariæ Medionæ, quæ ut pote creditrix
pro ſua dote Petri Franciſci Teſtatoris, obeun-
te Antonio ſine filiis, ſubſtituerat Monaſterium;
Nam hęc jura reducebantur ad præmiſſam
dotem extraditam ab ipſa Maria eidem Petro
Franciſco Teſtatori in lib. 18267. quæ junctæ
cum aliis 2000. per ſponſalitiam largitatem, ſeu
donationem propter Nuptias ſuperadditis a viro
necnon aliis 800. extradotalibus, conflabant
ſummam lib. 21067. Quoniam in primis ab hac
ſumma ſubducenda erat quantitas lib. 6000. quę
Maria aſſignaverat Viro ſuo retrahenda, ſive
exigenda, ut dicebatur *in d. Summ. num. 5. litt.
G. dalla Signora Ducheſſa, e Duca di Namur del
Regno di Francia*; Siquidem cum re ipſa tale
aſſignamentum remanſerit inexigibile, nullive
culpoſæ negligentiæ Mariti potuerit aſcribi hu-
juſmodi inexactio, de plano ſequebatur, quod
hæreditas Petri Franciſci Fideicommitentis ad
7 hujus quantitatis reſtitutionem condemnari non
poterat, ad licteram *Text. in l. Mævia 49. ff.
ſoluto matrimonio, Rota poſt Salgad. labyr. credi-
tor. deciſ. 664. num. 3. cor. Cerr. deciſ. 647. n. 5.
& in recent. deciſ. 126. num. 1. & 4. par. 12. &
deciſ. 393. num. 4. & 5. par. 18. & in Romana
Dotis 23. Ianuarii 1692. §. Et quidem coram bon.
mem. Urſino, & in Bononien. Dotis, & Ante-
phati ſuper negocio principali 6. Aprilis 1696. §.
Firmato igitur, coram R. P. D. meo Muto*, cum
aliis *in deciſ. R. P. D. mei Caprara diei 14. Maii
1699. §. Nec ad impediendam*.

Neglecta penitus in propoſito oppoſitione
illa, quod hæc eadem quantitas, ſive creditum
fuerit a Marito receptum pro ſoluto, non autem
pro ſolvendo, ſtantibus illis verbis *ſub d. litt.
G. - Che gli fa conſtitutione di Procuratore come in
coſa propria* - Nimis enim aberrabant termini
hujuſce quæſtionis de aſſignatione, ſeu ceſſione
facta pro ſoluto, vel pro ſolvendo, ij etenim
intrant, quando præexiſtenti jam creditori fit ex
poſt in diſſolutionem debiti pariter præexiſten-
tis, & ſeparati, aliqua ceſſio, vel aſsignatio
8 bonorum, aut creditorum, quemadmodum
videre eſt apud *Eugen. conſ. 73. per tot. Gozza-
din. conſ. 38., Cancer. var. reſolut. par. 2. cap. 6.
num. 174., Rota coram Duran. deciſ. 266. n. 17.
verſic. Alia vero, & in rec. dec. 392. num. 24.
par. 5. to. 1.* & alibi quotidie.

In præſenti autem caſu per Mariam conſti-
tuta, & inſimul aſſignata Viro ſuo fuit dos
lib. 18267. ideoque nulla ſuperacceſſit in diver-
ſo ſuperveniente tempore loco quantitatis a
ſe promiſſæ, hæc, vel alia aſſignatio, quæ re-
putari valuerit facta pro ſolvendo, vel pro
ſoluto, ſique longe minus relevabat conſequens
quod Maritus conſtitueretur Procurator in
rem propriam, quia propria ipſius adamuſſim
debeat eſſe pecunia hæc exigenda, & de facto
Maria non ſolum ſub eodem contextu, quoad
hanc quantitatem, ſed indefinite quoad totam
ſortem conſtituerat Virum ſuum Procuratorem
ibi- *Eſpreſſamente conſentendo, che il d. &c. ma-
rito ſuo tutta la detta dote la riceva, & eſigga, e
li frutti faccia ſuoi proprii durante il preſente ma-
trimonio*-excepto namque caſu veri fundi dota-
lis, ſemper dominium dotis, a ſe tamen exa-
9 ctæ, vel de facili exigendæ tranſit in virum a
Text. in l. quoties C. de jur. dotium, & firmant
*Alex. conſ. 79. nu. 2. & in fin. lib. 5. Bec. conſ.
42. nu. 1. & 2., Cephal. conſ. 735. per tot. vol. 5.,
Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 28 num. 5. & 7.
Gratian. deciſ. March. 12. num. 1., Rota coram
Dunoz. Iun. deciſ. 421. n. 2. & ſeq. coram Emerix
Iun. deciſ. 199. n. 2. & ſeq. & in rec. deciſ. 13.
num. 23. par. 13. & deciſ. 598. num. 8. par. 18.
tom. 2. & in Aſcalana dotis 1. Iulii 1701. §.
Quin relevet cor. Reverendiſſ. dell' Olmo*.

Demenda pariter a præfata dote reſtante in
lib. 15067. alia quantitas lib. 6999. Cum enim
hæc quantitas componeretur a correſpondenti
va-

valore gemmarum, & iocalium, & contra-
hentes pepigerint, reſtitutionem eſſe facien-
dam in iiſdem gemmis, jocalibus - *per il mede-*
ſime, prezzo, e valore-hinc eo ipſo, quod eædem
gemmæ, & jocalia pervenerunt ad manus Ma-
riæ relictæ ab ejus Marito debitore, uſufructua-
riæ, & adminiſtratricis, clarum erat, quod
nihil ultra præfata Maria, vel habentes ab ea
10 cauſam, poterant expetere, juxta pręnota-
ta per *Cephal. conſ.* 189. *num.* 24., *Rot. coram*
Gregor. deciſ. 580. *num.* 4. *Ninot. deciſ.* 37.
num. 7. *& coram Emerix Iun. deciſ.* 327. *num.* 6.
& in ſpecie per *Rot. coram Priolo deciſ.* 374.
nu. 10. *&* 11. quidquid ſit ubi non eſſe conventa
reſtitutio *per il medeme prezzo, e valore*, ſecun-
11 dum diſceptata per *Soccin Sen. conſ.* 57. *nu.* 5.
vol. 1. *Boſſ. de dote cap.* 16. §. 5. *n.* 71.

Nil officiente, quod gemmæ, & jocalia, ut
diximus, perventæ in poſſe Mariæ totaliter non
adæquent numerum illarum, vel eorum, quæ
per Mariam fuerant conſignata Viro in matri-
monialibus capitulis; Nam ad ſenſum etiam
Monaſterii hujuſcemodi partitæ conſiſtentes in
quibuſdam gemmis, ac argentis in totum de-
fectuoſa remaneret coæquatio in libr. 596. ac
propterea libris dotalibus, quæ alias, ut ex
calculo, reſtaſſent lib. 8068. adiiciendo præ-
fatas lib. 596. univerſum creditum dotale Ma-
rię conſcenderet ad lib. 8664. ſed cum ad illius
manus devenerint tot alia mobilia: gemmæ,
& argenta in ejus Inventario tutelari deſcri-
pta, ac de illis longe abſorbentibus totum hoc
creditum nullam Maria, vel Monaſterium red-
diderit rationem, ad hoc propugnaculum ſub-
vertendum, palam ſubintrabat concluſio, quod
ſi conſtat (ut ad præſens ex littera Inventarii)
ad manus Mulieris tot bona deſcendiſſe, cum
quibus ſeſe ſatisfacere valuerit, corruit reten-
tio quælibet allegata ſuper credito dotali, ni-
12 ſi prius de hujuſmodi bonis fuiſſe redditam
rationem evincatur, teſte *Gravett. conſ.* 129.
num. 5., *Nevizzan. conſ.* 57. *ſub num.* 11., *Gra-*
tian. diſcep. for. 826. *num.* 51., *Girrb. de-*
ciſ. 31. *n.* 13, *Rota coram Merlin. deciſ.* 551.
num. 8. *&* 9. *coram Buratt. deciſ.* 420. *num.* 2.
& deciſ. 862. *num.* 3. *&* 4. & in ſpecie *in re-*
cent. deciſ. 275. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 1. *& de-*
ciſ. 159. *num.* 7. *& ſeqq. eadem par.* 4. *tom.* 2.
deciſ. 161. *num.* 5. *et* 6. *et deciſ.* 269. *num.* 2.
par. 12.

Atque ex his parum opitulabatur ulteriori
prędidio Monaſterii, quod enunciatus calculus
dotis foret augendus correſpective ad valorem
de tempore conſtitutionis ejuſdem dotis, non
ſolum quia aderat contraria lex, ſive pragma-
tica de anno 1659. decernens, quod antiqua-
tis præcedentibus ſanctionibus attenderetur va-
lor decurrens tempore extinctionis, ſive ſolu-
tionis debiti, abſque eo, quod poſſet in aliquo
refragari quædam aſſerta contraria ſententia,
ſive laudum Compromiſſariorum editum in diſ-
cordia Monaſterii cum Eliſabeth, quia cum
non fuerint in ea colluctatione vocati, vel au-
diti Manumiſſores, certo certius ſubſtituti,
13 laudum iſtud, ſive ſententia arbitramentalis
recenſeri poterat ſub rubrica *ff. & Codicis quan-*
do res inter alios acta de qua *Soccin. Iun. conſ.*
181. *num.* 85. *lib.* 3. *& conſ.* 75. *num.* 20. *lib.* 4.,
Gratian. diſcept. foren. 49. *num.* 2., *Schettin. de*
verb. venien. ad cauſ. cap. 3. *num.* 2., *Peregrin.*
de fideic. art. 53. *num.* 4., *Rota coram Dunozz.*
Iun. deciſ. 362. *num.* 10. *coram Emerix Iun. de-*
ciſ. 683. *num.* 10. *& in rec. deciſ.* 140. *num.* 4.
par. 19. *& in Cavallicen. Homagii* 29. *Iannarii*
1700. §. *Nec ad conſtituendum coram Reveren-*
diſſ. D. meo Molines Decano, & in Rom. Immiſ-
ſionis 9. *Maii* 1701. §. *Multifariam coram me.*

Verum etiam quia poſito milles, quod do-
tale creditum Mariæ provide examinatum, &
redactum ut ſupra, adhuc excreſceret ex
hoc capite ad prætenſam quantitatem lib.
12369. ſemper hujuſmodi propugnaculum qua-
tiebatur a mox inſinuata propoſitione, quod
donec. & quouſque Mulier reddiderit rationem
de effectibus ad ſe perventis, eius dotale cre-
ditum adeo obnubilatur, ut nequeat illud ex-
periri, ſive objectari ad effugiendam immiſſio-
14 nem ut pręter iam collaudatos, ſubſequuntur
relati per *Rot. poſt Pacific. de Salvian. deciſ.* 19.
num. 4. *& deciſ.* 47. *num.* 2. *& coram Duran. de-*
ciſ. 347. *num.* 19. *coram Cerr. deciſ.* 70. *nu.* 36.
in recen. deciſ. 306. *num.* 10. *par.* 17. cum aliis
in deciſ. diei 14. *Maii* 1699. §. *Reſidualis, &*
diei 2. *Decembris ejuſdem anni* §. *Verum coram*
R. P. D. meo Caprara, & in aliam diei 3. *Apri-*
lis 1702. §. *Prætermiſſis coram R. P. D. meo de*
la Tremoille.

Agnoſcentes Defenſores inſuperabilitatem
firmæ hujus exceptionis, ſive replicationis,
quia & hodie impoſſibile erat poſt ſpatium 80.
annorum ad ullam conſcendi poſſe redditionem
rationis, ſtudioſe conabantur telum inflectere,
velut opinantes, quod, ſtante tam longo tem-
poris defluxu, præſumenda foret ſubſequuta
hæc redditio rationis, præſertim quia jam
Maria reſtituerat, Antonio filio ſuo hęredita-
tem, & pręfati Compromiſſarii canonizaverat
15 Mariam Creditricem in perſona Eliſabeth hu-
juſce dotis; Verum circa poſtremam hanc Ar-
bitrorum declarationem, præter reſponſionem
mox attributam, quod tanquam res inter alios
acta nocere nequiviſſet manumiſſoribus: ſive
Capitulo non citato, nec audito, ſuppetebat
alia palpabilis propugnatio, quod opus fuiſſet
Monaſterium tranſportaſſe acta ejuſdem Com-
promiſſi ad finem in indagandi, an de hac
plenaria reſtitutione hæreditatis, & reſpective
redditione rationis quidquam fuerit dictum,
aut oppoſitum, ex quo fundans ſe in aliqua Sen-
tentia, quæ non ſit apta, ut ad præſens,
efformare rem judicatam, compellitur Sen-
16 tentiam ipſam exhibere una cum actis, ad
tradita per *Rot. coram Ludoviſ. dec.* 320. *num.*
primo coram Duran. deciſ. 7. *num.* 18. *coram*
Bich.

Bich. deciſ. 250. *num.* 35., *coram Vbago deciſ.* 46. *num.* 7. & *in Recent. deciſ.* 561. *num.* 12.
part. 1. *deciſ.* 45. *num.* 7. *par.* 9., *deciſ.* 270.
num. 14. *par.* 14. *deciſ.* 201. *n.* 10. *part.* 15. &
deciſ. 701. *n.* 10. *part.* 18. *tom.* 2.

Quo vero ad Pręſumendam in gęnere reddi-
tionem rationis ex temporis effluxu, ac ex re-
ſtitutione hæreditatis, vera quidem erat in ſe
17 talis propoſitio, quam latius exornat, & fir-
mat *Afflict. in ejus dec.* 13. *per tot.*, & ante eum
Caſtrenſ. conſ. 116. *col.* 1. *verſ. Tollitur etiam*
lib. 2., *Menocch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 60. *n.*
5., *Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.* 42. *num.* 14.,
Munoz. de ratiocin. cap. 41. *num.* 18., *Rot. in*
Romana Cenſus 6. *Aprilis* 1693. §. *Nec pariter*
coram R. P. D. meo Caprara.

At non minus erat veriſſima caſtigatio ſem-
per recurrens in hoc propoſito, quod Mulier
præſumeretur ſe ſe jam ſatisfeciſſe, ſeu ſibi &
ſoluiſſe Dotem de effectibus hæreditatis, pro-
indeque ſi tempus ex una parte una cum reſti-
tutione hæreditatis facta per Mariam Antonio
filio pręſumptionem inſimulabat redditę ratio-
nis, ita idem tempus, ac hæreditatis reſtitutio
remordebat objectum vehementius confoven-
do alteram præſumptionem, quod Maria ideo
reſtituerit hęreditatem, quia ſibi jam ſolverat,
quemadmodum etiam de Jure tanquam Tutrix
18 ratione ſui Crediti quantitativi facere debuiſ-
ſet, aut potuiſſet, ex cumulatis per *Caren. re-*
ſol. 114. *n.* 3. & 4., *Gutt. de tutel. par.* 2. *cap.* 9.
nu. 41., *Fontan. de pact. Nupt. clauſ.* 7. *Gloſſ.* 3.
par. 7. *n.* 25. & *ſeq.* & *n.* 6., *Triſtan. dec. Catha-*
lon. 41. *num.* 8., *Rot. coram Vbag. deciſ.* 85.
num. 4. & *ſeqq.* & *in recent. deciſ.* 130. *nu.* 15.
part. 5. & *deciſ.* 161. *num.* 1. *part.* 12.

Et ob id ſuperfluum reddebatur, ad majorem
depreſſionem hujus crediti dotalis Mariæ, ac
Monaſterii, recenſere retrovenditionem Cen-
ſus cum Franciſco Ferrerio, ab ea, ut doce-
batur, expletam, nec non longævam perce-
ptionem fructunm, quæ ſicuti ſatis ſuffocabat
idem creditum, ita etiam ſatis vindicabatur in
anteactis deciſionibus ab interuſuriis dotalibus
in vim municipalis Conſtitutionis ex parte Mo-
naſterii prętenſis, & ſuperadditis, ſed adhuc
ſi quid forte defuiſſet robori tot reſponſionum
in præſenti allatarum, Domini citra inutilem
tranſcriptionem habuere ſeſe ſuper hoc ſupe-
rabundanti puncto remiſſive, ad eaſdem præ-
cedentes Deciſiones, & ſignanter *ad illam diei*
14. *Maii* 1699. §. *Minus*, & 2. *Decembris ejuſ-*
dem anni §. *Verum*, & §. *Non relevante*, *coram*
R. P. D. meo Caprara.

Hæc quoad primam partem hodiernæ reſo-
lutionis, ſive circa priora duo fortalitia; at
longe aſperius adinuenere Aggreſſores, ſive
Manumiſſores tertium, & noviſſimum circum-
darium, ad quod tota anima finalis defenſionis
ipſius Monaſterii, ſaltem in conſpicua parte,
redacta erat, videlicet, quoad Bona provenien-
tia in Teſtatorem a Geraldo Deſpes, & in hoc
nulla apud Domioos, & fetme apud Partes,
adfuit præambula colluctatio reſpectu gemini
principii, ſive antemuralis, alterum ſcilicet,
quod cum ad hujuſmodi Bona Gerardi per fi-
deicommiſſum anterius ab eodem Gerardo in-
ſtitutum, reperiretur ex propria perſona voca-
tus Antonius mediatus Author Monaſterii, non
potuerat Petrus Franciſcus ita de per ſe abſtra-
ctive præfata Bona novo oneri, ſive novo fidei-
commiſſo ſubjugare, niſi tantundem reliquiſſet
Antonio, computatis fructibus medii temporis,
videlicet perceptis, aut percipiendis ab ipſo An-
tonio conditione pendente novi injuncti fidei-
19 commiſſi ſuper Bonis propriis Teſtantis, reſi-
ſtente tranſcendentali gravamini ſanctione *Text.*
in l. Imperator §. *Si centum*, & §. *Cum quidam*, &
in l. cum Pater §. *Titio fratri ff. de legat.* 2. &
in. l. cum quis decedens in princ. ff. de legat. 3.
animadvertunt *Socein. Iun. conſ.* 19. *num.* 57.
lib. 3., *Gabr. conſ.* 101. *num.* 8. & 9. *lib.* 2., *Ton-*
dut. quæſt. civil. part. 2. *cap.* 109. *num.* 14., *An-*
dreol. contr. 434. *num.* 4. & *ſeqq.*, *Peregrin. con-*
ſil. 63. *num.* 3. *lib.* 6. & *de fideicom. art.* 33.
num. 48., *Conciol. de Hæred. art.* 3. *num.* 27. &
ſeq., *Card. de Luca de fideicom. diſc.* 134. *n.* 16.,
Rota in Romana, ſeu Verulana fideicommiſſi 10.
Maii 1690. §. *Nec ad impediendam*, & 21. *Iu-*
nii 1697. §. *Poteſtas coram R. P. D. meo Capra-*
ra, *et in Avenionen. fideicommiſſi* 25. *Iunii* 1700.
§. *Neque etenim coram Me*.

Et alterum, quod prædicta omnia procedunt
inſpecta ſolum de jure nuda poteſtate Gravan-
tis per viam fideicommiſſi univerſalis, quod
ſemper intelligitur deductis deducendis ad for-
mam Iuris; Verum quoties ulterius interce-
deret nedum voluntas in Teſtatore gravandi
ſuum hæredem etiam ſuper illius propriis Bo-
nis, vel aliunde ex: gr. fideicommiſſo antiquio-
ri obvenire debentibus ſed, & in eamdem vo-
luntatem; libere conſpirat quoque voluntas, ſi-
ve conſenſus explicitus, filii, vel hæredis acce-
ptantis hæreditatem ultimi Teſtatoris hujuſmo-
di onus præſeferentem in his ſane termiuis non
exiſtit amplius neceſſarium inquirere, an Te-
ſtator potuerit abſque æquivalenti relicto, modo
dequo ſupra gravare hæredem, nec ne, ſecun-
dum Iura, & authoritates ſupra congeſtas, quia
data conjunctione voluntatum Teſtatoris, &
hæredis exuberans inſurgit poteſtas gravandi
hæredem ſic conſentientem implicite, vel ex-
plicite, & ſic volentem, & acceptantem exem-
plo legitimæ, quæ licet gravari, per apertiſ-
ſima Iura, non poſſit onere fideicommiſſi, quia
tamen volenti non fit injuria, hinc volente
eodem filio per acceptationem expreſſam, vel
æquipollentem in vim celebris cauthelæ *Socci-*
ni legitima citra ſcrupulum ſubjugari poteſt
reſtitutioni, ac oneri fideicommiſſi, adeout
20 hæc propoſitio non admitteret in Rota ullam
amplius hæſitationem ex pluries, ac pluries ſta-
bilitis ex notiſſimo *conſ. Peregrin. lib.* 4. *in ordi-*
ne 63. *num.* 4. *et num.* 6. cum aliis *in famigeratam*

Ro-

Romana, ſeu Verulana fideicommiſſi 21. *Februa-
rii* 1698. *a principio uſque ad* §. *Hac ſatis co-
ram R. P. D. meo Caprara*, *et* 12. *Ianuarii* 1699.
§. *Hinc ſuperfluum*, *coram R. P. D. meo Pio*, *con-
firmata* 15. *Maii ejuſdem anni coram Eodem*, *et in
Avenionen. fideicomm.* 19. *Ianuarii* 1699. §. *Con.
ſimilis*, *et* 20. *Ianuarii* 1700. §. *Voluntas cor. R. P. D.
meo* Muto. & 25. *Junii*. 1700. §. *Ad etiam et ſeqq.
et* 28. *Ianuarii* 1701. §. *Denuo coram Me*, *et in Cor-
tonen.*, *ſeu Peruſina fideicomm. ſuper Immiſſione* 17.
Novembris 1702. §. *Nequemiliter pariter cor.* Me.
Diximus per viam fideicommiſſi univerſalis,
quoniam ubi Teſtator gravaverit poſitive hære-
dem per viam legati, vel fideicommiſſi particu-
laris in juribus, ſeu Bonis propriis, vel aliunde
ſibi obuentis, aut obventuris, nulla ſubeſt amari-
tudo circa defectum poteſtatis in Teſtatore, nam
ſi hæres ſic ſupra modum gravatus neglexerit
ſeſe communire præſidio, ſive beneficio Inven-
21 tarii, faceſſunt vetera jura *ff. ac Codicis in di-
cta l. Imperator*, cum aliis ſupra collaudatis, &
vigore juris noviſſimi Authenticorum tenetur
hæres ſolvere, ſeu præſtare integre etiam de
proprio hujuſmodi legata, & fideicommiſſa par-
ticularia, per rotundam litteram *Textus eo-
rundem Authenticorum in* §. *Si vero*, *de hæred.
& falcid.* ibi - *licet pura ſubſtantia morientis tran-
ſcendat menſuram legatorum datio* - & uno ore
monuerunt *Bald. in Auth. ſed cum Teſtator*
§. *Sed contra iſtud oppone C. ad leg. falcid. ibique
Corneus ſub num.* 2. *verſ. Et tamen* optime *Rom.
in Authent. ſimiliter num.* 104. *circa fin. verſ.* 3.
Ego C. eodem, *Menoch. conſ.* 272. *num.* 68. *uſque
ad* 75., *Peregrin. de fideicom. art.* 33. *num.* 15.
Merlin. de pignor. lib. 2. *tit.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 51.
& ſeq., *& in Rec. dec.* 489. *n.* 21. *part.* 18. *cum
aliis in Romana*, *ſeu Verulana fideicomm.* 10. *Maii*
1690. §. *His addenda cor. R. P. D. meo Caprara*.
Solumque circa hanc poſtremam partem di-
ſtinctionis fideicommiſſi particularis, ſeu uni-
verſalis obiter inſinuatam quæſtio fuit a ſuis prin-
cipiis reaſſumpta, in diu agitata Cauſa *Ferra-
rien. fideicommiſſi de Turobis*, quæ tandem cum
Voto duorum Sac. Rotæ Auditorum in Congre-
gatione particulari cum nonnullis Prælatis ter-
minavit, quia cum ibi Teſtator ordinaſſet de
extero fideicommiſſum univerſaliſſimum, & in
calce Teſtamenti regiſtrari mandaſſet omnia
bona, acris exorta extitit diſceptatio; An hu-
juſmodi regiſtratio continens Bona etiam pro-
pria ipſius hæredis, ſive ad illius favorem fidei-
commiſſo antiquiori ſuppoſita, immutaſſet na-
turam fideicommiſſi univerſalis, itaut ex hac
22 ratione deflecteret in particulare, quemad-
modum reputaverat *Beltramin. in addit. ad Gre-
gor. deciſ.* 421. *ſub n.* 15. præfati namque duo
Auditores Sacri Auditorii cum eiſdem Prælatis
fuerunt in ſenſu, fideicommiſſum adhuc in hoc
caſu remanſiſſe in ſua univerſalitate, non ob-
ſtante præfata regiſtratione Bonorum in calce
23 Teſtamenti, amplectendo de reliquo memo-
ratam diſtinctionem inter fideicommiſſum par-
ticulare, & univerſale, prout effulget c… opio-
ſa diſputatione *Hieronymi Roccæ Epiſcopi I. clari
prodeunte in eadem Cauſa cap.* 11. *per tot. lib. pri-
mo*, & in Voto *edito in dicta Ferrarien. fideicom-
miſſi de Turobis a bo. me. Emerix regiſtrato inter
ſuas deciſiones la* 795. & 796., *& in alio Reve-
rendiſſimi Hernavul impreſſ. adornatum Card. de
Luca ad Mater. de fideicom. dec.* 92.
Firmis itaque hiſce principiis, ac diſtinctio-
nibus, finaliſſima altercatio reſtringebatur ad
nudum factum, utrum videlicet ſufficienter ap-
pareret de hac analoga, & uniformi voluntate,
tam Petri Franciſci Teſtatoris gravandi Anto-
nium ejus filium, & hæredem, una cum reliquo
Patrimonio reſtituere etiam Bona derivantia a
prænominato Gerardo *d' Eſpes*, inter quæ præ-
ceteris connumerabatur Caſtrum, ſeu Feudum
de Miravall, quam etiam ejuſdem reſpective
Antonii tacite, vel expreſſe conſentientis huic
oneri: Nam poſita copulativa utriuſque volun-
tate palam corruebat tertium: ut diximus, for-
talitium a Monaſterio elevatum, & ex oppoſi-
to generice, ac indiſtincte tradenda procul du-
bio erat immiſſio. Manumiſſoribus, prout con-
ceſſa fuerat in binis antecedentibus Senten-
tiis *R. P. D. mei Capraræ*. & *R. P. D. mei de la
Tremoille*. Dicebat itaque Monaſterium pro ma-
jori firmitate propriæ tuitionis, quod primo lo-
co deerat in Petro Franciſco ſcientia hujus anti-
quioris fideicommiſſi ordinati per Geraldum d'
Eſpes etiam ſuper hoc Caſtro *de Miravall*, pro
indeque impoſſibile erat affirmare mutuum
hunc conſenſum, & copulativam voluntatem
in Teſtatore, & in Hærede, quando non lique-
bat de alterutrius notitia, atque ſcientia, ex
24 vulgari adagio, quod voluntas non trahitur
unquam ad ignorata. de quo *Aym. conſ.* 3. *n.* 11.,
Capr. conſ. 103. *n.* 5., *Cephal. conſ.* 455. *num.* 81.,
Card. de Luca de Credit. diſc. 105. *num.* 6. *et de
legat. diſc.* 35. *n.* 2., *Adden. ad deciſ.* 523. *num.*
25. *part.* 4. *tom.* 3. *Rec.*, *Rota cor. Cavaler. dec.* 340.
num. 4., *et coram Emerix Iun. deciſ.* 952. *n.* 9.
Et quidem quod Teſtator clare non ſciverint
fideicommiſſum injunctum a Gerardo facile
videbatur evinci ſtatim, ac univerſalem Inſti-
tutionem factam in perſona Antonii filii coar-
ctaverat ad Bona propria, ibi - *Tutti li altri miei
Beni*, *mobili*, *et immobili etc. laſcio ad Antonio
etc.* Quamobrem cum profeſſus eſſet Teſtator
de Bonis propriis diſponere, manifeſte exclude-
batur ab eadem diſpoſitione hæreditas, & fidei-
commiſſum alienum, ut ex Doctrina *Bartoli*
25 *in l. ſervi electione* §. *fin. ff. de legat.* 1. firmant
Andreol. contr. 224. *n.* 15., *Donat. Anton. de
Marin. quotid. reſol. lib.* 1. *cap.* 240. *n.* 10. ibique
Carol. Anton. de Luca n. 4., *Urceol. conſult.* 45.
n. 29. *et* 30., *Cyriac. contr.* 283. *n.* 34., *Surd. deciſ.*
93. *n.* 20. *et* 27., *Rot. cor. Duran. dec.* 93. *n.* 7.
coram Pamph. dec. 538. *n.* 5. *cor. Priolo dec.* 538.
n. 5. *et* 6. *coram Emerix Iun. dec.* 796. *n.* 1., *et in
Bononien. ſeu Imolen. Bonorum* 12. *Iunii* 1693.,
§. *Voluntas*, & 11. *Ianuarii* 1694. §. *Voluntatis
cor. bo. me. Urſino*.
Tan-

Digitized by Google

Tantoque magis, quia idem Teſtator nomi-
nans in ejus Teſtamento *Caſtrum de Miravall*
certo certius deſcendens a fideicommiſſo Ge-
rardi, illud contextualiter univerat in ipſa
oratione, & peculiari diſpoſitione cum Caſtro
de Montelia, ac propterea cum iſtud Feudum
jam prius innegabiliter foret proprium Teſta-
toris, id ipſum profecto cenſendum erat quod
26 cogitaverit, ſeu ſuppoſuerit de altero copulato
Caſtro *di Miravall*, *vulgata l. jam hoc Iure ff. de
vulgar. et pupill.*, *Ruin. conſ.* 112. *num.* 6. *et* 7.
lib. 2., *Caſtill. contr. Iur. lib.* 5. *cap.* 100. *num.* 19.,
Menoch. conſ. 26. *num.* 26., *Roman. conſ.* 32. *ſub
num.* 9. *verſ. ſexto ad idem*, *et conſ.* 383. *num.* 3.

Quinimo incaleſcebat hæc probabilis igno-
rantiæ præſumptio, ex quo in præcedenti, &
ferme proœmiali parte Teſtamenti, a qua deſu-
mi poterat hæc ſcientia, quia ibidem Teſtator
expreſſerat - *atteſo*, *e conſiderato*, *che Io ho ſuc-
ceſſo*, *e ſono Erede delli Beni della Caſa de los Deſ-
peſos* - oculariter emergebat, quod intellexerat
ſeſe hunc titulum aliunde, quam a Gerardo
obtinere, ſubjungebat etenim immediate - *e per
conſeguente ho la Capella di quelli nella Cattedrale
Illerden.* - quare cum rimato toto Teſtamento
Gerardi nullum verbum legeretur circa hanc
Cappellam, de plano ſequebatur, quod, ſi qua
aderat, ſcientia hujus Succeſſionis in genere
quoad familiam, vel perſonas *d' Eſpes*, illa fo-
ret referenda ad eos, quibus verba magis con-
gruebant, non autem ad Gerardum, cujus
diſpoſitioni, nullam facienti mentionem de
27 Cappella, ſatis ſuperque repugnabant, vel ab
ea erant prorſus aliena, ex deductis per *Bec.
conſ.* 101. *num.* 78. *verſ. et relatio*, *Surd. conſ.*
379. *num.* 5. *verſ. et relatio*, *Rota*, *coram Pen.
deciſ.* 43. *n.* 26. *verſ. quod tunc potiſſimum coram
Ludoviſ. deciſ.* 66. *n.* 8., *Buratt. deciſ.* 21. *n.* 11.,
& in Recent. deciſ. 372. *num.* 8. *part.* 11., *&
deciſ.* 135. *num.* 29. *part.* 16., *& in Romana
Reintegrationis Fideicommiſſi de Columna* 24.
Martii 1702. §. *Conſpirante coram Me*.

Aſt quando per hypotheſim aliqua fuiſſet al-
legabilis ſcientia in Teſtatore hujus fideicom-
miſſi Gerardi, adeout explicite diſponendo de
Caſtro *de Miravall* quantum in ſe erat, voluerit
onerare Antonium novo deſuper fideicommiſſo
non per hoc rumpebatur vallum defenſionis,
cum, ut præmiſimus, contextualiter foret ne-
ceſſaria voluntas, & ſcientia Antonii hęredis,
tantum vero aberat, quod Antonius hanc ſcien-
tiam, & voluntatem habere valuerit, ac reſpe-
ctive ullum aſſenſum accomodaverit, quin po-
tius, cum de tempore adapertæ Succeſſionis,
ſuęque Inſtitutionis magis vagiret, quam loquere-
28 tur, quis dixerit, quod Infans tam tener velle,
vel nolle aliquid potuerit, ſicuti conclamat I. C.
in l. Pupillus 150. *ff. de reg. Iur. Gloſſ. in l. ſi In-
fanti*, *verb. quacumque Cod. de Iur. deliber. Ion. de
Solemnitat. in contract. minor. Gloſſ.* 15. §. 7. *num.*
21., *Contr. diſcept. forenſ. cap.* 92. *num.* 12. *Mi-
chalor. de fratrib. part.* 2. *cap.* 15. *n.* 4., *Rot. co-
ram Pentinger. deciſ.* 106. *n.* 3. *coram Cerro de-
ciſ.* 617. *n.* 4. *in Recent. deciſ.* 589. *n.* 12. *part.* 7.
& dec. 129. *par.* 10., *& in Rom. Cenſ.* 1. *Iulii* 1701.
§. *His itaque*, *& in Rom. Pecun.*, *ſeu Tranſactionis*
20. *Ianuarii* 1702. §. *Atque ex his coram Me*.

Quod ſi poſtmodum Antonius major effectus,
ac compos voluntatis abſque alia reclamatione
poſſedit bona tam paterna, quam provenientia
a fideicommiſſo Gerardi etiam non ignorans
Teſtamentum paternum; In primis jam vidi-
mus, quod erat valde ęquivocum, & dubium,
An ex Teſtamento paterno valeret elici ſcien-
tia huius antiquioris fideicommiſſi in ipſo Te-
29 ſtatore, & in omnem caſum potius pręvalere
debebat expreſſio adhibita in Inventario facto
per Matrem Tutricem eiuſdem Antonii, in quo
nulla depromebatur diſcriminatio Bonorum, ſed
omnia mavis ſupponebantur paterna, quam a
Gerardo, vel aliunde promanantia, aditio nam-
que, ac poſſeſſio intelligitur ſemper facta ad
normam Inventarii, ſeu titulum de quo con-
ſtabat, quam ad titulum de quo non conſtabat
ex annotatis per *Roc. Ep. diſp. Iur. cap.* 20. *n.* 29.,
Rot. poſt Nov. in Summ. Bull. deciſ. 48. *num.* 24.
coram Emerix Senior. deciſ. 66. *num.* 8., *et coram
Emerix Iun. deciſ.* 764. *num.* 4., *et* 1167. *num.* 8.
Maxime quia ubi etiam in Inventario adfuiſſet
expreſſio fideicommiſſi ipſius Gerardi potius
ſubſequuta aditio, & poſſeſſio cenſeretur facta
30 compatibiliter ad titulum ejuſdem fideicom-
miſſi Gerardi adeunti, & poſſidenti magis pro-
ficuum juxta ea, quæ habet *Alex. conſ.* 55.
num. 2. *lib.* 5., *Cravett. conſ.* 100., *num.* 9. *Gra-
tian. diſcept. for. cap.* 752. *num.* 25., *Modern.
Lucen. conſult.* 20. *num.* 57. *et* 58.

Quid plus? dum tantum diſtat a veriſimi-
litudine, quod ex ſimplici continuatione poſ-
ſeſſionis Antonii de tempore, quo major fue-
rat effectus, emegere valuerit in ejus vita vo-
luntas eſſentiendi novo oneri fideicommiſſi,
quin potius manifeſtiſſime illud impugnaverit,
quando eadem vita functurus diſcernere inten-
debat, de quibus Bonis Dominus eſſet, ac poſ-
ſet teſtari, ſeſe etenim cubitaliter poſt enun-
ciatum Patris Teſtamentum declaravit per hęc
verba - *dico*, *e dichiaro*, *che non voglio accettare
detto Legato di* 2000. *lire fatto da detto mio Si-
gnor Padre in mio favore*, *anzi voglio*, *ed e la
mia volontà*, *che la detta mia Erede poſſa rieupe-
rare*, *e rieuperi quello che gli ſi deve per ragione
di Legitima*, *e quarta Trebellianica*, *e tutto quel
di più che mi ſi compete nelli Beni di detto Signor
Pietro Franceſco Gomar mio Padre*: Unde ſi
innegabiliter per hunc loquendi, & diſponen-
di modum acquieſcere noluit oneri; ſive dimi-
nutioni Legitimæ, a qua argumentum poteſta-
tis gravandi hæredem in Bonis propriis deſu-
mebatur, ut ſupra, quinimo teſtatus eſt: *di
tutto quel di più che mi ſi compete nelli Beni di det-
to Signor Pietro Franceſco Gomar mio Padre* - a
fortiori profecto nuſquam intellexerat conſen-
tire ſuperaddito, quatenus adeſſet, gravami-

ni

ni per Patrem, cum fideicommiſſum antiquius
ſemper ab hærede univerſaliter gravato, non
31 minus quam ipſa Legitima, ac æs alienum
detrahatur, ex traditis per *Argel. de Legitim.
Contradictor. quæſt. 4. art. 3. num. 73. et 74.
Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 4. num. 751., Rota coram Coccin. deciſ. 1874. num. 1. coram Emerix Iun. deciſ. 1305. pariter num. 1., et in Recent. deciſ. 142. n. 1. part. 11.*

Contra hæc Bellum audacius inferentes Manumiſſores, quorum oneri incumbebat adverſus regulam ab initio propoſitam docere de hujuſmodi copulativa voluntate, replicabant, prorſus inallegabilem eſſe ignorantiam in Teſtatore de hoc antiquiori fideicommiſſo Gerardi, cum ipſe fuerit hæres non ſolum in genere hujus Prçnobilis Familiæ d' Eſpes, ſed in ſpecie Hieronymæ ejus materteræ, & reſpective Neptis memorati Gerardi, ut in *hodierno Summario Manumiſſorum ſive Executorum n. 2.* ibi - *Ordino, che per li medemi Manumiſſori ſiano reviſti li Teſtamenti di mio Padre, e della Signora D. Girolama d' Eſpes, delli quali ſono Erede* - Cumque in ipſam Hieronymam devenerint Bona Gerardi, & ſignanter idem Caſtrum *de Miravall*, in vim prædicti fideicommiſſi ab ipſo Gerardo confecti ex Sententia Supremi Tribunalis Legiæ Audientiæ Cathaloniæ *Dicto Summario Monaſterii dato ſub die* 16. Ianuarii *num.* 2. quomodo credibile erat, quod Petrus Franciſcus ignoraret, quæ Bona, & quo titulo Hieronyma ejus Auctrix poſſideret, ac in eum trasfuderit, præſertim cum ageretur de actu favorabi-
32 li, & lucrativo, quo caſu admittitur ſcientia
etiam præſumpta, ut in his fere terminis *Rodulphin. allegat. 150. n. 21., Spada conſ. 164. n. 20. & 23. vol. 2. Hodiern. contr. for. cap. 15. a n. 55. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 595. n. 11 cum pluribus ſqq., Rota coram Bich. deciſ. 134. num. 14., & deciſ. 158. num. 41., & in Romana, ſeu Verulana fideicommiſſi* 10. *Maii* 1690. §. *Nec vis*, & 21. *Iunii* 1697. §. *Ad allegatum*, & 21. *Februarii* 1698. §. *Quoniam coram R. P. D. meo Caprara, & 12. Ianuarii* 1699. §. *Cum enim, & 15. Maii ejuſdem anni* §. *Præter quamquod coram R. P. D. meo Pio, & in Avenionen. Fideicommiſſi* 19. *Ianuarii* 1699. §. *Conſimilis*, & 20. *Ianuarii* 1700. §. *Eoque magis coram R. P. D. meo Muto, &* 19. *Ianuarii* 1703. §. *Verum coram R. P. D. meo Scotto*.

Addito quod de tempore Judicii agitati per Hieronymam, vivebat Petrus Franciſcus, quemadmodum colligebatur combinando tempus præfatæ Sententiæ *anni ſcilicet* 1606. cum illo conditi Teſtamenti per eumdem Petrum Franciſcum *de anno* 1622. eumque ageretur de Succeſſione in illis partibus clamoroſa Familiç Nobiliſſimæ, & ſignanter de Feudo admodum conſiderabili, nimium repugnat ſano diſcurſui, quod Petrus Franciſcus neſciverit litem, & victoriam propriæ Materteræ, & quomodo, ac qualiter mediante perſona ejuſdem Mater-
33 teræ, Caſtrum *de Miravall* in eum deſcenderit, ſicuti pariformiter infrafraternizantibus terminis reſponderunt *Modern. Lucen. conſult. 22. ſub num. 50. verſ. hic autem, Rota coram Bich. deciſ. 30., n. 30. & coram Seraphin. deciſ. 1459. num. 3. & 9., & in Recent. deciſ. 153. num. 18. & ſeqq. part. 8., & in dicta Romana, ſeu Verulana Fideicommiſſi* 21. *Februarii* 1698. §. *Quibus denique coram R. P. D. meo Caprara, & 12. Ianuarii* 1699. §. *Hæc autem, & 15. Maii ejuſdem anni* §. *Implicite coram R. P. D. meo Pio, & in dicta Avenionen. Fideicommiſſi ſuper Immiſſione* 20. Ianuarii 1700. §. *Tertio accedit coram R.* P. *D. meo Muto*.

Augeturque improbabilitas hujus ignorantiæ, dum Maria Mediona Uxor Petri Franciſci deinceps teſtando, inſtituendoque heredem Antonium filium, non ſolum meminit de fideicommiſſo Gerardi, ſed de onere per eum impoſito, cognominis, ſeu armorum, *hodierno Summario Executorum num.* 8. Uxor etenim debuit ſcire fideicommiſſum, ad quod non erat vocata, & cui non ſuccedebat, debuit autem illud ignorare Maritus, qui erat ad illud vocatus, & in eo ſucceſſit, quive de facto ad præſcriptum Gerardi geſtavit nomen, & arma d' Eſpes? Ignorantia namque in his terminis
34 redderetur tam ſupina, & inveriſimilis, ut
in Judiciis merito negligatur, Teſte *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 595. num. 25., Peregrin. de fideic. art. 52. num. 104. verſ. quartus, & Rota in dicta Romana ſeu Verulana fideicommiſſi* 21. *Februarii* 1698. §. *Quibus denique coram R. P. D. meo Caprara*.

Suppoſita ſcientia (proſequebantur Informantes pro Executoribus:) nequibat dubitari de connexa voluntate Petri Franciſci diſponendi ſimultanee de Bonis etiam Gerardi quia non ſolum ille Bona a Bonis minime diſcriminaverat, ſed, quod raro contingit, in hiſce quæſtionibus, quemadmodum liquet apud omnes ſupra allegatos in §. *Et quidem*, ab initio ſuarum tabularum expreſſit, & profeſſus eſt, ſe eſſe Succeſſorem - *de i Beni della Caſa de los Deſpeſos* - Quapropter cum ſucceſſive ad abſolutum devenerit fideicommiſſim, & ſub eo incluſerit litteraliter, ac ſignanter Caſtrum *de Miravall*, de quo diſponere non potuiſſet, niſi tanquam Succeſſor *de i Beni della Caſa di Eſpeſos*, inſuperabilis profecto, & ſuperlative probata aderat voluntas iſta gravandi in Petro
35 Franciſco, ſicuti ceſſante etiam expreſſione
tam clara ſucceſſoris *della Caſa d' Eſpes* habetur ex *Bertazol. conſ. civil. 5. num. 4., Peregrin. conſ. 41. num. 13. & ſeqq. lib. 3., & in tract. de fideicom. art. 6. num. 16., Rota in Recent. deciſ. 375. num. 6. par. 1., & deciſ. 444. num. 3. in princ. part. 4. tom. 1., & in dicta Romana, ſeu Verulana Fideicommiſſi* 10. Maii 1690. §. *Nec in dubium coram R. P. D. meo Caprara, et in Camerinen. Bonorum* 20. *Junii* 1692. §. *Minus dubitaverunt coram Eodem, et in Avenionen. Fidei-*

Digitized by Google

Fideicommiſſi 10. *Iunii* 1698. §. *Sane coram R. P. D. del Olmo, in Fan. n. Donationis* 7. *Martii* 1701. §. *Voluiſſe coram R. P. D. meo de la Tremoille, et in Cortonen., ſeu Peruſina Fideicommiſſi ſuper Immiſſione* 17. *Novembris* 1702. §. *Quin etiam coram* Me.

Nullatenus refragante, quod in Teſtamento Gerardi nulla mentio legeretur facta de Cappella, cujus intuitu Petrus Franciſcus videbatur expreſſiſſe, ſe eſſe heredem *delli Beni della Caſa d' Eſpeſos*, proindeque ad alios de eadem Familia referri valeat, vel ſaltem æquivoca reddatur hujuſmodi expreſſio; Præter quam enim (ſubdebant iidem informantes) quod prædicta expreſſio non tollebat effectum ſpecifici, & nominalis gravaminis Caſtri *de Miravall*, non ab aliis ex domo d' Eſpes, ſed a Gerardo provenientis, adhuc non tenebat conſequentia, Gerardus non meminit de Capella, ergo enunciativa hæredis refertur ad alios, quam ad ipſum Gerardum, quia bene poterat Capella comprehendi in Teſtamento Gerardi
36 nomine *Bonorum, et Iurium* abſque neceſſitate ſingularis mentionis, ex plene firmatis per *Abb. in cap. ex litteris* 7. *num.* 12. *de Iurepatr. Bald. conſ.* 32. *num.* 3. *lib.* 1., *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *qu.* 9. *num.* 50. *& ſeqq.*, *Vivian. de Iurepatr. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 34. *&* 35., *Rota coram Emerix Iun. deciſ.* 1354. *num.* 17. *cum aliis in Valentina Beneficii* 26. *Februarii* 1697. §. *Quoniam coram R. P. D. meo Priolo*, imo dum non docetur, quod aliæ ſucceſſiones, preter gradualem a Gerardo terminatam in Hieronymam, & a Hieronyma in Raphaelem, & a Raphaela in ipſum Petrum Franciſcum pervenerint ad eumdem Petrum
37 Franciſcum ſucceſſorem *della Caſa d' Eſpes*, pluralitas recte præſumi non poterat ad tradita per *Ias in l. eum, qui* §. *In popularibus nu.* 17. *cum quatuor ſequentibus ff. de jurejur. Bertazzol. conſ. crim.* 94. *num.* 25., *Rota coram Duran. deciſ.* 433. *num.* 4., *Danoz. ſen. deciſ.* 182. *num.* 3. *Bichio deciſ.* 366. *num.* 8. *& coram Merlino deciſ.* 247. *n.* 13. *& deciſ.* 540. *n.* 6.

Atque ex his, in ſenſu præfatorum Informantium, facile corruebat objectio, fundata in illa aſſueta forma diſponendi retenta per Petrum Franciſcum, *tutti gli altri miei Beni &c.* actoritates quippe laudatæ ſub prædicto §. *Et quidem*, optime procedunt in dubio, ſive ubi nullibi conſtaret, Teſtantem diſponere voluiſſe de rebus per eum hæredi ſuo reſtituendis, ſed quando (ut ſibi ſuadebant) plenarie coruſcabat de ſcientia, & conſecutiva voluntate Petri Franciſci, formula hæc familiaris omnium Teſtamentorum caſtigabatur a quadam latiori ſignificatione, per quam Bona noſtra intelligamus etiam ea, quæ reſtitutioni ſunt obnoxia ſecundum ea, quæ non ſolum in con-
38 tractibus, ſed in hac pracisa quæſtione, & interpretatione novi gravaminis injuncti per Teſtamentum, per *Tex. in l. pr.* §. *Servi appellatione ff. ad Senat. conſ. Syllan.* & plura jura allegata docte dictum fuit in *ſepe laudata Romana ſeu Verulana fideicommiſſi* 10. *Maii* 1690. §. *Nullatenus coram R. P. D. meo Caprara*.

Denique in idipſum labebatur quodammodo corollarie ſubalterna objectio, quod Teſtator copulaverit Caſtrum *de Miravall* cum altero Feudo, ſeu Caſtro *de Montolin*: Firmo namque remanente ex præmiſſis, quod Bona dici poſſint noſtra etiam ea, quæ ſunt alteri reſtituenda, utique citra vulnerationem adductæ Regulæ *Textus in l. Nam hoc Iure ff. de vulgar. & pupillar.* tam Bona propria *di Montolin*, quam reſtituenda *di Miravall.* æqualance cadebant tanquam ex ejuſdem voluntate effecta propria ſub eadem determinatione, ac diſpoſitione,
39 ut in ſubſtantia fuit ſemper, & inconſtanter conclusum in precitatis *Romana, ſeu Verulana, in Avenionen. & in Cortonen., ſeu Peruſina coram variis Sacræ Rotæ Auditoribus*.

Tranſeundo autem ad ſcientiam, voluntatem, & acceptationem Antonii, non negabant iidem Informantes pro Executoribus, quod neque ulla ſcientia ſufficiens, neque ulla obligatoria acceptatio poſſet depromi a ſimplici agnitione facta per Tutricem, quando idem Antonius reperiebatur infantulus, & quando etiam in mera poſſeſſione perſeveravit maior effectus, niſi alia interveniſſent indicia manifeſta: Verum circa ſcientiam, illa effulgebat valde perſpicua de tempore, quo Antonius longe erat ſupergreſſus minorem ætatem, dum ut præmiſimus, Maria Mediona illius Mater, ac Tutrix teſtando *ſub anno* 1642. inſtituerat hæredem eumdem Antonium, & declaraverat in Teſtamento, quod *per clauſola del Vincolo, che fece D. Gerardo d' Eſpes &c. il Deſcendente più propinquo ſi habbi da chiamare con il cognome d' Eſpes, ch'è la cauſa, perche il mio figlio ſi chiama D. Antonio d' Eſpes*, quę ſanæ verba, licet omiſſa *in Summario Monaſterii die* 19. *Januarii num.* 10. ſupplebatur tamen hodie *Summario Manumiſſorum num.* 8. Unde eſto, quod perantea non ſciret Antonius, ut erat tamen incredibile, quare ſe nuncupabat *d' Eſpes*, certe a parte poſt talis ſcientia efficiebatur ineluctabilis, prout eodem tem-
40 pore copulativa acceptatio, quemadmodum ex doctrina *Bart. in l. Qui Romæ* §. *Duo Fratres*, ibique *Ripa ff. de verbor. obligat.* copioſe cum aliis præmonet *Fuſar. de ſubſtitut. qu.* 595. *n.* 25., *Peregrin. de fideicommiſſ. art.* 52. *n.* 104. *verſ. quartus*.

Ad fundamentum vero, quod Antonius ſucceſſive teſtando impugnaverit Teſtamentum paternum, in primis reſpondebant, quod potius idem argumentum ex diametro retorquebatur, nam eum Antonius immediate meminiſſet de Teſtamento Patris ſui referendo diem, conſulem, & annum, ac locum ibi *per quanto detto Sign. Pietro Franceſco mio Padre nel ſuo ultimo*

timo Teſtamento fatto in Lerida alli 26. d' Agoſto 1622. in caſo, che io moriſſi ſenza figli, mi laſciò &c. profecto ſcientia exinde promanabat incontrovertibilis omnium contentorum in dicto Teſtamento, nempe quod Pater uti ſucceſſor *delli beni della Caſa d' Eſpes* nominaliter præceperat, & gravaverat illum reſtituere Caſtrum de *Miravall*, dum ſine tam ſpecifica expreſſione conditionis *ſi ſine filiis*, & diſpoſitionis injunctæ ſuper legitima, quæ non poterant haberi niſi perſpecto toto Teſtamento, ſuperabundaſſet ſola enuncia-
41 tio ejuſdem Teſtamenti ſub præciſa die, conſule, ſeu anno, ut inquit *Alexan. conſ. 39. n. 6. vol. 2. & conſ. 113. n. 17. vol. 6. Caphal. conſ. 430. num. 55., Burſatt. conſ. 64. n. 36., Surd. conſ. 82. num. 34., Rota coram Cavaler. deciſ. 151. num. 8. & in Avenionen. Fideicommiſſi 25. Junii 1700. §. Stricte, & in Romana Primogenituræ de Albericis 3. Julii 1702. §. In præſenti autem coram me.*

Quamobrem cum tota repugnantia acquieſcendi paternæ ordinationi reſtringeretur circa Legitimam, ac Trebellianicam, nulla demonſtrata conqueſtione, aut repugnantia quoad novum gravamen impoſitum Bonis Gerardi, ex quo forte agnoſcebat illud æquiſſimum, & in beneficium animæ ſalubre, & idcirco contentabatur reſpectu Uxoris a ſe inſtitutæ, aſſem ſolummodo augere mediante Legitima, & Trebellianica, ſane ab hoc diſcretivo modo impugnandi unam dumtaxat paternam ordinationem diſcreta, & contraria inſurgebat, voluntas
42 acquieſcendi quoad bona provenientia a Gerardo *vulgata l. unica §. Sin autem C. de caduc. tollen.* quam in ultimis voluntatibus præcipue extulit, *coram Emerix Jun. deciſ. 1189. num. 7. & deciſ. 1366. num. 8. & in Avenionen. Fideicommiſſi 28. Januarii 1701. §. Perperam in fine coram me, & 19. Januarii 1703. §. Sublatis in fine coram R. P. D. meo Scotto.*

Neque obicem (poſtremo addebant præfati Informantes) aliquem faciebant illa poſteriora verba exiſtentia in Teſtamento Antonii *Tutto quel di più, che mi ſi compete ne i Beni di detto Signor Pietro Franceſco Gomar mio Padre*, quaſi quod illorum vigore intellexerit contravenire Patris diſpoſitioni, etiam quoad ſibi provenientia ex Teſtamento Gerardi, non tantum quia eadem amplitudo verborum refrænabatur ab illis verbis *ne i Beni*, quoties verum extitiſſet, ad ſenſum Monaſterii, quod fideicommiſſum alteri reſtituendum non eſſet in bonis Teſtatoris ſed, & urgentius, quia hujuſmodi verba concludebantur per illa immediate ſequentia, *non oſtante detto Legato*, unde cum non ſomniaverit Petrus Franciſcus vigore ſimplicis Legati *libr.* 2000. aliud in ea parte præfinire, ac taxare, quam legitimam, ita nec etiam Antonius in mente ſua valuit tranſgredi cancellos, ac terminos ejuſdem Legati, cum clauſula *non obſtante &c.* vel *non obſtantibus &c.* tollat ſolummodo omnia ea, quæ diſpoſitioni, in qua eſt appoſita,

43 [illegible], & non ultra, *Roland. conſ. 67. num. 62. lib. 3., Ma[illegible] Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. 46. num. 7. & 11., [illegible]arboſ. clauſ. 82. num. 4., Rota in rec. deciſ. 506. num. 5. par. 1.*

Pro coronide tandem ſubjungebant, quod eo minus ſcrupuloſe tractandum erat de hac acceptatione Antonii, ex quo ipſe vivens nullum actum obſtativum oſtenderat, imo rationabilis tunc temporis erat eadem acceptatio: Per eam quippe in ſubſtantia univerſa bona ſucceſsionis domus *d' Eſpes*, nec non *de Gomar* jam per paternam dilectionem transferebantur in Antonium, qui ubi filios ſuccepiſſet, relinquebat utramque ſucceſsionem ejus poſteritati, vel alteri, quem mallet, ubi vero, Divina ſic diſponente Providentia, abſque prole decederet, utraque ſucceſsio reddebatur Altiſsimo bonorum omnium Largitori, in cauſam ſcilicet Piam pro Virginibus maritandis, quando e converſo detrectans aſſentiri paternæ voluntati cecidiſſet a commodo hæreditatis *de Gomar*; excepta legitima; Unde ſi Judex tunc temporis induiſſet circumſtantias hujuſce caſus, non ita facile exiſtimaſſet, filium fuiſſe læſum in hujuſmodi acceptatione, ſicuti late perpenſum fuerat in forſan duriori caſu actus geſti per Tutricem in *Romana Fideicommiſſi de Quadris 7. Martii 1701. per tot. coram me*, & conſonant adducta per *Samimiat contr. 24. num. 50. & ſequentibus Cyriac. controverſ. 1. num. 33 cum ſequentibus. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 756. num. 8. & 9., Turr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 9. num. 34. & ſequenti, Rota deciſ. 601. ſub num. 7. coram Emerix Junior, & deciſ. 408. num. 9. & ſeqq. par. 16. rec.*

Hæc igitur erant, quæ utrinque mordicus conflictabantur in hac pugna civiliter vertente inter duas Cauſas, ratione ſaltem ſubjecti, æque pias; Quare quemadmodum omnes fere Domini convenerunt in prima, ut ſupra parte confirmatæ Sententiæ *R. P. D. mei de la Tremoille*, pari e converſo modo contorquebant illorum judicium circa ſecundam, donec non ſine conſiderabili ſuffragiorum diſsidio Victoria ſtetit pro Monaſterio poſſeſſore; Unde pro majori numero reſponderunt, eamdem ſententiam in hac parte eſſe infirmandam, prævaluit etenim conſideratio, quod Antonius ab initio apertæ ſucceſsionis erat infans, diu vixit ſub tutela Matris, moriens non acquievit Teſtamento paterno, objecta vero Informantium pro manumiſſoribus non erant adeo univoca, & clara, ut in dubio non eſſet pronunciandum pro Poſſeſſore, & pro excluſione læſionis, & præjudicii etiam poſsibilis.

Utraque &c.

ROMAMA PRIMOGENITURÆ DE ALBERICIS.

Lunæ 4. Junii 1703.

ARGVMENTVM.

Habes ſupra in Deciſ. 259. quæ confirmatur in omnibus.

SVMMARIVM.

1 *Judex prudens caſum a caſu diſtinguere debet.*
2 *Acquiſitio, ſive emptio facta ab hærede nomine proprio præſumitur ex pecuniis hæreditariis, ſi ſtatim, vel ex modico intervallo poſt obitum Teſtatoris ſucceſſit.*
3 *Ratio ubi militat in utroque caſu, in utroque etiam eadem procedere debet diſpoſitio.*
4 *Emens cum aliena pecunia ad ſummum remanet debitor erga dominum circa prætium ſed commodum, & dominum rei emptæ pro ſemetipſo adipiſcitur.*
5 *Hæres ad hoc ut obtinere prætium, & exercere actionem ſuo Authori competentem poſſit neceſſe eſt illam repræſentare titulo aliquo ſucceſſorio univerſali, vel particulari.*
6 *Quod procedit etiam in Ceſſionario.*
7 *Emptor alia certe lege judicari nequit, quam illa ſub qua contractum iniit.*
8 *Loca Montium non admittunt alia vincula quam expreſſa in litteris patentalibus Theſaurarii Generalis R. C. A., quæ ſtant loco Inſtrumentorum.*
9 *Commoditas percipiendi fructus regulariter non comprehenditur ſub quacumque probibitione alienationis, vel uſufructus.*
10 *Ea enim aliud non eſt quam ſequela vitæ, qua perempta ceſſat omnis commoditas, prout ceſſat quodlibet jus formalis, ſeu caſualis uſufructus.*
11 *Expreſſio facta in parte privativa declarat quid fuerit incluſum, ſeu comprehenſum in parte prohibitiva.*
12 *Declaratio, ſeu ſuppoſitio hæredum tractantium ſuper bonis fideicommiſſariis occaſione liquidandi detractiones, aufert ſuper dubia interpretatione vocabulorum omnem ambagem, & difficultatem.*
13 *Alienatio contra formam Teſtamenti facta eſt nulla, ſemperque locum aperit vocatis in caſu fideicommiſſi conventionalis.*
14 *Sententia omnis interpretationem recipit a Juribus enunciatis, & ad mentem Juris.*
15 *Sententia clara, & aperta, gloſſatione non indiget.*

DECISIO CCLXXXVII.

Concors diſcordia fuit, utrinque litigantium in hac Cauſa; junctim ſiquidem, tam Pyrrhus, aliique de Albericis, eorumque nomine Mater Adminiſtratrix, quam tertii locorum Montium, de quibus agebatur, poſſeſſores, Reique in hoc Judicio conventi, expoſtularunt noviter audiri adverſus deciſa *ſub die 3. Julii 1702. coram Me*; Unuſquiſque enim, juxta inſitam humanæ conditioni infirmitatem, ſatagebat aliquid amplius ſupra victoriam in repropoſitione nanciſci; ſed Rota, neque declinans ad dexteram, neque ad ſiniſtram, rurſus perſeveravit in deciſis.

Iterum namque diſtinguens, ut decet Judicem
1 prudentem, caſum a caſu, admonitum *I. C. in l. adeo §. Cum quis ff. de acquir. rer. domin.*, & *gloſſ. in cap. quærenti de offic. delegat.*, quatenus pertinebat ad loca Montium, provenientia ab hæreditate Joannis Franciſci, de novo cenſuit Tribunal, pupillis Actoribus retardari non poſſe conceſſam jam immiſſionem; Quamvis enim diceretur, quod loca Montium, pro quibus in deciſione præcedenti tributa fuerat iiſdem pupillis immiſſio, emanaverit potius a fideicommiſſo Pyrrhi ſenioris, ſub eo colore, quod extaret quoddam depoſitum ſc. 8000., factum a Domo Peretta, ex cauſa nonnullorum Cenſuum retroemptorum ſub lege inveſtiendi hujuſmodi quantitatem ad commodum vocatorum in fideicommiſſo memorati Pyrrhi ſenioris; ideoque poſita vicinitate acquiſitionis locorum Montium, ſubſequuta ex parte Joannis Franciſci, præſumendum eſſet, quod eadem acquiſitio derivaret potius ab ipſo Pyrrho ſeniore, quam quod libere promanaſſet a patrimonio ejuſdem Joannis Franciſci ex iis, quæ in propoſito oneris in-
2 veſtiendi, & vicinitatis actus adnotavere *Capyc. Latr. conſult. 63. nu. 47. & ſeqq., Urceol. conſult. for. cap. 65. num. 26., Surd. dec. Mant. 15. n. 11. & 12., Rota coram Duran. dec. 325. num. 5. & coram Merlino dec. 312. num. 6. & coram Emerix jun. dec. 1238. num. 15.*

Quamobrem a præfatis tertiis Poſſeſſoribus inferretur, quod cum Sacra Rota, quoad loca Montium directe reſultantia a fideicommiſſo Pyrrhi ſenioris, reſponderit, non eſſe locum immiſſioni, vita ſaltem durante Joſephi alienantis; idem quoque jus ſtatuendum eſſet proportionabiliter ad acquiſitionem correſpondentium locorum Montium, emptorum ex pecunia, ſeu credito toties nominati Pyrrhi ſenioris, ſicuti, data paritate rationis, videbatur incontrover-
3 tibile ex deductis per Scribentes *in l. illud 32. ff. ad leg. Aquil., Barboſ. tract. var. axiom. 197. num. 3. & ſeqq., Card. de Luca de feud. diſc. 105. num. 5., Rot. coram Priolo dec. 229. num. 28., in rec. dec. 169. num. 19. par. 11. & dec. 17. n. 9. par. 19.*

Manifeſta tamen obſtitit replicatio, quod hujuſmodi ratiocinium remanebat penitus ideale, ac prorſus deſtitutum ſolida baſe cujuslibet juridici diſcurſus; eſto namque millies, quod de hac pecunia depoſitata, aliaſve proveniente a patrimonio Pyrrhi ſenioris, comparata extitiſſent ad ratam correſpondentem prætenſa loca Montium; non ob id tenebat illatio, quod immiſ-

miſſio, denegat pro locis directe ſpectantibus ad
eumdem Pyrrhum ſeniorem, foret quoque de-
neganda pro hiſce, promanantibus ab aſſerto
patrimonio ipſius Pyrrhi; nam cum acquiſitio
locorum Montium facta appareret, & extitiſſet
a præfato Joanne Franciſco libere coemente pro
ſe, de plano ſequebatur, quod ſibi, non autem
fideicommiſſo Pyrrhi ſenioris, eadem loca
Montium acquiſiverit: omnis quippe emens,
etiam ex aliena pecunia, ad ſummum remanet
debitor erga dominum circa pretium; ſed
4 commodum, & dominium rei emptæ pro ſeme-
tipſo adipiſcitur *l. ſi ex ea pecunia C. de rei vindi-
cat. l. 1. C. ſi quis alteri, vel ſibi, Peregrin. de fidei.
art. 44. num. 28. & ſeqq., Card. de Luca eodem
tract. de fideicommiſſi diſc. 177. num. 4. & ſeqq.
Rota in Hortana Sylvarum ſuper reſervatis, ſive
ſuper inveſtimentis 15. Maii 1699. §. Quamvis
& per tot. coram R. P. D. meo Muto, confirmata
25. Februarii 1701. coram eodem, & in alia hujus
diei §. Subſiſtere coram Reverendiſſ. D. meo
Molines Decano, & in Bononien. fideicommiſſi de
Bavoſiis 10. Junii 1701. §. Quod autem & §.
Sequen. coram Me.*

Aſt quale (animadvertebant ulterius Domini)
intereſſe fovere poterant tertii poſſeſſores in
perquirendo, an pecunia, cum qua Joannes
Franciſcus comparaverat loca Montium, pro-
pria eſſet, vel derivaret a Pyrrho? Cum iidem
tertii poſſeſſores, ementes in publica platea per
ſpeciem puræ utilitatis, & negociationis, non
eſſent hæredes Pyrrhi, vel ejus Creditores, cum
quo minime contraxerunt, & tamen ad effectum
obtinendi pretium, vel exercendi actionem
quomodolibet alicui competentem, neceſſe
5 eſſet illum repræſentare titulo aliquo ſucceſſorio
univerſali, vel particulari, ut ſunt notiſſima
principia, ſicut in propoſito hæredis certum eſt
per *Text. in l. heredem ff. de reg. jur. Card. de
Luca de ſucceſſ. ab inteſt. diſc. 34. num. 11. et de
6 herede in Summ. num. 33., Modern. Buxetan. de
confuſ. jur. cap. 9. num. 2.* Et quoad ceſſionari-
um proſequuntur *Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 78.
poſt num. 27. §. Adducit verſ. ſed hæc ponderatio
Rot. coram Celſo deciſ. 302. num. 4. et 5. coram
Emerix Jun. deciſ. 1248. n. 2, et in rec. dec. 456.
num. 8. par. 19.*

Evidentiſſime tandem quia iidem tertii em-
ptores, qui ſolent emere potius a Principe, vel
Camera, quam a privatis poſſeſſoribus, vel
dominis, in præſenti emptione compararunt
loca Montium, uti propria ejuſdem Ioannis
Franciſci, ac illius vinculis, & fideicommiſſo
ſuppoſita, ſeparata dumtaxat importantia quan-
titatis ſc. 4000. utpote obnoxia alteri fidei-
commiſſo Pyrrhi ſenioris *Summar. illorum de
Albericis n. 3.*: ideoque nequaquam circa con-
troverſa loca Montium, velut provenientia a
Joanne Franciſco, alia lege erant memorati
7 emptores judicandi, quam illa, ſub qua iniere
contractum, ad *Text. apertiſſimum in leg. 1. §.
Si conveniat ff. depoſit.*, & tradita per *Nevizan.
inter conſ. Bruni conſ. 12. num. 23., Bar... tract.
var. axiom. 163., Card. de Luca de feud. diſc. 3.
num. 2., Rot. in dec. 477, num. 2. par. 19. rec., in
Romana inciſionis arborum 25. Junii 1696. §.
Præſuppoſita in fin., & in Romana Subappaltus
Theatri 27. Iunii 1698. §. Iuſtitia coram Reve-
rendiſs. P. D. meo Molines Decano.*

Ac demum inſuperabilius perſpecta mox in-
ſinuata ratione peculiari locorum Montium,
quæ, ſicuti favore publici commercii, & tuta-
minis emptorum, non admittunt alia pericula,
aliave vincula, quam expreſſa in litteris paten-
talibus Theſaurarii Generalis R. C. A., quę ſa-
ne literæ ſtant loco Inſtrumenti, vel vices ſup-
plent, ut Neapoli dicunt, *della fede di credito*,
ex jam plene allegatis in præterita deciſione 3.
Julii §. fin.: ita omnis æquitatis ratio impelle-
bat, quod nihil ultra favere poſſent, ac deberent
rent præcitatis emptoribus, quam quoad tan-
8 tummodo expreſſa in præfatis literis patentali-
bus ad regulam, de qua *Burſatt. conſ. 237. n. 6.
Cyriac. contr. 592. num. 40. & 41., Mangil. de
evict. quæſt. 150. num. 16. et ſeqq. in tract. de
commerc. et mercat. diſc. 97. num. 27., Modern.
Buxetan. de confuſ. et diſtinct. jur. cap. 21. n. 23.,
Rota poſt Poſth. de ſubhaſt. dec. 30. nu. 6, et coram
Merlin. dec. 769. num. 3.*

Detruſa prima hac excuſatione, ſive exceptio-
ne Reorum, debilior comperta eſt ſecunda,
fundata in eo, quod procedendo etiam cum Te-
ſtamento Ioannis Franciſci, adhuc ſuſtentari
poſſet diſtractio controverſorum locorum Mon-
tium, cum rimatis iiſdem tabulis Ioannis Fran-
ciſci, prohibita quidem reperiretur alienatio,
alienationis vocabulo latiſſime ſumpto; ſed
nullibi liqueret; quod vetita extitiſſet transfuſio
puræ commoditatis, regulariter non compræ-
henſæ ſub aliqua interdictione alienationis, vel
etiam uſusfructus, qui tamquam importans jus
effectivum fruendi, contradiſtinguitur a mera
9 materialitate commoditatis, ſecundum pleniſ-
ſime examinata *in Romana Salviani 13. Junii
1698. confirmata ſub die 16. Februarii 1699. co-
ram Me, ubi ex Salgad. in labyrint. Creditorum,
aliiſque perpenſis* demonſtratur, quod commodi-
tas potius referenda ſit ad facultatem percipien-
di fructus, contradiſtinctim ab jure proprio, &
formali percipiendi eoſdem fructus.

Siquidem forſan hujuſmodi objectatio, cadens
ad diverſos effectus alienationis rerum emphy-
teuticarum, ac etiam fideicommiſſis ſubjecta-
rum, admiſſa jure merito fuit in præcitatis de-
ciſionibus in Cauſa *Romana Salviani*, in qua cæ-
teræ pleniſſimæ, tam reſpectu bonorum emphy-
teuticorum, quam fideicommiſſariorum reaſſu-
mentur, ex quo emphyteuſis de cętero erat he-
reditaria, & tranſmiſſibilis ad quoſcunque,
nullumque inferebatur præjudicium domino di-
recto, vel pariformiter nullum reſultabat de-
trimentum fideicommiſſo, vel voluntati Teſta-
toris, cui Teſtatori, ſive dominio directo ſat
erat, non tangi proprietatem, vel non formari
ali-

quod jus ſuper ipſa proprietate ad commodum extranei, parum de reliquo curando, vel providendo, ſi fructus ab emphyteuta, vel hærede gravato percipiendi, ſalva ſubſtantia rei, vel Juris in re, ſumerentur ab extraneis: ſed quando prout hic, Teſtator prohibitionem ſuam expreſſit ſub his verbis *non poſſino in modo alcuno vendere, etiam alienationis latiſſime ſumpto vocabulo, etiam l' uſufrutto della loro portione, e la loro vita, quali ipſo facto cadino da ogni commodo della mia eredità*. Ecce quod Teſtator non ſolum reſpexit ad alienationem latiſſime ſumpto vocabulo, non ſolum reſpexit ad uſumfructum, ſed ad ipſam rudem, & materialem commoditatem, quam pro honorificentia Domus ſuæ voluit perſiſtere in ſuis vocatis; Non enim ignorabat Teſtator, quid ſub nomine commoditatis veniret, dum dixit *cadino da ogni commodo*, & dum prohibuit diſtractionem quomodolibet vitalitiam, ſubdens, *e la loro vita*, commoditas namque aliud non eſt, quam ſequela vitæ, qua perempta, ceſſat omnis commoditas, prout ceſſat quodlibet jus formalis ſeu cauſalis uſusfructus, addito quod expreſſio facta in parte privativa declarat, quid fuerit
11 incluſum, ſeu comprehenſum in parte prohibitiva ad regulam *Textus in l. qui filiabus ff. de legat.* 1. de qua *Surd. conſ.* 53. *num.* 10. *lib.* 1. *& conſ.* 179. *nu.* 70. *lib.* 2., *Cancer. var. reſol. par.* 3. *cap.* 20. *num.* 278., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 757. *num.* 7. *Caſtil. contr. lib.* 2. *cap* 4. *num.* 11. *Epiſcop. Rocca diſp. jur. cap.* 57. *nu.* 85., *Rot. cor. Bichio dec.* 134. *num.* 9., *coram Emerix jun. dec.* 598. *num.* 7. *& in rec. dec.* 323. *num.* 74. *par.* 6.

Atque hunc intellectum in ſe clariſſimum, & in hypoteſi ſani ratiocinii neceſſario reſultantem, patefacere viſi ſunt in quandam exuberantia ipſimet ſucceſſores invitati ad fideicommiſſum Joannis Franciſci: Pyrrhus namque junior, deveniens ad quamdam tranſactionem cum Joſepho venditore locorum montium cogitaverit alienare, declaravit, ſive ſuppoſuit in ipſa tranſactione relata *Summ. illorum de Albericis n.* 5., quod ſub nomine arctiſſimę prohibitionis, venire etiam deberet commoditas fructuum; unde quidquid eſſet ad alios effectus hujus Primogenituræ conventionalis, profecto ſuppoſito, ſeu declaratio hæredum tractantium ſuper bonis fideicommiſſariis occaſione, prout hic, liquidandi detractiones, conſuevit auferre, ſuper dubia inter-
12 pretatione vocabulorum, omnem ambaginem, & difficultatem, ut inquit *Decian. conſ.* 44. *n.* 76. *& ſeqq. vol.* 2., *Rocc. reſponſ.* 60. *n.* 18. *lib.* 1., *Spada conſ.* 266. *n.* 13., *Cyriac. contr.* 209. *num.* 58., *Moder. Lucen. conſult.* 203. *n.* 1. *et* 2. *Card. Mantica de conject. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 26., *Fuſar. de Subſtit. quæſt.* 501. *n.* 9., *Rota coram Royas deciſ.* 375. *num.* 10., *et coram Celſo deciſ.* 111. *n.* 12.

Quin attendi mereretur ſubalterna oppoſitio poſſeſſorum, quod a prohibitione alienationis fuerint excepta loca montium: nam parum ſummaria Patronorum Cauſæ circa hoc correſpondebant, utrum ſcilicet Teſtamentum diceret *eccettuati però li monti vacabili*, ſive potius *non vacabili*; magis quippe rectus ſenſus erat, quod ſonaret *monti vacabili*, ad finem, ne hæreditas ſubiret periculum vacationis; & ideo Joannes Franciſcus ſubjunxit *poſſi venderli per il prezzo corrente nella Piazza de, Banchi, ad effetto di depoſitare il prezzo per inveſtirlo in cenſi perpetui &c.* & nihilominus quando teſtamentum dixiſſet *monti non vacabili* nonne contrafactum fuit voluntati Teſtatoris, dum neque venditio proceſſit ad finem deponendi prætium, faciendive inveſtimentum, nullumque de facto completum eſt inveſtimentum ideoque ſemper, & indubitanter alienatio hæc, libere, vel præter formam teſtamenti celebrata, reddebatur nulla, ſemperque aperiebat locum vocatis in caſu fideicommiſſi contraventionalis *ad celebrem Textum in l. peto §. Fratre, & l. cum Pater §. Libertis ff. de legat.* 2. *Bald. in cap.* 1. *de probib. feud alien. per Federic. Socin. ſen. conſ.* 227. *num.* 2. *lib.* 2., *Peregrin. de fideicomm. art.* 14. *num.* 8. *& art.* 40. *num.* 17. *Molina de Primog. Hiſp. lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 32. *&* 33., *Card. de Luca de fideicom. diſc.* 54. *n.* 8. *verſ. ubi vero Mart. Medic. examinat.* 3. *n.* 1. 4., *& ſeqq. & deciſ. Senen.* 8. *num.* 1., *& nu.* 13., *Rot. deciſ.* 702. *num.* 1. *coram Emerix jun. & deciſ.* 205. *num.* 2. *par.* 15. *rec.*, *et in Romana Fideicommiſſi* 2. *Iunii* 1702. *coram R. P. D. meo Caffarello*, *et in alia Romana Fideicommiſſi* 27. *Novembris* 1702., *et* 27. *Aprilis currentis anni* 1703. *§. Minus coram R. P. D. meo Scotto*.

Perſeverante igitur Auditorio in deciſis, quoad oppugnationem Poſſeſſorum, levia non minus palpata ſunt fundamenta Actorum reſpectum illorum locorum montium, quæ derivabantur a Patrimonio fideicommiſſi Pyrrhi ſenioris, quive nullam iniunxerat caducitatem; Id enim quod dicebatur, quod ſtante ubertate literæ attergationis locorum montium, foret etiam per illam dictionem augumentativam quoque comprehenſam, & ſuſceptum vinculum fideicommiſſi memorati Pyrrhi ſenioris, profligatum, ac penitus proſtratum apparebat in præterita *deciſione diei* 3. *Iulii anni præteriti §. Nullumque fomentum*, videlicet quod generica attergatio peracta per illam dictionem *quoque* nequibat intelligi alio modo, quam ſingula ſingulis congrue referendo, ultra cæteras reſponſiones *in eodem §. Cum ſeq.* attributas: ſubnectere autem, quod eo magis perneceſſe omnia loca montium, modico pretio coempta, ſtare deberet ſubjecta vinculo fideicommiſſi Ioannis Franciſci, dum pręcedenter A. C. Bulgarinus declaraverat, per ſententiam non extare fideicommiſſum præcitati Pyrrhi ſenioris; nimis manifeſte claudicabat in facto: quia nunquam quid tale ſomniavit A. C. Bulgarinus, qui ſolum ad inſtantiam Pyrrhi junioris ſeparare intendentis loca montium provenientia a

Joan-

Digitized by Google

Joanne Franciſco, ab illis Pyrrhi ſenioris, pronunciavit, libera quidem eſſe eadem loca montium, & exempta ab omni onere, ideoque tranſportanda in creditum ejuſdem Pyrrhi junioris, ad cujus favorem pronunciabatur. ſunt verba præciſa, *fideicommiſſum q. Pyrrhi ſenioris fuiſſe, et eſſe purificatum*; unde dum eadem ſententia allata per illos de Albericis dicebat, fideicommiſſum fuiſſe purificatum in favorem Pyrrhi junioris, non poterat cenſeri, quod alio modo eſſet purificatum, quam quo cantabat fideicommiſſum contradiſtincte ab altero Joannis Franciſci; omnis quippe ſententia reci-
14 pit interpretationem ab juribus enunciatis, & ad mentem juris, ex *Text. in l. qui teſtamento 40. ff. de excuſat. tu tor.*, & tradita per *Anchar. conſ. 208. n. 8.*, *Scacc. de ſententia, & re judic. q. 32. n. 45.*, *Rot. deciſ. 298. n. 6. & 7. par. 19. rec.*, *& in Albanen. Archipresbyteratus 2. Junii 1702. §. Comperto cum duob. ſeqq. coram Me*.

Libertas vero, & exemptio ab omni onere in eadem ſententia canonizata reſpiciebat dumtaxat vincula Joannis Franciſci, ad quem effectum coram eodem A. C. Bulgarino Pyrrhus junior inſteterat, & ita ſe poſtremo Judex declaravit in eadem ſententia per illa verba *propterea vincula fideicommiſſi qu. Ioanni Franciſci delenda fore*, ſub ea poſtrema ratione, *in quibus dictus Ioannes Franciſcus non valebat apponere vinculum proprii fideicommiſſi*, quapropter non erat opus alia gloſatione, quando litera ipſius
15 ſententię affulgebat adeo clara, & aperta, ad tradita per *Alex. conſ. 3. n. 7. vol. 1.*, *Rom. conſ. 45. per tot. Scacc. de ſent. & re judic. gloſ. 14. qu. 17. a num. 30. & ſeqq. & ſignanter num. 61.*

Atque his utrinque denuo ad ſuperabundantiam collatis, Domini, ut præmiſimus, ſteterunt in deciſis, prætereundo reliquas, ſi forte remanſiſſent, inutiles in Supremis Tribunalibus & omnino contemnendas ſubtilitates &c.

TIBVRTINA DONATIONIS SVPER ARTICVLIS.

Mercurii 6. Junii 1703.

A R G V M E N T V M.

Articuli quid debeant continere ad hoc ut poſſint admitti, & quando illi concedi valent abſque cauſæ retardatione.

S V M M A R I V M.

1 *Amens id eſt ſine mente non valet diſponere de rebus ſuis neque cauſa mortis, neque inter vivos.*
2 *Donatio ex capite dementiæ annullari nequit niſi de præciſiſſimo tempore ejus confectionis demonſtretur furor actualis, & dementia*
3 *Articuli niſi probent juſtificationem temporis præciſi & individui, tanquam irrelevantes non ſunt admittendi, ne lites in infinitum protrahantur.*
4 *Pro admiſſione articulorum ſatis eſt, quod materia articulata implicite, vel explicite concludat, & tendat ad Victoriam cauſæ.*
5 *Articuli an, & quando ſint admittendi abſque cauſæ retardatione.*

D E C I S I O CCLXXXVIII.

QUemadmodum varios diſtinguendo caſus annotaveram in deciſione *Romana dotis ſuper articulis diei 2. Iulii* 1700. Domini authumantes articulos exhibitos pro parte inteſtatorum hæredum Andreæ fore admittendos per neceſſarium quodamodo antecedens diſtulere reſolutionem ſuper negocio principali.

Continebant articuli, quod Andreas, qui univerſa bona ſua Gaſpari donaverat perpetuo mentis exceſſu, ac formali dementia detineretur ab anno 1655. uſque ad ejus obitum, quapropter eum medio tempore videlicet de anno 1672. præfatam donationem iniverit favore Gaſparis, ambigi nequibat, quod iidem articuli non forent undique relevantes, cum amens ideſt ſine mente non valeat, diſponere
1 de rebus ſuis, neque cauſa mortis, neque inter vivos, ſicuti tunc per modum objecti fuerat admiſſum *in deciſ. diei 25. Ianuarii* 1700. §. *Reſpectu itaque coram me*, ubi referuntur alię reſolutiones ad ornatum hujus vulgaris principii, & ſignanter in illa *Romana ſeu Veneta Immiſſionis 12. Maii 1698. pariter cor. me*.

In nihilo relevante quod ex latius diſertis in prædicta mea deciſione ſuper negocio Principali demonſtratum appareret, quod Andreas ſub eodem medio tempore, plures actus iniverit qui non poterant niſi homini ſani cerebri conveniri proindeque ſat eſſet, quod ex eorumdem actorum geſtione evinceretur quandoque Andream lucidis ſaltem potitum fuiſſe intervallis, ſicuti etiam in hodierna Audientia per Teſtes, aliave documenta corroborare ſatagebant hæredes Gaſparis Donatarii, quod utique ſuperabundabat, ne poſſet ex capite dementiæ annullari donatio niſi de præciſiſſimo tempo-
2 re ejus confectionis demonſtraretur furor actualis, & dementia ad tradita per *Manſ. conſult. 29. n. 31. & ſeqq.*, *Vrceol. de tranſact. q. 35. n. 15.*, *Rot. deciſ. 305. num. 14. coram B ch. & in d. Romana ſeu Veneta Immiſſionis 12. Maii 1698. §. Nihilominus cor. me*

Ac propterea cum prædicti articuli non tenderent ad juſtificationem temporis ſignati, &
3 individui, dubio procul dicerentur irrelevantes, ac proinde non admittendi ne inutilis protelatio Juſtię cum gravi expenſarum incomodo per Tribunalia admittantur, ſui fomentum recipiat ex notiſſimis Iuribus, de quibus *Rot. in deciſ. 193. num. 1. coram Emerix Jun. cum aliis in Ferrarien. ſeu Imolen. bonorum ſuper remiſſoria*

1. *Ju-*

3. Iunii 1701. §. *Et quidem coram me*.

Quoniam & ſi revera tale tempus exaratæ donationis articuli minime concluderent virtualiter tamen hanc ipſam ſpecificam probationemincludeb,antatque pollicebantur dum oblata probatio per ſupradictos Inteſtatos hæredes Andreæ abſque intermiſſione percuteret tempus univerſum, ut diximus ab anno 1655. uſque ad ejus mortem; ſatisquippe eſtpro admiſſione articulorum, quod materia articulata implicite, vel explicite concludat, & tendat ad victoriam Cauſæ, ne interim obſtruatur os præcipue in ordinario Iudicio volenti ſuas adhibere probationes, ut perſepe dictum fuit, & præſertim in *Romana Fabricæ ſub articulis* 12. *Ianuarii* 1702. *cor. me*, *& in Beneventana nullitatis Teſtamenti ſuper remiſſoria* 11. *Decembr* 1702. §. *Relevantia coram Reverendiſſ. meo Kaunitz*.

Motivabat aliquis ex Dominis, quod articuli rectius admitti mererentur abſque retardatione expeditionis Cauſæ ſuper meritis;ſed cum queſtio non eſſet in mero Iudicio privilegiato, ac executivo, aſt fuerit ab initio propoſita in Judicio petitorio, an Donatio Andreæ ſubſtineretur, nullum fiebat partibus præjudicium quoties ſimpliciter admitterentur articuli ad hoc ut Judex firmius valeret ventilatis probationibus ſive depoſitionibus Teſtium conſumere & pro ferre Iudicium ſicuti pariformiter extitit ponderatum ſub opportuna Caſuum diſtinctione in ſupradicta *Romana Dotis ſuper articulis* 2. *Iulii* 1700. *coram me*.

Et ita utraque &c.

FERRARIEN. SEU ANCONITANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 15. Junii 1703.

ARGUMENTUM.

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Inventarium afficit nedum ipſum ſcribentem, ſed, & habentee ab eo cauſam.*

2 *In redditione rationis nil magis æquum, & rationabile eſt, quam ad commodum Inventariantis excomputare, quidquid favore hæreditatis a ſe adminiſtratæ erogavit.*

3 *Inventarium minus legitimè conficiens dicitur hæres ſimplex, & obligatus complere de proprio legata, & debita Teſtatoris.*

4 *Privationem beneficii Inventarii ad inducendam requiruntur urgentia ſigna ſtudioſæ occultationis ut dolo poſitivo, vel ſaltem culpæ malè olenti æquiparentur.*

5 *Sententiæ immiſſivis impoſſibile eſt dare executionem abſque probatione identitatis.*

6 *Teſtes ad perpetuam, & pendente lite examinati probare nequeunt identitatem bonorum.*

DECISIO CCLXXXIX.

EXecutioni demandari Petrus Jun. Comes de Nappis obtinuerat rem judicatam ſuper bonis inevitabiliter obnoxiis fideicommiſſo ordinato per Petrum Sen. ejuſdem Familiæ de Nappis, ſed adhuc gliſcente caudina difficultate circa mobilia, & anguſtam ſuppellectilem in Inventario ſive hæreditate gravantis connotatam, & circa nonnulla jura, ſeu bona Livellaria in eodem Inventario minime deſcripta, Domini idcirco præmature conſulti an, & hæ bonorum ſpecies ſub enunciata caderent executione? Manſerunt in ſenſu negativo.

Etſi namque, ut præmiſimus, reſpectu mo-
bilium Actor habere videretur fundatam inten-
tionem in præcitato Inventario confecto per
Autricem Comitiſſæ Conſtantiæ Reæ in præſenti
judicio, adeout abſtractive compellenda fuiſſet
ad eadem mobilia refundenda vocato, ex indu-
bitata propoſitione, quod Inventarium afficiat
nedum ipſum deſcribentem, ſed & habentes ab
1 eo Cauſam ſicuti cæteris allatis dictum fuit inter
has partes ſuper negocio Principali *in deciſioni-
bus Reverendiſſimi Domini mei Decani* 12. *De-
cembris* 1698. §. *Siquidem*, *&* 27. *Novembris*
1699. §. *Nec dictum Inventarium*, *& coram Me*
3. *Junii* 1701. §. *Inprimis*.

Placuit nihilominus huic de reliquo in ſe fun-
datæ petitioni ſtatim occurrere per contrapoſi-
tionem Legatorum, & æris alieni, quæ perſol-
verat eadem Autrix Comitiſſæ, nil quippe ma-
gis æquum & rationabile exiſtit, quam in reddi-
tione rationis ad commodum Inventariantis ex-
computare, quicquid favore hæreditatis a ſe
2 adminiſtratæ erogavit, ut alias reſponſum fuit,
& ſignanter *in deciſ.* 303. *num.* 27. *& ſeq. coram
Cerr. deciſ.* 394. *num.* 4. *& ſeqq. coram Priol. in
recent. deciſ.* 145. *nu.* 22. *par.* 12 *& in Romana
fideicommiſſi de Matthiettis* 29. *Aprilis* 1701. §.
Non tenui coram Me.

Abſque eo quod ab hoc beneficio adminiſtra-
torio memoratam Autricem arceret minus in-
tegre, & fideliter, ut prætendebatur, habita
deſcriptio Mobilium in Inventario per quem
proinde defectum Virginia Autrix comitiſſæ
effecta fuiſſet hæres ſimpliciſſima, ſive quod
idem eſt obligata complere de proprio Legata,
3 & debita Teſtatoris, ad *Text. in* §. *Si vero non
fecerit Auth. de hæredit.*, *& falcid.* Quoniam
hujuſmodi minus fida deſcriptio, quo ad quędam
prætermiſſa utenſilia, parumque pœnu, nullam
doli rationem apud Dominos viſa eſt induere,
ex quo cum fideicommittens vitam ageret lareſ-
que tranſtuliſſet ad Domum ipſius Virginię po-
tius veriſimilius erat, quod utenſilia aliæque
hujuſmodi minutæ res eidem fideicommittenti
ſubminiſtrarentur ab hoſpitatrice, vel ſi quæ
fuerunt a fideicommittente tranſportatæ pro ſuo
magis intimo ſervitio remanſerint uſu conſum-
ptę, quando de cætero ad inducendam privatio-

nem

nem beneficii Inventarii requiruntur urgentia ſigna talis ſtudioſæ occultationis, ut dolo poſitivo, vel ſaltem culpæ male olenti æquiparentur, quemadmodum concludit *Bald. in l. fin. §. Cum igitur num. 8., Cod. de Jur. deliber. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 532. num. 23. & 27., Rot. deciſ. 720. n. 8. coram Cerro in recent. deciſ. 48. num. 10. par. 15.*, & latius *in Romana Pecuniaria 7. Martii 1701. & 22. Junii, ejuſdem Anni coram R. P. D. meo Muto*.

Non minori planitie ſeu facilitate fuit ambulatum in ordine ad memorata Jura, ſeu bona Livellaria in loco nuncupato *le Vegre*, quia cum nec ullum verbum de hiſce Iuribus, ſive bonis inſcriptum appareret in Inventario deficiebat fideicommiſſarius in eſſentialiſſimo ſalu-
5 tari probatę identitatis, ſine quo impoſſibile eſt præbere executionem ſententiis immiſſivis ex Iuribus vulgatis, de quibus *Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 44. num. 43., Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 616. num. 20., Rot. coram Bich. deciſ. 62. num. 18. coram Emerix Iun. deciſ. 49. num. 1. deciſ. 232. num. 4. & deciſ. 443. num. 9.*

Neque ſufficiens viſa fuit juſtificatio deprompta ex quibuſdam Teſtibus aſſerere contendentibus, quod fideicommittens in ſupradicto loco *delle Vegre* poſſederit nonnulla controverſa bona livellaria: cum etenim iiſdem Teſtes nuperrime ad perpetnam, & pendente Lite fuerint examinati, nullatenus reputari valebant idonei
6 ad ſtabiliendum eſſentialiſſimum requiſitum identitatis, prout cæteris generalibus prętermiſſis affirmavit per *Text. in l. ſi quando Cod. de Teſtib. & in cap. 2. & in cap. per tuas 48. eodem titulo, Rota deciſ. 277. num. 6. par. 14. recent.*

Eoque robuſtius reflectendō, quod hodie Cauſa reperiebatur in ſua finali extremitate, nempe conſummationis rei judicatæ, & ſententiarum quæ illam præceſſerant, proindeque ſi eædem ſententiæ per fideicommiſſarium acceptatæ tribuebant tantummodo Immiſſionem ad bona deſcripta in Inventario Virginiæ, non quidem ob id præpediebatur Actori via probandi, quod non erat probatum in Inventario, verum obſtare ex abundanti videbatur, quod ad normam hodierni dubii ſententiæ executione demandarentur præter, & ſupra, id quod in illis Parte acceptante continebatur, & idcirco rectius erat novum inſtaurare judicium juxta celebre exemplum *in Romana Primogenituræ Mutii de Bubalo 23. Iunii 1698. coram R. P. D. meo Lancetta, & 18. Iunii 1700. coram R. P. D. dell' Olma, & 12. Maii 1702. coram Me*.

Et ita &c. Utraque &c.

NEAPOLITANA MATRIMONII.

Lunæ 18. Junii 1703.

ARGUMENTUM.

Mandatum Procuræ quando agitur ad effectum annullandi matrimonium ſolemniter in faciem Eccleſiæ contractum ad hoc ut revocatum dici poſſit requiritur revocatio certa, & indubitata: Copula quomodo ſit probanda in hoc caſu, & an ſit deferendum Iudicio obſtetricium, circa incluſionem, vel excluſionem Virginitatis.

SUMMARIUM.

1 *Subſcriptio facta in albo reputatur inefficax ad quoſcumque contractus, & obligationes indifferentes.*

2 *Mandatum procuræ factam ad contrahendum, ad hoc ut revocatum dici poſſit neceſſarium eſt alteri contrahenti notam efficere revocationem prædicti mandati.*

3 *Secus in contractu matrimonii, in quo cum requiratur mutua contrahentium voluntas ſub eodem contextu temporis, ſi illud fuerit a procuratore revocato celebratum nullius momenti eſt.*

4 *Quod procedit etiamſi conſtituens hujuſmodi Procuratorem juraverit non revocare mandatum procuræ a ſe datum pro matrimonio contrahendo.*

5 *Matrimonium contractum ab eo, qui propter illicitam copulam præventivam affinitatem cum ſorore contraxit eſt nullum, & dirimitur.*

6 *Quid in Foro externo dicendum veniat.*

7 *Procuratorem conſtituens cum ſubſcriptione in albo, probare concludenter debet illud album non fuiſſe repletum, alias contra ſcribentem præſumptio ſtat.*

8 *Folii albi ſubſcriptio non obligat ſubſcribentem niſi probetur habuiſſe ſcientiam eorum, quæ in ipſo folio erant ſcribenda.*

9 *Exceptio ſubſcriptionis in alba ſemper excluditur quoties ſubſcribens potuerit habere notitiam futuræ repletionis.*

10 *Mandati revocatio, quando præſertim agitur adverſus matrimonium ſolemniter contractum in faciem Eccleſiæ debet eſſe indubitata.*

11 *In omnibus contractibus requiritur quod Notarius acquirat notitiam partis, ſaltem modo quo poteſt.*

12 *Notario, ac Teſtibus ſuper ſtipulatione Inſtrumenti deponentibus fides non eſt adhibenda, niſi inſtrumentum ipſum laudatur, atque uſferatur in judicia.*

13 *Tempus eſt probandum præciſe quando vis ſtat in eo.*

14 *Temporis veriſimilitudo ex quo arguatur, & excludatur.*

15 *Mulieris dictum, querimoniæ, & conqueſtiones ad effectum probandi copulam parum attenduntur.*

16 *Præſe.tim ad irritandum matrimonium a viro ſolemniter contractum in facie Eccleſiæ, quo caſu ſuperlativa in ſuo genere exiguntur probationes.*
17 *Contra propriam confeſſionem regulariter probatio non admittitur, quæ non convincat manifeſta palpabilem errorem.*
18 *Obſtetricium Judicium, eſt multum fallax.*
19 *P tiſſimum circa incluſionem, vel excluſionem Virginitatis, cujus reſpectu difficile eſt certam firmare ſententiam.*
20 *Ad probandam copulam antecedenter, vel ſucceſſivam ſihationem quid requiratur.*

DECISIO CCXC.

MAtrimonium ſolemniter in facie Eccleſiæ
contractum ad normam *Text. in cap. fin.*
de Procurator. in 6. mediante videlicet Procu-
ratore ſpecialiter conſtituto cum Vrſula, incaſ-
ſum tentans Ignatius ſubvertere, paſſus erat in
Curia Metropolitana Neapolis proviſionaliter
decerni contra ſe, ut ſub anathematis diſtrictio-
ne obſequia matrimonialia eidem Vrſulæ perhi-
beret, hodieque reaſſumpto etiam negocio ſu-
per meritis in gradu appellationis coram Me,
Domini non dubitarunt judicare pro firmitate,
ſeu validitate ejuſdem Matrimonii.
Idque non ex eo, quod ullam ſentirent dif-
ficultatem ſuper abſtractis exceptionibus Ignatii,
nimirum quod cum præallegatum mandatum
procuræ non foret ad hunc præciſum effectum
contrahendi matrimonium præcipue cum Vr-
ſula exaratum, ſive ſcriptum, ſed hujuſmodi
ſubſcriptio cæteroquin ab eo non denegata per-
ſiſteret in calce folii vacui, & ut dicitur *in albo*:
Hinc in talibus circumſtantiis utiq; non valuiſſet
Ignatius a Procuratore ſubjugari vinculo alicu-
jus matrimonii perpetuam, & individuam vitæ
conſuetudinem mancipantis, dum hujuſmodi
vaga ſubſcriptio etiam quoad quoſcumque alios
contractus, & obligationes indifferentes repu-
tata ſemper fuit inefficax, quemadmodum
1 unanimiter affirmarunt, *Gratian. diſcept. for.*
cap. 162. num. 1. 2. & ſeqq., Capon. diſcept. 159.
cap. 2. per tot., Gait. de credito cap. 2. tit. 6. num.
1156., Merlin. de pignor. lib. 1. tit. 3. quæſt. 33.
nu. 6., Adden. ad Buratt. deciſ. 419. n. 14. verſ.
& ideo Rot. coram Merlin. deciſ. 90. num. 3. in
recent. deciſ. 308. num. 3. & 4. par. 13., & in
Romana Cambiorum 17. Februarii 1690. §. Si
enim, & 3. Martii 1693. §. Quidquid enim
coram Reverendiſs. Manuel.
Prout neque amaritudinem aliquam degu-
ſtabat circa alteram potentiorem exceptionem,
& in abſtracto fortiſſimam, quod ubi idem pro-
curæ mandatum præcedenter extitiſſet ab eo-
dem Ignatio revocatum per geminas horas ante
celebrationem ejuſdem matrimonii, ruiſſet ip-
ſum matrimonium, quia quidquid ſit de reliquis
profanis, & indiſtinctis negociis, in quibus ne
ſi mita fraudibus, & deceptionibus tertii ape-
riatur, opus eſt alteri contrahenti notam effice-
re revocationem hujuſcemodi cartarum, &
2 procurationum, ad communiter notata per
Bart. in l. ſi mandaſſem 15. ff. mandat. Golin. de
Procurator. par. 3. cap. 5. nu. 97. & ſeq., Onnat.
de contract. tom. 2. tractat. 13. tit. de mandat.
ſect. 6. num. 119., Scacc. de commerc. §. 2. gloſ. 5.
num. 407., Franch. deciſ. 90. num. 2. ibique Ricc.
Rot. coram Emerix Jun. deciſ. 1187. nu. 11., &
deciſ. 1270. num. 5.
Profecto in hac graviſſima materia ſpirituali,
adeo requiritur mutua, ac copulata contrahen-
tium voluntas ſub eodem contextu temporis, ut
ſine alia notificatione revocationis mandati pro-
curæ facta alteri contrahenti matrimonium
exiſtat nullius momenti, quoties fuerit a Pro-
curatore revocato celebratum, quemadmodum
3 expreſſe definivit *Bonifacius VIII. in d. cap.*
Procurator alias fin. de Procurat. in 6., & tradi-
derunt *Capon. diſcept. forenſ. 159. cap. 3. per tot.,*
Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 63. num. 37., San-
chez de matrim. lib. 2. diſp. 11. n. 8. tom. 1., Guttier.
eod. tract. cap. 43. num. 28., Card. Albit. de in-
conſtant. in Judic. q. 12. num 107., Rot. coram
Vbaldo deciſ. 310. num. 3., & in rec. deciſ. 172.
num. 2. & ſeqq. & ſignanter num. 5. par. 15.
Et hoc adeo verum, ut præmiſſa concluſio
teneat, etiamſi conſtituens hujuſmodi Procura-
torem, juraverit non revocare mandatum pro-
curæ a ſe datum pro contrahendo matrimonio,
vel adjunxerit pœnam, quoniam hoc non ob-
ſtante efficietur quidem conſtituens perjurii Re-
us, vel pœnam forte in ſuis caſibus ſubibit, aſt
4 nunquam idcirco matrimonium valebit. ſicuti
ampliarunt in propoſito juramenti poſt *Gloſſ. in*
d. cap. fin. verb. revocatio de Procurat. in 6., San-
chez de matrimon. lib. 2. diſput. 11. num. 8. tom.
1., Guttier. eod. tract. cap. 43. num. 9., Rot. coram
Vbald. d. deciſ. 310. nu. 5., & dicta deciſ. 172.
num. 4. par. 15. recen., & circa pœnam proſe-
quitur *eadem Rot. d. deciſ. 172. num. 4. par. 15.*
rec.
Denique multo minus Domini ambigiſſent,
quod ſi per Ignatium, ut proponebatur, conſu-
mata præcedenter fuiſſet copula cum Franciſca
Vrſulæ ſorore, ſubortus extitiſſet talis defectus
ſive vinculum, licet crimınoſæ affinitatis,
quod matrimonium alias pluſquam legitime
contractum dirempſiſſet, ut reſtringendo gra-
dus hujuſce affinitatis ab illicita copula præven-
5 tiva emanantis uſque ad ſecundum, determina-
vit *Sac. Conc. Trident. in cap. 4. ſeſſ. 24. de re-*
form. matrim., de quo *Farinac. in prax. criminali*
par. 2. tom. 2. quæſt. 149. num. 116., Noguerol.
allegat. jur. 24. num. 111., Caball. reſolut. crimin.
caſ. 200. ſub num. 48. verſ. licet hodie, Guttier.
de matrimon. cap. 99. nu. 12., Sanchez eod. tract.
lib. 7. diſput. 67. nu. 4. cum ſeqq., Barboſ. de offic.
& poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 51. num. 164.,
6 quidquid in foro interiori per copulam ſubſequu-
tam intra eumdem gradum affinitatis poſt ma-
trimonium jam valide contractum colligatur ex
Text. in cap. tua fraternitatis de eo qui cognov.
con-

Digitized by Google

conſangu. uxor. ſuæ, *ibique Abbas*, *Jo. Andr.*,
& Barboſ. n. 1. *Sanch. de matrim. lib.* 9. *diſput.* 27.
pariter num. 1. *& ſeqq.*

Verum hæ tres exceptiones in Jure validiſſi-
mæ, nulla firmitate conſtipabantur in Facto,
quoniam reſpectu primæ cum dubitari non poſ-
ſet in genere de carta procuræ per Ignatium
ſubſignata ſub illis verbis *conſtituto ut ſupra*, jun-
cto teſtimonio, & legalitate Notarii, quod
poſtea prætenderetur nomen Procuratoris, aut
Mulieris in albo remanſiſſe, ſeu non præextitiſſe
repletum, demonſtrari debebat evidenter, vel
7 ſaltem ex convincentibus conjecturis, alias
præſumptio ſtat contra ſubſcribentem, teſte
Card. de Luca de credit. & debit. diſc. 81. *nu.* 6.
cum trib. ſeqq., *& de Judic. diſc.* 29. *num.* 27.
ſub verſ. quando, *Pac. Jordan. elucubr. tom.* 3.
lib. 14. *tit.* 20. *num.* 25. *Amat. deciſ. Marcb.* 58.
nu. 15. *&* 16. *Rot. coram Merlin. deciſ.* 90. *n.* 3.
cum aliis in tract. de commerc. & mercat. diſc. 35.
num. 7.

Maxime quia præfatus Ignatius laborabat cir-
ca ſolita requiſita ad finem infringendi ſuam
procurationem ſub hoc prætextu ſubſcriptionis
in albo. Ad hoc etenim Juſtificandum compel-
lebatur probare, nedum ſolitum ſubſcribendi
conſimiles teſſeras, ſive apocas in albo, ſed, &
quod carta, de qua agebatur, ita vacue exti-
tiſſet per eumdem Subſcribentem extradita bo-
na fide, aut furtim ſubtracta, a quomodolibet
8 habentibus intereſſe, ut monent *Prat. obſervat.*
21. *ſub num.* 7. *verſ. tamen ſecus*, *& num.* 8. *&*
ſeq. tractat. de commerc. & mercat. dicto diſc. 35.
nu. 7. *&* 11., *Rot. dicta deciſ.* 90. *num.* 3. *& ſeqq.*
coram Merlin. & dec. 1261. *ſub num.* 7. *verſ. &*
fortius coram Emerix jun.

Eoque planius, dum tantum abeſt, quod de
hiſce requiſitis edocuerit, quinimo Ignatius
præcedenter fecerat ex oppoſito plures actus
prçparatorios ad contrahendum matrimonium
cum Vrſula, ſupplicaverat enim Sac. Congre-
gationi Sanctiſſimæ Inquiſitionis pro obtinenda
in caſu prçſuppoſiti impedimenti, forſan a con-
ſanguineis, vel aliis emerſuri, ut innuit relatio
Metropolitani *Summario Vrſulæ nu.* 8. facultate
examinandi Teſtes ſuper ejus libero ſtatu, loco
teſtimonialium concedi ſolitarum a proprio Or-
dinario *eodem Summario Vrſulæ num.* 1. laüda-
biliter autem ſupplici libello reſcribente Sac.
Congregatione Archiepiſcopo Neapolitano,
quod ſecrete curaret cum prædicto Ordinario
ſibi tranſmitti teſtificationem liberi ſtatus ejuſ-
dem Ignatii, non deſtitit Ordinarius illam
tranſmittere *dicto Summar. num.* 3. quodque
plus eſt ipſemet Ignatius in eadem Curia Civita-
tis Neapolis, in qua morabatur ſeſe una cum
aliis Teſtibus ſuper proprio ſtatu libero, & vo-
luntate contrahendi cum Vrſula ſubjecit exami-
ni, ac depoſuit *dicto Summar. num.* 4., ideoque
frigida nimis remanebat hæc exceptio ſubſcri-
ptionis in albo, quæ ultra præmiſſa ſemper ex-
cluditur, quoties Subſcribens potuerit habere
9 notitiam futuræ repletionis ad tradita per *C. ball.*
conſ. deciſ. 11. *per tot. lib.* 1., *Modern. Palm. alle-*
gat. 44. *num.* 9., *Merlin. de pignor.*, *& hypothec.*
lib. 1. *tit.* 3. *quæſt.* 33. *num.* 6. *Card. de Luca de*
Judic. diſc. 29. *num.* 27. *verſ. verum Adden. ad*
Buratt. deciſ. 419. *num.* 14. *verſ. niſi probatum*
Adden. ad Pamphil. deciſ. 348. *nu.* 10. *verſ. niſi*
aliunde, *Rot. coram Seraphin. deciſ.* 973. *ſub. n.* 1.
verſ. quia hoc, *& coram Emerix Jun. dec.* 1251.
num. 5. *verſ. ſecus*, *& dec.* 308. *num.* 5. *par.* 13.
recen., *& in Romana Cambiorum* 3. *Martii* 1693.
§. *Quidquid enim coram Reverendiſſimo Manuel.*

Secunda pariter exceptio relevantiſſima
in jure, pari deficientia claudicabat in facto,
non etenim demonſtrabatur de aſſerta proce-
denti revocatione mandati. Quidam enim No-
tarius exhibitus ex parte Ignatii *in Summario*
num. 5. nihil concludebat, immo ex ejus
atteſtatione contrarium evincebatur, quia ſta-
tim ac ille dixerat, ſeu prçmonuerat in diſcur-
ſu habito occaſione revocandi mandatum *che*
biſognava preſentare detta revocatione al Paroco,
overo nella Corte Arcivescovale &c. Ignatius
ſubjunxit, *che ſe ne voleva informare &c.*, *e poi*
ſarebbe ritornato &c. dal che poi eſſendoſi licentia-
to non l'ho viſto più &c. Alter vero Notarius
non agnoſcens perſonam Ignatii, ſed ſolum
quemdam *Domenico Compagnono*, ſupponit exa-
raſſe quamdam cartam revocatoriam contro-
verſi mandati, illamque conſignaſſe eidem
Ignatio, ſed cum revocatio mandati præſertim
in re tanti ponderis, videlicet adverſus matri-
10 monium ſolemniter contractum in facie
Eccleſiæ, debeat eſſe indubitata, ut in fortio-
ribus tradit *Iaſon. in l. ſancimus num.* 4. *Cod. de*
Teſtam. Vant. de nullit. ſenten., *ex inhab.*, *ſeu*
defect. Mand. Comp. num. 156. *& ſeq.*, *Gratian.*
diſcept. forenſ. cap. 22. *num.* 6. *& ſeqq.*, *Carol.*
Anton. de Luca ad eum animadverſ. pariter 22.
num. 12, *Modern. Lucen. conſ.* 209. *n.* 2.

Hinc Domini nullo modo potuerunt figere
pedem ſuper hiſce probationibus ſuſpectis, ani-
madvertentes quod citra ullam cauſam in hac
parte idem figuratus Ignatius ab uno Notario
ſapienter forſan loquente deflexit ad alium,
qui alter in ſubſtantia, nec cognovit perſonam
Ignatii, ſed in ore Dominici Compagnoni,
che lo chiamò Barone, teſtificabatur hujuſmodi
revocatorium Inſtrumentum exaraſſe, ideo-
que etiam junctis quibuſdam Teſtibus, qui con-
comitantur hiſtoriam, vix percipiebatur, an
Ignatius de quo agebatur, fuerit ille, qui man-
datum ex vera voluntate, vel potius velleita-
te revocaverit, quando in quibuſcumque con-
tractibus requiri videtur, quod notarius acqui-
11 rat notitiam Partis ſaltem modo, quo poteſt
quemadmodum poteſt *Vermigliol. conſ.* 253.
num. 1. *Ruin. conſ.* 189. *num.* 17. *lib.* 1., *Gra-*
tian. diſcept. foren. cap. 497. *num.* 4., *& de-*
ciſ. Marcb. 116. *num.* 1. *& ſeq.*, *Rot. coram Bu-*
ratt. deciſ. 211. *nu.* 17. alioſque plures *in tract.*
de commerc. & mercat. diſc. 24. *n.* 10. 11. *&* 12.

Suſpicioni hujus prætenſæ revocationis orien-
ti ex cauſa conſanguineorum reluctantium ma-
trimonio addebatur, quod neque talis Inſtru-
mentalis revocatio effective exhibebatur *in ho-
dierno Summario*, vel in actis ab Ignatio; &
tamen neque Notario, neque Teſtibus ſuper
ſtipulatione Inſtrumenti fides exhibetur, niſi
12 Inſtrumentum ipſum pandatur, atque affe-
ratur in judicio teſte *Cravett. conſ. 178. num. 5., Curt. Iun. conſ. 64. num. 3. & 4. par. 1., Meno-
ch. conſ. 207. num. 37. lib. 3. & de præſumpt. lib. 2.
præſumpt. 91. num. 10. & ſeq.*

Accedebat pariter, quod cum matrimo-
nium fuerit effective contractum ſub die 21.
Aprilis anni 1702. *Summario ejuſdem Ignatii
num.* 3. neutiquam conſtat an prętenſa revo-
catio cadens ſub eadem *die* 21. *Aprilis* præ-
ceſſerit, ſeu ſubſequuta fuerit d. celebrationem
matrimonii in facie Eccleſię, unde cum in
omnem caſum hujuſmodi revocatio mandati
quoad horam præciſam remaneret nimium
dubia, & incerta ſatis hoc erat ad præſumen-
13 dum pro actus validitate ſicuti in conterminis
diſputationibus circa horam uno ore tradide-
runt *Iaſon. conſ. 46 num. 27. lib. 3., Purpurat.
conſ. 498. num. 2., Card. de Luca de Benefic.
diſc. 15. num. 7., Rot. coram Celſ. dec. 19. n. 1.,
& 2. coram Merlin. deciſ. 708. num. 5. coram
Priolo deciſ. 216. num. 5. coram Cerro deciſ. 809.
num. 7. coram Emerix. Iunior. deciſ. 405. nu. 1.
& 2. & deciſ. 1112. n. 4. & in rec. deciſ. 76.
num. 2. & per tot. par. 10. & dec. 330. nu. 12.
par. 19.*

Et quidem cum ſolummodo ex depoſitione
vilium perſonarum juxta prætenſionem Ignatii
reſultaret matrimonium initum fuiſſe ſub ho-
ra 23. *ejuſdem diei* 21. *Aprilis*, certe ex lectu-
ra depoſitionis ſecundi Notarii, junctis etiam
Teſtibus, apparebat de pluribus allocutionibus,
acceſſibus, & regreſſibus, ac perquiſitionibus
Teſtium ſubinde factis ab hora 21., in qua ſe-
cundus Notarius ſtans domi fuit evocatus, ut
alio iret, proindeque ſuper his omnibus plus
temporis videbatur aſſumi debuiſſe, quam ſpa-
tium duarum horarum, ut in proximis ad fi-
14 nem recognoſcendi veriſimilitudinem tempo-
ris annotavere *Ancharan. conſ. 36. num. 2.
& 3. Socein. ſen. conſ. 92. ſub num. 12. verſ.
tertio ex temporis brevitate lib. 4., Rot. coram
Buratt. deciſ. 165. num. 8. coram Coccino deciſ.
1784. num. 45. & 46. in rec. deciſ. 226. n. 1.
& 2. par. 8. deciſ. 225. n. 7. par. 11. deciſ. 389.
num. 2. par. 15., & deciſ. 175. nu. 7. par. 18.*

Tertia denique exceptio affinitatis per co-
pulam antecedentem contractæ cum Franciſ-
ca Vrſulæ ſorore, non minore ſortiebatur in
facto obſcuritatem, quam foveret claritatem
in jure, quoniam, etſi per Teſtes ſine formali
examine ad perpetuam inductos dari videretur
aliquis fumus minus honeſtæ converſationis
inter Ignatium, & Franciſcam, non tamen
ullæ intercedebant juſtificationes, quæ copu-
lam concluderent, ut erat in caſu *deciſ.* 145.
coram ſan. mem. Innocentio X. cum cæteris, ſi
quæ ſunt in foro externo allegabilibus, ideoque
actus, de quibus iidem Teſtes informes, cæ-
teroquin plures, eaſdemque vehementes patien-
tes exceptiones tamquam mulierculę, famuli,
vel addicti eidem Ignatio deponere ſatage-
bant, rectius fortaſſe poterant referri cuidam
depravatæ conſuetudini, quam quod ullam ef-
fectivam copulam poſitive importarent, quin
etiam plerumque nitebantur querimoniis, ſeu
conqueſtionibus ejuſdem Franciſcæ, cujus di-
15 ctum in his materiis parum attenditur, ut
admonet *Alexand. conſ. 157. in princip. lib. 5.,
Pariſ. conſ. 54. n. 48. verſ. quoniam depoſitio lib. 4.
Caball. reſolut. crimin. caſ. 200. n. 124. & ſeq.
Farinacc. conſ. crim. lib. 2. conſ. 147. num. 21.*
præſertim ad irritandum matrimonium ſolem-
niter initum in facie Eccleſiæ, quo caſu ſuper-
16 lative in ſuo genere probationis exiguntur
*Alexand. conſ. 150. num. 12. lib. 5., Dec. conſ.
133. num. 2., Farinac. de teſt. quæſt. 59. n. 38.,
Sanchez. de matrimon. lib. 3. diſput. 41. nu. 4.,
& 9., Rot. coram Verall. deciſ. 20. par. 2. co-
ram Rojaſ. deciſ. 411. num. 1. coram Cerro de-
ciſ. 761. num. 2., & in Carpenctoraten. Matri-
monii 28. Aprilis 1701. §. Ejuſdem coram R. P. D.
meo Priolo.*

Maxime cum adverſus Ignatium militaret
apertiſſima confeſſio in contrarium emiſſa in
Curia Metropolitana Neapolis, in qua, ut
diximus, examinatus nedum liberum ſtatum
aſſeruit, ſed ſpecifice deſcendens ad caſum ſub-
dit loquendo de Vrſula - *non c'mia parente, ne
commare, ne fra di noi vi e altro Canonico impe-
dimento*, quapropter duplicem funiculum diſ-
rumpere debebat Ignatius, alterum contracti
matrimonii, & alterum propriæ confeſſionis,
contra quam regulariter non admittitur pro-
17 batio, quæ non convincat manifeſte palpa-
bilem errorem ad tradita per *Mareſcott. var.
reſol. cap. 44. n. 11. lib. 2., Girocch. diſcept. 78.
n. 61. & 92. Angel. de confeſſ. lib. 3. qu. 20.
n. 31., Rot. coram Bich. deciſ. 220. n. 31. &
dec. 243. n. 12., coram ſa. me. Alex. VIII. dec.
64. num. 2. & 12. & in Romana Pecuniaria 27.
Ianuarii 1698. §. Et quamquam coram Reveren-
diſſ. D. meo Molines Decano.*

Fulcimentnm cujuſdam Obſtetricis pretio
conductæ cum quinque Carolenis poſtremo ad-
hibitum ab Ignatio, quod Franciſca deflorata
appareret, & gravida trium, aut quatuor
menſium, nimis remotam præſeferebat con-
ſequentiam ad effectum ſerio indicandi concu-
bitum, & copulam Ignatii cum eadem Franciſ-
ca, nam prætermiſſis iis, quę contra mulie-
18 bre judicium iſtarum Obſtetricum, de quo
*Can. nec aliqua 27. q. 1. per D. Ambroſium
epiſt. 64.* advertunt *Modern. Rcinald. ad Stat.
Bonon. obſerv. criminal. lib. 2. cap. 23. n. 42.
fol. 396 & ad cap. 1. eorumdem obſerv. ad Stat.
Bonon. ſupplet. 5. num. 309.* lepide *Bajardus ad
Clar.*

Clar. in §. final. qu. 4. n. 3., Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. 5. par. 2. n. 60., & præſertim circa incluſionem, vel excluſionem virginitatis, cujus reſpectu difficile eſt certam fir-
19 mare ſententiam ex plene diſſertis medice, anatomice, & juridice per *Paul. Zacch. q. Medicolegal. lib. 4. tit. 2. qu. 1. n. 18. & ſeq. & qu. 3. per tot.*

Vtique nuſquam poterat concludi, quod ſi qua aderat corruptio Franciſcæ proveniret ab Ignatio, dum neque ſignanter de ulteriore preſſura, ac æditione fœtus, quidquam a Defenſoribus ejuſdem Ignatii dicebatur, cum aliqua deinceps educatione, vel præſtatione alimentorum facta erga eumdem fœtum, ſicuti exigitur, vel ad probandam copulam antecedenter, vel ſucceſſivam filiationem, ut plu-
20 ries diſcuſſum fuit in Tribunali noſtro, & preſertim *coram Zarate dec. 85. num. 24. & 25. in rec. dec. 289. n. 6. par. 1. dec. 167. n. 23. par. 8. in Romana filiationis 4. Februarii* 1699. *& 11. Decembris ejuſdem anni coram R. P. D. meo Muto, & in Viterbien. fideicommiſſi 1. currentis menſis §. Verum coram Me.*

Et ita &c. utraque &c.

NEAPOLITANA MATRIMONII SVPER ALIMENTIS, ET SVMPTIBVS LITIS.

Lunæ 18. Junii 1703.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & ſumptus litis denegari non debent collitiganti, in quo concurrant bonum Jus, & paupertas, & ad quem effectum in his caſibus apponatur clauſula *in cauſam declarandam* Lis ſi verſetur ſuper ſimplici ſeparatione Thori ad effectum concedendi alimenta, & ſumptus litis inſpici ſolet an Mulier cum cauſa, vel ſine cauſa divertat a Viro; ſecus autem dicendum venit ſi eadem lis agitetur ſuper fœdere matrimonii. Taxa alimentorum ex quibus deſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Sumptus litis, & alimenta debentur collitiganti, quoties in eo concurrat bonum Jus, & demonſtretur illius paupertas.*
2 *Et quare in hoc caſu addatur particula illa in* cauſam declarandam.
3 *Appellatio conceditur quidem a mandatis, & decretis vere definitivis, ſecus a proviſionalibus boneſto Judicis arbitrio relictis.*
4 *Bonum Jus con‍ſtare dicitur ex ſententia.*
5 *Præſertim ſi ſententia ſit valida, & juſta.*
6 *Paupertas probata remanet ex plurium Teſtium depoſitionibus.*
7 *Lis ſi verſetur ſuper ſimplici ſeparatione Tori, ad effectum concedendi alimenta, & ſumptus litis inſpici ſolet an Mulier cum cauſa, vel ſine cauſa divertat, & ſeparetur a Viro.*
8 *Etiamſi Maritus apud ſe dotem, ab Uxore perperam divertente, retineret.*
9 *Si vero lis verſetur ſuper fœdere Matrimonii, tunc Conjugi, ſeu Mulieri indiſtincte veniunt ſubminiſtranda alimenta, ſumptuſque litis, non habita conſideratione an idem Vir Mulierem duxit indotatam.*
10 *Quod & communiter extenditur ad Patrem ejuſdem Viri, alioſque illum alere obligatos.*
11 *Taxa alimentorum deſumitur ex facti circumſtantiis.*
12 *Peritis, aut Teſtibus practicis fides non modica adhibenda eſt.*
13 *Sacri Canones in puri facti notitiis adhærere non dedignantur Tribunalibus ſæcularibus.*
14 *Ab alimentario quo majora ſunt ſupportanda onera, major correſpective eſſe debet quatitas ſubminiſtrationis.*

DECISIO CCXCI.

URſula conqueſta fuerat apud Dominos uſque ſub die 4. *Junii* proxime delapſa adverſus Ignatium Saluiæ Baronem ſuper aſſequendis alimentis, ſive ſumptibus litis ad finem parandi, tuendique Jura ſua circa Matrimonium ab ea, ut aſſerebat, cum Ignatio legitime contractum, & ab eodem procaciter impugnatum, cumque tunc in primo veſtibulo interpoſitæ appellationis per ipſum Ignatium non adhuc examinato negocio, minime Dominis liqueret de Juridica colligatione, ſeu de præciſa validitate ejuſdem Matrimonii, nihilominus ſecundum ea, quæ irradiare videbantur, reſcriptum fuit ſubminiſtranda interim fore *ſcuta* 20. *monetæ* in cauſam declarandam. Verum hodie contextualiter diſpuncto articulo pronunciatæ validitatis controverſi Matrimonii, illoque ad favorem Vrſulæ reſoluto, Domini formiter interpellati, mediante dubio ſeparato -- *An, & pro qua ſumma foret relaxandum mandatum pro alimentis, & ſumptibus litis* -- de plano reſcripſerunt -- *relaxandum eſſe mandatum pro menſtruis ſcutis 25. monetæ Romanæ anticipate in cauſam declarandam.*

Rationem decernendi in genere relaxationem mandati ſuppeditavere in primis regulæ generales, quod concurrente bono jure Colli-
1 tigantis, ac demonſtrata illius paupertate, ne Juſtitia gemat ſub preſſura anguſtiæ pecuniarum, nuſquam ad Judicibus, multoque minus a Tribunalibus Supremis denegatur ſuccurſus alimentorum, & ſumptuum litis, ut paſſim habetur per *Text. in l. ſi inſtituta §. de inofficioſ. ff. de inoffic. Teſtam. apud Capuc. in prax Judic. par. 1. cap. 3. n. 18., & ſeqq. tom. 1. & de Iudic. adipiſc. art. 6. n. 108. & ſeqq. tom. 2., Card. de Luc. de Iudic. diſc. 14. num. 12. & 16., Rot. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. dec. 195. num. 8., cor. Zarat. dec. 4. n. 1., coram Cerr. dec. 853. n. 1. 11., & 12. in rec. dec. 265. num. 1. cum duob. ſeqq. par. 12., & in Leodien. Matrimonii ſuper alimentis, & ſumptibus litis 1. Martii 1700. §. Sane, & 14.*

& 14. Maii ejuſdem anni §. Bonum, & ſeqq. cor. R. P. D. meo Lancetta.

Additur vero frequentius illa particula - *In*
2 *Cauſam declarandam* -- non tantum, ut reliquatur locus maturiori perquiſitioni veritatis, & Juſtitię, per quam Collitigans ita proviſus teneatur forte refundere quidquid in eamdem Cauſam declarandam minus forſan legitime accepiſſet: verum inſimul, ne contrarius intentioni Judicum, ac Tribunalium ſequeretur effectus, videlicet, ut dum Judex intendit occurrere præſſure Actoris, ut ſupra, Reo tribueretur anſa defatigandi ſuper hiſce incidentibus miſerabiles perſonas per interjectionem novarum appellationum, quæ quidem juremerito conceduntur a mandatis, & decretis vere defi-
3 nitivis, ſecus autem in mere proviſionalibus ſemper laudabiliter honeſto Judicis arbitrio relictus juxta paſſim adnotata per *Rebuff. de ſenten. proviſional. in præfat. n. 16. fol. 225. Scac. de appell. qu. 17. limit. 7. num. 3., & ſeq. Card. de Luc. de Iudic. diſc. 37. num. 6.*

Neque (proſequendo terminos generales) de utroque extremo boni Juris, & paupertatis videbatur ambigi poſſe in præſenti, quia reſpectu boni Juris ſatis de illo coruſcabat ex præambulo decreto Curiæ Archiepiſcopalis Neapolis in faciem loci cogente Ignatium ad obſequia matrimonialia præſtanda, quod alias involue-
4 ret peccatum, pluſque importet, quam ſimples ſententia, qua intercedente non dubitatur conſtare de bono Jure ex deductis per *Card. de Luca de Iudic. d. diſc. 14. num. 14. Adden. ad Gregor. dec. 189. num. 7. verſ. præſumptio, Sperell. dec. 138. num. 66., & 67., Rot. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. d. dec. 195 num. 7., & cor. Cerr. dec. 43. num. 6., & 7., & dec. 898. num. 8., & ſeqq. par. 13. rec. in d. Leodien. Matrimonii ſuper alimentis, & ſumptibus litis 1. Martii 1700. d. §. Sane cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Eoque ſecurius, quia rimantes Domini, ut
5 par erat, baſim ejuſdem decreti, illam adinvenire ſolidiſſimam, ut *in altera deciſione hujus diei*, ut proſequendo dixit eadem *Rot. dec. 18. num. 12. coram Arguell., & dec. 265. num. 10., & 11. par. 12. rec.* Paupertas vero palam juſtificabatur ex novem Teſtibus, qui licet honeſtius deponentes aſſerere apparerent, quod Vrſula quandam Domum poſſideret, non tamem quidquam loquebantur de ejus redditu, & effectiva proprietate penes Mulierem aſſociatam Matre, & Sorore, & nihilominus cum iidem novem Teſtes concluderent - *Tuttavolta per haverſi mantenuta civilmente, ed onoratiſſimamente, alienatiſi gli effetti, che poſſedeveno, è rimaſta poveriſſima, che non hà modo, come poterſi*
6 *alimentare, e mantenerſi* -- *Summ. Ignatii num.* 3. paupertas non poterat dici non probata per tot Teſtium depoſitionem *ad Rot. coram Pamphil. dec. 58. n. 2., & in rec. dec. 122. n. 7. par. 2. & dec. 462. n. 2., & ſeq. par. 18.*

Cęterum creſcebat argumentum in ſubjecta materia, quoniam exmente lite non jam ſuper
7 ſimplici ſeparatione Tori, in quibus terminis ad hunc eundem effectum alimentorum, & ſumptuum litis inſpici ſolet, an Mulier cum cauſa, vel ſine cauſa divertat, ſeparetur a Viro juxta perpenſa per ſcribentes *in l. conſenſu*, ac melius *in Authen. ibidem relata Cod. de repud., Bald. conſ. 53. nu. 2. verſ. & hoc niſi culpa vol. 5., Natt. conſ. 147. num. 19. Sperell. dec. 138. num. 23. Panimoll. dec. 99. adnot. 2. num. 18., Rot. cor. Peutinger. deciſ. 235. num. 4.* etiamſi Maritus
8 apud ſe dotem ab Vxore perperam divertente retineret, ſicuti declararunt *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 83. num. 66., Surd. de aliment. tit. 7. q. 16. num. 16., Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 4. quæſt. 2. num. 21.*

At ſuper fœdere, ſive validitate Matrimonii nemo dubitavit, quin indiſtincte Conjugi, ſeu Mulieri per Virum ſubminiſtranda veniant alimenta, ſumptuſque litis, nulla habita conſideratione, an idem Vir Mulierem duxerit indotatam, quia præciſive ab hypotheſi Dotis, ſive nulla data fuerit dos, ſive promiſſa, ac ſoluta,
9 ſive promiſſa, & non ſoluta, nuſquam relevatur Maritus ab hoc onere ex iis, quæ habentur ex *Text. in cap. ex parte de accuſat.* notavitque *Innoc. in cap. per veſtras num. 3. in fin. de donat. inter Vir., & Vxor. Sanchez. de matrim. lib. 2. diſput. 41. num. 51. verſ. & addit., Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 2. par. 3. num. 32., Panimoll. dec. 99. adnot. 2. num. 20., & 21.*, & firmavit *Rot. in altera Neapolitana Matrimonii cor. Royas dec. 422. num. 3. & cor. Priol. dec. 36. num. 3., in rec. deciſ. 124. num. 1. & 2. par. 8.* Quod, & communiter extenditur ad Patrem ejuſdem
10 Viri, alioſque illum alere obligatos, ut in terminis videre eſt penes *Card. de Luc. de Iudic. diſc. 14. num. 18. Panimoll. dec. 99. adnot. 2. num. 25., & 26., Rot. dec. 422. num. 8., cor. Royas, dec. 108. nu. 4. cor. Bich. & d. dec. 124. num. 3. par. 8. rec.*

Firmata ſubſtantia obligationis, facile fuit devenire ad quantitatem, nam priuſquam Vrſula reperiretur enixa filium, vel ejus nutritione & expenſis gravaretur, etiam Sæcularis Magiſtratus, ſive Conſillum S. Claræ Neapolis, haud ignarum facti circumſtantiarum, a quibus deſumi conſuevit hujuſmodi præfinitio, ac taxa
11 alimentorum *ex text. in l. fin. §. Nam ſi tales Cod. de Ordin. cognition.*, & traditis per *Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 16. num. 47., Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 2. par. 3. n. 95., Rot. cor. Dunoz. Iun. dec. 909. num. 1. cor. Cerr. dec. 855. num. 5., Priol. deciſ. 212. num. 4. in rec. dec. 342. num. 1. par. 14., dec. 109. n. 16. par. 15., & dec. 306. ſub num. 10. verſ. verum par. 18., & in Romana Alimentorum 22. Ianii 1701. §. Præſuppoſitis cor. Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*, obſtrinxit Baronem Ignatium
12 ad menſtrua *ducata* 20., ideoque ſi ſimpliciter practicis Peritis, aut Teſtibus fides non modica adhiberetur *vulgata l. prima ff. de inſpic. ventr.*,

mul-

multo magis deferendum erat inclyto huic Tribunali, quod etſi repræſentet figuram, ut diximus ſæcularem, adhuc in conſimilibus puri facti notitiis, ac etiam juſtis, in ſuis de cætero caſibus, præſcriptionibus Sac. Canones non de-
13 dignantur adhærere, quemadmodum reſcripſit *Lucius III. in cap. 1. de nov. oper. nunciat.*, & notarunt *ibidem Abb. num. 3., Gonzal. num. 2.*

Ac propterea nequibat contra Baronem non interponi, ſeu ſuperadiungi ſupra enunciatum additamentum ad menſtrua *ſcuta* 25. monetæ Romanæ, tum quia tunc temporis non erat, ut ad præſens in præcitata altera deciſione, detectum Vrſulæ Jus, cum in eodem decreto dicatur - *à dic prætenſi contracti matrimonii* - tum etiam quia ſub hujuſmodi ſubminiſtratione hactenus Domini cenſuerunt includere litis expenſas, tum & denique quia de tempore emanati decreti, ſeu proviſionis non ſupervenerat neceſſitas nutriendi filiorum ſemper in dies creſcentem; quo vero majora ſunt ſupportanda ab
14 alimentatio onera, correſpective major debet eſſe quantitas ſubminiſtrationis ex communiter ponderatis per *Gratian. diſcept. forenſ.* 613. *num.* 18. *Menoch. de arbit. Iudic. lib.* 2. *caſ.* 169. *num.* 4., *Rot. cor. Dunoz. Iun. dec.* 685. *num.* 3. *coram Emerix Sen. dec.* 67. *nu.* 8. *in rec. dec.* 535. *num.* 80. *par.* 14. *dec.* 107. *nu.* 11. *parte* 18., *& in Romana Alimentorum ſuper expenſis* 22. *Ianuarii* 1700. §. *Adhuc cum duobus ſeqq. coram me.*

Et ita &c. utraque &c.

MELEVITANA PECVNIARIA.

Veneris 22. *Iunii* 1703.

ARGUMENTUM.

Habetur in deciſ. 250. quæ confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Ad inſulam Melitæ remittenda eſt cauſa cognitio, ſi ea verſetur inter mere laicos juxta diſtinctionem Perſonarum in ſupremo magno Magiſtro militantem.*
2 *Commiſſio eſt neceſſario inſerenda in aſſueta citatione ad dicendum contra commiſſionem.*
3 *Pluralitas cauſarum nunquam eſt præſumenda.*
4 *Jus ſuum ſcient ſalvum eſſe ei non præjudicat taciturnitas.*
5 *Anterioritas commenſuratur non a tempore ſolutionis, ſive ceſſionis, ſed a tempore contracti debiti, ac ceſſi.*
6 *Creditor qui in Inſtrumento habet adnotatam horam ſemper præfertur alteri eam adnotatam non habenti.*
7 *Ceſſionarius habet regreſſum contra cedentem pro eo quod non potuit recuperare.*
8 *Ceſſio quando dicatur facta de nomine debitoris, vel de re in ſolutum.*
9 *Natura ceſſionis, ſeu dationis in ſolutum eſt, quod periculum nominis, vel rei ceſſæ transfundatur in Ceſſionarium.*
10 *Ceſſio celebrata pro ſolvendo, periculum exigibilitatis, vel aliud quodcumque remanet apud cedentem.*
11 *Ceſſio in ſolutum venditioni aſſimilatur, quoties præcipue fit ex cauſa correſpectiva.*
12 *Et vendentes expreſſe obligantur de evictione quæ ſequatur circa rem venditam transfuſo in reliquis periculo in emptorem.*
13 *Dictio* c c ò *pandit cauſam animativam ſupplicationis, & conceſſionis.*
14 *Redditio computorum in rebus Cameralibus quomodo facienda, & qua pæna mulctentur integra computa non reddentes.*
15 *Feuda quæ dicuntur quaternata talia nuncupantur eo quod tanquam directa promanantia a Principe ejuſque concurrentia intereſſe in quaternionibus Curiæ connotari conſueverunt.*

DECISIO CCXCII.

SVbſtentare contendens Magdalena ſententiam, ſive aſſertam rem judicatam, quam pro medietate ad ſui favorem, ſuper conſignatione pecuniarum in origine promanantium à ſpolio Ludovici Equitis de Gerlande, fuerat noviſſimo loco apud Melitæ Magiſtratus conſecuta, lapſum temporis iterum refricavit, & ab injuſtitia vindicare ſategit idem noviſſimum judicatum, ſed fruſtra, nam neque viſum eſt Dominus ad finem faciendi tranſitum memoratæ ſententiæ in rem judicatam, utilem annum in proſequenda appellatione defluxiſſe, ex parte Joannis Baptiſtæ Dorell, neque injuſtitiam ejuſdem ſententiæ ullo modo reparari, quo minus idcirco non manſerint in deciſis.

Etenim circa temporis defluxum perperam Magdalena conabatur ſupponere, quod diligentiæ adhibitæ per Dorell intra annum, ac de quibus in præterita deciſione *ſub* §. *De facili* diverſam cauſam reſpicerent inter Sacram Religionem, ipſumque Dorell, ex quo in eiſdem diligentiis, ſive actis interpellata non appareret eadem Magdalena, nec Dorell Melitæ de *anno* 1699. intimatus ſuper executione prædictæ ſententiæ oppoſuerit pendentiam appellationis in Urbe, ſiquidem prælaudatæ diligentiæ non fuiſſent neceſſariæ contra Magdalenam, quoties ſimpliciter controverſia ſtetiſſet inter eam, &, Dorell, ſed illa, quæ de facto aderat difficultas verſabatur in prætenſione, quod lis ageretur inter mere laicos, unde ad Inſulam foret remittenda cognitio, juxta illam diſtinctionem perſonarum in Supremo Magno Ma-
1 giſtro prætenſam, ſive militantem, ex traditis per *Merlin. Pignatell. lib.* 1. *controv.* 95. *num.* 18., *Cardin. de Luc. de Iuriſdict. diſc.* 69. *num.* 1. *cum pluribus ſeqq.*, *& in Miſcell. Eccleſ. diſc.* 4. *num.* 2., *Modern. Melphicten. de pluralit. homin. legal. cap.* 81. *per tot. Tap. dec.* 8. *n.* 23., *Rot. coram Creſcent. deciſ.* 16.

Ut cumque vero res ſe haberet, ſemper effulgebat, quod ad inſtantiam, & nomine ipſius Dorell tranſmiſſa fuerat Procuratori Religio-

nis ...ecta Auditorio noſtro Commiſſio, quæve
2 erat neceſſario inferenda in aſſueta citatione
ad dicendum contra Commiſſionem, ut liquet
apud *Ridolphin. in prax. judiciar. par. 1. cap. 13. num. 20., Seacc. de judic. lib. 1. cap. 32. ſub num. 16. verſ. vide Vant.*, ideoque cum neque
pro parte Magdalenæ hujuſmodi Commiſſio
hodie exhiberetur, quia potius e converſo re-
cenſeretur *in hodierno Summario Dorell ſub n. 2*,
particula Informationis ex tradita R. P. D. Au-
ditori Sanctiſſimi pro obtinenda Signatura por-
rectę Commiſſionis, in qua mentio fiebat de
ipſa Magdalenâ, ac denique nullibi juſtificare-
tur, ullam aliam cauſam pendere inter Dorell,
3 & Sacram Religionem, pluralitas nunquam
erat præſumenda ad notiſſima jura, de quibus
Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 15. n. 2., Auguſtin. Barboſ. axiom. 179. num. 2.5. & ſeqq., Rot. coram Dunozet. ſen. deciſ. 182. num. 3. & coram Biebio deciſ. 366. num. 8. cum aliis *in Illerden. Hæreditatis de Gomar, 4. currentis menſis §. Nullatenus coram Me*,

Quod ſi Dorell provocatus, ut ſupra, circa
executionem ſententiæ, nequaquam oppoſue-
rat pendentiam hanc appellationis in Curia,
gratis in primis hoc aſſerebatur, abſque integra
transportatione proceſſus cum negativa coar-
ctata, & nihilominus cum tractaretur de acci-
dentali pendentia, ſive impedimento præſtito
ex ſuperius enunciato motivo jurisdictionis,
prudens videbatur eſſe conſilium Joannis Bapti-
ſtæ coram Principe ſilendi, donec, & quouſque
ſignata extitiſſet a Summo Pontifice expoſtulata
Commiſſio, per quam cum proculdubio jura
4 Dorell ſalva remanerent, non erat opus alia
notificatione ad regulam *Textus in l. ſi eut §. Non videtur ff. quibus mod. pign., vel hypoth. ſolu.* de qua
Soccin jun. conſ. 106. nu. 43. vol. 3., Surd. deciſ. Mant. 62. num. 36., Rot. coram Seraphin. deciſ. 254. num. 11., & coram Vbald. deciſ. 691. num. 6. tom. 2., & in recen. dec. 58. num. 15. par. 15.

Cœterum potentior erat vis ad infractionem
cujuſcumque rei judicatæ, quæ derivabat ab in-
juſtitia, ex capite innegabilis anterioritatis ei-
dem Joanni Baptiſtæ competentis, ſicuti lucu-
lenter extitit demonſtratum in anteacta deciſio-
ne *ſub. §. Atque ob id cum ſeq.* animadvertendo
ſignanter, quod perperam impugnabatur a
Magdalena hujuſmodi anterioritas crediti, præ-
fati Ioannis Baptiſtæ Dorell ejus contradictoris
ſub prætextu, quod licet ſidejuſſio inita pro Lu-
dovico Equite de Gerlanda per Authores Mag-
dalenæ, percuteret annum longe poſteriorem
1680. attamen creditum Religionis, in cujus
jura mediante effectiva ſolutione Magdalena
ſucceſſerat, foret anterius, nempe anni 1674.
cum ad effectum commenſurandæ anterioritatis
non tempus ſolutionis, ſive ceſſionis, ſed illud
5 contracti debiti, ac ceſſi veniat inſpiciendum ex
collectis per *Negnſant. de pignor. 3. membr. 5. dar. num. 23. Epiſc. Rocc. diſput. Iur. ſelect. cap. 145. nu. 2. & 3., Salgad. in Labyr. Credit. par. 2. cap. 30. num. 40., Rot. coram Duran. dec. 401. num. 4. & coram Dunozett. Ian. deciſ. 576. n. 12.*

Siquidem nimis in hac figuratione ſuppoſiti
Magdalena aberrabat, cum Eques de Gerlanda
uſque de anno 1674. eſſet indubitanter Com-
miſſarius deputatus ſuper Operariis, ſive ędifi-
ciis Religionis *Summario Magdalenæ num. 1.*
cumque ſucceſſive reliquatum ſcut. 2000. quo-
ad hujuſmodi deputationem, ſive ſuperinten-
dentiam memoratus Eques contraxerit, illum-
que Dorell, non autem Magdalena, de propria
extinxerit crumena, certo certius hęc ſubin-
trantia, & anterioritas favebat Dorell, non
vero eidem Magdalenæ; Creditum e contra
ſatisfactum ab authoribus Magdalenæ ſonabat in
Cauſam adminiſtrationis conſervatoriæ Con-
ventualis Ærarii, quare dum obligatio eorundem
authorum Magdalenę correſpective ad hanc
conſervatoriam exarata legeretur de anno
1680., & nonniſi longe poſt iidem Authores
alterum contradiſtinctum reliquatum Equitis
de Gerlanda Religioni perſolverint, non pote-
rat proinde Magdalena comparere in concurſu
cum Dorell, clare deſumente totam hypothe-
cam a prædicto *anno 1674, vel 1675.*, niſi
edoceret, quod diſcreta adminiſtratio Conſer-
vatoriæ, pro qua fidem feceraut ſæpius enuncia-
ti Authores ſolummodo de anno 1680., fuerit
per Equitem de Gerlanda ſuſcepta ante prædi-
6 ctum annum 1684. ſecundum ea, quæ in for-
tioribus unanimiter affirmarunt *Barboſ. in l. 1. par. 2. num. 9. ff. ſolut. matrim. Gait. de credit. cap. 4. num. 1863., & ſeqq. & 1871. cum pluribus ſeqq. Acoſt. de privil. credit. in præfat. ad reg. 3. num. 6., Merlin. de Pignor. & hypothec. lib. 3. tit. 2. quæſt. 77. num. 13. 14. et 15., et lib. 4. tit. 1. quæſt. 4. num. 33. cum tribus ſeqq., Salgad. Labyr. Credit. par. 2. cap. 4. num. 166. et 167.*

Rurſus itaque conſtabilita anterioritate, nul-
lius penitus momenti compertæ ſunt replicatio-
nes in præſenti audientia ſuperadductæ per Mag-
dalenam. in vanum quippe retentavit Benefi-
cium Statuti prælationem ærario Religionis con-
cedens ſuper ſpolio Equitis debitoris prędefun-
cti, cum etenim in antecedenti deciſione ex §.
Quodque hæc cum tribus ſeqq. præter cæteras reſ-
ponſiones attributas eidem Statuto, fuerit ani-
madverſum extraneos remanſiſſe terminos cu-
juslibet ſpolii, cum illi non caderent ſuper di-
ſtractis in vita ex *Navarr., Sperell., aliis qui laudatis in deciſione ſub §. Verum*; Perperam in
pręſenti attentabatur, quod hęc diſtractio facta
in vita Ludovici favore Dorell ejus Creditoris
non ſonaret in veram alienationem, & avulſio-
nem a ſpolio, ſive hæreditate Ludovici, ex quo
ceſſio, de qua *Summario Dorell dici 19. Iunii anni præteriti num. 2.* foret potius pro ſolvendo,
quam pro ſoluto, ideoque reſolveretur in ſim-
plex mandatum Procuræ in propriam etiam
ceſſionarii utilitatem, remanentibus actionibus
dire-

7 directis penes cedentem, juxta diſtinctionem, de qua in propoſito *Cancer. var. reſolut. pa. 2. cap. 6. num. 168., & num. 169., Olea de ceſſ. jur. & act. tit. 7. quæſt. 3. num. 2. & ſeqq. & nu. 19. & pariter ſeqq., Leotard. de uſur. quæſt. 39. n. 51., Card. de Luc. de credit. diſc. 64. num. 9., & ſeq. Fontanell. deciſ. Cathalon. 167. num. 1. cum ſeqq., Rot. coram Duran. deciſ. 266. num. 16. & 17.*

Littera ſiquidem memoratæ ceſſionis cunctas ſubmovebat difficultates, cum per verba prægnantiſſima de Eques Gerlanda in cedendo ſe expreſſerit transferre in Dorell *omnia, & ſingula jura omneſque actiones, rationes & cauſas, &c. quas, & quæ habuit, habebat, & habet &c. conſtituens &c. ponens &c.* ex quibus ſane dubitari non poſſe de
8 perfectiſſima ceſſione facta de nomine debitoris, vel rei in ſolutum, paſſim demonſtravere *Surd. conſ. 22. num. 34. verſ. reſponderi, Salgad. labyr. credit. par. 1. cap. 27. num. 62., Olea de Ceſs. jur. tit. 8. quæſt. 2. nu. 29. verſ. ex clauſulis, Theſaur. deciſ. Pedem. 201. num. 7. Rot. deciſ. 373. n. 32. par. 4. tom. 1. rec. & in Romana Pecuniaria 15. Martii 1692. §. Quibus ſic ſtantibus coram bon. mem. Urſino.*

Et quamvis unus de præcipuis effectibus veræ propriæque dationis, ſeu ceſſionis in ſolutum exiſtat, quod periculum nominis, vel rei ceſſæ transfundatur in ceſſionarium impropriando, ſeu adaptando terminos in ſuis caſibus parum diſſimiles perfectæ delegationis, quibus repugnare, ut ad præſens videretur promiſſio exigibilitatis inita per cedentem ut pote ſapiens ſuſceptionem, vel participationem periculi ſicuti
9 ratiocinando innuit *Dec. conſ. 99. num. 4., Leotard. de uſur. d. quæſt. 39. ſub nu. 52. verſ. quod multo magis Epiſcop. Lelan. diſput. jur. ſelect. cap. 129. num. 7. & 9., Rot. deciſ. 362. num. 9. coram Royas.*

Nihilominus in hodierna facti ſerie, in qua ob prædictas efficaciſſimas clauſulas jam reſultabat innegabilis ceſſio in ſolutum potius illa expromiſſio per quam Eques ſeſe obligaverat eidem ceſſionario *facere verba, bona, & exigibilia, illaque legitime defendere infra annos quatuor ab hodie, alias teneri voluit ad ſolutionem* rationabilius retorquebatur in oppoſitum, quia non limitare prout hic, ſed ſemper, quoties ceſſio celebrata fuiſſet pro ſolvendo, periculum exigibilitatis, vel aliud quodcumque reſtaſſet apud
10 oſſa cedentis, quemadmodum de per ſe patet ad ſenſum, & proſequuntur *Surd. conſ. 145. ſub num. 28. et num. 29., Gratian. diſcept. forenſ. cap. 64. num. 30. et 31., Cancer. var. reſol. par. 2. dicto cap. 6. num. 183. in fine, et n. 184. Salgad. labyr. credit. par. 3. cap. 2. num. 56. 57.. et 58., Oſaſch. dec. Pedemont. 62. num. 7. et 9., Rot. d. dec. 373. n. 23. par. 4. rec.*

Quinimo retento principio, quod per verba, & clauſulas ſupra dinumeratas, emergeat effectiva ceſſio pro ſoluto, ſub ea ulteriori ratione, quod quando ceſſio eſt pro ſolvendo, illaque ad ſimplex procuræ mandatum inflectitur, ceſſionarius, ſeu Procurator ponitur ad exigendum loco cedentis, ſeu principalis, nuſquam autem cedens, ſive mandans ponitur, ut in præſenti per illam clauſulam *ponens &c. conſtituens &c.* loco ſui Procuratoris, animadvertebant ex abundanti Domini, non obſiſtere ceſſioni in ſolutum aliunde emergenti promiſſionem exigibilitatis, & maxime ad tempus, cum enim ceſſio in ſolutum venditioni aſſimiletur, quoties
11 præcipue fiat ex Cauſa correſpectiva crediti præcedentis teſte *Rota deciſ. 105. & dec. 692. utrobique num 2. coram Coccino.* Paſſim vendentes expreſſe obligantur de evictione, quæ ſequatur circa rem venditam, transfuſo in reliquis periculo in emptorem ex his quæ habentur
12 apud *Guzm. de evict. quæſt. 2. num. 2., Mangil. eodem tractat. quæſt. 1. num. 1. & 2., Rot. coram Pamphil. deciſ. 170. num. 1. in recentior. dec. 41. num. 15. par. 11., & in Romana Domus 16. Junii 1690. coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano inter recollect. per Modern. Palm. deciſ. 77. num. 1. tom. 1.*

Cæterum ultra hujuſmodi jam datam, & mox objecto vindicatam reſponſionem, intercedebat alterum præpotens, diſcretumque motivum, conceſſionis licentiæ reportatæ per Ludovicum a Supremo, ſeu Magno Ordinis Magiſtro de obligando *ſcuta* 2000., uti plenius
13 oſtenſum fuit in præterita deciſione *ex §. Atſque eo quod uſque ad finem*, quin etiam reſpectu hujus ſeparati fundamenti ad everſionem rationum, atque authoritatum inibi allegatarum mæreretur attendi ſubſidiaria reſponſio, quod idem Magnus Magiſter nullatenus intellexerit in memorata licentia aliud impartiri, quam puram licentiam, ut Notarius valeret citra periculum, municipali ſanctione non obſtante, conficere Inſtrumentum pro Ludovico, proindeque clauſula appoſita in eodem reſcripto *ſine præjudicio Communis Ærarii* exueret illam incompatibilitatem, quæ fuerat ponderata in deciſione ubi ſupra; quoniam pariformiter lectura ejuſdem reſcripti, ſive licentiæ fugabat omnem amaritudinem, dum enim ſupplicatum extiterit ipſi Magno Magiſtro pro facultate obligandi *ſcuta* 2000. vis propterea non reſidebat in habilitatione Notarii, ſed in permiſſione obligandi hujuſmodi *ſcuta* 2000., utique non alio titulo, quam veluti alias cadentia, ſeu caſura ſub ſpolio ibi - *eſpone di eſſerli neceſſario d'obligarſi per atto publico per la ſomma di ſcudi 2000. in circa. ſupplica percio V. E. degnarſi habilitare qualſivoglia Notaro &c.* illa enim dicto *percio*, quæ non poterat referri niſi ad obligationem pro enunciata ſumma ſatis pandebat cauſam animativam
14 ſupplicationis, ac conceſſionis, juxta ea, quæ habet *Soccin. ſen. conſ. 159. ſub num. 20. & n. 21. vol. 2., Cravett. conſ. 192. num. 21. verſ. tertio arguitur., Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 105. num. 19., Rot. deciſ. 1. num. 2. par. 8. rec., & in Aſculana dotis 29. Aprilis 1701. §. Nam examinatis coram R. P. D. meo Ffo.*

Potiſſime cum ſubſequuta ceſſio remanſerit regiſtrata per Equitem Secretarium Communis Ærarii in quaternionibus ejuſdem Ærarii *dicto Summario Joannis Baptiſtæ num.* 5. ibi - *ſotto li 9. Aprile 1675. il di contro Commendatore Gerlonda ha ceſſo a Gio. Battiſta Dorell il quinte, che gli tocca di queſto ſpoglio ſino alla ſodisfattione di ſcudi* 2000., *che gli deve.* Ad quid enim iſta regiſtratio, non ita de facili verificabilis in aliis ſcripturis, & inſtrumentis intereſſe Ærarii, & Religionis non concernentibus, niſi quia licentia ſeriebat hoc adamuſſim intereſſe ſpolii, & ſuper quo adductum ſtatutum, & obiectio Magdalenæ
14 verſabatur, ex animadverſis per *Marcian. conſ.* 46. *num.* 4. *lib.* 1., *Capiblanc. de Baron. & eorum offic. pragmat.* 16. *num.* 89. *& ſeqq.*, *& num.* 99., *Petr. in commen. ſuper ritib.* Magn. *Cur. Vicar. rit.* 45. *nu.* 2. *tom.* 1.. *Cabell. in Bull. Bon. Regim. cap.* 16. *num.* 75. inde fæuda, quæ dicuntur quaternata, talia nuncupantur, eo quo tanquam directe promanantia a Principe, ejuſque con-
15 cernentia intereſſe, in quaternionibus Curiæ connotari aſſueverunt, ut monent *Andr. de Iſern. in cap.* 1. *de controv. inveſtit. apud pares terminan. Petr. Rebuff. in declarat. Arbor. feudor. verb. feudum de tabula Capyc. Latr. conſult.* 74. *nu.* 3. *& plurib. ſeqq. tom.* 1. *Modern. Melphiten. de Apoſtolic. Regio ve aſſenſu quæſt.* 54. *num.* 5. *Matth. de Afflict. deciſ.* 282. *n.* 4. *verſ. ſed feuda, ibique Vrſill. num.* 1.

Et ita remiſſive de cœtero ad alteram deciſionem hactenus confirmatam, neglectiſque nonnullis aliis Magdalenæ ſubtilitatibus ſubalternantibus, ac plene diſſolutis ex jam dictis Domini reſponderunt. Utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI PROSPERI SEN. DE CAFFARELLIS.

Lunæ 25. Junii 1703.

ARGUMENTUM.

Salviano quando locus ſit, & quantum differat utile Salvianum, a præſidio *L. fin. Cod. de edict. Div. Adr. tollen.* in utili namque Salviano poſſeſſio eſt temporalis, & durat quouſque Creditor fuerit ex fructibus ſatisfactus, vigore vero *L. fin. Cod. de edict. Div. Adr. tollen.* poſſeſſio capta eſt perpetua.

SUMMARIUM.

1 *Remediorum cumulatio paſſim conceditur redum in Beneficialibus, ſed etiam admittitur in profanis citra ullum vitium contradictionis, & repugnantiæ.*
2 *Salviano interdicto locus ſit, quoties duo concurrant extrema, creditum nimirum cum hypotheca, & poſſeſſio bonorum extantium penes Debitorem.*
3 *Hæres qui ſcienter bona fideicommiſſi alienavit contrahit hypothecam in bonis propriis pro reintegratione fideicommiſſi.*
4 *In obligatione Camerali ea quæ tacite continentur ad quorum favorem operentur.*
5 *Obligatio cameralis jus agendi contra hæredem tribuit, & executionem paratam habet.*
6 *Sententia tranſcendens limites deciſionis eſt nulla.*
7 *Læſio fomentum præbet ſuccurrendi læſo per viam reſtitutionis in integrum.*
8 *Duæ ſententiæ vigore ſtatuti Urbis conſtituunt rem judicatam & facilius ſi ſint tres conformes.*
9 *Res judicata debet ſemper revideri ex iiſdem actis iiſdemque propoſitis actionibus aut confirmari, aut reſcindi.*
10 *Petitio eſtantrari, & cumulari poteſt per diverſa compatibilia tamen auxilia ad eundem finem tendentia.*
11 *Salvianum, & præſidium l. fin. in uno eodemque Judicio ſunt inter ſe incompatibilia*
12 *Lex* fin. Cod. de æd ct. Div Adrian. tollen. *tendit ad conſequendam poſſeſſionem perpetuam bonorum fideicommiſſariorum ex vi proprii Iuris, & vocationis.*
13 *Salvianum vero utile non transfert in creditore poſſeſſionem perpetuam, ſed mere temporalem, donec ſcilicet Creditor ex fructibus de proprio credito fuerit ſatisfactus.*
14 Monitorium *vigore* L. D. Famari *poteſt in ſuo exordio auſum præbere intentandi præſidium actori neceſſario beneviſum.*
15 *In Iudiciis attendi non debet quid fuerit generice propoſitum, aut potentialiter exercibile, ſed quod deinceps actualiter & ſpecifice fuit expoſtulatum.*
16 *Sententia interpretationem ſemper recipit ab actis.*
17 *Sententiæ Sac. Rotæ nuſquam expanduntur abſque expanſione fundamentorum proferendæ ſententiæ, ſed eas antecedunt plures, & plures deciſiones quæ ſententias præteritas vel præſervant ab omni exceſſu, & nullitate, vel melius explicant.*

DECISIO CCXCIII.

Converſo, mutatoque Clypeo defenſionis, non amplius hodie DD. Fratres de Caffarellis impugnabant directe Juſtitiam rei Judicatæ, quam etiam Signatura canonizaverat mediante Commiſſione Sacro Auditorio in mei perſonam directa cum Clauſula: *Sine præjudicio rei judicatæ, de Cauſis reſtitutionis in integrum*: Sed toti nitebantur in conſequenda ſaltem reintegratione pro bonis, certo certius obnoxiis fideicommiſſo Proſperis Sen., quæve Joannes Petrus perperam diſtraxerat, ideoque dato millies, quod iiſdem DD. Fratribus nulla competeret immiſſio vigore *l. fin. Cod. de Edict. D. Adrian. tollen.*, ex fundamentis uberrime conſtipatis in antecedentibus Cauſæ Deciſionibus, & ſignanter in noviſſimis editis coram *R. P. D. meo Lancetta ſub die 1. Iunii 1699.*, *&* 10. *ejuſdem menſis* 1701.

In

In evitabile tamen, ex præfata, atque omnino debita reintegratione (ut ipſi DD. Fratres ſubdebant) Creditum emergebant, ob quod Jmmiſſio ex uno capite denegata ex altero non foret retardanda, ob eam compatibilem remediorum ad eumdem finem tendentium cumulationem, quæ paſſim conceditur, nedum in
1 beneficialibus, ſed etiam admittitur in profanis citra ullum vitium contradictionis, & repugnantiæ, ut in terminis valde aſperioribus pluries deciſum fuit, & præſertim *in Romana Pecuniaria 11. Martii 1701. cor. R. P. D. meo de la Tremoille.*

Quod autem liqueret de exuberantibus requiſitis ad eamdem Immiſſionem in Salviano reportandam, convinci videbatur a concurſu duorum extremorum, quibus ſane intercedentibus, nemo non ſcit locum eſſe Salviano interdicto, credito nimirum Actorum ſuffulto hypotheca, ac poſſeſſione bonorum extantium penes ipſum Debitorem, vel habentem ab eo Cauſam de tempore contractę, vel ſuſceptæ ob-
2 ligationis vulgatis Juribus de quibus, *Roland. conſil. 14. num. 13., Rota deciſ. 491. num. 6. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 407. num. 1. par. 5. Recentiorum deciſ. 64. num. 1. poſt Modern. ad Stat Vrb., & in Faventina Salviani 1. Martii 1700. §. 2. cum ſeq. cor. Me.*

Creditum ſiquidem Dominorum Actorum manifeſtabatur, quia nulla extabat controverſia quo minus Tenuta nuncupata *del Boccone*, & Caupona *Solis* coincideret, ut præmiſſimus ſub fideicommiſſo ordinato per Proſperum Seniorem, quodque pariter ad idem fideicommiſſum litteraliter apparerent vocati DD. Fratres, quapropter cum Joannes Petrus alter ex primis hæredibus gravatis ſcientiam haberet indubitatam eiuſdem fideicommiſſi, & nihilominus ad improvidam, & prohibitam alienationum premiſſorum Effectum devenerit, utique ob hanc alienationem, juncta ſcientia ſecum trahente implicitum dolum, nedum ævaſerat debitor reintegrandi fideicommiſſum, verum quoque promanabat ſubinde tacita hypotheca, quæ etiam in præjudicium Tertii contrahitur in Bonis Alienantis cum præfata ſcientia, ſeu dolo, quemadmodum amputatis vete-
3 rum ſcribentium diſſidiis, veriori atque æquiori ſententia deffinivit Tribunal, *ut in deciſ. 844. num. 6. coram Merlin. deciſ. 477. num. 14. & 15. deciſ. 740. nn. 7., & 9. deciſ. 912. n. 6., & deciſ. 935. num. 5. coram Cardinali Cerro, & deciſ. 39. num. 29. coram Zarate, & in Romana Primogenituræ de Albericis 3. Iulii 1702. §. Cum etenim in fine coram Me.*

Circa vero alterum poſſeſſionis extremum, illud quidem erat deſiderabile in Jo. Petro, quem numquam poſſediſſe, ſaltem legitime demonſtrabatur, & pro nunc minime etiam hodie juſtificabatur extitiſſe in actuali poſſeſſione Tenutę Ardeæ, contra quam agebatur, ſed exuberabat, quod eadem poſſeſſio præfulgeret innegabilis in Proſpero Iuniore, illiuſque Fratribus, a quibus Cauſam habebat Dominus Minutillus in hoc Judicio Reus: Cum etenim idem Proſper Junior ſolemniter expromiſerit cum hypoteca, debita perſolvere prædicti Joannis Petri alienantis, certum erat, quod hujuſmodi promiſſio, ac Cameralis obligatio claudens in ventre Clauſulam, *& omnium quorum intereſt &c.* faveret etiam DD. Actoribus Creditoribus indubitatis præfati Joannis Petri, quamobrem conjungendo alteram Clauſulam, ſub obligatione Camerali pariter contentam, quoad bona etiam hæredum, palam efficiebatur fuiſſe comprobatam poſſeſſionem præmiſſæ Tenutæ in Proſpero Jun. ſecundum ea, quæ in
4 propoſito primæ concluſionis habentur per *Rota deciſ. 279. num. 10. poſt Zacch. de oblig. Cameral. deciſ. 189. num. 20. part. 13. Recentiorum, & in Peruſina ſeparationis bonorum 4. Iulii 1698. §. final. in fin. coram R. P. D. meo Pio,*
5 & in ſpecie ſecundæ eadem *Rota deciſ. 90. n. 4. & 15. part. 13., & deciſ. 387. num. 1., & ſeqq. part. 17. Recentior., cum aliis in Romana ſeu Civitatis Caſtelli Dotis 17. Martii 1681. §. Iuſtitia cor. bo. me. Albergato.*

Hiſque omnibus (uti poſtremo ſubnectebant DD. Fratres) pro aſſequenda in hodierno examine reſtitutione in integrum adjungebatur, quod cum in præcedentibus Sententiis, a quibus ſubſtantialiter profluebat res Judicata limites excedendo præcipue diſputationis habitæ in vim *leg. final.* pronunciatum emicaret per verba nimis effrenata, quod Reus foret abſolvendus, *ab omnibus quibuſcumque jactationibus &c. vigore dicti Teſtamenti Proſperi Senioris illatis &c.*, vel hæc amplitudo inſanabilem gignebat
6 nullitatem per tranſcenſum ſupra limites deciſionum ex millies reſolutis per *Rotam*, & ſignanter in *Romana Cambii 31. Ianuarii 1698. §. Ita nec etiam coram* Me, *& in Romana Teſtamenti 14. Martii ejuſdem anni pariter coram Me*, vel in omnem caſum, concedenda videbatur expetita reſtitutio in integrum ad farciendam hujuſmodi læſionem, cum læſio, & maxime ſubſtantialis adamuſſim prebeat forrentum
7 ſuccurendi læſo per viam reſtitutionis in integrum Teſte *Rot. deciſ. 97. num. 33. coram Cerro, & in Calagurritana fructuum 5. Decembris 1691. §. 1. coram bon. mem. Benincaſa, & in Sabinen. Cenſus 10. Januarii 1698. in princip. coram R. P. D. meo Muto.*

Aſt hiſce diſcurſibus, ſive motivis parum reluctantibus viſum fuit Dominis aliter hodie reſponderi non poſſe, quam *non conſtare de cauſis, reſtitutionis in integrum, quin potius de re judicata*, ultra enim præmiſſam Canonizationem rei Judicatæ factam a Signatura Juſtitiæ reſcribente cum clauſula *ſine præjudicio*, aderat exuberans numerus Sententiarum tam ad terminos Statuti Urbis, quam Juris communis ad eamdem rem Judicatam pluſquam legitime eſformandam: Si etenim ad hunc effectum

ſufficiſſent geminæ priores Sententiæ prolatæ
co . *Albergato* , *& Bourlemont* , ita ſanciente
Statut. Vrbis in cap. 180. quanto facilius adjun-
cta altera tertia Sententia *R. P. D. mei Lancet-*
8 *tæ* numerum trium conformium implente juxt.
*Text. in l. unic. C. ne lic. tert. provoc. & Rot.
dec. 53. nu. 1. et dec. 96. in princip. cor. Emerix
Iun. & in Avellina , ſeu nullius Præſtationum* 9.
Maii 1698. §. 1. *coram R. P. D. del' Olmo Ma-
gno Cancellario Mediolani* ,

Læſio vero , quæ unice valuiſſet ſuppedita-
re confugium reſtitutionis in integrum ad limi-
tes ſecundæ partis alternantis dubii propoſiti
penitus efficiebatur extranea in perquiſitione
præſenti , Ea quippe omnia , quæ hucuſque fue-
runt enucleata ſuper noviter excitata præten-
ſione reintegrationis fideicommiſſi , ac inten-
tione remedii utilis Salviani interdicti , non ſo-
lum pluribus , urgentibuſque ad unguem qua-
tiebantur replicationibus hic fruſtra ſubnecten-
dis ex parte D. Minutilli promotis , verum Do-
mini palam dignoverunt nullam habere cohæ-
rentiam cum ipſa re Judicata , de cujus viribus,
& Juſtitia tractabatur , ideoque rectius exiſti-
mantes hanc prætenſionem integraliter reſer-
vare ad alterum diſparatiſſimum Judicium Sal-
viani , concluſerunt nequaquam poſſe per eam-
dem petitionem protelari , vel infringi res ju-
dicata per tres conformes ſtabilita , circa in-
competentiam remedii *legis final. C. de edict.
D. Adrian. tollen.* ſuper quo unice cadebat ipſa
res Judicata , ex ea paſſim recepta concluſione,
9 quod res Judicata debet ſemper revideri ex iiſ-
dem actis , iiſdemque propoſitis actionibus , aut
confirmari , aut reſcindi ex adductibus per *Rot.
decis. 905. num. 8. coram Card. Cerr. & decis.*
193. *num. 8. par. 15. & in Ceſenaten. Dotis ſu-
per remiſſoria* 30. *Ianuarii* 1696. §. *Attenta po-
tiſſimum coram R. P. D. meo Pio* ,

Quodve modum objecti inſinuabatur poſſe
per diverſa compatibilia tamen auxilia ad eum-
10 dem finem tendentia cumulari , vel reſtaura-
ri petitio , proceſſiſſet adamuſſim , quando
DD. Fratres de Caffarellis derelinquentes ve-
terem inſtantiam , ipſique rei Judicatæ acquie-
ſcentes novam inſtauraſſent petitionem in Sal-
viano , & hic erat caſus , de quo *in Romana pe-
cuniaria* 11. *Martii* 1701 , *coram R. P. D. meo
de la Tremoille , & ſepius in aliis* .

Et ſane quomodo valebat deturbari res Judi-
cata promanans ab excluſione *l. final. C. de e-*
11 *dict. &c.* cum prætenſione, ſeu petitione Salvia-
ni , dum hæc præſidia præſertim in uno eodem-
que identifico Judicio ſunt inter ſe contradicto-
ria , licet enim utrumque protendat ad nanci-
ſcendam poſſeſſionem in ſolo cortice , & appa-
rentia materiali , formaliter , tam exiſtunt diſ-
12 cretiſſima & incompatibilia , nam *lex final.*
tendit ad conſequendam poſſeſſionem perpe-
tuam bonorum fideicommiſſariorum ex vi pro-
prii Juris , & vocationis , uti fert littera ejuſdem
Text. & annotarunt *Caſtill. de uſufruct. cap.* 51.
num. 1. cum innumeris ſequen. Manſ. conſult. 204.
ſub num. 14. & 15. Rot. decis. 243. *num. 3. par.*
16. *recentior.*

Vtile autem Salvianum inutilitatem quidem
propriam promoventur ab Actore Creditore,
ſed poſſeſſio detinetur ex aliena debitoris perſo-
na , nec adeptio poſſeſſionis eſt ſuapte natura
perpetua , ſed mere temporalis , donec ſcilicet,
13 & quouſque Creditor ex fructibus de proprio
credito fuerit ſatisfactus , quemadmodum li-
quet ex traditis per *Card. de Luc. de Iudic. diſc.*
44. *num. 27. & ſub num. 73. , Gob. conſult. decis.*
95. *num. 6. cum pluribus ſeqq. , Rot. decis.* 317.
num. 5. & 6. coram Merlin. decis. 161. *num.* 13.
& 14. part. 6. & decis. 225. *num. 7. part.* 14.
recen.

Neque fomentum aliquod , ſive nullitatis rei
Judicatæ , ſive occaſionis excitandi in hujuſmo-
di Judicio Inſtantiam pro reintegratione in Sal-
viano , ullatenus emergebat a primitiva intro-
ductione , & origine Judicii , ſive a formula
uſurpata per Sententiam latam *a bon. mem. Al-
bergato* cum ſimplici , & ſucceſſiva confirma-
14 tione facta per *Bourlemont* , *& R. P. D. meum
Lancettam* , quoniam , & ſi libellus , ſeu moni-
torium vigore *leg. diffamari* tranſmiſſum Au-
thoribus DD. Fratrum ſuper jactationibus illa-
tis ; vel comminatis ex cauſa Teſtamenti Proſ-
peri Sen. poſſet in ſuo exordio aptam præbere
intentandi præſidium Actori neceſſario benevi-
ſum , cum tamen DD. de Caffarellis in progreſ-
ſu Cauſæ ſemper inſteterint pro conſequenda
Immiſſione in vim *dictæ leg. fin.* & ad hunc dum-
taxat effectum fuerit quandoque de bono Iure
deguſtatum : de plano ſequebatur , quod atten-
15 dendum non foret in Iudicio quid fuerit generi-
ce propoſitum , aut potentialiter exercibile ſed
quod deinceps actualiter , & ſpecifice fuit ex-
poſtulatum ſicuti monuerunt allegati per *Pollb.
de Subbast. inſpect. 23. num.* 331 , *Rot. in Roma-
na Cenſuum ſuper reſervatis* 7. *Decembris* 1699.
§. *Etenim cum ſeqq. coram Reverendiſſ. D. meo
Molines Decano , & in Romana Fideicommiſſi* 15.
Ianuarii 1700. §. *Secundo fortius coram me* .

Et ob id correlative ruebat allegata nullitas
Sententiarum , quia quamvis apparerent in lit-
tera quodamodo generales , nihilominus ſuper-
abunde arctabantur ad terminos etiam verbo-
rum circa moleſtias effective illatas , &
comminatas , quare cum non aliæ moleſtiæ
fuerint illatæ , & comminatæ quin etiam
ad actum deductæ per provocatos DD. de
Caffarellis , quam in vim *leg. final.* Subſequens
quæcumque generalitas verborum erat neceſ-
16 ſario intelligenda ſecundum deinceps actitata,
nemo ſiquidem ignorat quod ſententia ſemper
interpretationem recipit ab actis ut inquit *Rot.
decis. 66. num. 3. coram Mantic. dec.* 594. *num.*
2. *coram Vbaldo , & decis.* 469. *num.* 33. *&* 34.
par. 19. rec. tom. 2.

Eoque maxime cum agebatur de Sententiis
17 Sacri Auditorii , quæ nuſquam proferuntur
abſ-

abſque expanſione fundamentorum proferendæ Sententiæ, ut in exteris, & aliis Tribunalibus forte practicatur, ſed eas antecedunt, quandoque una, quandoque duæ, quandoque etiam plures deciſiones, quæ ubi conveniant, vel convenire queant cum Sententiis ſucceſſivis, nedum præſervant eaſdem Sententias ab omni prætenſo exceſſu, & nullitate, ſed etiam quatenus opus ſit, declarant meliuſve explicant hujuſmodi Sententias ex his quę perpetuo reſpondit *Rot.* & præcipue *in dec.* 327. *num.* 1. *cor. Burat. dec.* 211. *n.* 1. *cor. Caril. & dec* 622. *n.* 10. *par.* 19. *rec. tom.* 2. *& alios quotidie.*

Et ita omnibus Dominis, & Memet, quantumvis mero Relatore ex ſpeciali tamen commiſſione Papæ ſuffragantibus, prævia reſervatione, de qua ſupra determinatum fuit.

Vtraque &c.

EADEM SVPER CAVTHELA ANGELI.

Lunæ 25. *Junii* 1703.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Cauthela Angeli titulo, & poſſeſſione indiget.*

CVM juxta ſuperius animadverſa in negocio principali neque de veteri Domini Fratres de Caffarellis alloquerentur motivo prætendendæ Immiſſionis ex Ædicto, ſeu contra Ædictum Imperatoris Adriani, & circa novum expetiti Salviani alloqui non poſſent in hoc Judicio, conſequens erat, quod eorum evaginata prætenſio repellendi creditores in vim Cauthelę Angeli ſuper bonis Tenutæ Ardeæ incontinenti frangeretur, & rueret, deficiebat nam
1 quę titulus non minus, quam poſſeſſio, quibus præfata indiget Cauthela, ut obſervatur, ex plene monſtratis *in Romana fideicommiſſi, ſeu Cauthelæ Angeli* 29. *Aprilis* 1701. §. *Antequàm cum ſeqq. cor. me.*

Vnde *procedendum eſſe ad ulteriorem legitimam executionem mandatorum* Domini unanimiter reſponderunt, Creditoribus duntaxat ſuper hoc articulo auditis.

ROMANA FIDEICOMMISSI JOANNIS PETRI SEN. DE CAFFARELLIS.

Mercur. 27. *Junii* 1703.

ARGVMENTVM.

Liquet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Judex ſupplere debet in Jure.*
2 *Immiſſio in vim* L. fin. Cod. de Ædict. Div. Adr. tollen. *concedi nequit, niſi probetur, quod bona ad quæ petitur immiſſio de tempore obitus fideicommittentis exiſterent in bonis, ſeu valida poſſeſſione ejuſdem fideicommittentis.*
3 *Bona libera, & allodialia perfecte obligari poſſunt omnibus, & quibuſcumque Creditoribus.*

DECISIO CCXCIV.

COnfugientes tandem DD. de Caffarellis pro tuendis Ardeæ Tenutis ad Aſylum, (rejecto jam fideicommiſſo Proſperi Sen.) alterius, quoque diſpoſitionis Joannis Petri, pariter Sen., ut exinde non ſolum conſequerentur adverſum D. Muntillum immiſſionem reſpectu portionis earumdem Tenutarum Ardeæ, cæteroquin legitime in ipſum obventæ, ſed etiam obtegerent vigore Cauthelæ Angeli, de qua *in hodierna altera Deciſione*, poſſeſſionem memoratarum Tenutarum iterato ſuccubuerant in deciſionibus priorum revocatoriis *ſub die videlicet* 23 *Februarii* 1685. *&* 1. *Aprilis* 1686. *coram bon. mem. Albergato, necnon ſub die* 30. *Aprilis* 1688. *coram Emerix Jun., ut inter ſuas deciſiones* 832. *ac denique ſub die* 5. *Junii* 1699. *&* 13. *ejuſdem menſis* 1701. *coram. R. P. D. Lancetta.* Unde cum contra hujuſmodi deciſionum, & reſpectivę Sententiarum munimenta, nihil hodie deductum fuerit ab iiſdem DD. de Caffarellis, conſti DD. fuerunt dubio per me propoſito *an ſententia Rotalis foret confirmanda, vel infirmanda* reſpondere pro confirmatione.

Adeo quippe uberes infirmuſque ſolidæ oculis Dominorum illuſtere prælaudatæ deciſiones, ut quamvis officium Judicis, *& rubr., utque deſ. Advoc, &c,* ſupplere inhiarent, ſicuti practicari
1 paſſim conſuevere ex deductis in *Romana Pecuniaria* 28. *Junii* 1702. §. *De reliquo coram me,* ubi cetera allegantur.

Nihilominus neque in ordine Judicii neque circa medullam Juſtitiæ quicquam adinvenere, quod poſſet obicem inicere præfatæ affirmativæ reſolutioni ſuper confirmatione præambulæ ſententię, nam reſpectu ordinis, ſi DD. de Caffa- 1
rellis intendebant aſſequi Immiſſionem ſuper Tenutis, quæ erant in queſtione, conſtituebatur oſtendere, quod hæ Tenutæ tempore obitus Joannis Petri Sen. fideicommittentis exiſte-

ſtercii in bonis, ſeu valida poſſeſsione ipſius
2 fideicommittentis, ideoque dum oppoſitum enitebat ab æditis deciſionibus in hac Cauſa nequibat profecto ulla immiſsio concedi reluctante littera *Text. ejuſdem leg. final. Cod. de Edict. D. Adrian. tollen.* prout advertunt ibidem *Bartol. num. 21. verſic. ſecundo Caſu Paul. de Caſtro n. 6. verſic. Quarte requiritur Angel. de peruſ. nu. 5. Foſ. num. 4. verſ. quinto, & dixit Rota deciſ. 60. num. 1. et 2. coram Argueli. deciſ. 32. num. 3. coram Zarat. et deciſ. 205. num. 2. et 3. part. 8. rec.*

Reſpectu autem juſtitiæ, eo ipſo quod Ardeæ Tenuta legitime ſaltem non poſſeſſa, ut præmiſsimus a Joanne Petro Sen. de tempore ſuæ mortis, fuit a DD. Columnenſibus per illius filios acquiſita, ſive recuperata, non jam pro fideicommiſſo paterno, *ſed pro heredibus, et ſucceſſoribus quibuſcumque* additis illis verbis. *Ita quod ipſi DD. Caffarelli, eorumque Heredes, et Succeſſores dd. Juribus, et actionibus ceſſis in Iudicio, et extra ad majorem Cauthelam, ut ſupra uti, agere, excipere, experiri, ac ſeſe juvare, et defendere poſſint et de eis, ut veri, directi, et legitimi Domini, et poſſeſſores diſponere, valeant,* ad ſummum potuiſſet ſuſcitari dubitatio, an iidem Filii Jo: Petri Sen. juridice fuiſſent urgendi ad adſcribendam recuperationem Tenutæ poſſeſſam, ſive retentam a DD. Columnenſibus fideicommiſſo paterno, ſed non per hoc hujuſmodi recuperatio facta, mediante etiam poſitivo appretio ſcutorum 16. millia omnino libere, & tranſitorie ad hæredes poterat, & poteſt in præſenti judicio reputari, alias quam libera indifferens, & ut purum allodium perfecte obligabilis omnibus, & quibuſcumque creditoribus
3 quemadmodum cæteris allatis comprobavit *Vrceol. conſult. forenſ. cap. 100. num. 37. et ſeqq. cum innumeris adductis per Rotam in Romana fideicommiſſi 12. Junii 1702. §. Nec magis urget coram R. P. D. meo Kaunitz. et 4. Decembris 1702. §. Etenim Concluſio coram eodem.*

Atque ita Domini concorditer affirmarunt D. Minutillo dumtaxat ſuper hoc dubio Jura ſua promovente.

EADEM SUPER CAUTHELA ANGELI.

Mercur. 27. Iunii 1703.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *S. Rota evitare ſolet inutiles repetitiones.*

TAM cohærens connexave erat altera propoſitio, & determinatio dubii reſpicientis intereſſe Creditorum, utrum ſcilicet, *procedendum eſſet ad ulteriorem legitimam executionem* mandatorum, quæ hucuſque reportaverant ratione legitimæ poſſeſsionis bonorum in fideicommittente non probatæ, & omnimode requiſitæ ad juſtificationem Cauthelæ Angeli: ut Domini pariter in contumaciam DD. de Caffarellis informare abſtinentium, ſive detrectantium, reſponderint eidem dubio in puram ſequelam *affirmative*, vanum exiſtimantes ampliores deſuper fimbrias dilatare, ac ſemel abunde demonſtrata in deciſionibus præcedentis inſtantiæ
1 *coram R. P. D. meo Lancetta* inutili repetitione prętexere, ut perpetuo proteſtata eſt eadem *Rota, at ſignanter in Piſauren. Hereditatis 14. Martii 1698. §. Minus verſ. Tam etiam, et §. fin. coram R. P. D. meo Mreo, in Romana fideicommiſſi de Matthietis 29. Aprilis 1701. §. fin. in Romana Immiſſionis 30. Januarii 1702. §. Et ex his, Auximana fideicommiſſi, ſeu Pecuniaria 9. Junii ejuſdem anni, et in Romana Pecuniaria 26. Martii 1703. §. Verum coram me,*

LEODIEN. EXEMPTIONIS.

Lunæ 2. Iulii 1703.

ARGUMENTUM.

Appellatio infra quantum tempus interponi poſſit, & acta tranſportari debeant Conſervatores in diſtrictu Leodienſi aliiſque locis nullam fovent forenſem, & contentioſam Iuriſdictionem, ſed ad ſummum valent compeſcere turbatores fulmine cenſurarum. Licet exemptio ad effectum viſitandi ſit a *l. Concilio Triden. in ſeſſ. 7. cap. 8. de reformat.* fuerit revocata, poteſt tamen ſummus Pontifex cui ſuperior eſt illam concedere abſque ſpeciali, & individua derogatione: Decimarum ſolutio ad quos titulos referri poſſit,

SUMMARIUM.

1 *Ad efformandam rem judicatam requiritur Juſtitia.*

2 *Appellatio ad S. Sedem interponi debet intra ſpatium octo dierum, & intra annum impetrari debet commiſſio.*

3 *Acta infra biennium tranſportari debet.*

4 *Conſervatores in ſtatu Leodienſi, aliiſque in locis nullam fovent forenſem. & contentioſam Jurisdictionem, ſed ad ſummum valent compeſcere turbatores fulmine cenſurarum.*

5 *Executores S. Rotæ nequeunt quidquam gerere citra factum executionis.*

6 *A Sancta Sede tanquam ſupremo fon e ad libitum derivant omnes rivuli inferiorum Juriſdictionum.*

7 *Pro conſtituenda re Iudicata utraque extrema a Legibus volita conjungi debent temporis ſcilicet, & Iuſtitiæ.*

8 *Exemptiones ad effectum viſitandi revocavit concili-*

cilium Tridentinum maxime in concernentibus curam animarum.

9 *In diſtrictu Leodii optime ſervatur S. Conc. Tridentinum.*

10 *Poſteriores conceſſiones, ac privilegia a Papa conceſſa non ligantur determinationibus ſac. Conc. Triden. cui Papa Superior eſt, & derogatio expreſſa minime hoc caſu deſideratur.*

11 *Eccleſia Parochialis ſublimata ad collegialitatem vel Cathedralitatem regulariter amittit, & immutat ſtatum præcedentem, potiſſimum ſi intervenerit conſenſus Archidiaconi.*

12 *Confirmationes factæ in forma ſpecifica ſeorſim, ac contradiſtinctim a confirmationibus in forma generali quid præſeferant, atque includant.*

13 *Exemptus nullus niſi habeat activam juriſdictionem per acquiſitionem Territorii evitare poteſt quod Rectoris inſtitutio non pertineat ad Diœceſanum in cujus diſtrictu manet Eccleſia exempta.*

14 *Reparatio Fabricæ poteſt provenire ex correſpectivitate Decimarum.*

15 *Decimarum ſolutio ad plures alios titulos referri poteſt, quam, ad immediatum ſuperioritatem quæ ſecum fert Ius viſitandi,*

DECISIO CCXCV.

PRætendebat Archidiaconus Hasbaniæ fretus, & innixus immemorabili quaſi poſſeſſioni, necnon concordiæ initæ ſub *anno* 1290, cum tunc temporis Epiſcopo Leodien., Apoſtolicę ulterius confirmationis munimine roboratæ, viſitare Eccleſiam Viſeten., utpote intra circumdarium ejus Archidiaconatus concluſam, ſed Capitulum ejuſdem Eccleſiæ incontinenti reclamavit apud Abbatem S. Laurentii alterum ex Judicibus Conſervatoribus a Summis Pontificibus conſtitutum ſuper plenaria exemptione memoratæ Eccleſiæ Collegiatæ, & reſpective Capitulo attributa, cumque idem Conſervator inhibitionem a ſe conceſſam robuſtius confirmaverit *ſub die* 13. *Novembris* 1699. appellaverit vero Archidiaconus ad noſtrum Auditorium Ego proinde, ob tranſitum quem ſupponebat Capitulum feciſſe in rem Judicatam definitivam interlocutionem prædicti Abbatis Sancti Laurentii, non potui non ſciſcitari Dominos, *An conſtaret de re judicata, ſive potius de cauſis reſtitutionis in integrum.*

Reſponderunt itaque Domini abſolute juxta præmiſſa, reſultare rem judicatam contra Ar-
1 chidiaconum; nam reſpectu juſtitię quę requiritur ad efformandam quamcumque rem judicatam, parum dubitavere ex infra differendis, reſpectu autem ordinis illico dignovere, quod cum Archidiaconus intra terminum octo dierum ſuam appellationem interpoſuiſſet ad Sanctam Sedem, ſive ad Sacrum Tribunal, impetrando deinceps opportunam Commiſſionem
2 infra annum, ſatisfaciendo in hac parte menti legis, ac praxis, ad *Textum in cap. cum ſit Romana de appellat. ibique Gonzalez num.* 10., *Barboſ. num.* 1, *et* 2., *Fachin. contr. Iur lib.* 1. *cap.* 79., *Scacc. de appellat, quæſt.* 14. *ſub. num.* 1. *verſ. in primo, et ſecundo caſu Card. de Luc. de Iudic. diſc.* 37. *num.* 23., *Rot. coram Pamphyl. dec.*624. *num.* 4. *et* 5., *et in recent. dec.* 82. *n.* 1. *par.* 10.

Adhuc defecerat in ſecundo paſſu, quia non niſi poſt lapſum triginta duorum menſium acta tranſportaverat, quapropter alia non obſiſtente juridica excuſatione ſat eſt, ex inſinuata mente legis, & praxis, quod infra biennium provo-
3 cans deſtiterit acta traſportare, ſicuti monet *Textus in auth. ei qui C. de temp. appell, et in cap. cum. ſit Romana de appellat. ibique Barboſ. num.* 1., *Gonzal. pariter num* 1., *Rot. in Eugubina Iuris paſcendi* 10. *Iunii* 1697. §. *Cum enim neglecta coram R. P. D. meo Caprara, in Auximana Iuriſpatronatus* 27. *Iunii* 1701. §. *Rationem, et in Melevitana Beneficii* 19. *Iuni* 1702. *a* §. *Quin in ratione uſque ad* §. *Quod autem cor. Me.*

Quin refragaretur, quod abuſive forent termini decreti definitivi, appellationis, & rei judicatæ, itaut aptius reclamationes Archidiaconi ad Sanctam Sedem, & Rotam eſſent accipiendæ pro mera introductione Iudicii, tamquam in prima inſtantia, a procedimentis commiſſis in partibus per merum Conſervatorem Privilegiorum, ex quo regulariter hujuſmodi Conſervatores nullam fovent forenſem, & contentioſam juriſdictionem, ſed ad ſummum valent compeſcere turbatores fulmine cenſurarum, prout neque Executores Sacri Auditorii, quidquam gerere citra factum executionis valent ullo modo, ex iis quæ in ordine ad Conſer-
4 vatores litteraliter præſcripſit *Bonifacius* VIII. *in cap.* 1. *& in cap. final. de offic. & poteſt. Iudic. delegat. in* 6. *Cokier. de Iuriſdict. in exempt. par.* 2. *tit. de Conſervator. Eccleſ. quæſt.* 1. *num.* 4. *verſ. illi de notoriis, et quæſt.* 22. *num.* 1. *et* 2., *Barboſ. de offic, et poteſt. Epiſc. par.* 3. *allegat.* 106.
5 *num.* 30. *et ſeqq.*, & quoad Executores Rotales, liquet ex traditis per *Card. de Luc. de Iuriſdict. diſc.* 115. *num.* 9., *et Iudic. diſcurſ.* 40. *n.* 102. *Rot. decis.* 515. *num.* 33. *et ſeqq. par.* 5. *recen.* & plenius *in Romana Attentatorum hujus mei diei, et anni* §. *Verum et per tot. coram Me.*

Siquidem objectio hæc recte locum ſibi uſurpaſſet, quotieſcumque diſceptatio ſtetiſſet cum meris Judicibus Conſervatoribus, verum deputationes hujuſmodi Conſervatorum factæ per Summos Pontifices *Iulium II.*, & præciſius per ſan. me. *Innocentium X.* palpabiliter excedebant limites nude conſervatorię, iiſdemque Judicibus Conſervatoribus impartiebantur (etſi in ordine ad ipſam viſitationem) facultatem, ut requiſiti ſuper quibuslibet moleſtiis, gravaminibus &c, uterentur ſuper abundanti juriſdictione *in illis videlicet* (ſunt verba ejuſdem Indulti Innocentii X. *Summar. Capituli n.* 5.) *quæ judicialem requirunt indaginem ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu, et figura Iudicii; In aliis vero, prout qualitas eorum exegerit*

rit juſtitiæ complementum moleſtatoresq; quoſcumque etc. authoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo: Vnde dum S. Sedes eoſdem Judices Conſervatores, & inſimul Viſitatores creando, concedere illis dignata eſt juriſdictionem quoque contentioſam, non erat amplius immorandum ſuper generalibus, neque poterat in controverſiam redigi illa judicialis authorizatio, quæ promanabat a Sede Apoſtolica, a qua
6 tamquam ſupremo fonte ad libitum derivant omnes rivuli inferiorum juriſdictionum *Pacian. de præced. inter Eccleſ. & tempor. lib. 1. cap. 2, Molin. de Juſt. & Jur. tract. 3. diſp. 4.. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 1. tit. 1. cap. 1. n. 20. & ſeqq. Pignatell. Conſult. Canonic. 60. num. 2. tom. 5., et conſult. 97. num. 12. cum duob. ſeqq. tom. 10.*

Minuſque mærebatur inſiſti ad effugiendum tranſitum in prædictam rem judicatam ſuper eo, quod Archidiaconus in effectu poſt præfixionem termini Proceſſum, & acta traſportaverit; ſiquidem aliqua cecidiſſet ambiguitas, quoties eadem troſportatio Proceſſus facta fuiſſet in termino, ſeu præfixione conſueta *ad docendum de appellatione, ejuſque legitima proſecutione*, & nihilominus cum minime tractaretur ad finem exequendi rem judicatam, ſed ſimpliciter ad alterum paſſivum canonizandi eamdem rem judicatam favore Poſſeſſoris, ſeu quaſi, ſatis proinde erat, quod Judici ad quem, eluceſceret de neglecta actorum tranſportatione intra terminum præfixum, firmata ratione hujuſmodi ſocordia, & opportuno temporis defluxu aliaſve apparente de juſtitia judicati conjunguntur utraque extrema temporis, & juſtitiæ a le-
7 gibus volita pro conſtituenda re judicata ſecundum uberrime perpenſi per Scribentes *in cap. cum ſit Romana de appellat. V. ſil. ad Aret. dec. 79. ſub num. 2.* cum aliis copioſe in durioribus etiam congeſtis in præfata *Auximana Juriſpatronatus 27. Junii 1701. §. Quo vero cum ſeq. cor. Me.*

Atque hinc examinantes Domini inſtitiam, ſuper hac, ut diximus, parum dubitavere quoniam etſi Sacroſancta Tridentina Synodus quaſcumque exemptiones ad hunc effectum revocaſſe videatur, maxime in concernentibus Cu-
8 ram Animarum uti ſancitur *in ſeſſ. 7. de reformat. cap. 8.*, &alibi. fuitque ad ſatietatem recognitum: atque diſpoſitum, nuper in illa *Firmana Juriſdictionis* 10. Maii 1700. *§. Concors tamen, & in eadem ſuper modo viſitandi* 13. *Martii* 1702 *§. Ex quibus coram Reverendiſſimo P. Domino meo Molines Decano.*

Attamen labebatur oppoſitio, non jam ex eo fundamento, quod præfata Œcumenica de determinatio Conciliaris non foret, ut aliquibus videbatur, uſu recepta in nonnullis partibus, & ſignanter in diſtrictu Leodii, dum ipſemet *Chokier practicus Juris conſultus Leodien. in*
9 *ſuo peculiari tractatu de Juriſdict. Ordinar. in exemptos*, non diffitetur contrariam praxim, ac veritatem *par. 1. quæſt. 50. per totam, et præſertim num. 7.*. ſed quia, vanum reddebatur diſcurrere de ſenſu Concilii, quando *ſan. mem. Innocentius X. ſub anno 1653.*, & ſic longe poſt idem Concilium, exemptionem hujuſmodi hinc Eccleſiæ Collegiatæ Viſeten. fuerat impartitus, nemo enim non ſcit, quod poſteriores
10 conceſſiones, & privilegia a Pontifice Epiſcopo Eccleſiæ univerſalis conceſſa, præter, aut contra definita in præfato Concilio Tridentino, non ligantur determinationibus ejuſdem Concilii, cui Papa Superior, eſt, quinimmo quidquid ſit de cæteris Concilii univerſalibus, quorum reſpectu requiri ſolet ſpecialis derogatio, utique quoad Synodum Tridentinum, talis derogatio minime deſideratur, & exuberat, ut tetigimus, Papam præter, vel contra eamdem Synodum diſponere voluiſſe, ex his, quæ diſtinguendo optime habentur apud *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 6. num. 120., Cardinal. de Luc. de benefic. diſcurſ. 46. num. 13. & de Juriſdict. diſc. 27. ſub num. 4. Rot. deciſ. 181. n. 3. & deciſ. 438. nu. 3. & 4. coram Cavalerio, & in recen. deciſ. 498. num. 27. & 28. par. 19.*

Neque vim facere poterat, quod illa Eccleſia Viſeten. perantea foret Parochialis, ac penitus dependeret a Juriſdictione Diœceſana quodque etiam hodie retineat eamdem dependentiam ratione decimarum, quæ illius intuitu ſolvuntur Capitulo Cathedralis, cujus Dignitates Archidiaconales repræſentant ex antiquis Conſtitutionibus, & conſuetudinibus in hac parte ipſum Epiſcopum, quodque de facto Rector ejuſdem Parochialis intronizetur, ſive inſtituatur a præfato Archidiacono: Nam inprimis, objectio hæc reſtringebatur ad meram Parochialitatem, firma remanente exemptione circa Collegialitatem, cum Eccleſia Parochialis ſublimata ad Collegialitatem, vel Cathedralitatem, regulariter ammittat, & immutet ſtatum precedentem, ſtante præſertim conſenſu
11 tunc temporis præſtito per Archidiaconum, ut communiter adnotarunt *Barboſ. in cap. cum inferior de major. & obedien. n. 1.. Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap. 30. num. 347. verſ. licet ſi Eccleſia Rot. deciſ. 686. num. 7. et 8. par. 4. tom. 3. recent.*

In ordine autem ad Curam Animarum, ſive nudam Parochialitatem, dicebant Domini, quod aut pretendebatur hujuſmodi jus viſitandi, ex quo Papa concedendo exemptionem ab eodem jure, neſciverit ſtatum ejuſdem Parochialitatis, & in hoc fallacia prefulgebat manifeſta, quia jam *Julius II.* meminerat in concedenda hujuſmodi exemptione de hiſce Parochialitatibus, & Curis Animarum, unde cum prenominatus *Innocentius X.* poſt Concilium confirmaverit hanc exemptionem prævio voto particularis Congregationis, idem erat, ac ſi ſpecialiſſime controverſam exemptionem confirmaſſet, etiam quoad prælaudatam Parochialitatem, & curam Animarum, cum confir-

firmatio cenſeatur eſſe in forma pluſquam ſpecifica, ac individuali, quoties illa prodiit ſub examine, & voto Congregationis, vel alterius ad hunc effectum deputati, perinde acſi tenorem diplomatis confirmati de verbo ad verbum regiſtraſſet in ejus confirmatione; Ad hos namque binos modos reducuntur confirmationes factæ in forma ſpe-
12 cifica, ſeorſim, ac contradiſtinctim a confirmatione in forma generali ex notatis per *Faguan. in cap. ſi quis n. 12. de confirmat. util. vel util. Card. de Luc. de judic. diſc. 35. num. 63. verſ. accedente, & verſ. adhuc tamen, & de regular. diſc. 42. n. 14.*

Aut vero aliqua ſubjectio prætendebatur ex præcitata facultate inſtituendi Rectores per Archidiaconum, & hoc nihil implicat perfectiſſime exemptioni a jure viſitandi. nullus quippe exemptus niſi traſcendat ad ſublimitatem activæ
13 juriſdictionis per acquiſitionem Territorii, quod nuncupetur *nullius Diœceſis* poteſt evitare, quod Rectoris inſtitutio non pertineat ad Diœceſanum in cujus diſtrictu, & circumdario manet Eccleſia exempta juxta obſervata per *Lotter. de re beneſic. lib. 1. quæſt. 25. num. 11. cum tribus ſeqq. Oliv. de fur. Eccl. par. 3. cap. 15. nu. 27. Tambur. de jur. Abbat. tom. 3. diſput. 7. quæſt. 22. Card. de Luc. de juriſdict. diſc. 1. num 7. & 10. & diſc. 10. num. 7., Rot. in Marſicen. ſeu nullius juriſdictionis ſuper bono iure 7. Iunii 1700. §. Neque omnia verſ. de collat. coram R. P. D. meo Muto* cum aliis *in Nullius, ſeu Fulden. Iuriſdictionis* 28. *Iunii ejuſdem anni §. Concurrit coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Poſtremo circa aſſertam ſolutionem decimarum, necnon contributionem in reparatione fabricæ, ac denique prætenſam quaſi poſſeſſionem viſitandi, unico verbo reſpondebatur quod nullum in hodierna audientia documentum exhibebatur, & præciſe circa prętenſam
14 viſitationem, adeout non fuerit illis derogatum per prænominata Apoſtolica Indulta; Et nihilominus reparatio fabricæ, poterat provenire ex correſpectivitate Decimarum, ad regulam *Textus in leg. 1. §. Finali ff. de Aqu. pluv. arcen.* & deducta in ſpecie *in deciſ. 407. & dec. 440. coram Emerix iun.*; ſolutio vero ipſarum Decimarum ad plures titulos referri poterat, quam ad immediatam ſuperioritatem,
15 quę ſecum ulterius ferret jus viſitandi ex paſſim ponderatis per *Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloſ. 6. num. 56. & 57., Rot. deciſ. 32. nu. 14. par. 18. rec.* cum aliis *in Biſuntina, ſeu Baſileen. Parochialis. 26. Iunii* 1702. *§. Quare coram Me.*

Et ita Capitulo formiter jura ſua deducente, & Archidiacono plura inſinuante, & inſimul nimiam dilationem uſque *ad aquas*, ſive *Kalendas Novembris* expetente, Domini cenſuere.

ROMANA CENSUUM, ET CAMBIORUM SUPER RESERVATIS.

Lunæ 2. Iulii 1703.

ARGUMENTUM.

Creditor veluti legalis Procurator ſui Debitoris omnia Jura, & actiones per eundem debitorem exercibiles transfuſæ remanent in ejus Perſonam, qui ſemper poteſt eas promovere. Per aditionem hæreditatis ſui debitoris a Creditore factam confunduntur actiones omnes, quas Creditor contra ſuum debitorem habebat: Limita tamen ſi ante aditionm hæred itatis Debitor jura ſua Creditoribus ſubjugaverit. Donatio alicui facta etiam contemplatione illius agnationis, & Familiæ ſi Donatarius abſque filiis decedat non per hoc reſolvitur donatio ſed tranſit in hęredes donatarii.

SUMMARIUM.

1 *Creditor eſt legalis Procurator ſui Debitoris ideoque omnia Jura, & actiones per eundem debitorem exercibiles transfuſæ remanens in Perſonas ſuorum Creditorum, qui ſemper poſſunt eas promovere.*

2 *Creditor adiens hereditatem ſui Debitoris confundit omnes actiones.*

3 *Nequit plus prætendere, quam ejus debitor, & Author valuiſſet.*

4 *Aditio efficit, ut fiat illico incompatibilia in eodem ſubjecto Jura Crediti, & debiti.*

5 *Limita ſi ante aditionem hæreditatis* Debitor *jura ſua Creditoribus ſubjugaverit, quia tunc mediante tali aditione nequit Creditoribus præjudicare.*

6 *In donatione inter vivos ſi adſunt verba poſt mortem dicuntur adjecta cauſa demonſtrationis & ne donator vivens tale incommodum ſubiret non vero per modum cauſæ finalis.*

7 *Creditori poteſt expetere ea, quæ ſuus debitor expetere potuiſſet.*

8 *Bona tranſverſali fideicommiſſo ſuppoſita ſunt immunia ab omni hypotheca, & vexatione Creditorum ipſius gravati.*

9 *Bona fideicommiſſaria remanent libera in ultimo hærede fideicommiſſario, ſi hic ſine filiis decedat, vel gravato præmoriatur.*

10 *Tranſitus fieri non debet a familia effectiva tantummodo deſignata hæredis, & Donatariis ad latiorem familiam contentivam nullibi deſignatam, ſeu contemplatam.*

11 *Bona alicui donata quandoque etiam vivente Donatore in extraneas & alienas tranſeunt familias.*

12 *Donatio facta certæ Perſonæ etiam contemplatione agnationis, & familiæ defecto donatario ſine filiis minime reſolvitur, ſed bona evadunt libera apud hæredes donatarii.*

13 Donatio *ſemel perfecta, & irrevocabilis conditiones poſtea non capit.*

14 *Clauſulæ in Teſtamento appoſitæ nunquam tribuunt facultatem progrediendi ultra terminos diſpoſitionis explicandæ*

15 *Dictio* di eſſi *præfefert lineam reſtrictive nominati, non vero ſubextenditur ad aliam lineam contentivam non nominati.*

DECISIO CCXCVI.

SCrutantes, ut par erat Creditores DD. de
Caſſarellis ſubſtantiam Debitorum præcete-
ris adinvenere patrimonium Æquitis Balthaſ-
ſaris, ſed cum idem Balthaſſar nullo æri alieno
teneretur, & fideicommiſſum ſuper ejus bonis
ordinaſſet in Teſtamento progreſſivum ad pri-
mogenitos de familia, legitimam idcirco anſam
præbuerat eiſdem DD. de Caſſarellis inhibendi
adverſus omnes Creditores, ne eorum manda-
ta exequi tentarent contra præmiſſum Patrimo-
nium Balthaſſaris; Verum hujuſmodi cauthela
non juvit in totum illam allegantes, quoniam
A. C. præmotus a quadam præambula donatio-
ne exarata per ipſum Balthaſſarem favore Joan-
nis Petri debitoris, mandatum relaxavit ſuper
capitali correſpondente annuis ſc. 600. in præ-
fata donatione promiſſis, adeout devoluta ap-
pellationis Cauſa ad Sac. Tribunal bis remanſe-
rit in conformitatem Judicati A. C. reſolutum
coram R. P. D. meo Lancetta pro ejuſdem man-
dati executione, hodieve pariter coram Me
perſtitum fuit *in d. ciſis*.

Baſis triplicatæ hujus reſolutionis innitebatur
abſoluto principio, quod cum Joannes Petrus ex
vi prædictæ donationis annorum ſc. 600. poſſet
pro ſemetipſo ab Aſſe Balthaſſaris ſe cernere,
& ſeparare proprietatem æquivalentem huic an-
nuo redditivi ſibi donato conſimilem proinde
ſeparationem implorare valerent ejuſdem Jo-
annis Petri Creditores, ex quo alienum æs con-
trahendo omnia jura ſua, actioneſve quomodo-
libet per eum exercibiles vigore debiti, & obli-
gationis Cameralis, transfuſæ remanſerant in
perſonas ſuorum Creditorum, quia eas ſemper
& quomodocumque poterant in rem, & utilita-
1 tem propriam promovere, veluti legales Pro-
curatores eorum debitorum ad *Text. in l. nomen
C. quæres pignor. oblig. poſſ. Vrceol. deciſ. 31. n. 2.
Rot. coram Card. Cerro deciſ. 178. num. 9. & 10.
& in recen. deciſ. 76. n. 23. par. 17. in Bononien.
Dotis 6. Aprilis §. Penult. coram R. P. D. meo
Priolo, in Romana Pecuniaria 5. Decembris 1696.
§. Iterum enim coram Reverendiſſmo D. meo Mo-
lines Decano confirmata 5. Maii 1700. §. Hæredes
coram Me, & in Romana, ſeu Calagurritana Pe-
cuniaria 28. Junii 1702. §. Conſtat coram R. P. D.
meo Muto.*

Quin ſuffragari potuerit DD. de Caſſarellis
gemina reſtaurata exceptio, altera nimirum,
quod idem Joannes Petrus fuerit hæres teſta-
mentarius Balthaſſaris ideoque quemadmodum
præfatus Joannes Petrus nequiviſſet inquietare
hæreditatem Balthaſſaris pro hac donatione, ſeu
Creditori ob illam confuſionem actionum, quæ
reſultat in quolibet Creditore adeunte hæredita-
2 tem ſui Debitoris per *Text. in l. Stichum 95. §.
Additio ff. de ſolut. l. licet. 14. C. ad l. falcid.*,
ita neque illius perſonam, & jura induendo
complere potuerint Creditores, qui nequeunt
plus prætendere, quam eorum debitor, &
3 author valuiſſet ad triſtam regulam de qua *in l.
nemo plus juris ff. de re. jur. Palm. nep. alleg. 155.
num. 7. Bonden. collect. 23. n. 31., & collect. 37.
num. 136. tom. 1. Vrceol. deciſ. 31. num. 2., Rot.
deciſ. 5. num. 18. par. 6. rec.*

Et altera, quod eo magis non valuerit Joan-
nes Petrus exagitare hæreditatem donantis,
quia donatio videbatur expectare mortem do-
natoris per illa verba *cioè ſc. 600. di moneta da
cominciare ad eſigere ſubito dopo la morte di detto
Signor Cavaliere*; Ac propterea dum ſecuta
morte ipſius Equitis inventus fuit hæres Joannes
Petrus, nec unum intercederet conſiderabile
momentum, in quo Creditum incipiens Dona-
tarii non fuerit veluti in ovo necatum per ſupra-
dictam aditionem, quæ effecit, ut eſſent illico
4 incompatibilia in eodem ſubjecto jura crediti, &
debiti ſicuti proſequuntur *Mareſc. var. reſol. lib. 1.
cap. 37. num. 2. & 3., Anton. de Amat. var. re-
ſolut. par. 2. reſolut. 56. nu. 1, cum ſeqq., Rub. de
confuſ. jur. cap. 1. num. 19, & cap. 6. num. 37.
Adden. ad Symb. contract. tit. 4. cap. 10. nu. 9,
Surd. deciſ. 170. num. 1., Rot. coram Ottobon.
deciſ. 162. num. 16.*

Occurſum etenim ſtatim extitit ad primam
exceptionem tempora diſtinguendo, & Credi-
tores, nam niſi nulli adfuiſſent inter utrumque
tempus donationis, & mortis, ac aditionis me-
dii Creditores, utique ſucceſſive contrahentes
cum Joanne Petro interim effecto hærede potuiſ-
ſent ex propoſitionibus ſupra inſinuatis a qua-
libet eorum prætenſione repelli verum quia
tempore intermedio, videlicet inter donatio-
nem, & Teſtamentum Joannes Petrus Bona
juraque ſua ſubjugaverat Creditoribus, nequivit
5 ſubinde illis, mediante aditione hæreditatis ſui
debitoris, præjudicare ſicuti caſtigando memo-
ratam regulam confuſionis actionum animad-
vertere *Card. de Luc. de Cred. diſc. 40. num. 4.
& ſeqq. & ſub n. 11. verſ. quatenus igitur* aliique
plena manu relati per *Rotam in Romana Cambii
prima Julii 1695. §. Fin. coram bon. mem. Urſi-
no, & 22. Junii 1700. pariter §. Final. coram
R. P. D. meo Lancetta, & 17. Decembris 1701.
§. Non obſtat coram R. P. D. meo Caprara,*

Ejuſdemque levitatis apparuit ſubalternans
exceptio, quoniam ea juſtum fomentum habuiſ-
ſet, quoties donatio per Balthaſſarem inita ad
commodum Joannis Petri remanſiſſet ad litte-
ram ſuſpenſa in ſua eſſentialitate uſque ad obi-
tum donatoris, ſed cum ab ipſo principio die,
& momento apocæ donatoriæ exaratæ, eadem
donatio conſtabilita legeretur pura, perfecta,
& irrevocabilis per illa verba *dona ad eſſo irrevo-
cabilmente*, parum relevabat, quod exactio ſive
im-

implementum, & executio protraheretur ad
mortem donatoris, qui vivens noluerat tale
incommodum ſubire, ita paſſim diſtinguentibus
in propoſito *Roland. conſ. 8. num. 6. lib. 1., Celſ.
Vgo conſ. 53. num. 1. Adolin. reſol. 21. nu. 12.,
Card. de Luc. de donat. diſc. 8. num. 7., Galeot.
lib. 2. contr. 21., Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.
Gloſ. 3., Rot. cor. Merlin. dec. 664. num. 3. & 4.
& coram Rojas deciſ. 314. num. 3. & 6,*

Cum igitur palam laberentur hæ exceptiones
non videbatur tuto, ut fiebat, objurgari poſſe
mandatum A. C: decernentis *conſumari manda-
tum pro capitali dd. ſc. 600. ad rationem 4. pro
centenario*. Eo etenim ipſo, quod Eques Bal-
thaſſar in præcitata donatione pura in ſe, &
effectum tantumodo ſortitura poſt mortem ad
litteram præceperat, *che venuto il caſo della per-
cezzione dei ſc. 600. ſiano obligati gl' eredi ſeparare
dall' eredità tanti beni, che commodamente dedotte
le ſpeſe rendino di frutto annuo ſcudi 600.* Ecce
quod quemadmodum Joannes Petrus ſeſe non
immiſcendo in hæreditate debitoris, quiviſſet
facere hanc deductionem capitalis, pariformiter
idipſum potuerunt expetere illius Creditores, ut
ſupra intermedii, quive eumdem Ioannem
7 Petrum plenarie repræſentabant, prout ultra
allegatos annotarunt quoque *Roman. conſ. 416.
nu. 1., Bald. conſ. 25. lib. 1., Surd. conſ. 4. n. 23.,
& deciſ. 306. num. 15., Rot. deciſ. 658. num. 1.,
& deciſ. 129. num. 11. coram Dunoz. jun. rec.
dec. 681. num. 9. par. 1. rec. in Cesenaten. Dotis
15. Martii 1694. §. Primo pariter, & in Bononien.
Immiſſionis 26. Martii ejuſdem anni §. Neque cor.
R. P. D. meo Muto*.

Agnoſcere videbantur DD. de Caſſarellis hanc
veritatem, ideoque in hodierna propoſitione
ſatagebant oſtendere, quod donatio ipſa Bal-
thaſſaris nullo, ut præmiſimus debito gravati,
ſufficienter importaret fideicommiſſariam, ſeu
Primogenialem diſpoſitionem, & conſequenter
quod ceſſante quæſtione commoditatis durante
vita gravati debitoris, bona hæc tranſverſali
8 fideicommiſſo ſuppoſita, forent immunia ab
omni hypotheca, & vexatione Creditorum
ipſius gravati, ad ea, quæ paſſim habentur pe-
nes *Moro. conſ. 20. num. 8., Roſ. conſil. 32. n. 1.
& ſeqq. Torr. de Primog. Ital. par. 2. quæſt. 44.
num. 52., & ſeq., Peſar. de ſubſtit. quæſt. 524. n. 1.
& ſeqq., Surd. dec. 15. num. 18. Rot. cor. Dunoz.
jun. deciſ. 650. num. 16. dec. 836. num. 3. coram
Emerix. jun. dec. 998. num 2.*

Aſt tale ſubſumptum nullibi cohærebat in fa-
cto quoniam donatio nullatenus extendebatur
ultra Joannem Petrum Donatarium, illuſque
filios, ac deſcendentes *coll' ordine, e ſerie della
primogenitura*, ſicque dum præfatus Joannes Pe-
trus omni prole deſtitus obierit, nullus aderat
vigore donationis Succeſſor, ſed omnia jura
quantumvis cum ulteriori gravamine in eum
tranſlata remanebant libera penes ipſum ejuſque
hæreditatem, ſicuti contingit quotieſcumque
ſubſtituti, vel deficiunt, vel prædecedunt gra-
9 vato ex *Rot. deciſ. 192. nu. 15. poſt Mod. n. ad
Stat. Vrb. tom. 3. & in rec. dec. 378. num. 26.
par. 9., & in Romana fideicommiſſi de Moronis
10. Maii 1697. §. Siquidem coram R. P. D.
meo Pio*.

Nihilque idcirco obſiſtebat, quod in Teſta-
mento ſucceſſive condito Balthaſar ampliaſſe vi-
deretur ordinem ſuccedendi ad alios de ſua fa-
milia, cujus conſervationis intuitu præcedenter
inierat donationem. Siquidem quatenus atti-
nebat ad ſtudium propagationis familiæ ſuæ ha-
bitum in ratione illud, ut animadvertimus re-
ſtringebatur intra cancellos deſcendentiæ ip-
ſius Donatarii, & ob id non erat idoneum ad cō-
præhendendos reliquos tranſverſales reſiſtente
juridica prohibitione tranſitus a familia effecti-
va tantummodo deſignata hæredis, & Dona-
10 tarii ad latiorem familiam contentivam nul-
libi contemplatam, & expreſſam teſte *Bartol.
in l. peto §. Fratres num. 1. ff. de legat. 2., Peſar.
de ſubſtit. quæſt. 348. num. 4. & quæſt. 351. num.
14. de Marin. quotid. reſol. lib. 1. cap. 132. num.
4.. Rot. coram Royas deciſ. 149. num, 8. & coram
Ottobon. dec. 217. num. 4. & 5.*

Quin exiſtat in jure novum, & in praxi, quod
Donatores in voto concipiant probabilem ſpem
fruitionis propriorum bonorum progreſſivæ ad
Deſcendentes Donatarii in ſempiternum præ-
cipue largientes propriam ſubſtantiam occaſio-
ne nuptiarum contrahendarum a Donatario,
deindeque juxta fatalem rerum humanarum
orbitatem, maneant in ſua ſpe fraudati, ſecun-
dum ea quæ noſtris temporibus vidimus in cele-
bri, & pinguiori donatione Caroli de Gavottis,
qui vidit propria bona adhuc vivens transferre
11 ad manus alienas, & extraneas ad uberrime
deciſa *in Romana donationis coram Emerix jun.
inter ſuas deciſ. 970. dec. 119. dec. 1047. confir-
mat. 27. Aprilis 1693. coram bo. me Bonincaja*,
quodque de cætero donatio facta favore certæ
perſonæ, etiam contemplatione agnationis, &
familiæ, defectonihilominus Donatario ſine filiis
minime reſolvatur, ſed bona evadant libera
apud hæredes Donatarii, non ſolum firmatum
fuit in prædictis deciſionibus, verum etiam la-
12 tiſſime comprobatum extitit in celebri *Romana
Primogeniture de Aldobrandinis coram Emerix
Jun. deciſ. 1325. num. 30. & ſeqq. confirmata 10.
Junii 1697. §. Eademque coram bon. me. Vrſino*.

Quo vero ad ampliatum ordinem ſuccedēn-
di factum in Teſtamento parum deſuper vide-
batur immorandum ex quo cum donatio facta
ab initio refrenaretur intra ſphæram Deſcen-
13 dentium Donatarii, non poterat juridice Bal-
thaſar expoſt in præjudicium ejuſdem Donata-
rii, & Creditorum quidquam donationi jam
perfectæ ſuperaddere, vel minuere per *Text.
rotundum in l, perfecta Cod. de donat. quæ ſub
mod Ventur. conſ. 14. num. 22. & 23., Merlin.
Pignattell. contr. jur. cap. 34. num. 2. & 4. cent.
2., Palm. Nep. alleg. 234. num. 9., Rot. coram
Emerix jun. deciſ. 1256. num. 2. in recen. dec.*

355. *n.* 9. *par.* 19., *& in Romana fideicommiſſi* 10 *Junii* 1686. §. *Quoniam coram bon. mem. Urſino*.

Abſque eo quod huic ſuperadjectioni ſuppeditaret auxilium illa præſervatio adjacens ipſi donationi *come meglio ſi eſplicherà nell' Inſtromento di ciò da farſi ſolennemente*, Quoniam ſubextendere, & extorquere vocationem reſtrictam ad primogenitos deſcendentes a Donatario ad alios tranſverſales de familia non erat explicare, ſed corrumpere, ac deſtruere Textum donationis, quod Donatori non licet poſt donationem, ut diximus perfectam, ut inquit *Gratian. diſcept. foren.* 924. *num.* 32., *Duran. dec.* 84. *num.* 15. *& ſeqq. Romana donationis* 30. *Januarii* 1690. §. *Quo vero coram bon. mem. Benincaſa Albanen. donationis* 15. *Januarii* 1700. §. *Talis coram R. P. D. meo Scotto*.

Indeque ſuperfluum reddebatur inquirere an Teſtamentum ſucceſſive confectum æquipolleret Inſtrumento ſolemni celebrando, quia ſi non licebat ex præmiſſis Textum donationis intervertere per publicum Inſtrumentum inter vivos, neque a fortiori permittebatur per Teſtamentum, niſi plus vellemus attribuere ſimilitudinario, quam proprio, quia ſemper veri-
14 tas eſt, quod hujuſcemodi clauſulæ nuſquam tribuunt facultatem progrediendi ultra terminos diſpoſitionis explicandæ ſicuti in valde durioribus ex doctrina *Bartol. in l. illa inſtitutio* 32, *num.* 1. *&* 2. *ff. de hæred. inſtit. Socein. jun. conſ.* 124. *num.* 40. *lib.* 1. firmavit *Rota in Lauretana fideicommiſſi* 6. *Martii* 1702. §. *Abſque cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Palpabilius autem quia præfata verba, *come meglio ſi eſplicherà*, connectebantur immediate illis aliis ſuperioribus verbis *laſciando ſempre nelli deſcendenti di eſſo Signor Marcheſe l'ordine e ſerie della primogenitura, come meglio ſi eſplicherà nell' Inſtromento &c.* Unde futura explicatio reſervata, valebat quidem ſuam ſortiri efficaciam erga accidentalia rectius explicanda *nelli deſcendenti del Sig. Marcheſe*, ſed nullo pacto valebat tranſilire a Deſcendentibus *di eſſo Sig. Marcheſe*, quia dictio *di eſſo* præſeferebat omnimodam
15 linealitatem, & effectivitatem deſcendentiæ non extorquibilem ad ampliorem contentivam ad uno ore affirmata per *Card. de Luc. de fideicomm. diſc.* 50. *num.* 5. *& de Iurepatr. diſc.* 24. *num.* 2., *Palm. nep. alleg.* 101. *num.* 5. *in fin. Rot. coram Merlin. dec.* 450. *num.* 7. *&* 8. *deciſ.* 37. *num.* 6. *& ſeqq. & deciſ.* 307. *nu.* 1. *&* 2. *par.* 4. *tom.* 2. *recen.* cum aliis *in Romana fideicommiſſi de Dotit* 22. *Martii* 1700. §. *Aut Teſtator coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano*.

Et ita omnibus DD. ſuffragium pariter diſſentibus concluſum fuit.

Utraque &c.

ROMANA CENSUUM, ET CAMBIORUM.

Lun. 2. *Iulii* 1703.

ARGUMENTO.

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Tribunalia reſcribere obſtringuntur procedendum eſſe ad* ulteriorem legitimam executionem, *quoties mandata præcedentia nullo aſperguntur vitio nullitatis, & iniuſtitiæ*.

DECISIO CCXCVII.

Creditores anxiæ intentantes experiri ſatisfactionem mandatorum, quæ ex cauſa Cenſuum, & Cambiorum fuerant adepti manſerant in ipſo veſtibulo petitionis ſuſpenſi per objicem, ſive impedimentum illis allatum ab oppoſitione trium fideicommiſſorum. Quæ in hac pervetuſta, ac Domo nobiliſſima de Caſſarellis provide fuerant inſtituta ac ſalubriter ordinata. Sed cum *vanæ ſint hominum cogitationes, & Dominus, faciat etiam Principes errare in invio, & non in via* omnia hæc fulcimenta ex tot iteratis deciſionibus ſingulariter, ac facile fuerunt attrita, hinc in generaliori Diſcuſſione eorumdem met fulgimentorum, ſeu cauthelarum reſponſum illative fuit *procedendum pariter eſſe ad ulteriorem legittimam executionem*, prout Tribunalia reſcribere obſtringuntur, quoties mandata præcedentia nullo
1 aſperguntur vitio nullitatis, & injuſtitiæ, ut dictum fuit in *Romana aſſociationis* 30. *Aprilis* 1683. §. *Primo cor. clar. me. Card. Caccia*, *& in Romana Cenſus* 13. *Iunii* 1695. §. *Conſtat cum ſeqq. cor. R. P. D. meo Priolo, Et alibi frequenter*.

ROMANA IMMISSIONIS.

Lunæ 2. *Iunii* 1703.

ARGUMENTUM.

Licet *Bald. in conſ.* 94. *n.* 2. *lib.* 2., aliique cum ſequentes teneant quod ne plus conſequatur hæres gravatus, quam fideicommiſſarius permittenda non ſit utraque detractio legitimæ, & Trebellianicæ, attamen magis recepta, ac communis in Foro eſt opinio quod ambæ veniunt faciendæ deductiones. Parentibus concurrente legitima, ac rationabili cauſa licitum eſt filios exhæredare, inter quas adnumeratur illa ſi filius contra Parentes arma ſumpſerit, vel injurioſe eoſdem tractaverit, & a quo cauſæ veritas probari debeat, an ab Hærede, vel filio, Pro melioramentis quando detur retentio,

tio, & quid ad illam obtinendam neceſſarium ſit diſtinguere,

SVMMARIVM.

1 *Fruſtra quis petit quod intus habet.*
2 *Legitima ſi filii ſint quatuor dubio procul conſcendit ad medietatem, ſive ſemiſſem totius hæreditatis,*
3 *Trebellianica eſt quarta pars reſidui non vero totius hæreditatis,*
4 *Legitima per ſpeciem antipartis, ac æris alieni ante omnia eſt detrahenda.*
5 *Pro Trebellianica datur retentio.*
6 *Utraque detractio Falcidiæ, & Trebellianicæ permittenda non eſt ſecundum opinionem Baldi ejuſque ſectatorum.*
7 *R ceptor tamen in praxi concluſi eſt, quod utræ faciendę veniunt detractiones.*
8 *Parentibus licitum eſt juſta, ac rationabili cauſa concurrente filios exhæredare,*
9 *Et cauſa exhæredacionis probari debet per hæredem, non vero a filio.*
10 *Et ex quibus argui poſſit verificatio cauſæ exhæredationis.*
11 *Exceptio competens hæredi gravato ſuffragatur habenti cauſam ab eo.*
12 *Confeſſio Authoris impugnari nequit ab illius hæredibus,*
13 *Legata ſunt ſemper ab hærede ſolvenda etiamſi nihil in hæreditate ſuperſit, remanente dumtaxat hæredi congruo præſidio ſolius Falcidiæ.*
14 *Immiſſio ad hoc ut retardari nequeat ſat eſt reddere exceptiones illiquidas.*
15 *Ad obtinendam retentionem pro melioramentis neceſſe eſt diſtinguere utrum illa fuerint neceſſaria, utilia & voluptuoſa.*
16 *Melioramenta facere inhibitus nullo modo ei reficienda ſunt ſi fecerit, ſed ſibi imputare debet ſi voluit in alieno ſolo pecunias diſperdere.*

DECISIO CCXCVIII.

IMmiſſionem, quam R. P. D. Vicesgerens Catharinæ, cæteriſque Sororibus, ſignanter conceſſerat ſuper medietate cujuſdam Domus ab Joſepho provenientis, & Rota quoque in gradu appellationis cenſuerat in genere fore tribuendam coram *R. P. D. del Olmo ſub die 12. Februarii ſæculi expirati*, retardare ſaltem tentantes Magdalena conjux, & Victoria filia Laurentii ultimo defuncti poſſeſſoris plura inſimul oppoſuerant capita detractionum, quę cum fuerint in prælaudata deciſione reſervata, Mihi contigit hodie, uti ſuſtecto in loco ejuſdem R. P. D. *del Olmo* interim evecti ad munus Magni Cancellariatus Mediolani, de ipſarum detractionum viribus Dominos interrogare, ſed præfatis fœminis in Judicio Reis informare renuentibus, & pœnitus incongrue expoſtulationibus dilationem, illæ compertæ ſunt in propoſito, de quo agebatur, adeo inanes, ut perſeverantes in jam ſtabilita Immiſſione nequaquam reputaverit, ſub hoc protextu abſcedi poſſe a deciſis,

Retento ſiquidem themate, quod jam præfata conjux, & filia Laurentii medietatem ſupradictæ domus, ac nonnullorum mobilium Joſephi Teſtatoris retinere valerent vigore primi Judicati, utique etiam quando nonnullę ex detractionibus prætenſis aliquo modo ſubſtitiſſent, vulgare intrabat adagium; *fruſtra petis quod intus habes*, de quo *Corn. conſ. 64. num. 10. verſ. ſi autem lib. 1., Rot. deciſ. 240. num. 11. coram Celſo, deciſ. 464. num. 1. coram Emerix Iun., in recen. deciſ. 380. n. 3. par. 16. & deciſ. 329. num. 9. par. 17. cum aliis in Faventina Salviani* 28. *Ianuarii* 1701. §. *Manente coram Me*,

Exordiendo etenim a primo capite Legitimæ, ac Trebellianicæ innegabile quidem erat in abſtracto, quod cum Trebellianica nullibi in teſtamento Joſephi prohibita appareret, & octo numerarentur filii, tres nempe maſculi & quinque fœminæ poſt ſe ab eodem Joſepho relicti, ſola Legitima jam abſorbuiſſet eamdem medietatem, cum excedentibus filiis numerum quatuor, Legitima dubio procul con-
2 ſcendat ad medietatem ſive ſemiſſem totius hæreditatis, ex late firmatis poſt *Text. in Authent. de triente, & ſemiſſe* §. 1., *& in Authent. noviſſima C. de inoffic. teſtam., per Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 3. qu. 1. num. 2., alioſque plures in Romana Legitimæ* 15. *Maii* 1699. §. *Cum enim, coram Me, inter recollectas per Modern. Palm. Nepot. la* 272. *in ordine tom.* 3., *& in alia Romana Legitimæ* 23. *Ianuarii* 1702. §. *Stabiliendam, pariter coram Me*,

Quapropter ſuperaddendo Trebellianicam, quæ eſt quarta pars reſidui, non vero totius
3 hæreditatis, ſive inſpiceretur Barbaræ matris Laurentii perſona priori loco gravata, ſive illa ejuſdemmet Laurentii, ex quo Legitima
4 per ſpeciem antipartis, ac æris alieni ante omnia venit detrahenda; Hinc ſaltem, loquendo ſemper in abſtracto, pro eadem quarta parte permittenda fuiſſet ulterius memoratis fœmi-
5 nis Reis expetita retentio, ut concludunt *Craſſ. in §. Trebellianica quæſt. 4. num. 2. in fine, Simon. de Præt. de interpr. ultim. volunt. lib. 3. dubit. 5. ſolut. 6. n. 10. fol.* 363,

Diximus, ſive inſpecta perſona Barbaræ, prout rectius aſſerendum videbatur, ſive etiam conſiderata altera perſona Laurentii, quia quicquid ſubtiliter attentaverit *Bald. in conſ. 94. n. 2. lib. 2*, volens, quod ne plus conſequatur hęres gravatus, quam fideicommiſſarius permittenda idcirco non ſit alia ſimultanea de-
6 ductio Trebellianicæ, quemadmodum eumdem *Baldum* ſequentes reputarunt quoque *Covarruv. in cap. Raynutius* §. 11. *num. 6. in fin. de teſtam., Padill. in Authen. res quæ num. 41. C. comm. de legat, Curt. ſen. conſ. 75. nu. 4., Pancirol. conſ. 69. num. 14., & conſ. 124. nu. 11. Adden. ad Alex. conſ. 3. lib. 7.* & videtur affirmare

Digitized by Google

mare *Mart. Medic. deciſ. Senen.* 11. *num.* 3., *& examin.* 29. *n.* 20.

Nihilominus ſolidior, atque receptior in praxi erat concluſio, quod ad majora abſurda evitanda, nimirum ne idem capiat de Legitima unus filius, quam quinque, vel plures, & quia jura loquuntur de duabus quartis ex diverſa, & ſeparata cauſa filiationis, ac juris hæreditarii avellendis a patrimonio Teſtatoris, ambæ faciendæ veniant deductiones, in totum impor-
7 tantes uncias ſeptem cum dimidio, ſicuti alibi parum conſtans exiſtimaſſe apparet idem *Bald. in conſ.* 101. *num.* 1. *lib.* 2., *nec non Bart. in conſ.* 22. *num.* 3, *&* 4. *Gloſſ. in §. ſi quis autem in verb. auferri Auth. de hæred. & falcid. Peregrin. de fideicom. art.* 3, *num.* 56., *Molin. de Hiſpan. Primogen. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 7. *verſ. ſed. quamvis*, *Merlin. de legitim. lib.* 1. *tit.* 3. *q.* 1. *num.* 11. *&* 12., *Mangil. de imputat. quæſt.* 1. *num.* 19. *&* 24., *& quæſt.* 117. *n.* 2. *Carol. Anton. de Luc. de pluralit. homin. leg. cap.* 74. *num.* 4., *Gratian. in addit. ad deciſ. Marcb.* 112., *Bonden. collect. legal.* 41. *nu.* 43. *& ſeqq. vol.* 1., *Theſaur. deciſ. Pedemont.* 252. *num.* 4., *& ibi in addit.*, *Rot. deciſ.* 142. *nu.* 5. *par.* 16. *rec.*, *& deciſ.* 687. *n.* 4. *coram Emerix. Jun.*

Verum quidquid dicendum eſſet de hujuſmodi Trebellianica redacta, ut ſupra, ad unciam cum dimidio reſpectu Barbaræ Auctricis Laurentii, certe quatenus pertinebat ad perſonam Laurentii in illa parte, in qua repræſentabat etiam alios filios, ejuſque fratres, ceſſabat in facto utraque detractio, cum Ioſeph juſto dolore, & animi amaritudine percitus filios maſculos, qui ſe matrem injurioſe tractaverant, exhæredaverit, relicta ſolum pro legitima, ſub verbis omnino taxativis, quantitate ſcutorum 10., ut latius fuerat jam reſolutum in præcedenti deciſione *coram R. P. D. del Olmo*, idque juxta illam poteſtatem, quam ex
8 æquo Parentibus jura noſtra in his terminis attribuunt, per claram ſanctiones *Textus in §. Illud quoque Capitulum Auth. ut cum de appellat. cognoſcit.*, de qua *Card. Mantic. de conjectur. lib.* 4. *tit.* 12. *a num.* 33. *& ſeqq.*, *Merlin. de legitim. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.*, *Manz. de Teſtam. tit.* 10. *num.* 2., & alibi paſſim, *Thomat. dec. Maceraten.* 6. *n.* 5. *cum ſeqq.*, *Rota coram* Coccin. *dec.* 1960. *a n.* 1. *cum ſeqq.*

Et quamvis per eamdem *Novellam* 115. *cap.* 3. *in princ.*, *& §. Sive igitur*: abrogando in hac parte veteris reſcriptum Imperatoris Conſtantini *in. l. liberi* 28. *Cod. de inoffic. teſtam.* definitum hactenus appareat, quod verificatio Cauſæ exhæredationis probari debeat per hæredem, non vero e converſo filius exhæredatus obſtringatur oſtendere, cauſam in teſtamento expreſſam ſuper ſua exhæredatione veram non eſſe, ſicuti unanimiter affirmarunt *gloſſ. in dict. cap.* 3. *§. Aliud quoque Capitulum verb. nominatim*, *& in §. Sive igitur verb. monſtraverint*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 902. *num.* 10. *& ſeqq.*, *Caren. reſol.* 121. *num.* 8. *Merlin. de legitim. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 20. *n.* 13. 31. 32. *&* 38., *Mart. de ſucceſſ. leg. par.* 4. *quæſt.* 27. *art.* 2. *n.* 5., *Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 3. *& ſeqq.*, *Manz. de Teſtam. tit.* 10. *quæſt.* 1. *n.* 29. *&* 30., *Angel. de confeſſ. lib.* 2. *quæſt.* 39.

Attamen in hodierna theſi nedum concurrebat quoad hanc Cauſarum exhæredationis verificationem tacita confeſſio ejuſdem Laurentii, dum vivens permiſit, Matrem hæredem poſſidere aſſem paternum, nuſquam reclamavit, ſed & quod plus erat, dabantur *in Summario Actricum dici* 12. *Februarii* 1700. *num.* 4. Teſtes for-
10. miter examinati ſuper vehementibus contumeliis inhoneſte, ac poſitive inflictis per Laurentium, ultra aſſertionem Patris in Teſtamento dicentis, *quod ſeſe tam male geſſerant de ipſo Teſtatore*, ſunt verba præciſa, *ac de eorum matre, contra quos arma ſumere, & maledicis verbis opprobriare non timuerant*: Unde ſufficienter ſatiſfactum fuiſſe iis omnibus, probationi requiſitæ per ſupradictam novellam viſum fuit Dominis ad tradita per *Alexan. conſ.* 203. *num.* 7. *& ſeqq. lib.* 7., *Merlin. de legitim. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 20. *num.* 33., *Franciſc. Viv. commun. opin litt. F. verb. filius exhæredatus circa fin.*, *Manz. de Teſtam. tit.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 31.

Sublata itaque prima exceptione deductionis hujuſmodi quartarum, ejuſdem irrelevantiæ incontinenti detectæ ſunt cæteræ, & præciſe ſecunda, promanans a nonnullis prætenſis creditis prælaudatæ Barbaræ matris Laurentii, nempe dos, conſiſtens in ſcutis 1036. una cum correſpondente quarto dotali, ac demum peculiaria debita, quæ favore ipſius Barbaræ confeſſus fuerat idem Teſtator in ſumma ſcut. 345. Licet enim pariter, & hæc exceptio coruſcaret in abſtracto fundata, eodemque modo controverti non poſſet, quod Reæ repræſentantes hodie Laurentium deberent detrahere quidquid
11 Barbaræ hæredi gravatæ competiiſſet contra hæreditatem a ſe reſtituendam, ut communiter aſſerunt *Oldrad conſ.* 107. *num.* 8. *in princip. Alex. conſ.* 178. *num* 5. *verſ. ex quibus lib.* 5., *Gabr. conſ.* 46. *num.* 45. *verſ. datur etiam lib.* 1., *Angel. de acquiren. poſſeſſ. quæſt.* 8. *art.* 34. *num.* 835., *Rota coram Dunozz. Jun. deciſ.* 550 *num.* 2., *& coram Emerix Jun. deciſ.* 91. *num.* 2.

Fundamentaliter tamen eradicabatur quoque hujuſcemodi exceptio, quoniam prætendente Cleria, Sorore Catharinæ conſequi a Laurentio tanquam Barbaræ hærede quoddam legatum manſionis hujuſce domus fideicommiſſariæ una cum aliquibus gemmis, ac ſupellectilibus, ac ſucceſſive lite deſuper inſtructa in Curia Capitolina, Laurentius ſerio oppoſuit nihil extare in hæreditate Barbaræ, uſque ad producendum Teſtium examen ſuper prætenſa ſatisfactione Barbaræ, ex cauſa diſtractionis plu-

plurimorum mobilium, atque gemmarum in *hodierno Summario Sororum num.* 4., quapropter ſicuti non licuiſſet Laurentio propriam judicialem impugnaticaem evertere, ſeu confeſſionem infringere, ita nec eadem impugnatio to-
12 lerari poterat in conjuge, ac filia illius hæredibus, juxta notiſſimas propoſitiones, de quibus complicate habetur per *Rot. Lucen. inter decis. diverſ. recollect. per Palm. nep. decis.* 156. *n.* 9. *tom.* 2., *& noſtra coram Vbald. decis.* 319. *num.* 11. *tom.* 1., *Dunez. ſen. decis.* 124. *num.* 18., *Celſ. decis.* 289. *num.* 11., *Cerr. decis.* 440. *num.* 2. *Priol. decis.* 343. *num.* 12., *ſan. me. Alex. VIII. dec.* 64. *num.* 5., *in rec. dec.* 27. *num.* 13. *par.* 18., *& in Romana, ſeu Anconitana dotis* 11. *Januarii* 1697. §. *Quartam demum coram Reverendiſſ. P. D. meo Molines Decano*.

Maxime quia in uberiorem abſumptionem Creditorum ejuſdem Barbaræ defalcari, ſeu computari quoque debuiſſet alterum legatum, quod ipſa Barbara reliquerat Catharinæ in quantitate ſcutorum centum una cum fructibus ex præſcripto Teſtatricis poſt biennium decurrendis, quod utique conjunctum (per hypotesim non obſiſteret præfata confeſſio Laurentii) prędicto alteri legato manſionis, cum gemmis, & mobilibus ad commodum Clerię, & demum prætio aliorum mobilium, gemmarumque pariformiter legatarum Olimpiæ alteri Sorori, facile, ex calculo, ſuffocaſſet Credita Barbaræ ſupra relata, legata namque ſunt ſemper ab hæ-
13 rede ſolvenda, & ſi nihil in hæreditate ſuperſit, remanente dumtaxat hæredi congruo præſidio ſolius Falcidię per *Textum in l.* 1. *ff. ad leg. falcid.* §. 1. *inſtitut. tit. de leg. Falcid.*, *Modern. Lucen. conſult.* 210. *num.* 4., *Cardin.* Mantica *de Conject. ultim. volunt. lib.* 9. *tit.* 14. *num.* 2. *&* 3., *Camarel. de legat. lib.* 15. *cap.* 2. *n.* 2., *Rot. coram Coccin. decis.* 1824. *num.* 5., *& dec.* 274. *num.* 11, *par.* 12, *recen.*

Et ſi quid per poſſibile defuiſſet ad perfectius æquanda Barbaræ Credita, vel hanc Falcidiam abſorbendam, una ſimul cum Trebellianica, de qua loquuti ſumus ex perſona memoratæ Barbaræ in prima exceptione, reincidebat ſemper fatalis ab initio propoſita replicatio medietatis domus, ac mobilium in vim primi Judicati ab R. P. D. Vicegerente derelictæ in poſſe conjugis, ac filiæ Laurentii, ac demum concurrebat perceptio penſionum Domus fideicommiſſarię, quas a principio in annua quantitate ſc. 70. tenebatur in proprium Creditum excomputare Barbara hæres fideicommittentis, & deinceps, a die ſaltem motæ litis, eædem fæminæ Reæ conventæ, ideoque a primo ad ultimum, aut in omnem caſum extinctæ remanebant etiam ab hac perceptione fructuum
14 ambæ exceptiones, vel redditę illiquidę, quod exuberat, ne umquam poſſet immiſſio a R.P.D. del Olmo in ejus deciſione conceſſa, ut ſupra retardari, quemadmodum quotidie reſponſum fuit per *Rot.*, & ſignanter *coram Vbago. decis.* 16. *n.* 1. *coram Celſ. decis.* 167. *num.* 6. *coram Emerix jun. decis.* 1018. *num.* 10. *in recen. decis.* 301. *num.* 18. *par.* 6. *decis.* 164. *num.* 9. *par.* 7. *decis.* 298. *n.* 12. *par.* 16. *& in Romana Fideicommiſſi* 16. *Januarii* 1699. §. *Minus obſtat coram R. P. D. meo Caprara*.

Reſtaſſet diluenda noviſſima exceptio melioramentorum, quæ in admodum conſiderabili quantitate vociferabantur facta in eadem domo fideicommiſſaria, ſed Domini nullam uſque dum haberi poſſe rationem de hiſce melioramentis anthumarunt, non tantum quia, recurrebat ſolidum, ac inelidibile intercalare de medietate domus exiſtente penes Reas, quę capax videbatur deglutiendi non minus ac prętentionem, caſu quo in aliqua deinceps haberi mereretur conſideratione, ſed etiam quia dabatur quidem ex parte Conjugis, & filiæ Laurentii quędam juſtificato expenſarum in hiſce aſſertis melioramentis importantium ſcut. 1715. 20., ſed non liquebat, an hujuſmodi melioramentorum forent adſcribenda in claſſem illorum, quæ refici deberent, nimirum utrum eſſent
15 neceſſaria, utilia, aut voluptuoſa, uti diſtinguere oportet ad finem retentionis, ex animadverſis per *Cardin. de Luc. de legit. diſc.* 35. *num.* 18. *& ſeqq.*, *Rot. coram Vbald. decis.* 254. *num.* 2. *& ſeqq. to.* 1. *& decis.* 499. *num.* 6. *& ſeqq. tom.* 2., *Bich. decis.* 129. *num* 21., *& ſeqq.*, *Pentinger. decis.* 280. *num.* 39. *Cerr. decis.* 22. *num.* 11., *Ninot. dec.* 37. *num.* 9. *Priolo decis.* 459. *num.* 1. *& in rec. decis.* 547. *num.* 20. *par.* 5. *tom.* 2.

Quinimmo cum conjux Laurentii, quæ, feciſſe hæc melioramenta, ſupponebat, ſpecialiter, & opportune extitiſſet inhibita, ne hæc melioramenta elevaret, ſeu faceret, diſputabile nimis erat, & proinde ineptum ad retardationem immiſſionis an ullo modo forent reficienda, cum ſibi debeat imputare hujuſmodi
16 perſona inhibita, ſi voluit in alieno ſolo meliorando pecunias diſperdere, ex adnotatis per *Bald. conſ.* 257. *præſertim ſub num.* 3. *lib.* 1. *Peregrin. conſ.* 42. *num.* 21. *lib.* 1., *Pacific. de Salvian. inſp.* 2. *cap.* 2. *num.* 234., *Boer. dec.* 47. *n.* 1. *& ſeqq. Card. de Luc. de legitim. diſc.* 35. *num.* 23., *Rot. poſt Turr. de pact. futur. ſucceſſ. decis.* 215. *num.* 7., *coram Celſ. dec.* 381. *num.* 9. *in recent. decis.* 126. *in fine par.* 7., *in Illerden. Hæreditatis de Gomar.* 14. *Maii* 1599. §. *Nec momenti coram R. P. D. meo Caprara*, *& in Romana Fornacis ſuper melioramentis* 15. *Decembris* 1702. §. *Et altera coram Me*.

Et ſic, Catharina, ejuſque Sororibus dumtaxat jura ſua promoventibus in plenam contumaciam coniugis, & filiæ Laurentii, Domini; ut diximus, ſtetere in deciſis.

RO-

ROMANA ATTENTATORUM.

Lunæ 2. Julii 1703.

ARGUMENTUM.

Auditor Cameræ, quas hodie facultates habeat; Et quamquam executor nequit excedere limites mandatorum in ſubhaſtationibus, & deliberationibus quæ facere prius debeat, Poſſeſſio translata a Judice Jurisdictionem non habente eſt nulla, & attentata,

SUMMARIUM.

1 *Auditor Cameræ, quas hodie facultates habeat.*
2 *Tranſgredi non valet ſimplicem executoriam, neque ullam in ſe cognitionem, & proceſſum judicialem aſſumere.*
3 *Judex executor quid in ſubbaſtatione, ſeu deliberatione facere prius debeat.*
4 *In concurſibus, & Judiciis conſignationum cauſæ cognitio ſemper contingit.*
5 *Judex ad quem omnem habet juriſdictionem cognoſcendi de viribus ſententiæ latæ a Judice a quo.*
6 *Judex eſt factus, qui dubitat de ſua juriſdictione.*
7 *Collitigans non poteſt negocium in Rota pendens alio deviare, ſive pro eo alium Judicem adire ſine manifeſto crimine attentatorum.*
8 *Poſſeſſio capta, & translata per Judicem falcem immittentem ſuper juriſdictione, & meſſe aliena ſubſtineri nequit.*

DECISIO CCXCIX.

FEriente, ut quandoque ſolet accidere, ſagitta Sagittarium, illa attentata per quæ D. Marchio Senator Nerlius per rem judicatam in Sacro Tribunali deliberari obtinuerat quędam ſtabilia ſpectantia ad Io: Franciſcum priori loco attentantem in exactione cujuſdam crediti adverſus hæredes Antonii, retorta ſunt contra ipſum D. Marchionem, quoniam reclamante contra hæc hærede prænominati Io: Franciſci ab juſtitia ejuſdem Sacri Tribunalis ſucceſſive fuit aſſecutus, nullam declarari, ac non minori attentatorum labe ſanciatam eſſe eamdem deliberationem uſque de tempore bo: me: Paulucci noſtri ordinis Auditoris, donec reaſſumpta diſceptatione intermedie habita apud *R. P. D. Manuel* coram *R. P. D. del Olmo* decretum *Paulucci* manſit præviis duabus deciſionibus altera *diei 14. Iunii* 1700., & altera *diei 29. Aprilis* 1701. ſuffragantibus omnibus Dominis pleniſſime confirmatum, cum ſucceſſiva expeditione ſententiæ ejuſdem R. P. D. mei del Olmo, a qua fruſtra denuo provocante D. Marchione per Commiſſionem Mihi in tertia inſtantia directam erupit hodie nova reſolutio præcedentis ſententię confirmatoria,

Nec alias reſponderi, aut reſponderi poterat a Dominis, quoniam cum mandata Rotalia in meram ſequelam purgationis attentatorum ſuper quibus præambula res judicata promanaverat ſimpliciter concepta forent *auferatur de bonis &c. Franciſci &c. bona valoris ducatorum* 585. *ad effectum deponendi ſeu reportandi in Sac. Monte Pietatis urbis* ad ſummum valebat A. C., in cujus Tribunali fuerant exhibita hujus modi mandata Rotalia cum ſucceſſivo termino, ſive *oſtendatur per tres dies ante* præfixo per bo: me: Bourlemont Relaxatorem originalis mandati, ſuam præbere familiam, ſive brachium pro executione eorumdem mandatorum, ex quo per litteralem Conſtitutionem ſa: me: Pauli V. apud *Laert. Cherubin. la* 20., *ſeu* 28. *ſub.* §. 15. ipſi A. C. cubitaliter conceditur, ut valeat devenire ad executionem quorumcumque mandatorum, & ſententiarum, etiam Cauſarum Palatii, itaut quælibet executio ſemper cumulative, non privative ad ipſum A. C. altero cuicumque Iudicii delegato commiſſa intelligatur, & hoc eſt quod in ſubſtantia concludunt mere affirmantes, A. C. exequi poſſe ſententias, & mandata tam in Curia, quam extra, ut liquet apud *Ridolph. in prax. judic. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 19. & 35. & *cap.* 13. *num.* 594. & 635. *Card. de Luc. in relat. Rom. Cur. diſc.* 34. *n.* 9. *R. P. D. Muſſor. de legat. Æmil. & Aven. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 29.

Verum nullatenus valebat aſſumere ulteriorem figuram tranſgredientem ſimplicem executoriam ipſius mandati Rotalis, prout ſo-
2 nabat, ullamque in ſe cognitionem & proceſſum judicialem aſſumere, teſte *Card. de Luc. de Iuriſd. diſc.* 115. *n.* 9. & *de Iudic. diſc.* 40. *n.* 102., *Rot. dec.* 515. *n.* 33. & *ſeqq. par.* 5. *rec.*

Hinc dato etiam, quod juxta ſenſum ſuperabundanter habitum in *dec. diei* 29. *Aprilis* 1701., & in alia brevi *diei* 13. *Junii ejuſdem anni coram R. P. D. meo del Olmo* valuiſſet A. C. pro rectius implenda ipſa executione, & reportatione, ſeu depoſitione in Sac. Monte Pietatis præfatorum ſc. 585. devenire ad ſubhaſtationem domorum, illarumve deliberationem, quod tamen fortaſſe non carebat ſua difficultate, & amaritudine, quia nedum mandatum de ſubhaſtando, ac deliberando minime fuerat relaxatum, & expeditum a memorato Bourlemont. quando de cætero firma remanente regula, quod executor nequeat excedere fimbrias mandatorum, tantum aberat, quod præfata mandata Rotalia concepta ſub prædicta formula *auferatur de bonis &c.* ſecum traherent hanc facultatem ſubhaſtandi, & deliberandi, & transferendi bonorum dominium in tertium, ut etiamſi ipſemet A. C. in ſuis cauſis ordinariis relaxaſſet mandatum ſub eadem formula *auferatur de bonis &c.* non idcirco in ſimplicem executionem, ac conſequentiam proprii mandati ſucceſſive potuiſſet deve-

devenire ad ſubhaſtationem, & deliberationem ſine aliquali nova cognitione cauſę, novoque decreto *procedi ad ulteriora*, una cum præfixione termini ad reluendum, novoque finaliſſimo decreto *deliberari* majori oblatori, diſcuſ-
3 ſa prius quidditate, & majoritate ipſius oblationis, ſicuti apud Practicos notorium eſt, & tradunt *Ridolph. in prax. Judic. par. 1. cap. 15. n. 107. & ſeqq.*, *Capucc. pariter in prax. iudic. to. 2. cap. 13. n. 54. & ſeqq. & n. 74. & ſeqq. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 23. per tot*, & fuit præcognitum, & diſputatum *in Romana Palatii 2. Martii 1703. coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*.

Utique certiſſimum ſemper eſt, quod nullatenus citra vitium attentatorum poterat ordinare, quod pretium rerum deliberatarum deponeretur in Sac. Monte Pietatis *ad effectum ſolvendi, cui Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. A. C. mandabit* hæc etenim ſolutio, ſeu conſignatio nedum ullatenus legebatur in mandato Rotali, ſed involuebat neceſſariam cauſæ cognitionem, quæ ſemper contigit in hiſce concurſi-
4 bus, ſeu Judiciis conſignationum *Rodriq. de concurs. & privileg. creditor. part. 2. art. 1.*, *Rota in Romana, ſeu Neapolitana Concurſus 5 Martii 1694. coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano*, *in Romana Dotis ac Salviatis 15. Maii 1699. & 22. Junii 1701. coram R. P. D. meo Priolo*, & *22. Januarii 1703. coram* Me.

Et quidem inordinata res eſſet, quod aſcendente plerumque cauſa appellationis de tribunali A. C. ad Sac. Auditorium idem A. C. ſub protextu puræ executionis reaſſumeret importantiorem effectum totius Judicii circa conſignationem uni, vel alteri faciendam, quando omnis juriſdictio hujuſmodi cognitionum
5 tranſlata per appellationem coruſcat ad Judicem ad quem, reſiſtente vulgari propoſitione *Text. in l. poſteaquam 55. de re iudic.*, & magis in ſpecie *in cap. ut debiens de appell. & in cap. cum appellationibus eod. tit. in 6.*

Diximus *citra vitium attentatorum*, quia quicquid dicendum foret de ipſo Tribunali A.
6 C. ſtante trito axiomate *fatuus eſt Judex qui dubitat de ſua iuriſdictione*, profecto D. Marchio collitigans inexcuſabiliter ſe geſſerat, ac attentaverat, cum non poſſet negocium in Rota pendens alio deviare, ſive pro eo alium Ju-
7 dicem adire ſive manifeſto crimine attentatorum, ex firmatis apud *Capucc. in prax. Judic. par. 3. cap. 4. num. 3. & ſeq. tom. 1.*, *Rot. coram Cerro dec. 347. num. 5.*, *coram Ottbobon. dec. 33. n. 1. & ſeqq.*, *coram Emerix Jun. dec. 1191. n. 1. & 2.*, *in rec. dec. 108. n. 1. par. 18.*, & *in Tyburtina donationis ſuper attentatis 1. Iulii 1701. §. Quia etiam coram* Me.

Stabilito igitur rurſus hujuſmodi principio ſupervacaneum reddebatur oculos convertere ad Dominos de Silva deliberatarios, ſive poſſeſſores domorum; nam cum A. C. ſive juriſdictione proceſſiſſet in hoc individuo negocio, neque poterat ſcindi decretum ejuſdem A. C. ſubſtentando deliberationem, & irritando cohærentem formulam *ad effectum ſolvendi &c.* neque valebat ſubſtineri dominium, vel poſſeſſio capta, & tranſlata per Iudicem falcem immitententem ſuper juriſdictione, & meſſe
8 aliena, quemadmodum ſtante individuitate decreti ex *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 641. n. 14. & 15.*, *Rot. dec. 111. n. 1. coram Priolo, & dec. 206. n. 13. & ſeq. par. 18. rec.* reſponſum fuit *in deciſione huius Cauſæ die 14. Iunii 1700. §. fin. & 29. Aprilis 1701. §. Et hinc inanis coram R. P. D. meo del Olmo* & generaliter de poſſeſſione, & dominium acquiſito a Iudice procedente ſine juriſdictione habetur penes *Cravett. conſ. 302. numer. 4. verſ. poſſet etiam dici Gratian. diſcept. forenſ. 571. n. 14. 15. & 16. Poſth. de manut. obſerv. 12. n. 56. & 116.*, *Manſ. conſult. 38. n. 3. verſ. & dicitur gravare*, *Rot. coram Emerix jun. dec. 1031. n. 8. 9. & 10.*

Atque ita Domini, in reliquis remiſſive ſe habentes ad deciſiones R. P. D. del Olmo, reſponderunt hærede dumtaxat Io. Franciſci ſpoliati, Iura ſua vindicante.

CARPENTORACTEN., SEU VASIONEN. PRIMOGENITURÆ.

Lunæ 19. Novembris 1703.

ARGUMENTUM.

Hæres creditor quo caſu adiens hæreditatem ſui debitoris confundat actiones itaut non poſſit agere contra bona defuncti debitoris. Reſtitutio in integrum hęredi, & præſertim Mulieri an & quando ſit concedenda, & quid illius petitio, ſive conceſſio operetur. Legitima, & legata debentur deducto prius toto ære alieno Teſtatoris, itaut iſte vel legando, vel legitimam relinquendo præjudicare nequit ſuis Creditoribus.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata pro veritate habenda eſt efficitque de albo nigrum.*

2 *Hæres adiens hæreditatem ſui debitoris cum in jure ſit una eademque Perſona cum defuncto ſuperinducta remanet omnimoda actionum confuſio impeditiva cujuslibet actionis circa bona defuncti debitoris.*

3 *Hæres gravatus pure adiens hæreditatem per hanc aditionem obnoxiam reſtitutioni, ſicque reſolvibilem non confundit perpetuo ſuas actiones, ſed durante dumtaxat impedimento tituli hæreditarii adhuc non reſoluti per ipſam reſtitutionem, ideoque, ea poſtmodum ſequuta reintegratur ad priſtina Jura Creditoris ope ſaltem retentionis.*

4 *Hæres non conficiens Inventarium tenetur et-*

iam de proprio ſatisfacere Creditoribus defuncti, quin etiam legatariis, ſeu fideicommiſſariis particularibus,

5 *Hæres per reſtitutionem in integrum reponitur in gradu, acſi nunquam hæreditatem adiviſſet.*

6 *Mulieribus facilius datur reſtitutio in integrum præcipue ad finem retinendi Jura dotalia.*

7 *Reſtitutio in integrum principaliter petita requirit libellum, & ſolemnitates judicii ordinarii ſecus petita incidenter, &* num. 9.

8 *Petitio reſtitutionis in integrum nequit impedire conſummationem mandati de conſignando jam relaxati, alioſve conſimiles proceſſus executivos.*

9 *Reſtitutio in integrum incidenter petita in ea proceditur ſummarie, & ſine aliqua ſolemnitate.*

10 *Reſtitutio in integrum ſemper tribuitur non obſtante lapſu legiti temporis, ſive quadriennii quoties quis patefacit monumenta ac documenta domeſtica læſionem concludentia.*

11 *Mulier adiens hæreditatem* Mariti *abſque ſolemnitatibus, nulliter adiit,*

12 *Exceptio reſtitutionis in integrum tamquam altiorem requirens indaginem impedire nequit immiſſionem, ſeu judicium executivum.*

13 *Jura non ſuccurrunt* Mulieribus *non læſis, ac potius eum aliena jactura lucriſacientibus.*

14 *Hæreditas in dubio præſumitur opulenta.*

15 *Mala fides impreſſa in Authore, quo caſu extendatur ad quemlibet univerſalem ſucceſſorem.*

16 *Stante cautione de reſtituendo prioribus, & poſterioribus pecunia non dicitur ſoluta, ſed extat in Banco Judicis.*

17 *Legata intelliguntur ære alieno ſemper ſubducta & nequit debitor legans præjudicium inferre Creditoribus,*

18 *Legitima capax non eſt præjudicandi Creditoribus, ideoque dicitur eſſe quota bonorum non hæreditatis,*

19 *Beneficium ſeparationis bonorum quo caſu debetur Creditori.*

20 *Cenſus impoſitio, ac inſimul fideiuſſio facta ab ætate minoribus vigore conſtitutionis a Cardinali Carillo promulgatæ, & ſine ſolemnitatibus eſt nulla. quæ Conſtitutio extenſa eſt ad totam ditionem Eccleſiaſticam.*

21 *Hypotheca ſemper anteponitur creditis perſonalibus, & ſi anterioribus.*

22 *Fideicommiſſario an competat hypothecaria actio,*

DECISIO CCC.

Mandatum de conſignando, quod Tribunal cenſuerat eſſe relaxandum favore Iſabellæ prævia deciſione *diei* 17. *Martii* 1702, *coram R. P. D. meo de la Tremoille*, ex diverſis ſeorſim juribus infringere conabantur hodie Margarita coniux Petri debitoris, nec non Monaſterium S. Vrſulæ ex perſona Mariæ Annæ filiæ ipſius Margaritæ, ac denique Antonius Creditor ex cauſa duorum Cenſuum Spiritus Joſephi pariformiter filii, tam Petri, quam Margaritæ, ſed in præſenti diſcuſſione coruſcavit adeo limpida intentio Iſabellæ. & reſpective adeo turbidæ viſæ ſunt, ac ſubobſcuræ prætenſiones oppugnantium, ut Domini non putarint, abſcendi poſſe a præterito judicato, reſcribentes *Rotale mandatum eſſe exequendum*.

Et quidem validioribus munimentis inniti nequibat creditum Iſabellæ. dum promanabat a re iudicata liquidante fructus debitos a Petro inſimul: & Margarita ratione malæ fidei enaſcentis a conteſtatione litis in ſumma ſcutorum 29700., cum tanta vis exiſtat eiuſdem rei judicatæ, ut iura noſtra, & Doctores ad illius exaltationem, & incontrovertibilem firmitatem tranſeant uſque ad media prodigioſa, ac in-

1 compoſſibilia, videlicet quod ea habenda taliter veniat pro veritate, ut quatenus opus ſit, efficiat de albo nigrum, & ſupra conatum Mathematicorum aptet quadrata rotundis, uti dicunt *Ciarlin. contr. for. lib. 2. cap.* 135. *n.* 7. *Scacc. de ſenten. & re judic, gloſſ.* 14. *qu.* 2. *ſub n.* 7. *Fontanell. dec.* 174. *per. tot. cum aliis in Romana fideicommiſſi* 17. *Junii* 1701. §. *Cum igitur coram* Me.

Stabilita igitur huiuſmodi baſe, & e conſpectu ad trutinam expendendo ſingula credita, quæ mordicus obiiciebantur ab iiſdem oppugnantibus. quatenus attinebat ad illud Margaritæ conſiſtens in eiuſdem Juribus dotalibus obſtitit fataliſſima replicatio, nimirum, quod cum ipſa fuiſſet hæres inſcripta a Petro marito, & deinceps in illius hæreditate ſeſe ſimpliciter immiſcuiſſet, ecce. quod cum hæres defuncti in iure ſit una, eademque perſona, abſolute ſubſequitur, quod ne detur contra omnia principia incompatibilis actio, & paſſio in eo-

2 dem ſubiecto, ſuper Inducta remanſerit omnimoda actionum confuſio impeditiva cuiuslibet actionis circa bona defuncti debitoris, atque inſimul authoris eiuſdem adeuntis, ad communiter prænotata per *Text. in l. ſtychum* 96. §. *Aditio ff. de ſolut. & liberat. Modern. Lucenſ. conſult.* 36. *num.* 1., *Rot. coram Peutinger. deciſ.* 479. *num.* 7. *& ſeqq. coram Cerro deciſ.* 77. *num.* 3. *in recen. deciſ.* 280. *num.* 10. *par,* 18. *& in Fanen. Immiſſionis* 14. *Maii* 1696. §. *Quod autem, coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano.*

Nullatenus reſiſtente reflexione, quod eadem Margarita non fuerit a Petro hæres libere inſcripta, ſed gravata favore Spiritus Joſephi communis filii cum Petro debitore, licet enim regulariter hæres gravatus pure adiens hæreditatem per hanc aditionem obnoxiam reſtitutioni, ſicque reſolubilem non confundat perpetuo

3 ſuas actiones, ſed durante dumtaxat impedimento tituli hæreditarii adhuc non reſoluti per ipſam reſtitutionem, ideoque ſequuta eadem reſtitutionem reintegretur ad priſtina jura Creditoris ope ſaltem retentionis juxta notata per *Bald. in l. debitori Cod, de pact., Alexand. in l. ita tamen* 27. §. *Si ex Trebelliano ff. ad Trebell.* quos reſpective ſequuntur *Peregr. de fideic. art.* 35. *num.* 21. §. *Non obſtat, verſ. non obſtat denique,*

Digitized by Google

que Gratian., *diſcept. forenſ. cap.* 202. *num.* 16.
& ſeqq., *ibique Carol. Anton. de Luca, Modern.
Buxetan. de Confuſ. Jur. cap.* 6. *num.* 39. *cum
ſeqq.*, *& cap.* 17. *num.* 61.

Id tamen optime ſibi locum feciſſet, quoties
verſata fuiſſet contentio confuſionis actionum
inter Margaritam gravatam, ejuſve hæredes,
& Spiritum Joſephum illius filium, ac inſimul
ſubſtitutum, ſeu fideicommiſſarium, qui ſane
caſus minime evenerat, verum concluſio hæc,
ſive diſcurſus neutiquam congruebat erga Cre-
4 ditores Petri Teſtatoris, quorum ſane reſpectu
ſtatim ac hæres negligit convolare ad præſidium
Juris ſtatuti in iure noviſſimo *Authenticorum*
mediante legitima confectione Inventarii, ſive
proprias actiones confuderit, ſive non tenetur
etiam de proprio ſatisfacere Creditoribus de-
functi, quin etiam legatariis, ſeu fideicommiſ-
ſariis particularibus, uti in dicto *Textu Authen-
ticorum* §. *Hinc nobis*, *verſ. ſi vero non fecerit de
hæred.*, *& faleid.* ibi -- *licet menſuram heredita-
tis tranſcendat legatorum datio*, quemadmodum
præter allegatos *in deciſ. hujus Cauſæ diei* 17.
Martii 1702. §. *Porro coram R. P. D. meo de la
Tremoille*, egregie etiam diſtinxerunt inter
unum caſum, & alterum *Cardin. de Luc. de era-
dit. diſc.* 36. *n.* 22., *Carol. Ant. de Luc. de plura-
lit. hom. leg. cap.* 6. *num.* 8. *Vincent. de Franch.
deciſ.* 39. *num.* 4. *& ſeq.*, *Rot. deciſ.* 373. *num.*
30. *& ſeq. par.* 9. *recen.*, & in ſpecie *idem Ca-
rol. Anton. de Luc. d. tract. de pluralit. homin.
legal cap.* 102. *num.* 6. *& per tot.*

Sentiebant Margaritæ Defenſores amaritudi-
nem replicationis, proindeque contendebant
exuere paludamentum hæreditarium imploran-
do nomine ipſius Margaritæ illud beneficium,
cum quo benigne lex quandoque ſuccurrit ani-
mo nimis propero, ſive inconſulto adeuntibus
hæreditatem, impartiendo videlicet reſtitutio-
nem in integrum, per quam idem heres repo-
nitur in gradu, acſi numquam hæreditatem
5 adiviſſet, ut tradunt *Ridolphin. in prax. Iudic.
par.* 1. *cap.* 9. *num.* 186. 189. *& ſeq. & nu.* 196.
Rot. deciſ. 82. *par.* 9. *& deciſ.* 381. *num.* 3. *&* 4.
par. 13. *recen.*, *& in Romana reſtitutionis in in-
tegrum* 23. *Iunii* 1698. *in princ. coram R. P. D.
meo Caprara inter recollect. per Modern. Palm.
dec.* 269.

Atque potens auxilium huic reſtitutioni præ-
ſtolari videbatur qualitas mulieris, qua Mar-
garita laborabat, ratione ſiquidem imbecillita-
tis ejuſdem ſexus comperta hodierna læſione erat
illi ſuccurrendum, præcipue ad finem retinendi
6 jura dotalia, ſicuti poſt *Odd. de reſtit. In integr.
quæſt.* 10. *art.* 6. *num.* 27. *& ſeqq. & num.* 34. *&
ſeqq.*, *Ridolphin. in prax. Indic. par.* 1 *cap.* 13.
num. 439., *Cenſal. ad Peregrin. de fideic. art.* 35.
§. *Sexto obſervo*, *& ſeqq.*

Potiſſime cum ex præmiſſa ratione retinendi
propria credita dotalia ſuper bonis Petri mariti
Teſtatoris non invocaverit Margarita benefici-
um ejuſdem reſtitutionis in integrum principa-
liter, in quibus utique terminis, cum plura
exigantur requiſita, & ſignanter commiſſio Prin-
cipis, ſive ejus Signaturæ Juſtitiæ, ad tradita per
7 eumdem *Ridolph. in prax. Iudic. par.* 1. *dicto cap.*
13. *num.* 421. petitio reſtitutionis nequit impe-
dire conſumationem mandati de conſignando
8 jam relaxati, alioſve conſimiles proceſſus exe-
cutivos ſecundum adnotata per *Salust. Tyber. in
prax. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. *Ridolphin. dicto cap.*
13. *n.* 473. *& ſeqq.*, *Scacc. de appellat. quæſt.* 19.
remed. 2. *num.* 110. *& ſeqq.*

Aſt hujuſmodi reſtitutio efflagitabatur inci-
denter ad finem videlicet evitandi deperditio-
nem præfatorum jurium dotalium pro diſſolven-
dis fructibus debitis Actori a die motę litis, qua-
re, cum in hac reſtitutione petita incidenter
9 procedatur ſummarie, & ſine aliqua ſolemni-
tate, ex affirmatis per *Veſtr. in prax. lib.* 8.
cap. 3. *num.* 19., *Ridolphin. ubi ſupra num.* 421.,
dum idcirco Margarita parata erat ex muni-
mentis, ac documentis domeſticis incontinenti
patefacere læſionem pluſquam ænormiſſimam,
non videbatur arcenda a beneficio ejuſdem re-
ſtitutionis, quæ ſemper in hoc caſu tribuitur,
10 non obſtante lapſu legitimi temporis, ſive qua-
driennii ad illam implorandam, ut *in Voto
edito in celebri Ferrarien. fideicommiſſi de Turr-
chis*, *ſeu deciſ.* 90. *num.* 16. *impreſſ. apud Card.
de Luc. de fideicom.*, *& in d. deciſ.* 269. *num.* 8.
penes Modern. Palm. maxime cum ageretur, ut
diximus de muliere, quæ ſine ullis ſolemnitati-
11 bus adiverat mariti hæreditatem. & ideo nulli-
ter, ut affirmatur *Jo. Franc. a Ponte conſ.* 33.
num. 3. *lib.* 1., *Altegrad. jun. contr.* 14. *num.* 2.
& ſeqq. tom. 1., *Modern. Aſculan. ad Stat. Urb.
annot.* 44. *num.* 404. *& ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 8. *num.*
31. *poſt Card. Albit. de incont. in Iudic.*

Cæterum neque hæc ſubalterna excuſatio po-
tuit intellectum Dominorum captivare, quo-
niam jam in parte conſiderabili fructus, de
quibus agebatur ipſamet Margarita in præjudi-
cium Iſabellæ mediate repręſentantis perſo-
nam fideicommiſſariorum perceperat, atque
conſumpſerat poſt motam litem cum mala
fide, quæ excludit illam ſimplicitatem, & læ-
ſionem, quæ mater eſt reſtitutionis in integrum
& de reliquo ſatis non erat, ſive indecenter,
ſive principaliter allegare eamdem læſionem,
quoties hic, & nunc in Judicio ad præſens, ſi-
ve poſt mandatum jam relaxatum effecto exe-
cutivo nullibi oſtendebatur incontinenti ſtatus
hæreditarius, ac quid, & quantum fuerit in
Margaritam ab adita hæreditate ſuſceptum, &
transfuſum, unde quicquid dicendum fuiſſet,
quando de ipſa lęſione illico doctum extitiſſet,
12 profecto cum ſaltem inſpectio hujus figuratę
lęſionis altiorem expoſceret indaginem nequi-
bat illa in ſimilibus circumſtantiis Judicii effe-
cti executivi exaudiri, pręcipue poſt lapſum
temporis, adeo diuturni, ut bene poſt *Menoch.
de adipiſc. remed.* 3. *nu.* 180. *verſ. & in hoc Iu-
dicio* reſpondet *Rot. cor. Dunoz. jun. dec.* 645.
nu 25.

nu. 25. & 26., & coram Emerix jun, deciſ. 673, num. 7.

Aditio vero hęreditatis facta per Margari-
tam, quæ ratione ſexus muliebris ſerotine pro-
clamabatur tamquam nulla per defectum ſo-
lemnitatum, pariformiter apparebat ſufficien-
tiſſime vindicata a non demonſtrata aliqua ſan-
ctione ſtatutaria quoad mulieres irritante ſimi-
lem quaſi contractum, in omuem caſum ſemper
13 eadem obſiſtebat difficultas, quia cum jura
non ſuccurrant mulieribus non læſis, ac potius
cum aliena jactura lucrifacientibus, ſicuti late
demonſtratum fuit *in Romana prętenſæ nullita-
tis contractus 20. Iunii 1698. §. Aliud verò cum
ſeq., & 16. Februarii 1699. §. Magiſque coram
Me, & 18. Iunii 1700. §. Cæterum cor, R. P. D.
meo Scotto.*

Hinc præſupponente lege opulentiam hære-
ditatis, ubi replicetur illam extitiſſe damnoſam
hęc ipſa replicatio parturiebat involutum, &
14 inſpectionem minime admittendam in hodier-
no proceſſu executivo, ex his, quæ in ſpecie
minoris, & hęredis tradidit *Rot, dec. 1358,
n. 20. & 21. cor. Coccino.*

Et ob id minime oſtenſa oculari firmatione
ſtatus, ac reſultantia læſionis ſuperfluum effi-
ciebatur elidere prætenſionem, quæ adverſus
ſupra ponderata circa perceptionem, & con-
ſumptionem fructuum factam a Margarita per
eoſdem Informantes illius nomine excitabatur
nempe, quod de tempore hujus perceptionis
nulla lis inductiva malæ fidei vigeret cum Mar-
garita, quia ſemper inconcuſſum reſtabat fun-
damentum tituli hæreditarii non elidibilis, niſi
per effectivam redditionem rationis, nihilomi-
nus certè, quod per antea lis aliqua cum Mar-
garita incaleſcebat, dum noſcebatur finaliſſimè
condemnata ad fructuum reſtitutionem, & qua-
tenus opus fuiſſet mala fides imbibita Petro ejus
marito, & authori in illam, utpotè hęredem
tranſierat, & quicquid enim ſit ad aliquos ef-
15 fectus, certè ad hodiernum, ne hæreditas,
vel hæres ſit in lucro fructuum indebitorum,
mala fides impreſſa in authore extenditur ad
quemlibet univerſalem ſucceſſorem, veluti
non ignarum juris ejuſdem authoris prout ex
*Grat, diſcep. for. cap. 422. n. 8. Cyriac. contr. 331.
n. 14.*, aliiſque dictum fuit *in dec. hujus Cauſæ
diei 13, Decemb. 1700. §. fin. & 17. Martii 1701.
§. Nec ſubſiſtit coram R. P. D. meo de la Tremoille*,
quibus addi poſſunt *Bart. in l. ex diverſo n. 12. ff,
de rei vindic., Ruin. conſ. 50. in fin. libr. 1., Socein.
jun. conſ, 182. a num, 27, et ſeqq, vol, 2., Afflict,
deciſ. 240. n. 3.*

Pro complemento tandem, ſive pro majo-
ri præmiſſorum corroboratione addebatur,
quod cum fuiſſet Iſabellę decreta conſignatio
ſub aſſueta formula Concurſus, *præſtita* nimi-
rum *cautione de reſtituendo* pecunias recipien-
das creditoribus anterioribus, & potioribus
hæreditatis; idcirco ſi poſtquam obtenta reſti-
tutione in integrum, & exuta veſte hæreditaria
aliquod dotale creditum manſiſſet apud Marga-
ritam, poterat ea non impediendo de præſenti
proceſſum executivum jura ſua opportunius ſub-
16 inde promovere contra cautionem, qua ſtan-
te dicitur, quodammodo pecunia non ſoluta,
& extare in banco Judicis, teſte *Paul. de Caſtr.
conſ. 286, in princ. lib. 1., Merlin. de Pignor. lib.
4. tit, 1. qu. 34. n. 4., Rota in Romana Cenſus
20. Aprilis proxime præteriti §. Secundo fortius
coram Me.*

Detruſa Margarita facile fuit eliminare ſe-
cundum contradictorem, ſive penitus atterrere
prætenſionem Monaſterii S. Urſulæ concurre-
re satagentis pro eleemoſina, ſive dote lega-
ta ſc. 800. Annæ Marię Profeſſæ in eodem Mo-
naſterio una cum acceſſionibus ejuſdem dotis,
quæ deberi videbantur ipſi Monaſterio ex cau-
ſa correſpectiva alimentorum, quæ idem Mo-
naſterium ſuppeditaverat pręcitatæ Annæ Ma-
rię neglecta ſiquidem conſideratione poſterio-
ritatis ejuſdem legati relicti ſolum ſub anno
1681. correſpectivè ad debitum in Petro illius
genitore radicatum longe pręcedenter ab anno
videlicet 1699., in quo lis cauſativa obliga-
tionis refundendi fructus exordium ſumpſit, ſuf-
fecit ad exuberantiam reſponſio, quod in con-
curſu Iſabellæ Creditricis declaratæ, ut ſupra
per rem judicatam, non poterat ulla haberi
ratio de hujuſmodi, vel quocumque altero le-
gato, cum debitor legando nequeat inferre
17 prędjudicium Creditoribus, & ob id legata in-
telligantur ære alieno ſemper ſubducto, ut tra-
dunt communiter ſcribentes *in leg. univerſa
Cod. de legat., Grat. diſcept. for, cap. 198. num. 1.,
Caravel, de legat, lib. 5. cauſ. 8. n. 2., Rot. cor.
Cerro deciſ. 41. n. 12.* & in ſpecie eadem *Rota
in Farfen. juris Offerendi 6. Decembris 1702. §.
Tertio tandem cor*, Me Quin etiam, nec ipſa le-
18 gitima capax eſt præjudicandi creditoribus, &
idcirco dicatur eſſe quota bonorum, non hę-
reditatis, ex *Surd. conſ. 128. n, 7., Card. Man-
tic. de coniec. lib. 7. tit. 8. n. 5., Merlin. de legit.
lib. 1, tit. 1. q. 2. n. 1., Rot. poſt eum dec. 66. n. 3.
et cor. Cavaler, dec. 325. n. 2.*

Ejuſdem denique levitatis apparuit poſtrema
Antonii confirmatio deſumpta ab impoſitione
duorum cenſuum paſſive facta per Spiritum Io-
ſephum filium Petri ſæpius enunciati in ſumma
libr. 2000., & reſpective 1320. cum fidejuſ-
ſione ipſiuſmet Iſabellæ, non ſolum quia di-
ſtinguendo patrimonia, quæ ſubiecta extiterunt
executioni, fidejuſſionem initam ab Iſabella,
liquebat, quod circa bona derivantia a Patri-
monio Petri fruſtra objectabatur impoſitio pri-
mi cenſus libr. 2000. in quo nequaquam Iſabel-
la fidejuſſerat, ſublata quippe ejus peculiari ob-
ligatione, nequibat Antonius aliquam antela-
tionem, ſive concurſum ſibi eblandiri dum ſtan-
te præmiſſa patrimoniorum diverſitate, tan-
quam Creditor dumtaxat Spiritus Joſephi im-
poſitoris nullibi valebat obicem præbere Iſa-
19 bellæ Creditrici ſuper bonis memorati Petri

juxta

Digitized by Google

juxta illud legale, & æquitativum beneficium ſeparationis bonorum, de quo plene *Carol. Ant. de Luc. de plural. homin. leg. cap. 6. n. 1. & ſeqq., Rota in Romana Cambii 30. Aprilis 1700. §. In quantum in fin. & in Ferrarien., ſeu Anconitana fideicommiſſi ſuper ſequeſtro 3. Iunii 1701. §. Eoque facilius coram Me*.

Indiſcriminatim, vero, ac etiam pro ſubmovendo quolibet concurſu ſuper bonis quoque Spiritus Ioſephi reſpectu ſecundi minoris cenſus libr. 1320. ſuper quo Iſabella fidejuſſerat, placuit iterum Dominis reſponſio attributa in deciſione *R. P. D. mei Tremcille ſub die 17. Martii 1702. ſub §. Præterea* videlicet, quod cum tam Spiritus Ioſeph, quam Iſabella conjux exiſterent de tempore factæ impoſitionis minores in ætate, quid proinde ad terminos *authenticæ Sacramenta puberum C. ſi adverſus vendit. & capit. cum contingat de iur. iur.* ſuppoſuiſſe videatur *Rota in altera Carpentoraten. Bonorum cor. Albergato dec. 297. præcipue ſub n. 33., & 34. par. 19. rec.* adhuc perſpecta celebri Conſtitutione promulgata ab Egidio Card. Carillo Albernotio, deindeque per Summos Pontifices *Sixtum Quartum*, & *Paulum Tertium* ſubextenſa ad univerſum Statum Eccleſiaſticum vitioſa, & nulla reddebatur eadem impoſitio, ac inſimul fidejuſſio, tanquam non fulcita ſolemnitatibus ab eadem Conſtitutione preſcriptis in contractibus minorum, eamdem quippe Conſtitutionem fuiſſe, ut premiſimus approbatam, atque extenſam ad totam Eccle-
20 ſiaſticam ditionem, & ſic etiam ad Statum Avenionen. jam affirmaverat *Rota cor. Caprataquen. par. 1. dec. 226. ubi ſub n. 2.* ſignanter meminit *authenticę Sacramenta puberum*, & *coram Ryas dec. 372. n. 1.*

Comperto igitur, quod omnia credita, quæ opponebantur Iſabellæ redderentur inefficacia, vel nulla, Domini non exiſtimarunt deſcendere ad articulum utrum etiam præfata credita in ea parte, qua apparebant poſteriora debito Petri judicialiter contracto per motam litem ſuper reſtitutione fructuum indebite preceptorum, ac quorum ratione facta fuerat executio, tam ſuper bonis ejuſdem Petri, quam Spiritus Joſephi illius filii, & hæredis, mererentur amplius anteferri ratione hypothecæ, quæ ſem-
21 per anteponitur creditis perſonalibus, etſi anterioribus ad *Textum in leg. eos C. qui pot. in pign. hab. Altogr. conſ. 4. n. 14., Gait. de cred. cap. 4. quæſt. 11. n. 1196. & ſeq., Merlin. de pign., & hypoth. lib. 4. tit. 1. q. 14. n. 1. Card. Mantica de tacit. lib. 11. tit. 22. n. 20. Paſchal. de patr. pot. lib. 1. cap. 8. nn. 78. & ſeq., Surd. dec. 56. n. 6.*

Quoniam niſi conſimiles quæſtiones Iuris protendant ad uberiorem Cauſæ explanationem, vel aliud laudabile Iuris prudentię motivum intercedat Tribunal non aſſuevit per inutilia, ac ſuperflua divagari, quantumvis forte probabilior eſſet, ſeu ab Informantibus pro Creditoribus contra Iſabellam exageraretur ſententia negativa cujuslibet hypothecę, non minus
22 ſuper bonis liberis defuncti, quam ſuper bonis ipſius gravati ad non diſſimiles terminos late examinatos per *Peregrin. de fideic. art. 45. n. 49. verſ. & in propoſito. Rot. in Civitatis Caſtelli Bonorum cor. Rendinino, ſeu dec. 176. par. 19. rec. confirmat. 19. Iunii 1680. coram eodem, ſive deciſ. 73. inter recollect. per Modern. Aſculan. ad Statut. Vrbis*.

Et ita &c. utraque &c.

ROMANA LOCORUM MONTIUM

Mercurii 28. Novembris 1703.

ARGVMENTVM.

Ad hoc ut vigore Bullæ Baronum emanatæ a S. M. Clemente Octavo abſcindantur fideicommiſſa, & bona reducantur ad naturam indifferentium neceſſe eſt quod utraque circumſtantia verificetur, qualitas ſcilicet Baronalis, & poſſeſſio rerum eximendarum a fideicommiſſo penes Baronem obligatum, ſeu Debitorem. Bulla Vrbani Octavo quæ nuncupatur *Archivii* ſucceſſive edita, an prædictam Bullam Baronum in aliqua parte moderaverit, & quid eadem Bulla Vrbana circa exhibitionem fideicommiſſorum, & bonorum regiſtrationem in Archivio diſponat, & quomodo ſit intelligendus Card. *de Luc. in diſc. 87. lib. 1. de feud.* hanc materiam ediſſerens.

SVMMARIVM.

1 *Fruſtra quis petit, quod intus habet.*

2 *Bona a Baronibus per aliquod temporis ſpacium poſſeſſa vigore* Bullæ Baronum a S. M. Clemente VIII. *editæ ſubjacent debitis & hypothecis contractis ab eiſdem Baronibus.*

3 *Scripturæ privatæ nullum ſortiri poſſunt legale teſtimonium in Iudiciis, niſi, Parte præſertim opponente, per aſſueta media recognoſcantur.*

4 *Vel ubi vigeat ſtylus in contumaciam ejuſdem Partis a Iudice pronuncientur pro recognitis.*

5 *Qualitas hæreditaria tamquam quid facti venit concludentiſſime probanda.*

6 *Qualitas Baronalis requiritur ad hoc ut vigore Bullæ Baronum abſcindantur fideicommiſſa, & bona reducantur ad inſtar indifferentium.*

7 *Et præterea quod poſſeſſio rerum eximendarum a fideicommiſſo extiterit penes Baronem obligatum, ſeu debitorem.*

8 *Poſſeſſio, ſive tranſitus rei ad communem debitorem ſpectantis eſt concludenter ab Actore probandus*

9 *Caſtrum non ſemper ſecumfert juriſdictionem territorialem a ſolo Supremo Principe concedendam, ſed quandoque reſidet intra pura bona allodialia, & indifferentia.*

10 *Bulla moderatoria Vrbani VIII. emanata poſt Bullam Baronum, quid diſponat, & quando intret.*

11 *Cu-*

11 *Contrahens in actu conrrahendi ſei ut extare fideieommiſſum u n verſa ur in illa bona fide, quæ requiritur ad effectum abrogandi fideicommiſſa.*

12 *Relatio ad aliquod Inſtrumentum ſub individua expreſſione anni, diei, & Notaris ſemper præſefert iadubitabilem ſcieutiam contentorum in eodem Inſtrumenso.*

13 *Ad imfuria jud cari non debet.*

14 *Præſcriptio interrumpitur per actum contrarium ſubſecutum intra terminum a Lege inductum ad præſcribendum*

15 *Emens l ca* Montium *reſpuere non valet illa vincula illa onera, & illa fideicommiſſa cum quibus eadem loca* Moutium *comparavit.*

DECISIO CCCI.

POſthabitis hodie veteribus exceptionibus, Defenſores D. Principiſſæ Vrſinæ pro obtinendo receſſu a deciſis *ſub die* 3. *Pebruarii* 1700. *coram* Me, toti innitebantur regulæ deſtructivæ cuiuslibet actionis fundatæ in notiſſima *l. vendicantem ff. de evict.*, videlicet quod perperam inſiſteret ex una Cammillus Marchio de Maximis uti vocatus ad fideicommiſſa domus, aſſequi executionem mandati ab A. C. relaxati, uti latius in præcitata deciſione, quando ex altera tanquam hęres Franciſci venditoris locorum Montium, de quorum prætio agebatur, vel ſaltem tanquam detinens Caſtrum Piſtertii reperiebatur obnoxius relevationi, ſivo evictioni expromiſſę per eundem Franciſcum.

Ad hunc itaque effectum retexebant iidem Defenſores hiſtoriam facti, nimirum quod etſi Auguſtinus de Lugo, pro quo fideiuſſerant Authores D. Principiſſæ, ſeſe ad ſenſum Marchionis præciſe obligaſſet re emere etiam pro fideicommiſſo Domus de Maximis xo. loca Montium, ideoque inſpecta hujuſcemodi obligatione plana redderetur actio ejuſdem Marchionis, adhuc cum ad commodum ipſius Auguſtini prænominatus Franciſcus de generali evictione, ſive quod idem eſt de indemnitate obſtrinxiſſet *Summario additionali Principiſſæ diſtributo in alia Cauſa Romana Cenſus ſub die* x3. *Junii anni præteriti num.* x. palam erat, quod ultra præfatam regulam *Text. in l. vindicantem* qualemcumque actionem infringeret alia non minus trita propoſitio *fruſtra petis, quod intus habes*, de qua *Corn. conſ.* 64i *num.* 10. *verſ. ſi autem lib.* 1. *Grat. diſcept. for. cap.* 7x2. *num.* x7., *Rot. deciſ.* 3x9. *num.* 9. *par.* 17. *deciſ.* 620. *num.* 3. *par.* 18. *recen.*, & *in Faventina Salviani* 28. *Januarii* 1701. §. *Manente*. & *in Romana Immiſſionis* 2, *Julii proxime præteriti* §. *Retento coram me*.

Siquidem ſubjungebant, quod cum idem Actor hactenus, ut præmiſimus, poſſideret Caſtrum *Piſtertii* etiam dato, quod illud in eumdem Marchionem deveniſſet alio titulo, quam hęreditario præfati Franciſci de evictione obligati, cum tamen hoc idem Caſtrum præcedenter manſiſſet penes ipſum Franciſcum, ſuccedebat ad finem afficienai tale Caſtrum, non obſtante quolibet fideicommiſſo præcedenti fortis cenſura *Bullæ Baronum*, per quam ſan. me. Clemens VIII. opportune ſancivit bona per aliquod temporis ſpatium a Baronibus poſſeſſa ſub-
2 jacere debitis, & hypothecis contractis ab eiſdem Baronibus quemadmodum ex *Card. de Luca de feud. diſc.* 96. *num.* x. *Epiſcop. Rocca diſp. jur. ſelect. cap.* 6. *num.* 4., *Rota in Romana Cenſus* x. *Decembris* 1696. §. *Minus vero coram Reverendiſſimo Hervault*, aliiſque, late diſcuſſum, firmatumque fuit *in Romana Cenſus* 14. *Martii* 1701. §. *Pro everſione coram* Me.

Verum in primis hæ cæteroquin validiſſime ratiocinationes viſæ ſunt DD. omnino in eadem hiſtoria, ſive præſuppoſitione facti claudicare, quoniam noſcebatur equidem *in prædicto Summario* appoſita quædam Syngrapha ſub nomine Franciſci de Maximis, promiſſoria pręfatæ relevationis, ſive evictionis, ſed nullibi uſque dum extiterat recognita, vel pronunciata pro vera, quantumvis uſque ſub die 23. Junii 1702. deſuper informantes pro Marchione defectum hunc prętermiſſæ recognitionis ſedulo objectaſſent, quando nemo ignorat conſimiles privatas ſcripturas nullum ſortiri poſſe legale teſtimonium
3 in Judiciis, niſi (Parte præſertim opponente) per aſſueta media recognoſcantur, ex paſſim annotatis per *Oldrad. conſ.* 1. *n.* 3. *Pariſ. conſ.* 115. *n.* 5. *lib.* 4. *Poſth. de manut. obſerv.* 98. *n.* 6., *Rot. cor. Baratto deciſ.* 290. *num.* 4. *Pentinger. deciſ.* 120. *num.* 5. & 6. *in recent. deciſ.* 45x. *num.* 1. *par* 3. & *deciſ.* 56. *num.* 11. *par.* 14. & *deciſ.* 498.
4 *num.* 59. & *ſeqq. par.* 19. *tom.* x., vel ubi vigeat ſtylus in contumaciam ejuſdem Patris a Judice, ut innuimus, pronuncientur pro recognitis ex *Corn. conſ.* x96. *ſub num.* 10. *lib.* 3., *Ridolphin. in prax. Judic. par.* 1. *cap.* 2. *num.* x10., *Scacc. de Iud. lib.* x. *cap.* 11. *num.* 1055., *Marſon. de cauſ. execut. quæſt.* 5. *num.* 4x. Modern. *Aſcalan. ad Stat. Vrbis annot.* 14. *art.* 1. *n.* 28., *Rot. dec.* 478. *num.* 10. *coram Emerix Jun.*

Ruente idcirco baſe promiſſionis evictionis ſive indemnitatis, ſupervacaneum efficiebatur convolare ad enunciatam conſequentiam, utrum tanquam hæres Franciſci, vel actualis detentor Caſtri per ipſum Franciſcum poſſeſſi Marchio foret compellendus ad ſubeundas prælaudatas replicationes *Text. in l. vendicantem*, vel æquitativæ regulæ *fruſtra petis &c.* Et nihil-
5 ominus circa qualitatem hęreditariam reſpectu, Franciſci nullum exhibebatur documentum, imo nec poſitiva promovebatur aſſertio, quæ tanquam quid facti veniebat concludentiſſime probanda *Cravett. conſ.* 164. *num.* 1., Modern. *Argentan. collect. legal.* x. *num.* 16. & 17. *vol.* 1., Maſcard. *de probat. concl.* 1x53. *num.* 32. *Rot. dec.* 1746. *num.* 17. *coram* Coccin. *dec.* 95. *num.* 13. *coram ſa. me. Alex.* VIII.

Quo vero ad Bullam Baronum laborabant pariter Defenſores in utroque ſalutari extremo probationis nullibi demonſtrantis, quod Fran-

ciſ.

Digitized by Google

ciſcus fuerit Baro, quodque in effectu poſſede-
rit Caſtrum *Piſtertii* ſubinde devolutum, ſive
detentum a D. Marchione, & tamen, ut vigo-
re prædictę Bullæ abſcindantur fideicommiſſa,
& bona reducantur ad naturam indifferentium,
neceſſe eſt, quod utraque circumſtantia juſtifi-
6 cetur, ſicuti in ordine ad qualitatem barona
lem perpetuo dixit *Rot, coram Emerix Iun. dec.*
1138, *num.* 22. *& in recen. dec.* 11. *num.* 11. *&*
12. *par.* 13. *in Romana, ſeu Albanen. Vineę* 5.
Decemb. 1698. *&* 23. *Martii* 1699. *cor. R. P. D. del*
Olmo & in dicta Romana Cenſus 14. *Martii* 1701.
dicto §. *Pro everſione cor. Me*, & quoad poſſeſſionem
7 rerum eximendarum a fideicommiſſo penes
Baronem obligatum, ſeu debitorem proſequi-
tur *Spada conſ.* 18. *num.* 25. *lib.* 1. *Card. de Luc.*
de Feud. diſc. 89. *num.* 18., *& ſeqq. Rot. deciſ.*
36. *num.* 6. *par.* 5. *rec.*

In nihilo refragante, quo juxta alias exami-
nata *in Romana Primogenituræ de Maximis* 13.
Martii 1689. *coram Reverendiſſimo D. meo Mo-*
lines Decano, Caſtrum *Piſtertii* præ cęteris ſup-
poſitum fuerit fideicommiſſo, ſeu Primogeni-
turæ ordinatę per Lucam de Maximis, quod-
que proinde vigore ſubſtitutionum in ea de-
mandatarum idem Caſtrum devenerit ad plu-
res lineas, atque perſonas ſignanter uſque ad
patrem Marchionis Io: Baptiſtæ in ea cauſa col-
litigantis, quia non idcirco reſultabat limpida
poſſeſſio, ſive tranſitus ejuſdem Caſtri ad ma-
8 nus Franciſci, quemadmodum demonſtrare pa-
lam debuiſſet D. Principiſſa, velut Actrix in
hac replicatione, ad tradita per *Peregrin. de*
fi eicomm. art. 44. *num.* 1., *Rot. dec.* 802. *num.*
11. *& deciſ.* 811. *n.* 4. *coram Cerro dec.* 1018.
num. 4. *coram Emerix Iun. in rec. deciſ.* 228.
num. 11. *par.* 15., *& deciſ.* 39. *num.* 2. *par.* 16.
et in Romana Fabricę 13. *Ianuarii* 1702. §. *Ne-*
que fomentum coram Me.

Prout neque pariter dæmonſtrabatur, quod
Caſtrum foret juriſdictionale, ut exigit Bulla
Clementina ad finem, ut ex poſſeſſione alicu-
jus Caſtri quis cenſeatur eſſe Baro volens ratio-
ne Territorii terrere Creditores, quibus eadem
Bulla in hoc caſu conſoluit, ex quo non omne
9 Caſtrum ſecum fert juriſdictionem territoria-
lem a ſolo Supremo Principe concedendam,
ſed quandoque reſidet intra pura bona allndia-
lia, & indifferentia teſte *Cancer. var. reſolut.*
par. 3. *cap.* 13. *num.* 4. *et* 27. *Fontanell. de pact.*
nupt. clauſ. 4. *gloſſ.* 11. *num.* 10. *Card. de Luc.*
de Regal. diſc. 190. *ſub. n.* 7. *verſ. adeout Rot. di-*
cta dec. 1138. *n.* 3. *coram Emerix jun.*

Cæterum ex abundanti, ac pro uberiori inter-
verſione hujuſce objecti, opinati ſunt Domini,
quod neque per hypotheſim ſuperata duplici
hac amaritudine facti, Defenſores D. Principiſſæ
quidquam egiſſent, quia cum ex mox recenſen-
dis, iiſdemque incontrovertibilibus circumſtan-
tiis liqueret, Auguſtinum, cujus iura induebat,
ac tuebatur D. Principiſſa, certam habuiſſe
notitiam fideicommiſſorum huius Domus ne-
quibat idcirco implorari præſidium Bullæ Cle-
10 mentinæ; Licet enim *Card. de Luc. in diſc.* 87.
lib. 1. *de Feudis* perpendendo Bullam ſucceſſi-
ve editam a ſa. me. Vrbano VIII. quæve
nuncupatur *Archivii* reputaverit illius mode-
rationem in ordine ad alteram Conſtitutionem
Clementinam non intrare, niſi ſpecifice im-
pleta appareret forma ſancita in eadem Bul-
la moderatoria Vrbani per exhibitionem fi-
deicommiſſorum in Archivio una cum regi-
ſtratione bonorum, aliiſque per eum ponde-
ratis in prædicto *diſc.* 87. *ſub num.* 12. *&* 13.,
attamen vel quia poſita ſcientia in contrahen-
te ex viſceribus ejuſdem contractus de hiſce
fideicommiſſis, ſatis eſt impleviſſe mentem
Pontificis per æquipollens, vel quia durum eſt,
quod ſciens in ipſo actu contrahendi extare fi-
deicommiſſum verſetur in illa bona fide,
quæ requiri videtur ad longe duriſſimum ef-
fectum abrogationis fideicommiſſorum, Tri-
bunal idcirco ſæpius definivit oppoſitum, & ſi-
gnanter in illamet Cauſa, in qua ſcribebat
Card. de Luc., videlicet *in Romana Vineę co-*
ram Card. Cerro inter ſuas deciſ. 807. *num.* 13.,
& deinceps *in Romana Canthelę Angelis* 27. *Ju-*
nii 1698. §. *fin.*, *&* 25. *Aprilis* 1701. §. *Non*
ſubſiſtit coram R. P. D. meo Muto.

Applicando igitur ad rem ſcientiam fidei-
commiſſorum Dominici, & Lucæ evidens præ-
fulgebat in Auguſtino, is enim coemerat a Fran-
ciſco 20. loca montium, cumque in litteris pa-
tentibus poſitive enunciaretur quoddam In-
ſtrumentum Cenſus ſubrogati loco Caſalis *di*
Porcareccia omnino fideicommiſſarii, ſub indi-
vidua expreſſione diei, anni, & Notarii, *Sum-*
mario Actoris num. 1 *&* 2., ecce quod Augu-
ſtinus acquirens præfata loca montium ſub in-
bibito, & expreſſo vinculo etiam præfati Cen-
ſus palpabilem habuerat notitiam ejuſdem fi-
deicommiſſi, relatiu etenim ad aliquod Inſtru-
mentum ſub tam individua expreſſione anni,
12 diei, & Notarii ſemper præſefert indubita-
bilem ſcientia contentorum in eodem Inſtru-
mento, ut inquit *Alex. conſ.* 39. *nu.* 6. *vol.* 2.
Surd. conſ. 82. *num.* 34. *Cyriac. contr. for.* 325.
num. 13., *Rot. coram Bichio deciſ.* 644. *nu.* 2.
coram Priolo deciſ. 439. *n.* 9. *in recen. deciſ.* 452.
num. 7. *par.* 4. *tom.* 2., *in Avenionen. fideicom-*
miſſi 25. *Iunii* 1700. §. *Stricte*, *& in Illerden.*
hereditatis de Gomar. 4. *Junii præteriti* §. *Ad*
fundamentum coram Me.

Agnoſcentes forte ſæpius memorati Defen-
ſores ſoliditatem repulſæ eorum objecti etiam
citra factum ad meros terminos Juris toto poſ-
ſe convolabant ad antemurale excluſivum ma-
læ fidei, ſi quæ emergeret ex prædicta notitia
fideicommiſſi ſub prætextu quod de anno 1630.
ſub quo Auguſtinus coemit loca montium Ro-
ta cenſuiſſet fuiſſe expiratum fideicommiſſum
Dominici ejuſdem Domus de Maximis ex ge-
minis deciſionibus editis coram *Robuſterio* quę-
ve habentur impreſſę *deciſ.* 318. *par.* 1., *&*
deciſ.

Digitized by Google

dec.5. 230. *par.* 2. *diverſ.* Vnde ſi ad evitandam cenſuram Bullæ Clementinæ ſufficere debebat notitia æquipollens effectivæ Archiviationi, demandatæ per Vrbanum Octavum, non minus a contrario altera ſcientia expirationis fideicommiſſi judicialiter declaratæ debebat eidemmet Auguſtino ſuffragari, ne ad imparia
13 judicaretur contra omnia æquitativa principia, de quibus *in cap. cum inter* 5. *ibique gloſſ. verb. claudicare de except. Dec. conſ.* 162. *in fin. verſ. præterea Rot. deciſ.* 497. *num.* 4. *& deciſ.* 498. *num.* 1. *coram Emerix Iun.*

Aſt multifariam, ſive tripliciter ſubſidiaria hæc proſternebatur replicatio; Primo videlicet, quoniam memoratæ *deciſiones coram Rojnſterio* ad lucidiorem trutinam de more expenſę, ut juris erat, remanſerat revocatæ *coram Pirovano de anno* 1638. ſicuti liquet ex *deciſ.* 18. *par.* 8. *recen.*, *ac coram Card. Cerro deciſ.* 286., ac propterea cum obligatio reemendi loca montium ſuſcepta per Auguſtinum feriret tempus *diei* 29. *Octobris* 1633. eſſetque duratura per quinquennium interim vero non adhuc expleto eodem quinquennio ſcilicet ſub *die* 5. *Martii* 1638. ſupervenerit pręfata revocatio *coram Pirovano*, nonne mala fides extitit confirmata, uti dicimus de præſcriptione, quæ palam interrumpitur per actum contrarium ſubſequutum intra terminum a lege inductum
14 ad pręſcribendum queadmodum tradunt *Alb. conſ.* 19. *n.* 2. *verſ. ex tertio lib.* 2., *Pelin. conſ.* 2. *num.* 6. *Rot. coram Puteo deciſ.* 385. *a num.* 1. *lib.* 3. *coram Duran. deciſ.* 426. *num.* 22. *& in rec. dec.* 226. *nu.* 17. *& ſeq. par.* 9. *& dec.* 231. *num.* 17. *par.* 18.

Secundo reſpondebatur, & bene quod enunciata contrarietas deciſionum ſuper inexiſtentia, vel exiſtentia fideicommiſſi percutiebat fideicommiſſum Dominici, non autem Lucæ d Maximis, per quem ſuppoſitum fuerat Caſale *di Porcareccia* oneri reſtituendi etiam favore moderni Actoris, abſque eo, quod ſubſiſteret oppoſitio, quod Lucas ordinaverit fideicommiſſum ſuper detractionibus tantum, quia quicquid putaretur ſupponi in deciſione *Romana Primogenitararum de Maximis* 1. *Iulii* 1689. §. *Licet enim coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano*, quæ tamen per Defenſores D. Principiſſæ oculis Dominorum non fuit exhibita, contrarium evincebatur ex teſtamento ipſius Lucæ, & ex firmatis in ſpecie per *Rotam in dec.* 286. *n.* 3. *coram Card. Cerro*.

Tertio tandem radicitus evellebatur efficacia pręnominatæ replicationis, ex quo nedum Auguſtinus loca montium, ut præmiſimus, acquiſiverat expreſſe, & literaliter, tanquam ſubjecta fideicommiſſo, quod poſtea declaratum fuit exiſtere, verum etiam denuo de prædicto *anno* 1633. ſeſe reempturum totidem loca montium ſub eodem fideicommiſſo. & vinculis obligavit, proindeque evanidi reddebantur diſcurſus, circa bonam, vel malam fidem, & circa exiſtentiam fideicommiſſi Dominici, vel Lucæ, dum ſicuti emens loca montium tutus eſt ab omni moleſtatione, quoties nulla vincula noſcantur attergata in litteris patentalibus, ita e converſo reſpuere non valet illa vincula, illa onera, illa fideicommiſſa, cum quibus eadem
15 loca montium comparavit, ut fuit in propoſito poſt *Text. in l. prima* §. *Si conveniat ff. depoſiti Barboſ. tract. var. axiom.* 163., *Card. de Luca de feud. diſc.* 3. *num.* 2., alioſque animadverſum, atque firmatum *in Romana Primogenituræ de Albericis* 4. *Iunii præteriti* §. *Evidentiſſime coram Me*.

Atque ex his fugato etiam hoc noviſſimo objecto perſitum fuit unanimiter in deciſis. Vtraque &c.

ROMANA LOCORUM MONTIUM SVPER FRVCTIBVS.

Merc. 28. *Novembris* 1703.

ARGUMENTUM.

Dies adventæ, ſeu purificatæ conditionis ſtat loco interpellationis, Fidejuſſor ſi accedat tanquam principalis, principaliter, & in ſolidum fit & ipſe correus debendi, & tenetur ad omne id, quod principali promiſſori incubebat: Fructus quo caſu debeantur ſi non tanquam fructus, ſed uti ſors principalis petantur.

SVMMARIVM.

1 *Veritas nitidius effulget ex utrinſque partis dilucidatione.*

2 *Dies purificatæ conditionis ſtat loco interpellationis.*

3 *Fidejuſſor obligatus tanquam principalis, & in ſolidum fit correus debendi, & tenetur ad omne id, quod incubebat principali promiſſori.*

4 *Fid jubens pro Officiali, vel adminiſtratore adſtringitur indiſtincte pro reliquatis ejuſdem adminiſtrationis, ſive in ſuis circumſtantiis nota ſive ignorata*

5 *Fidejuſſorum hæredes conſtituendi ſunt in mora in vim alicujus interpellationis ad hoc ut compellantur ad fructus, & intereſſe.* Limita num 6.

6 *Fructus quando debeantur ſi petuntur non tanquam fructus, ſed tanquam ſors, & capitalis.*

7 *Explicatur Authoritas* Bero in conſ. 149. n. 6. & 7. lib. 1.

8 *Mutuans ſi durante aliquo termino ad cambiandum poteſtatem ſibi adimiſſet cambiandi, eodem termino defluxo, ac cambiare volens adſtringitur interpellare debitorem, nempe quod cambiare intendebat, ſecus ſi idemmet debitor in ſe aſſumpſit onus a tali tempore cambiandi.*

9 *Exceptio carens legitima juſtificatione non attenditur.*

10 *Fideicommiſſarii petere poſſunt fructus a die motæ litis, etiamſi antecedens gravatus eam move-*

verit, quando nec ille, nec ejus hæredes fructus
petunt.

11 *Fructus quando augent, vel augere debent fidei-*
commiſſum pertinent ad fideicommiſſarium, non
autem ad hæredes gravati.

DECISIO CCCII.

SI unquam animi docilitas in Judicibus exo-
ptanda valuit nitere, certo certius emica-
vit in præſenti, licet enim ita exigente rationa-
bili diſcurſu Tribunal perſeverare debuiſſet in
deciſis *ſub die 3. Februarii 1700. cor. Me*, dum
hujuſmodi reſolutio prodierat Marchione Ca-
millo tantummodo informante, ideoque ſuper-
venta hodie comparitione defenſorum D. Prin-
cipiſſæ libentius obtentæ favorabilis reſolutionis
confirmatio incaleſcente defenſionis auxilio fo-
ret expectanda, nihilominus, ſicuti aromata
magis contrita, magis redolent, ita ex hodier-
na utriuſque partis digladiatione nitidius lumen
1 veritatis emiſit *cap. grave 35. quæſt. 9. Gloſſ. in*
cap. cum Joannes verb. poſtquam de fide Inſtru-
ment. D. Bernard. in ſerm. 99. de tempor., &
proinde fructus eidem Marchioni ſolummodo
in precedenti deciſione conceſſos a die moræ li-
tis Domini dixerunt eſſe ampliandos ad longe
anteriorem diem cadentis obligationis reemen-
di loca montium, de quibus principaliter, ut in
altera deciſione ſtabat controverſia.

Occaſio variandi reſedit in obligatione incon-
trovertibili ſuſcepta nedum per Auguſtinum,
ſed etiam in ſolidum a DD. de Vrſinis de ree-
mendo loca Montium ab ipſo Auguſtino diſtra-
cta ſucceſſive ad commodum præ cæteris pri-
mogenituræ, ſeu fideicommiſſi multiplicanda,
quare dum hujuſmodi loca Montium non fue-
runt in effectu reempta, & conſequenter neque
etiam confectum multiplicum, inevitabiliter
ſubinde oriebatur actio ad fructus ipſos multi-
plicandos a die cadentis obligationis, ſive puri-
ficatæ promiſſionis citra neceſſitatem ab extra
juſtificandi malam fidem regulariter a conteſta-
tione litis emergentem, vel alia requiſita *Pauli*
2 *de Caſtro in l. 3. ff. de eo, quod certo loco* cum in
his terminis eademmet dies adventæ, ſeu ut di-
ximus, purificatæ conditionis fiet loco interpel-
lationis, & intereſſe liquidetur a ſpecifica im-
portantia facti non ſecuti, ſeu non impleti, ut
etiam connotaveram *in tractatu de Commerc.*,
& Mercat. diſc. 62. nu. 50.. & ſeqq., & n. 61.,
& ſeqq. ubi præciſe agitur de locis montium
Rot. dec. 272. num. 3. par. 9. rec. & magis fuſe
reaſſumpta materia *cor. Bich, dec. 303. ferme*
per totam.

Abſque eo, quod amplius excuſare poſſet
DD. de Vrſinis, ideoque D. Principiſſam eorum
hæredem Cardinalis præterite reſolutionis ani-
madverſio, videlicet quod iidem DD. de Vrſi-
nis acceſſerint quidem principaliter, & inſoli-
dum obligationi contractæ per Auguſtinum de
reemendo toties enunciata loca montium, ſed
ignoraverint ad quem effectum, & ſub qua ul-
teriori conſequentia deſervire deberet hujuſmo-
di reemptio, ſicque ſaltem mediante aliqua in-
terpellatione certiores eſſent efficiendi, ac
commonendi de inveſtimento, ſeu multiplico
faciendo, quoniam firmius hodie in altera de-
ciſione ſuper negocio Principali comperto,
quod Auguſtinus iſtam conſequentiam indubi-
tanter ſciverit, ac in ſe accollaverit, de plano
ſuccedebat, quod DD. de Vrſinis pro eo ſubeun-
tes figuram fidejuſſoriam tenerentur ad omne
id, quod ipſis ſive ſcientibus, ſive ignorantibus
incumbebat principali promiſſori. cum quo
3 correi per aſſuetam clauſulam *uti Principales*,
& inſolidum, fuerant effecti quemadmodum
robuſte proſequuta eſt, ac definivit *Rot. in d.*
deciſ. 303. num. 10. & ſeqq. coram Bich., & vi-
demus quotidie practicari in fidejubentibus pro
aliquo Officiali, vel Adminiſtratore, ut hi ad-
ſtringantur indiſtincte pro reliquatu ejuſdem
adminiſtrationis, ſive in ſuis circumſtantiis notæ
4 ſive ignoratæ ex traditis per *Alexan. conſ. 34.*
num. 1. & per tot. vol. 2. Surd. conſ. 359. n. 33.
Rot. coram Bichio dec. 306. num. 1. & coram ſa.
me. Alex. VIII. dec. 192. num. 3. & ſeqq.

Et ob id licet abſtractive in ſuo robore per-
manere poſſe viderentur propoſitiones inſinuatæ
in deciſione antecedenti nimirum, quod regu-
lariter mitius agendum veniat contra fidejuſſo-
res, quodque ſaltem hæredes eorumdem fide-
juſſorum conſtituendi veniant in mora in vim
5 alicujus interpellationis ad hoc, ut compellan-
tur ad fructus, & intereſſe, ſecundum autho-
ritates allatas in præterita deciſione ex §. *Ad-*
verſus, & ſignanter ſub §. Fortius; DD. tamen
6 animadverterunt, quod eædem authoritates lo-
cum ſibi forſan uſurpaſſent, quotieſcumque
mora reemendi loca montium, illorumque fru-
ctus multiplicandi perfecta, & conſumata re-
manſiſſet defuncto jam fidejuſſore, forſan et-
enim tunc a preſtatione intereſſe ſuccedentis loco
implementi valuiſſent præſervari hæredes ejuſ-
dem fidejuſſoris, vel illis tanquam ignaris ſuc-
currendum extitiſſet ope reſtitutionis in inte-
grum. Verum cum juxta hodie opportunius ju-
ſtificata in noſtra theſi ceciderit dies promiſſæ
reemptionis per Auguſtinum de tempore, quo
vitam agebant DD. de Vrſinis ejus fidejuſſores,
denegari non poterat, quod eadem mora, jam
legitime incurſa, & radicata illis viventibus,
dubio procul tranſierit in hæredem etiam igno-
rantem, ac etiam ſine alia interpellatione, ut
per *Text. in l. cum Pater familias 27. ff. de uſur.*
ibique Gloſſ. 1. Schanard. conſ. 62. num. 76. &
ſeqq. alioſque diſtinxit *Rot. cor. Bich. d. dec. 303.*
ex n. 25. & precipue *nu. 28. & ſeqq.* & conſonat
Ger. Spin. conſ. 5. num. 25. & 26., Altograd.
conſ. 32. nu. 10. lib. 1., Leotard. de Vſuris quæſt.
81. n. 20. & q. 82. n. 19. Gamm. dec. 110. n. 39. Vinc.
de Franch. dec. 16. num. 9. & 10.

Certius reflectendo, quod in rei veritate
minime tractabatur de aliquo extrinſeco inte-

Digitized by Google

re..., quod pareret acceſſionem reſtaurat.vam
damni, ut dicunt emergentis, vel lucri ceſſan-
tis ad terminos prædictarum authoritatum præ-
teritæ deciſionis, ſed verſebamur potius in
duplicata, & æque principali promiſſione ree-
mendi, ac multiplicandi, quo caſu reſtaurum
fructuum, ſive multiplici non facti, induit
magis naturam ſortis, quam acceſſionis, adeout
facto non impleto, ſtatim efformetur actio
7 reſtaurativa ipſius ſortis deficientis, ex his quæ
ad rem pariformiter diſtingunt *Spad. conſ.* 105.
num. 1. *vol.* 2., *Cancer. var. reſol. cap.* 16. *n.* 97.
par. 3., *Gratian. diſcept. for. cap*, 206. *num.* 18.
Rot. dec. 585. *num.* 3. *& ſeqq. & dec.* 663. *n.* 6.
& pariter ſeqq. cor. Merlin. cum aliis *in Bononien.*
Evictionis ſuper fructibus 10. *Martii* 1698. §. *Pro-*
indeq. cum duob. ſeqq. cor. Reverendiſſ. D. meo
Molines Decano.

Ejuſdemque idcirco inapplicabilitatis nota
afficiebatur authoritas *Beroi* volentis *in conſ.*
149. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 1., quod non ſemper præ-
fixio termini ad aliquid faciendum importet
obligationem præciſam faciendi, quoniam hoc
utique congruiſſet quando ad ſenſum, & caſum
ejuſdem *Beroi* quæſtio foret de pacto negativo,
videlicet quod habentes in ſpecie noſtra intereſſe
ſuper reemptione, & multiplico locorum mon-
tium non poſſent agere pro implemento, niſi
poſt quinquennium; aſt ubi, prout hic pactum
erat undique affirmativum, videlicet quod ipſe
Auguſtinus teneretur intra quinquennium loca
montium reemere, & ſucceſſive multiplicare,
idem *Berous* ultro fatetur, nullam aliam requiri
interpellationem, & in hoc familiare habemus
exemplum Cambii, quod ſi mutuans durante
aliquo termino poteſtatem ſibi ademiſſet cam-
biandi, profecto eodem termino defluxo, ac
cambiare volens adſtringeretur interpellare
debitorem E. G. quod cambiare intendebat,
ſecus autem quoties idemmet debitor in ſe aſ-
ſumpſit onus a tali tempore cambiandi ad late
8 examinata *in Romana Cambii* 17. *Junii* 1697.
& 11. *Decembris ejuſdem anni coram Me*.

Everſis igitur ex lucidiori facti explanatione
firmioribus fundamentis anteactæ reſolutionis
fruſtra informantes pro D. Principiſſa ſatage-
bant illam amplius ſubſtentare, vel ex quo fa-
ctum extitiſſet multiplicum, vel ex quo fructus
locorum montium reemendorum pertinere
debuiſſent, aut ad Auguſtinum emptorem, aut
ad Franciſcum venditorem, cumque propterea
Marchio Camillus neutrum repreſentaret, inu-
tiliter hodiernam promoveret inſtantiam; Nam
circa ſuppoſitionem multiplici jam facti ſive
9 implementi jam ſecuti ad oculum ruebat exce-
ptio per carentiam legitimæ juſtificationis ad
monitum *Text. in l. Actor C. de probat. Card. de*
Luc. de fideic. diſc. 17. *nu.* 15. *Rot. dec*, 52. *n.* 2.
cor. Emerix jun. in rec. dec. 472. *num.* 3. *par.* 19.
cum aliis *in Aſculana dotis* 26. *Februarii proxime*
delapſi §. *Placuit coram Me*.

Quo vero ad ſubalternantem exceptionem illa
ſubſtituiſſet, quando actum foret de fructibus
mere acceſſoriis, ac percipibilibus ab emptore,
vel gravato reſpondere enim tunc potuiſſet
actori *tua non intereſt* ex his, quæ alias inter
10 ſubſtitutum, ac hæredem hæredis gravati diſ-
ceptata fuere *in Reatina fideicom.* 17. *Feb.* 1702.
§. *Vindicata*, *&* 15. *Maii ejuſdem anni* §.
Verum, *& ſeqq. coram R. P. D. meo Lan-*
cetta.

Secus autem dum ex jam ſupra ponderatis
obligatio faciendi multiplicum exuere faciebat
fructus locorum montium naturam acceſſionis,
ſed potius convertebantur, ſeu converti debe-
bant in ſortem, atque peraugere, ſeu reinte-
grare debebant fideicommiſſum mediante mul-
tiplico, quia etiam tunc fructus quando augent,
vel augere debent ipſam hæreditatem, vel fidei-
commiſſum pertinent ad fideicommiſſarium,
11 non autem ad hæredes gravati, ut inquit *Rota*
dec. 682. *ſub num.* 3. *&* 5. *par.* 2. *rec*, *in*
Camarinen. bonorum 13. *Maii* 1689. *coram*
Randinino, *&* 12. *Martii* 1690. *coram bo. me.*
Emerix inter ſuas dec. 957. *&* 10. *Maii*, *&*
20. *Junii* 1692. *coram R. P. D. meo Ciprara*
ubique §. 1. *& ſeqq.*

Atque ita DD. qui ex Officio prius moti-
vaverant favore D. Principiſſæ, coacti exti-
terunt in hac parte reſilire, ſive quod idem
eſt perſiſtere in deciſis non iam abſolute, ſed
juxta modum præmiſſum. Utraque &c.

ROMANA PRÆTENSORUM FRUCTUUM.

Veneris 11. *Ianuarii* 1704.

ARGUMENTUM.

Fructus prætendi nequeunt ex credito quantitati-
vo niſi concurrant vulgata requiſita lucri
ceſſantis, & damni emergentis; Idque adeo ve-
rum eſt, ut Jura tantopere abhorrent hanc illi-
citam productionem, ex cauſa promiſſe pecu-
niæ de ejus intrinſeca quidditate ſterilitſſimæ, ut
ipſemet conventio, & obligatio præſtandi etiam
fructus tanquam redolens uſurariam pravita-
tem ab utroque Jure, & ſignanter Pontificio
damnetur, niſi eadem conventio, & pactio ab
aliqua extrinſeca, & ſufficienti ratione, & cau-
ſa legitimetur, alternative condemnatus po-
teſt a præcedenti electione variare, & unum
ex duobus modis alternativis adimplens am-
plius moleſtari nequit.

SUMMARIUM.

1 *Pecuniæ pares non poſſunt fructus citra concur-*
ſum requiſitorum lucri ceſſantis, vel damni
emergentis, & n. 13.

2 *Et hoc procedit etiamſi inita fuerit conventio*
ſeu obligatio præſtandi fructus quia talis con-
ventio uſurariam redolens pravitatem ab utro-
que Iure, & ſignanter Pontificio damnatur,
niſi

Digitized by Google

niſi eadem conventia aut pactio ab aliqua extrinſeca, & ſufficienti ratione, & cauſa legitimetur.

3 *Electia pro ſolvendo debita facta in aliqua ſpecie bonorum, nequit poſtea debitar ab ea reſilire.*

4 *Dos conſtienta dici ur in quantitate non in fundo ubi promiſſia incipiat ab eadem quantitate, licet in eodem actu, vel ex poſt fundus præſtetur.*

5 *Debitum incertum, & conditionale nemo præſumitur ſolvere voluiſſe citra palpabilem jactationem, vel diſperſianem.*

6 *Veritatis major comprobatio, ſeu manifeſtatio haberi nequit, quam ea, quæ reſultat ex judiciali petitione litigantis,* & n. ſeq.

7 Mora *de æqui tate canonica poteſt quandocumque purgari ub. lus alterius non eſt effectum deterint.*

8 *Al ernative condemnatue poteſt a praecedenti electione variare.*

9 *Dos æſtimata facit emptionem & venditionem ſi maritus in caſu reſtitutioni promiſit illam reſtituera iiſdem modis, & formis quibus data fuit.*

10 De *duobus alternativis, ſi quis unum impleverit ab omni ulteriori obligatione immunis efficitur*

11 *Creditum quando ex bonis ſtabilibus, & aliis effectibus fructiferis quorum loca pecunia fuit ſubrogata provenit, ex ea fructus exigi omni jure poſſunt.*

12 *Fructus ſaluti durante tempore, in tranſactione convento ad ſolvendam ſortem tamquam pars contractus ejuſdem tranſactionis non poſſun. de uſura redargui.*

13 *Ex pecunia nulli fructus debentur.*

14 *De eſſentia tranſactionis eſt, ut aliquid hinc inde detur, & remittatur.*

15 *Fructus, ſive dotalia interuſuria peti nequeunt abſque ſolitis requiſitis.*

DECISIO CCCIII.

DOminus Tarquinius Marchio Sanctacrucius, qui mediantibus juribus, & notitiis ſibi a Franciſco de Cinciis opportune ſubminiſtratis reportaverat Victoria contra Chriſtophorum, ſeu Cajetanum pariter de Cinciis renuebat exſolvere *ſcuta* 2000., quæ correſpective eidem Franciſco promiſerat in caſu Victoriæ exburſare *in contanti, o veromente in tanti luoghi de Monti*, ſuccumbere coactus fuit in ſua renitentia non minus *coram A. C. Aldrovando*, quam *coram R. P. D. meo Priolo ſub die* 2. *Maii* 1701. cum ſucceſſiva canonizatione utriuſque Judicati facta per Signaturam Juſtitiæ: ſed cum ulterius extiterit laceſſitus ad ſolutionem quoque fructuum correſpondentium præfatæ quantitati *ſcut.* 2000. merito e converſo in hodierna Audientia, & colluctatione triumphavit.

Viſum quippe fuit Dominis ſuperabunde Marchionem expleviſſe propriam obligationem numerando prædictam ſummam *ſcut.* 2000., abſque eo, quod urgeri poſſet ad ſubalternantem ſolutionem fructuum, quos ipſe neutiquam ſpoponderat, nec ex natura rei, aut in aliquam ſequelam veniebant, cum promiſſio, ſeu pactio, de qua ſupra, ſiſteret in nuda ſorte quantitativa, & proinde non habili citra concurſum requiſitorum lucri ceſſantis, vel damni emergentis ad ullos fructus producendos,
1 juxta vulgata principia, de quibus ad ſatietatem *Archidiaconus in Can. eiicieus* 88. *diſtinct. Decian. conſ.* 2. *num.* 22. *lib.* 1. *Leotard. de uſur. quæſt.* 35. *num.* 6. *Card. de Luc. de uſur. diſcurſ.* 33. *num.* 3., & *Ego in Tract. de Commerc.*, & *Mercat. diſcurſ.* 34. *num.* 50., *Rota deciſ.* 291. *num.* 1. *coram Celſ. deciſ.* 304. *num.* 9. *par.* 9., & *deciſ.* 048. *num.* 11. *par.* 11. *recent.* & *in Romana fructuum Dotis* 1. *Decembris* 1698. §. *Cardo namque coram Me hactenus impreſſ. deciſ.* 65.

Adeoque Jura perhorrent hanc illicitam productionem, ſeu ſuperfectationem fructuum ex cauſa promiſſæ pecuniæ de ejus intrinſeca quidditate ſteriliſſimæ, ut ipſamet conventio, & obligatio præſtandi etiam fructus, tamquam redolens uſurariam pravitatem ab utroque jure, & ſignanter Pontificio damnetur, niſi ea-
2 dem conventio, aut pactio ab aliqua extrinſeca, & ſufficienti ratione, & cauſa legitimetur *Bald. in l. rogaſti* 5. §. *Si tibi num.* 7. *ff. de reb. credit Surd. conſ.* 149. *num.* 14. *Molin. de rit. nupt. lib.* 3. *quæſt.* 39. *num.* 14. *Epiſc. Rocca diſput. Iur. ſelect. cap.* 118. *num.* 6., *Rot. deciſ.* 360. *num.* 26. *coram Cerr.*, & *deciſ.* 576. *num.* 1. *coram Emerix Iun. deciſ.* 676. *num.* 5. *par.* 18. *tom.* 2. *recent.*

Huſuſmodi autem legitimatio minime poterat deſumi, ex quo Marchio Tarquinius jam ad tenorem ejus promiſſionis, ac obligationis prçelegerit viam generativam fructuum conſignando in alternante ſponſione ipſimet Franciſco loca viginti Montis; Quapropter ſi in hoc bivio loco pecuniæ ſterilis præelegit extradere
3 loca Montium fructifera, nequiret amplius ab eadem prçelectione reſilire, ex animadverſis per *Bart. in l. conſentaneum num.* 17. *verſ. quæro ſecundo C. quomod.* & *quando Iudex* &c. *Neguſant. de pignor. in fin. libell. act. hypoth. nu.* 118. *Card. de Luc. de credit.* & *debit. diſcurſ.* 141. *n.* 2., *Gratian. deciſ. March.* 4. *num.* 72., *Rot. deciſ.* 344. *num.* 1. *coram* Mantic.

Quoniam introſpecto tenore apocę promiſſoriæ, de qua *in Summaria Marchionis num.* 1. nullatenus evincebatur, quod vere D. Marchio Tarquinius ad iſtam prçelectionem alternativæ obligationis deveniſſet, Nam potius aſſignatio, quæ fiebat de tot locis Montium eo tempore vinculatis, juncta contemporanea Antapoca, ſeu Albarano ſonabat in quandam ſecuritatem Franciſci, qui paraverat notitias, & arma defenſionis March. Tarquinio, & correſpective intendebat de ſibi facta ſponſione aſſecurari, & per conſequens deficiente ſuppoſita electione corruebat quoque fundamentum hodiernæ petitionis, & promiſſio ſolvendi *ſcut.* 2000. tan-

Digitized by Google

quam incipiens a quantitate ſimplici, & pura
prævalebat aſſignationi pollicitæ, ſeu factæ in
locis Montium, exemplo dotis, quæ dicitur
in quantitate, non in fundo, ubi promiſſio in-
cipiat ab eadem quantitate licet in eodem actu,
4 vel expoſt fundus pręſtetur, ex notoria diſtin-
ctione de qua *Cæphal. conſ. 351. nu. 37. & ſeqq.
lib. 3., Honded. conſ. 41. num. 18. & ſeq. lib. 1,
Gratian. diſcept. foren. cap. 38. num. 29. Man-
tic. de tacit. lib. 12. tit. 28. num. 5. Boſſ. de dot.
cap. 16. num. 23. Card. de Luc. eodem tract.
diſc. 158. num. 8., Rot. deciſ. 845. in fin. coram
Manzanedo deciſ. 1212. num. 10. coram Emerix
Iun., & deciſ. 20. num. 3. par. 15., & in Ro-
mana, ſeu Sabinen. Dotis 30. Martii 1699.
§. Secundo non minus coram Me inter impreſſas
deciſ.* 80.

Quodque in rei veritate Marchio Tarquinius
tunc temporis optionem ſibi datam ſolvendi *in
contanti, ò veramente in tanti luoghi de Monti*,
firmiter minime prælegiſſet, ſuadebat mani-
feſte ipſa ſubſtantia negociationis, & pacti, quo-
modo enim præciſive a motivo ſecuritatis, de
quo proxime poterat tam pręmaturæ Marchio
præeligere partem alternantem conſignationis
locorum Montium, dum inita per eum obliga-
tio futurum expectabat eventum Victorię ſedu-
lo in præcitata Antapocha inculcatum, decla-
ratum, & volitum reſiſtente omni diſcurſu, &
ratione, quod quis voluerit citra palpabilem
5 jactationem, vel diſperſionem ſolvere debitum
incertum, & conditionale, ut in propoſito con-
clamant *Alb. conſ. 523. num. 6., Mantic. de
conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 7., Ne-
guſant. de pignor. quæſt. 53. num. 11., Rot. Ja-
nuen. deciſ. 26. ſub num. 24. verſic. quibus omni-
bus Sacra deciſ. 74. n. 6. coram Bich. deciſ. 594.
num. 16. coram Emerix jun., & in recen. deciſ.
153. num. 26. par. 4. rec. tom. 2.*

Quid plus dum tantum abeſt, quod Marchio
Tarquinius ad tenorem primæ Apocæ intelle-
xerit revera pręeligere viam tam immature
ſatiſfaciendi in locis Montium (quæ in effectu
nuſquam fuere conſignata) ut ipſimet repræ-
ſentantes Franciſcum reſtaurando, ſeu promo-
vendo petitionem ſortis, quam per bina, ut ſu-
pra judicata obtinuerunt, originaliter inſtete-
rint coram *A. C. Aldrovando* contra Marchio-
nem, ipſum provocando *ad ſolven. ſc. 2000., vel
ceſſiſſe, & reſignaſſe docen. tot. loca Montium &c.*
Unde quis dixerit, Marchionem Tarquinium
unquam cogitaſſe per primam Apocam inſolu-
tum transferre loca Montium, quando iidem-
met Actores velut ex integro petierunt alterna-
tivam ſatiſfactionem; Nulla quippe major com-
probatio, & manifeſtatio veritatis haberi poteſt,
6 quam ea, quæ reſultat ex judiciali petitione
collitigantis, ut ait *Felin. in cap. ſuper litteris
num. 9. & 10. de reſcript., Menoch. conſ. 507.
num. 14. & 15. Manſ. conſult. 128. num. 17.
Surd. deciſ. 229. num. 5. & 6., Rot. deciſ. 301.
coram Buratt. dec. 38. num. 33. par. 9. & deciſ.
102. num. 4. par. 11. rec.*

Quinimmo tanta vis erat hujuſce petitionis,
ut etiam quando per hypotheſim Marchio in
priori Apoca perperam pręelegiſſet aſſignare
loca Montium uti fructifera, aut ſeſe aliquo
modo declaraſſet velle ſatisfacere in locis
Montium, hæc ſuperveniens judicialis inſtantia
7 illum repoſuiſſet in ſtatu primævæ electionis, ſi-
cuti non obſtante incuſata etiam mora, ac de-
volutionem non longe in terminis emphyteuti-
cis, vel feudalibus ratiocinantur *Card. de Luc.
de emphit diſc. 41. n. 9., Rot. deciſ. 1140. num.
15. coram Emerix Junior. deciſ. 165. num 30.
par. 10. recentior., & deciſ. 269. num. 10. par.
19., & in Romana Aſſociationis 10. Martii
1692. §. Quinimmo coram bon. mem. Benincaſa*,
& magis præciſe, quod alternative condemna-
8 tus poſſit a præcedenti electione variare firmat
in præciſis terminis *Gloſſ. in l. cum qui §. Cum
pure verb. quoties ff. de verb. oblig. Bartbol. in l.
ſi quis ſtipulatus column. 2. ff. de ſolut. Rot. Ja-
nuen. deciſ. 144. n. 8.*

Addebatur ulterius, quod adeo certum erat
contrahentes uſque ab initio ad ſimplicem reſ-
pexiſſe quantitatem, ut cum ut præmiſimus, in
effectu loca Montium non fuerint tradita, & in
omnem caſum reperirentur vinculata, Fran-
ciſcus exegerit a Marchione promiſſionem ea-
dem loca Montium liberandi, ſeu redimendi
9 intra terminum triennii. alias quod poſſet idem
Franciſcus agitare *per la ricompra di detti Monti,
ò vero quelli vendere al prezzo, che di ſimili Mon-
ti vincolati allora ſe ne ritrovarà con riſervarſi
l' azione d' agitare contro detto Signor Mar-
cheſe Tarquinio per la rimanente quantità fino
all' intiera ſomma di ſc. 2000. &c.* quamobrem
dum neglecta redemptione ſola quantitas *ſc.*
2000. reſtabat in obligatione reſtituendi palam
ſequebatur, quod ſola eadem quantitas, & non
10 loca Montium fuſſent in pretio conventionis,
quemadmodum reaſſumendo prænominatum
exemplum dotis, proſequuntur *Mantic. de ta-
cit. lib. 12. tit. 28. num. 7. Card. de Luc. de dot.
diſc. 158. num. 14., Rota pol Merlin. de pignor.
deciſ. 114. num. 7. & deciſ. 151. num. 16. &
dec. 250. n. 14.*

Et ob id a primo ad ultimum concludendo in
in hac parte undique ſemper corruſcabat, quod
& nunquam Marchio Tarquinius prælegerit
ſatisfactionem in locis Montium, neque pari-
ter unquam ad illorum traditionem ſeſe con-
ſtrinxerit. ſicque manente moderniori electio-
11 ne in mera ſorte quantitativa, & inhabili ad
fructuum productionem, ipſe Marchio habens
in facultate ſolvendi uno vel altero modo, poſt-
quam præfata *ſc.* 2000. exburſaverat, unumque
idcirco ex modis ſubalternantibus, impleverat
ab omni ulteriori obligatione effectus fuit im-
munis ſecundum ea quę circa alternativam ob-
ligationem communiter deducuntur ad *Text. in
cap. in alternativis de regul. jur. in 6. per Rimi-
nald. ſen. conſ. 187. num. 15. lib. 1., Decian.
conſ. 42. num. 10. lib. 1., Honded. conſ. 75.*

num.

num. 17. *lib.* 2., *Rot. deciſ.* 169. *num.* 1, *coram Carill. deciſ.* 178. *num.* 1, *& ſeqq. coram Royas & deciſ.* 611. *num.* 3. *par.* 3. *rec. & deciſ.* 159. *num.* 9. *inter recollect. per modernum Aſculan. in Collect. ad Statut. Vrbis tom.* 3.

Dignoſcebant Scribentes pro Actoribus demonſtrativam efficaciam hujuſce fundamenti, ideoque convolabant ad alterum præſidium derivans ab eo, quod ultra motivum ſæpius enunciatę ſubminiſtrationis notitiarum pro tuitione Marchionis Franciſcus ceſſerit tertiam quoque partem reſidualis crediti ad eum pertinentis, & pro quo Marchio perantea divexabatur, quodue demum effective diſſolverat; Vnde ſi reſpiciendo meram quantitatem nulli debebantur fructus, debebantur ſaltem ex radice productiva præfati crediti dotalis, qua concurrente fructus ſemper remanent legitimati ex connotatis per *Gratian. diſcept.* 688. *num.* 11. *Vrceol. de tranſact. quæſt.* 40. *num.* 10. *Card. de Luc. de Camb. diſc.* 11. *num.* 6. *Thomat. deciſ. Mareb.* 87. *num.* 11., *Rota deciſ.* 81. *num.* 10. *coram Otthobon., & in rec. deciſ.* 236. *num.* 4. *par.* 13. *& dec.* 260. *num.* 8. *par.* 19.

Siquidem motivum iſtud erat longe debilius primo, quia hujuſmodi diſcurſus fieri potuiſſet, quando Marchio Tarquinius promiſiſſet ſortem exolvere una cum fructibus, tunc enim legitimata poſtmodum radice, & titulo progin-
12 gente ſimiles fructus, hi ſubſtentantur, & maxime in tranſactione capaci ſolutionis eorumdem fructuum ex allatis poſt *Bald. in l.* 1, *num.* 4. *verſ. item do quamdam regulam Cod. de Summ. Trinit., & Fid. Cathol. per Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 679. *num.* 39., *Vrceol. de tranſaction. quæſt.* 40. *num.* 11. *Card. de Luca de uſur. diſcurſ.* 28. *num.* 8.. *& Fgo in Tract. de Commerc., & Mercat. diſcurſ.* 67. *num.* 27., *Rota deciſ.* 168. *n.* 13 *poſt Turr. de pact. futur. ſucceſ. deciſ.* 490. *num.* 4. *par.* 2. *recent. deciſ.* 160. *num.* 6. *part.* 4. *tom.* 2., *deciſ.* 236. *num.* 6. *part.* 13. *deciſ.* 74. *num.* 1. *par.* 14. *deciſ.* 676. *num.* 1, *part.* 18., *& deciſ.* 270. *num.* 4. *&* 5. *par* 19.

Aſt D. Marchio, neque verbum emiſit circa fructus, quin potius dum nullos fructus exolvere pepigit, ſi qui alias rationabiliter debiti extitiſſent Franciſco, ipſamet tranſactio amicabiliter ſubſecuta abſque mentione fructuum oppoſitum operata fuiſſet effectum, nempe novationis redactæ ad ſterilem omnino pecuniam, quo
13 caſu nulli fructus prætendi valent, uti docent *Surd. conſ.* 269. *num.* 14. *&* 15., *Cyriac. controverſ.* 252. *num.* 52., *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 911. *num.* 2., *Manent. de Jur. contract. livell. quæſt.* 5. *num.* 17. *cum ſeqq.. Leotard. de uſur. quæſt.* 27. *num.* 64., *Rot. deciſ.* 576. *num.* 13. *coram Emerix Jun.*

Tertio magis, & præter ullam amaritudinem, cum præfata tertia pars reſidualis crediti dotalis non aſcendat ad tantam quantitatem ſc. 2000., ac propterea illud plus, quod convenerat Marchio exburſare, rite poterat recenſeri in coæquationem quorumcumque fructuum, ſeu prætenſorum, ſeu debitorum, præ-
14 cipue ut locum ſibi vindicaret eſſentia tranſactionis, ſimiliumque pactorum, ut aliquid hincinde detur, & remittatur per *Text. in l. tranſactio* 38. *Cod. eodem Vrceol. de Tranſact. quæſt.* 2. *n.* 21., *Rot. deciſ.* 187. *num.* 7. *coram Royas deciſ.* 1028. *num.* 7. *coram Emerix Iun., deciſ.* 156. *num.* 13. *par.* 18. *recent., & in Viterbien. fideicommiſſi* 25. *Iunii* 1683. *§. Hinc præterea coram bon. mem. Albergato nuper impreſſ. apud Modern. Aſculan. in collectan. ad Statut. Vrbis tom.* 3. *deciſ.* 144.

Quarto finaliter, quia nec apparebat, quod ulli fructus prætendi poſſent ex cauſa memorati crediti dotalis, cum ageretur de reſiduali credito Erſiliæ jam defunctæ: Vnde ſine ſolitis requiſitis abſonum erat citra palpabilem uſu-
15 ram amplius diſcurrere de ullis fructibus, ſive dotalibus interuſuriis ſecundum vulgaria principia apud *Bartol. in l. Inſulam §. Vſuras num.* 3. *ff. ſolut. matrim., Abb., cæteroſque Canoniſtas in cap. ſalubriter de uſur.. Rot. deciſ.* 416. *num.* 7. *&* 8. *par.* 19. *recen. tom.* 2.

Et ita &c. Vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI MVTII DE BVBALO SVPER DOMO PASINI.

Lunæ 14. *Ianuarii* 1704.

ARGVMENTVM.

Acquiſitio etiamſi facta noſcatur *pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus* ſi poſtea acquirens declaraverit d. acquiſitionem fuiſſe confectam cum bonis fideicommiſſariis, res acquiſita non tranſit in hæredes acquirentis libera, ſed remanet pro illis quorum favore, & intuitu declaravit acquirens acquirere voluiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Acquiſitio facta* pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus *remanet libera pro eiſdem acquirentibus & ſi forte debitoribus favore alterius pecuniarum implicatarum in ipſa acquiſitione.*

2 *Limita ſi acquirens declaraverit eamdem acquiſitionem fuiſſe factam de pecuniis fideicommiſſariis, quo caſu res acquiſita non tranſit in hæredes liberos, ſed remanet pro illis quorum intuitu, & commodo declaravit acquirens acquirere voluiſſe.*

3 *Eadem res identifica paſſim evenit ut proportionabiliter acquiratur pluribus condominis vel contribuentibus juxta naturam plurium titulorum.*

4 *Melioramenta regulariter niſi aliud obſtet cedunt ſolo.*

5 *Partitarum contrapoſitio facta per Mercatores in Bilanciis importare ſolent veram ſolutionem, ſive in ſuis terminis veram dationem in ſolutum*

6 *Actus contra intentionem agentis ſub intelligi, & interpretari nequit.*

Sa-

Digitized by Google

7 *Satisfactio, ſeu ſolutio non cadit, ubi debitum non evincidit.*
8 *Libri vocati memoriales non obligant, nec inducunt certam ſolutionem, & novationem, ſeu p. omiſſionem.*
9 *Nullum fundamentum conſtitui poteſt in actu jam impugnato.*
10 *Ad reſcindendam rem judicatam opus eſt palpabili injuſtitia.*

DECISIO CCCIV.

CAlore Reſtitutionis in integrum obtentæ a Signatura Juſtitiæ per Marchionem Bartholomæum de Montautis, & illius in lite conſortem Raynerium de Guelphis, cæperunt iſti prætendere, quod res judicata concedens Hiacyntho, ſive illius hæredi retentionem pro tertia parte Domus compellatæ *di Paſino*, nec non melioramentorum deſuper, ac proportionabiliter factorum, foret injuſta, atque ideo ope ejuſdem reſtitutionis eſſet reſcindenda ſed agnita ſoliditate jam judicati, *Domini* expetitæ in integrum reſtitutioni reſponderunt *negative*.

Neglectis ſiquidem generalitatibus, quod ad finem concutiendi murum fortiſſimum rei judicatæ expoſcuntur arietes, & tormenta ſuperlativa, nullibi videbatur, quod rationes adductæ per præfatum Montautum, vel Guelphum eſſent hujuſce roboris, & fortitudinis: nam cum hujuſmodi domus *di Paſino* palam appareret coempta ab Hiacyntho, & Quintio ejus Patre reſpectivæ pro ſcutis 5450. ſub aſſuetis clauſulis, *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus* de ſui natura conſeqnebatur, quod nihil tribuendum fuiſſet fideicommiſſariis, cum omne acquiſitum ſub iiſdem clauſulis remaneat liberum pro eiſdem Acquirentibus, & ſi forte debitoribus favore alterius pecuniarum implicatarum in ipſa acquiſitione, ex communiter
1 affirmatis per Scribentes in *l. ſi ut proponis C. de rei vindic. Poſth. reſolut. civil.* 23. *num.* 28. *Cenc. de cenſ. quæſt.* 67. *num.* 22. *Rota poſt eumdem dec.* 367. *num.* 1. *&* 2. *dec.* 336. *nu.* 3. *&* 4. *coram Pamphil. decif.* 472. *num.* 10. *coram Emerix jun. cum aliis in tract. de commerc. & mercat. diſc.* 93. *num.* 10. quem ſequitur, *Rota in Hortana Sylvarum ſuper reſervatis* 15. *Maii* 1699. *§. Quamvis coram R. P. D. meo Muto.*

In tantum vero duæ ex tribus partibus extitere conceſſe Bartholomæo, & Raynerio per rem, ut ſupra, judicatam, in quantum ſub eodem Inſtrumento dicebatur, quod pro quantitate ſcut. 3450. pecunia proveniebat a locis Montium, ſive effectibus de hæreditate Mutii quodque Domus coempta reſtare deberet obnoxia fideicommiſſo, ſubſtitutionibus, & conditionibus appoſitis in eodem Teſtamento Mutii; In hoc namque caſu, conſtito in ea parte de voluntate acquirentis, res acquiſita non tranſit in hæredes liberos, ſed reſtat pro illis,
2 quorum intuitu, & commodo declaravit Acquirens acquirere voluiſſe, ut citra contradictorem limitant *Bartol. in l. ſed & ſi lege num.* 2. *ff. de petit. hæred. Tiraquell. de tract. lignag. §.* 32. *gloſſ. unica num.* 23., *Molin. de Primogen. Hiſpan. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 28., *Rota poſt Cenc. de cenſ. dec.* 421. *num.* 9. *&* 10., *dec.* 784. *num.* 4. *cor. Buratto dec.* 937. *num.* 7. *coram Dunoz. jun.*

Quapropter dum e converſo ſumma implens totum appretium prædictorum ſcut. 5450. videlicet quantitas ſcut. 2000., ut dicebatur in eodemmet Inſtrumento dato in *Summ. Actorum coram R. P. D. dell' Olmo num.* 7. promanabat ex pecuniis liberis, & effectivis prænominati Quintii, vel ex pretio redacto ex locis Montium ad eumdem Quintium pertinentibus, clarum reddebatur; quod hæc eadem ſumma ſcut. 2000. in domo *dicti Paſini* implicata, & conficiens tertiam, immo majorem partem, ſiſtere deberet in libera hæreditate Quintii, & Hiacynthi, in nihilo implicante, immo paſſim eveniente, quod eadem identifica res proportionabiliter acquiratur pluribus condominis, vel contribuentibus juxta naturam
3 plurimum titulorum, teſte *Baldo conſ.* 16. *lib.* 1., *Ægid. conſ.* 2. *num.* 10. *Oldrad. conſ.* 257. *num.* 41., *Cardin. de Luca de ſervit. diſc.* 35. *num.* 6. *&* 7. *& de fideicomm. diſc.* 6. *n.* 7., *Palm. nep. allegat.* 47. *num.* 68. *Capyc. dec.* 27. *num.* 36., *Rota decif.* 83. *num.* 2. *part.* 14. *recent.*

Quod & procedebat reſpectu melioramentorum deſuper ſucceſſive elevatorum ab Hiacyntho: quoniam ſi univerſa domus ex præmiſſis partialiter attinebat ad fideicommiſſum Mutii, & ad liberum Patrimonium Quintii, ipſiuſque Hiacynthi, conſequens ſane erat, quod melioramenta ſuperaddita eamdem aritmeticam, ſeu mathematicam proportionem ſubirent ratione ſolidi partiri, quia nihil magis vulgare eſt, quod melioramenta, niſi
4 aliud obſtet, cedant ſolo, per *Text. in §. Ex diverſo Inſtit. de rer. diviſ., Onded. conſ.* 80. *num.* 23. *&* 24. *lib.* 1., *Vegg. conſ.* 53. *n.* 36. *&* 46., *Theſaur. dec.* 256. *num.* 5., *Mart. Medic. dec.* 99. *num.* 22. *Rota dec.* 450. *num.* 6. *&* 7. *coram Duranò, & in Romana Primogeniture de Bubalo ſuper Palatio ad Plateam Columnæ* 12. *Martii* 1703. *§. Comperto itaque in fine coram Me.*

Abſque eo, quod adverſus hujuſmodi fundamenta in minimo urgeret, quod & ſi ab initio hujuſcemodi Domus di *Paſino* foret diverſimode, ut ſupra acquiſita, adhuc tota hodie cenſenda eſſet fideicommiſſaria per ſubſecutam, ſive ex poſt declaratam voluntatem & intentionem Hiacynthi, cum is in folio, ſeu Bilancio (ſuper quo tota machina Judicii, & contentionis inter has Partes fundata fuit) ſtatum efformando ſui æris, & patrimonii in

par-

parte liberi & in parte fideicommiſſarii, contrapoſuerit integram domum *di Paſino* ad creditum, ſive credito fideicommiſſi, & propterea quod a principio forte non erat fideicommiſſarium, ſubinde evaſerit tale per illius voluntatem, dum minime Hiacynthus, tanquam rei ſuę Moderator, & Arbiter, ullibi remaneret impeditus aſſignare pro debito, quod habebat erga fideicommiſſum, illud quod ſuum cæteroquin erat, ut paſſim practicari videmus in Mercatoribus per contrapoſitionem partitarum in hiſce Bilanciis, quæ ſolent importare veram ſolutionem, ſive in ſuis terminis
5 veram dationem in ſolutum, juxta adnotata per *Alexan. conſ.* 35. *num.* 5. *lib.* 3. *Soccin. ſen. conſ.* 65. *num.* 5. *lib.* 4. *Berſan. de compenſat. cap.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 3. *Rot. Ian. dec.* 16. *num.* 7. 8. cum aliis relatis concordan. *in tract. de commerc. & mercatur. diſc.* 12. *num.* 18. *Rota dec.* 165. *num.* 1. *coram Cavaler. dec.* 36. *num.* 7. *& dec.* 197. *num.* 1. *coram Penting. dec.* 33. *num.* 1. *par.* 5. *recen. & dec.* 657. *num.* 8. *par.* 19.

Quoniam hujuſmodi contrapoſitio facta in ſupradicto folio, ſeu Bilancio Hiacynthi neutiquam apparebat inita pro conſtituenda vera datione in ſolutum transfuſiva dominii totius Domus in fideicommiſſum, ſeu ad ſimplicem effectum regulandi proprium Patrimonium; Ideoque nulla ratio ſuadebat, quod contra intentionem Agentis actus ſubintelligi, & inter-
6 pretationem recipere deberet, reſiſtente regula, de qua *Soccin. regul.* 10. *Alexan. conſ.* 146. *num.* 10. *lib.* 5. *Argel. de legit. contrad. qu.* 10. *num.* 36. *Anton. Monac. deciſ. Lucen.* 14. *n.* 41. *Rota dec.* 267. *n.* 3. *cor. Mantica dec.* 890. *n.* 2. *coram Seraphino deciſ.* 373. *num.* 2. *part.* 4. *rec. dec.* 601. *num.* 19. *& dec.* 607. *n.* 12. *part.* 19. *rec.*

Quodque in rei veritate intentio Hiacynthi procul abeſſet ab ineunda hac datione inſolutum, ſive campſoria contrapoſitione partitarum palam evincebatur ex duplici circumſtantia, altera nempe, quia toto folio, ſeu Bilancio perſpecto partitæ contrapoſitæ excedebant illius debitum in ſc. 18. m. & ultra; & tamen vera contrapoſitio ſtetiſſet, quando creditum, & debitum coæquaſſent *il Dare, e l' Avere*. Ad quid enim contraponere tertiam partem liberam hujus domus cum credito fideicommiſſi, quando ipſe juxta idem folium, & bilancium erat Creditor ejuſdem fideicommiſſi in ſumma adeo relevanti ſcut. 18. m.: ſatisfactio quippe, ſive ſolutio non cadit, ubi tota maſſa conſiderata
7 debitum non coincidit, ut ad rem conſiderat *Iaſon. conſ.* 147. *num.* 30. *&* 31. *lib.* 2., *Manſ. conſult.* 169. *num.* 9., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 519. *num.* 9. *&* 67. *Aſinius de execut.* §. 7. *cap.* 270. *num.* 1. *& ſeqq. Rota dec.* 372. *num.* 3. *coram Buratto, & dec.* 161. *num.* 3. *&* 4. *p.* 4. *diverſ.* cum aliis relatis in *tract. de commerc. & mercatur. diſc.* 83. *n.* 39.

Et altera magis evidenti, quia tantum aberat, Hiacynthum cogitaſſe facere hanc ſine Inſtrumento, ſine Teſtibus, ſine Parte, contrapoſitionem, ſeu dationem inſolutum, ut uſque contra ſe, & quodammodo ad creditum fideicommiſſi appoſuerit in folio, ſeu Bilancio partitam ſcut. 378. favore Druſillæ uxoris Mutii, *Summ. Heredis Hiacynthi num.* 2. *verſic. all' Eredità.* Quapropter dum Bilancium ab hoc nobili, & probo viro factum commiſcebat credita fideicommiſſi, alteriuſve extraneæ Perſonæ, palam emergebat, quod idem Bilan-
8 cium potius referendum eſſet ad prædictum regulamentum, quam ad effectivam intentionem, & voluntatem exarandę veræ dationis inſolutum, ut in propoſito Libri memoriarum in proximis conſideravit *Felin. in cap.* 2. *de fid. Inſtrum. nu.* 29. *Iaſon. in l. admonendi num.* 3. *ff. de jur. jur. & conſ.* 157. *lib.* 3., *Hondod. conſ.* 39. *num.* 53. *lib.* 2. *Anton. Monac. deciſ. Lucen.* 36. *ſub num.* 7., *Rota dec.* 314. *num.* 4. *poſt Poſth. de manuten. deciſ.* 558. *num.* 2 *par.* 2. *recent. deciſ.* 54. *num.* 10. *par.* 11. *& deciſ.* 406. *num.* 9. *par.* 14.

Fruſtraque ob id magnificabatur a Scribentibus pro Marchione Bartholomæo, & Raynerio, quod nihil ultra quærendum eſſet, quam quod reſultabat ex hujuſcemodi folio, & Bilancio Hiacynthi, dum Tribunal illi deturbat in tot controverſiis, Tribunal namque eidem folio recte conſiderat, & ob id conceſſit Marchioni Bartholomęo, & Raynerio immiſſionem ad tenorem ejuſdem folii, ſed dum iidem Bartholomæus, & Raynerius in parte favorabili folium acceptantes in parte vero minus proficua eorum petitioni, ſeu prætenſioni idem folium abnegarunt, nulla ratio, nulla Juſtitia, nulla æquitas patiebatur, quod modo, ſive in hodierna colluctatione vim facerent ſi ex actu albeis in parte non favente im-
9 pugnato, contra notiſſima principia, de quibus *Iaſon.*, aliique *DD. in auth. ex cauſa*, *C. de liber. præterit. Giovagn. conſil.* 42. *num. ultimo lib.* 2., *Peregr. conſ.* 49. *num.* 12. *lib.* 5. *Card. de Luca de legat. diſc.* 44. *num.* 6., *Rota dec.* 271. *num.* 13. *coram Gregor. & in Romana legitimæ* 9. *Iunii* 1698. §. *Verum Domini coram me inter hactenus impreſſas dec.* 49.

Addito, quod inhærendo eidem folio, fideicommiſſum pluſquam abunde remanſerat reintegratum; nam demptis etiam partitis quorumdam Jocalium, & officii Capitolini, quæ ſupranominati Actores contendebant aſcendere ad ſcut. 12000. & ad eos non perveniſſe, adhuc rimato tenore ejuſdem folii Hiacynthus remanebat creditor in ſcutis 6000., ſicque a primo ad ultimum ſemper perſpicuum efficiebatur, quod nihil adeſſet perturbans rem judicatam, adverſus quam opus eſt pro illius re-
10 ſciſſione palpabili injuſtitia, ut advertunt omnia Tribunalia, & præcæteris *Senatus Mantuanus apud Surd. dec.* 94. *num.* 3., *Senatus Pedemon.*

Digitized by Google

mont. penes Oſacb. dec. 158. *num.* 11., *Senatus Cathaloniæ apud Fontanell. dec.* 271. *num.* 11. *& ſeq., Conſilium Neapolitanum apud Viu. dec.* 595. *num.* 1. *cum ſeqq. lib.* 3., *Rota Florentina inter r ecollect. per Magon. dec.* 104. *n.* 17., *Sacra noſtra deciſ.* 1407. *num.* 7. *coram Coccin. dec.* 1 45. *num.* 3. *par.* 9. *recen.*, *dec.* 587. *n.* 2. *par.* 19. *& in Aſculana Dotis* 29. *Aprilis* 1701. §. *Et tamen cor. R. P. D. meo Pio*,

Et ita utraque &c.

PALENTINA BENEFICII.

Mercurii 16. *Ianuarii* 1704.

ARGUMENTUM.

Nuncii Hiſpaniarum ultra cæteras facultates, quas eiſdem benigne tribuerunt ſummi Pontifices illa præpollent, ut valeant nomine S. Sedis distribuere, ſive conferre Clericis illarum Partium Beneficia, quę computatis etiam incertis valorem non excedat ducat. 24. auri de Cammera, dummodo tamen Beneficia non exiſtant in Eccleſiis Metropolitanis aliiſque ſimilibus, & dummodo reſervatio rationem menſium contingat. Hujuſmodi vero Indultum atributum eiſdem Nunciis uti videtur ſpecificat vacatione per obitum, & non per ceſſum, ſive reſignationem,

SUMMARIUM.

1 *Proviſio beneficii, ſive collatio facta in forma penitus abſoluta, ſive gratioſa ſupponit cuncta præcedentes extitiſſe a Datariæ Officialibus animadverſa, atque juſtificata,*

2 *Nuncii Hiſpaniarum ex Conſtitutionibus Summorum Pontificum illis conceſſis valent nomine S. Sedis conferre Clericis illarum Partium ea Beneficia, quæ computatis etiam incertis valorem non excedunt ducat. auri de Camera* 24., *dummodo non agatur de Beneficiis exiſtentibus in Eccleſiis* Metropolitanis, *vel Cathedralibus, ac collegiatis, & dummodo reſervatio contingat ratione menſium.* Limita, & declara num. ſeq.

4 *Si vero valor controverſi, Beneficii tranſcendat ſummam ducat.* 24. *auri de Cammera, tunc Collatio Nuncii corruit & contraria proviſio Apoſtolica antefertur.*

5 *Subductio ſextæ partis laudabiliter irrepſit ad finem ſubſtinendi impetrationes obſtentas a S. Sede.*

6 *Dicta tamen ſubductio non admittitur in collationibus, quæ fiunt a Nunciis, quia Officiales Nuntiaturæ ante uſum indulti & collationis debent prius de præciſo valore diligenter informari.*

7 *Indultum vero Nunciis Hiſpaniarum attributum uti videtur præciſa, ac ſpecifica expreſſione vacationis per obitum & non per ceſſum, ſive reſignationem, aut alio modo.*

8 *Regula* de triennali poſſeſſione *ſecurum reddit poſſeſſorem Beneficii, ideo a ſummis Pontificibus ſtatutum fuit ne Beneficia ſemper ſtarent in incerto*

9 *Prædicta tamen poſſeſſio, ad hoc ut Poſſidenti Ius tribuere valeat debet eſſe pacifica, neque ex contrariis actibus Iudicialibus interrupta.*

10 *Regula de Triennali ut poſſit allegari requiritur titulus ſaltem coloratus poſſeſſionis, ne contra mentem S. Sedis in eorum uſurpatione confoveantur intruſi.*

DECISIO CCCV.

JOſeph, exponens glor. me. Innocentio XII. Beneficium quoddam ſitum in Eccleſia Parochiali S. Euphemiæ Villæ, ut nuncupant *di Penna*, nulliter fuiſſe a Reverendiſſimo Hiſpaniarum Nuncio collatum Sebaſtiano, literas Apoſtolicæ proviſionis in ſui favorem adeptus hodie inſtitit pro aſſequenda illarum exequutione, nullove comparente, qui Jura Sebaſtiani tueretur, Domini agnoſcentes in omnibus fundatam eſſe Poſtulantis intentionem, non dubitarunt affirmative reſpondere,

Non etenim quoad reliqua expreſſa per eundem Joſephum coincidere valebat ulla hæſitatio, de vacatione quippe hujuſmodi Beneficii prius per obitum Antonii, & deinceps per liberam reſignationem Dominici ultimi detentoris, necnon de ſubſequuta collatione ferme incontinenti facta a præfato Reverendiſſimo Nuncio, docebatur a Ioſepho in ejus *Summario n.* 1.; De Clericatu autem ipſius Ioſephi fas

1 ambigere non erat, ſtante impetratione ſuæ proviſionis in forma penitus abſoluta, ſive gratioſa, quæ proinde ſupponit, cuncta præcedenter extitiſſe a Vigilibus Pontificiæ Datariæ Officialibus animadverſa, atque juſtificata, ut millies agnovit noſtrum Tribunal, & præſertim *coram Cerro dec.* 832. *num.* 3. *coram Emerix Jun. dec* 1176. *num.* 1. *&* 2. *in Aprutina Parochialis* 26. *Iunii* 1702. §. *Arbitrium cor. R. P. D. meo Priolo, in Placentina Beneficii* 20. *Aprilis anni preteriti* §. *Earum autem coram R. P. D. meo Caſſarello, & in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus* 2. *Iulii ejuſdem anni* §. *Quia ejus literæ coram R. P. D. meo* Kaunitz.

Reducebatur proinde, ſi qua erat difficultas, ad memoratam collationem factam a Nuncio Hiſpaniarum, qui utique, ne forſan pro tenui Beneficio graventur impetrantes Curiam adire, ultra cæteras facultates, quas eidem benigne tribuerunt Summi Pontifices, illa præpollet, ut valeat nomine S. Sedis diſtribuere, ſive conferre Clericis illarum Partium

2 benemeritis, ea Beneficia, quæ computatis etiam incertis valorem non excedunt ducat. auri de Camera 24. dummodo tamen non agatur de Beneficiis exiſtentibus in Eccleſiis Metropolitanis, vel Cathedralibus, ac Collegiatis, & dummodo pariter affectio, ſive reſervatio eorundem Beneficiorum contigat ratione Men-

Menſium, ſive hodiernæ *Regulæ Cancellariæ* in 9., non vero ex alio capite, affectione, ſive reſervatione, ut hujuſmodi Indultum referendo videre eſt apud *Garz. de Benef. par. 5. cap. 3. num. 83. & ſeqq., Card. de Luc. de Beneſic. diſcurſ. 26. nu. 5., Rot. coram* Cerro *dec. 832. n.*10. *& dec. 178. num. 15. par. 11. rec.*

Verum in primis Joſeph hujuſmodi uſum facultatem ſolide impugnabat ex alio præambulo penitus neceſſario, & in eodem Indulto regiſtrato penes *Garz.* ubi ſupra literaliter expreſſo, nimirum, quod ante omnia compelleretur idem Nuncius, ſive illius Officiales opportunam informationem deſumere de præcitato valore citra ſe habente potius quam ultra importantiam ducatorum 24., ne alias fimbrias excedendo poteſtatis ſibi conceſſę, loco Beneficii faſtidioſam litem inferret illius Proviſo, quapropter cum ex parte Sebaſtiani non comparentis, nec aliquid appareret de hac prævia diligentia, ac informatione, collatio Nunciaturæ ab eodem Sebaſtiano reportata reddebatur inefficax ad retardandam executionem literarum Ioſephi, ſicuti paſſim ex hac potiſſima circumſtantia ad
3 normam prænominati Indulti animadvertere *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancel.* §. 2. *proemial. n.* 57. *Garz. de Benef. par. 5. d. cap. 3. nu. 90. & ſeqq. Card. de Luc. pariter de Benef. d. diſc. 26. nu. 6.*, & reſpondit, *Rot. dec.* 1005. *num.* 1., *& dec. 1176. num. 5. coram Emerix Iun., & in Tuden. Beneficii* 20. *Aprilis anni proxime præteriti* §. *Minus coram R. P. D. meo Caprara, & 21. Novembris ſequen.* §. *Quoniam coram R. P. D. meo Caſſarello*, adeout ſatis non exiſtat, quod de eodem requiſito valore conſtaret expoſt; ut proſequitur *Card. de Luc. ubi ſupra d. num.* 6.

Validius, quia præter iſtam formæ ſibi præſcriptæ deficientiam adhuc clarus emicabat tranſcenſus facultatum, cum Teſtes ab ipſo Joſepho examinati, & exhibiti in ejus *Summ. n.* 3. palam deponerent de valorem controverſi Beneficii attigente ducata 39. in quibus ſane terminis indubium efficiebatur, gratiam, ſive collationem Nuncii corruere, & contrariam pro-
4 viſionem Apoſtolicam anteferri, ut pariformiter perpetuo in contingentia caſuum deſinivit *Rota, & ſignanter coram Manzaned. dec. 162. num. 1. coram Cerr. dec. 832. num. 9. in rec. dec. 162. num. 1. par. 16. dec. 90. num. 11. par. 17. in dicta Tuden. Beneficii 20. Aprilis anni præteriti* §. *fin. coram R. P. D. meo Caprara, & in Pampilonen. Beneficii 11. Iunii ejuſdem anni* §. *Omnia, &* §. *Quinimmo coram R. P. D. meo Muto.*

Nequaquam allegabili (licet, juxta præmiſſa ex abundanti) aliqua ab eodem valore deductione ſextæ partis, quantumuis etenim laudabiliter irrepſerit hujuſmodi ſubductio ad ſi-
5 nem ſubſtinendi impetrationes obtentas a S. Sede, ut habetur apud *Gabr. conſ.* 200. *num.* 13. *lib. 1. Lotter. de re benef. lib. 3. qu. 20. n. 65. Card. de Luc. de Benef. diſc. 90. num. 17., Rot. coram Cavaler. dec. 363. num. 3. cor. Celſo dec. 175. nu. 3.*

Eadem tamen indulgentia non admittitur in collatione Nunciaturæ, ex quo impetrantes in Curia videntur excuſandi, ſi non omnino gnari valoris Beneficiorum per modum quodammodo dubitativum, videlicet, *per non exceſſum* exprimant in certa ſumma valorem Beneficii, prout hic egit Joſeph, exprimendo valorem in ducatis 40. per non exceſſum, e converſo autem, quia debet, ut præmiſimus, præcurrere de forma diligens informatio Officialium
6 Nuntiaturæ ante uſum indulti, & collationis, ceſſat in hoc caſu quælibet ob Spretum, vel tranſcenſum ejuſdem formæ tolerantia æquitativa, teſte *Card. de Luc. de Benef. d. diſc.* 26. *ſub n.* 10.

Atque hæc viſa ſunt Dominis, Sebaſtiano, ut diximus, non comparente, adeo dilucida, & incontrovertibilia, ut non putaverint, eſſe recurendum ad aliam exceptionem allatam ex parte Ioſephi, ex ſui facie deſtroctivam facultatum ejuſdem Nuncii, ex quo Beneficium, de quo tractabatur, noviſſime vacaret de anno 1697. per liberam reſignationem factam a quodam Dominico peranica Collatario Nunciaturæ, quando ſæpius memoratum Indultum Nunciis Hiſpaniarum attributum, uti videtur ſpecifica expreſſione vocationis per obitum, &
7 non per ceſſum, ſive reſignationem, aut alio modo ſecundum adamuſſim notata per *Garz. de Benef. d. par. 5. cap. 3. num. 87. Caſtropal. Oper. Moral. tom. 2. tract. 13. de Benef. diſput. 2. punct. 26. num.* 16.

Nullius quoque ponderis reperiebatur ſubalterna quædam objectactio, quam ſibi, præoccupantes fortaſſe jura Sebaſtiani, ultro opponebant informantes pro Ioſepho, nempe, præſidium Regulæ *de triennali poſſeſſione*, per quam Summi Pontifices ſecurum reddidere eundem
8 poſſeſſorem, ne Beneficia ſemper ſtarent in incerto, ex iis, quæ præfatam Regulam exornantes tradidere *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proemial. n.* 142. *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 53. n. 8. Rot. coram Bich. dec. 597. cor. Celſo dec. 392. utrobique num. 10., & 11. cor. Emer. jun. dec. 32. num. 1. in rec. dec. 264. nu. 1. par. 9. dec. 263. num. 8. par. 17. dec. 148. num. 16. par. 18. & dec. 423. num. 17. & 41. par. 19. to. 2.*

Siquidem hæc ipſa objectatio claudicare non minus convincebatur in in facto, quam in puncto Juris ſubmoveri; In facto etenim præfulgebat, quod poſſeſſio appræhenſa per Sebaſtianum extitit ſub die 18. Maii 1697. Joſeph vero, reportata proviſione Apoſtolica de menſe Septembris ejuſdem anni 1697. curavit expedire Auditorii Noſtri inhibitionem ſub die 12. Julii 1698., illaque deinceps in Partibus præſentata, poſitive comparuit in actis ejuſdem Auditorii Procurator ejuſdem Sebaſtiani laceſſiti, & inhibiti ſub die 20. Ianuarii 1699. *Summ. n.* 5. ideoque cum eadem poſſeſſio Sebaſtiani non fuerit

Digitized by Google

rit omnino pacifica, immo per præcitatos actus judiciales interrupta, nequibat amplius Sebaſtia-
9 no ſuffragari, ut in ſimilibus, vel fortioribus terminis ponderatum fuit *in dec.* 172. *num.* 2. *& ſeqq. cor. Coccin. dec.* 11. *nu.* 26., *& ſequen. cor. ſa. me. Alex. VIII. dec.* 41. *num.* 10. *cor. Emerix ſen.*; *& in rec. dec.* 255. *num.* 1. *par.* 11. *& dec.* 51. *num.* 26. *par.* 15.

In jure tandem obſiſtebat fundamentalis illa replicatio, quod detecta ex præmiſſis palbabili nullitate collationis expletę per Nunciaturam in ejuſdem Sebaſtiani perſona, deſiderabatur titulus ſaltem coloratus, ſine quo Regulam de Triennali evaneſcere, ne contra mentem S. Sedis in eorum uſurpatione confoveantur intruſi,
10 unanimiter exclamant *Gomez. ſuper Regul. de Trien. q.* 27. *in fin. Cokier. ad eandem Reg. n.* 85., & in ſpecie *Rot. dec.* 165. *num.* 3. *cor. Emerix jun. dec.* 523. *num.* 83. *&* 84. *par.* 19., *in Carthaginen. Beneficii* 10. *Februarii* 1702. *§. final. cor. Reverendiſſimo D. meo Molines Decano* cum aliis *in d. Taden. Beneficii* 14. *Maii anni prateriti §. Altera ratio coram R. P. D. meo Caprara.*

Et ita Ioſepho duxtaxat propria jura promovente, & Sebaſtiano congrue expectato, reſolutum fuit &c.

FERRARIEN. SEV ANCONITANA FIDEICOMMISSI SVPER FRVCTIBVS.

Mercur. 16. *Ianuarii* 1704.

ARGVMENTVM.

Fructus a quo tempore reſtituendi ſint an a die reproductionis Monitorii, vel a die exhibitionis Jurium ex quibus probetur intentio Actoris, quia tunc, & non prius effici potuerit certior reus de ſuo malo jure. Limitatur tamen ſi fructus extarent antecedenter percepti, & non conſumpti quia tunc poſſeſſor etiam bonę fidei compellitur eos Domino reſtituere, & quæ ſcientia requiratur ad inducendam in hoc caſu malam fidem: Qui fructus ſint ab hærede fideicommiſſario reſtituendi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus reſtituendi ſunt non a die reproducti Monitorii conteſtati diſſidii, ſed a die in quo fuerunt exhibita jura fulcientia intentionem actoris, quia tunc, & non prius effici potuerit certior reus de ſuo malo jure.*

2 *Limita ſi fructus extarent antecedenter percepti & non conſumpti, quia tunc poſſeſſor etiam bonæ fidei compellitur eos reſtituere Domino, ſeu fideicommiſſario.*

3 *Ad inducendam vero in hoc caſu malam fidem in hærede ſcientia non debet eſſe generica, ſed ſpecifica, & individua requiritur.*

4 *Quæ expenſæ ſint neceſſariæ ad confectionem panis.*

5 *Valor frumentorum, frumenti, fabæ, ordei, & urdiolæ probatur ex calmiero Civitatis.*

6 *Medius valor in liquidationibus eſt ſemper tenendus.*

7 *Ex locationibus effectuatis reſultat certa, & ſufficiens probatio pro liquidatione fructuum.*

8 *Poſſeſſor violentus condemnatur nedum ad reſtitutionem fructuum, quos vere, & realiter recollexit, ſed etiam ad eos, qui percipi potuiſſent.*

9 *Nomina debitorum deteriora facta an cedant commodo hæredis, vel fideicommiſſarii.*

10 *In re litigioſa illam & diligentia, & æquitas adhibenda eſt, quam quis in rebus propriis adhibuiſſet.*

11 *In defalcationibus diſcutiendi ſunt caſus ſiniſtri tempeſtatum ſcilicet, & inundationis.*

12 *Colluſio non præſumitur in nobili, & honeſta Perſona.*

13 *Salarium Exactoris, & Computiſtæ detrahendum eſt ex fructibus, qui alteri reſtitui debent,*

14 *Expenditur diſpoſitio Text.* in L. ex parte ff. fam. Ercifcun.

15 *Aucto labore Salarium quoque augendum eſt,*

16 *Maritus repetit expenſas utiles, & neceſſarias factas etiam circa res non dotales.*

17 *Ex fructibus onera ſemper deducenda ſunt.*

18 *Compenſari non poteſt creditum turbidum, & illiquidum cum credito liquido, quia compenſatio habere ſolent, ac debens vim ſolutionis nequit habere correſpondentem efficaciam, niſi ſit in promptu clara.*

19 *Ex fideicommiſſo detrahitur ſolutio debiti, ſive neceſſarii, ſive voluntarii ejuſdem Teſtatoris.*

20 *Retentio pro mobilibus, ſive ſupellectilibus non datur ubi Creditor, vel adminiſtrator non reddidit de illis adminiſtrationem.*

21 *Melioranti ſolet quandoque Rota concedere retentionem ſoluto valore Prædii cum fructibus a die motæ litis fideicommiſſario illud vindicanti.*

22 *Allegans factum aliquod tenetur illud plene, & concludenter probare.*

DECISIO CCCVI.

MEſſem ſati triumphi per tres ſententias conformes a Signatura Juſtitiæ jam approbatas recolligere contendens Petrus Jun. de Nappis adverſus Conſtantiam Comitiſſam de Montecatinis, una cum fructu conſecutivo ipſi Victoriæ, curaverat uſque ſub *die* 8. *Maii* 1702. proponi examinandum, An, & pro qua ſumma relaxandum eſſet Mandatum ex cauſa adamus ſim fructuum injuſte perceptorum a Comitiſſa poſt motam litem, ſed dimidiatum quodammodo ſub ea die conſecutus erat bravium mature namque Domini procedentes, cenſuerant tunc ſolummodo decernendam fore ejuſdem mandati relaxationem pro ea quantitate; quæ penes Oeconomum litigioſæ hæreditatis Adminiſtratorem eo temporis reperirentur, injuncta pro reliquis diſcuſſione Periti, donec hodie ipſo Perito iterato tandem referente, Cauſamque uberius in totis ejus viſce-

ſceribus dilucidante ſtabilita fuit reſolutio, quæ
ſequitur.

Pro baſe ſiquidem ejuſdem reſolutionis fir-
miſſima confirmavere Regulam, quod non a
die 28. *Ianuarii* 1697. ſumendum eſſet exor-
dium productivum expeditæ reſtitutionis fru-
ctuum, ſed a die dumtaxat 30. *Auguſti ejuſ-
dem anni*. Licet etenim appareret Libellus, ſi-
ve Monitorium Conteſtati diſſidii reproductum
1 ſub prędicta *die* 28. *Januarii* adhuc nonniſi ſub
altera die 30. *Auguſti* exhibita fuerunt Jura
fulcentia intentionem Actoris, quapropter
cum ex tunc, & non prius per eorumdem ju-
rium exhibitionem poſitive certior effici po-
tuerit Comitiſſa de ſuo malo jure, ſive inde-
bita bonorum retentione, ita non prius con-
demnari valebat ad præfatorum fructuum
reſtitutionem, ut fuit perpetua ſententia Rotæ
optime diſtinguentis unum tempus ab altero,
ſicuti cæteris ommiſſis videre eſt *in deciſ.* 226.
num. 3. *& ſeqq. par.* 18. *recent.*, *& in Romana
hæreditatis de Lunuviis* 6. *Iunii* 1695. §. *Cum
enim coram R. P. D. meo Scotto; &* 28. *Iunii*
1697. §. *Confirmatione*, *&* §. *ſeq. coram Me,
hodie impreſſa deciſ.* 15. *num.* 3., *& in Romana
ſucceſſionis* 29. *Ianuarii* 1700. §. *fin. coram
R. P. D. meo dela Tremoille*.

Salva tantummodo limitatione (quatenus
de illa liqueret in facto) quod ultra jam affir-
mata in deceſione diei 8. *Maii* 1702. *coram
Me*, quod fructus exiſtentes pœnes Oecono-
mum adhuc alii fructus extarent anteceden-
ter percepti, & non conſumpti, tunc ete-
nim poſſeſſor etiam bonæ fidei compellitur
eos reſtituere; quia ipſa bona fides nullibi
transferre poteſt in eumdem poſſeſſorem perfe-
2 ctum, & irrevocabile dominium hujuſce-
modi fructuum adhuc exiſtentium, quo mi-
nus veniant vero Domino, ſive fideicommiſ-
ſario reſtituendi, ad *Text. in l. bonæ fidei* 48.
ff. de acquir. rer. domin. per illa verba -- *ſuos in-
terim facit &c. quia quoad fructus attinet, loco
dominii pene eſt* - quemadmodum poſt *Bald. in
l.* 2. *num.* 4. *verſic. ſed quid ſi extent C. de fruct.
& lit. expenſ. Sanchez ad pręcept. decal. lib.* 2.
cap. 23. *n.* 73. plene *Rot. coram Merlin. deciſ.*
663. *n.* 38. *cum ſeqq.*

Et ſane parum relevabat ad intentum Acto-
ris, ſive ad finem deſumendi initium a me-
morata die 28. *Ianuarii*. quod Comitiſſa Con-
ſtantia habere valuerit ſcientiam fideicommiſ-
ſi, de quo agebatur, ex teſtamento Virginiæ
illius Auctricis in quo fideicommiſſum ipſum
enunciari videbatur, nimis enim generica
apparebat hęc enunciatio, dum in ea neque
dies, neque annus conditi teſtamenti per fi-
deicommittentem, neque favore cujus, ne-
que demum ſuper quibus bonis foret injun-
ctum evincebatur, quapropter eum ſolum-
modo ſub præfata die 30. *Auguſti* idem teſta-
mentum fideicommittentis remanſerit pro-
ductum in Actis, utique perantea talis ge-
nerica enunciativa non erat idonea ad inſtin-
gendam malam fidem in Comitiſſa, cum ad
3 hunc effectum exigatur ſcientia ſpecifica, vel
individua, uti communiter adverterunt *La-
derch. conſ.* 73. *verſ. nec obſtat*, *Modern. Lucen.
conſult.* 796. *num.* 8. *&* 9. *Rot. Lucen. inter re-
collect. per Modern. Palm. deciſ.* 92. *num.* 35.
cum duobus ſeqq. cum aliis *in Bononien. Cen-
ſus* 2. *Martii* 1703. §. *Parum refragante cor. Me.*

Facto præfato principio devenere Domini
ad liquidationem partitarum, ſive eorum-
dem fructuum reſtituendorum a præfata die
30. *Auguſti*; inter illas autem primo loco
aſſurrexit labor valutandi frumentum, con-
tendebat etenim Actor frumenti recollecti
per Comitiſſam appretium eſſe deſumendum
ab ea Publici Magiſtratus taxatione, quæ
congruis temporibus pro pane vendibili præ-
finiri ſolet mediante opportuna Tabella, ſi-
ve dicamus Prætorio Edicto quodve nuncu-
pant *il Calmiero*; Comitiſſa autem propu-
gnante, quod attendi tantummodo deberet
valutatio frumenti vendibilis ſciri conſueta
per aliud appretium Montis, ut vocant *Fari-
næ*, nec non libri *Gabellæ*, quapropter de fa-
cili reſponſum fuit non eſſe inſpiciendum *il
Calmiere*, ſed prætium apparens ex prædicto
Monte *Farinæ*, ac libro *Gabellę*; nam valor
ſtabilitus per *il Calmiere* concernebat potius
panem, quam frumentum reſtituendum, &
illud plus quod importabat *il Calmiere* ſupra
granum vendibile in platea includebat reim-
4 burſationem illarum expenſarum, quæ exi-
ſtunt neceſſariæ ad confectionem panis, ſicu-
ti adnotavit *Pigant. ad Statut. Ferrar. rubric.*
132. *num.* 37., & conſonat, *Rot. dec.* 107. *ſ b
num.* 4. *poſt Merlin. de legit.*, quidquid dicen-
5 dum foret quoties in Civitate non extaret Mons
Farinæ, vel contradiſtinctum liber Gabellæ, ut
in Civitate ęl molæ tradita per eamdem, *Rot. dec.*
108. *n.* 10. *& deciſ.* 142. *num.* 11. *coram Royas*.

Verum quia etiam appretia Montis *Fari-
næ*, & libri *Gabellę* non erant, nec eſſe po-
terant uniformia, quia qualitas frumenti varia,
diverſificat valorem, idcirco inter tria pretia,
quæ dantur in hac materia, videlicet ſupre-
mum, medium, & infimum, Domini dixe-
6 runt ad calculum liquidationis referendum
eſſe valorem medium, juxta inſinuata per
*I. C. in l. pretia rerum ff. ad leg. falcid. Eſcobar.
de ratiocin. cap.* 17. *num.* 21. *&* 22. *Afflict.
deciſ.* 316. *num.* 5. *& ſeqq. Rot. poſt Merlin.
de legit. deciſ.* 107. *num.* 4. *coram Bichio deciſ.*
580. *num.* 34. *&* 35., *& in recent. deciſ.* 100.
num. 2. *in fin. par.* 4.

Secundario deſcenſum fuit ad alterum ca-
put prætenſionis excitatæ per Actorem ſupe
afflictibus inexactis, & in hac ſane partita
fundata videbatur Actoris intentio ſaltem pro
tribus annis 1698. 1699. & 1700. pro quibus
decernebatur fructuum reſtitutio, quoniam
inter modos præcipuos deveniendi ad fructuum

Digitized by Google

liquidationem adhiberi conſueverunt Inſtru-
menta Arrendamentorum, & Affictuum, ex
ea præſumptione, quæ reputare facit Poſſeſſo-
rem exegiſſe, ſive percepiſſe mercedem con-
7 ventam, quemadmodum alias patet penes
Rot. coram, Duren. deciſ. 307. *num.* 12., *&*
coram Bich. deciſ. 143. *num.* 2. *coram ſa. me.*
Alexandro VIII. deciſ. 128. *num.* 2. *&* 3.
coram Emerix Jun. deciſ. 825. *num.* 3.

Aſt pariter Domini mitius in concreto agen-
dum eſſe affirmarunt, Comitiſſa quippe do-
cebat, varia contigiſſe infortunia per quæ
Affictuarii effecti extiterunt moroſi in exſol-
venda propria obligatione, quapropter quic-
quid dicendum foret ubi ageretur de poſſeſſore
violento, vel perperam, & attentate intruſo,
in quibus profecto terminis rigor Juris expo-
ſcit, ut idem violentus poſſeſſor condemne-
tur nedum ad refuſionem fructuum quos vere,
8 & realiter recollexit, ſed etiam ad eos, qui
percipi potuiſſent, ut ait *Rot. coram Arguell.*
deciſ. 113. *num.* 32. *& ſeq. poſt Modern. Aſ-*
culan. ad Statut. Vrb. dec. 186. *num.* 3. *&* 4.
et in Calagurritana fructuum Archidiaconatus 25.
Novembris 1695. §. *Pro reſtanti coram Reve-*
rendiſs. D. meo Molines Decano.

Utique cum Comitiſſa nullam violentiam,
nullum ſpolium commiſerit, immo præciſive
a lite mota, habenda foret pro poſſeditrice
bonæ fidei, cumque ex oppoſito pro parte
Actoris nulla culpabilis negligentia in eadem
Comitiſſa demonſtraretur, ſatis conſultum vi-
ſum eſt utrique Parti, quoties ipſa Comitiſſa
pro parte deficiente extraderet Actori Jura,
& inſtrumenta obligatoria Affictuariorum,
ſicuti practicatur in omnibus non doloſis Tu-
toribus, vel Procuratoribus ad exigendum
9 occaſione cujuslibet redditionis rationis, ex
traditis per *Bertazzol. conſ. civil.* 58. *num.* 45.
verſ. et propterea Peregrin. de fideicom. art. 10.
num. 45., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 625. *num.* 4.
Oleam de ceſſ. Jur. tit. 5. *quæſt.* 12. *ſub num.*
26. *verſ. quibus ſimile eſt, Rot. dec.* 780. *num.*
14. *et dec.* 286. *num.* 4. *coram Emerix Jun.*
et in rec. dec. 158. *num.* 12. *par.* 15.

Haud relevante, quod ad normam Inſtru-
menti memoratorum Affictuum ſedulius agen-
do valuiſſet Comitiſſa arreſtare ſegetes, &
frumenta, alioſve fructus, in area, ſive tem-
pore recollectionis, præſertim ex quo in iiſ-
dem fructibus ſolvendi erant affictus, non
autem in pecunia; ſiquidem dum, ex mox
in ſubſequenti partita differendis, ſufficienter
evincebatur, ſteriles fuiſſe recollectas, affi-
ctus vero non terminarent in unoquoque
anno, prudens conſilium erat, non avellere
hujuſmodi fructus ab Affictuariis, alias in
poſterum nequiviſſent ſerere, & excolere bo-
na arrendata; ideoque ſemper in hac parte
ſeſe bene geſſit Comitiſſa adhibendo in re li-
tigioſa illammet diligentiam, & æquitatem,
10 quam in rebus proprii adhibuiſſet, ad tra-
dita in propoſito per *Cravet. conſ.* 97. *num.* 5.,
Surd. conſ. 540. *ex num.* 41. *cum ſeqq.*, *Gratian.*
diſcept. for. cap. 125. *num.* 41. *Modern. Lucen.*
conſult. 104. *num.* 28. *&* 29., *Card. de Luca*
de alienat. diſc. 59. *num.* 7. *alioſque in tract.*
de commerc. & mercat. diſc. 62. *num.* 18.

Et ob id tertio deſcendentes Domini ad
examen defalcationum, quas Comitiſſa exa-
raverat erga eoſdem Affictuarios, agnovere
quidem quod de tota Juris cenſura videbatur
illa quodammodo defeciſſe; nam ad hujuſmo-
di defalcationes devenerat abſque formali diſ-
cuſſione caſuum ſiniſtrorum, etſi frequentium
11 in illis partibus, tempeſtatum ſcilicet, &
inundationis, teſte *Contr. diſcept. for. lib.* 1.
cauſ. 39. *Pigant. ad Statut. Ferrar. lib.* 4. *de*
damnis datis in addit. ad rub. 2. *num.* 1.

Verum placuit reflexio, quod de obliga-
tione ineundi conſimiles defalcationes conſta-
bat, expreſſe per publica Inſtrumenta earum-
demmet locationum *Summario Comitiſſæ num.* 7.
litt. C., de effectiva pariter remiſſione, ac
defalcatione liquebat ex juribus datis ſub *dicto*
num. 7., atque etiam de conſiderabili com-
probatione damnorum, ſive eorumdem caſuum
ſiniſtrorum apparebat ex iterata peritia exhi-
bita *in Summario Comitiſſæ num.* 16. quapro-
pter jactis hiſce principiis aſperum nimis vi-
debatur condemnare Comitiſſam pro deper-
denda remiſſione quatenus facta effulgeret pro
illis tribus annis quarum ratione compelle-
batur ad refuſionem fructuum perceptorum,
alias dicendum fuiſſet, quod Nobilis hæc
Matrona colluſiſſet cum prædictis Affictuariis
in perniciem fideicommiſſarii, quod non erat
12 in his circumſtantiis præſumendum, ut inquit
Cravet. conſ. 244. *num.* 6. *Epiſcop. Rocc. diſput.*
47. *num.* 3. *et ſeq.*, *Menoch. de præſumpt. lib.* 5.
præſ. 3. *num.* 28., *Rot. coram Dunozet. Iun.*
deciſ. 332. *num.* 17. *cum duobus ſeqq. in recen.*
deciſ. 253. *num.* 63. *par.* 7. *dec.* 107. *num.* 16.
par. 17. *in Romana Prælationis* 19. *Ianuarii*
1691. §. *Ex facto coram bon. mem. Vrſino, et*
in Romana Mutuum 9. *Decembris* 1701. §.
Minus coram R. P. D. meo Muto.

Quartum locum (retento ſemper themate
trium annorum) occupabant ſalaria Miniſtro-
rum, quæ fore ſibi bonificanda conclamabat
Comitiſſa, Villici nempe majoris, ſeu facto-
ris, necnon Caſtaldi, ut ibi nuncupant, ac
Ratiocinatoris, ſed circa Ratiocinatorem nihil
certi apparebat fuiſſe peculiariter ex cauſa
bonorum de quibus agebatur, perſolutum a
Comitiſſa; ideoque ſalarium hoc, Domini,
expectantes uberiorem juſtificationem, mini-
me pro nunc excomputarunt quo vero ad fa-
ctorem, & Caſtaldum æquius procedentes au-
thumarunt Comitiſſæ fore reficienda ſalaria,
quę noſcebantur extitiſſe illis ex tradita, que-
madmodum practicari conſuevit in quacum-
13 que redditione rationis ex deductis per *Rotam*
in dec. 178. *num.* 9. *par.* 19. *rec.*, *in Romana*

Pe-

Digitized by Google

Pecuniaria 6. Iunii 1701. §. *Duodecimo coram R. P. D. meo Muto, et in Rom. multiplicorum ſuper expenſis* 10. *ejuſdem menſis, et anni* §. *Simile coram R. P. D. del Olmo*.

Detruſa replicatione, quod hujuſmodi ſalaria jam conſimilibus Miniſtris exburſarentur a Comite Monteeatino viro ejuſdem Comitiſſæ proindeque ad mentem *Textus in leg. ex parte ff. famil. Erciſeun.* exornat. per *Adden. ad Buratt. deciſ.* 921. *num.* 23. *et ſeqq.* Non eſſet illa expenſa reficienda, quæ alias erogabatur ex cauſa identifica. Vel quod cum ageretur de bonis arendatis ſat eſſet congruo tempore inſiſtere ſolutioni mercedis abſque alio miniſterio Factoris, vel Caſtaldi; Siquidem ſubſiſtente fundamento ſolutionis jam factæ de crumena Comitiſſæ facile viſum eſt. quoad hanc ſubalterrantem oppoſitionem congruum non fore, quod hæc Matrona in hiſce ruſticis proventibus perſonaliter intereſſet ad recipiendas prçſtationes in affictibus conventas recognoſcendumque utrum ſeſe bene, vel male gererent Affictuarii in cultura bonorum contra ſtylum illarum partium.: Reſpectu autem primæ partis hujus objectionis non aptabatur hypotheſi *Textus in dicta l. ex parte*: In illo etenim expenſa conſiderabatur effective eadem, ſed in caſu noſtro aucto labore Miniſtris Comi-
14 tis mariti augendum quoque erat ſalarium neque maritus tenebatur quidquam expendere pro paraphernalibus uxoris, & ſi expendiſſet, repetere valebat impenſum ſicuti in ordine ad primam conclusionem animadverte *Cravett.*
15 *conſ.* 164. *num.* 3., *Modern. Palm. alleg.* 153. *num.* 147. Et quoad ſecundam *Cyriac. contr.*
16 *for.* 42. *num.* 16., *Rot. in Romana expenſarum* 24. *Novembris* 1698. §. *Quibus coram R. P. D. meo Pio*.

Succedebat denique quinto loco ſ bductio allegata pariter per Comitiſſam conſiſtens in ſolutione terratici, ac impenſis erogatis pro reſtauratione domorum, circa quæ Domini habentes ſemper reſpectum ad illos tres annos; pro quibus obnoxia erat Comitiſſa reſtituere fructus perceptos, minime ambigerunt ſolutiones ab ipſa factas in has Cauſas fore uti
17 pretendebatur, ſubducendas ad regulam *Text. in l. fructus ff. ſolut. matrim. & l.* 1. *C. de fruct. & lit. expenſ.*, de qua *Surd. de aliment. tit.* 8. *privil.* 82. *num.* 7., *Gall. de fruct. diſput.* 2. *art.* 7. *num.* 5. *& ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 273. *num.* 3. *coram Gregor.*, *& in Romana Hæreditatis de Lanuvis* 28. *Iunii* 1697. §. *Declinarunt coram Me, impreſſ. ut ſupra deciſ.* 15.

Præter hæc, ad impediendam mandati relaxationem alia plura obiiciebat Comitiſſa, quæve percutiebant ſpeciem potius compenſationis, quam principale dubium ſuper liquidatione fructuum, circa quod principaliter hodierna verſabatur inſpectio, verum quidquam pro nunc obtinere nequivit reſpectu dotis Baptiſtinæ illius aviç maternæ, quçve conſiſtebat in ſumma, uti dicebatur ... 2336. marcarum Januæ; hæc etenim prætenſio apparebat potius interverſa in deciſionibus antecedentibus æditis inter has eaſdem Partes videlicet *coram Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano ſub die* 23. *Novembris* 1699. §. *Similiter, & ſub die* 3. *Iunii* 1701. §. *Circa vero dotem coram Me*. In omnem vero caſum cum Domini non fuerint ſuper hac petitione concordes, utique non valebat hujuſmodi prçtenſio retardare executionem mandati pro quantitate ſuperius liquidata reſiſtente vulgari propoſitione, quod nuſquam compenſari poteſt creditum quomodolibet turbidum, & illiquidum, ex quo compenſatio habere ſolens ac debens vim ſolutionis nequit habere correſpondentem efficaciam, niſi ſit in promptu,
18 clara parata, & juſtificata *Amat. reſolut.* 17. *num.* 10. *lib.* 1., *Modern. Argentan. conjunct. legal.* 27. *numer.* 5. *vol.* 2., *Vrceol. conſult. forenſ. capit.* 61. *num.* 34. *in fin.*, *Rot. deciſ.* 2. *num.* 10. *par.* 16. *deciſ.* 402. *num.* 5. *& ſeq. par.* 19. *recent. in Romana Pecuniaria* 12. *Martii* 1700. §. *Et bine coram R. P. D. del Olmo, & in alia Romana Pecuniaria ſuper Cambio* 3. *Julii* 1701. §. *Verum coram R. P. D. meo Priolo*.

Obtinuit e converſo Comitiſſa congruam canonizationem alterius crediti liquidiſſimi in ſcutis 1491. pro totidem perſolutis in extinctionem legatorum, & æris alieni Teſtatoris cum ſemper fideicommiſſum intelligatur prævia ſolutione debiti, ſive neceſſarii, ſive vo-
19 luntarii ejuſdem Teſtatoris, uti docuerunt *Soccin. in l. debitori num.* 10., *Col. de pact. Peregrin. deciſ. Patavin.* 5. *num.* 5., *Rot. coram Dunoz. Iun. deciſ.* 576. *num.* 32. *in recent. deciſ.* 516. *num.* 1. *par.* 2. *deciſ.* 248. *num.* 1. *par.* 13. *& deciſ.* 274. *num.* 2. *par.* 15.

Et de facto Petrus Junior fideicommiſſarius, & Actor in eadem Cauſa, minime controvertebat haſce ſolutiones, & creditum reſpective, ſed obiiciebat Comitiſſam retinere penes ſe plura mobilia, & argenta reſtitutioni ſuppoſita, quapropter niſi contextualiter fieret hæc reſtitutio mobilium, & argentorum nullatenus haberi poterat in conſideratione ſimilis retentio, quæ non datur ubi Creditor, ſive Adminiſtrator non reddit rationem de
20 hujuſmodi penu, ſive ſuppellectilibus, ut ad rem *Gratian. diſcept. foren. cap.* 826. *num.* 51. *Rot. deciſ.* 65. *num.* 12. *& ſeqq. par.* 10. *deciſ.* 161. *num.* 5. *&* 6. *et deciſ.* 296. *num.* 2. *par.* 12. cum aliis *in Illerden. Hæreditatis de Gomar.* 4. *Iunii anni præteriti* §. *Nil officiente coram Me*.

Juxta igitur prçmiſſa Domini pariter reputaſſent hanc forte deductionem fore minus idoneam ad retardationem ſupradicti mandati, ſed quia litigantes contendebant de valore eorumdem mobilium, & præſertim quoad tabulas pictas, & offerebat Defenſor Actoris ma-

mavis expetere ipſorum mobilium reſtitutionem, placuit inſtantiæ adherere ſub ea lege,
21 vel ſolvendi, vel bonificandi Comitiſſæ importantiam prædictorum ſcut. 1491. ſecundum illam optionem, quam in ſimilibus practicant Tribunalia ex animadverſis per *Rot. deciſ. 74. num. 25. coram Vbago, et in Aſculana fideicommiſſi, ſeu domus ſuper melioramentis* 11. *Decembris* 1699. §. *Aſt conſimilis coram Me*.

Rejecerat alia Sacrum Auditorium poſtremum Comitiſſę prætentionem conſiſtentem in expenſis pro lite ſubſtentata contra Braſaulos in ſumma ſcut. 1110. ex capite injuſtæ, & temerariæ prætenſionis, itaut Comitiſſa libentius debuiſſet prævenire evictionem, quam injuſte defatigare Actores, ſicuti plenius dicebatur *in dicta deciſione diei* 3. *Junii* 1701. §. *Solumve coram Me*. Cumque hodie rurſus hanc exceptionem ſive Creditum eadem Comitiſſa inſtauraret adiiciendo, quod in illamet Cauſa comparuerat etiam Procurator Leonardi Patris ipſiuſmet Comitis Petri Antonii Junioris Actoris, ideoque diei non poſſet ſaltem ab eodem Petro Antonio litem extitiſſe temere ſubſtentatam, ne refunderet in ſemetipſum, ſive ejus Patrem hanc notam præjudicialem, amaritudo reducebatur ad factum, utrum ſcilicet talis Procurator Leonardi intervenerit in judicio, & ob id nihil Domini deſuper ſtatuerunt relinquendo locum huic veritati lucidius comprobandæ per Comitiſſam, ut eſt de incumbentia, ac munere
22 factum aliquod allegantis ad tradita per *Rot. deciſ.* 1018. *num.* 4. *coram Emerix jun. deciſ.* 228. *num.* 11. *par.* 15. *deciſ.* 39. *num.* 2. *par.* 16. *recent. in Romana Fabricæ* 12. *Januarii* 1702. §. *Neque fomentum, et in Romana locorum Montium* 28. *Novembris proxime defluxi* §. *In nihilo coram Me*.

Et in hunc modum Domini ad formam dubii propoſiti reſponderunt *relaxandum eſſe mandatum* ab Actore expetitum.

ROMANA SALVIANI SUPER EXECUTIONE.

Lunæ 21. *Ianuarii* 1704.

ARGUMENTUM.

Immiſſio in Salviano, an & quando concedenda ſit. Emptor ſolvens Creditoribus vendentis prętium rei emptæ ſemper citra ceſſionem, & conventionalem ſubingreſſum tueri ſe valet juxta importantiam Creditorum dimiſſorum ſtipulante quatenus opus eſſet pro hujuſmodi ſubintrantia ipſamet Lege. Natura Salviani eſt ut poſtquam Creditor fuerit integre ſatisfactus, prædium libere redeat ad Dominum.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio in Salviano conceditur quoties bona hypothecata ad commodum Actoris poſteriori loco diſtracta noſcuntur apud Tertium titulo emptionis, vel alium ſingularem ſucceſſorem.*

2 *Immiſſio conceditur Creditori anteriori pro indiviſo cum Emptore, qui promiſit ſolvere pretium potioribus, & anterioribus, & poſtea ſolvit poſterioribus.*

3 *Emptor ſolvens Creditoribus vendentis pretium rei emptæ ſemper citra ceſſionem, & conventionalem ſubingreſſum tueri ſe valet juxta importantiam Creditorum dimiſſorum, ſtipulante quatenus opus eſſet ipſamet Lege pro hujuſmodi ſubintrantia.*

4 *Immiſſus ex cauſa crediti anterioris arcere poteſt quoſcumque Creditores poſteriores.*

5 *Immiſſio in Salviano conceditur nedum pro ſorte, verum etiam pro fructibus ejuſdem ſortis fructiferæ.*

6 *De natura Salviani eſt, ut poſtquam Creditor ſatisfactus fuerit de fructibus prædium redit liberum ad Dominum.*

7 *Creditor ſemper dicitur dimiſſus ſi ſolutio fiat in pecunia, ſive in mercibus, ſive in bonis, ſive in quacumque alia materia.*

8 *Retentio datur pro credito claro, & liquido.*

DECISIO CCCVII.

NVllum ſine nomine ſaxum jacere in Grecia dicebant Auſonii: ſed & hoc circa lites innumeras ſibi quodammodo uſurpavit celebris in valore Tenuta allodialis *di Torre in Pietra* coempta per Oratium Falconerium a Franciſco Abbate Perretto, poſtea S. Romanæ Eccleſię ampliſſimo Cardinale Montalto, pro prætio ſcilicet ſcutorum 326. mil. celebres quippe etiam, ac plures ob ęs alienum Venditoris iugiter parturiit controverſias, inter quas præ cæteris exagitata fuit ea immiſſionis in Salviano expetitę per D. Comitem *del Benino*, utpote creditorem ejuſdem Venditoris uſque de anno 1635. pro annuo cenſu ſcutorum in ſorte 12. mil., qua tandem reſoluta favore Comitis Actoris uſque per tres, nuſquam interruptas ſententias conformes cum ſucceſſiva Canonizatione Signaturæ Iuſtitię reſcribentis cum clauſula præſervativa executionis *ſine præjudicio trium conformium*, appræhenſaque deinceps vigore huiuſmodi ſententiarum a Comitæ poſſeſſione Tenutæ, D. Lælius Falconerius in ea ſucceſſor illico coram Me, velut Iudice ultimi Iudicati, & reſpective Executore, conqueſtus eſt de exceſſivitate præfatæ executionis: Quapropter conſulens ego Dominos ſuper ingruente dubio. *An, & ſuper qua parte Tenutæ mandati Rotalis executio ſuſtineretur, ſeu reſpective danda foret retentio, reportavi oraculum, executionem ſuſtineri juxta modum mox exprimendum.*

Sub

Digitized by Google

Subſtineri ſiquidem dictum fuit, ex quo,
cum, idem Comes docuiſſet de extremis un-
dique neceſſariis ad reportandam immiſſionem
in Salviano, nullave per Lelium facta in præ-
cedenti Iudicio extitiſſet oppoſitio retentionis
ex cauſa dimiſſorum creditorum anteriorum,
vel potiorum, conſequens erat, ut omnino ve-
niret immittendus, indulgente lege hujuſmodi
remedium, quoties bona hypothecata ad com-
modum Actoris poſteriori loco diſtracta noſ-
cuntur apud Tertium titulo emptionis, vel
1 alium ſingularem ſucceſſorem. *Poſth. reſolut. 99.
num. 12. cum duobus ſeqq., Ridolphin. in prax.
Iudic. par. 2. cap. 6. num. 72., & ſeqq., Argel.
de acquir. poſſeſſ. quæſt. 8. num. 828., Rota de-
ciſ. 59. num. 1. coram Emerix Iun., & in Roma-
na Salviani* 13. Junii 1698. §. *Ratio autem co-
ram* Me.

Maxime quia eamdem poſſeſſionem Comes
appræhendit relative in omnibus ad mandata,
ſive Iudicata Rotalia, in quibus profecto ter-
minis valida ab initio redditur executio quan-
tumvis poſtea, opponente Domino, ſive Poſ-
ſeſſore juſtam retentionem ex titulo ſubintran-
tiæ in Iuribus hypothecarum anteriorum, vel
potiorum oporteat ex implorato Judicis officio
illam moderari, atque diſcernere, prout hic,
in qua parte non cooperta ab iiſdem Iuribus ef-
fectum ſortiri valeat alias legitime facta exe-
cutio, quæ ex hoc capite adamuſſim regulari-
2 ter tradi conſuevit, ſive firmari pro indiviſo,
ſicuti unanimiter animadvertunt *Bald. conſil. 52.
ſub num. 1. verſ. Et ideo Poſſeſſor vol* 3., *Merlin.
de pignor. lib. 4. tit. 2. quæſt. 44. num. 16., &
ſeqq., Rota coram Cavaler. dec. 653. num. 4.,
& 5. in recen. dec. 135. num. 15. par. 6., dec. 30.
num. 39. par. 10., dec. 520. num. 4. par. 18.,
dec. 151. num. 24., & dec. 288. num. 6. & ſe-
quen. par. 19., in Faventina Salviani* 1. Mar-
tii 1700. §. *Omiſſis*, & 28. *Januarii* 1701.
§. *Siquidem, & in Romana Pecuniaria* 28. *Junii*
1702. §. *Firma itaque coram* Me.

Addidere vero Domini illam particulam *jux-
ta modum*, quia Lelius innitendo valori Tenu-
tæ non impugnatæ per Comitem, utpote con-
ventu in illius emptione per Horatium Falco-
nerium cum Abbate Peretto, ſcutorum vide-
licet 326. mil. demonſtrabat in hodierna Au-
dientia actualiter exburſaſſe ob cauſam hujus
emptionis ſecuta 306. mil. creditoribus hypo-
thecariis, & omnino anteferendis Comiti del
Benino: quamobrem nullatenus erat ambigen-
dum, quominus eidem Lælio intra ſpheram,
ſive ad ratam eorumdem creditorum conce-
denda eſſet exoptata retentio, cum etiam ci-
tra ceſſionem, & conventionalem ſubingreſſum
Emptor ſemper tueri ſe valeat juxta importan-
3 tiam creditorum dimiſſorum, ſtipulante, qua-
tenus opus eſſet, ipſamet lege pro hujuſmodi
ſubintrantia, ut inquit *Merlin. de pignor. & hy-
pothec. lib. 4. tit. 2. d. quæſt. 44. nu. 27., Card.
de Luc. de empt., & vendit. diſc. 21. n. 10., &
de credit. diſc. 1. n. 4., 6., & 10. cum aliis in Far-
fen. Juris offerendi* 6. *Decembris* 1702. §. *Abſ-
que eo quod, & §. Præmaximum coram* Me.

Diximus pro ſcutis 306. mil., quia, licet
ad normam calculi per Lælium exhibiti, per-
luceret dumtaxat de effectiva ſolutione, ſive
ſatisfactione ſcutorum 286. mil., nihilomi-
nus ad ejus indemnitate adiicienda erant alia
ſcut. 20. mil. pro anteriori immiſſione in hac
4 quantitate reportata per D. Gavottum contra
iſtam Tenutam eodem modo, quo potuiſſet
ipſe Gavottus immiſſus in ſimili Salviano arce-
re creditorem poſteriorem, teſte *Conciol. alle-
gat. 17. n. 10., Cenc. de cenſib. quæſt. 98. n. 42.
Pacific. de Salvian. interdict. inſpect. 3. cap. 2.
num. 438., & ſeqq.*, & dixit *Rota poſt Contr.
diſcept. for. dec. 139. n. 2. coram Dunozzett. Iun.
deciſ. 815. num. 5., & deciſ. 823. pariter num.
5., & coram ſa. mem. Alexandro VIII. deciſ.
155. num. 21.*

Reſtabat igitur denudatus legitima retentio-
ne Lælius pro ſuper excedente rata decimæ
ſextæ partis, ſive quantitate ſcutorum 20.
mil., & ideo ad hanc eamdem proportio-
nem approbata, ſeu validata extitit immiſ-
ſio, & captio poſſeſſionis, iſteque fuit modus
ab initio inſinuatus, non attentis replicationibus
ex parte Comitis allatis; quatenus enim concer-
nebant immiſſionem præcedenter a Gavotto re-
portatam, non placuit animadverſio, quod cre-
ditum illius appareret ſcut. 15. mil., quia man-
datum de immittendo obtentum a ſæpe memo-
rato d. Gavotto explicite ſonabat pro ſumma
ſcutorum 20. mil., tractabatur quippe de
cambio fructifero, proindeque junctis acceſ-
ſionibus conſtabat ad unguem integram ſum-
5 mam ſcutorum 20. mil.: Nemo autem non
ſcit, quod immiſſio in Salviano conceditur,
nedum pro ſorte, verum etiam pro fructi-
bus ejuſdem ſortis fructiferæ, ex congeſtis per
*Cenc. de Cenſib. quæſt. 98. num. 8., & ſeqq., Ro-
tæ dec. 1967. num. 11., & deciſ. 254. n. 4. co-
ram Coccin., & dec. 253. num. 2, & 3. par. 14.
recent.*

Subalterna autem prætenſio Comitis, quod
in omnem caſum etiam pro hac rata crediti
Gavotti conditionaliter ſaltem deberetur, ſi-
ve teneret immiſſio, videlicet ſi, & poſt-
quam extitiſſet per correſpondentem fructuum
Tenutæ perceptionem Gavottus ſatisfactus,
ex quo tunc Tenuta redibat ad Dominum
libera, & immunis quemadmodum de mente
eſt, ex littera mandati conceſſivi immiſſio-
6 nis vigore utilis Salviani interdicti, ut ha-
betur apud *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 708.
num. 66., Ridolph. in prax. Judic. par. 2. cap.
6. n. 97., & ſeqq., Pacific. de Salvian. interdict.
inſpect. 4. cap. 2. n. 216., & ſeqq., Rota coram
Gregor. deciſ. 254. n. 1., ibique Add. n. litt. A.
coram ſa. me. Alexandro Octavo, & dec. 201.
n. 1., & in recent. deciſ. 8. n. 15., & deciſ. 161.
num. 3. par. 6., & deciſ. 568. num. 9. par. 19.*

Neu-

Nunquam Dominis arriſit, quonim libera
quidem ad antiquum Poſſeſſorem, & Domi-
num ſecuta ſatisfactione creditoris red:bat Te-
nuta, ſed mediante deperditioue, ſive imputa-
tione fructuum illius, quive alias ad eumdem
tertium Poſſeſſorem omni jure pertinuiſſent,
ac propterea parum intererat, quod dimiſſio
creditoris anterioris ad finem conſequendæ re-
tentionis fieret cum pecnia *in contanti*, vel
cum fructibus eodem modo, quo oneroſe ſem-
7 per dimittitur creditor, ſive ſolutio fiat in pe-
cunia, ſive in mercibus, ſive in bonis, ſive
demum in quacumque alia materia, per quam
in effectu ſequatur ſolutio, & ſatisfactio, ſi-
cuti patebat ad ſenſum, & non abs re collige-
batur, ex traditis per *Surd. conſ.* 243. *num.* 7.,
Gratian. diſcept. for. cap. 74. *num.* 29., *& ſeqq.*,
Modern. Lucen. conſult. 19. *num.* 17., *& ſequen.*,
Card. de Luc. de feud. diſc. 130. *num.* 2., *Rota
decis.* 234. *num.* 3. *coram Cerro*, *& deciſ.* 360.
n. 3. *par.* 19. *recent.*, *alioſque in tract. de Com-
merc.*, *& Mercatur. diſc.* 71. *num.* 20.

Supererat aliqua amaritudo pro effective
conſlanda ſumma prænominata ſcutorum 306.
mil. ratione quorum retentio a Lælio allega-
batur in ordine ad quamdam partitam, ſive
ratam ſcutorum 17250. Præſupponebat ete-
nim idem Dominus Lælius, quod hujuſmodi
quantitas loco prætii ipſius Tenutę inveſtita in
tot locisMontium, quæ nuncupantur *Salis tertiæ
erectionis* remanſiſſent avocata a pluribus cre-
ditoribus Franciſci Cardinalis Peretti Vendi-
toris Tenutę, ſecundum enunciata, ſive ſup-
poſita in *Summr. ejuſdem Lęlii Num.* 5. Ideo-
que mihi Domini demandarunt, ut attęnte
perquirerem expoſiti veritatem, videlicet,
utrum in extendenda præſenti deciſionem re-
perirem, quod enunciata ſolutio, ſive avo-
catio re vera pro parte Lęlii demonſtraretur
ſub ea ulteriori circumſtantia, quod aſſerti
creditores avocantes præcitata loca Montium
forent in tempore. vel iujure anteriores Co-
miti del Benino: Quapropter, cum tam ex
tenore literarum translationis eorumdem lo-
corum Montium, quam ex antiqua peritia
eliceretur veritas hujuſce aſſertionis, ut ego
recognovi, planum efficiebatur, quod etiam
in hac parte ſubſtineretur calculus, ut ſupra
exhibitus a Lęlio, eidemque idcirco pro præ-
8 dicta ſumm. ſcut. 306. mil. concedenda foret
retentio ex jam congeſtis authoritatibus in
§. *Diximus*, quibus addi poſſunt *Concioll. alle-
gat.* 4. *num.* 2., *&* 3., *& allegat.* 51. *num.*
10., *Card. de Luc. de Iudic. diſc.* 44. *ſub n.*
47. *verſic. ſive quod*, *Rota coram Mantica de-
ciſ.* 69. *num.* 5. *coram Emerix. Iun. dec.* 751.
num. 1., *& poſt Modern. Aſculan. ad ſtatut.
Vrb. deciſ.* 74. *num.* 8.

Et ita utraque &c.

AVXIMANA SVCCESSIONIS.

Mercurii 30. *Ianuarii* 1704.

ARGUMENTVM.

Ponens ſive Relator S. Rotæ nequit abſque voto, & conſultis prius Correſponſalibus per ſe tantummodo procedere ad expeditionem alicujus decreti, ſive ſententiæ, etiam in negociis ſive magni, ſive parvi momenti. S. Rota quandoque ſe abſtinet a ſubſcriptione, ſeu indulgentia dubii uudequaque ſuperflui, atque indubitabilis, & illi exuberat per viam memorialium præbere votum ſuper interlocutione decreti, vel pronunciatione facienda per ſententiam a Ponente.

SVMMARIVM.

1 *Ponens ſive Relator rotalis nequit per ſe tantummodo procedere ad expeditionem alicujus decreti, ſive ſententiæ niſi conſultis Correſponſalibus, illorumque voto perquiſito etiam in negociis ſive magni, ſive parvi momenti, ac quamvis deciſio clari Juris eſſet.*

2 *S. Rota quandoque ſe abſtinet ab indulgentia, ſive ſubſcriptione dubii expetiti tamquam ſuperflui, ſive perſpicui, ac indubitabilis,*

3 *Per viam memorialium exuberat præbere votum ſuper interlocutione decreti, vel pronunciatione facienda per ſententiam a Relatore Cauſæ, ſive Ponente.*

4 *Executori S. Rotæ non licet aliam manum præbere, quam mere executricem, & ſi quid plus operatur incidit in attentatum.*

5 *In alternativis electio eſt Debitoris.*

6 *Sequeſtratio eſt ſpecies executionis.*

7 *In alternativis, ſi quis eligere reluctaverit, electio, vel in partem, vel in Iudicem tranſit.*

8 *Arbitrio ſolet eſſe locus quando concurrit aliqua rationabilitas.*

9 *Compenſatio rejicitur ſi credita non ſint liquida, cum quibus compenſari prætenditur.*

DECISIO CCCVIII.

Fructum reportatæ victorię uſque per tres conformes aſſequi intendentes Lucretię hæredes pro illorum rata ſive medietate juxta ſignanter pleniſſime deciſa *ſub die* 13. *Martii* 1702. *coram* Me, ſequeſtrationem procuraverant quarumdam pecuniarum exiſtentium titulo depoſiti in Æde Montis Pietatis Civitatis Auximi, ſed illarum effectivæ conſignationis recalcitrans Cappellania hæres Epigmenii coram Vicario Generali ejuſdem Civitatis velut Auditorii noſtri, ſive mandatorum noſtrorum Executore expetebat etiam hodie laceſſita per Actores proponi Dubium, ac diſputari ſuper ejus exceptionibus; Verum incontinenti com-

per-

perta hujuſmodi exceptionum debilitate, & in-
ſubſiſtentia, placuit Dominis mihi demanda-
te, ut procederem ad ulteriora opportuna de-
creta efflagitatæ ab Actoribus conſignationis,
breviter pandendo motiva ſic reſolvendi.

Licet namque Pontificię Conſtitutiones in-
jungat Tribunali, quod aliquo modo Partibus
contendentibus ſatisfiat mediante congrua Du-
biorum propoſitione, atque diſcuſſione, nihi-
lominus eædem Conſtitutiones tam in expreſſa
litera, quam in ſenſu ex uſu ſemper practica-
to potius cohibere intenderunt poteſtatem Re-
latoris Cauſæ, ſive Ponentis, ne perſe tan-
tummodo procedat ad expeditionem alicujus
decreti, ſive ſententiæ, niſi conſultis Correſ-
ponſalibus, illorumque Voto perquiſito etiam
in negociis, ſive magni, ſive parui momenti,
ac quamvis etiam deciſio ipſorum negociorum
1 clari Iuris eſſe videretur, ut ſunt fere verba
Conſtitutionis *Pii IV. regiſtrat. in Bullar. nou.
Cherubin. tom. 2. in ordine la 44. §. 4. & ulterius
Pauli V. eodem Bullar. tom. 2. inter ſuas la 71.
ſub §. 5. verſ. Auditor tamen.*

Qua propter cum ego præfatis Conſtitutioni-
bus, ut par erat obtemperans Dominos con-
ſuluerim tam ſuper inſtantia Actorum, quam
ſuper exceptione Cappellanię, ipſique digno-
verint enunciatam debilitatem propoſitæ esce-
ptionis, ne de cætero contra intentionem Pon-
tificum Partes defatigarentur in expenſis inuti-
libus, merito abſtinuere ab indulgentia Dubii
expetiti tanquam ſuperflui, ſive perſpicui, ac
2 indubitabilis, ſecundum ea, quæ ex mente Sa-
cræ Rotæ recte animadvertit *Tanagl. de Sac.
Rot. Rom. Audit. cap. 1. num. 74. & ſeqq.*, &
firmavit eadem Rota *cor.* Manzanedo *dec. 48.
num. 5. coram Rojas dec. 385. num. 8. coram* Ca-
*valer. dec. 590. num. 6., & 7., & in rec. dec.
159. num. 8., & ſeqq. par. 11. dec. 366. nu. 20.
par. 15. dec. 136. num. 41. par. 16., & deciſ.
331. num. 6., & ſeqq. par. 19.*

Ad quid enim per formalem diſpoſitionem
protrahere negocium, quando diſtributis me-
morialibus, ſive brevibus Informationibus,
Tribunal palpat inſubſiſtentiam difficultatis, ſi-
ve oppoſitionis, unde quod exuberet per viam
memoralium præbere Votum ſuper interlocu-
tione decreti, vel pronunciatione facienda per
3 ſententiam a Relatore Cauſæ, ſive Ponente
alias dixit & ſervavit *Rota in Romana Teſtamen-
ti 14. Martii 1698. §. Adeout cor.* Me.

Percurrendo itaque præfatas exceptiones ir-
relevans apparuit prima, quod cum Actores in-
ſteterint cor. prænominato Vicario pro conſigna-
tione ſummæ depoſitæ, illique formiter obie-
ctatæ fuerint oppoſitiones, neceſſe proinde fo-
ret acta coram eodem Vicario facta ſive pro-
ducta perpendere per opportunam ipſorum
tranſportationem; Quoniam quid importarent
quantive ponderis eſſent prædicta acta. com-
pertum illico fuit, & ex mox ſubnectendis elu-
ceſcet, de reliquo tantum aberat, quod eadem
acta forent tranſportanda, quin imo merebantur
4 tur circumſcribi, & irritari ex quo non licet
Executori noſtri Auditoris aliam manum præ-
bere, quam mere executricem, & ſiquid plus
operatur incidit in attentatum ex millies firma-
tis, & præſertim in *dec. 515. num. 33. & ſeq.
par. 5. rec. & in Romana Attentatorum 2. Iulii
proxime præteriti §. Verum, & ſeqq., & in Leo-
dien. exemptionis ejuſdem dici menſis, & anni
§. Quin refragaretur cor. Me.*

Diximus, quod illico compertum fuit, quid
continerent Acta prædicta, nam tota propu-
gnatio feriebat amaritudinem conſignandi con-
troverſas pecunias provenientes ab hæreditate
Epigmenii debitrice legitimæ canonizatę ad fa-
vorem Actorum, ſub calore, quod idem Epig-
menius in ſuo Teſtamento præceperat præſtari
hujuſmodi Legatum, ſive Legitimam Franciſcæ
Antoniæ *in ſcudi cento in arneſi ad uſo di Donna,
& il rimanente in tanti Beni ſtabili, o Cenſi, o
Mobili ad elettione del mio Erede*; pro indeque
nequirent præfati mediati hæredes Franciſcæ
Antoniæ petere recta via ſatisfactionem in pe-
cuniis depoſitis; Cappellaniam quippe hæres non
poterat denudari electione ſibi per Teſtatorem
5 attributa quare mediante alterutrum ad ſui libi-
tum exſolvendo liberabatur *ad Text. in l. plerum-
que §. fin. ibique gloſſ. verb. electis ff. de Iure Dot.*, &
tradita per *Bero conſ. 121. n. 5. lib. 1., Surd. dec. 318.
num. 3. Mart. Medic. dec. Senen. 60. num. 53.,
Rot. cor. Mantic. dec. 281. num. 8. cor. Merlin.
dec. 841. num. 7. cor. Emerix Iun. dec. 54. nu. 1.
in rec. dec. 207. num. 5. par. 5., & dec. 288.
num. 3. part. 15.*

Siquidem hujuſmodi diſcurſus manifeſte pro-
ſternebatur a duplici replicatione, altera quod
hęc electio locum habuiſſet, quotieſcumque
Cappellania interpellata ad ſolutionem ſeſe
promptam exhibuiſſet ad normam ejuſdem Te-
ſtamenti, ſed cum uſque huc, ut diximus,
per tres conformes detrectaverit pręſtare Le-
gatum, quin etiam paſſa fuerit ab Actoribus
fieri ſequeſtrationem pręfatarum pecuniarum,
6 quæ ſane ſequeſtratio ſpecies eſt executionis,
ut ait *Bald. in cap. 1. num. 9. de ſequeſt. poſſeſſ.,
& fruct. Curt. Iun. de ſequeſt. quæſt. 22. num. 25.,
Ridolphin. in prax. Iudic. part. 1. cap. 14. n. 189.,
Rot. cor. Buratt. dec. 653. num. 3. cum aliis in
tract. de Commerc., & Mercat. diſc. 98. n. 18.*

Hinc per moram adeo pertinacem cecide-
rat ab hoc arbitrio, ipſaque facultas eligendi
ſtante tali reluctantia, vel in Partem, vel in
7 Iudicem tranſiverat, prout in propoſito obſer-
vat *Spada conſ. 119. num. 8., & ſeq. lib. 2.
Rot. Ianuen. dec. 144. num. 10., & ſeq., et Sa-
cra dec. 287. num. 7. cor. Buratt. et, dec. 415.
num. 2. cor. Emerix Iun.*

Et altera, quod dum pecuniæ depoſitæ ne-
ceſſario erant inveſtiendæ pro Loco Pio, ſive
Cappellania, ſufficientia autem mobilia non
adeſſent, & per mortem Franciſcæ Antoniæ
inuptæ redderentur inutilia etiam ad mentem

Tenutoris, æquius, ac rectius videbatur loco conquirendi Inveſtimenta ſæpe ſçpius periculoſa, dimittere indubios Creditores juxta illud arbitrium, quod æquitate impellente in ſimi-
8 libus adhiberi ſolet per tribunalia, ut adnotavit *Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. caſ. 163. n. 21. et caſ. 171. num. 11. et ſeq., Rot. dec. 51. n. 6. par. 4. tom. 2. rec.*

Infracta hac exceptione Domini non potuerunt aures præbere ſubalternanti compenſationi ex quibuſdam creditis allatæ ex parte Cappellaniæ, quia de eiſdem Creditis nulla in promptu dabatur juſtificatio, quando ad retardandam executionem expetitę rei Judicatæ credita debebant eſſe liquidiſſima, & luce meridia-
9 na clariora, alias ſemper reiicitur compenſatio ex firmatis per *Surd. conſ. 246. num. 2. Modern. Lucen. conſult. 465. num. 7. et ſeqq. Mart. Medic. deciſ. Senen. 100. num. 1., et ſeqq. Rot. coram Gregor. dec. 552. num. 5. coram Cerro dec. 356. num. 3. in Romana Pecuniaria 27. Januarii 1698. §. Oſtenſa coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano & in altera Romana Pecuniaria 12. Martii 1700. §. Firmato cor. R. P. D. dell' Olmo Magno Cancellario Mediolani.*

Et ita inter Cappellaniam, & prænominatos hæredes injunctum fuit; reſpectu etenim Vincentii ad Cauſam admiſſi, & hodie per Memoriale comparentis, parum erat inhærendum, illud quippe Ius, quod reddebatur hodie hęredibus pro medietate, ſuffragabatur etiam ipſi Vincentio pro alia non controverſa quarta parte inſiſtenti.

FERRARIEN. PRIMOGENITURÆ.

Lunæ 16. Februarii 1704.

ARGUMENTUM.

Sententia lata contra hæredes incitatos vel contra mortuum, eſt nulla; valida tamen eſt ſi lata ſit contra Procuratorem Dominum litis effectum. Mandatum autem procuræ probatur prçſumptionibus. Excipiens illegitimitatem contra exiſtentem in quaſi poſſeſſionem legitimitatis, & nobilitatis ſinceræ, tenetur illegitimitatem probare, cum in dubio legitimitas præſumatur. Invocatione nati, & concepti de legitimo matrimonio, ſufficit deſcendentia cum conceptione, & procreatione legitimitatis. Ceſſio facta de reprimogenituræ, quando importet translationem proprietatis bonorum.

SUMMARIUM.

1 *Procurator per mortem conſtituentis revocatur.*
2 *Sententia lata contra hæredes incitatos, aut contra mortuum eſt nulla.*
3 *Secus ſi adſit Procurator effectus Dominus litis contra quem prolata ſit ſententia.*
4 *Tam ſi agatur de morte naturali; quam civili ipſius conſtituenti.*
5 *Et ſive agatur de conſtituente Actore, aut Reo prædefuncto.*
6 *Nec tunc neceſſe eſt citare hæredes conſtituentis.*
7 *Citatio Domi dimiſſa copia regulariter æquipollet citationi perſonali.*
8 *Originale mandati procurę conſervatur penes Procuratorem, niſi opponatur per collitigantem.*
9 *Mandatum Procuræ ad lites probatur ex impetratione commiſſionis cauſę productione jurium quæ non poterant haberi, niſi ab ipſo conſtituente.*
Præſumitur ex impenſa unius ſcuti, ibidem.
10 *Excluditur nullitas ſententiæ, quando ſignatura illam non circumſcripſit, ſed reſcripſit de appellatione.*
11 *Rota ſpernit nullitatem, quam non attendit ſignatura Juſtitiæ.*
12 *Ad effectum fundandi intentionem Actoris pro fideicommiſſ, ſufficit, quod nemo alius compareat, qui ſit proximior.*
13 *Macula illegitimæ originis purgatur per plura media legitima, & illuſtra.*
14 *Æquites Hyeroſolimitani ligantur voto perpetuæ caſtitatis.*
15 *Dici non poteſt de tali Caſuca, qui trahit originem ab illegitimo connubio.*
16 *Excipiens de illegitimitate adverſus exiſtentem in quaſi poſſeſſione nobilitatis, & legitimitatis tenetur uti actor juſtificare ſuam exceptionem.*
17 *Maxime in materia objectiva, quæ exigit ſuperlativam demonſtrationem*
18 *Precipue quando agitur contra reſiſtentem juris præſumptionem.*
19 *In dubia jura præſumunt quem eſſe legitimum.*
20 *In materia odioſa non valet argumentum de præterito ad præſens*
21 *Æquites in Hieroſolymitani ſimplices candidati ejuſdem Religionis, ac geſtantes parvam crucem paſſim, relicta cruce, legitimum contrahunt matrimonium.*
22 *Sola ſolemnis profeſſio præfert votum caſtitatis.*
23 *Profeſſio utifacti quid, debet probari.*
24 *Magnatitia Domus Barberina habet diſpenſationem retinendi Bajulivatum Religionis Hyeroſolimitanæ unacum Uxore.*
25 *Centenaria facit præſumere quamcumque diſpenſationem, & meliorem titulum de mundo.*
26 *Ad enervandam præſumptionem diſpenſationis Apoſtolicæ, de jure ſolum repugnat limitatio quoties non intervenit coæqua obſervantia.*
27 *Ad probandam nobilitatem, & legitimitatem multum operatur communis reputatio.*
28 *In bonis emphyteuticis Eccleſiæ non ſuccedit naturalis.*
29 *Valet argumentum a majori, ad minus.*
30 *Demonſtrationes conſecutivæ explanant actus, & veritatem antecedentis, & influunt ad præſumendum diſpenſationem Apoſtolicam.*

31 Om-

31 *Omnis diſpenſatio ſubrepitia eſt inefficox, non enpreſſo vero, & peculiari impedimento.*

32 *Vocato nato, & concepto de legitimo matrimonio ſufficit deſcendentia cum conceptione & procreatione legitimitatis.*

33 *Exceptio Genealogiæ, ac omnis eurbiditas non retardat immiſſionem petitam aut obtentam.*

34 *Nemo præſumitur jactare ſuum,*

35 *Jura quæ non ſunt tranſmiſſibilia ad extraneos neque etiam ſunt ceſſibilia.*

36 *Aliquando, data etiam prohibitione alienationis, ſuſtinetur alienatio, quoad commoditatem favore Creditoris.*

37 *Ceſſi rei prohibitæ alienari, facta pro filiis, & deſcendentibus, tamquam ſubverſiva fideicommiſſi, non ſubſtinetur, nec poteſt dici facta durante vitu cedentis, neque, quod reſtricta ad ſolam commoditatem,*

DECISIO CCCIX.

PER obitum Alphonſi commota tempeſtate acerrimi diſſidii ſuper ſucceſſione primogeniali ordinata per Herculem prænobilis familiæ de Trottis inter Hieronymum ejuſdem familiæ ex una, & Franciſcum Marchionem de Roſſettis ex altera veluti prætendentem bona apud ſe libera remanſiſſe mediante perſona Juliæ ejus conjugis (quo ſpiritu, quo ratione ignoratur) Hyeronimus liti ceſſit, ſed abſque ulla utilitate Franciſci. Nam juxta illud Virgilii: *Exoriare aliquis noſtris ex Oſſibus Vltor?* in aciem conflictus illico inſurrexere Marchiones Antonius, Galeatius, & Cajetanus Freti vexillo prænominatæ familiæ, & nuncupatione de Trottis; Unde & ſi commiſſo, ſeu renovato prælio prima vice ſuccubuerint in partibus pugnam tamen inibi reſtaurantes, & communita melius fortaſſis aggreſſione triumpharunt in ſecunda: Quapropter in hac conflictatione Judicum Ferrariæ, per appellationem Franciſci; certamen extitit reaſſumptum, coram noſtro Superiori Auditorio, & negotium proponente *R. P. D. meo Lancetta ſub die* 10. *Martii* 1704. Placuit DD. magis ſecundum; quem primum judicatum: Iterum vero vita functo Franciſco, rurſuſque provocante Philippo illius filio, & ſucceſſore coram me iterum ad limites præcedentis definitionis Rotalis *R. P. D. mei Lancettæ* arriſit ſecundum, & conſequenter tertium judicatum injungentibus mihi Dominis, ut pro confirmatione prælaudatæ noſtræ Sententiæ hodiernam æderem deciſionem.

Nullum etenim conſiderabile, & faſtidioſum obicem adinvenire DD. funditus introſpicientes maſſam litigii, ſive ſuper impicta nullitate commemoratæ Sententiæ *R. P. D. mei Lancettæ*, ſive ſuper viſceribus & medulla Juſtitiæ; Quatenus etenim pertinebat ad conclamatam nullitatem, in nihilo obeſſe viſum eſt, quod ex deficientia legitimi Procuratoris per antea a Marchione Franciſco deputati ſtante ejuſdem deputantis obitu Supervento, & conſecutiva revocatione mandati,
1 ad *Text. in §. Item ſi adhuc, & §. Recte inſtit. mandat.* Sententia quæ ſubinde lata fuit, remanſerit nulla, vel tanquam lata contra mortuum, vel tanquam pronunciata contra hæredes incitatos ſecundum ea quæ ad terminos primæ concluſionis notiſſima ſunt princi-
2 pia, *in l. Paulus ff. quæ Sententiæ ſine appellat. reſcind. l. in Summa §. ult. ff. de re judic. Carol. Ant. de Luca ad Gratian. diſcept.* 18. *num.* 7. *Rub. de validit. legal. cap.* 49. *num.* 227. *& ſeq. & cap.* 50. *&* 51. *num.* 1. *Seacc. de Sent. & re judic. gloſ.* 14. *quæſt.* 24. *num.* 75. *Thomat. dec.* 185. *num.* 13. *Grizzarell. dec.* 9. *Franeb. dec.* 245. *per tot., Rot. dec.* 213. *num.* 2. *coram Mintic., & ad* Sphæram ſecundæ paſſim dicunt. *DD. Zaſius in l. in Summa ſub. num.* 7. *verſ. debet autem denuo citari & num.* 8. *ff. de re judic. Ant. Faber. in Codic. lib.* 2. *tit.* 6. *definit.* 4. *Berlich. pract. concluſ. part. concluſ.* 26. *ſub num.* 13. *Carol. Ant. de Luca in addit. ad Golin. de Procurator. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 14. *Capye. in addit. ad Golin. de Procurat. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 14. *Capiccin. in prax. Judic. tom.* 1. *par.* 1. *cap.* 5. *art.* 6. *num.* 116., *& ſeq. Altimar. de nullit. tom.* 2. *rubr.* 11. *quæſt.* 36. *ſub num.* 8., *Bonac ſ. in Sintag. opin. comm. tom.* 4. *loco* 11. *de judic. tit.* 6. *de Procurat. cap.* 2. *Barboſ. in collect. Doctor ſuper cod. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 13. *leg. nulla num.* 3.

Siquidem hæc omnia de plano proceſſiſſent, niſi adfuiſſent in Curia legitimus ab initio Patronus conſtitutus a Marchione Franciſco patre hodierni Marchionis de Roſſettis Rei; cum enim fuiſſet idem Patronus per ſubſtentationem, & defenſionem cauſæ uſque ad ultima confinia pronunciationis Sententiæ jam effectus Dominus litis, inane erat obiicere nullitatem,
3 & hoc capite, quando nemo non ſcit nedum deveniri poſſe ad prolationem Sententiæ (prout hic) poſt ſerio diſpunctam ipſam cauſam, atque conceſſam in pleno Tribunali expeditionem, ſed etiam ad omnes actus reſpicientes eamdem litem, in qua Procurator legitime conſtitutus effectus eſt Dominus ejuſdem, alias nimis de facili ſiſterent omnia Judicia in grave damnum Victoris, ſeu Collitigantis, ut bene commonent per *Text. in cap.* 1. *§. Licet de Procurat. in* 6. *L. Procuratoribus, & l. nulla cod. eodem, Purpurat. conſ.* 12. *num.* 10. *Cancer. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 14. *de Procurat. num.* 34. *et ſeqq. Ripoll. var. reſol. cap.* 3. *num.* 96. *Trentacinq. var. lib.* 2. *tit. de Procur. reſol.* 3. *num.* 2. *Altimar. ad Rovit. conſ.* 49. *lib.* 3. *Vrbert. de Citat. cap.* 14. *num.* 214. *in fin Antrnelli de temp. legal. lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 8. *Boer. dec.* 285. *Beninten. dec.* 8. *Franc. Marc. dec.* 67. *par.* 2. *Fontanell. dec.* 96. *num.* 20. *de Luc. ad Franeb. dec.* 245. *num.* 6. *Adden. ad Buratt. dec.* 241. *num.* 11.. *Rot. cor. Carill.*

dec. 105. *&* *cor.* Merlin. *dec.* 809. *num.* 3.
Itaut propoſitionem hanc amplient Doctores
ſive agatur de morte naturali ipſius Conſti-
tuentis, ſeu Civili, quemadmodum ex *Text.*
4 *in l. Religioni ff. de Procur. et poſt gloſſ. in Clem.*
fin. verſ. revocari de Procurat. tradunt; *Caſtren.*
conſ. 4. *vol.* 1. *Mareſcott. var. reſol. cap.* 62.
num. 4. *lib.* 2. *Gomez. ſuper regul. de annal.*
quæſt. 62. *num.* 2. *Trentacinq. var. reſol. lib.* 2.
reſol. 4. *num.* 9. annotavit *Altimar. ad Rovit.*
conſ. 49. *lib.* 3. *num.* 30. *et in tract. de nullit.*
rubr. 11. *quæſt.* 36. *num.* 7. *tom.* 2. Sive pe-
ragatur de conſtituente Actore, aut Reo præ-
5 defuncto, ad ea quæ ſubjungit *Rovit in Rubr.*
de Procur. num. 57. *Cancer. in* 2. *part. var.*
cap. 14. *num.* 38. *Leo dec.* 32. *tom.* 3. *Fontanel.*
dec: 96. *num.* 19. *idem Altimar loco cit num.* 5.

Abſque eo quod etiam de rigore in his
terminis oporteat, inſimul laceſſire, & ad
judicium revocare hæredes conſtituentis; Eo
enim ipſo quod ſupponimus Procuratorum
effectum extitiſſe Dominum litis, inefficax, &
futile remaneret hujuſmodi Dominium quoties
6 opus eſſet citare etiam hæredem ex his quæ
recte cum *Frecc. ſuper tit. de litis conteſt. num.*
12. *Rovit. in Rubr. de Procur. num.* 6. demon-
ſtravit *Manſ. conſult. et rer. judicat. tom.* 7.
conſul. 674. *ſub num.* 16., *&* animadvertit
Valenzuel. conſul. 15. *num.* 10. *Capuc. in prax.*
par. 1. *cap.* 5. *num.* 93. *Rot. cor. Pen. dec.*
189. *num.* 6.

Fortius igitur dum in facto exabundanti
quoque conſtabat provocatum remanſiſſe cum
effectiva citatione domi dimiſſa copia Philip-
pum hæredem Marchionis Franciſci ejus Pa-
tris - *Summ. Marchionis Philippis num.* 7. quæ
7 ſane citatio domi dimiſſa copia, ſive relicta
in manibus domeſticorum, niſi diverſimode
demonſtretur, ex ſtylo regionis regulariter
æquipollet citationi etiam perſonali juxta
communiter affirmata *per Ridolph. in prax.*
part. 1. *cap.* 2. *n.* 61. *Vbert. de cit. cap.* 7. *num.*
246. *Card. de Luc. de Judic. diſc.* 9. *num.* 10.
Rot. dec. 234. *num.* 4. *par.* 12. *dec.* 101. *num.*
3. *par.* 18. *rec. & in Tiburtina donationis ſuper*
attentatis 1. *Iulii* 1701. §. *Abſque eo, quod cum*
lite cor. Me.

Sentiebant defenſores Philippi Marchionis
irrefragabilem efficatiam hujus veritatis, ideo-
que conabantur ferire principium legitimi
8 mandati in Procuratore, ſed perperam, nam
licet non exhiberetur ipſum originale man-
datum, quod retineri ſolet, & conſervari
penes Procuratorem conſtitutam, niſi per
alterius Collitigantis oppoſitionem, ut raro,
vel ſolum quandoque contingit, obſtringatur
illud in actis exhibere ex praxi, de qua teſtan-
tur, *per gloſ. in cap.* 1. §. 1. *In verb. abſentia*
verſ. alii dicunt de elect. in 6. *Cravet. conſ.* 108.
a num. primo Gabriel. conſ. 25. *num.* 23. *& ſeqq.*
lib. 2. *Marcheſan. de Commiſſ. null. ſan. par.* 2.
§. 3. *n.* 68. *Vant. de null. defect. inhab., ſeu*
mand. num. 118. *Scaccia. in prax. par.* 1. *cap.*
2. *num.* 196. & ſæpius poteſtata eſt Sac. Rota: &
ſignanter *coram Aebill. dec.* 6. *de procur. coram*
Creſcent. dec. 102. *& deciſ.* 387. *num.* 6. *coram*
Cavaler. ubi concordantes.

Nihilominus concurrebant in hodierna hy-
potheſi aſſuetæ, & exuberantes demonſtratio-
nes cujuslibet mandati ad lites (quidquid di-
cendum eſſet in contractibus, ſive actibus
extrajudicialibus, nam idem Patronus uti Pro-
curator Marchionis Franciſci impetravit com-
9 miſſionem appellationis ab ultimo judicato de
partibus, illamque dirigi curavit *R. P. D. meo*
Lancetta, jura produxit, aliaque omnia ſuper
explevit, quæ poterant exornare verum, &
legitimum Procuratorem, quando ad præſu-
mendum innegabile mandatum ad lites, ſa-
tis ſuperque eſt intervenille, vel expenſam
etiam unius ſcuti factam ab eo, qui præten-
ditur Procurator vel apparere producta exti-
tiſſe jura, quæ aliunde haberi non poterant
niſi ab ipſo fonte D. contendentis, illumque
conſtituentis, ſecundum ex. quæ in propoſito
primæ concluſionis ponderavere *Innoc. cap.*
nonnulli 28. *num.* 7. *de reſcript. Felin. in cap. ſi-*
cut 16. *num.* 35. *de re judic. Bero conſ.* 43. *num.*
57. *Surd. conſ.* 533. *num.* 2 *Card. de Luc. de*
Iudic. diſc. 5. *num* 4. *Rot. poſt Cenc. de cenſ. dec.*
273. *per tot. dec.* 933. *num.* 2. *coram Seraph. dec.*
185. *num.* 3. *par.* 2. *rec. dec.* 59. *num.* 7. *par.* 14.
et dec. 609. *num.* 11. *par.* 19. *tom.* 2. *et* reſpectu
ſecundæ tradiderunt *Cagnol. in l. velle num.* 19.
ff. de regul. jur. Gabriel. de Procurat. concl. 1.
num. 26. *Poſth. reſp.* 68. *num.* 84. *Golin. de Pro-*
curat. par. 2. *cap.* 3. *num.* 34. *Card. de Luca de*
fideicom. diſc. 193. *num.* 14. *Caſſador. dec.* 10.
num. 2. *de Procur., Rot. dec.* 254. *num.* 26. *poſt*
Zacch. de Selar. dec. 27. *num.* 9. *par.* 17. *recent.*
cum aliis relatis concord. in adnot. ad deciſ. 74.
num. 29. *cor.* Me.

Accedebat pro ulteriori præſidio Judicium
Signaturæ juſtitiæ nam provocante Marchione
Philippo, ſive ejus Procuratore à ſententia
R. P. D. mei Lancettæ hujuſmodi magnum
10 Tribunal minime ex hoc capite circumſcri-
pſit tale judicatum, ſed ſicut par erat, & ju-
dicii ordo expoſcebat, ſimpliciter reſcripſit de
appellatione ab hac eadem ſententia, ſignum
evidens, quod nulla extitiſſet potius ſigurata
nullitas, alias negotium ex integro commiſiſ-
ſet, ut paſſim ab eadem Signatura laudabili-
ter in contingentia caſuum practicatur per
viam vel circumſcriptionis poſſeſſionis vel ju-
dicati, mediante aſſueta commiſſione ex inte-
gro ut habetur penes *Gratian. diſcept. foren.*
cap. 734. *num.* 2. *& ſeqq. Card. de Luc. de ju-*
riſd. diſc. 115. *num.* 4.. *Rot. dec.* 68. *num.* 11.
par. 16. *recen.* Ideoque recte Sac. Auditorium
pro Coronide tot argumentorum ſprevit hanc
11 oppoſitionem utpote ſemper adhærens, in di-
ſputationibus formulę cognitionis ſibi commiſ-
ſæ, ſenſui, & injunctioni ejuſdem Signaturæ
Pa-

Digitized by Google

. Papam in committendo repræſentantis ex his,
quæ non diſſimiliter, ac ſæpius animadverſa
fuerunt per Rot. & ſignanter in dec. 357. n. fin.
coram Seraph. in Romana aſſociationis 4. Junii
1696. §. 2., coram Reverendiſſ. Molines Decano
in Romana ſeu Anconitana dotis 15. Januarii
1698., coram R. P. D. del Olmo, & in Firmana
Immiſſionis ſuper expenſis 28. Aprilis 1704. §. Dominum
R. P. D. meo Scotto.

Atque hinc fugata nullitate tranſeuntes DD.
ad alterum caput injuſtitiæ totum illud ex parte
defenſorum prænominati Marchionis Philippi
erigebatur ſuper littera diſpoſitionis exaratæ
per Herculem conditorem controverſæ
primogenituræ, cum enim is decedentibus
reſpective lineis Ferrantis & Horatii agnatorum
ejuſdem Conditoris, poſtremo demandaverit
ſuccedere debere Quello della Caſa Trotti,
che ſarà più proſſimo in grado all' ultimo moriente,
che averà le præſenti conditioni di eſſere di linea
maſcolina, e nato, e concepito di legitimo matrimonio
utique in abſtracto finaliter expirata Horatii
linea in Perſona Alphonſi ejus filii noviſſime
defuncti nefas erat ambigere, & defacto nullatenus
opponebatur, quod Antonius vel ejus
Fratres (ſublata perſona Hieronymi ab initio
Collitigantis per ceſſionem liti ut ſupra) non
12 forent in proximiori gradu vocationis, &
ſucceſſibilitatis, ex quo ad effectum fundandi
propriam Actorum intentionem exuberabat
quod nemo alius compareret, qui de proximitate
contenderet, ad tradita in hiſce terminis
fideicommiſſariis, ſive primogenialibus
per Surd. conſ. 359. n. 15., Rot. dec. 448. num.
10. coram Duran. dec. 374. num. 5. coram Royas
deciſ. 743. num. 4. par. 18. rec. & dec. 63. num.
14. & 15. par. 19. & in Aſculana fideicommiſſi
5. Decembris 1691. §. Purificatio cor. R. P. D.
meo Caprara. Et in non diſſimilibus Juriſdictionalibus
per Fagnan. in cap. nullus numer. 23. &
24. de Paroch. Card. de Luc. de feud. diſc. 107.
num. 7. cum aliis relatis concordantibus in
Aretina Jurium Parochialium ſuper bono jure
15. Jan. 1703. §. Illud autem cum ſeq. cor. Me.

Verum ſtruebatur ſolida cæteroquin exceptio
ſuper eo quod exigebatur. Marchionem
Antonium illiuſque fratres deſtitui qualitate
volitæ legitimitatis dum introſpecta radice illorum
derivationis evinci videbatur, quod illorum
Atavus nuncupatur Alphonſus nomen dederat
Hieroſolymitanæ Militiæ ac Religioni
unde licet per quatuor illibata media legiti-
13 morum, & illuſtrium natalium purgaſſe conjicerent
Actores hujuſmodi maculam Originarii,
& non proprii delicti, ſecundum adnotata
in Bononien Fideicommiſſi de Manzolis 22. Junii
1669. cor. Me impreſſa apud Conſtantin. collect.
ad ſtat. Vrb. tom. 3. dec. 124. §. Parumque
14 propterea. Nihilominus cum certum foret Equites
Hieroſolymitanos ligari voto perpetuo Caſtitatis
excluſis cujuslibet conjugii legitimi Teſte
Lucidor. de illegitim. c. 2. num. 49. & cap. 7.
num. 59. Phæb. dec. Luſitan. 68. num. 4. pa. 1.
Barz. deciſ. Bononien 5. a n. 9. ad ſeqq. conſequens
erat quod de ſtricta Juris cenſura dici
non poſſent della Caſa Trotti; qui ſcaturiginem
15 deſumebant ab incompoſſibili, ſive illegitimo
connubio uti formiter, & late diſpunctum
& reſolutum fuit in prædicta Bononien. fideicommiſſi
de Manzolis 14. Jan. 1697. & 10. Jan.
1698. cor. bo. me. Vrſino & 22. Junii 1699. coram
Me impreſ. penes Conſtantin. ad Stat. Vrb.
tom. 3. deciſ. 124.

Aſt multifariam everſa eſt apud Dominos
hujuſcemodi oppoſitio. Primo videlicet quia
quod Actores effective deſcenderent ab Alphonſo
Equite Hieroſolymitano, ac tali exiſtente
de tempore pro creatione ejus filii Alphonſini
Abavi Actorum minime per Marchionem
Philippum oſtendebatur, & tamen ad
repellendos eoſdem Actores, is omni jure
compellebatur exceptionem hanc ſapientem
quodammodo materiam objectivam palam juſtificare,
cum probationibus undequaque dilucidis,
& perſtringentibus ex regula geminata,
altera, nempe, quod excipiens præſertim adverſus
exiſtentem in contraria quaſi poſſeſſione
16 prout hic legitimitatis, & nobilitatis ſemper
ſuperinduit veſtem Actoris obſtricti in ſua exceptione
ad juſtificandum quod proponit ut habetur
poſt l. in exceptionibus ff. de probat. penes
Bartol. in l. quoties ff. ſi quis Cution. Roman.
conſ. 123. num. 4. Surd. conſ. 339. num. 6. lib.
3. Gratian diſcept. forenſ. c. 975. num. 3. Spad.
conſ. 322. num. 30. tom. 3. Rot. dec. 405. num.
3. coram Merlin. dec. 656. coram Bich., & in
Neapolitana Penſionis 17. Februarii 1698. coram
Me, inter impreſſas dec. 30. num. 21.

Ex altera magis incaleſcente ob hinam pariter
circumſtantiam, quod & fortius iſta proce-
17 dunt, quando materia oppoſita, ut præmiſimus
eſt objectiva, in qua requiruntur ſuperlativæ
demonſtrationes Teſte Pacchin. conſ. 41.
num. 5. lib. 1. Vermigliol. conſ. 60. num. 20. Farinac.
quæſt. 37. n. 31. verſic. ego tamen, Covartar
dec. Criminal. 87. num. 2. & 3. Rota deciſ. 14.
num. 27. coram Dunozett. Senior. cum aliis relatis
concordan. in Baron. Teſtamenti 21. Aprilis
1704. coram Me.

Vel quando pariformiter agitur contra reſi-
18 ſtentem juris præſumptionem juxta notiſſima
principia, de quibus Cravett. conſ. 118. num. 7.
Menoch. reſponſ. 1. num. 23. Rot. deciſ. 500. num.
24. coram Coccino. Prout erat caſus hodiernus
19 cum omnia jura conſpirent, in reſpuenda, elidendaque,
macula natalium ſemperque clament
pro legitimitate, ut liquet penes Peregrin.
de fideicomm. art. 43. ſub num. 60. §. Sed
contra & ſeqq. Grat. diſcept. foren. cap. 969. num.
5. & ſeq. Mart. Medic. dec. 89. num. 19., Rot.
deciſ. 470. num. 2. par. 1. div. dec. 15. num. 48.
& ſeq. & ſignanter num. 51. coram Zarat. & deciſ.
803. num. 9., coram Emerix Jun.

Addito quod ſi in hypotheſi habente juris
re-

Digitized by Google

10 renuctantiam, & quamdam continente in ſe
odibilitatem non valet argumentum de præte-
rito ad præſens per *Text. in l. Spadonem. §. Quia*
abſolvitur ubi gloſ. & DD. ff. de exenſat. Tutor.
Bart. in l. bis verbis ff. de legat. 3. Curt. Jun.
conſ. 277. a num. 1. ad ſeqq. Gratian. diſcept. fo-
ren. cap. 497. num. 12. & ſeqq. Alciat. de præ-
ſumpt. regul. 2. præſumpt. 21. Menoch. eod. tract.
lib. 6. præſump. 64. num. 39. Rot. dec. 500. num.
14. p. 4. tom. 2. rec. & dec. 336. num. 10. par.
18. quis dixerit, ſi recte ratiocinabitur Al-
phonſus erat Eques Hieroſolymitanus, ergo in
hoc ſtatu obnoxio caſtitati genuit, ſeu procrea-
vit Alphonſinum filium, quando familiaria
ſunt exempla, ſimilium qui revera abuſive
21 nuncupantur Æquites Hieroſolymitani, qui-
ve poſtea tali titulo ſeu ſpecie Novitiatus dere-
licto, legitimum contrahunt connubium, ve-
luti ſimpliciter candidati eiuſdem Religionis,
ſeu geſtantes ut dicunt parvam Crucem, ſola
etenim ſolemnis profeſſio præſefert votum ca-
22 ſtitatis impeditivum matrimonii, ut præter
ſupra relatos proſequuntur *Sanch. de Matrim.*
lib. 2. diſp. 18. num. 8. Mendoſ. de Ordin. Mili-
tar. diſquiſit. 5. q. 1. num. 1. Vivian. de jure pa-
tron. lib. 6. cap. 2. num. 14. Dian. part. 3. tract.
2. reſolut. 30. Garz. de Beneſic. par. 1. cap. 4.
num. 3. & ſeqq. de juſt. de diſpenſat. lib. 2. cap.
10. num. 39. Rot. dec. 363. num. 7. par. 18. &
in ſpecie *in Romana Tenutę S. Jo. in Campo Ora-*
tio 28. Iunii 1700. §. Præterea cor. R. P. D meo
de la Tremoille.

Quod vero Alfonſus ſolemnem emiſiſſet in
hac militia profeſſionem nullibi oſtendebatur a
Marchione Philippo, quando tamen ultra re-
gulas jam enunciatas ejus præcipuo oneri hoc
incumbebat, dum profeſſio, uti quid facti ſua-
23 pte natura deſiderat innegabilem probationem
Federic. de ſen. conſ. 119. Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 640. num. 7. & 9. Marant. par. 4. reſ-
ponſ. 80. a num. 21. Capon. diſcept. for. 317.
num. 26. & 27. Card. de Luca de beneſic. diſc.
75. num. 21., Rot. deciſ. 552. num. 14. coram
Vbald. deciſ. 271. num. 3. & 444. per tot. coram
Cavaler. deciſ. 267. num. 2. coram Emerix Iun.
deciſ. 195. per tot. num. 4. tomo 2. recent.

Parumque refragabatur, quod idem Alphon-
ſus poſt genitum Alphonſinum retinuerit quam-
dam Præceptoriam prælaudatæ Religioris,
nam etiam poſthabita diſtinctione parum forte
efficaci deducta per ſcribentes pro auctoribus
inter Præceptoriam, & Commendam, ſemper
adſtipulabatur pro tuitione legitimorum Nata-
lium poſſibilitas Pontificiæ diſpenſationis, ut
habemus in Magnatitia Domo Barberina reti-
nendi per inſignem Bajulivatum in eadem Hye-
24 roſolimitana Religinne una cum uxore ſpeci-
fice *Rota in Romana Tenutæ S. Io. In campo*
Oratio 28. Iunii 1700. §. Minus ſubſiſtit coram
R. P. D. meo de la Tremoille, & de reliquo poſt
duo ſæcula, quis non præſumet maxime docto
de Profeſſione actuali, quod hæc vel adſimilis
Apoſtolica intervenerit diſpenſatio, cum una
ſola centenaria faciat præſumere quodlibet
indultum, quamlibet diſpenſationem, ſive me-
25 liorem, & efficaciorem titulum de Mundo
ad paſſim affirmata per *Innoc. in cap. veniens*
de verb. ſignific. Alex. conſ. 6. num. 1. lib. 1. de
Roſ. conſult. 12. num. 40. Card. de Luca de Re-
gal. diſc. 47. num. 8., Rot. deciſ. 115. num. 8.
coram Cerro deciſ. 864. num. 4. coram Coccin.
deciſ. 318. num. 17. & 28. coram Priolo, & in
rec. dec. 218. num. 21. par. 6. deciſ. 22. num. 4.
par. 8. deciſ. 1253. num. 8. par. 13. dec. 630.
num. 32. par. 19. cum aliis in Vercellen. Reinte-
grationis 13. Iunii 1704. §. Adhuc tamen & in
Valentina Beneficii 28. Novembris ejuſdem anni
§. Quapropter utraque coram Me.

Potiſſime dum ſi qua ad enervandam præſum-
ptionem Apoſtolicæ diſpenſationis ſeu beneplaci-
ti pro tempore magis brevi 30. vel 40. anno-
rum (præciſive a notiſſima Bulla ſan. mem.
26 Urbani VIII.) de jure illa ſola repugnat limita-
tio quoties nimirum coæqua non intervenit ob-
ſervantia, & connotatis per *Gabriel. conſ. 36.*
n. 52. lib. 1. Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 13.
num. 14. Vrceol conſult. for. cap. 47. num. 32.,
Rota pol Salgad. labyr. credit. dec ſ. 79. num. 4.
deciſ. 362. num 6. coram Coccin. deciſ. 163.
num. 5. coram Cavil. dec. 159. num. 12. coram
bo. me. Alex. Octavo deciſ. 228. num. 10. coram
Emerix Iun. & in recent. deciſ. 704. num. 11.
par. 7. & deciſ. 329. num. 26. p. 9.

Utique in præſenti ultra vim centenariæ
ſemper ineluctabilis, iterata concurrebat ob-
ſervantia pro magis arguenda, firmandaque
legitimitate Natalium; Prima videlicet ex quo
Alphonſinus ejuſque linea ſemper reputata fuit
pro legitima, quemadmodum operatur in ſub-
jecta materia proprię, & ſinceræ Nobilitatis
& legitimitatis, quæ ab hominum & Conci-
vium opinione plurimum dependet ex conge-
27 ſtis per *Bald. in cap. per tuas verſ. quæ in hono-*
ribus de Majorit. Tiraquell. in tract. de Nobilita-
te cap. 15. num. 19. Sard conſ. 1. num. 48. Mer-
lin. Pignattel. contr. for. cent. 2. cap. 84. nu. 39.
& 40. de juſt. de diſpenſat. lib. 3. cap. 2. n. 137.,
Rot. dec. 317. nu. 2 coram Mantic. deciſ. 1644.
num. 10. & deciſ. 1823. num. 31. cor. Coccin. &
dec. 797. num. 2. cor. Manzaned. deciſ. 561.
num. 1. & 5. cor. Pamphil. & dec. 595. num. 1.
par. 4. rec. tom. 1.

Et ſecunda vehementius, quia Alfonſinus
ſucceſſit in bonis Emphyteuticis Eccleſiaſticis
a quibus repellendus fuiſſet, ſi lube illigetimo-
rum natalium fuiſſet aſperſus, reſiſtentibus ſa-
cris Canonicis ſucceſſive reaſſumptis, & con-
28 ſtabilitis in celebri Bulla *B. Pii V.* quemadmo-
dum videre eſt penes *Gabriel. conſ. 84. num. 46.*
& 58. lib. 2., Honded. conſ. 37. num. 24. & ſeq.
Caren. reſol. 55. num. 4. Gratian. diſcept. 218.
n. 46. Lucidor. de Illegitimit. cap. 16. num. 1.
& ſeqq. Novar. in Summ. Bullar. comment. 77.
ſuper relata Bulla Pii V. num. 3. Card. de Luca
de

Digitized by Google

de Emphyteuſ. diſc. 57. num. 2. Sperell. deciſ. 73. num. 36.

Quin etiam pro coronide concurrenda pro præſumenda diſpenſatione S. Sedis, nimium affine, & contiguum adamuſſim exemplum Apoſtolicæ liberalitatis nam, & alter filius revera naturalis, & immediatus ejuſdem Alphonſi, ſcilicet Hercules fuit a *San. mem. Paulo III.* diſpenſatus pro retentione commendæ, & ſi hic nullam emiſiſſet profeſſionem, immo propter ętatem foret incapax illam emittendi, quod ſane factum ſecum involnens etiam diſpenſationem natalium facit
29 eo magis præſumere, quod (deficiente pręſertim, ac ſemper ut diximus juſtificatione profeſſionis), multo facilius Alphonſus legitimam & poſt ducens uxorem, & ex ea generando Alphonſinum, valuerit ab eadem S. Sede diſpenſari ſuper minori difficultate retinendi Præceptoriam in gradu uxorato, ex vulgato axiomate de prompto ex *Auth. multo magis C. de Sacroſanct. Eccleſ. Cephal. conſ. 280. num. 17. Cravett. conſ. 290. num. 7. Decian. conſ. 49. num. 55. vol. 2. Phœbeus deciſ. Luſitan. 106. num. 32. tom. 2. Fontanell. deciſ. Cathalon. 166. num. 4. Rot. dec. 289. num. 35. dec. 257. num. 15. dec. 498. num. 39. & dec. 549. num. 15. par. 19. rec.*

Corroborabantur ad exuberantiam præmiſſa ex poſtea ſubſequutis, quia licet præcedenter Alphonſus ſeſe equitem nuncupare conſueviſſet; deinceps ſuſcepto Alphonſio (de cujus magis immediate radice agebatur) talem prorſus nuncupationem omiſit, immo poſtremo teſtatus, mentionem fecit de uxore, filioſque compellavit legitimos, & naturales, illoſque heredes inſtituit, quæ profecto conſequutivæ demonſtrationes magis, atque magis explanant actus, & veritatem antecedentem,
30 tem, ſecundum Axioma de quo per *Text. in L. quædam ff. de reb. dub.* habetur penes, *Rom. conſ. 291. num. 2. conſil. 11. num. 5. Menoch. de præſ. lib. 6. præſ. 35. num. 20. & ſeq. Rot. dec. 313. num. 6. coram Card. Mantic. dec. 792. num. 5. coram Merlin. deciſ. 53. num. 40. coram Dunoz. jun. &* magis ex propoſito *dec. 918. num. 2. & ſeq. coram Cerra* cum aliis relatis concordan: *in Romana, ſeu Sabien. Dotis* 30. Martii 1699. §. *Atque hæc robuſtiore coram Me inter hactenus impreſ. deciſ. 80. & in Vercellin. Reintegrationis 13. Junii* 1704. §. *Atque idcirco pariter coram me.*

Atque ob id neutiquam relevabat paritas, ſeu retorſio allata per ſcribentes pro Marchione Philippo, videlicet quod ſicuti apparebat ab Alphonſo progenitum extitiſſe Herculem a *Paulo III.* diſpenſatum ſub expreſſione illegitimitatis natalium, ita idipſum facile foret inferre quoad Alphonſinum; nam ipſa retorſio iterum retorquebatur contra objectantem in hoc ipſo propoſito præſumendæ legitimitatis in Alphonſino cum Herculis illegitimitas ad terminos Summarii [illegible] ex parte Philippi *ſub num. 9. litt. F.* Simpliciter enunciaretur de defectu natalium, ex dicto Alphonſo genitum ex ſoluta nati. Quapropter eo ipſo, quod nihil expreſſum fuit in ordine ad præmiſſum votum Caſtitatis, ſive Regularem profeſſionem in Militia S. Joannis de plano ſequebatur, quod nec forte de tempore præcedentis procreationis Herculis. Alphonſus exiſteret amplius Eques Hyeroſolimitanus, ſolumque illegitimitas proveniret a defectu legitimi matrimonii inter Alphonſum, & Herculis genitricem, alias diſpenſatio Pontificia, & approbativa concordiæ factæ cum celebri Cardinali Carpenſi fuiſſet nullius roboris, & momenti, tamquam defectiva expreſſionis voti Caſtitatis, ſive perfectæ Profeſſionis in Ordine S. Joannis, omnis quippe
31 diſpenſatio ſubreptitia eſt, & inefficax, non expreſſo vero, & peculiari impedimento. *Felin. in cap. ad audientiam num. 2. de reſcript. Honded conſ. 27. num. 52. lib. 1. Gratian. diſcept. For. cap. 283. num. 7. de Jul. de diſpenſat. lib. 1. cap. 4. per tot. Rot. deciſ. 876. num. 4. coram Cerro dec. 189. num. 16. & 17. coram Bich. deciſ. 198. num. 5. & 6. coram Priol. deciſ. 185. num. 26. coram bo. me. Emerix Jun. & in rec. deciſ. 342. num. 4. par. 17. deciſ. 731. num. 6. & 7. par. 18. rec. tom. 2.*

Atque ex his ſatis ſuperque roborata, & conjuncta legitimitate natalium, & deſcendentiæ Actorum a vera familia de Trottis, plerique ex Dominis authumarunt ſupervaneam remanere diſjunctionem utrum ſufficeret præſenti, quod Actores per plura media
32 non controverſa comprehenderentur adhuc, nec ne ſub hodierna vocatione: *Succeda quello della Caſa Trotti &c., che haverà le preſenti condizioni d' eſſere di linea maſculina, e nato, e concepito di legitimo matrimonio*: Et utrum pariformiter applicarentur termini ſuperius laudati in *Bononien. fideicommiſſi de Manzolis 22. Junii* 1699. *coram Me impreſ. apud Conſtantinum poſt Collectan. ad ſtat. Vrb. deciſ.* 124. cum pars eorumdem Dominorum exiſtimaret exuberare deſcendentiam cum conceptione, & procreatione legitimitatis, aut in omnem caſum, ex quo quæſtio non erat, cum vere ſpurio & adulterino potius favore Actorum militaret ipſa reſolutio capta in prædicta Bononien. Fideicommiſſi de Manzolis juxta latius conſiderata in eadem *Bononien. fideicommiſſi de Manzolis 14. Junii 1697. & 10. Jan. 1698. coram bo. me. Vrſino, & 22. Junii 1699. coram me, impreſſa, ut præmiſſimus apud dictum Conſtantin. poſt collectan. ad ſtat. Vrb. deciſ. 124. ex num. 9. ad ſeqq. confirmata 14. Maii 1700. & 15. Aprilis 1701. coram. R. P. D. meo Caprara.*

Reſtituti Informantes pro Philippo ex jam diſcuſſis, & undique robuſtis fundamentis convolare ſatagerunt ad quoddam præſidium ceſſio-

moroſu, hoc erat intelligendum, & ſobrie practicandum diſtributive, ac advento tempore Kalendarum, ac defluxu terminorum quolibet
9 anno, juxta ea, quæ tolerantes affirmarunt *Card. Zabarella in Clement. prima, quæſt. 6., ſive num. 8. de uſur., Ioan. Royas in ſucceſſ. Epiſt. cap. 33. num. 27. Afflict. deciſ. 93. in princip.*; Alias vigente dilatione, nequibant cenſeri moſori hæredes, quantumvis interpellati, quinimo de rigore potius Barbara petens ante tempus conventum loco conſtituendi hæredem in mora, plus petere videbatur ad *Text.*
10 *in §. Plus autem Inſtit. de action., ibique lo: Oinot. num. 2., cæterique communiter ſcribentes, lo: Chriſtophor. Schambog. in §. Si quis inſtit. eodem tit.*

Cæterum, ut ab initio diximus, placuit Sacro Auditorio Judicatum ab A. C. Aldrovan-
11 do in oppoſitum, abſtractive ſiquidem loquendo non impugnabantur regulæ generales in objecto inſinuatę, nimirum, quod ſoluto matrimonio per mortem Viri deficiente auxilio ſtatuti, etiam de reliquo concurrente inter-
12 pellatione, uſurarium exiſtat expetere fructus dotales ex plene congeſtis per *Surd. conſil. 194. num. 5., Covarruv. var. reſol. lib. 3. cap. 1. ſub num. 3. §. Sexto, Circeb. diſcept. 64. num. 35. Antoncll. de temp. legal. lib. 2. cap. 21. num. 1. Mart. Medic. examin. 54. num. 36. verſ. contrarium Rota coram Gregor. deciſ. 204. num. 29. coram duran. deciſ. 176. num. 4.*

Verum rigor iſte pariter abſtractive temperatur introſpecta quoque æquitate Canonica quoties ultra interpellationem Vidua reperiatur depauperata alimentis, intercedente namque copulative utroque requiſito interpel-
13 lationis, & indigentiæ alimentorum, nemo eſt, qui rationabiliter hodie dubitet, Viduæ ſuperſtiti deberi fructus ad proportionem eorumdem alimentorum ſicuti videre eſt apud *Peregr. conſil. 100. num. 17. verſ. tertio, & num. 18. lib. 1., Cyriac. controv. 542. num. 7. Amat. reſolut. 49. num. 92., Vrceol. conſult. forenſ. cap. 39. num. 36., Epiſcop. Rocc. diſput. I. r. ſelect. dicto cap. 118. num. 4. & ſeqq. Leotard. de uſur. quæſt. 30. num. 40., & ſeqq. Modern. Aſculan. ad ſtat. Vrb. annot. 34. num. 216., Card. de Luc. de dot. diſc. 161. num. 72. Thomat. deciſ. Marcb. 196. num. 6., Rot. coram Dunoz. Jun. deciſ. 745. num. 12., coram Emerix Jun. deciſ. 507. num. 3., & in rec. deciſ. 14. num. 13. par. 5. tom. 1., & deciſ. 397. num. 8. par. 18.*

Idque adeo certum, ut in hoc propoſito minime attendatur, quod Vidua habeat fortaſſe parentes, ſive conſanguineos locupletes, quia cum hi jam ſemel conſtituerint muliebre patrimonium per congruæ dotis aſſignationem, & traditionem, aſperum foret illos gravare comparative ad heredes Mariti novo onere ſubſtentationis ejuſdem conſanguineæ Viduæ
14 remanſæ, ut ampliando proſequuntur, *Sa-*

licet. in l. unica §. Sin autem num. 35. verſ. tamen ego timeo Cod. de rei Vxor. act. Aretin. in l. divortio num. 4. verſ. debet tamen intelligere ff. ſolut. matrim., & poſt eos Rot. dec. 1237. num. 7. coram Pocnia.

Applicando igitur ad rem nulla circa interpellationem coincidebat altercatio, dum Barbara intra eumdem annum luctus, judicialiter expetierat dotis ſuæ reſtitutionem, alterum vero requiſitum indigentiæ alimentorum prætendebatur excludi, ex quo Barbara, non doceret de hujuſmodi indigentia, & inopia, & tamen videbatur, quod eidem, utpote actrici onus incumberet juſtificandi, quod aliunde
15 vivere non poſſet per ea, quæ in terminis præciſis affirmarunt *Epiſc. Rocc. d. diſput. 118. num. 12. & ſeqq., Berlan. de Viol. cap. 2. qu. 1. num. 15., & ſeq., Rota deciſ. 14. num. 14. par. 5. tom. 1. recent.*

Clarius autem quia liquebat Barbaram fuiſſe conſecutam ad computum ejuſdem dotis ſcuta 1600. Vnde eo libentius ab ejus prętenſione reiicienda apparebat, ſaltem non docto, quod legitimi fructus præmiſſæ quantitatis ſcut. 1600. ſatis non eſſent ad illius ſubſtentationem, & alimoniam, prout neceſſarium exiſtit recurrenti ad rationem, vel titulum in ſubſtantia
16 pure ſubſidiarum ut ſcilicet is ſemper arctetur probare locum eſſe ſubſidio ex traditis per *Barboſ. in l. 2. par. 1. num. 44. verſ. Primum ff. ſolut. matrim. Alexand. conſil. 141. num. 4. & 5. vol. 5., Cravett. conſil. 327. num. 120., Mareſcott. var. reſol. lib. 2. reſol. 73. in fine; Rot. deciſ. 242. num. 6., & ſeq. part. 10. recent., & in Romana Immiſſionis 2. Martii 1703. §. Subdentes coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.*

At circa genericam propoſitionem *Dominis* arriſit oppoſita opinio *Cardinalis de Luca, & Rota*, de qua proxime, nam quod Mulier, ac quælibet alia perſona probare teneatur fundamentum ſuæ intentionis, erat indubitatum, ſed non congruebat ſuppoſito, quando pro actrice militat fortis, & juridica præſumptio, prout hic videlicet: quod ad excluſionem tur-
17 pis mercimonii, ac quæſtus, alio non apparente, Iura abhorrent cogitare, quod eadem Mulier aliquid ultra habeat præter ipſam dotem, vigore famigeratæ *legis Quintus Mutus ff. de donat. inter Vir., & Vxor., & l. etiam 6. C. eodem tit.* habens enim præſumptionem Iuris pro ſe transfundit in oppugnantem confe-
18 cutivam neceſſitatem demonſtrandi contrarium ſecundum vulgata principia tradita *in l. generaliter §. Si petitum in fine ff. de fideicomm. libert. reaſſumpta per Dec. conſil. 29. in princ. & conſil. 588. nu. 8., & ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ. 1221. num. primo, & ſeqq. vol. 3., Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 116. n. 34., & lib. 6. præſumpt. 13. num. 6., Rot. deciſ. 429. num. 5. part. 19. recen.*, & in præciſis terminis optime ratiocinantur *Leotard. de Vſur. quæſt.*

 79. num.

79. num. 51. Gall. de fructib. diſput. 20. artic. 4. num. 34. Modern. Lucen. controv. 199. num. 6. tom. 2., Theſaur. deciſ. 43. num. 5. de Franch. deciſ. 489. ſub num. 28. Mart. Medic. deciſ. Senen. 89. num. 6. & ſeqq.

Quinimo tam vehemens, & in ſe ineluctabilis exiſtit hujuſmodi præſumptio fundata in principio honeſtatis, ut prætermiſſis reliquis exemplis, quotidie videamus, quod ubi quis ſive ſit actor, ſive Reus, contendat deductam legitimam ſuper patrimonio Matris, vel Aviæ, vel occaſionaliter alterius mulieris, licet in ſuis caſibus teneatur firmare ſtatum hæreditarium ad eligendam præſumptionem imputationis, vel conſumptionis, adhuc recte conſeatur ſtatus undique firmatus in aſſe mulieris vigore
19 ſolius præſumptionis *dictæ legis Quintus Mutius* ex pluries affirmatis, & ſignanter per *Cardinal. de Luc. de Hæredit. diſcurſ. 23. num. 10. Rot. coram Kryus deciſ. 428. num. 5., & 6., & in Romana, ſeu Florentina Succeſſionis 30. Ianuarii 1682. §. Quod autem, & ſeqq. coram bo. me. Vrſino.*

Quodque plus eſt adeo robuſta cenſetur eadem præſumptio, ut capax exiſtat infringendi quodlibet privilegium alias de Jure competens, uti liquet, parum abſcedendo a ſubjecta materia, quoties mulier agat pro recuperatione ſuæ dotis, vel illius aſſecuratione adverſus proprium Maritum; Quoniam non obſtante, quod idem Maritus excipiat de Juridico, & infallibili privilegio competenti eidem Marito, ut minime obligetur ſupra id, quod facere poteſt, *deducto ne egeat*, hoc tamen irrelevans reputatur, ubi mulier contendat de recuperatione, ſeu aſſecuratione ſuæ dotis, quamvis etenim valeret Maritus opponere præfatum privilegium, *deducto ne egeat*, quia tamen id intelligitur ubi Vxor æque non egeat, ne contin-
20 gat, ut dicitur unum Altare diſcooperiri, ut alterum cooperiatur ad *Text. in l. verum §. Penult. ff. de minor., & doctrinam Iacobi de Aren. in l. ſi Maritus 54. num. primo ff. ſolut. matrim.*, hinc abſque alia juſtificatione mulier, & ſi actrix præſumitur pauper etiam ad prædictum
21 in vim præfatæ legis, *Quintus Mutius*, ſicuti ſolemniter definivit in caſu alterius Barbaræ *ex Theſaur. d. deciſ. 43. n. 5. Vincent. de Franch. dicta deciſ. 489. ſub num. 28., & Caſtagn. in tract. deducto ne egeat quæſt. prima fallent. 4. num. 7. Rota deciſ. 231. num. 2., & ſeqq. par. 6. rec.*

Nihil propterea refragante diſtinctione per aliquos adhibita in noſtra theſi, nempe quod eadem præſumptio *legis quintus Mutius* uſurpet ſibi locum, quando fortaſſe Mulier jam condignos fructus in alimoniam recepit, quia vis non ſtat in ſupponendo caſum fortiorem, nemo enim ivit inficias, quod conſpirante æquitate ratione fructuum conſumptorum in alimoniam cum præſumptione legitima derivante a
22 cenſura prædictæ *legis Quintus Mutius* Mulier velut in his terminis effecta Rea facilius a parte ante præſumatur pauper extitiſſe, in hoc ſiquidem conveniunt *Bertazol. conſil. crimin. 226. num. 26., Maſcard. de probat. concluſ. 77. n. 10. Cyriac. controv. 542. num. 12. et 13. Amat. reſol. 49. num. 60. et ſeq. par. prima*, & faciunt tradita *in deciſ. 153. num. 6., et 7. par. 4. tom. 2. recent.*

Sed jam, ut vidimus præſumptio operatur (quidquid dixerint nonnulli) etiam in muliere actrice, alias eadem præſumptio deſerviret, ut aiunt, de vento, ſi ulterius eadem mulier gravaretur onere ſuperfetantis extrinſecæ probationis contra regulam, de qua ſu-
23 pra, quamve ad exuberantiam exornant quoque *Gavaver. conſ. 6. num. 27. cum duobus ſeqq., Tranchedin. conſult. 75. num. 4. tom. 1., Pacion. allegat. 29. numer. 10., & allegat. 70. num. 2., Modern. Lucen. conſultat. 569. numer. 12., Cardinal. de Luc. de credit., & debit. diſcurſ. 135. numer. 15., Surd. deciſ. 75. num. 21.*

Epiſcopus *Rocca*, qui in ejus informatione more Advocati impreſſa inter ſuas diſputat. 118. aliquibus recollectis videbatur aſſertor contrariæ ſententiæ, non parum forte eſt allucinatus adducendo pro ratione *ſub num. 14. circa finem*, quod ſi alias ſufficeret præſumptio legis *Quintus Mutius* fruſtra ſtabilirent Docto-
24 res probanda eſſe per mulierem pro conſequendis hujuſcemodi fructibus duo ſuperius enunciata requiſita interpellationis, & inopiæ, ſeu indigentiæ alimentorum, quotieſcumque per eandem præſumptionem mulier relevaretur a pondere juſtificandi ſecundum requiſitum; In rei namque veritate non leve ſuper hac argumentatione gliſcit æquivocum, aliud quippe eſt, quod præfata duo requiſita intercedere debeant, alterum ſcilicet interpellationis ſuperius jam ſtabilitæ, & alterum indigentiæ alimentorum, aliud vero, ac longe diverſum eſt, quod hoc ſecundum requiſitum indigentiæ ſatis concurrere non dicatur, & comprobatum a præſumptione *legis Quintus Mutius*, abſque eo, quod mulier obſtringatur ulterius incorroborationem prædictæ præſumptionis quidquam probare, id enim foret regulam intervertere, ac eximere hæredes Mariti a probatione contrarii, quando omnia Iura clamant, quod habens regulam contra ſe compellatur
25 docere ſive in facto, ſive in Iure de limitatione, quemadmodum uno ore tradiderunt *Dec. conſil. 142. num. 4., Cyriac. controverſ. 254. num. 58., & ſequen., Modern. Lucen. conſultat. 569. num. 13. Cardinal. de Luca de Iudic. diſcurſ. 2. num. 19., Surd. deciſ. 126. num. 2., & 3. & deciſ. 322. num. 41.*

Atque hæc ſuperabundare videbantur in abſtracto, verum accedebat in concreto, quod enunciata præſumptio *legis Quintus Mutius* conſtipabatur, ab ulterioribus circumſtantiis extrinſecis, tum quia Barbara reperiebatur ex-

clu-

cluſa per Patrium Statutum, tum etiam quia
recipiendo dotem ampliſſimam inierat renun-
ciationem, & conſequenter eum prædicta
præſumptio vallaretur hiſce etiam circumſtan-
tiis, eo magis in concreto *Domini* moti ſunt
in amplectendo alias ex ſe fortem Iuris ſuppo-
26 ſitionem ad ea, quæ in propoſito legalis præ-
ſumptionis communitæ ab externa probatione,
vel veriſimilitudine connotarunt, *Bald. conſil.*
3. n. 4. lib. 3., Soccin. jun. conſil. 32. nu. 24., &
conſil. 39. nu. 14. libr. 2., Modern. Argentan.
collectat. legal. § 50. *num.* 20. & alii frequenter.

Quod vero Barbara conſequuta jam foret ra-
tione ſuæ dotis ſcutorum 4000., ſcuta circiter
1600. minime tollebat amaritudinem, quo-
minus correſpondendum eſſet de fructibus pro
reſiduo prædictæ ſummæ ſcut. 4000. ad æquita-
tivam rationem ſcutorum quatuor pro cente-
nario reputantibus bene ſcribentibus, quod ſa-
27 tis non ſit ad excludendam ſuppletionem ali-
mentorum, ſive præſtationem fructuum dota-
lium, quod Mulier aliquam, & prout hic mi-
norem partem dotis receperit, durum quippe
foret, quod Mulier eſuriret, & alter ebrius
eſſet in ſua dote, ac patrimonio *Teſte Baldo*
conſil. 58. num. 7. libr. 2., Surd. de aliment.
tit. 4. quæſt. 20. nu. 7., Mareſcott. var. lib. 2.
cap. 83. nu. 48. verſ. & ſcias. & ſequitur *Par-*
tell. expedit. civil. 50. n. 33.

Firmata ex deductis generica opinione omni
Iure, & æquitate plena, quod juxta receptiſ-
ſimam Sententiam innixam interpellationi, &
indigentiæ Barbaræ Viduæ deberentur fructus
loco alimentorum, reſtabat ſubalterna hæſi-
tatio introſpecta conventione ſtabilita in tabu-
lis matrimonialibus, quod dos eodem modo
foret reſtituenda, quo fuerat promiſſa, & ex-
ſoluta, ſed ſtatim in litera conventionis obver-
ſata eſt exuberans replicatio, quia nimirum
contrahentes explicite ſeſe declararunt in or-
dine tantummodo ad reſtitutionem Capitalis,
nempe *che ſi debba reſtituire con quelle paghe, e*
dilazioni di tempo, che ſi e ricevuta ſive ut repe-
titur in Inſtrumento, *Maritus dictam reſtitu-*
tionem facere promiſit paghis, & dilationibus tem-
poris, quibus fuit recepta dos, de correſpectiva,
ſeu conſecutiva autem præſtatione fructuum nul-
la fuit habita ratio, ac mentio in noviſſimo ca-
ſu reſtitutionis, quando in prima parte, ſeu
caſu conſtitutionis pepigere partes literaliter,
ſive tamen (ſunt verba præciſa) *ſolutione fructuum,*
ſive interuſuriorum, quia ſic conventum fuit &c.
qua propter dum ex hujuſmodi ommiſſione re-
petitionis tam adaperta emergebat diſcretiva,
reſponderi poterat cum Iure Conſulto *in L. ſi*
quis 6. ff. de pœnis, quod non debebant tam ma-
gnam rem tamdiu reticere: Vnde ſi ex conven-
28 tione reſolvenda fuiſſet quæſtio, hæc utique
diſcretiva pactio loco fundandi exceptionem
hæredis oppoſitam deſideraſſet definitionem
ad *Text. in L. Vnica §. Sin autem ad deficientis*
Cod. de caduc. tollen., ac tradita per *Alexand.*
conſil. 12. num. 6. circa fin. libr. 2., Surd. con-
ſil. 426. num. 18. volum. 3., Cardinal. de Luca
de donat. diſcurſ. 8. num. 23., in tractat. de Com-
merc., & Mercat. diſcurſ. 55. num. 32., & 33.,
Rot. coram Cerro deciſ. 893. num. 9., & in In-
ter amnen. Manutentionis 22. Aprilis 1697.
§. Quo vero cor. me, inter impreſſas deciſ. 7.

Articulus proinde reſtringebatur ad purum
Ius, in quo certa erat regula de fructibus du-
rante dilatione non petendis, & recte congrue-
re videbatur oppoſitio, quod parum deſervie-
bat interpellatio, cæteroquin volita pro altero
ex requiſitis obtinendi fructus, ut ſupra, dum
potius exorbitans erat petitio conſequendi
creditum ante diem, & generaliter, nequi-
bat hæres Petri Laurentii ſupponi moroſus non
obſtante quacumque interpellatione, ſi ad illius
29 favorem vigebat dilatio, ſicuti ad rem ratio-
cinatur, *Gratian. diſceptat. forenſ. capit. 243.*
num. 35., & capit. 387. num. 22., & 23., tra-
ctat. de commerc., & mercat. diſcurſ. 7. num. 9.,
& 10., & diſcurſ. 8. num. 22., Adden. ad
Gregor. deciſ. 204. num. 32., Rot. dec. 1899.
n. 7. cor. Cerino.

Reflectendo tamen ad Medullam motivæ
rationis concedendi fructus Viduæ interpellan-
ti, & præſumptive inopi, actio ipſius Viduæ
minime radicabatur in ſimplici mora, ſed in
longe potentiori fundamento, obligationis nem-
pe ſuſceptæ per Maritum de alenda Vxore,
donec illi ſua dos legitime reſtituatur, & ſi ete-
nim per mortem Viri matrimonium exiſtat ſo-
lutum, durant tamen reliquiæ ejuſdem Matri-
monii, durat obligatio Mariti, ſive ejus hæ-
redum de ipſa alenda, donec dos, ut diximus
30 illi fuerit reſtituta, ita namque diſcuſſo arti-
culo bene concludit, & firmat *Leotard. de uſur.*
quæſt. 30. num. 41., & ſeqq., Buſſ. de dot. cap.
20. a num. 94., & ſeqq.

Et quidem quoties ratio deciſiva conſiſteret
in dilatione, vel mora ad quid exquirere etiam
probationem, vel fortem, & juridicam præſum-
ptionem Inopiæ; niſi eadem inopia ſuppoſito
cæteroquin concurſu Interpellationis foret in cau-
ſa potiſſime decernendi fructus ad titulum ali-
moniæ, alias Iura noſtra merito in ſuis caſibus
faventia mulieribus eſſent manca, & relinque-
rent Viduam ſua dote ſpoliatam, utpote exi-
ſtente pœnes hæredes Mariti, illamque coge-
rent mendicare, vel ad ſibi parandum indi-
gnum quæſtum, quando a fortiori etiam per
31 tranſitum ad ſecunda legitima Vota dicunt,
animam Viri contriſtari per *Text. in §. Quæ*
vero auth. de nupt., & recte in propoſito ponde-
rarunt *Paulus de Caſtro conſ. 147. volum. 2.,*
Peregr. conſil. 100. num. 19. volum. 1., Amat.
reſol. 49. num. 92., Surd. de Aliment. tit. 1.
quæſt. 44. verſic. Prima tamen opinio.

Diximus *ſuppoſita interpellatione*, quia quamvis
ea non exiſtat in aliquo operativa ad effectum
gignendi fructus in vim moræ, adhuc bene de-
ſervit ad declarandum ſtatum, & animum

Mu-

Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 169. num. 1. & ſeqq., *Rot.* Iannen. *inter recollectas per Modern. Forolivien. tit. 4. de dote deciſ. 29. num. 35.*, *Rot. deciſ.* 484. *num.* 2. *part* 13., *& deciſ.* 257. *num.* 11. & 12. *par.* 15. *Recent.*

Abſque eo quod ad infractionem hujuſce ſtatus ſuperabundantis, & reſpective ſubſidii demonſtrandi per prætendentem Ius offerendi, mererentur refricari ea, quæ latiori calamo fuerant interverſa in præterita Deciſione *diei* 6. *Decembris* 1702. *ex* §. 23. *cum ſeqq.*, viſum quippe fuit Dominis partitas omnes ad ſenſum Eleonoræ defalcabiles ſatis in alia Deciſione citra inanem repetitionem remanſiſſe profligatas, ſolumque moderati ſunt ea, quæ dicebantur *ſub* §. 25. de credito Sanctis Mariti Vrſulæ ſororis Eleonoræ; Quoniam, & ſi hujuſcemodi creditum importans ſcut 396. ſuas de facto præſeferret amaritudines, ipſique met Domini non eſſent omnino in hoc puncto concordes, adhuc, & eo ſubductò etiam citra connumerationem Molæ frumentariæ, multoque magis illa comprehenſa, palpabatur ex calculo valorem ſuperextantium bonorum excedere ſcuta mille, quando, ut a principio diximus Eleo-
12 nora debebat oſtendere illa non ſufficere, quemadmodum, præter allegatos in ſuperiori §. *Quod autem*, proſequuntur *Molin. de primogenit. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 32. *Peregrin, de fideicom. art.* 42. *num.* 73. *Beſſ. de dote cap.* 15. *num.* 142., *Rot. deciſ.* 75. *num.* 8. *par.* 9. *deciſ.* 33. *num.* 5. *par.* 10. *Recent.*, *& in Romana Cambii* 20. *Aprilis* 1696. §. *Nec. ad retardandam coram R. P. D. meo Muto.*

Atque ita etiam præciſive a propoſitionibus inſinuatis in altera Deciſione de incompetentia Iuris offerendi adverſus extraneum Emptorem in forma mere extrajudiciali, & maxime in terminis puræ legatariæ non habentis pro ſe ullam auctoritatem firmantem competere in hoc caſu aliquod Ius offerendi, ex ſolo facto Domini permanſerunt in deciſis conſpirante ad hoc ipſum motivo palpabilis æmulationis omni Iure
13 reiiciendæ, ut ſolide fuit animadverſum in eadem præterita Deciſione *ſub* §. 27. *& ſeqq.*

Vtraque &c.

PISAUREN SUCCESSIONIS, SEU REDDITIONIS RATIONIS.

Luna 10. *Martii* 1704.

ARGUMENTUM.

Hærespoſſiden s Bona ſui Authori non dicitur titulo hæreditario poſſediſſi, ſi poſſeſſio referri poteſt ad alium titulum magis proprium & naturalem. Alimenta quandoperſoluta dicantur ex bonis hæreditariis filiis, & deſcendentibus defuncti, & quando præſumantur donata ratione charitatis, ſeu Conſanguinitatis. Fructus quo caſu prætendi poſſunt ex prædio vendito. Hæres beneficiatus quando teneatur reddere rationem defunctibus.

SUMMARIUM.

1 *Partitarum examen eſt ſingillatim perpendendum ad evitandam confuſionem.*

2 *Hæres poſſidens bona ſui Authoris defuncti alio titulo non demonſtrato, jure hæreditario poſſediſſe præſumitur.*

3 *Limita ſi d. poſſeſſio referri poteſt ad alium titulum magis proprium, & naturalem.*

4 *Alimenta, & expenſas filiorum, vel hæredum Teſtatoris præſumuntur perſoluta ex fructibus, & aliis effectibus hæreditariis, & non, de proprio*, limita n. 6.

5 *Præſtita a Patruo Nepotibus, vel Neptibus, ſunt potius referenda ad claritatem, & neceſſitudinem ſanguinis, quam ad animum repetendi* declara n. 7.

6 *Limitatur concluſio de qua* n. 4. *ſi fructus bonorum hæreditariorum ſint valde exigui, nec conſequenter idonei ad alimenta, & expenſas.*

8 *Dubio propoſito in Sac. Rota eſt ſtricte reſpondendum, relicta diſpunctione alterius haſitationis in alio congruo, & ſeparato judicio.*

9 *Condominium facit quod fructus repartiendi ſint inter Condominos.*

10 *A fructuum ſolutione excuſari, nequit qui vendidit prædium ultra neceſſitatem illiuſque pretium ſuperexcedens quod erat inveſtiendum retinuit apud ſe.*

11 *Fructibus quos prædium reddidiſſet, ſibique fuiſſent præſtandi venit reintegrandus is, quo inſcio, prædium fuit diſtractum.*

12 *Hæres beneficiatus eſt purus Procurator, & adminiſtrator legalis hæreditatis.*

13 *Qui arctatur ſolum reddere rationem de effectibus ad ſe perventis abſque neceſſitate faciendi negocium ad finem lucrandi fructus.*

14 *Fructus ſi petuntur in conſequentiam quotæ Dominicalis, vel cum vel ſine mala fide ſemper veniunt in vim ſimplicis Judicii familiæ erciſcundæ ad favorem condomini.*

15 *Hæres beneficiatus debet adhibere illam diligentiam, quam in rebus ſuis adhibuiſſet, alias compellitur ad reſtaurum ſequutæ damnificationis.*

16 *Propter antecedentem ſcientiam, & urgentiam tenetur etiam rationem reddere de fructibus.*

17 *Scientia argui poteſt in hærede per ſcripturas, & jura in hæreditate reperta, & notitiam litis.*

18 *Mala fides impreſſa in defuncto tranſit in hæredem Beneficiatum.*

19 *Bis peti non poteſt citra crimen ſtellionatus res quæ ſemel fuit recepta.*

20 *Notula preceptionis fructuum juramento munita fidem in judicio promeretur niſi oppoſitum demonſtretur.*

21 *Fructus ut ex domo prætendi poſſint neceſſarium eſt oſtendere, vel quod quis per ſe ipſum inhabitaverit, vel quod alteri locaverit.*

22 *Res quando dici debeat hæreditaria.*

23 *Hæres ſive Beneficiatus, ſive gravatus recupe-*

rune aliquid jure hæreditario, adminiſtratorio, vel fideicommiſſario, non ſibi, ſed adminiſtrationi, hæreditati, vel fideicommiſſo acquirit.

24 *Quid ſi recuperatio, ſive acquiſitio fiat per viam tranſactionis.*

25 *Nemo præſumitur jactare ſuum.*

26 *In taxatione expenſarum Judices, & magna Tribunalia cooperſiere ſemper ſolent illam quantitatem quam veriſimilem dijudicant.*

DECISIO CCCXII.

POſt varios caſus, poſtque ſæpius reaſſumpta diſcrimina hujus Cauſæ introductæ uſque de anno 1612., tandem Antonius Maria inanem prænoſcens eſſe laborem controvertendi ſucceſſionem præcedenter impugnatam Comiti Leonardo, illam contendenti ex perſona Liviæ ſuæ Auctricis ſuper bonis ad Octaviam proportionabiliter obventis; totum præſidium ſuæ defenſionis ultimo loco *coram R. P. D. del Olmo* ſuperextollere ſategit in minutione, ſeu cooperitione hęreditatis ejuſdem Octaviæ, ſed fruſtra; Nam *idem R. P. D. del Olmo* etiam quoad bona memoratæ Octaviæ bis negocio diſcuſſo, ut in ejus *decisionibus diei 12. Januarii, & 1. Junii* 1699., finaliter devenit ad relaxationem mandati, tam pro ſorte, quam pro fructibus citra prejudicium majoris ſummæ in quantitate ſc. 5165. 30. Cumque de illius executione, ſive juſtitia reſtaurata fuerit diſputatio *coram Me*, ſolutis interim ſc. 905. 25., de quibus nulla aderat inter Partes amaritudo concorditer eędem Partes reduxere quæſtionem ad examen, Vtrum pro evitanda ulteriori conſumatione mandati, non minos ſuper bonis Octaviæ, quam Joſephi ejus hæredis, & reſpective fratris Antonii Marię conſtaret, de ſufficienti redditione rationis, vel alternative potius prædictum mandatum *R. P. D. del Olmo* foret exequendum contra bona memorati Joſephi prædefuncti, & ut exigebat faſtidioſa hęc materia diſcutiendarum partitarum reſponſum habui: *Non conſtare de ſufficienti redditione rationis, & mandatum eſſe exequendum juxta modum.*

Ad miſticum itaque numerum ſeptenarium prout totidem etiam ſunt capita hydrę fabuloſæ, referebantur controverſæ partitæ: Quarum prima verſabatur in trutinatione, an Joſeph frater Antonii Mariæ fuerit, necne, hæres univerſalis prænominatæ Octavię, vel ſolum pro beſſe, ſive tribus ex quatuor partibus, unde pro nunc diſtinctim, & ſingillatim perpendendo hanc inſpectionem, quemadmodum faciendum eſſe ad confuſionem evitandam
1 commonuere *Surd. conſ.* 346. *num.* 10. *Valenz. conſ.* 121. *num.* 3. *& ſeqq. Velaſc. allegat.* 17. *num.* 2. *Modern. Lucen. conſult.* 676. *num.* 62. *Rot. dec.* 574. *num.* 6. *coram Gregor.*

Dicebant itaque, & in hac parte male Scribentes pro Comite Leonardo, quod dum Octavia prędefungens poſt ſe reliquit heredes Joſephum, Antonium Mariam, Livium, & Alexandram ejus filios, apparebat quidem, quod omnes hi filii pro eorum diſcreta rata adepti fuerint hęreditatem, quodque tantummodo expreſſe liquebat, quod ultra propriam portionem Joſeph ex titulo ceſſionis Livii, ejuſdemque Antonii Mariæ, tres dumtaxat quotas in aperto conquiſiverit; Verum cum in portionem Alexandræ perveniſſet præcedenter ex donatione facta per Octaviam prædium ſitum in Territorio Mundulphi *in vocabulo la Valle di S. Sebaſtiano*, iſtudque Prędium poſt obitum tum Alexandræ, tum Mariæ filię ipſius Alexandrę deſcendiſſet in Joſephum, atque ab eo retineretur: Ex hac profecto retentione Prędii originarie provenientis ab Octavia, alio titulo non demonſtrato, neceſſe erat omnino præſumere, quod jure hæreditario, licet mediato remanſerit in Joſepho radicata qualitas
2 hæreditaria circa omnium originem, & Auctricem Octaviam, ut communiter arguunt *Honded. conſ.* 61. *num.* 58. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 457. *num.* 32. *Altograd. conſ.* 83. *num.* 20. *lib.* 1. *Cyriac. contr. for.* 244. *num.* 16. *Thomat. dec. March.* 51. *num.* 37. *Rot. dec.* 44. *num.* 1. *coram Millin. dec.* 418. *num.* 8. *cor. Priolo dec.* 304. *num.* 2. *& dec.* 655. *num.* 8. *coram Emerix jun. & in Peruſina dotis* 20. *Iunii* 1701. *§. Hi autem actus coram R. P. D. meo Caprara, & in Romana fideicommiſſi de Palmeriis* 15. *Februarii proxime præteriti §. Certius coram Me.*

Siquidem reſpondebatur, & bene per Defenſores Antonii Mariæ, quod in tantum Prædium *della Valle di S. Sebaſtiano* fuit in hæreditate Joſephi illius fratris repertum, in quantum idem Joſeph, Mariam Alexandræ filiam apud ſe enutrivit, illique præſtitit alimenta, tam in ætate puellari, quam in educatione ſucceſſiva in domo, ſive Conſervatorio Foroſemproiuen. uſque ad exolvendos eidem Monaſterio pro huiuſcemodi alimonia florenos 300. *Summ. Antonii Mariæ num.* 10. *&* 11., cumque pariter deinceps ab anno 1661. uſque ad annum 1683. memoratus Joſeph continuaverit in ſuppeditatione ejuſdem alimoniæ, ipſaque tandem Maria fato cedente omnes expenſas, omnia funebria, omniaque ſuffragia rependerit, ecce titulus proprius, & naturalis crediti ſpecialis, per quem obtunditur, vel offuſcatur qualitas hæreditaria prominanans a ſola poſſeſſione, ſive retentione Prędii, ſeu alterius effectus hæreditarii; Prout uno ore
3 limitando præmiſſam regulam animadverterunt *Dec. conſ.* 445. *ſub num.* 54. *Gravet. conſ.* 33. *num.* 11. *&* 14. *Gratian. diſcept. for. cap.* 706. *num.* 34. *Manſ. conſult.* 253. *num.* 39. *Adden. ad Burat. dec.* 207. *num.* 16. *&* 17. *Rot. dec.* 142. *num.* 16. *par.* 19. *rec.*, aliiſque relatis concordan. *in Veliterna Manutentionis* 27. *Apri-*

Digitized by Google

27. *Aprilis* 1693. §. *Finali*, *&* *in ejus confir-
matoria* 14. *Maii* 1694. §. *Licet etiam coram
Reverendiſſ. D. meo Molines Decano*.

Quin opitulari valerent in contrarium ge-
mine ſubjunctiones Co: Leonardi, prima ſci-
licet, quod cum ſemper Joſeph gaviſus eſſet
fructibus memorati prædii *di S. Sebaſtiano* de
illis, & non de proprio credendum veniat,
præfatas expenſas, & alimenta præſtitiſſe, Et
ſecunda quod in omnem caſum potius hujuſ-
modi ſubminiſtratio, referenda foret ad cha-
ritatem, & neceſſitudinem ſanguinis, quam
ad animum repetendi hæc alimenta, uti ra-
4 tiocinantur quoad primam propoſitionem
Ang. conſ. 59. *num.* 4. *Surd. de alim. tit.* 6.
quæſt. 15. *num.* 1. *&* *ſeqq.* *Rot. coram Bich.
dec.* 67. *num.* 11. *dec.* 222. *num.* 16. *par.* 18.
rec., *&* *in Romana* M*ultiplicorum* 6. *Iunii* 1701.
§. *Firmo igitur cor. R. P. D. del Olmo*, &
5 circa ſecundam *eadem Rot. dec.* 2325. *num.* 1.
coram Coccin. dec. 67. *num.* 6. *&* 7. *cor. Bich.*
& *dec.* 492. *num.* 4. *coram Emerix jun.*

Nam prima ſubjunctio palam corruebat non
tantum quia Teſtes allati *in Summ. Antonii
Mariæ num.* 10. §. *Parimente* aſſerebant quod
Maria adminiſtraret ad ſui libitum enuncia-
tum Prædium *di S. Sebaſtiano*, ſed etiam quia
idem prædium non aſcendebat ad valorem
florenorum 450., & proinde cum fructus in-
de producibiles nuſquam forent idonei ad ali-
menta, totque alias expenſas ſupra narratas,
hęc profecto probatio, vel ſaltem præſumptio
6 longe fortior præcellebat, aliamque debilio-
rem ſuffocabat, ut ait *Natt. conſ.* 358. *num.* 13.
verſ. nunc. autem lib. 2. *Soccin. jun. conſ.* 76.
num. 66. *lib.* 1., *Honded. conſ.* 80. *num.* 28. *&
ſeq.* *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 30. *per
tot. Card. de Luc. de jurepatr. diſc.* 8. *num.* 7.
Rot. dec. 23. *num.* 16. *cor.* Priolo *dec.* 1086.
num. 22. *cor. Emerix Iun. dec.* 590. *num.* 5.
par. 4. *tom.* 3. *et dec.* 628. *num.* 19. *par.* 19.
rec.

Secunda autem objectio labefactabatur, ex
quo ſubjecta materia non ſuadebat, ambulare
cum quæſtione, an patruus dorando, vel alen-
do neptem cenſeatur dotaſſe, vel aluiſſe ani-
mo donandi, vel repetendi; Quia hæc eadem
ambiguitas late cum pluribus diſtinctionibus
7 diſpuncta apud *Cardin. de Luc. de dot. diſc.* 30.
num. 8. *et per tot.* Magon. *dec. Florent.* 13.
num. 5. *et ſeqq. Rot. dicta. dec.* 67. *coram Bich.*
deſerviebat, ne poſſet tuto ſupponi prætenſa
qualitas hereditaria exiſtente Joſepho in gradu
quidem ſucceſſibili, ſed inſimul probabili, vel
poſſibili Creditore ad tradita per *Rolan. a Val-
le conſ.* 76. *num.* 34. *vol.* 1. *dec. conſ.* 491.
num. 2. *Gratian. diſcept. for. cap.* 706. *num.* 36.
Maſcard. de probat. concluſ. 45. *num.* 29. *et* 37.
Afflict. dec. 372. *num.* 1. *Rot. Lucen. inter
recollect. per Modern. Palm. dec.* 70. *num.* 49.
et ſeqq.

Addebat poſtremo Comes, quod ſuppoſito
etiam hujuſmodi credito alimentorum, adhuc
ipſe eſſet anteferendus ratione pręcedentis obli-
gationis contractę per Octaviam Mariæ Aviam,
dum jam obtinuerat opportuna mandata con-
tra bona propria ejuſdem Octaviæ, ſed hæc
ſuperadditio aliud judicium videbatur expete-
re, quia cum dubium a Me propoſitum con-
cerneret relaxationem mandati contra bona
Canonici, ſive ut hucuſque diximus ultimi Jo-
ſephi, prima hæc partita minime ſtabat in
diſcuſſione crediti alimentorum in concurſu
obligationis Octavię, ſed in examine, an ipſe
noviſſimus Joſeph foret hæres memoratæ Octa-
viæ in totum, etiam videlicet reſpectu ratæ
Alexandrę ideoque ſi qua ſuberat hæſitatio,
8 illa debebat in diſparato judicio diſpungi, ac
promoveri, ut in ſimili dictum fuit *in dec.* 387.
num. 13. *par.* 14. *rec. in Olomucen. Juriſdictio-
nis* 9. *Iannarii* 1693. §. *Nec ſuffragatur coram
R. P. D. meo* M*uto*, *et in Farfen. bonorum* 26.
Iunii 1702. §. *Fin. cor. R. P. D. meo Pio*.

Dilucidata per patientiam Dominorum uſq;
ad ultimum ſcrupulum prima partita: ſuper
ſecunda parva irrepſit difficultas, nempe cir-
ca diſtractionem prædii in Territorio Mundulfi
ſub contrada *Gualdo nuovo*; Quia cum omnes
Octavię heredes unanimiter ad eandem deve-
niſſent ad effectum exolvendi alienum æs ejuſ-
dem Octaviæ, uſque de anno 1642. Partes
ſtabilita ex præmiſſis præcedenti partita, ſive
reſolutione ultro conveniebant, quod Joſeph
obſtrictus eſſet reddere rationem ſolummodo
de tribus partibus reſidualibus pretii remanſi
poſt dimiſſionem Creditorum in ſumma ſcut.
1353. ac propterea habito deſcenſu ad tertiam
partitam, ſeu prætenſionem fructuum correſ-
pondentium præfato capitali ſc. 1353. Domini
reputarunt favore Comitis, Antonium Mariam
ex perſona Joſephi eſſe obligatum ad eoſdem
fructus; Quemadmodum etenim niſi prædium
fuiſſet alienatum Joſephus repræſentans perſo-
nas trium ex quatuor heredibus, debuiſſet red-
dere rationem pro contingenti rata de fructi-
bus ejuſdem Prædii hereditarii Joſephi ſenioris
pro quota ex perſona Liviæ ſpectante ad Co-
mitum Leonardum ex cauſa illius condominii,
9 quod facit fructus eſſe repartiendos inter Con-
dominios per *Text in l. videamus* 38. §. *In
Cauſa ff. de uſur. et l. pro ſocio* §. *Si tecum
ff. pro ſocio Gall. de fruct. diſp.* 32. *in princ. Rot.
in Aſculana fideicommiſſi, ſeu Domus ſuper me-
lioramentis* 13. *Maii* 1701. §. *Motivum in fin.*,
et in Romana Salviani ſuper pretio herbarum
21. *Januarii currentis anni* §. *Etenim coram
Me*.

Ita ab eiſdem fructibus excuſari non poterat
Joſeph ſi vendidit prædium ultra neceſſitatem,
illuſque prætium ſuperexcedens, quod erat in-
veſtiendum retinuit penes ſe ex collectis in
10 propoſito per *Peregr. de fideicom art.* 42. *n.* 67.
Fuſar. de Subſtitut. q. 531. *ſub num.* 173. *Odd.
de fideicom. & prohibit. alienat. qu.* 25. *num.* 63.

Rot. dec. 777. num. 4. cor. Emerix jun. dec. 36. num. 16. par. 17. dec. 332. num. 15. par. 18. & dec. 426. num. 15. par. 19. rec. tom. 2.

Parumque idcirco refragabatur, quod Canonicus Ioſeph, & ejus fratres, quorum jura induebat, ſupradictum prędium alienaverit ex cauſa prorſum neceſſaria extinguendi æs alienum Octaviæ, quia recte hujuſmodi diſcurſus procedebat ad portionem pujuſce æris alieni, ſed in eo, quod pluris importabat prætium prædii alienati erat ſemper in calculo referendum, cum Cauſa æris alieni non poſſet tranſcendere ſuum cauſatum; Cumque illud ex titulo enunciati Condominii ſpectaret ad Liviam, & reſſpective Comitem, hic neſcius, eorumque geſta fuerunt juremerito debebat reſtaurari iis fructibus, quos prædium reddidiſſet, ſibique
11 fuiſſent præſtandi, niſi res fuiſſet alienata, ut habetur apud *Peregrin. conſ. 35. num. 9. & 10. Cyriac. contr. 5. num. 23., Rot. dec. 82. nu. 1. & 2. poſt Cenc. de cenſ. dec. 235. num. 1. coram Celſo dec. 294. nu. 13. cor. Priolo dec. 179. n. 1. & dec. 2229. n. 15. cor. Coccin.*

In ſequelam etiam ruebat ultima aſylus, quod hujuſmodi fructus non eſſent conſiderandi in ordine ad Ioſephum, qui bona fide diſtraxerat præfatum prædium, adeout ſi ulla mala fides aderat in Octavia ſubſtinente litem contra Liviam Auctricem Comitis, illa nequiverit afficere Ioſephum, & maxime, dum deinceps Antonius Maria vigore hæreditatis acceptate cum beneficio legis, & inventarii effectus fuerat purus Procurator, & Adminiſtrator le-
12 galis ejuſdem hæreditatis Joſephi, teſte *Card. de Luc. de credit. diſc. 34. num. 7. & diſc. 37. num. 3., Rot. in Bononien. Cenſus 2. Martii 1703. §. Quovero cor. Me*, qui ſane Adminiſtrator arctatur ſolum reddere rationem de effectibus ad
13 ſe perventis abſque neceſſitate faciendi negocium ad finem lucrandi fructus ex adnotatis per *Onded. conſ. 38. num. 30. lib. 2. Cyriac. contr. for. 540. num. 13. & ſeqq. Rot. dec. 134. nu. 6. par. 11. & deciſ. 167. num. 7. par. 12. rec.*

Quoniam recurrere videbatur potius propoſito, de qua ſupra, quod fructus ii peterentur in conſequentiam quotæ Dominicalis ſuper hæreditate Ioſephi ſenioris originaliter ſpectantis ex perſona Liviæ Comiti Leonardo, in quibus ſane terminis, vel cum, vel ſine mala fide fructus veniunt in vim ſimplicis Iudicii fami-
14 liæ erciſcundæ ad favorem condomini, ſeu cohæredis per *Text. in l. item veniunt §. Fructus ff. de petit. hæredit. l. non eſt ambiguum C. famil. erciſcund. Card. de Luc. de hæred. diſc. 9. num. 1., & diſc. 10. num. 2. Afflict. dec. 240. num. 2. & 3., Rot. cor. Burat. dec. 474. num. 6. & dec. 843. nu. 3. ibique Adden. litt. A.*

Quinimo etiam dato quod præfatum prædium non deſcenderet ab hæreditate Ioſephi ſenioris, ſed immediate proveniret ab Octavia, contra cujus bona propria relaxatum fuerat mandatum adhuc non abs re fuiſſet, quod Canonicus Joſeph ſciens Creditum Leonardi teneretur ſolvere ratam reſiduum non impugnatam pretii remanſi in diſtractione prędicti prędii, vel ſaltem obſtringeretur illam reinveſtire; Heres etenim beneficiatus, quem modo comparavimus Procuratori, debet adhibere illam diligentiam, quam in rebus ſuis adhibuiſſet, alias compel-
15 litur ad reſartum ſequutæ damnificationis, ut monet *Text. in l. idem 10. §. Si Procurator ff. mandati Henled. conſ. 38. num. 39. Gratian. diſcep. for. cap. 67. num. 8. Rot. dec. 475. n. 4. par. 9. tom. 3. rec.*

Atque re vera aſperum fuiſſet, quod ad finem dimittendi Creditores valuiſſet Canonicus prędium alienare, & conſequenter privare Leo-
16 nardum fructibus, de quibus ſemper in figura hæredis benificiati propter antecedentem ſcientiam & urgentiam tenebatur reddere rationem eidem Comiti Leonardo ex congeſtis per *Ladereb. conſ. 8. n. 5. Concil. de Hærede art. 3. n. 78. Card. de Luc. eodem tractat. diſc. 20. num. 15. Rot. cor. Merlin. dec. 795. num. 5. & ſeqq. cor. Celſ. dec. 185. num. 4. coram ſa. me. Alex. VIII. dec. 47. num. 7. & in rec. dec. 535. num. 5. par. 5. dec. 131. num. 3. & ſeq. par. 6. dec. 521. n. 7. & ſeqq. par. 14., & in Camerinen. Manutentionis, ſeu Cenſuum 10. Martii 1693. §. Tertio quod coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano & in Bononien. Cenſus 2. Martii 1703. §. Facile coram Me.* Et pro parte ſuper excedenti poſſet uti, vel abuti pecuniis, illaſque in proprium lucrum convertere, quo nihil abſurdius.

Diximus propter antecedentem ſcientiam,
17 quia cum Canonicus Joſeph uti heres Octaviæ devenerit ad prænominati Prædii diſtractionem, & jam mala fides in Octavia ejus Auctrice manſiſſet infixa per acerrimæ litis conteſtationem, ea proinde ſcientia, quæ impulit Canonicum, ut ſolveret hæc petita debita, nimium probabiliter, ac certe amplexabatur per ſcripturas, & jura in hęreditate reperta notitiam quoque ejuſdem litis, & malæ fidei, dum a fortiori malam fidem impreſſam in defuncto tranſire in hęre-
18 dem beneficiatum non longe a præſenti theſi firmavit *Felin. in cap. diligenti num. 6. de præſcript. Card. de Luc. de Iudic. diſc. 21. n. 20.*

Amputatis hiſce difficilioribus Hydræ capitibus facilior apparuit obtruncatio quarti, & quinti capitis, Nam quartum conſiſtens in redditione rationis, tertiæ partis cujuſdam domus Octaviæ, Comes minime abnuebat illud approbare, ex quo Idem Comes illam curaverat ſub-
19 haſtari, prætiumque retraxerat, unde citra crimen ſtellionatus non poterat bis petere quod ſemel receperat ad *Text in l. ſi fidejuſſor 29. §. In omnibus ff. mandati*, & tradita per *Roman. conſ. 105. ſub. n. 1. Amat. reſol. 53. n. 4. & 5. Rot. dec. 84. num. 19. & 20. coram Arguell., & dec. 258. n. 6. par. 13. rec.*

Circa quintum reſpiciens fructus conſequutivos ejuſdem domus, jam Comes non ibat inficias quod in portantia perceptionis prædictorum fru-

fructuum ſufficienter emergeret ex notula ju-
rata, atque exhibita per Antonium Mariam
in quantitate ſc. 57. 33. cum niſi demonſtretur
oppoſitum, ſeu contrarium, notula perceptio-
20 nis munita juramento ſibi promereatur hanc
fidem in Iudicio, ut ei ſtandum veniat ex rela-
tis per *Scapuc. de Salvian. lib. 3. q. 13. in fin.* Merlin,
de pigner. lib. 5. tit. 2. q. 77. nu. 47. & 48. Rot.
dec. 161. num. 29. par. 6. rec., & dec. 103.
n. 8. coram Emerix Iun.

Solumque, ſed perperam prætendebat, quod
præfata notula percutiens annum 1694. ac tem-
pus ſucceſſivum minime prodeſſet ad obte-
gendum tempus captæ per Canonicum poſſeſ-
ſionis, quod fuit ab anno 1649. Verum pla-
cuit Dominis perſiſtere indiſtinctim in tenore
ejuſdem notulæ, quia cum ageretur de fructi-
bus mere civilibus, & ſuapte natura non enaſ-
ſcentibus, niſi quatenus domus exiſtant locatæ
& inhabitatæ, oportuiſſet quod Comes juſti-
ficaſſet, vel Canonicum per ſemetipſum habi-
taſſe hanc domum, vel eam ante annum 1694.
21 locaviſſe, ut millies reſponſus fuit, & ſignan-
ter *coram Peuting. decis. 225. n. 11. coram ſa.*
me. Alex. VIII. dec. 12., n. 12 & dec. 193. n. 7.
& ſeqq. coram Cerro dec. 184. num. 8., & dec.
274. num. 4., & in rec. n. dec. 254. num. 32.,
& dec. 304. num. 15. par. 5., & dec. 21. n. 25.
& ſeqq. par. 10.

Sextum caput erigebatur ſuper valore Præ-
dii nuncupati *della Palazzina*, & in hoc Domi-
ni palpantes, quod idem Prædium inuegabili-
ter erat ab initio hereditarium Octaviæ exami-
nata confeſſione Canonici dupliciter reſultan-
te, tam ſcilicet ex Inventario per ipſum exa-
rato de bonis Octaviæ *Summar. Antonii Ma-*
riæ num. 5. litt. C. ubi præciſe deſcribitur jus
recuperandi Prædium *della Palazzola*, tamque
etiam per enunciativam emiſſam in Inſtrumen-
to Redemptionis ejuſdem Prędii, de plano ſe-
quebatur, quod idem Prædium inter effectus
hæreditarios prænominatę Octaviæ foret refe-
22 rendum ſecundum ea, quæ notant *Fuſar.*
conſ. 145. ſub num. 2. Peregrin. conſ. 48. nu. 13.
lib. 1., Rot. dec. 325. num. 4. & 5. coram Du-
ran. dec. 262. num. 1. coram Merlin. *dec. 245.*
num. 2. coram Royas cum aliis in Ferrarien. ſeu
Anconitana fideicommiſſi 27. Novembris 1699.
§. Nec dictum Inventarium *coram R. P. D. meo*
Molines Decano, & 3. Junii 1701. §. In primis
quippe coram Me.

Nullatenus officiente, quod Canonicus ree-
mendo hujuſmodi Prædium in parte pretii ac-
collaverit in ſequendam cenſum ſcut. 200., &
reliqua ſcut. 250. ſuperexburſaverit de proprio;
Nam nil aliud exinde poterat reſultare, quam
quod Canonicus ejuſdem ſummę, ſive accol-
latę, ſive ſolutæ Creditor remaneret. Quilibet
enim, ſive Adminiſtrator, ſive quod idem
eſt hæres beneficiatus, aut etiam gravatus re-
cuperans effectum jure hæreditario adminiſtra-
torio, vel fideicommiſſario ſibi non acquirit,
23 ſed adminiſtrationi hæreditati, vel fideicom-
miſſo, ad *Text. in l. ſi poſſeſſor 23. §. Ait Senatus*
in fin. ff. de petit. hæredit. Dec. conſ. 278. n. 3.
Menoch. conſ. 694. num. 2. Tiraquell. de retract.
conventional. ad fin. tit. gl. n. 88. Bottiller. de ſuc-
ceſſ. cap. 1. theorem. 14. n. 10. in fin. Rot. dec.
22. n. 44. coram Ryus dec. 210. n. 21. coram
Duran., & in rec. dec. 187. num. 5. par. 1., &
in Romana fideicommiſſi 4. Decembris 1702.
§. Poſita autem coram R. P. D. meo Kaunitz.
quid quid dicant Scribentes quoties recupera-
tio, ſive acquiſitio fiat per viam tranſactionis,
24 aut de pecuniis hæreditariis, ut late diſputa-
tur apud *Urceol. conſult. forenſ. cap. 100. per*
tot.

Septimo, & finali loco tandem aſſurgebat
caput expenſarum, quæ in ſumma ſcut. 200.
aſſerebantur implicatæ in concernentibus funus
Octaviæ illudque concomitantes veſtes lugu-
bres, aditionem hæreditatis cum ſimilibus,
circa quod Defenſores Leonardi inſiſtebant ſu-
per non facta earum juſtificatione, neque in
ſubſtantia, neque in ordine ad quantitatem,
maxime cum Octavia diem functa fuerit in domo
Alexandrę filię ſeorſim habitantis in Civitate
Foroſempronien., ſed cum nemo alius com-
pareret, qui haſce veriſimiles expenſas ſubiue-
rit, & poſito, quod Alexandra filia illas de
proprio erogaſſet, adhuc nimium probabile
25 erat, quod eas ſibi excomputari fecerit in ſuc-
ceſſiva diviſione inita cum fratribus, in quorum
jura ſubintraverat Canonicus, ut ſupra; Ne
alias proprium Alexandra iactare voluerit con-
tra *Text. in l. cum de indebito ff. de probat. Me-*
noch. de præſumpt. lib. 1. præſ. num. 6., Rot dec.
2340. num. 2. coram Coccin. dec. 302. num. 4.,
& dec. 688. num. 3. coram Emer. Iun. & in rec.
dec. 448. num. 8. par. 18. dec. 142. num. 10.,
& dec. 131. n. 14. par. 19. tom. 1.

Hinc Domini temperantes quantitatem ad
ſummam veriſimilem dijudicarunt ad calcu-
lum redditionis rationis recenſenda eſſe ſcuta
centum monetæ Romanę juxta illam commen-
ſurationem, ac præfinitionem, quam decet Ju-
dices, & Magna Tribunalia ſemper capeſſere
26 in hiſce materiis veriſimilibus, & arbitrariis,
ut appoſite notant *Bart. in l. eum qui in princ.,*
& n. 4. ff. de Judic. Federic. de Sen. conſ. 119.
num 4. Teſaur. deciſ. Pedemont. 67. num. 4.,
Rot. dec. 512. num. 1. & 2. coram Ludoviſ. de-
ciſ. 389. num. 10. coram Bich. dec. 546. num. 5.
coram Cerro, & dec. 744. num. 14. par. 4. tom.
3. rec.

Et hic fuit modus ſub quo prodiit ſuperius
indicatum Oraculum affirmativum utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI MVTII DE BVBALO.

Veneris 4. Aprilis 1704.

ARGVMENTVM.

Hæres gravatus tenetur bonificare ſubſtituto, ſeu ulteriori poſt ſe vocato loco rei ex facto Principis non exiſtentis, ſeu alienatæ ipſum valorem, & pecuniam vice alienationis coactæ, aut voluntariè ſuſceptam, ac ſubrogatam. Reliqua ſparſim adnotantur in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Majoribus etiam ob ignorantiam, vel alia de cauſa læſis, nedum minoribus, & Mulieribus opportunæ ſuccurrendum eſt.*

2 *Juſtitia definitur conſtans, & perpetua voluntas jus ſuum unicuique tribuendi.*

3 *Hæres gravatus tenetur bonificare ſubſtituto, ſeu poſt ſe vocato loco rei ex facto Principis inexiſtentis ipſum valorem, ac pecuniam vice alienationis coactæ, aut voluntariæ ſuſceptum ac ſubrogatam.*

4 *Commodum qui ſentit, & incommodum ſentire debet.*

5 *Fruſtra quis petit, quod intus habet.*

6 *Ordines directi Sacro Monti Pietatis, ac reſpective ſoluti conſtituunt undique probationem probatam.*

7 *Teſti de facto proprio deponenti fides præſtanda eſt.*

8 *Perito deponenti de rebus ad ejus artem, & peritiam pertinentibus in dubio credendum eſt.*

9 *Solutio recepta* per ſaldo *præſefert integram ſatisfactionem Crediti.*

10 *Colluſio non admittitur non probata neceſſitate, vel occaſione colludendi.*

11 *In redditione rationis fieri debet partitarum, & Creditorum contrapoſitio.*

DECISIO CCCXIII.

POſt conceſſam a Signatura Juſtitiç in integrum reſtitutionem Marchioni Bartholomæo, & Raynerio in lite conſortibus ex capite allegatæ læſionis adverſus ipſammet immiſſionem, quam iidem Bartholomæus, & Raynerius obtinuerant in noſtro Tribunali per mo- 1 dum quodammodo extra ordinarium, ex quo propter jura, noviter reperta, minus conſecuti fuiſſe conclamabant, quamquod æquitas, & juſtitia expoſtularet, Tribunal benigne admiſit illorum conquæſtionem, ſed, ut par erat, ad terminos rectè juſtificatç læſionis, ut in plenimma deciſione nuncupata *Romana fideicommiſſi Mutii de Bubalo ſub die* 18. *Iunii* 1700., *coram R. P. D. del Olmo*, cum lex morum noſtrorum ſive civilis vitæ noſtræ regulatrix, in ſua Iudiciali ſtatera, ac œconomia ſemper intendat, & velit, quod nedum minoribus, & mulieri- 1 bus, ſed etiam in majoribus ob ignorantiam, vel alia de cauſa læſis opportune ſuccurratur ad *Text. in l. Iuris ignorantia cod. ult. in princip. num. 6., Ancharan, conſil. 393. num. 4., Caſtren. conſ. 398. verſ. 3. lib. 2., Franch. deciſ. 23. n. 16. Rot. dec. 673 n. 6., cor. Emerix Iun. dec. 82. n. 3. par. 9. & deciſ. 381. n. 40. par. 13. rec. & in Carpentoraſten. fideicommiſſi 30. Aprilis 1700. §. Etenim, coram R. P. D. del Olmo.*

Verum in aliqua parte bene, & in aliqua parte male ſucceſſive demonſtrarunt prædicti Bartholomæus, & Raynerius, hanc ſupportaſſe læſionem, ut præter abunde enucleata in prædicta deciſione R. P. D. del Olmo, oſtenderunt aliç deinceps in variis capitibus, ſeu partitis promulgatæ, ſignanter autem cum diſcuſſum fuiſſet coram eodem R. P. D. del Olmo de decimo capite, ſeu partita exoriente a receptione pecuniæ delatæ ad manus Hyacinthi hæredis gravati Mutii de Bubalo propter paſſam ad Vrbis ornatum jussam demolitionem domorum directe, vel indirecte fideicommiſſariarum, credidit tunc Rota, nullam in hac partita verificari læſionem, & hodie per impartitionem novæ audientiæ, querimoniæ radices 2 reaſſumendo, confirmavit jam dictum, *perſeverando in deciſis*, quemadmodum decebat ex ipſa quidditate, ſeu definitione Juſtitiæ, de qua *in §. Iuſtit. de Iuſtit. & Iur.*, ut ſit conſtans, & perpetua voluntas &c.

Ratio perſeverantiæ ſtetit in eo, quod licet Hyacinthus ex cauſa projectus inionditi, ut ſupra, per *ſa. mem. Alexandrum VII.* Vrbis noſtræ in pluribus Reſtauratorem, recepiſſet ad formam Gregorianæ conſtitutionis appretium duarum domorum, directe vel indirecte, ut prçmiſimus, fideicommiſſariarum, in ſumma ſcutorum 4728. 7., videlicet ratione domus omnino fideicommiſſariæ ſcuta 1796. 88. & ſcuta 2931. pro altera domo ſubrogata, & eſſecta de fideicommiſſo ejuſdem Mutii de Bubalo quapropter videretur, Hyacinthum omnino teneri referre ad calculum reſtituendæ hæreditatis utramque quantitatem, ut eſt de eſſentia, ſeu incumbentia cujuslibet hæredis gravati, videlicet bonificare ſubſtituto ſeu poſt ſe vocato, loco rei ex facto Principis inexiſtentis, 3 ipſum valorem, ac pecuniam, vice alienationis coactæ, aut voluntariæ ſuſceptam, ac ſubrogatam, ad tradita per *Text. in l. deducto §. Cum hæreditas ff. ad Trebell. penes Cravet. conſ. 316. num. 3. in princip., Cyriac. contr. 5. num. 23., Peregrin. de fideicomm. art. 45. num. 15., Rota deciſ. 225. num. 1., coram Celſo deciſ. 241. num. 1., coram Emerix Iun., & in rec. deciſ. 232. num. 39. par. 19.*

Nihilominus ſeorſim agendo de unoquoque appretio, quatenus attinebat ad primam domum fideicommiſſariam, ſive ſummam ſcutorum 1796. 88. DD. adverterunt, in facto conſtare, quod huiuſmodi quantitas ſcut. 1796. 88. perventa ad manus Hyacinthi ad tenorem præcitatæ conſtitutionis Gregorianæ *la* 22. per organum Ædilium, ſive Magiſtrorum Viarum

rum non fuerat numerata pro jactu totius do-
mus fideicommiſſariæ Mutii de Bubalo, ſed tan-
tummodo partialiter, ſive pro illa parte, quæ
præpediebat ornatum volitum *a Gregorio* XIII.
& executioni demandatum a prælaudato ſan.
mem. *Alexandro* VII., unde cum ſuper rema-
nente majori portione domus fideicommiſſariæ
in ſuo primævo ſtatu Hyacinthus, ut par erat,
obtemperans Supremo Principi longe ſuperio-
rem quantitatem implicaverit, domus autem
vetus remanſa unacum refectionibus, noviſque
ornatibus, additamentis, & meliorationibus
tranſierit in Bartholomæum, & Raynerium
fideicommiſſarios congruum omnino erat,
quod idem Bartholomæus, & Raynerius fi-
deicommiſſarii ſentientes hujuſmodi commo-
dum, & utilitatem melioramentorum, ac
4 reaptationum, æqua lance ſubirent incommo-
dum expenſarum quodammodo neceſſariarum,
ſive ex facto Principis derivantium, juxta re-
gulam, de qua *juris conſultus in l. ſecundum na-
turam* 10. *ff. de regul. Iur., Surd. conſ.* 150.
num. 11., *Gratian. diſcep.* 374. *num.* 21., *Surd.
de alim. tit.* 6. *quæſt.* 11. *num.* 20. *Fontanell. de
pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſſ.* 2. *par.* 3. *num.* 11. cum
aliis *in addit. ad deciſ.* 36. *num.* 28. *coram
Aic, Rota deciſ.* 1222. *num.* 5. *coram Emerix
Jun. & deciſ.* 533. *num.* 14. *par.* 19. *recent.*

Impenſa vero erogata per Hyacinthum aſcen-
debat ad ſcut. 10118., quemadmodum pro
quantitate ſcut. 9941.45. apertiſſime liquebat
ex totidem ſolutionibus apparentibus in Sacro
Monte Pietatis, pro complemento autem
ſuis id, quod deerat, evincebatur ex Re-
latione Joannis Antonii de Rubeis Periti, *Sum-
mario Actorum num.* 6.; Ideoque dum Hiacin-
thus hujuſcemodi melioramenta candide de-
ſcripſerat, ac appoſuerat in quodam folio pro
ſolis ſcutis 8000., manibus palpabatur, quod
potius modeſte ſe geſſiſſet, quodque ſi in eo-
dem folio non deſcripſerat ſummam ſcut. 1796.
88. habitam a Magiſtris Viarum, illam com-
prehenderit, vel ſupputaverit in majori valu-
tatione melioramentorum, ſicque a primo ad
ultimum Actores exclamantes citra hanc par-
5 titam, fruſtra prætendebant, quod per obten-
tam immiſſionem in domo majoris potius effe-
cta valoris, intus habebant, ut ait *Corn. conſ.*
64. *num.* 10. *verſic. ſic autem lib.* 1., *Gratian.
diſcept. for. cap.* 722. *num.* 27., *Rota deciſ.* 329.
num. 9. *par.* 17., *deciſ.* 620. *num.* 3. *par.* 18.
recent., *& in Faventina Salviani* 28. *Junii* 1701.
§. *Manente*, *& in Romana Immiſſionis* 2. *Julii*
1703. §. *Retento coram Me.*

Nullatenus adverſus hunc planum, & ratio-
nabilem diſcurſum obſiſtente Actorum repli-
catione, nimirum, quod non eſſet attendenda
peritia Joannis Antonii de Rubeis, veluti con-
fecta ſolummodo extrajudicialiter, ac nonni-
ſi poſt annos 20. ab exactis, ſeu factis melio-
ramentis: *Domini* namque rurſus inhærentes
ſummæ probitati bo. mem. Hyacinthi de Bu-
balo, de qua latius in altera *Romana fideicom-
miſſi Mutii de Bubalo ſuper arte agraria* 10. *Maii*
1702. *coram Me*, non potuerunt abſcedere ab
eodem folio per ipſum exarato, & cujus vigo-
re in ſubſtantia præcitati Actores aſſecuti fue-
rant immiſſionem ſuper pluribus bonis, alias
non ita de facili conſequibilem, quando præſer-
tim idem folium jam in parte præſeferebat ſu-
pra ponderatam modeſtiam, ex quo pro hiſce
reaptationibus, & melioramentis apponebat
6 ſcuta dumtaxat 8000., & tamen quod illa im-
portarent ſcut. 9941.85., ſuperlative juſtifica-
batur ex ordinibus per eum directis Sacro Monti
Pietatis, ac reſpective perſolutis, ſive adim-
pletis, ex quibus emergere probationem indu-
bitatam, nedum de jure probant adducti *in
Neapolitana Pecuniaria* 8. *Iunii* 1685. §. *Regu-
lare*, *&* 15. *Martii* 1686. *in princ. coram bo. me.
Albergato*, ſed & præciſe pluries fuit reſolutum
ut *in deciſ.* 1088. *num.* 4., *coram Seraphin.*, *dec.*
251 *n.* 5. *poſt Zach. de oblig. Camer. dec.* 734. *n.* 1.
cor. Emerix Jun., *& in rec. dec.* 226. *n.* 5. *par.* 9.

Quapropter ſi in reſtanti parva quantitate,
nempe uſque ad ſummam ſcut. 10118. deficie-
bat formalis comprobatio effectiva, non pote-
rant Domini fidem non præſtare Perito hujuſce-
modi ſummam adiicien., etſi poſt intervallum
annorum circiter 20., cum idem Peritus, &
Inſignis de reliquo Architectus, teſtificaretur
de facto proprio, tanquam, adhibitus uſque
ab initio pro ipſo ornatu Urbis, & refectione
fabricarum, de quibus agebatur, ex recepta
propoſitione, quæ alias poſſet multipliciter
corroborari circa Teſtes de proprio facto depo-
nentes, & circa Peritos, quibus ſtandum eſt
7 in dubio in ordine ad eorum artem & peritiam,
quemadmodum ſuper prima concluſione
affirmarunt *Jaſon. in l. necis num.* 8. *ff. de acquir.
hæred*, *Maſcard. de probat. concluſ.* 1225. *num.*
10., *Farinac. de teſtib. q.* 63. *num.* 221., *deciſ.*
173. *num.* 3., *coram Priolo. deciſ.* 378. *num.* 10.
par. 17. *rec.*, *deciſ.* 401. *num.* 7. *par.* 18., *&
deciſ.* 584. *num.* 9. *par.* 19. ſuper ſecunda conno-
tarunt *Bald. conſ.* 445. *num.* 6. *lib.* 1., *Dec.
conſ.* 488. *num.* 12., *Menoch. conſ.* 358. *num.*
31. *lib.* 4., *Surd. conſ.* 126. *num.* 17. *lib.* 1.,
Grat. diſcept. foren. cap. 600. *n.* 27., *Franc. Marc.
deciſ.* 460. *poſt princip. par.* 2., *Rot. deciſ.* 46.
num. 25. *inter recollect. per* Modern. *Aſcnlan. ad
Stat. Vrbis tom.* 3., *& in rec. dec.* 623. *num.* 7.
par. 1., *& dec.* 612. *num.* 2. *par.* 19.

Perperam autem objectare in hoc propoſito
viſi ſunt Informantes pro Marchione Bartho-
lomæo, illiuſque in lite conſorte; ipſi namque
quodammodo dignoſcentes efficaciam hujus
inſimul junctæ probationis, ſatagebant enerva-
re fundamentalem ſubſtantiam reſultantem
a prædicta ſolutione ſcut. 9941. 85 per orga-
num Sacri Montis Pietatis, ſub eo cæteroquin
rationabili colore, quod pleræque ſolutiones
ſonarent per viam mandatorum cantantium,
pro reſiduo laboreriorum, abſque eo quod
poſi-

poſitive oſtenderetur ſatisfactio præcedentium
8 ſolutionum ſingillatim factarum, *ſed Dominis*
pariter eluſit, nimium eſſe rigorem expoſtu-
latum ab Actoribus in hac hypotheſi, quia
dum iidem Actores conſecuti, ut diximus fue-
re immiſſionem vigore folii, pluſquam candi-
de exarati per Hyacinthum, eidem vero folio
conjungebatur relatio Periti, & conſimatio
mandatorum præſeferentium illam clauſu-
lam - *per ſalde &c.* - non erat, utique præſu-
mendum quod in præcedenti quantitate arti-
fices recipientes ſolutionem *per ſaldo*, non
9 fuiſſent in rei veritate dimiſſi, & ſatisfacti,
prout ſecumfert quelibet ſolutio confeſſata,
ſive recepta *per ſaldo*, teſte *Rota deciſ.* 416.
num. 3. *par.* 19. *recentior.*, alias inferre opor-
teret, quod & iidem Artifices, ipſeque vir
Nobilis, & probus Hyacinthus inſimul colluſiſ-
ſent, abſque tunc neceſſitate, vel occaſione,
quod utique jura noſtra regulariter non ad-
10 mittunt, ex animadverſis per *DD. in rubr.*
ff., *& C. de colluſion. detegen.*, *Natt. conſ.* 537.
num. 30., *Cyriac. controv.* 216. *num.* 14. *Rota*
deciſ. 365. *num.* 3. *coram Buratto deciſ.* 157.
num. 27. *coram Ludoviſ. decis* 19. *num.* 22., *&*
23. *coram Priolo deciſ.* 107. *num.* 11. *par.* 17.
rec. deciſ. 613. *num.* 7. *par.* 18., *& dec.* 529.
num. 4. *par.* 19.

Conſtabilito hoc fundamento quoad primum factum, ſive domum, pro qua ſuſceperat Hyacinthus ſc. 1796. 88., in folio non adnotata, facile fuit evitare etiam ſecundam partem hujus decimæ partitæ pro conſimili ſolutione facta a Magiſtris Viarum ratione domus nuncupat. di Paſino, quæque effecta fuerat, ut præmiſimus, indirecte fidecommiſſaria. Quavis etenim a prænominatis Magiſtris Viarum Hyacinthus recepiſſet pro conſimili jactu per *ſan. mem. Alexandrum VII.* ſcuta 2931. adhuc quia pariformiter obſtrictus fuerat pro reaptatione ad mentem ejuſdem Summi Pontificis ingentes pecunias impendere, quę una cum primordiali emptione importabant ſc. 18000. & ultra hinc dum idem Hyacinthus in ejus folio proprium creditum ſubduxerat, & refrænaverat, dicens *in Summario* D. Marchionis Sanctacrucis illum repræſentantis, diſtributo *ſub die* 23. *Junii* 1698. *coram R. P. D. meo Lancetta* ibi - *compra della caſa, e miglioramenti fatti, che importano più di* 18. *mil. ſcudi, ſe ne pongono in credito ſcudi ſedici mila* - Ecce quod pariter elucebat candor Hyacinthi, qui conjungens utramque ſummam, habitam a Magiſtris Viarum pro ſupranominato jactu, ſi in hac ſecunda domo quidquam deficere videbatur in altera ſuperabundabant ſcuta 321. 12. & ob id mentio non facta de pecuniis receptis, vel ſuffocabatur, vel pœne adæquabatur ab importantia, & calculo mélioramentorum, utriuſque domus ſicuti fieri conſuevit in omni redditione rationis per partitarum, & Crœditorum contrapoſitionem, ut
11 habetur *in Romana Pecuniaria* 12. *Februarii* §. *Terminata*, *et* 28. *Junii* 1700. *in principio coram R. P. D. meo Caprara*, *et* 14. *Martii pariter in principio*, *et* 20. *Junii* 1701. §. *De credito coram R. P. D. meo de la Tremoille*, *et* 11. *Januarii* 1703. §. *Iuſtitia vero cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Et ita Domini perſiſtentes in deciſis, neutiquam valuerunt in hodierna trutinatione a folio Hyacinthi reſilire, utraque &c.

ILLERDEN. DISTRIBUTIONUM.

Lunæ 7. *Aprilis* 1704.

ARGUMENTUM.

Diſtributiones quotidianæ quibus debeantur & an valeat Conſuetudo lucrandi diſtributiones quotidianas ab illis, qui abſunt a Chorali ſervitio Eccleſiæ, maxime ſi accedat neceſſitas, & utilitas ejuſdem Eccleſiæ, & ex quibus excludatur, iſta neceſſitas, ſive utilitas. Immemorabilis in hac materia quando probata dicatur, & quando non.

SUMMARIUM.

1 *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire.*
2 *Diſtributiones debentur tanquam militaria Inſtrumenta illis qui ſubſtinent pondus diei, & æſtus in Choralibus ſervitiis illius Eccleſiæ, a qua prætendunt recipere diſtributiones.*
3 *Vicarius Epiſcopi inſimul, & Canonicus ſi Choro interſit in Sede debita illius honorificentiæ minime perfruitur diſtributionibus ſibi cæterequin competentibus tanquam Canonico.*
4 *Confraternitates ſtant ſolum materialiter adjacentes, vel Connexæ eidem Cathedrali, vel alteri Eccleſiæ, ſed in omnibus, & per omnia diſcernuntur ab eadem Eccleſia, ejuſque corpore, vel Capitulo.*
5 *Unioni, ac identificationi nil magis contradicit quam diverſa Burſa, & diverſa Legum ordinatio.*
6 *Privilegia, vel conventiones initæ in ipſo actu fundationis nunquam pati poſſunt alterationem, vel quomodolibet immutari, vel infringi per leges poſtea promulgatas.*
7 *Diſtributiones quotidianæ lucrari nequeunt ab eo qui excepta cauſa adverſæ valetudinis, aut neceſſitatis, ſive utilitatis ejuſdem Eccleſiæ a Chorali ſervitio ſe eximeat.*
8 *Concordia abrogata, vel contradicta, nec obſervatu capax non eſt præbendi aliquem titulum ad Juris deſtructionem.*
9 *Canonici, & Capitulum non valeat per quamcumque legem, ſeu conſuetudinem injungere ſeu tolerare, ut diſtributiones percipiantur ab iis, qui Choro non interſunt.*
10 *Beneplacitum, & confirmatio S. Sedis non probata continuata obſervantia nuſquam præſumitur.*

Diſtri-

Digitized by Google

11 *Diſtributiones quotidianas, ut Canonici non intereſſentes Divinis poſſint acquirere, id non poteſt induci ſtatuto, conſuetudine, vel qualibet alia diſpoſitione.*

12 *In fundationibus novorum Beneficiorum, & Eccleſiarum, Eccleſia ſolerat apponi Leges quandoque contrarias juridicæ determinationi.*

13 *Limita in hac materia diſtributionum.*

14 *A diverſis non fit illatio.*

15 *Ob inobſervationem pactorum poteſt quis reſilire a concordia, & redire ad pr meva jura.*

16 *Immemorabilis conſuetudo non datur abſque titulo vero, vel præſumpto.*

17 *Ad probandam immemorabilem Teſtes deponere debent cum requiſitis* Gloſſ. in cap. 1 verb. Memoria de præſcript. in 6.

18 *Immemorabilis eſt adeo delicata, ut interverſionem patiatur quotieſcumque nedum actus publici emanaverint in contrarium, ſed ſi ſolus rumor in oppoſitum irrepſerit.*

19 *Conſuetudo lucrandi diſtributiones in abſentia valet, ſtante neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ.*

20 *Neceſſitas, atque utilitas unius corporis collegiativi, vel Eccleſiæ, non poteſt ſubextendi ad neceſſitatem, atque utilitatem alterius.*

21 *Utilitas ad hujuſmodi effectum ex quibus excludatur.*

22 *Societas Leonina omni jure reprobatur.*

DECISIO CCCXIV.

NON *poteſtis* (dicebat Veritas:) *duobus Dominis ſervire*: Quapropter cum Bene-
1 ficiati, & Portinarii Cathedralis Eccleſiæ Illerden ſuperlucrari prætenderent Diſtributiones Maſſæ, ut ibi nuncupant, *Communis*, ſolum de cætero debitas Intereſſentibus Horario ſervitio ejuſdem Cathedralis Eccleſiæ, de tempore, quo detinebantur in regimine, atque gubernio Confraternitatum Sancti Salvatoris, & Sanctæ Mariæ Veteris, ibidemque Sacra faciebant, facile ſuccubuerunt in Judicio ab eis intentato ſuper manutentione *coram R. P. D. meo Priolo* in iterata propoſitione ſecuta *ſub diebus* 8. *Martii* 1702., *&* 22. *Januarii* 1703. Sed & pariformiter defecere in altero Judicio per eoſdem reaſſumpto in bono Jure, ſive petitorio, nam idem *R. P. D. meus Priolus* prævia *deciſione* 17. *Junii* 1704. nedum declaravit hoc ipſum, ſed ſuperadiecit ulterius, præfatas Diſtributiones, ſeu fructus fore reſtituendos a die motæ litis, hodieque tandem non minus devoluta appellatione apud me ſciſcitans ego Dominos meos Correſponſales, habui reſponſum, *præcedens Iudicatum Rotale penitus eſſe confirmandum*.

Habita namque incontinenti præ oculis diſtinctione, nihil commune inter ſe habere ſervitium, quod per præfatos Beneficiatos, & Portionarios impendebatur ſupra memoratis Confraternitatibus cum intereſſentia, & ſervitio per illos præſtando ipſimet Eccleſiæ Cathedrali, cui jam in aſſecutione eorum Beneficii, & Portionis erant mancipati, clarum erat, nequiviſſe controverſos fructus, ac diſtributiones conſequi, & apprehendere, cum eæ non dentur niſi, tanquam Militaria ſtipendia, illis, qui ſubſtinent pondus diei, & æſtus in Choralibus ſervitiis, aliiſque muneribus illius Eccleſiæ, a qua prætendunt, recipere
2 correſpectivas diſtributiones, & emolumenta ad limites *Text. in cap. unic. de Cleric. non reſiden. in. 6., & cap. licet 32. de Præbend.*, & tradita per *Lotther. de re Benefic. quæſt. 19. num. 16. cum ſeqq.*; *Barboſ. de Canonic., & Dignitat. cap. 21. num. 3., & cap. 25. num. 11. verſic. Inter hos, Panimoll. deciſ. 20. adnotat. 3. num. 2., Rot. deciſ. 193. num. 17. coram Bavatt., deciſ. 309. num. 16., & 17. par. 7. Recent., in Alexandrina Diſtributionum 20. Martii 1699. §. Non enim coram R. P. D. meo Lancetta, & in altera Illerden. Diſtributionum inter has Partes 5. Martii 1703. §. Nullo ſiquidem coram me.*

Idque videmus, quod adeo ſolida extitit hujuſmodi diſtinctio, implendi ſcilicet proprium officium reſpectu Eccleſiæ, cui quiſpiam reperiatur ſub illo exercitio alligatus, ut ſi aliquis reperiatur e. g. Canonicus Cathedralis, & inſimul Vicarius Epiſcopi, ſatagat autem Choro intereſſe in Sede alioquin debita honorificentiæ Vicarii extra proprium gradualem ordinem Canonicalem, potiatur quidem hac inſigniori prærogativa, ſed minime perfruatur
3 diſtributionibus ſibi cæteroquin competentibus tanquam Canonico, ut pluries definivit *Sacra Congregatio Rituum*, & ſignanter *in una Aceren. 21. Junii 1632.*, aliiſque relatis per *Barboſ. de Canonic. cap. 18 num. 32. & cap. 36. num. 7.*, & advertunt idem *Barboſ. ad Sacrum Concil. Triden. in. cap. 16. ſeſſ. 24. de reformat. num. 8., Monet. de diſtribution. quotid. part. 2. quæſt. 11. num. 83. Cardinalis de Luca de Præeminent. diſcurſ. 41. num. 9., Panimoll. deciſ. prima adnotat. 5. num. 49.*

Jactis itaque hujuſmodi fundamentis, nulla verſata fuit amaritudo circa appellationem ad theſim, de qua agebatur, ſiquidem, quod Confraternitates, quibus opitulari intendebant Beneficiati, & Portionarii, forent undequaque diſtinctæ ab ipſa Eccleſia Cathedrali formiter ſumpta, ſatis ſuperque evincebatur de
4 Jure, juxta quod Confraternitates ſtant ſolum materialiter adjacentes, vel connexæ eidem Cathedrali, vel alteri Eccleſiæ, ſed in omnibus, & per omnia diſcernuntur ab eadem Eccleſia, ejuſque Corpore, vel Capitulo, quemadmodum videre eſt apud *Matt. conſil. 62. num. 6., Caſtrenſ. conſ. 50. num. 3. lib. 2., Gabriel. conſ. 162. numer. 2. lib. 2., Capon. diſceptat. forenſ. 345. num. 3., & 12., Tondut. quæſt. Benific. pur. 3. cap. 43. num. 5. cum ſeqq., Franciſc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 25. numer. 186., Rot. coram Bich. deciſ. 100. numer. 8.*, alioſque *in deciſ. hujus Cauſæ dici 8. Maii* 1702.

§. final., *& in altera dici 27. Junii 1703. §. Primo coram R. P. D. meo Priolo*, .

Potiſſime, quia etiam in facto præter facultatem a repræſentantibus Eccleſiam Cathedralem conceſſam ipſi Confraternitati, ſive Confratribus ædificandi propriam ſeparatam Capellam, eadem Confraternitas actu regebatur omnino differentibus legibus, & ſtatutis, ac diverſos omnino loculos tenebat, quando nil magis contradicit cuilibet identificationi, ac unioni, quam diverſa Burſa, diverſa legum
5 ordinatio, ex deductis per *Franceſ. de Eccleſ. Cathedral. cap. 25. num. 463.*, *Rota deciſ. 472. num. 2. coram Coccin.*

Nilque adverſus hæc, in ſe certiſſima; ſuffragari valebat exagerata Concordia anni 1482. per quam aſſerebatur cautum fuiſſe, quod Canonici, & Beneficiati incumbentes Negociis hujuſmodi Confraternitatum poſſint contextualiter adipiſci Diſtributiones, quodque eo validius deberet eadem Concordia ſubſiſtere, ex quo veluti celebrata in limine fundationis, erat attendenda non obſtantibus quibuſcumque ordinationibus, etiam Sacri Concilii Tridentini poſtmodum ſupervenientis, dum nunquam privilegia, vel conventiones initæ in ipſo actu fundationis pati poſſunt alterationem, vel quomodolibet immutari; vel infringi per leges
6 poſtea promulgatas, ſecundum ea, quę affirmavit *Rota deciſ. 518. num. 3. coram Merlin. deciſ. 316. num. 18. par. 10. recent.*, *in Hiſpalen. Diviſionis ſimultaneę 11. Februarii 1697. §. Nihilominus coram R. P. D. meo Muto*, *& in Melphicten. Capellaniæ 7. Junii 1700. §. Parum*, *& ſeqq. coram me*, & in propoſito *Fagnan. in cap. licet num. 58.*, *& 131. de Prabend.*

Quoniam multifariam proſternebatur hujuſmodi munimentum, non ſolum quippe minime docebatur, quod hæc concordia fuiſſet ſemper, & inviolabiliter obſervata, ſed potius e converſo Epiſcopus Virgilius ſub anno 1615. in poſitiva per eum facta Viſitatione, *ut in Summario Beneficiatorum diſtributo die 8. Maii 1702. coram R. P. D. meo Priolo, num. 3.* decrevit oppoſitum, generice ſtatuendo, neminem a Chorali ſervitio, ipſiuſque Eccleſiæ abeuntem lucrari poſſe quotidianas diſtributiones excepta legitima cauſa adverſæ valetudinis, aut neceſſitatis, ſive utilitatis ejuſdem
7 Eccleſiæ juxta mentem, & limitationem Sacrorum Canonum, de qua *Barboſ. in annotat. ad Concil. Tridentin. cap. 12. ſeſſion. 24. de reformat. num. 86. 88.*, *& ſeqq.*, *Azor. Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 7. cap. 7. quæſt. 10.*, *Franc. Leo Theſaur. for. Eccleſ. part. 3. cap. 2. num. 2.*, *Pignatell. conſult. Canon. 115. num. 51. tom. 9.*, *Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. primo num. 1172.*, *Panimoll. deciſ. 20. adnotat. 3. num. 48.*, *& 57.*, *Monet. de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 5. num. 48.*, *& quæſt. 6. a num. primo*, *Rota deciſ. 567. num. 2. coram Bich.*

Quinimo in capitularibus reſolutionibus ſtabilitis de *ann.* 1621. ſpecialiter cautum fuit, quod Priores, & Confratres Sancti Salvatoris, ac Sanctæ Mariæ *la Vecchia* perfrui nequirent diſtributionibus, niſi præſentes eſſent in Choro, *Summario Capituli dici 8. Maii* 1702. *num.* 2. Quapropter cum præfata Concordia fuerit, vel abrogata, vel contradicta, ſuumque pacificum, & continuatum non obtinuerit effectum, nullus in ea Titulus ad Juris deſtructionem fundari poterat ex traditis
8 in ſpecie Concordiæ non obſervatæ, per *Rot. coram Dunoz. Jun. deciſ. 472.*, *& deciſ. 533. utrobique num. 7. in Recent. deciſ. 252. num. 12. part. 13.*, *& deciſ. 227. num. 8. part. 18.*

Potiſſime quia neque hæc Concordia anni 1472. apparebat robore Apoſtolicæ confirmationis fulcita, ideoque perſpicuum reddebatur, quod non poterat comprehendere niſi ad ſummum ſuos Authores, quinimo, quod neque Canonici, neque Capitulum valeant
9 hoc per quamcumque legem, vel conſuetudinem iniungere, vel tolerare unanimiter docuerunt *Archidiac. in cap. primo in fin. verſic. dic quod forte, de Cleric. non reſiden. Gallemart. in addit. ad Sac. Conc. Tridentinum cap. 12. ſeſſ. 24. de reformat. num. 19.*, *Barboſ. ibidem num. 108.*, *& ſeqq.*, *& de Canon. cap. 22. num. 20. & 21.*, *Aloyſius Ricc. prax. for. Eccleſ. part. prima reſolut. 384. num. 7.*, *Pignatell. conſultat. Canon. 115. num. 86. tom. 9. Rota deciſ. prima*, *& deciſ. 567. num. 20. & 21. post Monet. de diſtribut.*, *deciſ. 153. num. primo*, *& 2. coram Merlin.*, *& deciſ. 61. num. 3. part. prima Recentiorum*, & reſpondit *Sacra Congregatio Concilii in una Giennen. Diſtributionum 25. Aprilis 1700.*

Quod ſi Portionarii, & Beneficiati recurſum habuiſſent ad præſumptionem Apoſtolicæ confirmationis per tanti temporis defluxum, jugiter reincidebamus in idem, quia non probata continuata obſervantia beneplacitum, &
10 confirmatio Sanctæ Sedis nuſquam præſumitur, ut inquit *Vecool. conſultat. forenſ. cap. 47. num. 32.*, *Antonell. de temp. leg. cap. 72. verſic. Notandum tamen*, *Lotther. de re Beneſic. lib. 2. quæſt. 28. num. 91.*, *Cardinalis de Luca de Juriſdiction. diſcurſ. 7. num. 15.*, *& de Jurepatronat. diſcurſ. 19. num. 4.*, *& 5.*, *Rota deciſ. 271. num. 7.*, *& deciſ. 463. num. 10. coram Cerr.*, *deciſ. 220. num. 22. coram. ſan. memor. Alexandro VIII.*, *deciſ. 304. num. 11. part. 7.*, *& deciſ. 15. num. 23.*, *& ſeqq. part. 11. Recentiorum*.

Præſuppoſuimus Concordiam hanc eſſe deſtructivam Juris communis, quia præciſive a limitationibus ſupra inſinuatis, nempe Infirmitatis, vel abſentiæ ex cauſa neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſię, palam Jura Pontificia, & Æcumenicæ Sanctiones, nedum contrarium diſponunt, ſed & obtruncant expreſſe quamcumque
11 Conſuetudinem, & Statutum, ſicuti proſe-

quun-

quuntur ad normam *cap. unic. de Cler. c. non reſiden. in ſexto*, & *Sac. Concilii Tridentin. ſeſſion. 24. de reformation. cap. 12.*, *Barboſ. ibidem num. 111.*, *Pignatell. dicta conſultat. 115. nu. 2.*, & *3. tom. 9.*, *Garz. de Benefic. par. 3. cap. 2. nu. 498.*, *Panimoll. dec. 20. adnotat. 3. numer. 21.*, *Paul. Rub. in annotat. ad dec. 576. n. 170. part. 4. tom. 3. Recent.*, *Rota coram Buratt. deciſ. 193. num. 19.*, & *in Moguntina Canonicatus 6. Aprilis 1696. §. Nec ad evitandam coram bo. mem. Urſino.*

Cæterum, quæ ſubjungebatur reſpectu fundamentalitatis hujus Concordiæ, utique in abſtracto, & in pleriſque caſibus vera erat roboratio deſumpta per Beneficiatus, & Portionarios, cum Eccleſia toleret apponi in fundatinne leges quandoque contrarias juridicæ determinationi, uti paſſim videmus in fundationi-
12 bus novorum Beneficiorum, ac Eccleſiarum, ad *Text. in cap. Præterea il ſecundo de Jurepatronat.*, & tradita per *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 29. num. 3.*, *Lotther. de re Benefic. lib. primo queſt. 32. num. primo*, & *3.*, *Lambertin. de Iurepatronat. lib. 1. par. prima artic. primo quæſt. 9. num. 52.*, *Barboſ. de offic.*, & *poteſt. Epiſcop. part. prima tit. 2. gloſſ. 17. num. 28. Card. de Luca de Iurepatronat. diſcur. 68. nu. 9.*, & *10.*, *Panimoll. deciſ. 88. adnot. 3. num. 29. cum aliis in addit. ad deciſ. 38. num. 19. coram me.*

Aſt objectum ibat in præceps in noſtris terminis diſtributionum, & in caſu, de quo agebatur, nam in propoſito diſtributionum jam vidimus, quod *Bonifacius Octavo in præfato cap. unico de Cleric. non reſiden. in 6.* & *Sac. Concil. Trident. dict. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 12.* conſpirabant in abolitionem conſuetudinum contrariarum, ac ſtatutorum reſpective, & de reliquo pacifica res non eſt, prout egregie adno-
13 tatum fuit in hac cauſa in *decil. diei 22. Ianuarii 1703. §. Nec pro juſtitia cor. R. P. D. meo Priolo*, utrum hæ leges fundamentales alioquin diminutivæ cultus Divini fuerint abrogatæ, nec ne per cenſuram Sacroſancti Concilii Tridentini de qua ſupra, ita diverſimode tacto articulo, & reſoluto per Sacram Congregationem Concilii apud *Fagnan. in dict. cap. licet nu. 52.* & *n. 131. de Præbend.*

Quando vero etiam ultra reſponſiones jam datas, & ſignanter illam ineffectuationis huius Concordiæ, ejuſque infractionis ſub annis 1615., & 1621. ſine reclamatione ſive appellatione Beneficiatorum, & Portionariorum ſubſiſteret ſententia tolerativa legum fundamentalium, ſive pactorum appoſitorum in fundatione, objectum profligabatur ex facto, dum longe prius fundata reperiebatur Confraternitas, multoque magis Eccleſia ipſa Cathedralis Illerden., ſiquidem de prædicto anno 1482. convenit Capitulum Eccleſiæ Illerden. tribuere locum, ſive Cappellam prædictæ Confraternitati certo certius præexiſtenti cum ſuis Officialibus, un-

de dumtaxat ex præfata Concordia valebat inferri, juxta *Summarium datum a Beneficiatis num. 1.* quod iſta Confraternitas alibi exiſtens fuerit translata intra circumdarium Eccleſiæ Illerden. cum pactis, & conditionibus conventis in ſæpe enunciata Concordia, nuſquam ta-
14 men quod hæc nuda translatio poſſet cenſeri nova fundatio tolerata, ut diximus, per Eccleſiam, Sacroſque Canones cum pactis juri contrariis, excluſaque proinde ad oculum fundatione nequibant commiſceri invicem termini, & de una ad aliam inferri *vulg. leg. Papinianus ff. de minor.* de qua *in addit. ad deciſ. 42. num. 37. cor. me*, & *in Peruſina Aſſidus ſuper aſſociatione 3. Februarii 1702. §. Parum, pariter coram me.*

Itaut ad ſummum loco diminuendi cultum Divinum, introducendique abuſum, quod deſerviens uni Altari debeat alimentari de alio, poſſent fortaſſe Confratres ob in obſervationem pactorum reſilire a Concordia, ac redire ad locum unde venerant, vel alio, quemadmodum frequenter habetur in materia Concor-
15 diarum, quæ perperam prętenduntur infractæ apud *Andreol. controu. for. 286. num. 103. Urceol. de tranſact. quæſt. 70. nu. 13.* & *ſeqq. Card. de Luc. de Benef. diſc. 79. n. 5.*

Proſtrata Concordia facile collapſa eſt ſecunda aſylus exageratæ conſuetudinis immemorabilis, non tantum, quia minime verificabantur in facto neceſſaria requiſita ad fundandam immemorabilem, reſtitutio quippe diſtributionum perceptarum implorata per Capitulum ſupponebat utique factum alicujus conſuetudinis, vel perceptionis, ſed non includebat tempus immemorabile, quando jam ex præmiſſis eſulgebat, vel fuiſſe titulum allegatum inſubſiſtentem Concordiæ, quis dixerit, quod ſublato titulo allegato poſſit ullum figere pedem immemorabilis, quę abſque titulo vero, vel præ-
16 ſumpto non datur, ad ea, quæ in terminis *Adden. ad Gregor. deciſ. 353 num. 19.*, *Rota deciſ. 29. num. 36. 41.* & *60. par. 7. rec. deciſ. 40. num. 15.* & *16. coram Priol*, & *dec. 102. num. 65. apud Modern. ad ſtat. Urb.*

Addito pariter in facto, quod Teſtes ad hunc eumdem finem inducti minime deponebant juxta formam traditam *a Gloſſ. in cap. 1. verb. memor. de præſcript. in 6.* Quodque tandem quælibet immemorabilis ſeorſim ſumpta ab inva-
17 lido titulo Concordiæ ſatis ſuperque diſrupta remanſiſſet ab actis ſupra memoratis *annorum 1615.* & *1621.* Immemorabilis etenim adeo eſt delicata, ut maculam patiatur, & regum, ac omnimodam interverſionem, quotieſcumque nedum actus publici emanaverint in con-
18 trarium, ſed ſi ſolus rumor in oppoſitum irrepſerit, *Sperell. dec. 69. num. 29.*, *Rota dec. 139. n. 10. par. 18. rec. in Calaguritana Decimarum de Haro 8. Martii 1700. §. Nihilo tamen minus, coram me, in Firmana Iuriſdictionis ſuper reſervatis 15. Aprilis 1701. §. In præſenti* co-

coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano, & *in altera Illerden. Juris mulctandi ſuper negocio principali* 23. *Ianuarii* 1702. §. *Et extra difficultatem coram R. P. D. meo Muto*,

Agnoſcebant Beneficiati, & Portionarii robur ineluctabile tot exuberantium reſponſionum, ideoque ſignanter ad finem ſubſtinendi aſſ. conſuetudinem immemorabilem recurrebant ad cauſam exageratæ neceſſitatis, ac utilitatis Eccleſiæ pro permittenda illorum abſentia a Chorabilibus ſervitiis, dum ſtante neceſſitate, ac utilitate Eccleſię non deerant qui ſint opinati,
19 valere conſuetudinem lucrandi diſtributiones etiam in abſentia, ex traditis per *Paſſerin. in cap. unic. de Cleric. non reſid. in 6. num. 69. in fin. & num. 75. Sanchez. conſil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 110. num. 3. Zypp. in Ius Pontific. lib. 3. tit. de Cleric. non reſid. num. 13. Lotter. de re beneſic. lib. 3. q. 27. num. 149. Pignatell. Conſult. Canonic. 129. num. 3. & 6. cum ſeqq. tom. 1. Monet. de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 12. num. 54. ver. Tum denique*, *Antonel. de jur. & oner. Cleric. lib. 2. par. 6. cap. ultim. nu. 194. verſ. Non deſunt tamen*, qui multos caſus exemplificat.

Sed hoc quoque refugium inventum eſt debile, & inſubſiſtens, allegata quippe neceſſitas, & utilitas concernebant dumtaxat ipſam Confraternitatem, cujus reſpectu plures requirebantur adminiſtri, qui ſacra facerent, aſſiſterent, exteris celebrantibus in magno numero, introitus reciperent, eiſdemque miſſis, aliiſque oneribus ſatisfacerent, verum nihil id habebat commune cum præmiſſa ab initio diſtinctione Cathedralis Eccleſiæ, ac hujus Confraternitatis, unde reincidebat antedictum Euangelicum Oraculum: *Non poteſtis duobus Dominis ſervire*, ac neceſſitas, vel utilitas unius corporis collegativi, vel Eccleſiæ non poterat ſubextendi
20 ad neceſſitatem, ac utilitatem alterius, ut in propoſito *Io. Andr. in d. cap. unico num. 3. verſ. Intelligendum de Cleric. non. reſid. lib. 6. Fagnan. d. cap. licet num. 160. & ſeqq. de Præb. Caſtropal. oper. moral. tract. 7. diſput. 3. punct. 9. §. 3. n. 1. verſ. Item debet*, *Monet. de diſtribut. quot. par. 2. quæſt. 11. a num. 31. verſ. Limitatur autem uſque ad num. 35. Panimoll. decif. 20. annotat. 3. n. 51. &* 55. & obſervat *deciſio diei 22. Januarii* 1703. §. *Et quod vere*, & altera *diei 27. Junii ejuſdem anni* §. 1 *in fin. coram R. P. D. meo Priolo*.

Et idcirco ruebat in ſequelam magnificata affluentia eleemoſynarum, Miſſarum, aliorumque emolumentorum, quę proveniebant a celebratione Anniverſariorum, diſcurſus etenim procederet, ſi hæc burſalis utilitas commiſeretur cum Capitulari burſa communi: eſt cum tota utilitas verteret ad commodum Confratrum, ipſorumque conſequenter Beneficiatorum, & Portionariorum uti Confratrum, non uti gremialium ejuſdem Eccleſiæ Cathe-
21 dralis, quin etiam, ut dicebatur in deciſione, & ſententia R. P. D. *mei Prioli*, eædem Miſſæ celebrarentur extra Eccleſiam, & ob id nullatenus redundarent in aliquod augumentum, vel decorem ejuſdem Cathedralis, perſpicuum reddebatur, quod nulla utilitas poſſet conſiderari in communi, quæ ad diſcretam crumenam Beneficiatorum, & Portionariorum attiuebat, non autem communis maſſæ Capitularis, itaut ſi qua ſpecies communionis, vel ſocietatis potuiſſet in præſenti Theſi conſiderari, ſaperet
22 potius ſocietatem Leoninam omni jure improbatam, per *Text. in l. Si non fuerint* 29. §. *Ariſto ff. pro ſoc. gloſſ. in* §. *De illa verb. partem inſtitut. de ſociet. ibique Oinot. tom. num.* 3. *Chriſtophor. Schambog. in* §. *Illud inſtit. eod. tit. Card. de Luca de donat. diſc. 17. num.* 10.

Atque ita cadentibus omnibus Clypeis oppoſitæ defenſionis merito ſuccubuere Appellantes utraque &c.

LEODIEN JURISDICTIONIS.

Lunæ 7. Aprilis 1704.

ARGUMENTUM.

Ab exemptione paſſiva argui nequit ad ipſam Juriſdictionem activam in toto Territorio. Archidiaconus unde dicatur, & quas habeat Juriſdictionem, & an in ſtatu Leodienſe ejus ſplendor, & dignitas adhuc vigeat Vicarius itidem, & Epiſcopus an faciunt unam figuram, & unum Conſiſtorium,

SVMMARIVM.

1 *Ab exemptione paſſiva inferri nequit ad ipſam juriſdictionem activam in toto Territorio*.
2 *Exemptio in præjudicium Epiſcopi tanquam odioſa eſt ſtricte interpretanda*.
3 *Decimarum ſolutioni obnoxii nequeunt impugnare Jus decimandi decimatoribus conjunctis cum Epiſcopo*,
4 *Archidiaconus antiquitus dicebatur Princeps Diaconorum*,
5 *Volente Epiſcopo tanquam Vicarius natus exercet Juriſdictionem, quam ſibi, vel ex indulgentia, vel ex conventione, vel vigore conſuetudinis concedere, aut permittere dignatus eſt Epiſcopus*.
6 *Vicarius, & Epiſcopus faciunt unam figuram, & unum Conſiſtorium*.
7 *In Diœceſi Leodienſe Miniſterium Archidiaconale remanet in ſuo antiquo ſplendore, ac dignitate*.
8 *Tranſactiones utpote ſtricti Juris non patitur ullam extenſionem*.
9 *A Papa quidquid in propoſito activæ Juriſdictionis non legitur conceſſum, ſemper cenſetur Epiſcopo reſervatum*.
10 *Epiſcopus in Juriſdictione concedenda minus quam fieri poſſit ſibi præjudicare voluiſſe præſumitur*,

DE-

Digitized by Google

DECISIO CCCXV.

ARchidiaconus Condruſii, qui ad normam
Sacrorum Canonum una cum cęteris re-
ſpective Archidiaconis ampliſſimæ Leodienſis
Diœceſis retinet veſtigia veteris Iuriſdictionis
circa Territorium, & loca ſibi aſſignata, ut
per Scribentes *in cap. 1. & toto tit. de Offic. Ar-
diac.* biſque in colluctatione manutentionis agi-
tata cum Decano, & Capitulo Oppidi ſive Eccle-
ſię Collegiatæ Huenſis, triumphaverat in noſtro
S. Tribunali circa manutentionem actuum Iu-
riſdictionalium, quę viciſſim prætendebatur,
nempe *coram Reverendiſſ. D. meo Melines Deca-
no ſub die 28. Junii* 1702., *& coram R. P. D.
meo Lancetta ſub die 27. Junii* 1703. ad termi-
nandum hodie conflictum rurſus comparuit
conſtipatus ex abundanti Capituli, ſive Epiſco-
pali aſſiſtentia, poſtulans, ut procederetur ad
legitimam executionem mandati de manute-
nendo, quod iterato reportaverat, & obtinuit.

Rurſus etenim ad trutinam etiam ex officio
perpenſis objectis, quæ præcedenter promove-
bant Capitulum, & Decanus Eccleſiæ Huenſis,
nullatenus refragari viſum eſt primum funda-
tum in exemptione conceſſa de anno 1066. a
Dietuvino Epiſcopo Leodienſe, in præſenti ſi-
quidem minime agebatur de vulneranda hujuſ-
modi exemptione, ſed ſolummodo exercitio
Juriſdictionis activæ, quapropter cum neuti-
1 quam inferri poſſet ab exemptione paſſiva ad
ipſam juriſdictionem activam in toto illo Ter-
ritorio ad celebrem cenſuram *cap. per exem-
ptionem de privileg. in* 6. de qua *Fagnan. in cap.
Cappellan. 16. eodem tit. de privileg. Cochier.
de Iuriſdict. in exempt. par.* 1. *qu.* 13., *Rot. co-
ram Carill. dec.* 281. *num.* 11. cum aliis *in Fir-
mana Iuriſdictionis* 15. *Aprilis* 1701. §. *Hoc
ipſum & ſuper Reſervatis ejuſdem diei, & anni
§. Exemptio, &* 17. *Martii* 1702. §. *Neque hu-
juſmodi & ſeqq., coram Reverendiſſ. D. meo Moli-
nes Decano.*

Indubitabile efficiebatur, quod omnes con-
troverſi actus activę juriſdictionis non compre-
henſi etiam in prædicta paſſiva exemptione ſpe-
ctarent ad Juriſdictionem Diœceſanam, quam
ſimultanee cum Epiſcopo exercere poteſt, ac
debebat Archidiaconus Condruſii, totum quip-
pe, quod non legitur avulſum a thiara Epiſco-
pali, & Diœceſana remanet, ut prius infixum
oſſibus ejuſdem Epiſcopi, ac Diœceſani, ut in
fortioribus terminis exemptionis conceſſæ, ne-
dum a mero Epiſcopo, prout hic, verum quo-
2 que ab eadem S. Sede, ac Summo Pontifice
Domino omnium Eccleſiarum citra Contradi-
ctorem tradiderunt *Abb. in cap. cum Cappella
n.* 5. *de privil. Ancharan. in cap. poſtulaſti num.
45. verſ. in contrarium de for. compet. Cravet.
conſ.* 132. *num.* 20., *Rot. cor.* Manzan. *dec.* 518.
num. 3. *& coram Dunoz. jun. dec.* 44. *num.* 4.

Diximus *ſimultanee*, quia idemmet hodier-
nus Sereniſſimus Epiſcopus adhærebat Archi-
diacono, & conſequenter non intererat Capituli
& Decani controvertere Archidiacono, quod
controvertere non valuiſſent ipſimet Epiſcopo,
ſicuti nequeunt e. g. obnoxii ſolutioni decima-
3 rum impugnare Jus decimandi Decimatoribus
ſimultanee conjunctis cum Epiſcopo, ex dedu-
ctis per *Adden. ad Buratt. dec.* 402. *num.* 6.
Rot. coram Seraphin. dec. 899. *num.* 3. *&* 4. *&
dec.* 908 *num.* 3., *coram* Peuting. *deciſ.* 149. *pa-
riter num.* 3. *& deciſ.* 667. *num.* 4. *par.* 4. *tom.*
1. *rec.*

Impertinens namque videbatur, præcipue
Epiſcopo adhærente, quod inferiores in dubium
4 refricarent illam poteſtatem, quam idem Epi-
ſcopus ſimultanee admittebat, Archidiaconus
quippe, qui antiquitus dicebatur Princeps Dia-
conorum, ut *in cap. unico de ſerutin.*, concor-
dante, vel volente Epiſcopo, tanquam Vica-
rius natus, vel Conepiſcopus exercet Juriſdi-
ctionem, quam ſibi, vel ex indulgentia, vel
5 ex honeſta conventione, vel vigore conſuetu-
dinis concedere, aut permittere dignatus eſt
Epiſcopus, juxta notata per *Gonzal. in cap.* 1. *n.*
3. *& ſeq. de Offic. Archidiacon.* Vnde & in aliis
materiis paſſim dicimus, quod Vicarius & Epi-
6 ſcopus faciunt unam figuram, unum Conſiſto-
rium, *cap. Romana verſ. eorum vices ſupplendo,
& verſ. unum ſit Conſiſtorium de appellat. in* 6.
Sbroz. de offic. Vicar. lib. 1. *quæſt.* 23. *num.* 7.
Pellegrin. in praxi Vicar. par. 1. *ſect.* 2. *ſubſect.*
2. *n.* 1. *& ſubſect.* 3. *n.* 5. *Ventrigl. in prax. for. Ec-
cleſ. adnot.* 14. §. 1. *num.* 6. *& num.* 56. *tom.* 2.

Maxime quod ſi alibi diverſimode modernio-
ribus temporibus practicatur in aliis Archidia-
conis, adeout fortaſſe nulla, vel minima re-
maneant ſignacula antiqui miniſterii Archidia-
conalis, quemadmodum teſtando de Regno
Hiſpaniarum admonet *Barboſ. de Canonic. &
Dignitat. cap.* 5. *num.* 8. certe in hac Diœceſi
7 Leodienſe oppoſitum reſpectu ejuſdem miniſte-
rii Archidiaconalis, veluti in uſu adhuc vigen-
tis teſtantur *Bartholom. Fiſen. in Hiſtor. Eccleſ.
Leodien. lib.* 5. *par.* 1. *an.* 799. *pag.* 175. *& ſeqq. ſub
tit. Gerbaldus, Carol. de Mean. ad Jus Civile Leo-
dien. tom.* 3. *obſer.* 280. *num.* 1. *& per tot.*

Profligata proinde prima objectione ex ra-
tionibus huc uſque præmiſſis, in ſequelam rue-
bat etiam ſecunda fundata olim in altera Con-
cordia inita inter Capitulum, & Decanum
Huenſem cum Theobaldo Epiſcopo ſub anno
1309., nuſquam enim fuit ſenſus Sacri Tribu-
nalis hactenus imminuere quidquam de ſtabili-
tis, aut conceſſis per Epiſcopum in pręfata
Concordia, ſed cum ea juxta Summarium di-
ſtributum ſub *die 27. Junii* 1703. *coram R. P. D.
meo Lancetta num.* 2. arctaretur ad perſonas, &
caſus inibi expreſſos, irritus labor erat ſuper
8 ea immorari quoad alias perſonas, alioſve ca-
ſus in eadem Concordia nequaquam conceſſos
ſtabilitos, aut explicatos, non tantum quia
generaliter tranſactiones, utpote ſtrictiſſimi
Ju-

Ju ... minime patiuntur ullam extenſionem, teſte *Bald. in l. ſub prætextu num. 7. & Salicet. ibidem num. 3. Cod. de tranſact. Roman. conſ. 284. num. 1. Surd. conſ. 418. num. 11. Card. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 6. num. 1. & ſeqq. Vrceol. pariter de tranſact. qu. 81. num. 5. & 6., Rota coram Cavaler. dec. 124. num. 1. & 3. & dec. 508. num. 2. par. 4. tom. 3. & dec. 418. num. 4. par. 19. tom. 2. rec.*

Aſt etiam quia ſubjecta materia repugnabat, ut præmiſimus, a fortiori, quia dum inhærendo terminis iuſinuatis: quidquid ab ipſo Papa in propoſito activę Iuriſdictionis non legitur
9 conceſſum, ſemper cenſetur Epiſcopo reſervatum, ut proſequitur *Rot. deciſ. 745. num. 9. coram Manzanedo, & in Caurien. Iuriſdictionis 26. Junii 1702. §. In undecimo, coram R. P. D. meo Caprara*, quid dicendum in ordine ad ipſum Epiſcopum tranſigentem, & concedentem, quive ſibi, ejuſque Dignitati, vel illius jure, ut ſupra, participantibus minus, quam
10 fieri poſſit, præjudicare voluiſſe reputatur per ea, quæ appoſitive ſubnectit, *Rot. in Giennen. Adjunctorum 13. Febr. 1702. §. Rurſus coram Reverendiſſ. P. D. meo Molines Decano, & in Romana domus 15. Decembris ejuſdem anni §. Quatenus coram R. P. D. meo Priolo.*

Atque ita poſthabitis aliis ſubalternantibus ac levioribus oppoſitionibus, nec non denuo recognitis ad ſuperabundantiam actibus poſſeſſoriis conformiter exercitis per Archidiaconum, ut in prædicto veteri *Summario num. 7. & ſeqq.* reſolutum fuit, ſolo Archidiacono informante, & Capitulo, ac Decano congrue laceſſito, & expectato.

BAREN. TESTAMENTI.

Lunæ 21. Aprilis 1704.

ARGUMENTUM.

In Teſtamento ad pias cauſas ſufficit ſola Parochi præſentia ac duorum Teſtium juxta *Cap. cum eſſes, & cap. relatum de Teſtam.*, quæ procedunt etiamſi Teſtamentum fuerit factum ad pias cauſas Et ratio eſt quia in hujuſmodi teſtamentis non inſpicitur ulla ſolemnitas legalis, ſed nuda Teſtandi voluntas comprobata ſignanter ex dicto duorum Teſtium; & qui Teſtes in hac re ſint idonei, & an, & quo caſu Religioſus ad commodum ſui Conventus deponere poſſit.

SUMMARIUM.

1 *In teſtamento ad pias cauſas ſufficit Parochi, ac duorum Teſtium præſentia.*

2 *Et hoc procedit etiam extra Terras Eccleſiæ & quamvis tractetur de diſpoſitione ad cauſas quoque prophanas.*

3 *Si vero deficiat circumſtantia Parochi, & conſequenter principalior eſſentia impleta non eſt forma Cap. cum eſſes, & corruit Teſtamentum.*

4 *In Teſtamentis ad pias cauſas non inſpicitur ulla ſolemnitas legalis, ſed nuda voluntas ac veritas naturalis comprobata pluribus modis, & ſignanter per interventum duorum, aut trium Teſtium.*

5 *Eccleſia, ſive locus pius poteſt quidem ſe abſtinere a Jure quærendo, nuſquam autem ſine notoriis ſolemnitatibus reſpuere poteſt jus quæſitum, & præcipue S. Sede inconſulta.*

6 *Hæres gravatus præjudicare nequit ulterioribus ſubſtitutis.*

7 *Fundatio novi Conventus, ſeu Religioſorum adventus relinquendus ſemper eſt proviſioni S. Sedis, & Ordinarii conſiderationi.*

8 *Exceptio Juris tertii allegabilis non eſt per hæredem ab inteſtato, ſed illi congruit vulgare dicterium tua non intereſt.*

9 *Religioſus quo caſu ad commodum ſui Conventus deponere poſſit.*

10 *Dicta Teſtium non ſunt criticanda, ſed quantum fieri poteſt æquitative ſemper concilianda.*

11 *In materia ardua, & objectiva adverſus Sacerdotem expoſcuntur formales probationes, & undique limpidiſſimæ.*

12 *Primum formale examen eſt ſemper præferendum ratione periculi ſubornationis.*

13 *Anima Decretalis* in cap. relatum, *& vigor diſpoſitionis ad pias cauſas ſtat in voluntate Teſtatoris quomodolibet probata per duos Teſtes.*

14 *Subſcriptio reſpicit probationem faciliorem, non vero ſubſtantiam actus.*

15 *Notarii antequam extradant inſtrumentum petentibus, ſive intereſſe habentibus ſolent conficere publicum ejuſdem Inſtrumenti.*

16 *S. Rota amuleſtitur, ac veneratur oracula Sac. Congregationis Immunitatis.*

17 *Stipulatio nulli nobl ca deſideratur, ſive requiritur circa validitatem Teſtamenti ad pias cauſas.*

18 *Pro validitate Teſtamenti ad pias cauſas pronunciandum promus eſt ſi concurrant extrinſecæ conjecturæ.*

DECISIO CCCXVI.

Quamquam Jura noſtra Pontificia veterem rigorem Cæſareæ legis vix coercitum in Teſtamento militari, ac inter liberos generaliter emoliendo ſtatuiſſent, pro ultimis Tabulis Teſtamentariis ſufficere Parochi, ac duorum, vel trium Teſtium præſentiam, & maxime ubi voluntas decumbentis dirigatur ad
1 pias cauſas, ex quo juxta Divinum Oraculum - *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum* - ſicuti præceteris ſancivit Summus Pontifex *Alexander Tertio in utroque celebri Cap. cum eſſes, & Relatum de Teſtam.*

Adhuc non modicæ ſuper applicatione hujuſcemodum Sacrorum Canonum auditæ fuerunt, & audiuntur in dies contentiones, & iurgia, quemadmodum evenit etiam ſuper Teſtamento Viti Alexandri; enim cum per manus

nus Fratris Hieronymi ejus Conteſtati c pulante ſubſcriptione aliorum ...orum Teſtium hæredem ſcripſiſſet Eccleſiam Beatiſſimæ Virgini dicatam in ejus Patria di Noja, injuncto onere – *di far venire i Padri dell' Ordine di S. Franceſco Minori Conventuali* - alias, renuentibus illis, ſubſtituendo alteram Periinſignem Eccleſiam S. Nicolai Civitatis Baren. Anſam præbuit acerimæ colluctationi, diutius exagitatæ inter Rectorem, & ſucceſſive prænominato PP. Conventuales cum Dominico, aliiſque hæredibus ab inteſtato Viti Alexandri contendentis non extitiſſe eorumdem Sacrorum Canonum formam impletam, donec int r pugnantia in Partibus, & in Curia Judicata, Cauſa aſcendente ad Sacrum Auditorium, prodiit *coram bo. me. B. nincaſa ſub die* 23. *Januarii* 1692. favoribus reſolutio PP. prælaudatis, eaque proinde rurſus in hodierna Audientia ad lancem Juſtitiæ poſt ſilentium pluſquam decennii perpenſa placuit *Dominis* omnino perſeverantibus *in Deciſis*.

Non quidem ex eo, quod iidem *Domini* crediderint, diſpoſitionem Teſtatoris in hoc caſu ſubſtineri; Quia forte extitiſſet ſatisfactum Indulgentiæ, ſive cenſuræ *Alexandri Tertii* reſcribentis *Epiſcopo Oſtienſi* in præcitato *cap. cum eſſes*, ſufficere præſentiam Parochi, & duorum Teſtium, quamvis ſanctionem locum ſibi vindicare authumarunt nonnulli, immo plerique, etiam extra Terras Eccleſiæ, ſaltem in ſtatu ejuſdem Eccleſiæ mediato, prout hic, quantumuis tractetur de diſpoſitione ad cauſas quoque profanas, ex longe lateque perpenſis apud *Fagnan. d. cap. cum eſſes num.* 40., *& ſeqq.*, *Vvagnerec. in jus canonic. ſuper d. cap. cum eſſes in fin.*, *Gonzalez. in cap. Relatum il primo n.* 14. *in fin. eodem tit.*, *Card. de Luc. de Teſtam. diſc.* 17. *num.* 7. *& diſc.* 25. *num.* 3., *Sab. eodem tit. cap.* 33. *num.* 69., *Magdalen. de numer. Teſt. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 20., *Mel. in addit. ad Gizzarell. deciſ.* 46. *n.* 1.

Quoniam citra aliud examen hujus quæſtionis, palam in hodierno caſu deſiderabatur capitale requiſitum præſentiæ Parochi, cum Idem Frater Hieronymus exiſteret tantummodo a confeſſionibus Viti Alexandri; Deficiente autem hac circumſtantia Parochi, & ob id principaliori eſſentia, impletam non eſſe formam

3 ejuſdem Capituli, & Teſtamentum corruere in ſe, communiter affirmarunt *Corn. conſ.* 77. *num.* 2. *verſ. non. obſtat lib. primo*, *Magdalen. de numer. teſt. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 5., *Card. de Luc. de Teſtam. diſc.* 25. *num.* 17. *&* 22. *Capyc. latr. deciſ.* 12. *per tot.*, *Ronit. deciſ.* 95. *pariter per tot.*, *Rota deciſ.* 372. *num.* 18. *par.* 9. *tom.* 2. *& deciſ.* 52. *num.* 6. *part.* 13. *recentiorum*.

Reſedit itaque centrum reſolutionis in altero Pontificio reſponſo ſive *cap. relatum il primo* attributo per eundem *Papam Alexandrum* Judicibus Velletranis. Quia cum tota Teſtatoris ordinatio tenderet ad piam cauſam, ſcilicet ad vocationem PP. Conventualium, & ſubſidiare ad Eccleſiam S. Nicolai recepti in abſtracto abſque ſcrupulo erat, quod nedum tres Teſtes, ut in ſubjecta Theſi, ſed bini ſuperabundarent; Non enim in hiſce conſimilibus diſpoſitionibus inſpicitur ulla ſolemnitas legalis ſed nuda voluntas, ac veritas naturalis comprobata pluri-

4 bus modis, & ſignanter per interventum duorum, aut trium Teſtium ad paſſim tradita per *Fagnan. in dicto cap. Relatum num.* 6., *Barboſ. num.* 5., *Vvagnerec. not.* 3., *Ciar'in. contron. forenſ. cap.* 21. *num.* 6., *&* 7., *Epiſcop. Vſelan. ſelect. Jur. diſput. cap.* 35. *num.* 35., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 605. *num.* 20., *& ſeqq.*, *& cap.* 969. *num.* 7., *Amoſtaz. de cauſis piis lib. primo cap.* 6. *num.* 9., *& ſeqq.*, *Cardin. de Luc. de credit. diſc.* 33. *numer.* 8., *&* 9., *& de teſtam. diſc.* 14. *num.* 5., *Rota deciſ.* 665. *numero* 3. *coram Emerix Jun.*, *& in adnotat. ad deciſ.* 22. *num.* 21. *coram me*, *cum aliis in deciſione hujus Ca ſæ* 3. *Januarii* 1692. *in principio coram bo. mem. B. nincaſa*.

Abſque eo quod officere valeret primordialis difficultas deprompta ex eo, quod Rector Eccleſiæ Beatiſſimæ Virginis, ut ſupra, primo loco nominatæ repudiaverit hanc hæreditatem, vel quod PP. Conventuales Populo abnuente, advenire nequirent ex præſcripto Teſtatoris ad Terram Noiæ illius Patriam. Siquidem circa primum membrum objecti facile reſpondebatur, quod poſtquam Rector ab initio acceptaverat delatam ſibi hæreditatem nentiquam valebat in præjudicium ſubſtitutorum, & jam facta acceptationis, eandem hæreditatem a ſe abdicare vix permittente Iure quempiam Eccleſiaſticum Adminiſtratorem, ſive Eccleſiam adminiſtratam abſtinere poſſe a Jure quærendo, nuſquam tamen abſque notoriis ſolemnitatibus tolerante Eccleſiam reſpuere poſſe Ius quæſitum, & præcipue S. Sede inconſul-

5 ta, ſecundum diſtinctionem de qua *Quarant. in Summ. Bullar. in verb. Alienatio rerum Eccleſiæ num.* 23. *verſ. ſed verior*, *& num.* 43. *verſ. Prælatus*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 568. *n.* 64., *& ſeqq.*, *Card. de Luc. de alienat. diſc.* 20. *n.* 3., *Rota coram Bratt. dec.* 773. *num.* 3., *ibique Adden. litt. B.*, *& num.* 5. 6., *&* 7.

Et in omnem eventum etiam quando ejus abſtinentia, ſeu repudiatio ſubſiſteret aut quod Populus detrectaret adventum PP. Conventualium, nonne erat ſubſtituta Eccleſia S. Nicolai! Quæ ſemper poterat inſiſtere ſuper firmitate Tabularum Teſtamenti: Cœterum hic

6 & nunc qualibet refutatio Rectoris non pure inſtituti, ſed gravati nequaquam (præciſive etiam a ſupradicto motivo deficientium ſolemnitatem (valebat prejudicare PP. Conventuali inſtantibus, & clare ſubſtitutis ex bene perpenſis per *Ruin. conſ.* 138. *num.* 10. *lib.* 2., *Peregrin. de Fideicom. artic.* 52. *num.* 81., *Rota deciſ.* 214. *num.* 8., *& deciſ.* 222. *num.* 14. *coram Priolo*.

Et

Et circa Populum, ut figurabunt abiuentem
exceptio hæc Iuris Tertii non erat allegabilis
per hæredes ab inteſtato, ſed interim decernen-
da omnino erat Imnullio iiſdem PP. illam ef-
flagitantibus, relicta proviſioni Sanctę Sedis,
ac Ordinarii conſideratione ſuper adventu eo-
rumdem PP. ſeu fundatione novi Conventus ad
7 præſcriptum *Text. in Clementin. Quia contingit
de Relig. Domib.*, ubi *Barboſ. num.* 12., *& tra-
dita per Tondut. quæſt. beneſic. part.* 1. *cap.* 84.
num. 5., *Pignatell. conſult. Canon. tom.* 10. *con.
ſult* 114. *nu.* 15., *Amoſtazz. de Cauſis piis lib.* 4.
cap. 2. *num.* 1., itaut congrueret contra præ-
fatos hæredes ab inteſtato vulgare dicterium
Tua non intereſt, de quo Gratian. diſcep. forenſ.
653. *cu num.* 28. *cum pluribus ſeqq.*, *Magon. de-
ciſ. Florent. prima num.* 59., *Rota deciſ.* 378.
num. 9. *par.* 17. *recent. cum aliis in Romana Præ-
latura de Vecbiarellis* 9. *Decembris* 1697. §. *fi-
nal.*, *&* 10. *Martii* 1698. §. *Cum itaque*, *&* 2.
Junii ejuſdem anni §. *Reſpectu coram me inter ha-
ctenus impreſſas deciſ.* 21. 36. 46., *& in Barchino-
nen. Beneficii* 14. *Aprilis ejuſdem anni* 1698.
§. *Verum pariter coram. me*, *hodie ſimiliter im-
preſſ. deciſ.* 38.

Firmata ex pręmiſſis competentia actionis,
utique quoties vindicata remanſiſſet qualibet
exceptio contra Perſonas, & dicta Teſtium ſub-
ſcriptorum in Teſtamento penitus reſpiciente
piam cauſam, res erat abſoluta per litteralem
8 determinationem prædicti *Text. in cap. relatum,
eni Domini*, ut meminimus fuerunt innixi;
Expendendo itaque ſingillares oppoſitiones,
profecto circa Fratrem Hieronymum in nihilo
attendenda videbatur oppoſitio, quod ipſe foret
repellendus in ordine ad perſonam, ex quo
foret Religioſus Conventualis, ad cujus Re-
ligionis; & quaſi propriæ Martis commodum
in ſubſtantia protendebat tota diſpoſitio: Nam
ubi non adſint, & conſpirent aliæ ſuſpiciones
præcordia Judicis impellentes, ſemper conſi-
deratum fuit intereſſe Monaſteriis nimis re-
motum a Perſona Monaci, Moniales, vel al-
9 terius conſimilis qualitatis per ea quæ paſſim
averterunt *Honded. conſ.* 77. *nu.* 36. *lib.* 1. *Ca-
pon. controv. for.* 48. *n.* 34. *Ciroc. diſput. foren.* 8.
num. 8. *Sperell. dec.* 81. *n.* 46., *Rota coram Cel-
ſar. de Graſſ. dec.* 9. *n.* 8. *de Teſtam.*, *coram Gre-
gor. dec.* 340. *num.* 9., *cor. Burat. dec.* 314.
n. 6. *coram Vbal. dec.* 171. *n.* 10., *coram Sa. Me.
Alex. Octavo dec.* 139. *n.* 9., *& in Deciſione hu-
jus cauſę dici* 23. *Ianuarii* 1692. §. *Hinc nihil co-
ram bon. mem. Benincaſa*, aliiſque etiam ſupe-
radditis habetur *in adnotationibus ad deciſ.* 15.
num. 30. *coram me.*

In ſtatera autem Judicii pariter allibrando
d. ejuſdem Fratris Hieronymi, parum rele-
vare viſum eſt, quod ad torturam prioris exa-
minis revocatus affirmaſſe videatur, ipſum
una cum Teſtibus hæredem ſuggeſſiſſe, ſive
nuncupaſſe; In ſecundo autem examine con-
tradictorie, quodamodum ſuppoſuerit, ac
dixerit - *L.' Vero Alexandro colla ſua propria
bocca diſſe, che la ſua ultima volontà era di la-
ſciare Erede la Madonna &c. Summar. Eccleſiæ
num.* 8. *litt. A.*: Nam nullibi liquebat, quod
idem Religioſus Teſtatori nominaverit, vel
ſuggeſſerit hæredem; ſed tantummodo evin-
cebatur, quod ipſe tanquam Conſcriptor Te-
ſtamenti publice pandiderit Teſtatoris volunta-
tem, *d. Summar. Eccleſiæ num.* 4. *litt. A. in
fine*; Quæ ſane verba nullam prorſus præſe-
ferebant contradictionem, cum ſimul compa-
teretur, & ſtaret, quod Teſtator proprio ore
compellaverit hæredem, & quod ſucceſſive
pro ſua quadam majori cauthela, & honeſtate
Religioſus repetierit, ac palam fecerit volun-
tatem Decumbentis, a ſe conſcriptam: Adeout
minime oporteret pro tuendo dictum hujus
Religioſi candide potius loquentis recurrere
ad propoſitionem, quod dicta Teſtium non
10 ſint criticanda, ſed quantum fieri poteſt æqui-
tative ſemper concilianda ex collectis per
Alexan. conſ. 185. *num.* 4. *cum ſeqq. lib.* 7.,
Farinacc. de Teſtib. quæſt. 65. *num.* 73. *Rota
deciſ.* 558. *num.* 6., *&* 7., *coram Gregor.
deciſ.* 618. *num.* 7. *coram Bichio*, *deciſ.* 200.
num. 1., *& deciſ.* 1125. *num.* 15. *coram Eme-
rix Jun.*

Et ex his tranſeundo ad ſecundum Teſtem,
Domini aures præbere noluerunt impictæ ex-
ceptioni, quod is alias Sacerdotali charactere
inſignitus per ora vulgi diſſeminaretur *il Bu-
giardo*: Quoniam ad invidiam potius videban-
tur excitatæ ſimiles vociferationes, & maxi-
me per ſimplices atteſtationes pendente lite
mendicatas, quando præter propugnatrices,
magiſque ſanas juſtificationes datas per *Actores*
in contrarium *Summario Eccleſiæ num.* 20., ſat
erat docere, quod in materia tam ardua, &
objectiva adverſus Sacerdotem expoſcebantur
11 formales probationes, & undique liquidiſſimę
uti conclamant *Pacchin. conſ.* 41. *num.* 5. *lib.
primo*, *Gamb. conſ.* 71. *num.* 1., *Vermiglioli
conſ.* 60. *num.* 20., *Farinacc. quæſt.* 37. *num.* 31.
verſic. Ego tamen, *Guazzin. de defenſ. reor.
defenſ.* 23. *cap.* 14. *num.* 5. *Chartar. dec. Cri-
minal.* 87. *num.* 2. *&* 3.

Hique bini Teſtes ſuperabundabant pro im-
plemento formæ *d. cap. Relatum*, uti contine-
tur in littera ejuſdem Decretalis, ſed neque
merebatur, licet ex abundanti reiici Tertius
Nicolaus Antonius, quaſi quod ſibimet in ite-
rato examine contradixerit; Nam majus, ſi
qua aderat contradictio, referri poterat ad
quandam ſubornationem ex iis, quæ per rimu-
las apparebant deducta in ſæpius allegato,
Summario Eccleſiæ num. 5. *& ſeqq.*, quando de
reliquo notorium eſt, primum formale examen
12 ex præcitata ratione periculi ſubornationis
fore præferendum, ut ait *Farinacc. de Teſtib.
quæſt.* 66. *num.* 124. *& ſeqq.*, *Rota deciſ.* 679.
num. 8. *coram Cerro deciſ.* 176. *num.* 4. *coram
Buratt. deciſ.* 22. *num.* 8. *coram Nico:. dec.* 58.
num.

Digitized by Google

num. 38. coram San. mem. Alexand. VIII.; & in recent. deciſ. 368. num. 5. part. 15., & in Romana Immiſſionis 12. Januarii 1691. coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano inter recollect. ad Card. de Luc. ſuper mater. de Teſtam. in ordine deciſ. 5. num. 6. cum aliis adductis in adnotat. ad dec. 51. num. 19. coram me.

Fortius ergò quia nulla in rei veritate aderat poſitiva contradictio, licet enim dicere videatur in primo examine ipſum firmaſſe, ſive ſubſcripſiſſe voluntatem ore proprio expreſſam a Vito Alexandro Teſtatore *prædicto Summario Eccleſiç Num. 4. in fine*; Deinceps vero in ſecundo examine, quodammodo innuat, ſeu dicat ad requiſitionem Confeſſarii poſt quinque dies ſubſignaſſe chartam Teſtamentariam *dicto Summario Num. 13. litt. A.* nihilominus in primis hæc diſcrepantia ſubſcriptionis *in* vel *poſt* non tollit fundamentum explicitæ nuncupationis, ſive voluntatis declaratæ ad favorem piæ cauſæ per Teſtatorem, in qua ſane voluntate quomodolibet probata per duos Teſtes ſtat Anima prælaudatæ Decretalis, & vigor diſpoſitionis ad pias Cauſas,
13 ſicuti præter ab initio relatos proſequuntur *Abb. Joan. Andr. Imol., & Bellamer. in dicto cap. relatum num. primo de Teſtam., Rota apud Achill. deciſ. prima de Teſtam. dec. 553. num. primo coram Cavaler., deciſ. 475. num. 2. coram Buratt., & in recent. deciſ. 166. num. 2. & 23. & ſequentibus part. 8., deciſ. 289. nu. 6. part. 10., & deciſ. 150. num. 23. & ſeqq. part. 12.*, ſubſcriptio enim reſpicit probationem faciliorem, non ſubſtantiam Actus per
14 ea, quæ in durioribus *ad Text. in l. conſenſu ff. de Action., & obligat., & l. qui admittitur ff. pro Soc., Mantic. de tacit. lib. 6. tit. primo num. 1. vol. 1., Michalor. de Fratrib. part. 2. cap. 2. num. 2., & cap. 42. num. 22., Thomat. deciſ. 132. num. 4. tom. 2.*

Et de reliquo ad conciliandam etiam quamcumque contradictionem nonne poterat Nicolaus Antonius (dum ipſe hoc non excludit) ſubſcripſiſſe incontinenti dictante Teſtatore, & ſcribente Confeſſario, ſucceſſive autem poſt quinque dies ſatagente Confeſſario ſchedulam Teſtamentariam in nitidiorem formam redigere iterum ſubſcripſiſſe eodem modo, quo ſæpius practicant Notarii antequam extradant
15 Inſtrumentum petentibus, ſive habentibus intereſſe, & ut dicitur *il Publico* ſecundum connotata per *Bart. in l. ſi quis ex argentariis §. Si initium ff. de eden., Covarru. practic. quæſt. cap. 20. num. 3. & ſeqq., Ridolphin. in prax. par. 3. cap. 20. num. 395., Card. de Luc. de Judic. diſc. 26. num. 3. & ſeqq.*, & dixit *Rota deciſ. 432. num. 7. coram Millin., & deciſ. 122. num. 2. coram Cavaler.*

Avulſis proinde quibuslibet exceptionibus, & ſtabili remanente validitate diſpoſitionis, vanus erat rumor, qui per hæredes ab inte-

ſtato fiebat ſuper nullitate examinis exarati in Curia Epiſcopali Baren. poſt ſuſpicionem oppoſitam adverſus eandem Curiam; Non tantum quia non erat neceſſarium aliud examen, ubi afferebatur in medium ipſum Teſtamentum habens requiſita *d. cap. Relatum*; Ac etiam quia ab hac ſuſpicione receſſerant ex datis in *Summario Eccleſiæ Num. 8. 13. & 18.* Aſt denique quia *Sacra Congregatio Immunitatis* iterato reſcripſit, quod Curia Baren. procederet, unde non erat amplius noſtrum miniſterium auſcultare frigidas exceptiones rejectas a Sacra Congregatione, quorum oracula
16 amplectitur, & venerator Tribunal, ut millies protoſtatum fuit, & ſignanter *in deciſ. 878. num. 10. coram Danos. Jun., in Avenionen. Dotationis 19. Junii 1682. §. Quæ quidem Sententia coram Albergato, & in Burgen. Juris deputandi Curatum 3. Julii 1684. §. Penultimo coram eodem confirmata 26. Novembris 1685. §. Fortius quia coram Beninc.ſa, in Hiſpalen. Viſitationis 30. Aprilis 1700. §. Præbuit coram Reverendiſſimo P. D. Molines Decano, & in Carpentoraten. Parochialis de Mazan. 13. Februarii 1699. §. Applicando in fine coram Me inter impreſſ. la 72.*

Non minus inanis erat apparatus, quo mediante prætendebatur in ſubſtantia probari negativa confectæ ſchedulæ Teſtamentariæ, vel per nonnullos Teſtes incitata parte examinatos, vel per quendam Actuarium inhiantem emolumenta ſtipulationis, ut ipſemet conſitetur *Summario hæredum ab inteſtato Num. 4. ante lit. A.*, ex quo idem Teſtator reſponderit præfato Notario in præſentia Confeſſarii, aliorumque - *Andatevene, che demani lo ſtipolaremo*; Quando etenim veriſſimæ forent hæ aſſertiones quid inde? Ad ſummum quippe reſultaret, quod ipſe faſtidiens importunitatem Notarii, ut ſupra, ſitibundi, illum blandis verbis rejecerit, dum circa validitatem Teſtamenti ad pias cauſas nulla deſideratur, ſeu
17 requiritur ſtipulatio publica, ut in ſpecie *Card. de Luc. de Teſtam. diſc. 14. num. 7., & diſc. 15. num. 2., Rota deciſ. 553. coram Cavaler., deciſ. 475. utrobique numer. 1. & ſeqq. coram Buratt., & in Recent. deciſ. 108. num. 13. par. 7., deciſ. 166. num. 1, & ſeqq. par. 8., deciſ. 289. num. 7. par. 10. Rec., & deciſ. 449. num. 1. par. 19. tom. 2.*

Denique pro quodam coronamento ad exuberantiam non deerant circumſtantiæ, undique fulcientes veritatem controverſæ diſpoſitionis; Dum & iidem inteſtati hæredes videntur pluſquam clare illam agnoviſſe, tanquam ſeſe tantummodo revolventes ad meram inobſervationem formç præſcriptæ in jam ab hac Cauſa ſegregato *cap. Cum eſſes Summario Eccleſiæ Num. 18.*; Et dum ſtatim percrebuit, & vulgata eſt in tota Terra fama conditi Teſtamenti; Dumque tandem ſtatim idem Teſtamentum ſequuta morte Viti Alexandri exhi-

bitum fuit in Curia Archiepiſcopali, ſuaque Parocho non reclamante reportavit exequutionem, mediante tumulatione Cadaveris facta in Eccleſia Cappuccinorum per Teſtatorem ſelecta in ipſa charta, de qua agitur, ac propterea concurrentibus quoque extrinſecis conjecturis pronunciandum eſſe pronius pro

18 validitate Teſtamentorum ad pias cauſas increparunt *Alexand. conſ. 4. num. 13., & 18. lib. 7., Iaſ. conſ. 61. num. 6. lib. 1., Card. de Luc. de Teſtam. diſc. 66. num. 9. Rota deciſ. 166. num. 21. par. 8. Rec., & deciſ. 150. num. 28. & ſeqq. par. 12.*

Atque ita a primo ad ultimum adhærentes *Domini* magis *primo*, & *tertio* Iudicato, quam *ſecundo* unanimi ſuffragio reſponderunt utraque &c.

CIVITATIS VETULÆ TRANSACTIONIS.

Lunæ 28. Aprilis 1704.

ARGUMENTUM.

Litis introductio in Judicio ordinario quomodo fieri debeat & quomodo in Judicio executivo, & quid importet Monitorium. Quæ ſolemnitates copulative requirantur in contractu, ſeu tranſactione inita cum Eccleſia, ſeu Loco Pio, & quomodo excludatur trigenaria præſcriptio promanans ex inobſervantia, ſeu ineffectuatione ejuſdem tranſactionis Renunciatio quando dicatur abdicativa, & extinctiva omnium Jurium, & actionum.

SUMMARIUM.

1 *Introductio litis per viam* Monitorii *fieri ſolet in cauſis pure ordinariis, ad differentiam actionis, & proceſſus executivi quod inchoari ſolet per ſimplicem citationem* ad ſolvendum.

2 Monitorium *nil aliud eſt quam monitio Partis, ut propriæ obligationi ſatisfaciat, & quandoque reſolvitur in meram citationem neceſſariam in omnibus Judiciis.*

3 *Judex quando poſſit procedere per decretum, non vero per Cedulam, ſeu ſententiam.*

4 *Via executiva per lapſum annorum triginta præſcribitur, licet non præſcribatur ſubſtantia petitionis, vel Crediti.*

5 *Spatium trigenarium requiritur ad præſcriptionem omni Jure odioſam.*

6 *Signatura Juſtitiæ reſcribens cum clauſula S. Q. C. præſervat viam executivam.*

7 *In quolibet judicio requiritur legitimatio* Perſonæ, *ſine qua nunquiſque a judicio repellitur.*

8 *Heres ſe fundans titulo fideicommiſſario quidquid acquirit, acquirit ipſi fideicommiſſo, & comprehenſis, ſeu vocatis in illo.*

9 *Concordia ſi non fuerit obſervata, nequit in ea fundari.*

10 *Tranſactio inita cum Priore, & Procuratore ſine conſenſu Capitali Conventualis eſt nulla.* declara n. 17.

11 *In tranſactione, ſeu contractu inito cum Eccleſia, vel Loco Pio requiritur non ſolum interventus ſolemnitatum, ſed copulative etiam verificatio cauſæ, quæ ſit utilis Eccleſiæ, aut loco Pio contrahenti, alias contractus eſt nullus.*

12 *Bonavigore* Auth. res quæ *diſtractis fideicommiſſo aſcendentis remanent libera, & fideicommiſſum ceſſat.*

13 *Ad impediendam præſcriptionem reſultantem ex inobſervantia tranſactionis, ſat eſt ut in parte eadem tranſactio exiſtat executioni demandata.*

14 *Concordia ſolemnis, & Iuriſjurandi religione vallata ſi non fuerit adimpleta remanet actio unicuique ad integrum implementum.*

15 *Propoſitæ cauſæ, & dubia abſque reſolutione, & contumacialiter propoſita reputantur actu mere extrajudicialia; nec conſequenter idonea ad prægiudicandum aliquod præjudicium.*

16 *Ratificationes ſolemnes contractuum initæ ab effectis majoribus non reputantur in ſtatu nocendi ſine ſcientia nullitatis facti, & juris.*

18 Per *beneplacitum Apoſtolicum ſupplentur omnes ſolemnitates in contractibus Eccleſiæ non adhibitæ.*

19 *Omnia valide reputantur geſta, quæ fuerunt a S. Sede approbata, & per Epiſcopum illius delegatum executioni demandata.*

20 *Subſequens ratificatio, & conſenſus Capitularium, æquipollet antecedenti, & actum convalidat.*

21 *Liber proſcribente non probat in præjudicium tertii.*

22 *Capitulum conſtituitur ex legitime invitatis non curatis aliis pariter vocatis, ſed abſentibus.*

23 *Exceptio læſionis utpote requirens altiorem indaginem proponi nequit in judicio executivo.*

24 *Religioſus Procurator probus, ac doctus nunquam præſumitur præjudicare voluiſſe ſuo Conventui tranſigenti.*

25 *In tranſactionibus magnum ſemper lucrum æſtimatur receſſus a lite patefacta, & ambigua.*

26 *Mulier recipiendo dotem cum proteſtatione illam aſſequendi cum omnibus oneribus, & vinculis fideicommiſſariis non fraitur privilegio* Auth res quæ.

27 *Renunciatio ſub ampliſſimis verbis concepta ab ingrediente in Religionem dicitur tranſlativa, & comprehenſiva futurorum quoque, ac devoluendarum ſucceſſionum.*

28 *Et ſic renuncians privatur omnibus juribus, & ſucceſſionibus.*

DECISIO CCCXXII.

PAulus aſpirans aſſequi poſſeſſionem bonorum, quæ Patres Ordinis S. Dominici prævia eorum deſcriptione dimittere expromiſerant Archilli genitori ejuſdem Pauli in tranſactione inita ſub anno 1661., poſt varios caſus, poſtque plurium jurgiorum anfractus finaliter, ac opportune inſtetit coram R. P. D. Al- dro-

drovando A. C. Locumtenente, feliciter reportato votis omnino conformi mandato, adeo viſum eſt DD. illud in toto ordine, & in tota Juſtitia ſolidari, ut fruſtra reclamantibus Patribus, hodie proſilierit reſcriptum *mandatum A.C. eſſe exequendum*.

Etenim circa ordinem, & ſuper impictas nullitates parui ponderis viſa eſt prima reſpiciens viam executivam, ex quo Paulus judicium introduxerit per viam monitorii; quoniam etſi regulariter introductio litis per viam monitorii fieri conſuecverit a practicis Curialibus in Cauſis pure ordinariis ad differentiam actionis, & proceſſus executivi, quod inchoari ſolet per
1 ſimplicem citationem ex. gr. *ad ſolvendum* cum ſimilibus ad tradita per *Ridolphin. in prax. Iudic. par. 1. cap. 6. n. 1. & 2.*

Non tamen idcirco, ubi alias competant remedia executiva, ab illis receſſum cenſetur per litem introductam mediante monitorio majus, quam vigore ſimplicis citationis, in ſubſtantia ſiquidem ſtantibus clauſulis ſalutaribus in ipſo monitorio contentis monitorium non eſt aliud, quam monitio Partis, ut propriæ obligationi ſatisfaciat, ſicque juxta ſubjectam materiam reſolvitur in meram citationem de
2 cætero neceſſariam in omnibus Iudiciis; Unde Judex ſecundum jura producta, & inſtantiam proſequentis in judicium, deducta ſtam fungens officio nobili per proceſſum in figura decreti, vel cædulæ detegit æquivocum, quod poteſt eſſe in monitorio, ſicuti recte praticavarat R. P. D. Aldrovandus procedendo per decretum
3 & non per cædulam, ſeu ſententiam, juxta prænotata per *Ridolphin. in prax. judic. par. 2. cap. 4. num. 175, Card. de Luca de Iudic. diſc. 15. ſub num. 14. Adden. ad Buratt. deciſ. 208. nu. 11.*

Subalternans vero replicatio, quod data etiam hac reſolutione monitorii in ſimplicem citationem adhuc non competeret in radice proceſſus executivus propter elluxum annorum ſupra triginta, quo ſtante regulariter, ſi non præſcribitur ſubſtantia petitionis, vel crediti, tollitur ſaltem ipſa via executiva ex paſſim fir-
4 matis per *Marant. in prax. par. ult. tit. de execut. ſi n'en. num. 54.; Surd. conſ. 186. num. 3. Card. de Luca de Iudic. diſc. 21. num. 10. & de credit. diſc. 117. nu. 4., Carleval. de Iudic. lib. 1. tit. 3. diſput. 4. num. 3., Rot. deciſ. 208. nu. 5. coram Carillo, & deciſ. 1. num. 4. & ſeq. par. 7. rec.*

Facile fugabatur: nam cum de anno 1671. remaſiſſet ex parte Patrum emologata tranſactio celebrata, ut ſupra, de anno 1664. per acceptationem domus ad formam ejuſdem tranſactionis *Summario Pauli num. 7.* vanum erat diſcurrere de præſcriptione viæ executivæ, ad cujus excluſionem ſat eſt deficere momentum
5 ſpatii trigenarii rigoroſe requiſiti adverſus præſcriptionem ſemper odioſam, ut inquit *Rota deciſ. 290. num. 9. par. 15. deciſ. 21. num. 8. & deciſ. 518. num. 15. & 16. par. 18. recen., & in Fauren. reſciſſionis contractus 5. Maii 1698. §. fin. coram Me hodie impreſſa d. c. 42.*

Et ſi qua ſuperfuiſſet difficultas, illa profligabatur a reſcripto Signaturæ Juſtitiæ, quæ vi-
6 ce commitendi Cauſam cum clauſula *de appellatione*, reſcripſit in noſtra theſi *ſi quid exequendum* ad ea, quæ perpetuo obſervavit *Rota in Romana aſſociationis 4. Iunii 1696. §. 2. coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, in Romana Monilis 27. Novembris 1699. §. Inevitabiliter, & in Spoletana cauthelæ Angeli 26. Februarii 1703. §. Unica coram Me*, & ſparſim alibi.

Sentientes amaritudinem Defenſores Patrum S. Dominici, & adhuc inſiſtentes in ordine Iudicii, convolabant ad alterum potentibus propugnaculum carentiæ, nedum viæ executivæ, ſed & actionis, ex quo Paulus Actor hodie non compareret ſuperindutus veſte hæreditaria Achillis illius patris, cum quo exarata fuerant jura cauſativa memoratæ viæ executivæ, & certe quoties in hac parte ſubſtitiſſet objectio, repellendus erat idem Paulus a limine Iudicii
7 propter defectum legitimationis perſonæ apprime requiſitæ in quolibet Iudicio, ut ait *Capuc. in prax. judic. tom. 2. par. 1. cap. 12. art. 14. num. 681. Ridolphin. pariter in prax. Iudic. par. 1. cap. 5. num. 2. Card. de Luca de judic. diſc. 12. num. 1. & ſeqq. dec. 76. num. 6. poſt Zacch. de oblig. Camer.*

Sed hujuſmodi exceptio collapſa eſt incontinenti, quia Paulus utpote vocatus ad fideicommiſſa non controverſa, quæve fuerunt baſis primevæ tranſactionis, rerumque ſucceſſive geſtarum, illico demonſtravit, quod Achilles ejus pater tranſegit ex titulo mere fideicommiſſario, ut in dicta concordia anni 1664. *Summario Patrum num. 4. ſub litt.* B. ibi - *& cum dictus Paulus Blancardus hæres fideicommiſſarius &c.*, quare præſertim nullis aliis comparentibus heredibus non poterat dubitari, quod Achilles in. nixus præfato dumtaxat titulo fideicommiſſario non acquiſierit, ipſi fideicommiſſo, & compre-
8 henſis, ſeu vocatis in illo ſecundum ea, quæ diſtinguendo notat *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 3. num. 41. & 42. Urceol. de tranſact. quæſt. 82. num. 21. & ſeqq., Rot coram Rojas dec. 22. num. 44.*

Firma igitur ſtante validitate decreti R. P. D. Aldrovandi non minus coruſcavit altera fax Juſtitiæ, fruſtra namque Scribentes pro Patribus objiciebat primo, quod locus eſſe non deberet decreto executioni, dum tranſactio, quam R. P. D. Aldrovandus cenſuerat eſſe executioni demandandam, reputari omnino deberet ineffectuata non tantum propter effluxum annorum 40., ſed etiam quia Paulus permiſerit diſputari de anno 1692. coram cla. me. Card. Caccia dubium illud cæteroquin in reſolutum *an, & de cujus bono jure conſtaret*, preindeque poſita inobſervantia hac præfatæ concordiæ nequiverit perſigi ſuper illa, ut in propoſito *Rota poſt Urceol.*

ceol. de tranſact. decіſ. 61. num. 6. coram Dunozet. jun. decіſ. 472. & decіſ. 533. utrobique n. 7. in recen. decіſ. 252. num. 12. par. 13. dec. 227. num. 8. par. 18., & in Illerden. diſtributionum 7. currentis menſis, & anni §. Quinimmo coram Me.

Secundo urgentius quoniam memorata tranſactio ex ſua facie videbatur inexequibilis, & nulla, dum legebatur inita cum ſolo Priore, & Procuratore; citra & ſine conſenſu Capituli Conventualis, quando indubitati juris eſt, requiri ſaltem determinationem totius Capituli,
10 Conventus, ſeu Monaſterii, ſecundum in fortioribus ſtabilita poſt *Ciarlin. contr. foren. lib. 3. cap. 225. num. 24. & ſeqq. Sanch. in præcep. Decal. lib. 7. cap. 14. num. 7. Vivian. de Jurepatr. lib. 2. par. 1. qu. 2. art. 12. n. 1. et per tot., alioſque in* Mediolanen. *Præpoſituræ* 3. Martii *præteriti §. Tum et denique coram Me.*

Tertio pariter introſpecta alia ſtringentiori oppoſitione derivante ob palpabilem læſionem, cum ad terminos tranſactionis relaxarentur a Patribus bona valoris circiter ſc. 3000. ſub ſola repromiſſione ſc. 900. unde eo minus habenda erat pro exequibili tranſactio cum ſolo Priore proprii Conventus, quando conſtabat illam ſupra defectum ſolemnitatis palpari etiam læſivam, adeo etenim Sac. Canones invigilant hiſce improvidis contractibus, ut non contenti mero interventu ſolemnitatum copulative exquirant aſſiſtentiam, & verificationem Cauſæ quæ ſit utilis Eccleſiæ, aut loco Pio contrahenti, alias contractus remanet inexequibilis, &
11 nullus teſte *Ciarlin. cont. for. cap. 5. num. 21. & 22. lib. 1. Redoan. de reb. Eccl. non alienan. qu. 77. num. 46.* Card. *de Luca de alienat. diſc. 1. num. 8. diſc. 13. num. 3. & diſc. 17. num. 7. Panimol. dec. 60. adnot. 1. num. 6. & 7., Rot. dec. 250. num. 1. coram Duran. dec. 1336. num. 1. coram Emerix iun. dec. 711. num. 4. verſ. conſtat. etiam par. 4. tom 3. dec. 252. num. 23. verſ. quæ utilitas par. 7. & dec. 336. num. 8. par. 10. rec.*

Quarto tandem ſubnectebatur, adeo fulciri cauſæ, & utilitatis defectum, ut quando etiam præfata quantitas ſcutorum 900. reputari poſſet coæqua dimiſſioni bonorum valoris ſc. 3000. circiter, nihilominus cum totum jus Achillis tranſigentis, ac Pauli hodie illud proſequentis penderet a ſubſiſtentia fideicommiſſorum Pauli, & Vincentii, utique corruebat tota machina prætenſionis Pauli moderniores, ac quolibet fulcimentum tranſactionis eo ipſo, quod omnia bona, quæ aſſerebantur ſubjecta hiſce diſpoſitionibus fideicommiſſariis, aſſignata fuerunt in dotem Lauræ, a qua Patres cauſam deſumebant, mediante ſiquidem hac conſtitutione facta favore Lauræ filiæ Vincentii, ac reſpective neptis Pauli, omne, ſi quod aderat, fideicommiſſum ceſſaſſerat, ut paſſim contigit, quando bona fidei-
12 commiſſaria legitime transfunduntur in dotem deſcendentis a Teſtatoribus, ex vulgari privilegio *Auth. res quæ C. commun. de legat.* de quo *Ruin. conſ. 137. num. 19. verſ. nec poſtquam lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 42. ſub num. 24. Card. de Luca de Dote diſc. 40. num. 4., Rot. decіſ. 41. num. 7. coram Bichio decіſ. 87. num. 6., coram Zarate decіſ. 209. num. 3. par. 1., & decіſ. 312. num. 4. par. 6. rec., & in Reatina fideicommiſſi de Clavellonibus 25. currentis menſis, & anni §. Cum enim coram R. P. D. meo Lancetta.*

Siquidem reaſſumendo ſingulas objectiones, quatenus attinebat ad primam quadragenariæ inobſervationis concordiæ, ſtatim occurrebat ad menſuram temporis, quod quadraginta utique anni abſtractive videbantur interlapſi ab anno ſcilicet 1664. initæ tranſactionis uſque ad diem hodiernę reſolutionis, verum ſucceſſive hujuſmodi effluxus remanſit interruptus; nam de anno 1669. fuit obtentu ab eiſdem met Patribus S. Dominici Apoſtolicum beneplacitum, quodque plus eſt, de anno 1671. in executionem ejuſdem tranſactionis Patres recepere domum illius vigore recipiendam, quod ſi non omnia in tranſactione conventa extitere favore Patrum impleta, non tamen idcirco dici poterat concordia ineffectuata, quando ad implicitam quamdam præſcriptionem exinde reſultantem, ſat erat de jure, ut in parte eadem
13 concordia exiſteret exequtioni demandata, ut ad rem tradunt *Cravett. conſ. 118. num. 2., & conſ. 202. num. 2. Vrceol. de tranſact. quæſt. 60. num. 56. Adden. ad Gregor. decіſ. 557. num. 9. verſ. prout etiam. Rot. coram Bichio decіſ. 316. num. 8., & coram Royas decіſ. 300. n. 4.*

Remanente dumtaxat in ſimilibus caſibus deficientiæ totalis implementi unicuique facultate agendi ad integrum implementum, quem-
14 admodum in concordiis ſolemnibus, & jurisjurandi religione vallatis ſubdiderunt, *Surd. conſ. 447. num. 39, Cyriac. contr. 130. num. 4. & ſeqq. Mangil. de evict. quæſt. 142. num. 18. cum ſeqq. Vrceol. de tranſact. quæſt. 6. nu. 65. Rot. decіſ. 329. num. 3. & ſeqq. coram Coccin. decіſ. 500, num. 16. et ſeqq. coram Bich., decіſ. 300. nu. 7. coram Royas, et dec. 1213. num. 15. coram Emerix Iun,*

Propoſitio vero hujuſcemet Cauſæ facta coram cla. mem. Card. Caccia de anno 1692. ſub Dubio *An, & de cujus bono jure conſtaret* ſine alia reſolutione ulteriori viſa eſt inefficax ad deſtruenda executiva jura nominatæ concordiæ, non ſolum quia hujuſmodi propoſitiones, & dubia reputantur acta mere extrajudicialia, conſequenter non idonea ad progi-
15 gnendum aliquod præjudicium, teſte *Polb. de mannt. obſer. 48. num. 24.*, & dixit *Rot. coram Gregor. dec. 238. num. 12. poſt Vivian. de Jurepatr. decіſ. 109. num. 9., & in recent. decіſ. 275. num. 12. par. 13., & decіſ. 192. num. 18. par. 14.*

Aſt etiam, quia cum Achilles, cum quo exarata fuerat tranſactio, obierit de anno 1675. tuncque temporis Paulus ex propria perſona vocatus ad fideicommiſſa controverſa foret in

eta-

Digitized by Google

ætate pupillari, & ignarus, nullo ſibi Actore
deputato nequibat ejus comparitio poſt implę-
tam in parte, ut ſupra, tranſactionem ſibi no-
cere, dum & ſolemnes ratiſicationes quorum
cumque contractuum, ſeu quaſi initæ ab eſſe-
ctis majoribus non reputantur in ſtatu nocendi
16 ſive ſcientia nullitatis Facti, & Juris, ex col-
lectis per *Surd. conſ. 162. num. 3. ad fin. verſ. præterea Dec. conſ. 530. num. 10. Menoch. conſ. 203. num. 37. Card. de Luca de hæred. diſc. 29. num. 6. Rot. deciſ. 90. num. 9. & 12. coram Emerix ſen. deciſ. 80. num. 3. par. 10. deciſ. 352. num. 20. par. 17. recen. cum aliis in Addit. ad deciſ. 54. num. 27. coram Me*.

Atque hinc tranſeundo ad ſecundam obje-
ctionem elicitam a carentia capitularis con-
ſenſus, illa licet fuiſſet conſiderabilis, quando
actus ſtetiſſet in ſimplici contractu totius con-
ventus abſque ulteriori progreſſu ſecundum
ſuperius allegata, & materiam reaſſumendo
17 non ſine diſputatione habetur in celebri *deciſ. 22. par. 2. diverſ. ex conſ. Calder. 5. num. 1. de conſ-ſt. Lap. allegat. 22. & Roman. conſ. 184.*

Verum cum hujuſmodi contractus ſe ha-
bentes in poſſibile prejudicium Eccleſię non
ſubſiſtant, niſi ſuperaccedat approbatio S. Sedis
eo ipſo, quod de anno 1669. obtentum fuit
beneplacitum Apoſtolicum, illudque execu-
tioni fuit demandatum de anno 1671. per cla.
mem. Card. Franciſcum Brancaccium Civi-
tatis Vetulæ Ordinarium, hæc inferior ſolem-
nitas parum attenditur, ſed omnia quoad ſo-
lemnitatem ſupplentur per Pontificium aſſen-
ſum, & approbationem ejuſdem S. Sedis, ut
18 in longe fortioribus terminis tradit *Mart. ad Concord. German. num. 168. & ſeqq. & nu. 181. & pariter ſeqq. Turricel. de reb. Eccl. non alienan. cap. 9. num. 11. & ſeqq., Rot. dec. 207. num. 2. & ſub num. 5. cum duob. ſeqq. par. 4. diverſ.*

Certius dum idem Card. Brancaccius, cui
ipſum Beneplacitum erat directum, paucis
immutatis cenſuit, executioni demandandas
eſſe litteras Apoſtolicas, atque attribuit licen-
tiam ratificandi concordiam, de qua agebatur,
quapropter ſupponendum, eſt, quod omnia
reputetur valide geſta, quę fuerunt a Sede
19 Apoſtolica approbata, & per Epiſcopum illius
Delegatum exequtioni demandata, ex deductis
per *Imol. conſ. 98. num. 9. & 10. Surd. deciſ. 106. num. 9., Rot. coram Seraph. dec. 338. num. 1., & deciſ. 443. num. 7., coràm Ceccino deciſ. 370. num. 1., et deciſ. 43. num. 10. par. 1., et deciſ. 181. num. 22. par. 10. recent.*

Et de facto ſub eodem anno 1671. in ſe-
quelam ejuſdem beneplaciti, & decretę exe-
cutionis capitulariter, ut fieri ſolet, ad ſonum
campanulæ congregati, tranſactionem emolo-
garunt non tantum verbis, ſed & re recipien-
tes domum reſpective conſignandam ab Achille,
unde quis dixerit, quod intervenientibus me-
dio tempore tot ſolemniis, ſubſequens hæc ra-
tificatio abunde non æquipolleret, præcedenti,
ſi defuiſſet, mandato, & conſenſui Patrum
20 Capitularium contra omnia principia, de
quibus *Natt. conſ. 142. num. 4. Honded. conſ. 38. ſub num. 4. lib. 1. Modern. Argentan. collect. leg. 2. num. 31. vol. 2. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 12. num. 2. Card. de Luca de credit. diſc. 84. num. 9. Rot. deciſ. 116. num. 21. coram ſa. me. Alex. VIII. deciſ. 1264. num. 7. coram Emerix Jun., & dec. 422. num. 12. par. 19. tom. 2. recen.*

Fruſtraque ſubjungebatur, quod non omnes
Vocales interveniſſent ad hunc actum ratiſi-
cationis, quia præciſive a cæteris ſolidioribus
reſponſionibus hucuſque attributis, aſſumptum
Scribentium pro Partibus non bene firmaba-
tur, quia cum Inſtrumentum ratificationis, de
quo *Summar. Pauli num. 7.* præſeferret for-
malitatem Collegii, ſive Capituli ad ſonum
campanulæ, & inibi ulterius haberetur aſſer-
tio, quod ratificantes componerent illud Ca-
pitulum, aliud profecto requirebatur ad in-
fractionem ejuſdem Inſtrumenti, quam juſtifi-
catio deſumpta ex quodam aſſerto libro exitus,
& introitus indicante, quod duodecim eſſent
Fratres in prędicto Conventu: nam ultra vul-
gare dicterium, quod liber pro Scribente non
21 probat in præjudicium tertii, ex deductis *in Romana fideicommiſſi* Mutii *de Bubalo ſuper arte agraria 12. Maii 1702. §. Præcedens, & in Aſculana Dotis 26. Februarii 1703. §. Reaſſumpta coram Me*, adhuc neceſſe fuiſſet demon-
ſtrare, quod tunc temporis hi omnes fuiſſent
demonſtrare, quod tunc temporis hi omnes
fuiſſent Vocales, ſive non impediti, ſive de-
mum quod forte nolentes ſeſe non fecerint,
extraneos a Capitulo, quod conſiſtit in legitime
invitatis, etiam aliis legitime pariter vocatis,
22 abſentibus, ad tradita per *Abbat. in cap. licet num. 14. in fin. de elect. Caſtellin. de elect. cap. 5. num. 11., Pyring. in Jus Canon. lib. 1. tit. 6. sect. 3. §. 2. num. 125. & ſeqq., Tamburin. de Jure Abbat. diſp. 5. quæſt. 3. num. 23. & 24. tom. 1. Tondut. quæſt. & reſol. Benef. 86. num. 4. par. 1. Rot. dec. 19. num. 13. par. 11. & dec. 169. num. 3. par. 19. rec.*

Circa læſionem, quę pro tertio magnifica-
batur objecto ea videbatur ſuapte natura mi-
nus idonea in concurſu approbationis factæ per
Sanctam Sedem, & examinationis ſucceſſive
peractæ a Cardinali Brancaccio ejuſdem Sedis
Delegato, ad retardandam exequtionem ipſius
tranſactionis, ex quo allegatæ lęſionis indago
ſemper ſecum afferat altiorem indaginem, &
23 ob id regulariter talis exceptio non ſit ad-
miſſibilis, ad impediendum Proceſſum execu-
tivum, ut admonet *Zach. ad Galles de Oblig. Cam. quæſt. 17. num. 121. & ſeqq. Ridolfin. in prax. judic. par. 1. cap. 8. num. 226. Modern. Aſculan. ad Statut. Vrbis tom. 2. adnot. 46. num. 215. 278. & ſeq. Rot. dec. 114. per tot. poſt Zach. de Oblig. Camer.*

Auge-

Augebaturque reflexio, quia tantummodo hoc negocium extiterat directum, & conſumptum per bo mem. P. Paſſarium eximium totius Ordinis S. Dominici Procuratorem, quemadmodum teſtantur illius volumina in noſtra Canonica legali facultate typis mandata, unde non erat, juncta ſanctimonia illius vitæ, facile credendum, quod in præiudicium propriæ Religionis, ſuæque intelligentiæ, & integritatis permittere voluerit, peſſumdari Con-
24 ventum transſigentem cum laicis ex iis. quę in caſu apparenter duriori circumſpexit Tribunal *in illa Romana Pecuniaria, ſeu Tranſactionis* 17. *Iunii* 1701. §. *Iunctis*, & 20. *Iannarii* 1702. *coram Me*, & 15. *Decembris ejuſdem anni coram R. P. D. meo Scotto*.

Addito ulterius, quod nec in ſubſtantia poterat hic, & nunc exiſtimari præfata tranſactio læſiva, quoniam ſuper exiſtentia, & purificatione fideicommiſſorum, ſive ſucceſſionis, de quibus tractabatur, & reſpectivo bono iure Achillis cum Conventu tranſigentis ſcripſerat egregie *Angelus Rodulphinus*, ut habetur inter eius albergationes la 151., & Rota noſtra verſa nimis erat in ambiguo reſcribendo prima vice *coram Pamphilio ſen. videatur de bono jure etiam ad effectum manutentionis*, & ſecundo *coram Cardin. Caccia non liquet*, ac propterea ultra regulas generales, quod magnum ſemper lucrum exiſtimatur receſſus a lite patefacta, apud Scribentes, & magna Tribunalia tamquam ambigua, utique hic, & nunc minime aſſerebantur motiva, per quæ eadem lucroſa
25 computatio litis poſſet ita valutari, ut ſuadere poſſet lęſionem in hoc Judicio admittendam ad ea que hactenus latius fuerunt perpenſa per doctrinam *Bartol. in l. ſiquis eum aliter num* 5. *ff. de verb. obligat.* & *in l. Lucius* 78. §. *fin. num.* 3. & *in l.* 2. *num.* 7. & 8. *C. de reſcind. vend.* & *Socein. jun. conſ.* 98. *num.* 17. & *ſeqq. lib.* 2. *in Romana, ſeu Firmana Succeſſionis* 10. *Decembris* 1698. §. *Omnes*, & *ſeq. coram* Me *inter impreſſas la*67.

Corollarie ad præmiſſa corruebat noviſſima obiectio fundata in creditis, & detractionibus Lauræ competentibus, & a qua Laura Patres iura propria deſumebant, ſiquidem tantum aberat, quod dos conſtituta Lauræ eiuſve credita poſſent evellere bona fideicommiſſaria a tenacitate, & vinculo fideicommiſſi, ut ipſa
26 potius recipiendo dotem proteſtata fuerit illam aſſequi cum omnibus ſuis oneribus *Summario Patrum num.* 3. & ſic cum prædicta ſua cauſa, & vinculo fideicommiſſi, ſicuti limitando regulam *Auth. res quæ* in propoſito dotis ita receptæ dixerant *Bald. in l. contra juris* §. *Si filius num.* 4. *ff. de pact. Gozadin. conſ.* 1. *num.* 15., *Rot. decif.* 837. *num.* 19. *coram Dunoz. jun. dec.* 427. *ſub num.* 2. *verſ. nec placuit par.* 4. *diverſ.* & *dec.* 271. *num.* 15. & 16. *par.* 9. *rec.*

Eoque robuſtius quia minime verificabatur in facto, quod Patres attenta perſona Laurę valerent ab ipſa metiri ullum ius, potius namque eadem Laura hæredem inſtituiſſet Marcum Antonium, deinceps in Familia Dominicana profeſſum, cum tamen is occaſione ingreſſus in Religionem ampliſſime renunciaſſet omnia bona, ac iura Vincentio eius fratri *Summ. Pauli Actoris num.* 1. palam ſequebatur, quod Lauræ hæreditas defluxerit in Vincentium renunciatarum, ſicque etiam ceciderit fideicommiſſo per eumdem Vincentium ordinato, ut in ſpecie primę concluſionis, ſive tranſlativæ re-
27 nunciationis exaratę ſub verbis prægnantiſſimis, ac comprehenſivæ futurarum quoque, ac devoluendarum ſucceſſionum habetur apud *Bartol. in l. qui Romæ* §. *Duos fratres num.* 19. *verſ. ad ſolutionem ff. de verb. obligat. Surd. conſ.* 267. *num.* 24., *Card. de Luca de renunciat. diſc.* 7. *num.* 9. *verſ. verum Rot. decif.* 581. *num.* 11. *coram Emerix Iun. decif.* 351. *num.* 10. & 11. *par.* 12. & *decif.* 244. *num.* 6. & 7. *par.* 13. *rec.* & *in Romana dotis*, & *fructuum* 15. *Martii* 1694. §. *Quandoquidem cor. bo. me. Benincaſa*,
28 & quoad ſecundam penes *Menoch. conſ.* 87. *num.* 27. *Gabr. de fideic. concluſ.* 1. *num.* 42. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 568. *num.* 27. *Rot. decif.* 68. *num.* 1. & *ſeq. par.* 13. *rec.*

Et ita dilutis omnibus obiectionibus dubio hodie a Me propoſito reſpondentes Domini concluſerunt *affirmative*.

Vtraque &c.

CORNETANA JURIS OFFERENDI SUPER PRÆSENTIS EXCESSU, ET ATTENTATIS.

Lunæ 28. *Aprilis* 1704.

ARGVMENTUM.

Late in hac Deciſione tractatur de privilegio Juris offerendi conceſſo a lege Creditori poſteriori ad ſimilitudinem Salviani, & Iuris Retractus, ſeu Prælationis. Creditor poſterior ſolvens Creditori anteriori ſuum Creditum an teneatur libere illi perſolvere & abſque ullo vinculo ſive conditione, ſive potius cum pactis, & conditionibus.

SUMMARIUM.

1 *Sac. Rota ſemper ſe continere ſolet intra limites Deciſionum.*

2 *Expreſſio ejus quod virtualiter ineſt nihil alterat, neque de exceſſu poteſt objurgari ordinatio deſcendens in puram conſequentiam.*

3 *In Tributoria actione præſtanda eſt cautio ob equalem conditionem concurrentium.*

4 *Non obſtante Jure offerendi Creditori anteriori, ac poſſeſſori libere ſolvendæ ſunt pecuniæ, neque ullam cogitur dare cautionem.*

5 *Et in Jure offerendi depoſitum a Creditore poſteriore faciendum debet eſſe omnino purum, & libe-*

Digitized by Google

liberum, non vero vinculatum, aut conditionatum limit. num. 13., & 14.

6 *Aſſertur ratio.*

7 *Qui prælationem intentat debet ſedulo inveſtigare antequam tertium poſſeſſorem divexet utrum ſibi expediat rem retrahere offerendo, ſive exburſando liberum pretium, alias a petitione deſiſtat.*

8 *Solviano Creditor agens repelli poſſit oblatione ſolutionis a Poſſeſſore.*

9 *Et talis poſſeſſor hoc caſu tenetur exolvere idem creditum libere, & abſque ulla conditione.*

10 *Cedens, vel cedere obligatus proprium creditum, vel Jura ordinaria immunis eſſe debet ab omni novatione, ſeu præjudicio, & ſatisfaciet ſi præſtat illa Iura uti manebant apud ſe.*

11 *Refellitur opinio Borgnin. Cavalcan. firmantis ut Creditor poſterior deperdere non debeat inſurgentibus Creditoribus anterioribus rem retractam, & pecuniam exburſatam.*

12 *Subrogatum induit naturam cui ſubrogatur.*

13 *Retrahens debet in ſe aſſumere omnia onera, & omnia pacta, quæ erat infixa rei retractæ.*

14 *Ius offerendi qui contra ſe ſuffert ſi alias exiſtat per pactum, aut aliam obligationem obnoxius conditioni ſolvendi Creditoribus anterioribus, hæc conditio in facta obligatione, ſeu depoſita nunquam reiicitur.*

15 *Creditor veniens ad concurſum ſi conſequutus fuerit ſatisfactionem in prompta, & numerata pecunia compellitur ſubire vinculum, & conditionem reſtituendi pecunias acceptas ad ordinem mandatum Domini, ac quibuſcumque Creditoribus prioribus, & potioribus ſucceſſive comparentibus.*

16 *Rem quamcumque reverti ad ſuam naturam nil magis pronum, ac rationabile eſt.*

17 *Monitoria omnia reduci ſemper debent ad formam juris.*

18 *Si in receptione pecuniarum facta in concurſu dictum fuerit* de ſolvendo Creditoribus &c. *congrue hoc ſemper interpretatur ad mentem juris videlicet anterioribus, & potioribus.*

DECISIO CCCXVIII.

RECLAMANTIBUS Cæciliæ filiis, *R. P. D. meum Matum* exceſſiſſe confinia propriæ Juriſdictionis injungendo, quod pecuniæ in pretium acerrimi diſſidii ſuper Jure Offerendi ſolvendæ eiſdem filiis per Dominum Cardinalem Mariſcottum, & Comitem Capizucchium Victores in præfato diſſidio, ab eis reciperentur ſub dura cæteroquin conditione præſtandi ſolitam cautionem de reſtituendo ad omne Judicis mandatum retroacceptas pecunias Creditoribus potioribus, vel anterioribus Vincentii originarii debitoris; delata fuit una cum toto negocio principali hujuſcemodi reclamatio ad *R. P. D. meum Scottum*, ſed ea adeo incongrua, minuſque habens reperta eſt in lance *Dominorum*, ut tunc, videlicet *ſub die* 11. *Junii* 1703. reſponderint, *non conſtare de Exceſſu*, uſque *de Attentatis*: Et demum in hodierna Audientia non obſtante nova appellationis interpoſitione *coram Me* perſeveraverunt in eodem ſenſu mediante reſcripto, *Sententiam Rotalem R. P. D. mei Scotti fore prorſus, & omnino confirmandam.*

Superflua etenim incontinenti præcognita eſt trutinatio iterum objectæ nullitatis, quæ magnificabatur propter nominatum exceſſum, tota quippe hujuſmodi nullitas uniee pondebat ab articulo, An in præſenti caſu pecuniæ vigore Juris offerendi reimburſandæ filiis Cæciliæ, ſive de jure in abſtracto, ſive in caſu concreto forent liberè tradendæ, vel potius cum vinculo, & conditione de qua ſupra, quemadmodum namque exceſſus, & per conſequens attentata fuiſſent inexcuſabilia quotieſcumque *R. P. D. meus Matus* vinculum iſtud, & conditionem proprio marte, ſeu libito, & arbitrio ſuperinduxiſſet, citra diſcuſſionem deſuper habitam in Rota ſtante reſiſtentia ſtyli, & Conſtitutionum Tribunalis ſeſe eo tinendi

1 ſemper intra limites deciſionum, ut ſepe monitum fuit, & ſignanter *in deciſ.* 146. *num.* 3. *par.* 19., *& in Romana Teſtamenti* 14. *Martii* 1698. §. *Et ſane*, *et* §. *Hinc coram Me* inter hodie impreſſ. *deciſ.* 37., *et in Maximana ſucceſſionis* 30. *Januarii proxime præteriti* §. *Licet namque coram Me.*

Ita diametraliter ex oppoſito ſi vinculum *ab R. P. D. meo Mato* decretum proveniebat in ſequelam neceſſariam juris in actu (ut dicunt Dialectici, ſeu Logici) exercito, vel ſignato profecto ea dem appoſitio vinculi, ſeu conditionis jam virtualiter, vel eminenter latebat in ſtabilita competentia Juris offerendi, itaut potius eſſet conſequutiva declaratio, quam nova injunctio, vel diſpoſitio ad inſtar excutientis granum a ſpicis per *Textum in l. adeo ſ prima verſic. cum enim grana ff. de acquir. rer domin.*, proindeque velut ordinatio deſcendens in puram donſequentiam neque de exceſſu,

2 neque de ulla contraventione ad ſtylum, & conſtitutiones poterat objurgari, ſicuti pariformiter millies traditum habetur, & ſignanter *in deciſ.* 159. *num.* 8. *par.* 11. *deciſ.* 229. *num* 7. *et ſeq. et deciſ.* 381. *num.* 17 *par.* 17. *et deciſ.* 164. *num.* 2. *par.* 18. *recent.*, *et in Neapolitana Penſionis* 17. *Februarii* 1698. §. *Ergo coram Me* hactenus impreſſ. *deciſ.* 30., *et in dicta Romana Teſtamenti* 14. *Martii ejuſdem anni* §. *Congnoverant pariter coram Me.*

Quatenus igitur de jure fuiſſet articulus enodandus dicebatur pro parte filiorum, nullibi cautum eſſe, quod Creditor poſterior intentans ultimum æquitativum præſidium Iuris offerendi in quoddam ſolatium, vel reſtaurum jacturæ proprii crediti, de quo *in Faven. Iuris offerendi* 6. *Decembris* 1702. §. *Et ratio coram Me* queat exigere a Poſſeſſore bonorum retrahendorum ullam ſecuritatem, & cautionem: Excepta namque *Tributoria actione*, in qua præſtanda eſt

cau-

nis de reſtituendo prioribus, et potioribus ejuſdemque Vincentii Tagliaviæ etiam in præſenti ſententia comprehenſis, et citatis Summaria eorumdem filiorum Cæciliæ num. 6. circa finem; Cumque huiuſmodi ſententia, ſive decretum acceptaverit Cæcilia, ut *in dicto Summario num. 9. pariter circa fin.* Ecce quod ceſſabant omnes prędictæ in contrarium allatæ ratiocinationes, & doctrinæ, quę ſimpliciter innitebantur ponderationi, ne Poſſeſſor gravaretur iſto onere obligationis, & cautionis, cui prius non erat addictus. Eo etenim ipſo quod bona retracta ſubiicebantur huic oneri congruum, & neceſ-
12 ſarium erat, ut pecuniæ, in eorum locum ſuberogandę ſupportarent eamdem conditionem, vel vinculum, ut eſt de vulgari natura ſubrogatorum ex collectis per *Gratian. diſcept. for. cap. 546. num. 30. Ciarlin. contr. for. cap. 209. num. 26. Manſ. conſult. 45. num. 37. & in tract. de commerc. et mercat. diſcurſ. 82. num. 12. Rota Iannen. inter recollectas per modernum Forolivien. tit. 3. de legat. et fideic. deciſ. 40. num. 39., et Sac. deciſ. 1181. num. 30. coram Fm.r.x Iun. cum aliis in Romana prætenſæ nullitatis contractus 16. Februarii 1699. §. fin. coram Meboaie impreſſ. dec. 74.*

Et ob id proſequendo terminos cujuslibet retractus, ſeu prælationis intentatæ lex utique non tolerat, quod patiens retractum, aut prælationem remaneat in aliquo damno, ne æquitas indulgens hanc prælationem deflectat in alterius præjudicium, & inquitatem, ſed ne-
13 que vult, quod patiens hanc prelationem exiſtat in lucro. quoniam ſatis eſt, ut retrahens aſſumat in ſe, & amplectatur omnia onera, & omnia pacta, quæ erant infixa rei retractæ ex uno ore connotatis per *Tiraquell. de retract. lignager. §. 26. gloſſ. 2. num. 4. Donad. de renunciat. tom. 2. cap. 26. num. 7. verſic. ac etiam Corradin. de prælat. quæſt. 5. num. 2, Chriſtin. deciſ. Belgic. 281. num. 5. lib. 1, Rot. deciſ. 186. num. 1., coram Vbald. ſen, & deciſ. 849. num. 6. coram Dunozzett. jun.*

Quapropter quotieſcumque ille, qui ſuffert contra ſe jus offerendi ſi alias exiſtat per pactum aut aliam obligationem obnoxius conditioni
14 ſolvendi Creditoribus anterioribus, hæc conditio in facta oblatione, vel depoſito nequaquam reiicitur, ad ea, quæ poſt *Baldum in l. acceptam quæſt. 4. Cod. de uſur.* ſpecifice conſiderat *Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. quæſt. 83. num. 73.*, & pręclare ſuppoſuit, *Rot. in deciſ. 421. num. 10. verſic. maxime coram Duran.* & conjungendo analogam rationem militantem, ut ſuperius in judicio Salviani conſonat *Rota deciſ. 15. num. 6. verſic. & quando poſt Pacific. de Salvian. interdict.*

Augebaturque efficacia reflectendo, quod ſicuti ſi Cæcilia veniens ad concurſum efformatum ſuper bonis Vincentii ejus viri, ac fortaſſe conſequuta eſſet ſatisfactionem in promptam, & numerata pæcunia, profecto compulſa foret ſubire vinculum, & conditionem reſtituendi pecunias acceptas ad omne mandatum Domini, ac quibuſcumque Creditoribus
15 anterioribus, & potioribus ſucceſſive comparentibus ex praxi quotidiana, vulgatiſque juribus de quibus *Gratian. diſcep. for. cap. 701. num. 1., Scappucc. de ſolut. interdict. lib. 2. quæſt. 13. num. 2., Salgad. labyr. credit. par. 2. cap. 6. num. 1. Francb. deciſ. 75. & deciſ. 200. num. 4.* late *in tract. de commerc., & mercat. diſc. 90. num. 18., Rot. deciſ. 421. num. 13. coram Duran. deciſ. 321. num. 21. coram Bich.* cum aliis *in deciſione* in hac eadem Cauſa ędita *ſub die 11. Junii 1703. §. Non poteſt coram R. P. D. meo Scotto.*

Certe ſi loco pecuniarum bona recepit vinculata ſub eadem lege favore Creditorum conquæri non poterat, dum ſibi per jus offerendi legitime ſublatis eiſdem bonis, eorumque vicæ aſſequendo pecunias illius Creditum cohæquantes ſupponeretur illi conditioni, quam evitare ueqnivifſet obtinendo pæcunias, cum nihil tam pronum, & rationabile exiſtat quam-
16 quod unaqueque res revertatur ad ſuam naturam, ſicuti non abs re per *Text. in l. ſi unius 28. §. Pactus verſic. quod, & in ſpecie ff. de pact.* animadvertunt *Surd. conſ. 397. Cyriac. controverſ. 412. num. 12. & 14. Manſ. conſult. 492. num. 8. F ſar. ſubſtitut. quæſt. 296. num. 66. verſic. tertio res facile revertit. Epiſcopus Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 52. num. 6.*

Parumque refragabatur, adverſus hæc, quod hodie evanuerint veſtigia concurſus, utpote nihil habentia commune cum jure offerendi, quodque D. Cardinalis minime requiſiverit in ejus Monitorio ſuper jure offerendi hanc conditionem, ſed tantummodo illud inſtruxerit prævia tamen exburſatione ſc. 5000. &c. vis quippe minime verſabatur in objecto concurſus, qui pœnitus exiſtit diſtinctus ab jure offerendi, ſed in ratione motiva prænominatæ ſubrogationis ne alias lucrum capeſſat præpedire volens idem ius offerendi, debeatque potius acquieſcere recuperationi ſoluto ſibi toto ſuo Credito; Et quoad conditionem ab initio non expreſſam in monitorio ſuperabundare viſa eſt illa formula - *prævia tamen exburſatione &c.* cum hæc intelligatur ad formam Juris, ſicuti reducuntur omnia monitoria, ut inquit *Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 4. num. 54. & ſeqq.* & in ſimilibus immo durioribus terminis, quod licet dictum ſit ex. gr. de *ſolvendo Creditoribus*, hoc congrue interpretetur ad mentem Juris, videlicet anterioribus & potioribus *Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. dicta quæſt. 83. num. 64.*

Et ita concluſum fuit omnibus Dominis ſuffragantibus.

Utraque &c.

FOROSEMPRONIEN. MOLENDINORUM.

Veneris 16. Maii 1704.

ARGVMENTVM.

Molendina in ſua ſolo conſtruere unicuique permiſſum eſt, & id procedit etiam conſtructione huiuſmodi Molendini damnum inferatur Molendino vicibo iam præexiſtenti, quia eadem publica libertas, quæ faciet Conſtructori adaugetur ex ipſa maiori copia, vel minori, per quam molere cupientes maiorem, magiſque liberam habent amplitudinem eligendi quem maluerint. Supremus Princeps an poſſit promulgare huiuſmodi Bannimenta prohibitiva conſtructionis molendinorum, & datur diſtinctio. Dictum, ſeu Bannimentum quando dicatur inobſervatum, & revocatum, & an conſtitutiones Apoſtolicæ per inobſervantiam abrogatę cenſeantur.

SVMMARIVM.

1 *Libertas naturalis nullo pacto redemibilis eſt.*
2 *Molendina in ſuo conſtruere nemo impedire valet.*
3 *Et hoc procedit etiamſi aqua deſumeretur a flumine communi, dummodo non ſit navigabile, quia tunc licentia Principis requireretur.*
4 *Neque attendi debet præjudicium Domini alterius Molendini jam præexiſtentis, & de ratione.*
5 *Jus prohibendi annexum rei tranſit etiam in ſucceſſores de cætero ſingulares,* & num. ſeq.
7 *Iuris prohibitivi, ac privativi major juſtificatio ex ſtari nequit quam ea, quæ reſultat ex Principis Bannimento, ac lege palam indicta.*
8 *Et ſupremus Princeps poteſt ad ſui libitum promulgare hujuſmodi Bannimenta, & de ratione.*
9 *Lectura hoc procedere in iis quæ jure Principatus ad ipſum ſpectant, ſecus vero in iis quæ ad eum pertineat jure allodii, ac propriæ contradiſtinctæ burſæ privatæ.*
10 *Et in hoc ſecunda caſu ceſſat facultas in ſupremo Principe juris prohibendi in præjudicium Vaſſalorum.*
11 *Ducas Vrbini licet eorum ſtatu aliquo tempore recognoverint a S. Sede Apoſtolica ſuprema Domina directa, adhuc habendi forent in claſſe Principum non recognoſcentium Superiorem.*
12 *In ſtatu Vrbini præſumptio eſt quod omnia bona ad Duces jure meri, ac privati allodii pertinuiſſe.*
13 *Feudalitas excluditur in Molendinis quoties devoluto Feudo ad Dominum directum illa non fuerunt devoluta.*
14 *Reſoluto iure datoris, ſeu prohibentis reſolvitur Ius acceptoris.*
15 *Aſſeritur diſtinctio inter bona, quæ Principi acquiruntur veluti privatæ Perſonæ, & quæ illi veluti Principi abſoluto, & independenti obveniunt.*
16 *Acquirens pro Perſona nominanda ſibi non acquirit, ſed nominatario, cuius organum fuiſſe cenſetur idem acquirens.*
17 *Ceſſio quamvis fuerit verbis generalibus concepta, tamen reſtringi debet ad ius quod ſibi competebat.*
18 *Leges, & ſtatuta debent eſſe clara, & manifeſta, itaut ab omnibus intelligantur.*
19 *In iuribus negativis, ſive prohibitivis non acquiritur titulus, & poſſeſſio niſi demonſtretur quod prohibitus acquieverit prohibitioni.*
20 *Et quod iſta acquieſcentia per tantum tempus obſervata fuerit, quantum requiritur ad præſcribendam naturalem libertatem.*
21 *Leges, & ordinationes Supremi Principis per contrarium uſum ab ipſo Principe toleratum ac inobſervatum remanent abrogatæ, nec valent obligare.*
22 *Secus in conſtitutionibus Apoſtolicis, & de ratione.*
23 *Ad illam legem haberi nequit reſpectus, quæ ſucceſſive fuit pari, & contrario imperio revocata.*
24 *Citatio non requiritur, ſi citatus ex poſt recognoſcatur nullam habiturum fuiſſe defenſionem, etiamſi fuiſſet in effectu iudicaliter laceſſitus.*
25 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*
26 *Mandatum de faciendo non ſufficit, ubi factum præciſum intervenire debet.*
27 *Subreptio eatenus vitiam gratiam, quatenus aliquid fuerit prætermiſſum in petitione illius Gratiæ, quod ſi fuiſſet expreſſum, vel Princeps non conceſſiſſet, vel difficilius.*

DECISIO CCCXIX.

NUnciaverant fratres de Nigronis novum conſtructionis opus, quod DD. de Paſſioneis in proprio ſolo, propriaque utentes aqua elevare deſtinaverant pro geminis molendinis, ſed poſtquam Prælatus Judex prioris inſtantię ad normam utriuſque Juris Pontificii, ſcilicet *in cap. 3. de nov. oper. nunciat.*, & Cæſarei *in l. prima C. eod. tit.* proviſionaliter fuerat arbitratus, præfigendum eſſe terminum duorum menſium, nunciantibus pro juſtificatione prætenſi tituli prohibitivi, nil interim, ac deinceps demonſtrato per eoſdem de Nigronis ſucceſſive devenerat ad ſententiam plenariæ abſolutoriam adverſus hujuſmodi nunciationem, conſcendente autem appellatione ad Sac. Auditorium, adeo perſpicua viſa ſunt jura DD. de Paſſioneis naturali, & juridicæ libertati innitentium, ut prævia *deciſione dici 7. Decembris 1703. coram R. P. D. meo Lancetta* Tribunal cenſuerit idipſum, & hodie abſque ulla heſitatione prodierit reſponſum pro ejuſdem ſententiæ Rotalis confirmatione.

Iura enim firma ſemper magis præfulgebat regula aſſiſtens intentioni DD. de Paſſioneis, ea quippe

adeo

a.ſco conſequitur naturalem libertatem nullo
1 pretio redimibilem, ad *Text. in leg. libertas*,
& leg. non eſt ſingulis 137. *ff. de reg. jur.*, ut
nedum quilibet in ſuo nequeat impediri con-
ſtruere molendina, ad tradita per *Capen. diſcept.*
2 *forenſ. cap.* 230. *num.* 3. *Novar. de gravam.*
vaſſal. lib. 1. *gravam.* 60. *num.* 31. *Pecch. de*
ſervit. tom. 2. *cap.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 23. *Pani-*
moll. dec. 26. *adnot.* 2. *num.* 1. *Gob. de Aquis*
quæſt. 16. *num.* 2. *Theſaur. decif. Pedemont.* 16.
num. 1. *Rot. coram Penting. dec.* 164. *num.* 1.,
& in Anglonen. molendini ſuper bono jure 1.
Julii 1697. §. *Aſſiſtit coram R. P. D. meo Pio*
impreſſ. poſt. Gob. tract. var. dec. 48.

Verum etiam hæc regula pacifice amplia-
tur, quando etiam aqua ad hunc effectum
deſumeretur a flumine communi, dummodo
illud non exiſtat navigabile, in quo caſu ſal-
tem Principis licentia requireretur, ne uſus
3 publicę navigationis remaneręt prępeditus, ut
proſequendo adnotarunt *Gob. de aquis. quæſt.*
15. *num.* 6. *Hering. de molendin. quæſt.* 15.
num. 24. *Episc. Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.*
173. *num.* 1.

Nullo ulterius habito reſpectu ad præjudi-
cium, quod ſecundario, ſive in conſequentiam
emergeret Domino alterius molendini jam
præexiſtentis, dummodo per conſtructionem
novi molendini, aqua deſerviens veteri mo-
lendino non divertatur, aut exhauriatur; in-
directum namque præjudicium diminutionis
concurſus molere volentium minime habetur
in ulla conſideratione. quia eadem publica
libertas, quæ favet Conſtructori adaugetur ex
ipſa majori copia, vel minori, per quam
molere volentes majorem magiſque liberam
4 habent amplitudinem eligendi quem malue-
rint, teſte *Gratian. diſcept. for. cap.* 89. *num.* 1.
& 2. *Episc. Rocc. diſcept.* 173. *num.* 2. 3. *&*
5., *& ſub. num.* 9 *Sabell. reſol.* 97. *num.* 19.
Reverendiſs. Verulan. in obſerv. ad Statut. Fu-
ven. lib. 2. *rubr.* 12. *num.* 17. *Panimol dec.* 26.
adnot. 2. *num.* 20., & dixit *Rot. dec.* 421.
num. 6. *coram Rembold. & in dicta Anglonen.*
molendini ſuper bono jure poſt Gob. tract. var.
dec. 48. *num.* 3.

Rurſus itaque conſtabilita hujuſmodi regula,
nullatenus officere poſſe Domini reputarunt li-
mitationem, quam unice in ſubſtantia promo-
vebant fratres de Nigronis, nempe, quod cum
molendina per eos ante novam conſtructionem
poſſeſſa antiquitus pertinerent ad ſemper me-
morabiles, ac recolendos Vrbini Duces, ab
ipſis autem, mediante ceſſione ampliſſima
exarata per Laviniam Marchioniſſam *del Vaſto*
ultimi Ducis ſororem devenerint in *fa. me.*
Vrbanum VIII., & ab hoc per organum
clar. me. Principis Don Thaddei Barberini,
ejuſque ſucceſſorum ex cauſa correſpectiva
tranſiverint in fratres de Nigronis, hinc pro-
inde quemadmodum inſitum apparebat de tem-
pore Ducum, Jus incontrovertibile prohibi-
tivum, ne alia ædificarentur molendina, hu-
juſmodi idcirco jus, ac privilegium prohiben-
di veluti annexum rei diffuſum fuerit, tranſi-
tumque fecerit in ipſos fratres de Nigronis,
& ſi de cætero ſingulares ſucceſſores, ſicuti
5 diſtinguendo jura realia, aut perſonalia com-
muniter admiſerunt *Surd. conſ.* 525. *num.* 26.
lib. 4. *Cyriac. contr. for.* 141. *num.* 26. *Card.*
de Luc. de feud. diſc. 44. *num.* 9. *&* 11., *&*
de regal. diſc. 90. *num.* 8., & fuit dictum
atque firmatum in illa celebri *Ferrarien. Tenutę*
Diamantinæ coram bo. me. Albergato, ſeu dec.
712. *part.* 18. *deciſ.* 83., *&* 558. *part.* 19.
rec.

Potiſſime quia etiam de hac transfuſione
ultra vim intrinſecæ realitatis conſtabat a lit-
tera præfatę ceſſionis factæ per Laviniam ob
illa verba - *cum omnibus, & ſingulis ipſorum*
juribus &c. nc etiam omni, & toto eo &c. tam
de jure, quam de uſu, ſive ex ſtylo, aut con-
ſuetudine, vel alias quomodolibet, quandocum-
que, & qualitercumque ſpectent, & ſpectare
poſſunt in futurum, nihilo penitus excepto, jun-
cta ſimili nominatione expleta in Principem
D. Thaddeum a *fa. me. Vrbano VIII.*, ac de-
nique expreſſius ab individuatione juris pro-
hibendi in diſtractione ſubſecuta favore eorum-
dem fratrum de Nigronis, *illorum Summar.*
num. 2. 3. *&* 6. Quapropter cum tam litte-
raliter, & certe fratres de Nigronis poſiti
fuerint in locum, ut ita dicamus gradualem
veterum Vrbini Ducum, aſperum nimis red-
debatur, quod iidem fratres nequirent exer-
cere illud jus prohibendi, quod antiquis Du-
cibus inerat, quodve fuerat in eos tam clare,
6 & adaperte transfuſum, ut recte in propoſito
Mel. quotid. obſerv. for. obſer. 97. *num.* 5. *Gob.*
conſult. 9. *num.* 9. *& ſeqq.* penes quos reliqui
fruſtra tranſcribendi.

Quod autem de tempore DD. Ducum hu-
juſcemodi jus prohibitivum inhæreret illorum
molendinis translatis in fratres de Nigronis
liquere videbatur ex Bannimentis, ſive Edictis
anni 1580. *&* 1604. *ac etiam* 1620. prope ada-
muſſim tempus devolutionis deinceps adapertæ
erga S. Sedem Apoſtolicam, major quippe jù-
ſtificatio juris privativi, ſeu prohibitivi nequit
exoptari, quam ea, quæ reſultat ex Principis
bannimento, ac lege palam indicta ſecundum
7 affirmata per *Cyriac. contr. forenſ.* 462. *nu.* 30.
Gob. de aq. quæſt. 15. *num.* 33 *Theſaur. deciſ.*
Pedemont. 16. *num.* 7. *verſ. ſufficeretque Rot.*
in Farfen. molendini 14. *Martii* 1687. §. *Pro-*
hibitio coram Reverendiſſ. Hervavult impreſſ. poſt
Gob. tract. var. dec. 6.

Reaſſumendo namque medullam totius con-
trariæ argumentationis, illa non erat etiam
abſtractive tam lucida, ut non poſſet aliquam
pati amaritudinem, quia quamvis plerique
voluerint, Principem non recognoſcentem
Superiorem poſſe ad ſui libitum promulgare
conſimilia Bannimenta prohibitiva, ſub ea ra-
tio-

tione, quod omne tangens utilitatem Princi-
pis dicitur tangere publicam utilitatem cui om-
nes ſubſunt etiam per privationem eorum
8 naturalis libertatis, uti videre eſt apud *Soccin.
ſen. conſ. 272. ſub num. 5. & ſeqq. vol. 2. Ri-
min. jun. conſ. 81. num. 11. & ſeqq. lib. 1. &
conſ. 370. num. 4. lib. 4. Gratian. diſcept. for.
cap. 89. num. 17. Cyriac. contr. 467. num. 27.
& 28. Roſ. conſult. 70. num. 15. Antonel. de
temp. legal. lib. 4. cap. 10. num. 15. Treſaur.
dec. 16. num. 5. Rot. coram Rembold. dec. 96.
num. 16.*

Non defuere tamen alii reputantes id utique
locum ſibi uſurpare, quoties Supremus quo-
que Princeps publicet hujuſmodi privativa Ban-
nimenta quoad illa Prædia, molendina, fur-
nos, macella ad ipſum ſpectantia jure veri
Principatus, feudi, ſeu dominii, ſecus autem
circa bona, ſeu res ad eum pertinentes jure
privati allodii, ac propriæ contradiſtinctę bur-
ſæ privatę a burſa camerali, ſive fiſcali, ſe-
cundum diſtinctionem, quam alii in patrimoniis
9 Principis obſervarunt, ſignanter *Maſtrill. de
Magiſtrat. lib. 1. cap. 13. num. 5. & ſeqq.
Peregrin. de jur. Fiſc. lib. 1. tit. 1. num. 6. & 7.
Card. de Luc. de feud. diſc. 2. num. 22.*

In hoc etenim ſecundo caſu, quia ceſſat ra-
tio violandi publicam, & naturalem libertatem
pro ſuo proprio privato commodo, ceſſare
etiam hanc ſpeciem Dardaniæ, ſeu facultatem
Iuris prohibendi in præjudicium vaſſallorum,
ſive ſubditorum, diſtinguendo pariter tradide-
10 re præ cæteris *Bald. in conſ. 409. ſub. num. 7.
vol. 5.* ibi- *Aut ordinatio Domini reſpicit rem pri-
vatam, ideſt proprium patrimonium ipſius, puta
molendina ſunt ſua privati ſui patrimonii &c. &
tale ſtatutum, vel decretum non valet &c. Gob. de
aq. d. q. 16. num. 2. & ſeqq.*, qui ſequitur *Bal-
dum*, & ſatis bene corroborat præfatam di-
ſtinctionem.

Applicando autem ad rem, & ſupponendo,
quod DD. Duces Vrbini licet Statutum eo tem-
pore recognoſcentes a S. Sede Apoſtolica Su-
prema Domina directa, adhuc habendi forent
11 in claſſe Principum non recognoſcentium Su-
periorem, ſecundum ea, quæ habet *Tob. Non.
conſ. 10. num. 2. 4. & ſeqq. Card. de Luc de ſuc-
ceſſ. diſc. 52. ſub n. 8.*

Profecto perſpicuum erat, quod molendina
perventa in fratres de Nigronis pertinerent ad
eoſdem Duces iure meri, ac privati allodii,
12 non ſolum ſecundum generalem præſumptio-
nem de qua *Burſatt. conſ. 41. num. 2. & ſeqq.
Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſ. 3. in princ.
Epiſc. Rocc. de diſcept. 172. num. 12. Petr. ſuper
Rit. Magn. Cur. Vicar. Rit. 273. ſub num. 140.
Gob. de aquis q. 14. n. 76. Rot. dec. 894. num. 1.
coram Seraphin.*

Aſt etiam quia recognoſcendo ſeriem horum
molendinorum, quæ hactenus poſſidebantur
per fratres de Nigronis, illa de anno 1529.
prout apparet noſcebantur ab Epiſcopo Foroſem-
pronien., & ab ipſo tranſlata in Eleonoram Ur-
bini Ducillam abſque ulla mixtura, vel incor-
poratione facta Principatui, eidemque Eleono-
ræ marito, tanquam Duci hujus Principatus
Summario illorum de Nigronis num. 1., deſcen-
ſa tandem de Duce in Ducem jure privatæ here-
ditatis, vel tituli ad ultimum, ejus ſoror La-
vinia in inveſtitura feudali, ſeu Principatus mi-
nime compræhenſa memorata molendina ceſ-
ſit pro perſona nominanda *fel. record. Vrbano
13 Octavo*, ſecutaque deinceps nominatione in per-
ſona Principis Don Thaddei Barberini, finaliter
de anno 1655. à ſucceſſoribus enunciati Princi-
pis D. Thaddei diſtracta apparebant in fratres de
Nigronis *dicto Summ. n. 6.* quamobrem quis di-
xerit, hæc molendina fæudo fore connexa,
quando tam clara coruſcabat privata acquiſi-
tio, atque deſcenſus, & quando ad hunc effe-
ctum ſuperabundaret in reconſolatione dominii
directi per extinctionem maſculinæ ſobolis Du-
cum Vrbini, uti cætera fæudalia, ac juriſdictio-
nalia, neutiquam veniſſe in devolutione, ac
recuperatione S. Sedis, quemadmodum appo-
ſita præter diſcurſus ipſum naturalem obſerva-
vit *Surd. conſ. 135. nu. 43. Epiſc. Rocc. diſcept.
forenſ. 1702. nu. 14. Rejuntat. de fæud. cap. 12.
concl. 14. num. 32. & ſeqq. Rot. coram Bevratt.
dec. 276. nu. 5.*

Itaque intellectione retenta palam corrue-
bat tota machina exceptionis propoſitæ, ut ſu-
pra adverſus regulam naturalis libertatis mili-
tantem pro DD. de Paſſioneis, nam citra ne-
ceſſitatem inquirendi circa realitatem privile-
gii, & cui abſque ſpeciali mentione Iuris prohi-
bitivi contradicit *Surd. conſ. 127. n. 35. & 37.*
etiam abſtractive ruebat obiectum nam hujuſ-
modi realitas durare ſolum poterat durante
dominio DD. Ducum Urbini, vel facta deſuper
poſitiva conventione cum Domino directo, ut
erat caſus enunciatæ *Ferrarien. Tenuta Diaman-
14 tinæ*, alias quippe reſoluto jure datoris, ſive
prohibentis reſolvebatur jus acceptoris ad *Text.
in l. vectigali ff. de pignor. & hypothec.*, & tradi-
ta per *Bald. conſ. 280. num. 2. verſ. in contra-
rium facit lib. 1., Surd. conſ. 555. num. 9. Con-
ciol. allegat. 15. num. 29., Rot. dec. 893. nu. 5.
& dec. 1348. num. 18. coram Emerix jun.*, &
dec. 34. n. 4. par. 17. rec.

Parum relevante, quod molendina ex præ-
fata ceſſione Laviniæ devenerint *in ſa. me. Vr-
banum Octavum*, nam replicatio ponderabilis
exiſteret quando in ipſum deſcendiſſent tan-
quam Principem abſolutum ditionis devolutæ,
ſecus autem dum ceſſio per eum fuit conquiſita
pro perſona nominanda, & ſic intra ſpheram
privatæ perſonæ, juxta ea, quæ de jure in una
15 eademque perſona materiali Principis conſide-
rantur, apud *Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap.
13. n. 3. & ſeq. Card. de Luc. de Fæud. diſc.
61. n. 3. Peregrin. de jur. fiſc. lib. 1. tit. 1. nu. 6.
cum dub. ſeqq. d. Philippo diſſert. fiſcal. 21. n. 25.*
& de facto acquirendo pro perſona nominanda ſi-
bi

bi non acquirit, ſed nominatario, cujus orga
16 num tuiſſe cenſetur idem acquirens, quemad-
modum poſt *Canc. de cenſ. q. 67. num. 14. in fine
Modern. Perus. not. de ſolemnit. in contract. min. gloſſ.
22. §. 23. num. 21. Rot. dec. 377. num. 9. coram
Card. Celſ. firmavit eadem Rot. in Perusina Beno-
rum 16. Januarii 1702. §. Reſpectu, & §. Abſ-
que eo, quod coram* Me.

Quod ſi ſucceſſores nominatarii ejuſdem *fel.
rec. su. Urbani Octavi* ſuper abunde expreſſere in
noviſſima diſtractione etiam jura prohibitiva,
id utique non erat intra terminos præſentis quæ-
ſtionis, & poterat facile cenſeri conſimilis ex-
preſſio in bibita reliquis generalitatibus pro illo
jure prohibendi, quod alias extaret penes diſtra-
hentem intra tamen juridicos Cancellos, quæ-
madmodum ceſſiones generales ſemper deſu-
munt interpretationem ad tradita per *Buro conſ.
103. num. 18. & 19. Altograd. conſ. 22. n. 25.
& 26. lib. 2. Murot. diſc. p. foren. c. 3. num. 49.
Cyroccb. diſcep. 66. nu. 23. & diſcept. 71. n. 14.
Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 7. num. 1. & ſeqq.
Rot. dec. 422. num. 6. cor. Priolo dec. 323. n. 7.
ſ. 4. 11. & dec. 531. n. 15. par. 14. rec.*

Cæterum (præſcindendo etiam ab hujuſmodi
fundamento de ſui natura eradicativo prætenſæ
limitationis, ſive exceptionis) Domini rimanen-
tes ſingula bannimenta, minime exiſtimarunt,
in illis figi poſſe Pedem tenacem pro aſſerenda
17 qualitate Jure privativi, ſeu prohibitivi; Ve-
rum quippe erat, quod Prætor Civitatis Foro-
ſempronien. de anno 1580. prohibuerat Subdi-
tis acceſſum ad alia molendina, idemque edi-
ctum fuerat renovatum de anno 1604. cum
nonnullis epiſtolis D. Ducis, quod, & repeti-
tum extitit de anno 1620. quodque ſucceſſive
poſt ſubſequutam devolutionem Ducatus Præ-
ſides ejuſdem Provinciæ, ſive Proleg. titi ſi b an-
nis 1633., & 1636. necnon ſucceſſive Emi-
nentiſſimi Cardinales Legati Vidman Coſtagu-
tus, & nuperrime D. Cardinalis Carolus Barberi-
nus eadem bannimenta prohibitiva reaſſumpſe-
rant, nempe de an. 1650. de an. 1654. & demum
de an. reſpective 1678. Aſt in primis non ita per-
ſpicuum apparebat, quod ex nuda pœnali ac ne-
gativa prohibitione ne ſubditi alia accederent
molendina, fuerint inſita molendinis fratrum de
Nigronis, talis affirmativa realitas, ut poſſet
deinceps cenſeri tranſitoria ad quoſcumque
ſingulares ſucceſſores, niſi forte per indirectum
18 quando de jure eſt, ut Statuta, vel edicta di-
recte, & clare loquantur, ut inquit *Sard. ſu-
pra allegatus*, & generaliter *Maſtrill. de Magi-
ſtrat. lib. 3. cap. 3. n. 103., Borel. de Magiſtrat.
Edict. lib. 2. cap. 5. num. 1., & ſeqq. Card. de
Luc. in conflict. l. et ration. obſerv. 20. fere per
tot.* cum aliis *in Bononien. Montis Butrii 5. De-
cembris 1701. §. Si vero coram Me*.

De reliquo autem poſito, quod etiam hæc
Bannimenta ex vi litteræ ſonare poſſent in rea-
litatem, Domini putarunt eſſe diſtinguen. tem-
pus antiquum, quo Duces Urbini vigebant,
ab illo ſubſecuto poſt devolutionem ipſius Duca-
tus; Nam præcitata bannimenta annorum
1580. 1604. & 1620., quæ præceſſere præfatam
devolutionem, nullibi effulgebant executioni
demandata per captionem pignorum, aut per-
ſonarum contravenientium prout eſſe demon-
ſtrandum cum populi, ſeu Subditorum acquie-
19 ſcentia ad effectum coarctandi eorum liber-
tatem, reſponderunt *Gravet. conſ. 861. nu. 6.
Bertrand. conſ. 134. nu. 5. lib. 3. Gratian. diſ-
cept. forenſ. cap. 564. ſub n. 53. Theſaur. d. dec.
Pedemon. 16. nu. 8.*

Fortius vero, quia e converſo oſtendebatur
a DD. de Paſſioneis, quod cum medio tempore,
videlicet, de anno 1616. emanaſſet quoddam
præceptum ad iſtantiam Fiſci, ſeu Cameræ
Ducalis circa molendinum nuncupatum *de Re-
troſi* extitit ab eodem præcepto reclamatum &
Prætor localis mediante poſitiva ſententia, in
qua enunciabatur oppoſita quaſi poſſeſſio liber-
tatis, prænominatum præceptum revocavit
Summ. DD. de Paſſioneis num. 2. & tamen ad
effectum acquirendi Ius privativum ne Populus
alio accedat ad molendum, requiritur ultra pro-
hibitionem, quod ſubditi acquieverint eidem
prohibitioni, ac per tantum temporis interval-
lum paruerint, quantum exigitur pro præſcri-
ben. naturali libertate ad ea, quæ multiplici-
20 ter ampliando notavit *Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 564. num. 52. & 53. Gab. de Aquis q. 15.
num. 33. & q. 16. ſub nu. 1. Notar. de gravam.
Vaſſall. lit. 1. gravam. 58. num. 6. & 7. Theſ-
ſaur. d. dec. Pedemont. 16. num. 6. & 7. Rot.
dec. 96. cor. Rambeld. dec. 70. nu. 13. & ſeqq.
par. 2. diver. & in rec. dec. 616. n. 1. part. 3. &
dec. 38. num. 3., & ſeqq. par. 4. tom. 2.*

Et eſt generale quod etiam ipſæ leges, & Or-
dinationes Supremi Principis per contrarium
uſum ab ipſo Principe toleratum, ac inobſer-
vantiam remaneant ſufficienter abrogatæ, nec
21 veluti ullius momenti remaneant obligatoriæ
*Coren. reſol. practicab. reſ. l 174. n. 3. Moder. Luc.
conſul. 643. n. 15. Merlin. Pignattel. contr. forenſ.
cen. 2. cap. 7. num. 16 Maſcard. de probat. con-
cluſ. 1339. n. 8., Rot. dec. 57. n. 9. coram Bich.*

Quicquid eſſet ubi ageretur de Conſtitutio-
nibus Apoſtolicis, quia cum Summi Pontifi-
ces habeant immediatam poteſtatem a Deo
abſque ulla dependentia a conſenſu Populorum
illorum Conſtitutiones ex non uſu, vel contra-
22 rio uſu eorumdem Populorum non abrogan-
tur, ſicuti poſt *Rot. dec. 77. num. 3. cor. Cava-
ler. dec. 81. num. 4. coram* Merlin. *& dec. 260.
num. 15. & ſeq. par. 17. rec.* tradit *Modern. Foro-
livien. ad Bannimenta Legat. Emil. obſerv. 2.
n. 3. & ſeqq.*

Tranſeundo pariter ad tempus magis moder-
num, jam circa renovationes veterum banni-
mentorum, ac editorum ad tempore quo Prin-
cipatus hic regebatur a Ducibus Urbini, vi-
delicet ſub prædictis annis 1633. 1636. 1650.
& 1654. obſtabat ex oppoſito ſubſequens decre-
tum

tum

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus, aliæve* Dignitates, *vel Canonici licet unum corpus eſſ rment, Epiſcopus tamen in hoc ipſo corpore ſemper eſt caput.*

2 *Et cæteros antecellit in actibus magis honorificis, & præeminentialibus, indefinitaque eſt cunctorum moderator.*

3 *Campanam priori loco pulſandi in Sabbato ante Paſcha Dominicæ Reſurrectionis ſpectat ad Eccleſiam Cathedralem.*

4 *Ampliatur etiam in Eccleſia* Matrice, *in circumſtantia etiam, quod aliqua fortaſſe Eccleſia Collegiata ſolita ſit habere omnimodam præcedentiam ſupra eamdem* Matricem.

5 *Epiſcopus in Capitularibus congreſſibus accedit non tanquam Epiſcopus, ſed tanquam Canonicus, tunc præferendi ſunt Canonici digniores, & antiquiores, contrarium vide n. 10*

6 *Actus conſecutivus tribui debet mandanti non autem exequenti.*

7 *Manutentio denegari non debet educenti de ſua poſſeſſione,*

8 *Conſuetudo immemorabilis in materiis præbeminentialibus niſi deſtituta ſit le itimitate cauſæ capax eſt ſubſiſtendi non obſtante cenſura Concilii in contrarium licet abrogantis quaſcumque conſuetudines.*

9 *Manutentioni nil magis famulatur, quam petitio, ſive prætenſio unius, & contradictio alterius cum ſubſecuta acquieſcentia prætenſoris.*

10 *Epiſcopus & ſi in Capitularibus congreſſibus interveniat anquam Canonicus n n tamen Canonicus poteſt ſe ſubmitti quia tunc membra capiti præferrentur.*

11 *Explicantur Authoritates contrarium ſentientes, quæ loquuntur de Epiſcopo alterius Eccleſiæ, ac ſimpliciter titulari in Partibus infidelium.*

12 *Indiſtincte loquens, indiſtincte interpretandum eſt.*

13 *Epiſcopus adhoc ut juxta ſenſum veterum Canoniſtarum tanquam Canonicus in Capitulo reputari debeat debet ſedere ſaltem poſt illum qui præeſt Capitulo.*

14 *Etſi res ſit in ambiguo an Epiſcopus conſideret magis uti Canonicus, vel uti Epiſcopus favore Epiſcopi reſpondendum eſt.*

15 *A diverſis extorqueri nequit legitima illatio.*

16 *Jus eligendi, ſeu nominandi ſi ſpectet Capitulo, jus notificandi ſpectare etiam, debet ad idem Capitulum, non autem ad Epiſcopum, qui in ea jure proprio ſingulari ſe immiſcere nequibat.*

17 *Conſuetudo etſi pacifica, ſi tamen ſit abuſiva an rumpenda veniat.*

18 *Teſtis inductus pro parte illius, qui probare contendit conſuetudinem, plene contra ipſum probat, & ſatis eſt ad offuſcandam conſuetudinem*

19 *In conflictu præferendi ſemper ſunt Teſtes deponentes pro ſuffulto juris aſſiſtentia, quam pro illa omnimode deſtituto.*

20 *Conc. Trid. abrogavit quaſcumque conſuetudines etiam immemorabiles.*

21 *Ad introverſionem improbabilis, ac difficilis immemorabili: ſufficit ſimplex etiam rumor in oppoſitum.*

22 *Proteſtatio emiſſa pluſquam idonea eſt ad conſervandum jura ſua.*

23 *Contraria facto non attenditur.*

24 *Concordia Antiſtitum præcedentium ſufficiens non eſt ad obligandos ſucceſſores, ſi eadem facta fuit citra approbationem Sedis Apoſtolicæ.*

D E C I S I O C C C X X.

CONtroverſiam pulſandi in Capitularibus Comitiis Campanulam, ſeu Tintinnabulum, revolvendique Clepſydram pulveris, ſive Horarium inſtrumentum, de anno 1699. ſubortam inter Reverendiſſimum Epiſcopum, & Decanum Eccleſiæ Cathedralis Aſtoricen., Curia Nunciaturæ Hiſpaniarum diremptſerat favore Epiſcopi, ſed provocante Decano ad noſtrum Auditorium a mandato de manutenendo per eamdem Curiam relaxato, hodie Domini Jura collitigantium denuo appendentes cenſuerunt id ipſum, nempe *dandam eſſe manutentionem Epiſcopo*.

Obſtitit ſiquidem contrariæ prætenſioni Decani generica Juris aſſiſtentia, juxta quam, licet Epiſcopus, aliæve Dignitates, vel Canonici unum corpus efforment, Epiſcopus tamen in hoc ipſo corpore, quod varia membra habet ut dicebat *D. Paulus*, ſemper eſt Caput, uti reſcripſit Summ. Pontif. *Alex. III.* Patriarchæ Hieroſolymitano *in cap. Novit. de his, quæ fiunt a Prælat.*, ibi - *Tu, & Fratres tui unicum corpus ſitis, ita quod Tu Caput*; Qua propter cum pulſatio Tintinnabuli, & Horologii moderamen controverteretur in ſubſtantia tanquam actus magis honorificus, & præeminentialis, non poterat præſente Epiſcopo uſurpari
2 ab aliis membris inferioribus, & ſubalternantibus, ſed ab ipſo Epiſcopo erat explendum, alias fuiſſet monſtruoſum, quod membra Capiti præeſſent, & ob id in Hierarchica militante Eccleſia in qua plura officia ad ſimilitudinem triumphantis diſtributa ſunt, Epiſcopus in hoc cæteros antecellit, ut ſit indefinite cunctorum moderator, ita bene commonente *D. Iſidoro Epiſcopo Hiſpalenſi in epiſtola ad Aufredum regiſtrata in Decreto par. 1. diſtinct. 25. Can. 1.*, ubi concludit *ſub §. Ad probandum ipſe tamen*, (ſcilicet Epiſcopus) *eſt præordinator in cunctis*, ſicuti quoque Auguſtius pronunciavit *Synodus Tridentina ſeſſ. 25. de Reform. cap. 6.*, ubi loquens de Epiſcopo ait, quod penes ipſum exiſtat *præcipua omnium rerum agendarum authoritas*, Quod, & varia agnomina, varioſque titulos præeminentiales adſcribendo Epiſcopali Dignitati, adnotarunt *Gonzal. ad reg. 8. Canc. gloſſ. 42. num. 18.*, *Azor. Inſtit. Moral. par. 2. lib. 3. cap. 27.*, *Vgolin. de Offic. Epiſc. cap. 1. num. 2.*, Pax Iord. *var. elucub. prælud. 1., & 11.*, *Barboſ. Jur. Eccl. Vniv. lib. 1. cap. 8., &*

de

Digitized by Google

de Offic., & Poteſt. Epiſc. par. 1. tit. 1. cap. 1.

Parumque abſcedentes a ſubjecta materia
Sponſa etiam Epiſcopi, qualis eſt Eccleſia
Cathedralis, in hoc eodem ſubjecto pulſatio-
nis Campanarum in certis ſolemnioribus die-
bus, reliquas omnes inferiores antecellit, uti
videmus in Sabbatho ante Paſcha Dominicę
3 Reſurrectionis, in quo feſtum agente de ipſa
Reſurrectione tota Congregatione Fidelium,
honorificentia hæc pulſandi priori loco Campa-
nam tribuitur Eccleſiæ Cathedrali, ex late
affirmatis per *Barboſ. de Iur. Eccleſ. Univerſ. lib.
3. cap. 3. n. 69. & 70., & in Sum. Apoſtol. dec.
collect. 82. n. 3. & ſeqq., Gavant. in Theſaur. Sac.
Rit. ſive in Comm. in rubr. Miſſ. Rom. par. 4. tit.
10. ſub n. 3. lit. N., Card. de Luc. de Pręem.
diſc. 4. num. 14. & 15., Rot. deciſ. 665. num. 3.
coram Bichio, deciſ. 56. num. 27., & deciſ. 196.
num. 30. par. 19. Recent.*

Quod, & ex non diſſimili identitate ratio-
nis, plerique ex ſupradictis ampliavere ad Ec-
cleſiam Matricem etiam in circumſtantia, qua
aliqua fortaſſe Eccleſia Collegiata ſolita ſit ha-
bere omnimodam præcedentiam ſupra eamdem
4 Matricem, quemadmodum proſequuntur *Bar-
boſ. de Jur. Eccleſ. Univerſ. lib. 3. dicto cap. 3.
num. 71. & in Summ. Apoſtol. deciſ. collect. 82.
num. 5., Lezzan. in Summ. quæſt. Regular. tom.
2. cap. 1. num. 44.*

centiebant vim hujus juridice aſſiſtentiæ
Scribentes pro decano, ſed ajebant illam ap-
plicari non poſſe hodiernę hypotheſi, ex quo
Epiſcopus potius in hiſce Capitularibus con-
greſſibus circa electionem, ſive collationem
præbendarum vacantium, indueret figuram
Canonici, quam Epiſcopi; Quapropter uti
Epiſcopus velut obtinens Canonicatum in ea-
dem Cathedrali ad normam cęterorum invi-
tetur, præbeatque votum ęquo modo, quo
reliqui Canonici, ac conſequenter ceſſaret in
hoc caſu qęlibet irradiatio Dignitatis Epiſco-
palis. nec poſſet Epiſcopus, excepto fortaſſe
ſolo habitu, quidquam prætendere ſupra Ca-
nonicos, & maxime Decani, ſecundum com-
muniter aſſerta in hiſmet terminis præcedentiæ
5 cum Canonicis dignioribus, vel antiquioribus
per *Gloſſ. in cap. Accollatione in ultimo notatu
verſ. Nota alterius, Abb. in cap. Poſtulaſti nu. 8.
de conceſſ. præben., Felin. in rubr. de major.,
et obedien. col. 2. in fin., Chaſſan. in Cathal.
glor. Mundi par. 4. conſiderat. 45., Letter. de
re benefic. lib. 1. quæſt. 15. num. 32. et ſeqq.,
Panimoll. deciſ. 1. adnot. 4. num. 11. et 12.,
Rot. coram Puteo deciſ. 104. num. 8. lib. 3. coram
Seraph. deciſ. 437. num. 4.,* & non diſſentit *in
Hiſpal. Iuris præſidendi in Capitulo 2. Iulii* 1700.
§. Demum coram R. P. D. del Olmo.

Secundario corroborabant aſſumptum, ex
quo contingente occaſione deveniendi ad has
Capitulares electiones indicebantur Edicta per
Decanum, & Capitulum abſque ulla mentio-
ne Epiſcopi; Proindeque dum in actu pręam-
bulo nihil ſibi ſpecialiter vindicabat Epiſcopus
ſed tota juriſdictio repreſentabatur per Deca-
num, & Capitulum: Hinc ſi deinceps interve-
niebat electioni cum cæteris Canonicis, ne-
quibat in actu conſecutivo revolvere caracte-
rem, cum idem actus conſecutivus tribui deberet
6 Decano mandanti, non Epiſcopo cum aliis
Canonicis exequenti ex notiſſimis juribus, de
quibus *Surd. conſ. 29. num. 3. & ſeqq., &
conſ. 225. num. 23., Spada conſ. 2. num. 8. lib. 1.
Modern. Lucen. conſult. 497. num. 1., Andreol.
controv. 288. ſub num. 22., Rot. coram Carill.
deciſ. 159. num. 24. in Recent. deciſ. 124.
num. 6. part. 12., & in Romana Cenſus 18.
Martii 1697. §. Quamvis enim coram bo. mem.
Urſino.*

Atque ex his ſuffocata, vel ſaltem offuſcata
generali Juris aſſiſtentia tertio loco conſtipa-
bant iidem Defenſores, manutentionem ab eis
expetitam ſub inductione plurimorum Teſti-
um, quorum 32. formiter examinati, & alii
uſque ad numerum 80. metu ex communica-
tionis laceſſiti deponebant de quaſi poſſeſſione
Decani circa utrumque Caput controverſiæ,
pulſandi Tintinnabulum, regulandique Horo-
logium: Ideoque juncta contraria potius aſſi-
ſtentia manutentionem fore concedendam ſub-
jungebant eidem Decano, prout illa nuſquam
7 denegatur edocenti de ſua poſſeſſione per ea,
quæ ad rem ratiocinatur *Poſth. de manut. ob-
ſerv. 45. num. 9., Tondut. quæſt. benefic. 61.
num. 1., Rot. deciſ. 375. num. 5. part. 18. Rec.
in Olomucen. Juriſdictionis 19. Januarii 1693.
§. Conſtat namque, & ſeqq., & 5. Junii ejuſ-
dem anni §. Deficit namque coram R. P. D.
Muto, in Pampilonen. Praeminentiarum 27. Junii
1791. §. Ex Teſtibus coram R. P. D. del Olmo,
& in Tarraconen. Inſignium 4. Iulii 1702. §. 4.
coram R. P. D. meo Caffarello.*

Quarto tandem ſuperaddebant, quod nedum
favore Decani perurgebat mox inſinuata quaſi
poſſeſſio, verum militabat altera major con-
ſuetudo immemorabilis, quæ non tantum im-
partitur illam demonſtranti titulum, ut dici
conſuevit, meliorem de Mundo, ſed niſi de-
ſtituta ſit legitimitate cauſæ interveniendi,
ſcilicet tanquam ex perſona Canonici, non
Epiſcopi, capax eſt ſubſiſtendi, non obſtante
8 cenſura Concilii in contrarium, & ſi abro-
gantis quaſcumque conſuetudines *Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 111. num. 14., Menoch. de
arbitr. caſ. 68. num. 23. & 24., Vener. in
exam. Epiſc. lib. 4. cap. 29. num. 32., Rot.
coram Put. deciſ. 104. num. 8. lib. 3., & in
dicta Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo 2.
Iulii 1700. dicto §. Demum coram R. P. D.
del Olmo.*

Tantaque etiam in facto fuerat, & videba-
tur eſſe efficacia hujus immemorabilis con-
ſuetudinis de anno 1641., ut Epiſcopus Sal-
ſedo, & deinceps 1689. Epiſcopus Brizuela
conſentientes ſibi ipſis tribuere has pręemi-
nen-

ſentias contradicente Capitulo, ejuſdemque Capituli Juribus, ac quaſi poſſeſſione præcognitis, poſitive acquieverint, nil autem magis manutentioni famulatur, quam petitio, ſive
9 prætenſio unius, & contradictio alterius cum ſubſecuta acquieſcentia prætenſoris, ex deductis per *Poſth. de manut. obſerv.* 58. *num.* 8., *Rot. coram Buratt. deciſ.* 604. *num.* 2. *coram Pentinger. deciſ.* 277. *num.* 19. *& ſeqq., et in Barchinonen. annuæ præſtationis* 11. *Januarii currentis anni* §. *Non obſtante coram R. P. D. meo Lancetta*.

Cæterum hæc minime apparuerunt ſufficientia ad elidendam Juris aſſiſtentiam militantem, ut ſupra, pro Epiſcopo, procedentes etenim DD. ſub eadem methodo contrariarum objectionum, irrelevans enituit prima; Quicquid enim eſſet in abſtracto circa præcedentiam Epiſcopi intereſſentis, uti Canonici, non
10 uti Epiſcopi ad inſinuata per *Card. de Luc. de præeminentiis diſc.* 41. *num.* 3. *cum pluribus ſeqq., & in prælaudata Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo.* 2. *Julii* 1700. *dicto* §. *Demum coram R. P. D. del Olmo*. Utique applicatio manifeſte claudicabat in facto, non tantum quia Epiſcopus idcirco erat Canonicus, quia Epiſcopus, & conſequenter non poterat adeo ſubmitti tanquam Canonicus, ut non deberet conſervare ſuam præcedentiam tanquam Epiſcopus, ſicque ad impediendam monſtruoſitatem, de qua ſupra ſi membra Capiti præferrentur, non eſſet in hac mixtura præponenda qualitas Epiſcopalis veluti excellentior ad mentem, & ſimilitudinem *Textus in l. quæritur* 14. *ff. de ſtat. homin.*, de quo *Dian. Oper. Moral. tract.* 8. *reſolut.* 112. §. 1. *& ſeqq., Zacch. quæſt. Medico legal. lib.* 7. *tit.* 1 *quæſt.* 8. *num.* 18., *Sanchez de Matrim. lib.* 7 *diſputat.* 106. *num.* 1.

Et ob id forſan pleræque auctoritates, quæ in ſuis caſibus opinatæ ſunt, Epiſcopum intereſſentem uti Canonicum ſtare debere in loco ſuo Canonicali cum aliqua majori decentia ornamentorum, & ſedis, ut per *Card. de Luc. ubi ſupra*, recte introſpectæ loquuntur de Epiſcopo alterius Eccleſiæ, aut ſimpliciter titulari in partibus Infidelium, non vero de
11 Epiſcopo interveniente cum ſuis membris, & Canonicis; Itaut ſi qui contrarium attentaverint, id dixerint incidenter, & ante Concilium Tridentinum, quia ſemper inter cæteroquin æquales congruit reſponſum *Alex. III. Tu Caput*. & Sacri Concilii Tridentini, quod cum indiſtincte loquatur, indiſtincte erat interpretandum, ac recipiendum, ut inquit
12 *I. C. in l. non diſtinguemus ff. de recept. arbitr., & l. Præſes ff. de Offic. Præſid., Conciol. allegat.* 45. *ſub. num.* 35. *lib.* 1., *Modern. Argentan. collect. legal.* 42. *num.* 95. *lib.* 2., *Modern. Lucen. conſultat.* 24. *num.* 64.

Fortius itaque, quia neque congruebat in facto, ut præmiſimus præſuppoſitio, quod Epiſcopus in caſu noſtro in rei veritate aſſiſtat uti Canonicus; quinimmo primam occupat ſedem ſupra Decanum, reliquoſque Canonicos, & tamen juxta ſenſum veterum Canoniſtarum,
13 vel eos aut indigeſte, aut incidenter referentium: deberet Epiſcopus ſedere ſaltem poſt illum, qui præeſt Capitulo ad mentem *Abb. in cap. Poſtulaſti num.* 8. *de conceſſ. Preb. Felin. in rubr. de majorit. & obed. col.* 2. *in fin.* Atque ita in his præciſis terminis nuper favore Epiſcopi optime reſpondit *Rota in præcitata Hiſ-*
14 *palen. Juris præſidendi in Capitulo* 2. *Jul.* 1700. §. *fin. coram R. P. D. dell' Olmo*, ubi ſubdit ad hunc effectum ſuperabundare, quod res ſe haberet in ambiguo, an Epiſcopus conſideret magis uti Canonicus, vel uti Epiſcopus.

Profligato primo argumento, ſive objectione, & ſic firma remanente aſſiſtentia Juris pro Epiſcopo, parum opitulabatur Decano, quod ejus nomine, ac Capituli affigerentur Edicta occaſione vacationis Præbendarum, & Canonicatuum Conferibilium ad electionem, vel nominationem Capituli; quoniam hæc objectatio remanebat extra nodum difficultatis in exercitio actuum præeminentialium, quoties idemmet Epiſcopus invitatus interveniebat Capitularibus Congreſſibus pro ineunda eadem electione, ſeu nominatione, utrum ſcilicet in hoc caſu foret nec ne in præfato exercitio actuum præeminentialium anteponendus Epiſcopus, vel Decanus; Unde ſutleeſſet reſpondere, quod a diverſis extorqueri nulla poterat
15 legitima illatio contra montium *I. C. in l. Papinianus ff. de minor.* de quo *Surd. conſ.* 150. *num.* 94. *Gratian. diſcept. forenſ.* 508. *num.* 4. *Epiſcop. Rocc. ſelect. diſp. jur. cap.* 186. *num.* 15. *&* 16. *in addit. ad dec.* 29. *num.* 11. *coram me, & in Illerden. Diſtributionum* 7. *Aprilis hujus anni* §. *Quando vere, pariter coram me*.

Sed, & fortaſſe non aberat Cauſa, propter quam mentio Epiſcopi fieri non deberet in his Edictis, quia cum jus eligendi, & nominandi ſpectaret ad Capitulum, ſicuti veriſimiliter id ipſum accidebat in Diœc. Hyſpalen., jus Convocandi, vel notificandi futuram electionem, pertinere non poterat ad Epiſcopum, qui in ea jure proprio ſingulari ſe ſe immiſcere nequibat, ſed ſolum ad Capitulum, ad
16 quod pertinebat probabiliter in ſequelam collatio, vel inſtitutio ex connotatis per *Pignattell. conſult. Canon. prima num.* 3. *& ſeqq. tom.* 1. *Tambur. de jur. Abb. tom.* 3. *in formul. Abb. ſub formul.* 100. *verſ. cum Abbates*.

Irrelevans non minus comperta eſt prętenſa Conſuetudo, quidquid enim diſcurri valeret quoties aſſerta Conſuetudo demonſtraretur omnino pacifica, an adhuc tanquam abuſiva
17 foret rumpenda ex præſcriptione *Sac. Concil. Triden. in præcit. ſeſſ.* 25. *de Reformat. cap.* 6. quemadmodum appoſite, & punctualiter etiam reſpondit *Rot. in ſæpe laudata Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo* 2. *Julii* 1700. §. *Hinc pro-*

propterea coram R. P. D. dell' Olmo, & prius in Derthuſen. Iuriſdictionis 28. *Iannarii* 1697. §. *Ex quibus itaque coram R. P. D. meo Pio.*

Ceſſabat hæſitatio, quia hujuſcemodi Conſuetudo nullatenus juſtificabatur; nam præceteris unus ex Teſtibus ex parte Decani inductus in ordine *il* 36. ſpecifice totum contrarium deponit; is enim palam profitetur vidiſſe Epiſcopum Aguado, *che preſedette, e governò l' Orologio à polvere, e suonò 'l Campanello per* 3. *volte &c. & in detto atto non vidde ſi faceſſe Contradizione alcuna per parte del Decano, e Capitolo Summario Epiſcopi num.* 6. *litt. C.* quamobrem hic idem teſtis ſatis eſſe videbatur ad offuſcandam hanc Conſuetudinem, utpote etenim inductus, & examinatus pro Decano ſatis in hoc propoſito effuſcandæ Conſuetudi-
18 nis valde plene probabat contra ipſum ex adductis per *Poſt. de manutent. obſervat.* 19. *nu.* 1. *Cenſal. deciſ. Lucen.* 46. *num.* 1. & 2. *Rot. decif.* 812. *num.* 12. *coram Dunoz. Iun., deciſ.* 429. *num.* 24. & *deciſ.* 479. *num.* 8. *par.* 19. *recent., in Hortana Alluvionis* 18. *Iunii* 1698. §. *Cæterum coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, & in Tarraconen. Inſignium* 11. *Decembris* 1702. §. *Et fortius coram R. P. D. meo Muto.*

Validius vero ex quo id ipſum Communicebatur a Teſtibus exhibitis *in Summario Epiſcopi ſub num.* 7., hi etenim deponunt de viſu, quod ſignanter Epiſcopo præſente, tam pulſatio Tintinnabuli, quam revolutio Clepſydræ expleta fuerit per Epiſcopum, unde negari non poterat, quod ad minus in conflictu eſſent præferendi teſtes deponentes pro Epiſcopo ſuffulto
19 juris aſſiſtentia, quam pro Decano illa, ex præmiſſis, omnimode deſtituto *Dec. conſil.* 448. *num.* 11. & 35. *Ruin. conſil.* 147. *num.* 5. *lib.* 5. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 678. *num.* 5. *Card. de Luc. de decim. diſc.* 13. *num.* 8. & *de judic. diſc.* 32. *nu.* 74., *Rot. coram Seraph. deciſ.* 1135. *num.* 4. *coram Gregor. deciſ.* 51. *num.* 2. *coram Cerro deciſ.* 931. *num.* 4. *coram ſa. me. Alex. VIII. deciſ.* 16. *num.* 20. & *in recent. deciſ.* 500. *num.* 4. *par.* 13. & *deciſ.* 224. *num.* 5. *par.* 16.

Circa immemorabilem, quæ quarto loco ſuperadiciebatur, parma verſata eſt fluctuatio, dum ultra reſiſtentiam Concilii Tridentini ab-
20 rogantis Conſuetudines etiam immemorabiles, & jam ſtabilitam *in prædicta deciſ. Hiſpalen. coram R. P. D. dell' Olmo* Vtique ſi ſimplex Conſuetudo ex proxime ponderatis remanſit conflictata per contrariam aſſertionem unius ex Teſtibus inductis a Decano, & per tot alios Teſtes allatos ab Epiſcopo, eo ineluctabilius contrita ſupponi merebatur longe difficilior, ac ſuapte natura improbabilior immemorabilis, ad cujus interverſionem, exuberat ſimplex
21 etiam rumor in oppoſitum, prout hoc eodem argumento uſa eſt *Rota deciſ.* 396. *num.* 17. *coram Emerix Iun. deciſ.* 24. *nu.* 3. & *ſeq. par.* 10. *deciſ.* 604. *num.* 12. *par.* 19. *recent. in Illerden. Iuris mulctandi ſuper negotio principali* 23. *Iannar.* 1702. §. *Et extra difficultatem cor. R. P. D. meo Muto, & in dicta Illerden. diſtributionum* 7. *Aprilis proxime defluxi* §. *Addito, pariter coram me.*

Neque fomentum ſive una ſive altera Conſuetudo poteſt deſumere a ſubſecutis de an. 1641. & 1689., dum reſpectu geſtorum de anno 1641. nullibi Teſtes agunt de hodiernis præeminentiis, ut liquebat *ex Summario ejuſdem Capituli n.* 9. ubi ſolum ſermo habebatur de Edictis, illorumque expeditione, & aſſignatione punctorum pro concluſionibus; Recentior vero Caſus Epiſcopi Brizuela ſub anno 1689. ſiſtebat in ſimplici abſtinentia hujus Epiſcopi ab interventu propter hanc, ut ipſe putabat, exorbitantem prætenſionem Capituli, & idcirco implendo munus optimi Paſtoris, *qui ponere debet animam ſuam pro ovibus ſuis*, laudabiliter pro ſcandalis evitandis, quæ in his circumſtantiis gliſcere valuiſſent, abſtinuit ab interventu, emiſſa tamen ſeria proteſtatione circa præmiſſa *Summario Epiſcopi nu.* 8. quæ ſane proteſtatio, etiam ubi aliæ non adſtarent reſponſiones, pluſquam idonea erat ad conſervandum jura Di-
22 gnitatis Epiſcopalis vulgatis juribus, de quibus *Alex. conſ.* 130. *num.* 14. *verſ. quia reſpondeo lib.* 4. *Dec. conſ.* 160. *num.* 10. & *ſeqq. Ridolph. in prax. judiciar. par. prima cap.* 2. *n.* 180. *Rot. deciſ.* 368. *num.* 10. *par.* 19., *Recent.* Maxime dum abſtinendo nihil geſſerat in oppoſitum, unde poſſet hæc proteſtatio contemni, &
23 per interventum actualem cenſeri contraria facto, quo caſu proteſtatio non attenditur *Noguerol. allegat. jur.* 2. *num.* 19. *Mart. de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 21. *art.* 14. *num.* 67. *Baſilier. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.* 2. *Theorem.* 90. *n.* 2. *Card. de Luc. de cred. diſc.* 67. *num.* 6., *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 349. *nu.* 3., *poſt Modern. ad Statut. Vrbis deciſ.* 146. *num.* 10. *in rec. deciſ.* 53. *num.* 15. *par.* 10. *deciſ.* 172. *nu.* 2. *par.* 11. & *in Romana Prælationis* 28. *Ian.* 1692. §. 3. *coram Card. Cavallerino.*

Potiſſime quia, quoties etiam per hanc abſtenſionem, vel ſucceſſivum interventum ſubſecutæ electioni merito cæteroquin conflictatum, & rejectum a Defenſoribus Epiſcopi, aliquod ſomniabile præjudicium irrogari potuiſſet ipſimet Epiſcopo, non erat idcirco aptum præjudicare ſucceſſoribus in Dignitate, quando nec ipſa Concordia præcedentium Antiſtitum citra approbationem Sedis Apoſtolicæ ſufficiens eſt ad obligandos ſucceſſores per ea, quæ in ſpecie primæ Concluſionis habentur apud *Hond. conſ.* 66. *num.* 72. *vol.* 1. *Pignat. conſult. Canon.* 86. *num.* 4. *tom.* 4. *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcopi par.* 3. *allegat.* 125. *num.* 5. & *ſeqq., Rot. coram Dunoz. Iun. deciſ.* 536. *n.* 9. Et quoad ſecundam ſancivit Æcumænica Synodus Tridentina *in cap.* 6. *in fin. ſeſſ.* 25. *de reformat.*, & fuit adnotatum *in deciſ.* 99. *num.* 6.

&

& ſeqq. par. 11. *& deciſ.* 284. *num.* 7. *par.* 14. *Recent.*

Et ita &c. utraque &c.

ASTORICEN. PRÆEMINENTIARUM SUPER PROVISIONE.

Lunæ 2. *Junii* 1704.

ARGUMENTUM.

Conſtat ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Divini cultus imminutio permitti non debet per contentionem ſuper vacat one alicujus præbendæ vertentem.*

2 *Vacationes Beneficiorum ſunt in jure perteſa, & odibiles.*

3 *In proviſionalibus temperamentis adhærendum ſemper eſt ei, qui magis fundata habet Jura ſuper re, de qua diſceptatur.*

4 *Adminiſtratio bonorum vacantium concedi debet illi, qui magis proximam, magiſque certam habet cauſam ſuccedendi.*

5 *Proviſiones ubi ſint rationabiles, & juſtæ nullam recipiunt retardationem, dum nec de jure ab illis admittitur recurſus.*

6 *Breve de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, quando eſt juſtificatum venit exequendum.*

7 *S. Rota ne Divinum ſervitium decrementum patiatur ſolet injungere quod illius nomine in vacationibus proviſio aliqua accipiatur.*

DECISIO CCCXXI.

PEndente vix acerrimo conflictu ſuper exercitio actuum præeminentialium, de quibus in altera mea contemporanea *Deciſione*, præbuit contingentia, quod ſtante tranſitu Poſſeſſoris ad aliam dignitatem ſitam in Eccleſia Oveten., vacaverit Præbenda Doctoralis Eccleſię Aſtoricen.; Quapropter recrudeſcente quæſtione, delataque provocatione Decani ad Signaturam Juſtitiæ, prodiit in ea reſcriptum, *Arbitrio Rotæ etiam quoad proviſionem, retardata interim Concurſu*, quod utique arbitrium DD. pleno animo capeſſentes cenſuerunt ad normam alias in ſimillimo caſu proviſionis captæ per Reverendiſſimum Nuntium Hiſpaniarum, *Epiſcopum interea præeſſe debere*, ac perſeverare proviſionaliter in exercitio, in quo fuerat illi hodie citra fluctuationem attributa manutentio.

Geminæ etenim obverſatæ ſunt regulæ ſemitam ſternentes ſupradictæ reſolutioni; prima nimirum, non eſſe permittendum, quod inter duos Litigantes contra vulgare dicterium Tertius pateretur, nempe quod Eccleſia Cathedralis ſentiret jacturam huius vacationis circa Præbendam doctoralem efficaciter exo-
1 ptatam per Sacros Canones, & Concilium Tridentinum, quodque, durante contentione, ſequeretur Divini Cultus imminutio, repugnante omni Jure, & ratione ex traditis per *Gloſſ. in cap.* 1. *§. Sane verb. Augumentum de Conceſſ. Præben. inter extravagan. Joan. XXII. Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 20. *Barboſ. Voto deciſ.* 102. *num.* 45. *Rot. coram Se-
2 raphino deciſ.* 847. *num.* 3. & generaliter, quod vacationes Beneficiorum exiſtant in jure pertæſe, & odibiles *Genzal. ad Regul.* 8. *Cancel.* §. 5. *proem. num.* 140. *Pirr. Corrad. in prax. Beneſic. lib.* 2. *cap.* 12. *num* 61., *Rot. in Forolivien. Canonicatus Theologalis* 25. *Iunii* 1700. §. *Verum coram Me*.

Secunda quæ quodammodo promanabat in conſequentiam primæ, radicabatur in antecedenti ſuppoſito, quod cum non eſſet toleranda prefata diminutio Cultos Divini, neceſſe erat providere omni modo ſaniori, & ſalubriori; Is autem modus erat certiſſime, (*cum de extraneis a Capitulo cogitari non poſſet*) quod inter eoſdem duos contendentes. Epiſcopum ſcilicet, & Decanum antelationem obtineret Epiſcopus, pro quo jam ex aſſiſtentia Juris, aliiſque funda-
3 mentis fuerat hodie judicatum: Semper ſiquidem in dubio adhærendum eſt ei in hiſce proviſionalibus temperamentis, qui magis fundata habet Jura ſuper re, de qua diſceptatur, prout paſſim concedi videmus adminiſtrationem bo-
4 norum vacantium illi, qui magis proximam, magiſque certam habet cauſam ſuccedendi, uti advertit, *Argel. de legitim. contradict. queſt.* 11. *artic.* 1. *num.* 16., *& ſeqq. Cardin. de Luca de fideicomiſſ. diſcurſ.* 7. *num.* 4. *verſic. Attamen, & de ſucceſſ. diſcurſ.* 37. *num.* 3., *Rota coram Cerro deciſ.* 953. *num.* 1.

In nihilo relevante, quod dum Principalis altercatio reſidebat in puro Judicio manutentionis, ſuperfluum erat, vel etiam abſonum impartiri perviam proviſionis, quod erat ſequela Iudicii manutentionis, ita ut alias proviſio videretur abſorbere ſubſtantiam ejuſdem manutentionis, conſiſtentem in illo *hodie mihi*; Tum quia Iudicium manutentionis patitur, quandoque ſuas latitudines, & ex neceſſaria Tribunalium deguſtatione protelationes indiſpenſabiles, quando e converſo Proviſiones, ubi ſint rationabiles, & juſtæ, nullam recipe-
5 re ſolent retardationem, dum nec de Iure ab illis admittitur Recurſus Teſte, *Rebuff. de ſent. Proviſonal. in præfat. num.* 16. *Scacc. de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 7. *num.* 3., *& ſeq. Cardin. de Luca de Iudic. diſcurſ.* 37. *num.* 6. & dixit *Rota in Neapolitana Matrimonii ſuper Alimentis, & ſumptibus litis* 18. *Iunii* 1703. §. *Additur vero coram Me*.

Tum etiam quia nemini in rei veritate per has proviſiones infertur injuria, quia Jura Litigantium relinquuntur intacta capiturq; e proviſio dumtaxat, impellente rationabili neceſſitate, vel utilitate; unde non ſolum Summus Pontifex adhibet hoc temperamentum, quan-

do ex multis Cauſis concedit facultatem Epiſcopis appræhendendi interim poſſeſſionem nominæ Cameræ, ſed & in conſimilibus circumſtantiis, ne Divinum Servitium pateretur, practicavit Rota, injungendo, quod illius nomine hic, vel ille actus impleatur, ſecundum ea, quæ in propoſito primę Concluſionis habentur apud *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. Gloſſ. 35. a num. 101. cum pluribus ſeqq. Poſth. de manutent. obſervat. 12. num. 23. obſervat. 42. num. 57. & obſervat. 55. num. 15. Adden. ad Pamphil. deciſ. 133. num. 8. Rot. deciſ. 301. num. 2. coram Celſo, & deciſ. 179. num. 1. par. 4. diverſ.* & in ordinem ad ſecuneum actum fuit in illa *Fauen. Juriſdictionis 21. Januarii currentis anni coram R. P. D. meo Scotto.*

Et ita &c. Utraque &c.

EUGUBINA PECUNIARIA.

Veneris 6. Junii 1704.

ARGUMENTUM.

Solutio, & tranſactio quaſcumque perimunt actiones, ſive obligationes. Contractus, ſeu donatio tunc præſumitur ſimulata, quoties contrahens, ſive donans poſt contractum, ſeu donationem permanet in poſſeſſione rei ceſſæ, vel donatæ. Quictantia, ac ſolidatio quando prçſupponat extinctionem cuiuſcumque debiti. Confeſſio facta a creditore ſi fuerit dubitativa, prçſervativa, vel aliquo modo incerta, & ambigua nocere non valet confitenti.

SUMMARIUM.

1 *Solutione eius, quod debetur omnis extincta remanet obligatio.*

2 *Tranſactio de ſui natura eſt extinctiva cuiuslibet obligationis.*

3 *Non ſolviſſe idem eſt, ac actum fuiſſe ſine conſumatione, & effectu.*

4 *Contractus ſive donatio habetur pro ſimulata quotieſcumque contrahens, ſeu donans poſt contractum, ſeu donationem permanet in poſſeſſione rei ceſſæ, vel donatæ.*

5 *Cedens ſuapte natura ſemper adſtringitur tradere Ceſſionario, & aſſignatario inſtrumenta crediti, ſive Juris ceſſi, alias tenetur de proprio pro capitali ceſſo. illiuſque fructibus deficientibus.*

6 *Quictantia, & extinctio præſupponit ſatisfactionem, ſicuti privatio ſupponit habitum.*

7 *In ſolutum dans, vel aſſignans aliquem cenſum, aut quamlibet aliam annuam præſtationem cum promiſſione ſecuritatis, & exigibilitatis obſtringitur ratione ſolsem damnorum, & intereſſe ad æquipollens reſtaurum, quod obtigit aſſignatario.*

8 *Cauſa poſtquam reperitur commiſſa a Tribunalibus Prioris inſtantiæ ad Sac. Rotam, totum negocium ad eandem devolvitur, & prout Juris eſt, ac facti circumſtantia exigunt, procedit uti in prima inſtantia, ac ſi nullum præceſſiſſet iudicatum.*

9 *Maxime ſi factum non exquiret, ut aliqua de cauſa per viam appellationis confirmetur, vel infirmetur iudicatum antecedens, ut alias eſſet neceſſarium.*

10 *Quietantia, ac ſolidatio non ducto de aliquo errore extinguit omne debitum.*

11 *Manus creditoris recognita in quietantia, ſeu computo contra illius hæredes urgere poteſt.*

12 *Confeſſio nullo dubitativa, præſervativa, vel aliquo modo incerta, & ambigua nocet confitenti.*

DECISIO CCCXXII.

DEbitum, quod putaverant extinxiſſe fratres de Ugolinis alias contractum ex cauſa ſororiæ dotis erga Horatium a Fonte, mediante tranſactione, ſive amicabili compoſitione celebrata ſub an. 1641. tanquam minus integre in rei veritate conſumptum, & extinctum rurſus de anno 1695. ad trutinam Judicii rependerunt Scipio, cæterique filii ejuſdem Horatii in Tribunali A. C., ibique reportarunt favorabile mandatum pro ſc. 800. una cum fructibus conſequutivis, ac de quibus lucidius diſſeretur inferius, adverſus Sebaſtianum, alioſque hæredes Promiſſorum præfatæ ſororiæ dotis: Atque id adeo faciliter, ut hoc ipſum per gemina ſupervenientiam Judicata, nimirum *coram Prælato* Judice ſecundę Inſtantiæ, & in noſtro Auditorio coram *R. P. D. del Olmo ſub die 21. Januarii* 1701. ſuceſſive remanſerit confirmatum; donec *Me* vice ejuſdem *R. P. D. del Olmo* negocium reproponente, & facto interim accuratius explanato, prodiit Reſcriptum in aliqua ſolum parte modificativum reſolutionis præcedentis, perſiſtentibus de reliquo DD. *in jam deciſ.*

Hypotheſis namque talis erat, quod nuptui tradita Magdalena ſorore prænominato Horatio per Bartholomæum, alioſque fratres de Vgolinis ſpoponderat iidem fratres ex illorum parte quantitatem ſc. 2500., illamque ab initio perſolverant mediante aſſignatione duorum Cenſuum in ſumma dumtaxat ſcut. 500. *Summario Actorum diſtributo in propoſitione Cauſæ ſub die 21. Januarii* 1701. *num.* 1. Fato autem interim cedente Magdalena, ad quandam cum Horatio marito devenere tranſactionem pro ſolutione reſidui, cujus vigore ſub anno 1641. partim in pecunia numerata, & partim in variis effectibus, ſive ſtabilibus, ac cenſibus, ultra præfata ſcuta 500. exburſavere, ſeu conſignavere ſc. 2574. quapropter cum in unum conflata numeratio pecuniæ, & traditio cenſuum, aliorumque ſtabilium coæquare videretur, & forſan ſuperare ſummam dotalem una cum fructibus, ac acceſſionibus intermediis, ſeu ſuperventis, hinc recte, ut a principio inſinuavimus, ad ſenſum præfatorum hæredum extincta penitus prima fronte apparebat per

viam

Digitized by Google

viam hujus tranſactionis quælibet obligatio eo-
rumdem hæredum, ſeu Promiſſorum, & ob id
ſive per ipſam ſatisfactionem plenariam, ſive
ope tranſactionis omnia dici debebant, & me-
rebantur ſublata, quæ poſſent afficere ipſos
1 hæredes promiſſorum, quemadmodum reſpe-
ctu ſolutionis *Textus eſt vulgatus in §. 1. Inſti-
tut. quib. mod. ſoluit. oblig., Rot. deciſ. 283. n. 1.
coram Bravatto deciſ. 463. num. 14. coram Merlin.
deciſ. 373. num. 57. par. 4. recen. & deciſ. 250.
num. 1. & 2. par. 19.*, aliiſque relatis concor-
dantibus *in addition. ad deciſ. 63. num. 22. co-*
2 *ram Me*: Et reſpectu tranſactionis de ſui natura
extinctiva cujuslibet obligationis habetur ad
*Text. in cap. 1. de tranſact. penes Decian. conſ.
400. ſub num. 9. Vrceol. de tranſact. quæſt. 34.
num. 24., Rot. dec. 241. num. 8. coram Mantica
dec 854. num. 4. coram Merlino deciſ. 1270.
num. 1. coram Emerix Iun. & in recen. deciſ. 150.
n. 16. par. 16. & deciſ. 210. n. 3. par. 18. & in
Romana Tranſactionis 21. Februarii 1701. §. Ete-
nim prætenſus error cor. R.P. D. meo Caprara.*

Verum diligentius perpenſa ſerie ſolutionum
ſive aſſignamentorum facta per fratres de Vgo-
linis de prædicto anno 1641., compertum qui-
dem fuit, quod in extinctionem debiti liquida-
ti in ſumma ſcut. 2574. nulla ſuberat difficul-
tas in ordine ad aſſignationem Prædii compel-
lati *del Burano* pro quantitate ſc. 1500., prout
multo minus ambigi poterat de ſolutione in
contanti ſc. 274. Proindeque amaritudo reſtrin-
gebatur ad geminos cenſus coæquantes inte-
gram ſummam præfatorum ſc. 2574., alterum
nempe ſc. 200. debitum Vgolinis promiſſoribus,
ſive hæredibus ipſorum Promiſſorum a quodam
Angelo Caſſetta; Et alterum ab illis de Gelomiis
in ſumma ſc. 600. cumque aſſignamentum ſive
ceſſio præcitati ultimi Cenſus ſc. 600. nuſquam
habuerit effectum, in hac utique parte, unacum
fructibus, ut infra conſecutivis, memorata ſolu-
tio, ſive tranſactio remanebat inefficax ad tollen-
dã obligationem illorum de Ugolinis, qui ſeſe
obligaverant manutenere aſſignamenta, & cenſus
ab eis traditos, uti non minus veros, quam
exigibiles, cum idem ſit non ſoluiſſe, vel actum
3 feciſſe ſine conſumatione, & effectu, ex adno-
tatis per *DD. in l. 8. ff. de act. empt., & l. quo-
ties ff. qui ſatis dar. cog., Surd. conſ. 3. num. 29.
lib. 1. Conciol. alleg. 34. num. 8. lib. 1., Rot.
deciſ. 106. num. 10. coram Merlin. dec. 716. a
num. 17. par. 4. tom. 3. rec. dec. 286. num. 10.
par. 5. deciſ. 7. num. 13. par. 6. dec. 279. n. 14.
par. 18. & dec. 601. num. 14. par. 19. tom. 2.*

Quodque re vera nuſquam, ut diximus ſorti-
ta fuerit effectum hæc aſſignatio cenſus ſc. 600.
debiti a Gelomiis convincentiſſime docebatur,
ex quo fratres de Ugolinis cedentes ab inde ci-
tra, videlicet a præfato anno 1641., acſi Cen-
ſus debitus a Gelomiis eorum humeris incum-
beret, ſoluerunt fructus uſque ad annum 1657.
Ideoque ſi contractus habetur pro ſimulato,
quotieſcumque Contrahens, ſeu Donans poſt
contractum, ſeu donationem, permanet in
4 poſſeſſione rei ceſſæ, vel donatæ, ut ait *Bar-
tol. in l. poſt contractum num. 3. ff. de donat., Me-
noch. conſ. 430. num. 14., Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 255. num. 24., Rot. deciſ. 346. n. 12.
& 18. coram Pennia deciſ. 91. nu. 8. coram Eme-
rix Iunior. deciſ. 63. num. 25. par. 8. recen. de-
ciſ. 260. num. 20. par. 11. deciſ. 84. num. 28. &
deciſ. 223. num. 9. par. 18.*

Vtique dum vice illorum de Gelomiis exbur-
ſavere fratres de Vgolinis annuos fructus Hora-
tio uſque ad prædictum annum 1657. conſe-
quens, erat, quod vel hic annus cenſus foret
inſubſiſtens, aut ſimulatus, vel quod in omnem
caſum idem Horatius recognoſcere non potue-
rit ſuos debitores, videlicet illos de Gelomiis,
& ob id (quidquid geſtum eſſet inter Vgolinos,
& Gelomios) Horatius indubitanter, & ſem-
per remaneret Creditor aſſignamenti ſibi non
facti, & fructuum deficientium, quando cedens
ſuapte natura ſemper adſtringitur tradere Ceſ-
ſionario, & Aſſignatario Inſtrumenta crediti,
ſive Juris ceſſi, alias tenetur de proprio pro ca-
5 pitali ceſſo, illiuſque fructibus deficientibus, ut
poſt *Bald. in l. ſi Titius ff. de act. empt.* tradunt
*Cyriac. lib. 2. contr. 375. num. 11., Grat. diſce-
pt. 286. a num. 17., Guzman. de evict. quæſt. 35.
num. 38., Olea de ceſſ. jur. tit. 7. quæſt. 1. nu. 7.
& ſeqq. cum aliis in tract. de Commerc., & Mer-
cur. diſc. 16. num. 4. & 19., & diſc. 17. nu. 34.,
Rot. deciſ. 62. num. 3. par. 19. rec., & in Bono-
nien. Tranſactionis 19. Aprilis 1697. §. Sed
etiam coram* Me *inter hactenus impreſſas deciſ.* 6.

Stabilito itaque ex præmiſſis, quod Horatius,
illiuſque filii, & hæredes confirmationem eo
modo, quo enunciavimus, promerentur reſ-
pectu præcedentium Judicatorum, non ita ta-
men exaudiri potuerunt quoad primum cenſum
de duobus ſupra enunciatis debiti per Angelum
Caſſetta, & reſpective ceſſum Horatio de ſæ-
pius memorato anno 1641. quia licet per De-
fenſores hæredum præfati Horatii ferme com-
miſcerentur omnia, quæ alacriter promove-
bantur in primo cenſu illorum de Gelomiis, at-
tamen neceſſe fuit, quod illi deſiſterent famu-
lando veritati compertæ per publicum Inſtru-
mentum extinctionis factæ cum habentibus
Cauſam a Caſſetta, a Scipione, aliiſque hære-
dibus Horatii, cum quietantia, & extinctio
6 præſupponat ſatisfactionem, ſicuti privatio ſup-
ponit habitum, juribus vulgatis, ut penes *Bar-
thol. in l. decem num. 1. ff. de verb. oblig., & l.
Titia in princ. ff. de condit., & demonſtrat., Surd.
conſ. 307. num. 64., Oſaſch. deciſ. Pedemont. 95.
num. 12., Rot. poſt Poſth. de manut. deciſ. 467.
num. 3., & deciſ. 468 num. 1., deciſ. 612.
num 11. coram Dunoz. jun. deciſ. 449. num. 1.
coram Emerix, & in recentior. deciſ. 263. nu. 1.
par. 14., deciſ. 190. num. 6. par. 16.*, aliiſque
relatis concordantibus *in tract. de commerc., &
merc. diſc. 66. n. 3.*

Cæterum quia penetrantes Domini cum

ni-

nimia quodammodo patientia univerſa viſcera
quçſtionis agnoverunt, quod illa ſolutio fru-
ctuum prælaudati cenſus debiti a Gelomiis,
hodieque reſtauranda per fratres de Ugolinis,
non fuit omnimode in pecunia numerata ab
anno 1641. uſque ad annum 1657., ſed de
prçdicto anno 1657. loco ſolidationis, & quie-
tantiæ pro fructibus intermedie decurſis, &
non ſolutis iidem fratres de Vgolinis aſſigna-
vere alium cenſum in ſorte ſc. 200. cçtero-
quin debitum a Franciſco, & Ricardo, & ex
poſt ſæpius memorati fratres de Vgolinis re-
cipientes a Franciſca, ſive Riccardo Debito-
ribus ſatisfactionem hujuſce cenſus ex traditi
a fratribus prænominatis in computum alterius
cenſus impoſiti ab illis de Gelomiis, illum
ad propriam utilitatem extinxerunt de anno
1663. Idcirco recte *Domini* mei exiſtimarunt,
quod fratres de Vgolinis tenerentur ad hanc
quoque importantiam cenſus Franciſcç, & Ric-
cardi non minus pro ſorte, quam pro fructi-
bus conſequutivis, juxta liquidationem ſuo lo-
co, & tempore faciendam, vel ab ipſo In-
ſtrumento, & calculo reſultante, cum indu-
bitati Juris exiſtat, quod dans inſolutum, vel
aſſignans aliquem cenſum, aut quamlibet aliam
annuam prçſtationem cum promiſſione ſecu-
ritatis, & exigibilitatis obſtringatur, ratione
ſaltem damnorum, & intereſſe ad æquipol-
lens reſtaurum, quod obtigit Aſſignatario,
7 Teſte *Ruin. conſ.* 146. *num.* 1. *lib.* 1., *Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap.* 793. *num.* 13. *Manſ.
conſult.* 319. *num.* 18. *Cenc. de cenſib. quæſt.* 88.
num. 14. *Rota deciſ.* 129. *num.* 1., *&* 2. *par.*
14. *d c.* 352. *num.* 16. *par.* 19. *recentior.*, *&
in Aſculana Evictionis* 15. *Aprilis* 1701. §.
*Prout nec refert coram R. P. D. dell' Olmo
impreſſ. poſt modernum Aſculanum inter collectan.
ad Stat. Vrb. tom.* 3. *dec.* 63.

Suſcitata autem in hac ſecunda bonificatio-
ne fuit quçſtio in ordine ad ordinem Judicii,
utrum nempe ſtandum ſubinde eſſet in deciſis
coram R. P. D. dell' Olmo, propter ab eo ſim-
pliciter conceſſam, ſeu reſolutam exequutio-
nem mandati ab A. C. relaxati favore Scipio-
nis, illiuſque fratrum, & hæredum Horatii,
ſive potius novum relaxandum foret manda-
tum, & quamvis ſatagerent Informantes pro
Scipione, aliiſque fratribus, quod A. C. idem
intellexiſſet, quod in præſenti definiebatur,
fueritque ſolum erratum in nomine; ſive nun-
cupatione cenſum, nihilominus cautius *Domini*
procedentes mihi injunxerunt, ut præ cæteris
in hoc articulo modificarem antecedentem
reſolutionem, novumque deſuper relaxarem
mandatum, nullibi cadente difficultate quoad
Juriſdictionem. Nam poſtquam commiſſa re-
peritur cauſa a Tribunalibus prioris Inſtantiæ
ad Sacrum Auditorium, totum negocium de-
voluitur ad idem Sacrum Auditorium, & pro-
ut Juris eſt, ac Proceſſus, & Facti exigunt
circumſtantiæ paſſim procedit uti in prima
inſtantia, & acſi nullum præceſſiſſet Judica-
tum, ut videre eſt *in deciſ.* 339. *num.* 3.
8 *par.* 18. *recen.* maxime dum hypotheſis non
exquirit ob aliquam incertitudinem, vel alia
de cauſa, quod per viam crudæ appellationis
confirmetur, vel infirmetur Judicatum ante-
cedens, ut alias neceſſarium eſſe de rigore
9 in ſuis caſibus animadverterunt *Marant. in
repetit. leg. is poteſt num.* 190. *ff. de acquir.
hæredit.*, *Scacc. de appellat. quæſt.* 10. *num.* 17.,
Card. de Luca de Iudic. diſc. 37. *num.* 68.,
& 69. *Adden. ad Sanfelic. deciſ.* 345. *verſ.
dum &c. Magon. deciſ. Florent.* 9. *num.* 18. *&
deciſ. Lucen.* 26. *num.* 37., *Rot. dec.* 231. *num.*
12. *par.* 12.

Dignoverant fortaſſe Scribentes pro fratri-
bus de Vgolinis firmitatem hujuſmodi funda-
mentorum, ideoque non ſine aliqua confuſione
recurſum habuerunt ad prætenſam quandam
ſolidationem generalem, quæ ſupponebatur
confecta de anno 1658. ab Horatio, exhiben-
tes ad hunc effectum in eorum *Summ. num.* 3.
quoddam computum Debiti, & Crediti, illo-
que mediante aſſerebatur, quod Horatius ex-
titiſſet confeſſus, quod fratres de Vgolinis
tantummodo ſub prædicto anno 1658. Debito-
res reſtarent in quantitate ſcut. 174. 39. *dicto
Summario num.* 3. *litt. L.* & certe quoties hu-
juſmodi ſuppoſitum ſubſtitiſſet, fruſtratoriæ re-
manſiſſent tot diſputationes, tot ratiocinia, tot
conjecturæ uſque dum ad trutinam Juſtitiæ per-
penſa, cum quietantia, ac ſolidatio, non docto
de aliquo errore, regulariter extinguat omne
10 debitum, quod ad præſens redactum fuiſſet
ad præfata dumtaxat ſc. 174. 79. ex congeſtis
poſt *Barthol. in l. Aurelius* 29. §. *Cajus num.* 10.
de liber. legat., *Soccin. ſen. conſ.* 10. *num.* 9.
vol. 1., *Surd. deciſ.* 217. *num.* 11. *per Rot.
deciſ.* 714. *num.* 8. *coram Merlino deciſ.* 703.
num. 4. *coram Dunoz. jun. deciſ.* 144. *num.* 1.
par. 10. *rec. dec.* 167. *num.* 8. *par.* 11. cum
aliis *in tract. de Commerc. & Mercat. diſc.* 34.
num. 14. ſequitur *Rota in Cavallicen. Pecu-
niaria* 19. *Novembris* 1696. §. *Neque major co-
ram R. P. D. del Olmo*.

Aſt Domini neutiquam reputarunt hujuſmo-
di computum referri poſſe ad veram quietan-
tiam, ſive ſolidationem, quinimmo ad ſum-
mum ad memoriam quandam rei familiaris
exaratam ab Horatio; Præcitatum enim com-
putum minime apparebat ſubſcriptum ab eo-
dem Horatio, legebantur ulterius plures *ſcaſ-
fature*, ac additiones aliena manu, ſive per
quoſdam Notarios ſuperadditç, & ideo ſcriptu-
ra hæc ex ſui facie palam erat informis, abſque
eo quod mereretur nomen effectivæ quietantiç.
Licet autem quoties recognita fuiſſet manus
11 ejuſdem Horatii prçfatum computum facientis,
potuiſſet fortaſſe contra illius hæredes urgere,
ut alias conſideravit *Rot. in celebri Ferrarien. Te-
nutæ Diamantinæ* 13. *Maii* 1676., *&* 14. *Iuni*
1677. *coram bo. me Albergato, impreſſ. in re-
cent.*

Digitized by Google

cent. deciſ. 712. par. 18., & deciſ. 85. par. 19. utrobique num. 5.

Adhuc tamen labebatur omnis hæſitatio, quia idem computum erat non ſolum in aliqua parte evidenter erroneum, ſed citra animum quicquam certitudinarie affirmandi confectum, uti ſparſim ex illius lectura convincebatur *ex. gr.* ut ibi - *l' Interuſurii ſommano a loro conto &c,* rurſus - *ſi dà il preſente conto, ſalvo ſempre da una parte, e l' altra ogni errore &c.* - alibique pariter - *per ricevuta. à fia aſſertione &c.* - quapropter hiſce omnibus in tota maſſa negorii perpenſis, excludebatur qualibet confeſſio, quæ valuiſſet unquam emergere a prædicta exaratione computi etiam facta de manu Horatii, cum nulla confeſſio dubita-
12 tiva, præſervativa, vel aliquo modo incerta, & ambigua noceat confitenti. *Surd. conſ.* 311. *n.* 6. *lib.* 3., *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 823. *num.* 4., *Angel. de confeſſion. lib.* 1. *quaſt.* 3. *num.* 1. *Rot. deciſ.* 487. *nu.* 15., & 16. *coram Seraphin. deciſ.* 169. *num.* 13., *coram Bich. deciſ.* 324. *num.* 7., *coram Peutinger. dec ſ.* 443. *num.* 4. *par.* 1. *recent.*, *deciſ.* 465. *num.* 36. *par.* 19.

Atque ex his *Domini* cenſuerunt, ſalvis prædictis, & ſimillimis modificationibus, potius quoad ordinem, quàm quoad ſubſtantiam animadvertendis fore prorſus perſiſtendum in deciſis.

Utraque &c.

NERITONEN. MANUTENTIONIS.

Veneris 6. Iunii 1704.

ARGUMENTUM.

Licet citatio de Jure ſit omnino neceſſaria in ſubhaſtationibus, deliberationibus, atque adiudicationibus, tamen hæc materia plerumque pendet a ſtatutis, vel a ſtylo loci in quo negocium tractatur ad quorum normam eſt ſemper procedendum. Deliberatio an differat ab adjudicatione. In adjudicationibus Judex, ut recte conſulat debitori præmittere prius debet æſtimationem bonorum adjudicandorum, ſeu precedenter poſitorum ſub haſta, eademque æſtimatione prætermiſſa ſubſidiaria adiudicatio facta Creditori eſt nulla: Iſta vero æſtimatio an eſſe debeat rigoroſa. Valor bonorum ex melioramentis dicitur immutatus. Accollatio crediti etſi ſpeciem ſolutionis redolere videatur debet tamen accollatarius aſſenſum ſuum in actu deliberationis contextualiter præbere, alias non obſtante etiam tali accollatione Creditor retinet in ſuo nexu & obligatione veterem debitorum.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio ad hoc, ut concedi poſſit deliberationem, ſive adjudicationem in bonis propriis paſſo, ſat eſt unum tantummodo caput de jure, vel de ſtylo deficere.*

2 *Citatio in pleriſque actis uſque ad præfiniendam conſumendamque deliberationem, ſeu adjudicationem eſt neceſſaria.*

3 *In executione fieri debet opportuna citatio, niſi d. executio fiat in cauſa alicujus formalis judicati.*

4 *Et hoc quando procedat.*

5 *Executio a principio ad finem conſecutivæ ſubhaſtationis non requiritur.*

6 *Citatio eſt omnino neceſſaria in actu ſubhaſtationis, alias ſubhaſtatio eſt nulla.*

7 *Declara quod hæc materia ſubhaſtationis, ac executioni omnino dependeat a ſtatute, vel a ſtylo loci, in quo negocium tractatur.*

8 *Clericos an ex propria voluntate ſeſe ſubiicere valet Tribunali ſeculari.*

9 *Deliberatio differt a terminis adjudicationis.*

10 *Adjudicatio fieri non valet Creditori niſi quatenus nulli alii interpellati ad licitandum in expoſita ſubhaſtatione non reperiantur juſti oblatores.*

11 *Et Iudex in adjudicationibus, ut recte conſulat debitori præmittere prius tenetur æſtimationem bonorum adjudicandorum, ſeu præcedenter ſub haſta poſitorum eademque æſtimatione prætermiſſa ſubſidiaria adjudicatio facta Creditori ſemper eſt nulla.*

12 *Iſta tamen formalitas adiudicationis negligi poteſt omnes offerre volentes fuerunt per aſtucea proclamata invitati, itaut inter illos potuerit comparere idemmet creditor cuius urgentia inita fuit ſubhaſtatio.*

13 *Judex in ſpecie adiudicationis non arctatur ad ineundam æſtimationem rigoroſam, & ſolemnem, mediante e. g. electione, & relatione Peritorum.*

14 *Et ſublata neceſſitate in Judice deveniendi ad ſupradictam æſtimationem, ex ſolo inſtrumento acquiſitionis oritur ſufficiens præſumptio, vel comprobatio legitimi valoris.*

15 *Poſſibilitas alterationis, ſive diminutionis bonorum nullum recipit in Jure fomentum niſi ſaltem lapſum fuerit de cennium.*

16 *Melioramenta ſemper augent pretium bonorum.*

17 *Pactum retrovendendi ſecumfert quartam, vel ſextam partem pretii.*

18 *Argumentum deſumitur de parte ad partem, ſive de toto ad totum.*

19 *In adiudicatione Iudex præcipere poteſt, ut loco pecuniæ numeratæ, ſeu præexiſtentie in banca excomputetur creditum.*

20 *In mixtura duarum cauſarum, recurrendum ſemper eſt ad ius commune.*

21 *Deliberatio eſt nulla ob defectum præſentia pecuniæ numeratæ.*

22 *Et contra iudicem habentem fidem de pretio de iure competeret actio de dolo.*

23 *Accollatio crediti videtur redolere ſpeciem ſolutionis.*

24 *Declara quando procedat, &* num. ſeq.

26 *Et in accollatione per Creditorem facienda requiritur conſenſus Creditoris accollantis contextua-*

quæſtio verſaretur ſuper effectiva, & formali
10 adjudicatione, omnis praxis omniave Iura expoſcunt, quod adjudicatio, quæ fieri non valet Creditori, niſi quatenus nulli alii interpellati ad licitandum in expoſita ſubhaſtatione minime reperiantur juſti oblatores, in hujuſmodi ſiquidem figuratione caſus ad hoc ut Iudex recte conſulat debitori, ejuſque vicem impleat per quamdam equipollentem dationem in ſolutum præmittere tenetur eſtimationem bonorum adjudicandorum, ſeu præcedenter poſitorum ſub ha-
11 ſta eademque æſtimatione pretermiſſa ſubſidiaria adjudicatio facta Creditori ſemper eſt nulla *ad literam Text. in l. Si quis Cod. de reſcindenda venditione* cum quo concordant *Surd. conſil. 39. num. 2. Mangil. de Subhaſt. quæſt. 195. num. 3. Card. de Luc. de Iudic. diſc. 40. nu. 83. Rot. penes Marebeſan. de Commiſſ. par. 1. cap. 2. num. 41. verſ. Vnde cum adjudicatio, coram Duran. deciſ. 37. num. 13. & in Firmana manutentionis 26. Iunii 1697. coram R. P. D. meo Muto.*

Diximus differenter a terminis puræ deliberationis, nam quoties omnes offerre volentes fuerunt per aſſueta proclamata invitati; Ita ut inter illos potuerit comparere etiam idemmet Creditor cujus urgentia inita fuit ſubhaſtatio, negligi poſſe formalitatem æſtimationis quando-
12 que admiſſum fuit, & bene practicatum, ut liquet ex deductis per *Rot. coram Coccin. deciſ. 109. num. 14. & coram Emerix Iun. deciſ. 1045. num. 7. in qua allegatur concordantes.*

Atque in rei veritate non multum ſuper hoc Scribentes pro Martio immorabantur, ſed ſubjungebant quod cum etiam in ſpecie adjudicationis, Iudex minime arctetur ad ineundam æſtimationem rigoroſam, & ſolemnem median-
13 te e. g. electione, & relatione Peritorum, prout diſtinguunt *Card. de Luc. de Iudic. diſc. 40. num. 61., Rot. deciſ. 463. num. 3. par. 3. Recent.*

Satis Judex de partibus in hodierna hypotheſi legale munus impleverit habendo reſpectum ad Inſtrumentum vix per ſex annos ante, celebratum. & initum ab ipſo Bernardino *Summ. Martii Num. 11.* quapropter ſublata neceſſitate in Iudice deveniendi ad ſupradictam eſtimationem rigoroſam, & ſolemnem ex eodem proinde Inſtrumento acquiſitionis oriretur ſufficiens præſumptio, vel comprobatio legitimi valoris
14 prout licet in genere, abunde tamen affirmarunt *Menoch. conſil. 358. num. 23., Rot. deciſ. 388. num. 8. coram Cerro deciſ. 209. num. 2. & ſeqq. coram Emerix Iun. deciſ. 249. n. 6. par. 17., Rec. cum aliis in Romana Fornacis ſuper Melioramentis 15. Decembris 1702. §. Cæterum coram me.*

Quin relevaret, potuiſſe interim, metiendo tempus ab acquiſitione, ad ſubſecutam adjudicationem, valorem eorundem bonorum adjudicatorum alterari, quia poſſibilitas hæc nullum in Iure recipit fomentum abſtractive,
15 niſi ſaltem lapſum fuerit decennium uti concordant *Card. de Luca de emption. diſc. 16 n. 10. & diſc. 33. num. 8. Adden. ad Gregor. deciſ. 553. num. 15., Rot. coram Celſ. deciſ. 178. num. 8.*

Cæterum arriſit *Dominis* contraria replicatio introſpecta duplici circumſtantia, altera, quod ex parte Bernardini non levis fumus exhibebatur melioramentorum uſque ad ſummam ducatorum 1175. *dicto Summario Bernardini num. 8.* proindeque ſuperius renunciatę rationabili regulæ circa preambulam æſtimationem a Iudice faciendam nequibat dici ſatisfactum per ſimplex Inſtrumentum acquiſitionis, dum poſſibili mutationi valoris ex intercapedine temporis forſan reſultanti, adjungebatur factum extrinſe-
16 cum effectivæ meliorationis, per quam augeri pretium bonorum nemo ignorat, & paſſim refert *Rot. coram Duran. deciſ. 153. num. 15. deciſ. 179. num. 3. in fin. coram B ich. deciſ. 320. num. 4. par. 18. Rec. & in d. Romana Fornacis ſuper melioramentis 15. Septembris 1702. §. Siquidem coram Me.*

Et altera quod bona de quibus agebatur exempta fuerant a Bernardino ſub pacto de retrovendo infra decennium; Quapropter cum de tempore factæ adjudicationis jam reperiretur effluxum intervallum ſex circiter annorum, utique illa quarta, vel ſexta pars pretii, quam ſecumfert hujuſmodi pactum juxta variam in
17 contingentia caſuum Sententiam, de qua plene *in Bononien. Prædii 23. Ianuarii 1699. coram Me hactenus impreſſa deciſ. 69.* recte cenſeri poterat proportionabiliter acquiſita per ipſum Bernardinum, & conſequenter digna ulteriori eſtimatione ſupra id quod cantaret purum Inſtrumentum acquiſitionis, deſumpto argumen-
18 to de parte ad partem ſicut de toto ad totam per *Text. in l. Quæ de tota ff. de rei vindicat. Gratian. diſcept. 792. num. 4. & 796. num. 140. cum aliis in Romana Dotis, & Fructuum 15. Martii 1694. §. ultimo coram bon. mem. Benincaſa impreſſ. poſt modern. Aſculanum ad Statut. Vrbis deciſ 103. & in Romana Gravi 17. Iunii 1697. §. Nihilobſtante coram* Me *hodie impreſſ. deciſ. 11.*

Iſte igitur defectus, ſeu caput nullitatis ſuperabundaſſet, ſed non deerat etiam ſecundum Caput ſive vitium adjudicationis, ut dicemus admixtæ deliberationis explete abſque præſentia, & interventu pecuniæ effectivę, nam quamvis in nuda Theſi adjudicationis fas eſſet Judici non invento juſto oblatore devenire ad adjudicationem favore Creditoris præcipiendo
19 in caſu loco pecunię numeratæ, ſeu preexiſtentis in banco, & ante oculos ejuſdem Judicis, excomputationem ejuſdem crediti ſecundum practicam quotidianam de qua ad mentem *Text. in l. Divo Pio §. Sed ſi pignora ff. de re Iudicata, & l. fin. C. ſi in cauſis Iudicat. pignus captum ſit* obloquuntur *Aſin. de exequnt. §. 6. cap. 1. in princ. & §. 7. cap. 300. num. 1. Luc. Pet. in prax. lib. 8. cap. 2. num. 32. & 45. Saluſt. Tiber.*

Digitized by Google

ber. pariter. in prax. lib. 1. poſt cap. 38. *num.* 8.
ſub verſ. jam diximus quos refert cum aliis & ſe-
quitur *Poſtb. de ſubbaſt. inſpect.* 42. *num.* 1. *&*
ſeqq. Mangil. eod. tract. quæſt. 20. *num.* 1., *Rot.*
dec. 391. *num.* 1. *par.* 3. *rec.*

Adhuc tamen hujuſmodi practica non bene
congruebat facto controverſo, Quoniam cum
creditum Martii foret inferius valori bonorum
ſubhaſtatorum, etiam procedendo contra mox
præmiſſa cum ſimplici Inſtrumento acquiſitio-
nis factæ per Bernardinus de iiſdem bonis, ut
liquebat confrontando *Summar. nempe Bernar-*
dini num. 10, *litt. C. & D. & Martii num.* 11.
& 12. ecce quod egrediebamur terminos puræ
adjudicationis, & neceſſarium erat conjungere
aliam virtutem adjudicativam orientem in
ſumma excedente, a vi, & efficacia delibera-
tionis, Vnde cum minime amplius verſare-
mus in caſu ſimplicis adjudicationis, ſed tranſ-
latio Dominii a Judice facta in Bernardinum
redundaret in mixturam, non poterat adjudicatio
ſubſtineri in ſemetipſa, ſed in ipſa mixtura ope-
20 re pretium erat recurrere ad diſpoſitionem,
& cenſuram Juris communis per *Text. in l. om-*
nis diffinitio ff. de regul. Iur., & tradita per *Bald.*
in cap. 1. *§. Iudices num.* 4. *de pac. jurament. Ro-*
man. conſ. 123. *num.* 4. *Surd. dec*, 255. *num.* 2.
& 322. *num.* 40.

Recurrendo autem ad Ius commune planum
erat, quod in parte ſapiente deliberationem,
illa laborabat ob defectum præſentiæ ipſius pe-
cuniæ inſanabili vulnere nullitatis uti perpen-
dendo formam *Text. in l. a Divo Pio §. Sed ſi*
emptor ff. de re judicat., ſine contradictore con-
cludunt *Poſtb. de ſubbaſt. inſpect.* 37. *num.* 1. *&*
21 *per tot.* Maugil., *eodem tract. quæſt.* 45. *per tot.*
Rot. deciſ. 464. *num.* 1. *par.* 2. *decis.* 507. *nu.* 3.
par. 3. *& decis.* 259. *num.* 8. *par.* 5. *rec. decis.*
69. *num.* 23. *decis.* 89. *num.* 6. *& decis.* 97. *n.* 1.
penes Poſtb. de ſubbaſt. dec. 23. *num.* 1. *& ſeqq.*
coram Ludoviſ. & decis. 257. *num.* 10. *& ſeqq. co-*
ram Duran. Itaut contra Judicem habentem fi-
dem de prætio, & ob id exercentem perſonam
22 veri Judicis, & adminiſtratoris legalis de Iure
competeret actio, quam nuncupant de dolo ex
Zaſ. in l. a Divo Pio §. Sed ſi emptor. in fin. verſ.
quidem autem ſi Iudex num. 9. *ff. de re Iudicat.*
Gratian. diſcept. forenſ. 326. *num.* 12. Mangil.
de ſubbaſt. quæſtion. 13. *num.* 7. *Poſtb. eodem tra-*
ctat. dicta inſpect. 37. *n.* 34.

In nihilo adjuvante, quod per Iudicem Mar-
tius coactus fuerit accollare, ſeu ſuſcipere in
ſe creditum quoddam cenſuale Capituli Galli-
politani, quodque eadem accollatio videretur
redolere ſpeciem ſolutionis juxta in ſuis termi-
23 nis adnotata per *Grat. diſcept.* 326. *nu.* 14.
Card. de Luc. de empt. diſc. 39. *num.* 4. *Maſtrill.*
dec. 37. *num.* 7. *Rota coram Gregor. decis.* 386.
nu. 1. *ibique adden. litt. A. coram Merlin. decis.*
543. *num.* 1. *coram Bich. dec.* 404. *num.* 15. *&*
dec. 329. *num.* 9. *& in rec. dec.* 135. *num.* 23.
part. 12.

Quoniam diſcurſus, & replicatio hæc, lo-
cum ſibi uſurpare potuiſſet, quotieſcumque in-
terceſſiſſet conſenſus debitoris paſſi deliberatio-
nem, ejuſdemque Creditoris accollati, ſeu ac-
collandi, quia tunc, ſequeretur volita libera-
tio debitoris, qui ſub Iudicis adminiſtratione
reputatur idem debitor, ut præmiſimus exiſtere
24 ex conſueta natura accollationis junctæ cum
delegatione de qua *Giurb. dec.* 53. *nu.* 3. *Poſtb.*
de ſubbaſt. inſpect. 37. *num.* 32. *& ſeqq.*, *Rot.*
coram Duran. decis. 257. *num.* 13. *coram Gre-*
gor. dec. 23. *num.* 6. *coram Priolo dec.* 78. *n.* 15.
& 16.

Sed cum neque Bernardini debitoris, neque
præmemorati Capituli Gallipolitani concurre-
ret conſenſus, prædicta partialis deliberatio la-
bebatur, nulliuſque cenſeri poterat momenti,
25 ad ea quæ in propoſito, ſeu in individuo ac-
collationis animadvertere *Giurb. d. decis.* 53.
num. 4. *&* 9., *Rot. penes Poſtb. de manut. dec.*
323. *nu.* 11. *& ſeqq. repetit. in recent. dec.* 411.
par. 5.

Hocque adeo verum, nempe quod ſaltem
ipſius creditoris accollandi exigatur aſſenſus,
ut non ſufficiat prænominatum aſſenſum ante,
vel poſt interveniſſe, ſed omnino requireretur
contextualiter, & ſimultanee in ipſo actu deli-
26 berationis alias minime ſuffragatur ex *Poſtb.*
de ſubbaſtat. d. inſpect. 37. *num.* 64. *Ridolph. in*
prax. par. 1. *cap.* 15. *num.* 94., *Rot. dec.* 23.
num. 5. *coram Ludoviſ. decis.* 257. *nu.* 13. *coram*
Duran. decis. 78. *num.* 15. *&* 16. *coram* Priol.
poſt Poſtb. de manut. decis. 423. *num.* 14. *& poſt*
Mangil. & tract. d. decis. 12. *nu.* 4. non etenim
27 ſequeretur illa liberatio debitoris de qua me-
minimus, illeque, ut prius remaneret obnoxius
eidem Creditori non conſentienti in ipſo actu
Gratian. diſcept. forenſ. 326. *num.* 16. *&* 27.
Mangil. *cod ſubbaſtat. quæſt.* 13. *num.* 18. *Poſtb.*
eodem tract. d. inſpect. 37. *nu.* 96. *Rocc. diſput.*
ſelect. cap. 153. *num.* 40. *in fin. & num.* 41.,
Rot. coram Vbald. dec. 179. *num.* 6. *tom.* 3.

Accollatio etenim fimbrias quandammodo
extendit ad commodum creditoris; habentis
ultra debitorem præexiſtentem, alterum volun-
tariæ accollationis ſe obligantem, verum per
hoc non impletur forma legis, ut ſupra ſem-
per intentæ liberationi debitoris patientis jactu-
ram Dominii ſuorum bonorum cum creditor,
non obſtante accollatione deficiente conſenſu,
28 ac enunciata delegatione, retineat in ſuo nexu,
& obligatione veterem debitorem, ut optime
ait *Rot coram Merlino decis.* 634. *num.* 2. *verſ.*
accollatio, *coram Peutinger. dec.* 428. *num.* 12.
coram Cerr., *dec.* 178. *num.* 14. *cor. Emerix.*
Iun. dec. 1006. *num.* 9. *& in rec. dec.* 141. *n.* 2.
par. 2.

Denique tertio, ſeu quarto loco opponebatur
a Bernardino alia nullitas derivans ab exceſſiva
conſumatione executionis ob intermedias
ſolutiones debiti minime defalcatas poſt initam,
& non conſumatam eamdem exequtionem

Summ.

Digitized by Google

Summ. Bernardini n. 10. *litt. C. & D.* Aſt vel quia aderant præſervativæ opportunæ adhibitę per Martium, vel quia exuberabant ad ſatietatem hucuſque firmata Domini ſolidius inhærentes ſecundo, & quarto fundamento approbarunt judicatum A. C. & manutentionem conceſſere Bernardino.

Vtraque &c.

FERRARIEN. SEV ANCONITANA FIDEICOMMISSI SVPER FRVCTIBVS.

Lunæ 9. Iunii 1704.

ARGVMENTVM.

Expenduntur in hac deciſione ſingulæ expenſæ, quas detrahere poteſt hæres gravatus in reſtitutione fideicommiſſi hęredi fideicommiſſario facienda.

SVMMARIVM.

1 *Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli.*
2 *Conſequens, qui vult, vult etiam antecedens.*
3 *Affertur diſtinctio temporum ad effectum diſtinguendi tempus recollectionis fructuum naturalium, vel induſtrialium.*
4 *Adminiſtrator quilibet non tenetur refundere vero Domino, quidquid ad illius manus perveniſſe demonſtratur.*
5 *Solutio facta ſemper præſumitur ad extinguendum debitum magis antiquum.*
6 *Merces data ratiocinatori ab hærede gravato eſt illi excomputanda in reſtitutione fideicommiſſi.*
7 *Partitę extractæ a libris Nundinarum abſque citatione partis admitti nequeunt ad effectum canonizzandi creditum.*
8 *Judicati conſumatio, ac ſequela impediri nequit per exceptionem altioris indaginis.*
9 *Probationes non ſunt coangustandæ, ſed ampliandæ.*
10 *Reſervatio jurium admitti debet per Judicem in ſententia, quoties eadem reſervatio nemini præjudicat.*
11 *Mobilia uſu conſumibilia non ſunt reſtituenda per gravatum hæredi fideicommiſſario.*
12 *Secus ſi fuerint ſolidioris materiæ quia tunc tenetur reſtituere, etſi non habent tenetur vel ſolvere, vel bonificare tantundem.*
13 *In libris ſi ſtat potiſſima cauſæ reſolutio ſuper liquidatione fructuum congruum non eſt ab iiſdem libris reſilire.*
14 *Actum a ſe, vel a proprio Auctore factum aut verbo ſemel approbatum nequit controvertere.*
15 *Adminiſtrator repetere poteſt expenſas dumtaxat erogatas in utilitatem patrimonii adminiſtrari.*

DECISIO CCCXXIV.

FOrtuna, dicebat Seneca Paganus *multis dat nimis, ſatis nulli*; Nam etſi in deciſio-

1 ne diei 16. *Januarii decurrentis anni* Domini deſcendentes ad examen liquidationis fructuum, quos legitime jam conteſtata lite perceperat Comitiſſa Conſtantia, exiſtimaverint utrique Parti conſuluiſſe; Nihilominus utraque etiam Pars, propria ſorte minime contenta, rurſus exoptavit audiri; Ideoque ad formam *Deciſionis ſub memorata die editę coram* Me, denuo diſpunctis ſingularibus Partitis; parum abſceſſit Rota a prius deciſis, dilucidando dumtaxat ea, quæ per ſuppletionem facti accuratius juſtificati, ſuadebant immutationem.

Reaſſumendo propterea primum Caput præcitatæ Deciſionis, ſub quo ſtabilitum fuerat prædictos fructus a *die* 30. *Auguſti* 1697. eſſe reſtituendos, ex quo de eo ſolum tempore vere lis dici poterat conteſtata ad effectum reſtitutionis fructuum faciendæ per Comitiſſam, præſervando dumtaxat ſi quid ulterius a Petro Juniore Nappis Actore demonſtraretur, per eandem Comitiſſam fuiſſe antecedenter perceptum, & inſimul extaret ſub enunciata *die* 30. *Auguſti*; Hinc proinde cum hodie ab ipſiſmet libris familiaribus Perito exhibitis per Comitiſſam oſtenderetur plures expenſas fuiſſe erogatas ex cauſa conſervationis, & venditionis frumentorum in menſibus ſucceſſivis Septembris, Octobris, & Novembris *Summario Petri Iunioris num.* 2. profecto clarum efficiebatur, quod hujuſmodi frumenta pręexiſterent *ſub pręfata die* 30. *Auguſti*, alias locum non habuiſ-
2 ſent expenſæ, neque illarum prætenſa refuſio, ſi vera eſt regula, ut eſt veriſſima, quod qui vult conſequens, vult, & fatetur etiam antecedens ad *Text. in l. primo §. Hujus rei ff. de offic. ejus* & tradita *per Everard. in topic. legal. loc.* 95. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 924. *num.* 17. *&* 46. *Barboſ. Axiom. Jur.* 54. *num.* 1. *&* 2. *Rot. coram Mantic. deciſ.* 15. *num.* 5. *coram Cavaler. deciſ.* 2299. *num.* 2. *in rec. deciſ.* 16. *num.* 8. *par.* 11. *deciſ.* 58. *num.* 5. *par.* 16. *cum aliis in adnotat. ad deciſ.* 37. *num.* 31. *coram Me.*

Idemque in ſequelam procedebat reſpectu vini, & alterius frumenti, quod communiter nuncupatur *Granturco*, & inibi *Frumentone*, nec non quoad carnes ſuillas, ſeu ſuinas, ſimileſque fructus recolligi conſuetos in illa Regione ante Kalendas menſis Septembris, quemadmodum in proximis occaſione diſtinguendi
3 tempora recollectionis fructuum naturalium, vel induſtrialium dictum fuit *in Romana Caſtri Porciliani ſuper reſervatis* 13. Maii 1701. *§. Quo vero, & ſeqq.*, *&* 2. *Octobris ejuſdem anni §. Quatenus, & ſeq. coram R. P. D. meo Lancetta.*

In ordine autem ad ſecundam Partitam latius examinatam in præterita deciſione *a §. Iuſto cum ſeq.* videlicet quoad valutationem frumenti, nulla fuit deſuper habita mora, quia Partes non diſcordabant a Reſolutis; Quamobrem tranſeundo ad tertiam Partitam reſpicientem debita Affictuariorum, neque pariter

Digitized by Google

in aoduacto longe ibant Defenſores Petri Junioris a traditis in præterita deciſione *ex §. Secundario uſque ad §. Et ob id*, quod nempe ſervata illa epicheia, quæ decebat ſatis eſſet pro exemnda Comitiſſa ab hac obligatione, tradidiſſe Inſtrumenta exigibilia, ſive parata contra Affictuarios, cum nulla de cætero ſufficiens culpa, & prava ſocordia valeret illi imputari, per quam condemnanda foret de proprio; Sed hactenus ſuperaddebant iidem Defenſores, quod dum Comitiſſa poſt contractam contumaciam, ac pluries repetita *die 30. Auguſti* exegerit in effectu ſcuta 1018., hæc ſaltem quantitas foret ab ea reſtituenda; Non enim Jura patiuntur, quemlibet etiam purum Adminiſtratorem non
4 refundere vero Domino quidquid ad illius manus perveniſſe demonſtratur *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 174. num. 9. Card. de Luc. de regal. diſc. 68., & diſc. 106. utrobique num. 8. plene Ego in tractatu de Commerc. & Mercat. diſc. 90. num. 32., Rot coram Coccin. deciſ. 2042. num. 1.*

Verum irrelevans incontinenti effulſit objectio illa etenim fomentum præbuiſſet dubitandi quotieſcunque ſolutiones receptæ per Comitiſſam cantaſſent in ſatisfactionem temporis Affictuum decurſorum a prænominata *die 30. Auguſti*, de reliquo dum certam cauſam, vel diem debiti minime exprimebant, Peritus autem aſſereret, quod debitum Affictuariorum originalem radicem deſumeret *ab anno 1696.* ſicque antequam Comitiſſa fuerit in mora, & reſpective mala fide conſtituta, ut *in Summario ejuſdem Petri Junioris num. 5.* de Jure erat, quod eædem ſolutiones conflantes eandem partitam *ſcut.* 1018. referri potius deberent ad antiquius debitum ipſorum Affictuariorum erga Comitiſſam, quam ad poſterius, & ſic vicinius factæ ſolutioni, juxta
5 notiſſimam propoſitionem, de qua *Text. in l. ex pluribus* 89. *ff. de ſolut. & liberat., Gratian. diſcept. 224. num. 43.* Modern. *Lucen. conſult.* 104. *num. 10. & ſeqq., Angel. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 66. num. 4. & 5. Surd. deciſ.* 186. *num.* 4. Mart. Medic. *deciſ. Senen.* 25. *num. 1. & ſeqq. Rot. deciſ.* 507. *num.* 3., *& deciſ.* 741. *num. 4. coram* Merlin., *& deciſ.* 1175. *num.* 10. *coram Emerix Jun.*

Hinc diſcurrendo, ſive progrediendo ad quartam Partitam concernentem ſolutionem ſalarii, quam inierat Comitiſſa præterita deciſio *ex §. Quartum locum cum ſeq.* bonificaverat ſolummodo Comitiſſæ ſalarium ab ea præſtitum Factori, & Caſtaldo, Relinquentibus Dominis tunc in ſuſpenſo mercedem attributam Ratiocinatori, hodie tamen iidem Domini optime ponderantes, quod illa non excesſerat in retentione hujuſce Miniſtri numerum aſſuetum retineri etiam quoad Ratiocinatorem ab ipſomet communi Auctore, ſeu Fideicommittente, nullatenus ambigerunt quin excomputari deberet, ſive reponi ad creditum Comitiſſæ, hæc etiam perſolutio ſecundum in
6 ſimilibus terminis cum doctrina *Arias de Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 45. num. 5.* congrue firmata *in Romana* Multiplicorum 25. *Junii* 1700. *§. Neque pro eo coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano, & in eadem ſuper expenſis 10. Junii* 1701. *§. Simile coram R. P. D. del Olmo.*

Ex oppoſito vero nequivit ullum ſolatium reportare Comitiſſa quoad illam contrapoſitionem quinto loco prætenſam, ſive examinatam in deciſione, quæ revidebatur *ſub §. Præter hac* reſpectu dotis Baptiſtinæ. Hujuſmodi ſiquidem creditum a Comitiſſa rurſus in hodierna propoſitione promotum, in minus ſolida baſe erigebatur, dum probationes per eam allatæ in ordine ad ſolutionem præfatæ dotis exagerabantur quidem extractæ, ac deſumptæ a libris Nundinarum *di Novi*; Aſt cum hujuſcemodi extractio prodierit ſine citatione Partis, procul dubio non poterant illius legitimitas, & reſpective creditum adeo conſiderabile ſc. 2336. Marca-
7 rum Januæ admitti, & canonizari per tradita in fortioribus apud *Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. num. 927. in tract. de commerc., & mercatur. diſc. 76. num. 22. Rot. deciſ. 395. num. 5. coram Ludoviſ. dec. 179. num. 7. coram Pamphil. deciſ. 344. num. 8. par. 12. deciſ. 419. nu. 6. par. 14. & deciſ. 2. num. 18. recent.*

Potiſſime quoniam tractabatur de facienda contrapoſitione fructibus Actori debitis in certam conſequentiam rei judicatæ; Unde aſperum nimis extitiſſet per hanc exceptionem, nedum altioris, ſed altiſſimæ indaginis deturbare ac præpedire ſequelam, ac conſumationem Judicati uti notant *Barthol. in l. 4. §. Condem-*
8 *natum num. 2. ff. de re Judicat. Lancellott. de attent. nullit. penden. cap. 17. num. 17. Rot. deciſ. 289. num. 6. coram Mantic. deciſ. 1662. num. 6. coram Coccin. deciſ. 544. num. 7. coram Dunozett. jun. & in recen. deciſ. 373. num. 16. par. 19.*, & plene etiam dicebatur *in præcedenti deciſ. ſub dicto §. Præter hac nulla.*

Addito ulterius, quod nulla æquitas, vel juſtitia, quod per hanc bonificationem contrapoſitionis præcluderetur ſemita Actori deducendi ſuo loco, & tempore opportunas replicationes ex. gr. præſumptæ remiſſionis, aut ſolutionis cum ſimilibus, reſiſtente tritiſſima concluſione, quam in propoſito exornant *Io. An-*
9 *dreas in cap. fraternitatis extra de teſtibus Gratian. diſcept. forenſ. cap. 892. num. 11. Surd. dec. 43. num. 5. Rot. dec. 284. num. 11. coram Priolo deciſ. 303. num. 4. par. 9. recen., & in Aſculana Beneficii 5. Martii 1698. §. Idcirco, & in Carpentoracten. Parochialis de Mazzan ſuper Remiſſoria 13. Februarii 1699. §. Quamvis enim coram* Me *inter hactenus impreſſ. deciſ. 35. & dec. 73.*

Cæterum non abſcendentes DD. ab illa media via per quam tutiſſime itur, Mihi demandarunt, quod e converſo non obſtantibus motivatis contra ſubſiſtentiam hujus crediti relative

ad

ad deciſiones coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, *& Me ſub prædicto* §. *Præter hac*, latiores, & opportunas habenas relaxarem in correſpectiva, ut par erat, præſervatione hujus prętenſi crediti ad favorem Comitiſſæ, ne illa ullo unquam tempore valeret obicem reperire, quominus poſſet, illud communire, & experiri impoſterum hanc prætenſionem, ſicuti quotidie practicatur per Judices, & Tribunalia 10 ſedulo adhibentia conſimiles pręſervativas teſte *Amat. deciſ. Ferrarien.* 50. *num.* 12. *Mart. Medic. dec. Senen.* 79. *num.* 12. *&* 13. *Cenſal. deciſ. Lucen.* 88. *num.* 49. *&* 50. *Rot. dec.* 327. *num.* 3. *&* 4. *coram Emerix jun.*, *& in Romana Cambii* 31. *Ianuarii* 1698. §. *Idcirco coram Me hactenus impreſſ. dec.* 28.

Succedebat ſexta partita concernens reſtitutionem mobilium a Comitiſſa faciendam, circa quam profecto permanſerunt DD. in deciſis, & inſinuatis in præterita *deciſione ſub* §. *Et de facto eum ſequen.* tantummodo lucidius in hodierna Audientia explicantes eorum ſenſum indicatum in anteacta reſolutione; Firmo ſiquidem remanente ſuppoſito, quod Actor malit optionem recuperandi mobilia ſoluta, vel bonificata partita, ſeu quantitate ſc. 1491. pro totidem a Comitiſſa exburſatis in ſatisfactionem legatorum, & æris alieni Teſtatoris, opportunum eſſe judicarunt animadvertere, ſeu diſtinguere inter mobilia uſu conſumibilia, & alia ſolidioris, & perſeveranti materiæ: Reſpectu ſiquidem mobilium uſu conſumibilium nullam dixerunt habendam eſſe rationem, nec ob eandem præſumptionem conſumptionis ad aliquam reſtitutionem urgeri poſſe Comitiſſam, ſicuti pariter in 11 ſubjecta theſi reſtitutionis fideicommiſſi diſtinxere *Bardellon. conſ.* 135. *num.* 7. *& ſeqq. lib.* 2. *Contr. diſcept. forenſ.* 18. *num.* 22. *Peregrin. de fideicomm. art.* 10. *num.* 38. *Card. de Luc. de ſervit. diſc.* 54. *num.* 9. *Rot. dec.* 17. *num.* 3. *coram Cerro deciſ.* 250. *num.* 2. *par.* 8. *deciſ.* 266. *num.* 1. *par.* 10. *deciſ.* 214. *num.* 2. *part.* 19. *recent. in Romana fideicommiſſi de Matthieſtis* 29. *Aprilis* 1701. §. *Hucuſque coram Me*, *& in Romana fideicommiſſi Mutii de Bubalo ſuper mobilibus* 13. *Ianuarii* 1702. §. *Diſtinguentes coram R. P. D. del Olmo*.

Quatenus vero mobilia contenta in primo membro diſtinctionis, illa nempe ſolidioris materiæ, & uſu non conſumibilia, & conſecutive obnoxia reſtitutioni, uti ſunt argenta, tabulæ pictæ, aulea, cum ſimilibus, reperirentur diſtracta; Omnis efflagitabat Juſtitia, quod illorum pretium ſuapte natura excomputaretur, ſeu detraheretur a pręnominata quantitate ſc. 1491. quilibet enim obligatus rem tradere, vel reſtituere, & forte non valens conſtringitur, vel ſolvere, vel bonifi-12 care tantundem ex collectis penes *Io. Andream*, *& Felin. in cap. dilecti de arbitr. Gutier. de juram. confirm. cap.* 29. *num.* 1. *& ſeq. Layman. Theolog. moral. lib.* 3. *de Iuſtitia tract.* 4. *cap.* 12. *num.* 1. *&* 2. *Caſtropal. par.* 7. *diſput.* 1. *de Iuſtit. commut punct.* 18. §. 2. *num.* 3. *Surd. deciſ.* 306. *num.* 6. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 515. *n.* 4. *coram Coccin.*

Pendulam DD. reliquerant in prętérita *deciſ. ſub* §. *Finali* diſcuſſionem expenſarum, quas ex cauſa litis pro tuitione fideicommiſſi ſubſtentatæ per Comitiſſam cum Braſaulis, ſibi bonificari ſatagebat eadem Comitiſſa cum totum hujuſmodi negocium ob juſtificationem facti expectaret Judicium, quod binas ſecumferebat inſpectiones, una ſcilicet ſuper vera quantitate earumdem expenſarum, & in hac placuit DD. fidem eſſe præſtandam libris ipſius Comitiſſæ, tum introſpecta qualitate hujus Matronæ, ipſaque veriſimilitudine; Tum quoque habita reflexione, quod ſi iiſdem libris innixa eſt potiſſima reſolutio hujus Cauſę ſuper liquidatione fructuum, congruum non erat ab eiſdem libris reſilire, ut in propoſito 13 deductum fuit, atque plene firmatum *in Romana fideicommiſſi de Bubalo ſuper Arte Agraria* 12. *Maii* 1702. §. *Poſito igitur*, *& in Aeſculana dotis* 26. *Feb.* 1702. §. *Reaſſumpta coram Me*.

Et alteram circa ſubſtantiam bonificationis; Cumque hodie ex datis *in Summario Comitiſſæ num.* 4. *& ſequen.* eluceſceret veritas quæ prius latebat, videlicet, quod in lite ſubſtentata cum Braſaulis mediante legitimo Procuratore effective comparuerat Leonardus pater moderni Inſtantis, pugnante regula neminem poſſe actum a ſe, vel a proprio Authore 14 factum, aut verbo ſemel approbatum controvertere, vel refellere ex *Valeron. de tranſact. tit.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 40. *& ſeqq. Vrceol. eodem tract. quæſt.* 80. *ex num.* 1. *cum ſeqq. Surd. deciſ.* 99. *num.* 10. *Rot. deciſ.* 5. *ſub num.* 8. *verſ. & Capitulum coram Emerix Iun. in Romana*, *ſeu Anconitana dotis* 11. *Ianuarii* 1697. §. *Poſtremo coram Reverendiſſimo Domino meo Molines Decano*, *& in Romana Prælaturæ de Vaceni ¡rellis* 10. *Martii* 1698. §. *Fortius*, *&* 2. *Iunii ejuſdem anni* §. *Cumque coram Me inter hodie impreſſ. dec.* 36. *& dec.* 46.

Solumque habenda erat conſideratio in facienda calculatione ad illas expenſas, quæ tangebant conſecutivam, & finalem inſtantiam reſtitutionis fructuum expetitæ per Braſaulos; Nam cum inter iſtos numerarentur illi, quos eadem Comitiſſa perceperat poſt malam fidem ſibi impictam a Braſaulis, æquum non erat, quod dum in hoc caſu Comitiſſa proprium lucrum, ſeu cauſam tuebatur, transfunderet in fideicommiſſarium correſpectivum onus ſubminiſtrationis, ſeu refuſionis expenſarum; Ideoque reſecatis ad ratam hujuſcemodi expenſis, quantitas dumtaxat, quæ ſupererat veluti reſpiciens defenſionem fideicommiſſi, illiuſque utilitatem merebatur ad creditum ad-

adiunbi ipſius Comitiſſæ, ut eſt de natura expenſarum repetendarum dumtaxat quoad erogata in utilitatem patrimonii adminiſtrati,
15 quemadmodum advertunt *Manzar. de fideicommiſſ. quæſt. 67. poſt princip. verſ. ſed Ego par. 3. Rot. deciſ. 583. num. 3. deciſ. 438. num. 10. coram Priolo deciſ. 886. num. 7., & deciſ. 1090. num. 5. coram Emerix Iunior. cum aliis in Addit. ad deciſ. 56. num. 5. coram Me.*

Atque ita pro ſecunda vice, & poſt ſuppletam a Perito primam Peritiam ſupplevere etiam Domini utraque &c.

PERVSINA BONORVM SVPER FRVCTIBVS.

Lunæ 16. Iunii 1704.

ARGUMENTVM.

Fructuum liquidatio eſt penitus arbitraria cum nimis be raro contingat juſtificari poſſe ab alterutro collitigantium, & cum ea ſit difficilis probationis admittuntur conjecturæ etiam leviores: Dictæ tamen conjecturę, ſeu probationes debent eſſe legales, neque in hoc propoſito admittendæ ſunt fides ſempliciſſime Teſtium inconcludentium. Beſtiamina veluti inſtrumenta fundi nequeunt ab illo ſeparari, ſeu divelli.

SVMMARIVM.

1 *Liquidatio fructuum eſt facienda de bono, & æquo Judicis arbitri.*
2 *Fructuum perceptio, & liquidatio probatur per locationes.*
3 *Cum non præſumatur, quod vel locatur, vel conductor voluerit jactare ſuum.*
4 De *tempore præſenti, ad tempus antecedens quando liceat arguere.*
5 *Liquidatio fructuum utpote difficilis probationis contentatur levioribus probationibus.*
6 *Intellige ſi probationes ſint aliquo modo legales.*
7 *Neque admittuntur fides ſimpliciſſimæ & dicta Teſtium inconcludentium ſuper puncto de quo agitur.*
8 *In affictibus non ſemper attenditur maior ratio, ſed potius factorum, & circumſtantiarum unio,*
9 *Beſtiamina tanquam inſtrumenta fundi non ſunt ab illo ſeparabilia.*

DECISIO CCCXXV.

FRatres de Forellis poſt nactam, authorizante Signatura Juſtitiæ, poſſeſſionem bonorum, de quibus noviſſime controverſia fuerat apud me ſub die 16. Januarii 1702., obtinere in ſequelam intendentes etiam fructus eorumdem bonorum cauſam ſuper illorum liquidatione proponi ſatagerunt, & jam nulla vergebat hæſitatio circa petitionis ſubſtantiam prout neque circa tempus, a quo iidem fructus deberentur, utpote conſecutivi litis conteſtatæ, uſque de anno 1678. Quamobrem dumtaxat altercabantur hincinde Scribentes in ordine ad quantitatem, Domini vero concorditer cenſuerunt illam fore liquidandam modo, de quo proxime, non obſtante quod altera pars ultra, & altera citra prætenderet.

Baſis conſtitutiva reſolutionis ſtabilita fuit in illo religioſo arbitrio, quod in materiis ſubobſcuris Jura provide largiuntur Judicantibus, & ſignanter in hac liquidatoria fructuum perceptorum, cum enim nimis e raro contingat juſtificari poſſe ab alterutro Collitigantium, quid elective de fructibus reſtituendis detentores, ſive poſſeſſores perceperint, neceſſe eſt, ut Judex ſolidioribus, quantum fieri poteſt, innixus fundamentis, quantitatem controverſam arbi-
1 tretur, & dirimat, ita ſuggerente Juſtitia, & æquitate, de qua *in Romana Grani 27. Ianuarii* 1698. §. *penultimo, & ultimo coram Me inter impreſſas deciſ.* 27. & in ſpecie *eadem Rota coram Manzanedo deciſ. 263. num. 6., & deciſ. 406. num. 7., & coram Vbald. deciſ. 308. pariter nu. 7., & in Romana Salviani ſuper pratio barbarum 21. Ianuarii currentis anni §. finali coram Me.*

Applicando ſiquidem ad rem aliud fundamentum magis tutum oculis Dominorum non effulſit, quam Inſtrumentum locationis exaratum, ſub anno 1691. de hujuſcemodi bonis pro annuis ſcut 32. cumque præſeferret nomen,
2 & factum Comitis Berioli, eo facilius ſtandum erat probationi exinde reſultanti, ut alias reſpondit *Pacion. de Locat. cap. 27. num. 107., & ſeqq., Rota Lucen. inter recollect. per Palm. Nep. deciſ. 32. num. 16., & Sacra deciſ. 2. ſub num. 16. verſ. liquidatio, & num. 17. par. 11. Recent., & in Avenionen., ſeu Vaſionen. Primogeniturę ſuper fructibus 19 Iunii 1702. §. Quantitas coram R. P. D. meo Muto;* Maxime quia non præſumitur, quod, vel Locator, vel
3 Conductor voluerit jactare ſuum contra regulam, quam in propoſito *poſt deciſ. 128. num. 2., & 3. coram ſan. mem. Alexandro* VIII. *dicta deciſ. 308. num. 6. coram Vbaldo, & deciſ. 307. ſub num. 4. coram Duran.*, ponderat *Rota in Melevitana fideicommiſſor. ſuper fructibus 27. Iunii 1698. §. Conſtitit in fin. coram Me hactenus impreſſa deciſ. 59.*

Sub alternans vero ambiguitas, quę poterat reſultare ab eo, quod, ut præmiſimus, memoratæ Locationis Inſtrumentum confectum eſſet de anno 1691, ſicque rigoroſe habere non poſſet vim retrotractivam ad annum 1678. a quo per motam litem obligatio refundendi fructus oriebatur, ſufficienter removeri viſa eſt, in parte ab ipſa admiſſione, ſive facto Comitis Rei, & a non data meliori juſtificatione per Comites Actores, unde in his terminis bene ad mentem *Textus in l. ſi fundum per fidei-*
4 *commiſſum ff. de legat. primo, & Rota coram Achill. de Gruſſ. deciſ. 22. de Reſtitut. Spoliator. per eamdem Rot. deciſ. 307. num. 5. coram Durano*, inferebatur licere arguere etiam ad tempus antecedens.

Et

Et quidem nequibant exaudiri fratres actores
in termino ultra authumantes, quod ex Teſti-
bus allatis, in eorum *Summ. num.* 5. *&* 8.,
emergeret probatio tranſcendens limites an-
nuorum ſcutorum 32., præfati enim Teſtes
ſubdiviſi ad normam ejuſdem Summarii, neu-
tiquam concludebant aſſumptum; primi enim
relati *ſub num.* 5., etſi viderentur dicere velle
quod fructus bonorum controverſorum ſuper-
excederent annuam quantitatem ſcutor. 32.
non apparebant in primis formiter examinati,
& diſconveniebant in ipſa quantitate, quapro-
pter non merebantur attendi, nam quamvis
5 ſupra diximus, materiam liquidationis eſſe
arbitrariam, quin etiam non ita rigidæ, ſed
leviores recipi ſoleant probationes, ut in his
terminis habetur, apud *Bald. in l. prima ſub
num.* 22. *verſ. Adde quod fructus probantur C.de
fruct., & lit. expenſ., Natt. conſ.* 510. *ſub num.*
6., *& ſeq., Rota coram Emerix Jun. deciſ.* 17.
num. 4., *& in Recent. deciſ.* 247. *num.* 6., *&*
dec. 330. *num.* 11. *par.* 10., *& deciſ.* 2. *num.*
26., *& deciſ.* 327. *num.* 6. *par.* 11.

Attamen propoſitio hæc intelligitur cum
grano Salis, quando videlicet probatio aliquo
modo eſt legalis, ſed quod admitterentur fides
6 ſimpliciſſimæ, & dicta Teſtium inconcluden-
tium ſuper puncto, de quo agebatur, erat con-
tra vulgatiſſima principia, ex deductis in pri-
ma concluſione, *per Rotam deciſ.* 50. *num.* 8.
*poſt Modernum Aſcolanum ad Statut. Vrbis co-
ram Emerix Jun. dec.* 378. *num.* 1., *& deciſ.*
1350. *num.* 3., *& in Recent. deciſ.* 23. *num.* 4.
7 *par.* 19.; & quoad ſecundam *per Paul, de Caſtr.
in l.* 2. *§. Idem labea num.* 2. *verſ. Si tamen ff. de
Aqa. pluv. arcen., Farinac. de Teſtibus quæſt.*
64. *num.* 39., *Cyriac. controv.* 487. *num.* 1. *cum
duobus ſeqq., Rot. dec.* 18. *num.* 9. *par.* 16.

Eodemque defectu afficiebantur alii Teſtes
recenſiti ſub *n.* 8. Etenim neque hi reperieban-
tur formiter examinati, illorumque dictum
erat nimis improbabile, quia teſtificari cona-
bantur fuiſſe perauncturos ſcuta decem ſupra 32.
difficile quippe erat ſuadere, quod rei illud
plus renuiſſent, niſi quia forte Oblatores ex
toto complexu non erant in eo gradu, & cir-
8 cumſtantiis, ut mererentur anteponi, quando
in Afflictibus non ſemper attenditur major ratio
ſed factorum, & circumſtantiarum congloba-
tio, Teſte *Cobell. in Bull. Bon. Regim. cap.* 46.
num. 16.

Conflictata igitur ad Stateram Iuſtitiæ præ-
tenſione termini *ultra*, neque etiam Domini cen-
ſuerunt declinandum eſſe ad terminum *citra*,
promotum ex parte Comitis Rei, quia quod
conventio Afflictus in ſcutis 32. foret minuenda
in ſcutis octo ratione beſtiaminum, quæ ſuper
bonis immiſerat idem Reus, ex quo de facto de
tempore ſubſecutę deliberationis, nulla lege-
retur facta mentio eorumdem beſtiaminum, ut
in Sum. ejuſdem Rei num. 3., adhuc ex contra-
rio *Summ. Additionali fratrum Actorum num.* 2.
liquebat, quod quando iidem Actores ſpoliati extiterunt hujuſmodi bonis, aderant beſtiamina, ideoque tamquam Inſtrumenta fundi non erant ab illo ſeparabilia, ut ait *Iuriſconſultus in l. Item ſi fundi* 10. *§. Seminarii ff. de uſufruct., Odd. conſ.* 30. *ex num.* 41. *cum pluribus ſeqq., Manţic. de Conject. ult. volunt. lib.* 9. *tit.* 2. *num.* 17. *& in Addit. ad deciſ.* 56. *a num.* 14. *ad* 19. *coram Me*.

Et ob id relinquentes Domini Partibus facultatem melius inſtruendi iuridicas probationes, pro nunc ad normam pręcitati Inſtrumenti locationes ita liquidarunt.

Vtraque &c.

GERUNDEN. FERIALIS.

20. *Junii* 1704.

ARGUMENTUM.

Diſcurſus iſte fuit confectus pro inſtructione animi Dominorum Correſponſalium Quæſtio eſt in hac cauſa an uſus cujuſdam Burſæ, ſeu Maſſæ nuncupatæ il Feriale verſi debeat in uſum mere arbitrarium Capituli, itaut uſurpari poſſit per eundem Capitulum Eccleſiæ Gerunden, in lites, & Jurgia contra ipſas dignitates ejuſdem Eccleſiæ, & alia ad hanc materia enucleantur.

SVMMARIVM.

1 *In Sac. Rota panditi aliquando fuere diſcurſus inſtructivi per aliquem ejuſdem Sac. Rotæ Auditorem cauſa Ponentem, ſive Relatorem.*

2 *Diſtributiones dividendæ ſunt ad limites dignitatis, ipſiuſque ſervitii.*

3 *Dignitates quandoque in ingreſſu earum novæ electionis ſolent ſolvere aliquam ſummam ex tolerantia Sacrorum Canonum.*

4 *Sacriſtia Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe babet Indultum Apoſtolorum percipiendi medietatem Annatæ a novis Canonicis & aliis noviter ingredientibus, & etiam alia ſolvi ſolita in introitu, & admiſſione.*

5 *Conſuetudo valet, ſecundum quam in aliquibus Hiſpaniæ locis mortuo beneficiario Epiſcopus de mobilibus, aut ſe moventibus bonis ipſius Beneficiarii elegit unum.*

6 *Strenæ ex permiſſione Sacrorum Canonum in recompenſam cujuſdam laboris, vel ſuperioris Juriſdictionis ſolui permittuntur Epiſcopo, vel ejus familiaribus occaſione expeditionum, & gratiarum expediendarum.*

7 *Diſtributiones decernendi in Eccleſia Dei intereſſentibus ratio fundatur in eo quod os Bovis triturantis claudi non debet.*

8 *Ratio non poteſt reddi omnium, quæ a majoribus noſtris conſtituta ſunt.*

9 *Tutor quilibet tenetur inveſtire pecunias pupillares.*

10 *Et in hoc propoſito purificantur Eccleſiæ cum Pupillis.*
11 *Flumina omnia licet parva confluunt in Mare.*
12 *In actibus judicialibus citantur habentes, vel habere prætendentes Jus, ſeu intereſſe in negocio, vel Judicio.*
13 *Adminiſtratio eſt concedenda illi qui commune fovet intereſſe.*
14 *Onus reædificandi Eccleſiam, aliaque hujuſmodi onera pertinent ad illos, qui fructus, Decimas vel alias Eccleſiæ redditus percipiunt.*
15 *Pater fam. prudens exemplo formicarum debet recolligere in æſtate, quæ prodeſſe poſſunt in hyeme.*
16 *Incommodum qui ſentit, debet etiam ſentire commodum.*
17 *Præteriti ratio ſcire docet futura.*
18 *Incommodum qui non ſentit, nec etiam commodum ſentire debet.*

DECISIO CCCXXVI.

DISCURSUS.

INter multiplices, quæ exarſere, controverſias in hac præcedenti Regulari, & poſtmodum per Pontificiam diſpenſationem effecta ſæculari Eccleſia Gerunden., modo ſcilicet inter Capitulum Canonicorum, & Dignitates ejuſdem, modo inter Capitulum, & Beneficiatos, ac modo tandem cum altera ex Dignitatibus dumtaxat, ipſoque Capitulo, ut extant perpetua munimenta prædictarum controverſiarum delata ad lancem Sacri noſtri Auditorii, ut præ cæteris in illa *Gerunden. Prioratus* late exagitata *coram bo. me. Urſino* 1. *Julii* 1697. *&* 26. *Febr.* 1698. *coram R. P. D. meo Lancetta*, 27. *Iunii* 1698. *coram R. P. D. Del Olmo*, 15. *Iunii* 1699. *&* 29. *Martii* 1700. *& coram R. P. D. Molines Decano* 20. *Junii* 1701. 2. *Julii*, *&* 14. *Decembris* 1703. *&* 11. *Aprilis* 1704. & in altera ſuper adminiſtratione Anniverſariorum diſceptata *coram bo. mem. Urſino* 10. *Maii* 1683. *& coram R. P. D. meo De la Tremoille* 17. *Iunii* 1697. nec non pariformiter in illa *Gerunden. Capituli coram R. P. D. meo de la Tremoille* 21. *Januarii* 1701. *& coram R. P. D. meo Omanna* 9. *Martii* 1703. ac etiam in ea ſuper diſpenſatione pactorum *coram. R. P. D. meo Priolo* 27. *Martii* 1699. *coram R. P. D. meo Lancetta* 9. *Junii* 1700. *coram R. P. D. meo Caprara* 28. *Januarii*, *&* 13. *Iunii* 1701. *&* 12. *Junii* 1702. & ſimiliter ſuper diſtributione Eleemoſynæ Panis *coram R. P. D. meo Pio* 20. *Martii* 1702. *coram R. P. D. meo Priolo* 19. *Iannarii*, *&* 23. *Aprilis* 1703. *&* 13. *Iunii* 1704. *& coram R. P. D. meo Kaunitz* 21. *Novembris* 1704. prout, & denique reliquis prætermiſſis circa impenſam Capparum, quam Capitulum prætendebat in ingreſſu fore exolvendam a Dignitatibus quemadmodum æquo modo diſpunctum fuit apud *R. P. D. meum Pium in dec.* 27. *Januarii* 1698. impreſ. penes *Antonell. de Jur. & Oner. Cleric. dec.* 41.

Intumuit quoque potiſſime acerrima diſputatio quoad uſum cujuſdam Burſæ, ſeu Maſſæ nuncupatæ *il Feriale* antiquitus inſtitutæ uſque ſub anno 1234. Nam ebulliente calore Judicii Dignitates prædictæ Eccleſiæ inſurrexerunt prætendentes, uti *in Actis Apoſtolorum* uſque ab initio enaſcentis Fidei *cap.* 6. quod eædem Dignitates deſpicerentur, & hæc Maſſa verteretur in uſum mere arbitrarium Capituli, penituſque illis poſthabitis uſurparetur per Capitulum etiam in lites, & jurgia contra ipſas Dignitates. Quapropter propoſita hac quoque differentia in Tribunali *coram R. P. D. meo Lancetta* trinæ prodierunt deciſiones reſolventes, quod fructus hujuſmodi Maſſæ, ſive Burſæ implicari deberent in communibus expenſis, & indigentiis Eccleſiæ Gerunden., ac etiam in litibus, non tamen adverſus eaſdem Dignitates, & ſi quid reſiduum ſupereſſet diſtribui poſſet inter ipſum Capitulum, & Canonicos privative ad ipſas Dignitates juxta ea, quæ leguntur in prælaudatis tribus Deciſionibus *R. P. D. mei Lancettæ*, nempe ſub *die* 11. *Decembris* 1699. 25. *Junii* 1700. *&* 15. *Junii* 1703.

Verum parum hiſce reſolutionibus, ac ſucceſſivæ ſententiæ in ſequelam pronunciatæ per *R. P. D. meum Lancettam* acquieſcentibus Dignitatibus, iiſdemque prævia appellatione reclamantibus *coram Me Domini* mihi injunxerunt, quod ad faciliorem diremptionem hujus pariter controverſiæ ſeriem, & quidditatem illius interim per viam diſcurſus exponerem, ut dum negocium reproponi continget, & pro utraque Parte ſcribentes illorum Informationes exacuent, & rectius inſtruent ſuper qualitate relictorum in hoc opus pium *Feriale* planiorem adinveniant ſemitam illorum muneri ſatisfaciendi, exemplo majorum noſtri Ordinis,
1 qui ad eundem finem aperiendi viam Veritati, & Juſtitiæ pandidere Diſcurſus inſtructivos, ut in illa celebri *Florentina Subdecanatus coram Durano ſub die* 27. *Novembris* 1630. inter *illius deciſiones impreſſas la* 285. *in Firmana Pecuniaria coram Bichio ſub die* 14. *Iunii* 1647. qui eſt inter illius deciſiones *la* 306. & magis recenter *in Romana Reductionis Canonum coram bon. mem. Emerix Decano ſub die* 26. *Iunii* 1693. qui habetur inter *illius deciſiones in ordine* 1130.

Compertum itaque eſt, quod in præfata Eccleſia Cathedrali Gerunden., in qua ultra ſupremam Dignitatem Epiſcopalem numerantur aliæ *octo* ſubalternæ Dignitates, necnon 36. Canonici, ac 140. Beneficiati ultra cæteros inſervientes emolumenta pro ſubſtentatione hujuſmodi Miniſtrorum omnino neceſſaria diſtinguebantur in plures Loculos uſque ad numerum ſexagenarium, ac inter iſtos aderat præcipue Loculus, ſive Maſſa, ac Burſa nuncupata

il

il Feriale, *o Commune*, atque in eodem Loculo ſive Maſſa reponebantur ,atque repoſita fuerant pecuniæ, ſeu Bona relicta: *Primario* pro adimplendis diverſis operibus piis, nempe dotationis Puellarum, ſubſtentationis Puerorum cum ſimilibus. *Secundario* Bona, & proventus reſpicientes juxta particulares fundationes illas diſtributiones, ſeu ſubventiones quæ dantur ad ſimilitudinem *Text. in cap. Extirpandæ*, *&* *cap. de Monachis de Præbend.* illis Canonicis Capitularibus, & Clericis inſervientibus Eccleſiæ
2 pro qualitate Perſonarum, & ſervitii, ut exigit natura ipſa conſimilium Diſtributionum dividendarum ad limites Dignitatis, ipſiuſque ſervitii ſecundum connotata per *Abb. in cap. Procurationes* 22. *num.* 5. *eodem tit. lib.* 6. *Barboſ. de Canonic. & dignit. cap.* 21 *nu.* 1., *Marg. de Beneſic. quæſt.* 2. *nu.* 141. *&* 142. *Monet. de Diſtrib. par.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 14.

Tertio tandem idem Loculus, ſive Burſa conſuevit impinguari, ſive repleri ſub incerto onere a pluribus emolumentis diverſimode provenien. videlicet ex. gr. primo loco per numerationem 20. ſcutorum aureorum, quæ vigore cujuſdam pervetuſti Statuti conditi uſque de anno 1234. exſolvuntur a quolibet Epiſcopo noviter electo; ſicut, & pariter ſecundo loco per Dignitates in conſimili ingreſſu quemadmo-
3 dum permitti videmus per tollerantiam Sacrorum Canonum ad tradita per *Caned. ad Decretal. collect.* 16. *num.* 2. *Barboſ ad concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 4. *num.* 11. *Tondut. quæſt. beneſic. cap.* 47. *num.* 5. *& ſeq. Sanchez. conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dubit.* 23. *num.* 8. *Zerol. in prax Epiſcop. par.* 2. *verb. poſſeſſio Beneficii* §. 5. *Garz. de Beneſic. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 198. *Pignattel. conſult. Canonic.* 157. *num.* 11. *Panimoll. deciſ.* 31. *adnotat prima nu.* 26. *&* 27. & fuit animadverſum in illa *Gerunden. Capparum ſuperius relata* 27. *Januarii* 1698. *coram R. P. D. meo Pio* cum aliis *in Hildeſimen. Fructuum Canonicalium* 19. *Ianuarii* 1703. §. *Similiter coram R. P. D. meo Kannitz.*

Prout & in idem vigore illius derelictionis fructuum, quam nuncupant *la Mezza annata* reſpectu illorum Cappellanorum, ac Beneficiatorum, qui propriam collationem agnoſcunt ab Epiſcopo, Dignitatibus, vel Canonicis ex præſcripto memorati Statuti anni 1234. per ea quę pariformiter licet ad diverſum fortaſſe uſum practicatur in Sacroſanctis Vrbis Baſilicis, & per
4 regulas Cancellariæ reſpective in ſuis caſibus obſervatur *Teſte Fagnan. in cap. Præterea a num.* 6. *ad ſeqq. ne Prælat. Vic. ſuas*, *Burſatt. conſil.* 126. *num.* 24. Lotter. *de re beneſic. lib.* 3. *quæſt.* 20. *per tot. Card. de Luca de Beneſic. diſc.* 89. *num.* 2. *& ſeq.*, *Rot. deciſ.* 842. *num. primo coram Manzaned. deciſ.* 136. *nu.* 1. *part.* 1. *Recentior. & deciſ.* 199. *num.* 1. *part.* 2. *& deciſ.* 93. *nu.* 20. *part.* 16.

Quarto, *Quinto*, *Sexto*, *& Septimo* loco Burſa hujus Ferialis augeri contingit in hac tertia ſpecie (ſive in vim radicatæ conſuetudinis, ſive in vim pecularium Statutorum, & ſignanter anni 1313.) per quandam honeſtam ſpeciem ſpolii, vel a Canonicis Eccleſiæ perfruentibus Canonica eorum portione, vel etiam a Dignitatibus, vel & ſimiliter ab obeuntibus ab inteſtato, aut cum Teſtamento citra relictum anniverſarii demandati per Statutum ſuperius collaudatum, nempe anni 1313. ſecundum
5 ea, quæ in hoc eodem propoſito examinata fuerunt apud *Caned. Collectan. ad Decretal. collect.* 16. *num.* 3. *in fin. Spin. de Teſtam. gloſſ.* 2. *principal. num.* 45. *Navarr. de Spol. Cleric.* §. 9. *num.* 6. *&* §. 16. *num.* 1., *Molin. de Iuſtit. & Iur. tract.* 2. *diſput.* 147. *col.* 9. *&* 10. *Villalobos in Summ. part.* 2. *tract.* 30. *difinit.* 11. *num.* 3. *Barboſ. de Iur. Eccleſ. in univerſ. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 70. *Cortiad. deciſ. Cathalan.* 225. *num.* 37. quorum pleroſque licet in terminis ingreſſus laudavit *Rot. in ſuperius adducta Hildeſimen. Fructuum Canonicalium* 19. *Januarii* 1703. §. *Similiter*, *coram R. P. D. meo Kannitz.*

Octavo non minus loco reponebantur, & non minus hodie reponuntur in hoc ipſo Marſupio, cui ſupradictum nomen debere *Ferialis* emolumenta, quæ, ex largitate Epiſcopi Arnaldi exercita de anno 1344. proveniebant, ut dicunt a Sigillo, ſive ab illis ſtrenis, quæ forte ſolvebantur eidem Epiſcopo, vel ejus Familiaribus occaſione expeditionum, & gratiarum expediendarum in Curia, vel Aula Epiſcopali, per ea, quę pariter Sacri Canones toleravere in recompenſam cujuſdam Laboris, vel ſupe-
6 rioris Iuriſdictionis, prout pariter practicatur penes Principes Sæculares *Villalobos in Summa par.* 2. *tract.* 37. *reſolut.* 19. *a num.* 7. *Farinacc. Tract. Criminal. par.* 1. *ad Text. in cap. Si quis* 45. *qu.* 1. *num.* 6. *&* 7. *Sanchez. de Matrim. lib.* 8. *diſput.* 35. *num.* 10. *Dian.* 5. *par. tract.* 13. *miſcellan. prima reſolut.* 17. *in princip. Suarez lib. primo de Relig. tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 24. *& ſeqq.*

Compertum identitem fuit, quod, in eadem Maſſa confluebant redditus in ſexta parte 93. Cappellaniarum, quas ſuppreſſerat glorioſæ, & invictæ memoriæ Gregorius XI. illas uniendo Capitulo hujus Cathedralis ad ſanctum effectum impinguandi Diſtributiones pro ſubventione, & adjumento Intereſſentium functionibus Choralibus vice cujuſdam tertiæ partis, quę forſan ex eadem ratione invitandi, ſeu ſtimulandi ad intereſſendum ſervitio Chorali extradebatur ab iiſdem Cappellaniis ſuppreſſis, &, ut ſupra unitis, aliaſve in ſtatu collativo exiſtentibus, cum ut habetur ex *D. Paulo* 1. *ad Corinth.*, 9. *in cap. Si Epiſcopus* 6. 1. *quæſt.* 2. congruum exiſtat, quod os Bovis triturantis claudi non debeat, & in qua ſane ratione fundatur in Eccleſia Dei ratio decernendi Intereſſentibus Diſtributiones *Teſte Abb. in cap. licet in* 2. *notabil. de Præbend. Pariſ. conſ.* 33. *num.* 3. *volum.* 4. *Gigas conſ.* 144. *num.* 6. *&* 13. Monet.

de Diſtribut. par. 1. quæſt. 1. n. 9. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. in proem. §. 7. nu. 167. Zacch. de Salar. quæſt. 11. num. 12. Fraſſ. de Jurepat. Indiar. cap. 87. num. 25. tom. 2. Rub. in adnotat. ad dec. 576. num. 3. par. 4. tom. 3. Rec. cum aliis *in Illerden. Diſtributionum* 5. *Martii* 1703. §. *Nulla ſiquidem*, & 7. *Aprilis* 1704. §. *Habita namque*. *coram Me*.

Acceſſerunt in eandem crumenam proventus ſex Cappellaniarum unitarum huic Burſæ *Ferialis* ſecundum demonſtrata in primo *Summario Capituli num.* 5. necnon redditus pervetuſti videlicet anni 1330. promanantes a fructibus geminarum Canonicarum Portionum unacum fructibus, ſive redditibus nonnullorum Bonorum ſitorum in locis, quæ ſcribentes compellebant *Fornelli*, *Subinaneis Buada*, comprehenſorum in genere generaliori Villæ, vernaculo pariter nomine, appellatæ, *Villa macarona*, atque de his, eorumque perfecta origine perfecta
8 diſcriminatio minime dabatur, unde neceſſarium erat tranſire (etſi *Text.* loquatur in Iure) per *regulam in leg. non omnium 20. de Leg. Anguian. eodem tract. lib. 1. conſ. 4. n. 2. & 3. Mangil. de Imput. quæſt. 69. num. 45. Facbia. lib. 7. contr. cap. 95. ad med. fol. mihi 914. Gratian. diſcept. for. 810. n. 15.*

Undecimo, & *Duodecimo* tandem loco conſtabant, ſive implebant eandem Maſſam *Ferialis* ſecundum notitiam, quæ haberi potuit ex quodam libro delato per unum ex Archidiaconis contendentibus in cauſa, ac reſpiciente prætenſam adminiſtrationem hujus *Ferialis* circa annum 1683. ad 1684. alia emolumenta, & proventus Caſtri S. Georgi *Deſnalis* nonnullarum Domorum, ac Cenſuum, quæ dicebantur acquiſita per ſuperabundantiam annuorum fructuum ſupra onera infixa *Maſſæ Ferialis*, cum juxta Canonicas Sanctiones quidquid ſupereſt debeat
9 inveſtiri, ſicut quilibet Tutor tenetur inveſtire pecunias pupillares ad *Text. in Auth. noviſſima, Cod. de adminiſtr. Tut. Gabriel. conſil. 26. nu. 8. lib. primo, Guttier. de Tut. part. 2. cap. 9. n. 21.* Leotard. *de Uſur. quæſt. 20. num. 8. & ſeqq. & quæſt. 82. num. 28. Card. de Luc. eodem tract. diſc. 6. num. 30. & ſeqq. & de Fideicomm. diſc. 191. num. 10. Leo decif. Valent. 15. nu. 6. Sperell. decif. 90. num. 11., Rota poſt Pacific. decif. 159. num. 7. & decif. 69. num. 3. part. 11. Recent.* & pariſicando terminos Eccleſiæ cum Pupillis habetur apud *Urceol. conſult. for. cap. 84.*
10 *nu. 14. Capon. diſcept. foren. 134. artic. primo num. 44. tom. 3. Antonell. de Regim. Eccleſ. par. prima lib. 1. cap. 3. num. 20. & ſeqq. Card. de Luc. Miſcellan. Eccleſiaſt. diſc. 37. num. 13. Zaul. ad Statut. Fanen. lib. 2. rubr. 6. n. 53.*

Necnon quicumque alii redditus, qui contribui conſueverant a quibuſdam aſſ. locis, vel maſſis particularibus qui tamen importabant paupere regnum librar. 197. Poſito enim quod maſſa, ſive Burſa nuncupata Ferialis exiſtens, prout toto negocio inſpecto apparebat Burſa generaliſſima aliorum non erat, quod omnia
11 licet parva fluentia, ſeu flumina confluerent in mare, *ut ex Eccleſiaſt. notat. Claud. Bonett. in Epitom. Senert. de Meteor. lib. 4. cap. 10. fol. mihi* 28. & ex noſtris tradunt *Bald. conſ. 153. in princ. lib. 4. Federic. de Sen. conſ. 159. in fine verſ. Item non obſtat. Covar. var. lib. 1. cap. 2. num. 5. cum ſeqq. & cap. ult. num. 7.*

Præcognito itaque, quid introerat in hanc maſſam, ſeu Burſam compellatam *il Feriale*, ſive *il Commune* ſecundum ea documenta quę potuerunt hactenus haberi exordiebatur quæſtio decidenda a *Dominis meis*, utrum Sententia *R. P. D. mei Lancetta* determinans, ut præmiſimus, quod emolumenta replentia idem *Feriale*, ſeu Burſam *Communem* demptis impenſis, ſive erogationibus in *Communem* utilitatem diſtribui poſſet inter Capitulares, ſive Canonicos relicta quadam vigilantia Dignitatibus extra gremium ejuſdem Capituli exiſtentibus ſibi promereretur confirmationem, vel potius infirmationem, & in hoc Dubium non erat quod eædem Dignitates invigilarent erogationi horum redditunm, quia quemadmodum ſalubre eſt, & continuo practicatur, quod etiam in actis Judicialibus citentur habentes, vel habe-
12 re prætendentes Jus, ſeu Intereſſe in negocio, vel Judicio, de quo agitur teſte *Innoc. in cap. Veniens il 2. verb. Incontinenti de Teſtibus Felin. in cap. Cum ſuper num. 16. de Sent. & re Iudic. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 22. num. 15.* & plenius *Ald. ad Greg. decif. 259. nu. 3. & 4. Adden. ad Baratt. decif. 833. num. 7., Rot. decif. 425. num. 4. coram Cerr. in Rec. decif. 253. ex num. 7. cum ſeqq. par. 12. decif. 219. num. 9. & ſeqq. part. 13. cum aliis in addit. ad decif. 15. num. 14. & 15. inter hactenus impreſſas coram* Me.

Ita opportunum, & conforme Sapientiæ Sacri Auditorii videbatur quod prædictæ Dignitates prætendentes pro communi quemadmodum opinabantur, & aſſerebant bono, & utilitate fovere Intereſſe in hac adminiſtratione & diſtributione *Ferialis* invigilarent *circa eandem adminiſtrationem, & diſtributionem cum melius videant oculi, quam oculus, ut appoſite, ſive ad rem ponderavit per Doctrinam Innocentii in cap. Ex parte de Fide Inſtrumen. Negnſant. reſponſ. practica diſput. quæſt. 476. num. 6.* & conſonant notata *per DD. in Cap. Prudentiam §. Illa quippe de Offic. & Poteſt. Iudic. delegat. Honded. conſ. 23. num. 47. lib. 1. Lotter. de re Benef. in apparat. num. 102. lib. 1. Rot. decif. 244. nu. 1. coram.* Mantic.

Et ob id cum *Domini* ſibi reſervaverint inquirendum, & decidendum an Juſta, vel injuſta foret Sententia *R. P. D. mei* Lancetta ſuper puncto principali applicationis illius pecuniæ, quę ſupereſſet poſt ſupportata onera communia Ferialis ſupervacaneum mihi viſum eſt allegare fundamenta utrinque a contendentibus promota cum diremptio hujus controverſię ex-

pecta-

Digitized by Google

pectaret *Dominorum* in tutura propoſitione,
ſed adhuc leviter tangendo reperii, quod Di-
gnitates conquerebantur ſuper eo, quod per-
peram applicatis,ſive diſtributis redditibus forte
ſuperexcedentibus de uno ad alterum annum
etiam impletis omnibus oneribus communibus
facile dari poſſet caſus, quod pro ſupplendis ſa-
tisfaciendiſque iiſdem oneribus in altero anno
deeſſent pecuniæ jam diſtributę, & conſumptæ
per Canonicos, ſive Capitulares, unde deeſſet
modus reparandi huic infortunio, quod con-
tingere valebat ex ceſſatione reddituum impin-
guantium idem Feriale. Quapropter cum ne-
ceſſarium extitiſſet pergravare etiam ipſas Di-
gnitates pro illarum quota, ut fieri ſolet (li-
cet hoc unquam contigiſſet (omnes bona tenen-
tes ad inſtar eorum, quæ practicantur in qui-
14 buslibet Communitatibus ſecundum adnotata
in Can. decernimus 10. *quæſt.* 1. *& ibi gloſ. ad
fin. verſ. Et hoc intellige de Eccleſ. Ædific.* Bero.
conſ. 3. *ex. nu.* 1. *& per tot. lib.* 1. Barbat. *conſ.*
26. *ſub. num.* 4. *lib.* 3. *Surd. conſ.* 62. *num.* 23.
Lotter. *de re beneſ. lib.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 79. *&
queſt.* 13. *nu.* 53. *Barboſ. de Iur. Eccleſ. univer.
lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 11. *et* 12. *Franceſ. de Eccleſ.
Cathedr. cap.* 13. *num.* 27. *in fine*, & dixit *Rot.
decis.* 627. *ex num.* 1. *par.* 1. *deciſ.* 545. *per tot.
par.* 3. *et deciſ.* 504. *n.* 2. *et ſeqq. par.* 19. *tom.* 2.
Rec.

De plano conſequebatur quod ad evitandum
hoc inconveniens opportunius eſſet refrenare
poteſtatem Capitularium reſpectu partitionis,
quam faciebant deſuper excedente Emolumen-
to unius, vel alterius anni cum providum
conſilium ſit cujuslibet Patris familias
exemplo formicarum hac de cauſa commen-
datarum in divinis Scripturis recolligere in æſta-
15 tequæ prodeſſe poſſint in hyeme, ut in propo-
ſito obſervarunt *Seneca de* 4. *virtut. verſ. Si pru-
dens Bovadill. polit. tom.* 2. *cap.* 3. *nu.* 3. *& ſeqq.
& ex noſtris Paulus de Caſtro conſ.* 40. *num.* 3.
lib. 1. *Ripa de peſt. tit. de remed. ad conſer. Vbert.
num.* 1. *& ſeqq. Coler. de alim. lib.* 1. *cap.* 17. *Bo-
rell. de Magiſtr. Edict. lib.* 3. *cap.* 14. *nu.* 5. *Paul.
Rub. reſol. pract. cap.* 9. *n.* 448. *et* 449. *in adnotat. ad
deciſ.* 523. *a nu.* 33. *ad ſeqq. par.* 4. *Rec. tom.* 3.

Adiiciebant efficacius, quod de facto non
minus cuſtodiebant intereſſe pro caſu, prout
diximus contigibili, ſed & fortius animadver-
tendo, quod ipſum Feriale, ſeu Communem
locupletabatur de perceptionibus derivantibus
ab ipſis Dignitatibus, quia nimirum, & ipſæ
Dignitates comprehenſæ erant tam in ſolutio-
ne 20. ſcutorum aureorum ratione ingreſſus,
quam ex cauſa egreſſus, ſive obitus, vel ab in-
teſtato, vel ex teſtamento, quemadmodum
meminimus in §. *Tertia tandem, & in* §. *Quar-
to, quinto &c.* Unde nullus diſcurſus tollere po-
terat, quod ſi quæ facienda erat partitio reddi-
tuum ſuper excedentium æqua non deberet eſſe
conditio memoratarum Dignitatum contri-
buentium uti Canonici, & alii Capitulares abſ-
que ſuperfetatione, & ut ita dicamus incraſſa-
tione præfati loculi, ſeu maſſæ communis ſi
vera erat regula correſpectiva quod qui ſentit
incommoda debet etiam commoda participare,
16 & e contra ut advertit *Angel. in l. prima* §. *Non
autem verſ. Vel dicas ff. de flumin. Cioff. conſ.* 44.
num. 5. *vol.* 2. *Scacc. conſ.* 13. *num.* 4. *Bardelon.
conſ.* 143. *num.* 4. *Riminald. Sen. conſ.* 197.
num. 29. *Marant. reſponſ.* 57. *num.* 20. *par.* 5.
Randen. deciſ. Piſan. 9. *num.* 15. *Rot. deciſ.* 149.
num. 7. *par.* 2. *Rec. deciſ.* 114. *num.* 4. *par.* 19,
& in adnotat. ad deciſ. 36. *num.* 28. *inter hacte-
nus impreſſas coram Me.*

Cæterum e converſo dicebatur a Canonicis
& Capitularibus juxta Sententiam *D. Pauli* (in
ordine ad primam objectionem) *non plus ſapere
quam oportet ſapere*, qui nuſquam in rei veritate
demonſtraret experientia quod Dignitates fue-
rint gravatæ in ſublevamen Ferialis, ſeu Maſſæ
communis, & conſequenter ſatius illis erat ſi
haberent ſupradictam aliqualem facultatem in-
vigilandi ſuper adminiſtratione, & diſtributio-
ne hujus Ferialis (quod forte non reſpuebant
iidem Capitulares, ut poſſent *etiam eorum æmu-
li perſcrutari Hyeruſalem in lucernis*,) ſed quod
ſibi adhuc vellent uſurpare quoddam condomi-
nium per nudam poſſibilitatem caſus obventu-
ri, & nuſquam eventi, id erat divinare de fu-
turo, quando ſolum habetur, quod præteriti
17 ratio ſcire futura docet, ut inquit *Barbat.
conſ.* 64. *ſub nu.* 5. *verſ. Ad hoc reſpondeo lib.* 1.
Federic. Scot. conſil. 6. *num.* 8. *tom.* 2. *lib.* 1.
Nevizan. in Silva nupt. lib. 1. *ſub nu.* 148. *Coſt.
remed. ſubſid.* 59. *ſub num.* 11. §. 1. *quod in fine
verſ. Sic dicitur in adnotat. ad deciſ.* 30. *inter
hactenus impreſſas coram me num.* 65.

Atque ad illud quod per Dignitates deduce-
batur uſque ad compaſſionem ingreſſus, &
egreſſus reſpondebant Informantes pro Cano-
nicis (quos Ego volui audire in peculari con-
tradictione, ſeu Informatione) quod non idcir-
co quod quis ingrediendo, aut tolerando legem,
quam adinvenit in aliqua Eccleſia, vel Colle-
gio, aut etiam ex illa exeundo valet conſequen-
tia ergo debet participare de fructibus ejuſdem
Collegii, Quoniam unuſquiſque prout ingre-
ditur, & egreditur e. g. Si eſt Canonicus uti
Canonicus, ſi eſt Dignitas, uti Dignitas abſque
eo quod unus ordo commiſceatur cum altero,
quoniam ut dicebat veritas *multæ manſiones in
Domo Patris mei factæ ſunt*, & quilibet implet
menſuram vaſis ſui, cumque Dignitates reman-
ſerint exemptæ contra ſtylum Canonicorum,
aliorumque Capitularium a ſolutione Cappa-
rum ut in ſupra enunciata *Gerunden. Capparum*
27. *Iannarii* 1698. *coram R.* P. *D. meo* Pio *im-
preſſ. penes Antonell. de Iur. & Oner. Clericor.
deciſ.* 41. abſonum non erat quod ſicuti non
ſupportabant omnia onera Capituli, ſeu Capi-
tularium ita pariformiter ſentire non deberent
18 commodum reſidui *partiti conſueti* inter Capi-
tulares retorta regula, de qua ſupra prout il-
lam

Iam retorſerunt *ex Text. in l. Si Socius §. 1. ff. pro Soc. l. Manifeſtiſſime §. Sed eum in Secunda Cod. de furt. Felic. de Societ. cap. 15. num. 95. & ſeqq. Nogueroll. alleg. 3. num. 4. Rot. deciſ. 409. per tot. & ſignanter num. 2. cor. Coccin. & deciſ. 239. num. 13. verſ. Eoque facilius par. 18. Rec. & in Toletana Decimarum de Capilla quoad Parochos 23. Martii 1699. §. Clarius coram Me inter hactenus impreſſ. deciſ. 78.*

Et ſic obtemperans præcepto *Dominorum* meorum per viam puri diſcurſus &c.

VALENTINA BENEFICII.

Veneris 28. Novembris 1704.

ARGVMENTVM.

Beneficium adiudicatur præſentato a Patrono exiſtente in poſſeſſione juxta ultimum ſtatum.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum* Parito literis arbitrio *quid importet*
2 *Vltimum ſtatum pro ſe habens manutenendus eſt in quaſi poſſeſſione Iuris præſentandi.*
3 *Poſſeſſio ſola univerſalis ſufficit pro manutentione, quando Ius commune aſſiſtit poſſidenti* limit. n. 7.
4 *A diverſis protrahi non debet illatio,*
5 *Poſſeſſio quælibet, ſeu quaſi utpote quid facti non eſt extendibilis de uno caſu ad alteram rem, ſeu caſum.*
6 *Quod procedit etiam in Beneficiis omnino diſtinctis.*
8 *Spacium unius ſæculi facit præſumere meliorem titulum de Mundo.*
9 *In judicio poſſeſſorio cauſa univerſalis. eſt contentibilis, quando alter eſt in poſſeſſione actus particularis.*
10 *Negligens nemo præſumitur in re ſibi neceſſaria*
11 *Appellatio de ſui natura efficit, ac ſi ſententia non fuerit lata.*
12 *Et de Iure Canonico ſemper eſt locus proſecutioni cum ex eodem jure inſtantia ſit perpetua.*
13 *In donatione Iuris patronatus requiritur conſenſus ordinatis.*
14 *Papa nunquam præſumitur juri alteri intermedia quæſito præiudicare voluiſſe.*

DECISIO CCCXXVII.

AD beneficium vacans per obitum Joſephi Gaudioſi Ximenes concurrebant Francicus illico tamquam præſentatus a Joanne de Vega & Joſeph Eſchortell, utpote pariter præſentatus a quoddam Rectore Sancti Martini, contendentibus Patronis ſive illorum Præſentatis ſuper vero exercitio Juris pręſentandi; Vicit in partibus Joſeph qui pręvenerat in obtinendo a Sancta Sede derogationem medietatis votum Patronalium, decernente Ordinario, & inſimul, ut moris eſt Exequutore, litteras pręfatæ derogationis fore exequendas, ſed Cauſa ad Curiam devoluta, Signatura Juſtitię reſcripſit - *Parito litteris arbitrio* - proſequens in hoc laudabilem ſtylum venerandi litteras Apoſtolicas, & inſimul reſpondendi de juſtia expoſtulata per partem ſuccumbentem, ut in pro-
1 poſito hujuſcemodi Reſcripti - *parito litteris arbitrio* - connotavere, *Marchesan. de commiſſion. par. 1. cap. 2. nu. 41. Card. de Luc. in Relation. Romanæ Curię diſ. 31. num. 32.*

Aſt Sacrum Auditorium, cujus arbitrio Remiſſa fuerat cognitio ob illam particulam Reſcripti - *Arbitrio* - reaſſumemus diſputationem *coram R. P. D. Meo Lancetta*, ſub dubio conſequutivo - *An intraret idem Arbitrium pro retardatione litterarum Ioſeph* - cenſuit ex fundamentis relatis in *dec. 22. Iunii 1703. §. Coram eodem R. P. D. meo Lancetta* reſolvendum omnino eſſe *affirmative.* Adeout per acquieſcentiam prænominati Joſephi hoc judicatum tranſiverit, (ut ajunt) in rem judicatam, donec Expergefacto Joſepho, iterumque per novam commiſſionem reſtaurante ejus petitionem, & inſtantiam per viam reſtitutionis in integrum *coram Me* propoſui Dubium ad limites noviſſimi Reſcripti *Vtrum conſtaret de cauſis reſtitutionis in integrum* Per Joſephum efflagitatæ, & *Domini* in novo Turno, ſive in hac Secunda inſtantia reſpondentes exiſtimarunt optime fuiſſe judicatum in Turno, ac inſtantia præcedenti apud *R. P. D. meum Lancetta*, mediante novo Oraculo *Non conſtare de Cauſis reſtitutionis in integrum.*

Conſtitit ſiquidem Franciſcum pręſentatum extitiſſe ab Joanne deſcendente ab Angela Confundatrice juriſpatronatus, de quo agebatur, ſub perpetua quaſi poſſeſſione præſentandi in linea ejuſdem Angelæ uſque ad ultimum ſtatum anni 1671., quando ſuffeciſſet idem ultimus ſtatus pro capeſſenda reſolutione favore prænominati Franciſci recenſentis pro ſe eundem ultimum ſtatum vigore celebris, *Cap.*
2 *Conſultationibus de Iurepatr., & ibi Abb. cæterique Canoniſtæ Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 45. §. 2. per tot. Rot. deciſ. 13. num. 19. & 20. par. 6. dec. 240. par. 10. nu. 25. dec. 90. nu. 11. par. 12., dec. 514. num. 14. par. 13. rec. & in Camerinen. Juriſpatronatus 10. Maii 1694. §. Quæ omnia coram Reverendiſ. P. D. Molines Decano & in Melevitana Iuriſpatronatus 31. Martii 1702. §. Ex hac igitur cor. R. P. D. meo Scotto, & in Aretina Beneficii 27. Aprilis 1703. §. Cum etenim coram me.*

Atque in rei veritate non poterant Informantes pro Joſepho diffulgere difficultatem hujuſce ultimi ſtatus in ordine ad fundationem controverſi beneficii dicati Virgini Deiparæ, ac Divo Joanni Baptiſtæ ſed totam defenſionem conſtituebant in eo, quod Rector Sancti Martini ſucceſſor alterius Franciſci Ambroſii derivantis ab Helena Sorore Angelæ de anno magis proximo

1676. præ-

1676. præſentaſſet ad quoddam alterum Bene-
ficium, quod nuncuparunt Translationis Cor-
poris Sancti Auguſtini, & reſpective compræ-
henſum in donatione exarata per prędictum
Franciſcum Ambroſium ad favorem Ioannis
Domenech: a quo cauſam ſumebat ipſe Rector;
Unde inferebant quod potius præſens hęc præ-
ſentatio, & vicinior hic ultimus ſtatus foret at-
tendendus, cum cauſa univerſalis Donationis
comprælienſiva utriuſque beneficii eſſet antefe-
renda, & traheret ad ſe actum particularem
præſentationis exercitę per deſcendentes ab
3 Angela juxta vulgare principium de quo *Ma-
reſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 11. nu. 25. Lotther.
de re benef. lib. 2. quæſt. 10. num. 20. Poſth. de
manut. obſerv. 73. num. 148. Adden. ad Gregor.
dec. 567. nu. 8. & in Addis ad dec. 78. nu 59.
inter impreſſ. coram Me Rota dec. 17. num. 4.
par. 2. diverſ. deciſ. 273. num. 3. par. 3. recen.
& in Recanaten. Beneficii* 20. *Martii* 1702. §.
*Quin relevet coram R. P. D. meo Caprara, & in
Gerunden. Beneficii* 9. *Maii* 1704. §. *Non tur-
bante coram Reverendiſs. P. D. meo Molines De-
cano*.

Verum facile reſpondebant, & animadver-
tebant *Domini*, quod non erat intermiſcenda
una præſentatio, ſive ſtatus præſentationis cum
altero: Nam non idcirco, quod Rector, ſive
juſte ſive injuſte vigore donationis præſentave-
rit ad beneficium ut ſupra appellatum. Tranſ-
lationis Corporis D. Auguſtini poterat inferri
ad alterum penitus diſcretum Beneficium, di-
catum Glorioſiſſimæ Virgini, & S. Joanni Ba-
ptiſtæ de quo hactenus agebatur alias fuiſſet
4 protrahere illationem a diverſis, quod eſt con-
tra omnis Juris principia, ad *Text. in l. Papinia-
nus ff. de minor. & l. inter ſtipulan.* §. *Sacram. ff.
de verb. oblig. Surd. conſ.* 150. *num.* 94. *Gratian.
diſcept.* 516. *num.* 6. *Epiſc. Iſclanus. Selectat.
diſput. cap.* 168. *num.* 15. & 16. *Rot. deciſ.* 563.
num. 15. *deciſ.* 607. *num.* 31. *par.* 15. *Recen. &
in Foroſempronien. Teſtamenti* 17. *Februarii*
1698. §. *Proprias, coram Me inter hactenus im-
preſſas deciſ.* 29.

Atque adeo in effectu diametraliter quod-
ammodo erant diverſa hujuſmodi Beneficia ut
utrumque reſpective agnoſceret frontem & ori-
ginem fundationis ſeparatiſſimam ex quo me-
moratum Beneficium antedictæ translationis
corporis D. Auguſtini fundatum apparebat a pia
Teſtatrice Urſula Perez, alterum vero, de
quo erat hodierna controverſia liquebat ere-
ctum ab Helena & Angela filiabus ejuſdem Vr-
ſulæ. Quapropter, & ſi donatio facta per Fran-
ciſcum Ambroſium Helenæ Confundatricis fi-
lium cantaret de ambobus beneficiis, atque
hac donatione fretus ut diximus Rector Sancti
Martini præſentaverit de anno 1676. ad Bene-
ficium prænominatę translationis corporis
D. Auguſtini non per hoc quaſi poſſeſſio præ-
ſentandi ad hoc beneficium in ſua ſcaturigine
diverſum poterat extorqueri ad alterum San-
cti Joannis Baptiſtæ omnimode diſcr[illegible] non
5 tantum & regula, quod quęlibet poſſeſſio, ſeu
quaſi utpote quid Facti non extendibilis, de
una re, & de uno caſu ad alteram rem vel ca-
ſum ex adnotatis per *Surd. conſ.* 135. *num* 64.
& 65. *lib.* 1. *Romana. conſ.* 278. *in fine Poſth. de
manut. obſervat.* 73. *num.* 129., *Rota deciſ.* 30.
num. 3., *coram Coccin. deciſ.* 922. *num.* 5., *co-
ram Dunoz. jun. dec.* 557. *num.* 16. *par.* 4. *recen.
tom.* 3. *deciſ.* 116. *num.* 46. *par.* 6., & *deciſ.* 2.
num. 14. *par.* 18. Sed etiam quia in præciſis ter-
6 minis Beneficii omnino diſtincti id ipſum uno
ore perpenderunt *Abb. in cap. cum Eccl. Vulte-
rana num* 8. *de elect. poſth. de manut. obſer.* 73.
num. 147. *in fin. Rot. deciſ.* 1545. *num.* 22. *co-
ram Coccin. deciſ.* 209. *num.* 3. *coram Cavaler.
deciſ.* 388. *num.* 4., *coram Dunoz. jun. deciſ.* 88.
num. 7. & 8. *poſt. Vivian. de jurepatron. &
dec.* 429. *num.* 3. *par.* 4. *rec.*

Et æquivocum verſabatur, in eo quod exa-
gerata cauſa univerſalis promanabat a donatio-
ne Franciſci Ambroſii in ſe particulari, licet
comprælienſiva plurium rerum ſive duorum
Beneficiorum non autem deducebatur a ſuo
vero principio fundationis utriuſque Bene-
ficii, vel alterius Juris in ſemetipſo univer-
7 ſalis ut eſt ex. gr. ius conferendi, decimandi
cum ſimilibus, tunc quippe unus actus parti-
cularis idoneus eſt conſervandi titulum, vel
cauſam univerſalem ex paſſim affirmatis per
Bald. in l. ultim. ſub num. 24. *cod. de emancipat.
liberor. Lotther. de re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 25.
num. 70. *Card. de Luc. de Decim. diſc.* 18. *num.*
4. *deciſion.* 1201. *num.* 3. *coram Emerix Jun.*

Quapropter ubi deeſt titulus ſeu cauſa uni-
verſalis ceſſat huiuſmodi ſuppoſitum, quia non
adeſt titulus univerſalis, qui ſit conſervabilis
in illo actu particulari; Quinimmo cum ad
ſummum in prædicta donatione compræhen-
dente utrumque Beneficium potuerit contineri
medietas vocis exiſtentis in Helena Confunda-
trice, & matre eiuſdem Franciſci Ambroſii,
hæc medietas, hæc vox, hoc exercitium prę-
ſentandi potuit præſcribi per Deſcendentes ab
Angela altera Confundatrice maxime per ſpa-
tium fere unius ſæculi, quod facit præſumere
8 aliquam remiſſionem huius medietatis vocis,
& exercitiis, vel alium titulum meliorem de
Mundo, ut generaliter habetur per *Doctrinam
Innocentii in cap. veniens de verb. ſignific. apud
Lanar. Conſ.* 99. *num.* 1. 5 & 6. *Roſ. conſult.* 12.
num. 40. *Card. de Luc. de regal. diſc.* 47. *num.* 8.
Rot. deciſ. 218. *num.* 21. *par.* 6. & *dec.* 671.
num. 16. *par.* 18. cum aliis *in Vrgellen reinte-
grationis* 13. *Iunii* 1704. §. *Adhuc tamen coram
Me*, & magis in propoſito penes *Federic. de
Sen. Conſil.* 234. *num.* 3. *verſ. ſic ad propoſitum
Lotther. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 54.
Card. de Luc. de jurep. diſc. 65. *num.* 4. *Caſſa-
dor. dec.* 2. *num.* 7. *de probat.* & *in addition. ad
dec.* 3. *num.* 18. *inter hactenus impreſſas coram
Me*.

Faque

Eaque fortius quia in præſenti colluctatione
minime tractabatur de vero titulo, & proprie
tate ſed ad præſcriptum citati cap. *conſultationibus
de jure patron.* de nudo facto exiſtentium in poſ-
ſeſſione; unde quidquid etiam foret de ipſa
proprietate, certe ſemper erat fatale, quod in
poſſeſſoriis cauſa univerſalis eſt contemptibilis,
9 quando alter eſt in poſſeſſione actus particularis
controverſi. *Maſcard. de probat. in verb. ju-
riſdictio concl.* 946. *num.* 8. *Gratian. diſcept. for.
cap.* 425. *num.* 47. *Mareſcott. var. reſolut. lib.* 1.
cap. 11. *n.* 28. *Poſth. de manut. obſer.* 73. *n.* 172.
Rot. decis. 449 *num.* 2. *cor. Ludoviſ. decis.* 272.
num. 2. *par.* 2. *recen.*

Et ex his ſupervacaneum efficiebatur diſcur-
rere de ſubalternante objectione, ſeu, corro-
boratione in ordine ad prætenſum a Joſepho
ultimum ſtatum præfati anni 1676. ſtante Sen-
tentia Ordinarii per quam antepoſita fuit præ-
ſentatio Rectoris in Perſonam Agulli in contra-
dictorio Judicio cum Marco Antonio mediato
Auctore Franciſci, recurrebant etenim omnes
enunciatę propoſitiones de non facienda illa-
tione ab uno beneficio ad alterum; Immo ſi
Rector fuit adeo ſedulus reportandi hanc ſen-
tentiam in præſentatione a ſe facta circa bene-
ficium enunciate Translationis corporis D. Au-
guſtini non fuiſſet poſtea negligens in permit-
tendo quod ad aliud Beneficium S. Joannis Bap-
tiſtæ ſemper præſentarent deſcendentes ad An-
10 gela ut optime ſive non ab re ratiocinatur.
Alb. conſ. 289. *num.* 24. *Menoch. de prę ſumpt.
lib.* 6. *prę ſupt.* 77. *Rot. deciſ.* 543. *nu.* 42. *coram
Dunoz. Jun. in Romana pretii officiorum* 17. *Mar-
tii* 1681. §. *Rurſus talis circa finem impreſſa apud
Manſ. conſult.* 377. *num.* 21. *cum aliis in Hortana
Sylvarum ſuper Dominio Univerſali* 1. *Junii* 1703.
§. *Et profecto coram Reverendiſs. P. D. meo Mo-
lines Decano.*

Cæterum neque admodum perfigi poterat
(licet & abundanti) in præfata Sententia Ordi-
narii, cum ab ea ſententia noſceretur appella-
tur. Itant ſaltem in devolutivo penderet, &
pendeat hodie eadem appellatio principaliter,
ſeu ſimultanee ſuper puncto Canonizatæ Dona-
tionis exaratæ, ut præmiſſimus per Franciſcum
Ambroſium, & cujus nullitatem in eo Judicio
promovebat Marcus Antonius: Quamvis ete-
nim ab inde citra proſequuta non appareat ea-
dem appellatio id non efficit, quod ipſa ſen-
tentia valeat etiam in ſuo ipſiſſimo caſu haberi
pro re Judicata, Appellatio ſiquidem de ſui
natura fingit. ac ſi ſententia lata non foret ad
11 late connotata per *Fontanell. deciſ.* 377. *nu.* 3.
& dec. 440. *n.* 34. & de jure canonico præ-
cipue non ſervatis terminis, & remediis op-
portunis ſemper eſt locus proſequutioni, cum
& benignitate Sacrorum Canonum inſtantia
12 exiſtat perpetua teſte *Lotther. de re benefic.
lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 153. *&* 154. *Roſ. de
exequut. litterarum Apoſt. par.* 1. *cap.* 17.
num. 137. *Rot. deciſ.* 565. *num.* 9. *coram Se-
raph. dec.* 352. *num.* 15. *coram Peutinger. deciſ.*
467. *num.* 5. *&* 6. *coram Dunoz. Junior. deciſ.*
736. *num.* 2. *part.* 3. *recenſ. & deciſ.* 670.
num. 13. *par.* 19. cum aliis: *Cortonen. Bene-
ficii* 1. *Julii* 1697. §. *fin. coram me inter ex-
preſſas dec.* 18.

Potiſſime dum valde forſan erat ambigen-
dum de juſtitia, & meritis ejuſdem Sententiæ,
ex quo donatio, a qua perperam, ut ſupra
deducebatur cauſa univerſalis carebat legitimo
13 conſenſu Ordinarii omnino requiſito per *Tex-
tum in cap. illud, & cap. quod autem de Ju-
repatronat.* & ille Conſenſus præſtitus de anno
1675. per Vicarium videbatur valde diſputa-
bilis, veluti præſtitus: poſt ſpatium annorum
66. & poſt obitum Donantis, & Donatarii;
Ac denique poſt acquiſitum, vel prę ſcriptum
Jus per aſcendentes ab Angela, quando nec
ipſe ſummus Pontifex mediante ſua Apoſtolica
confirmatione unquam intendit juri alteri in-
termedie quæſito prę judicare ſicut proteſtatur
14 regula expreſſa Cancellariæ 18. *de jure quę ſito
non tollendo*, & tradunt in ſimilibus *Felin. in
cap. num.* 25. *de reſcript. Gabriel. conſ.* 197.
num. 5. *lib.* 1. *Lotther. de re benefic. quæſt.* 34.
num. 11. *lib.* 2. *Rot. deciſ.* 408. *num.* 4. *coram
Celſ. deciſ.* 169. *num.* 29. *par.* 10. *dec.* 24.
num. 12. *par.* 11. *& deciſ.* 180. , *num.* 13.
par. 18. *recen.* cum aliis *in Toletana Decima-
rum de Capp. illis quoad Dignitatem Archie-
piſcopalem* 23. *Martii* 1699. §. *Et ibid circa
medium coram Me inter impreſſas dec.* 79.

Concludendo itaque nedum ad puros ter-
minos *cap. conſultationibus* quod contentatur
unico ultimo ſtatu, ſed præcognita per *Do-
minos* numeroſitate quinque aliorum ſtatuum
antecedentium in hoc particulari beneficio
S. Joannis Baptiſtæ, reſponſum fuit pænitus
negative ſignanter in ſubjecta materia reſtitu-
tionis in integrum, quæ valde palpabilem
exigit demonſtrationem injuſtitiæ præcedentis
Judicati ex juribus nimium familiaribus & no-
tiſſimis.

Utraque &c.

BARCHINONEN. ANNUÆ PRÆSTATIONIS:

Veneris 12. *Decembris* 1704.

ARGUMENTUM.

Poſſeſſio quando amittatur, & quando non & quo
caſu procedat regula quod per lapſum decennii
præſcribatur remedium poſſeſſorium. In con-
tractibus quæ fiunt ad invicem cum Eccleſiis,
ſimiliter & in alienationibus non requiritur Be-
neplacitum Apoſtolicum, multoque minus in
ſolidationibus Computorum Adminiſtratoribus
ab Eccleſia factis, & illud præſumitur interve-
niſſe per lapſum triginta annorum. Error nun-
quam præſumitur, ſed ab allegante eſt plene,
& concludenter probandus.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Manutentionis privilegium, ſeu compentia expirare ſolet per ſimplex intervallum decennii.*

2 *Acquiſcentia poſt contradictionem roborat magis, quam deſtruit jus denegantis.*

3 *Contra poſſidentem, vel quaſi ſi urgeat apertum bonum jus ei denegantur remedia poſſeſſoria ex illa familiari propoſitione quod petitorium abſorbeat poſſeſſorium, & de ratione, & ſtylo S. Rotæ.*

4 *Poſſeſſio nunquam amittitur niſi ex facti circumſtantiis arguatur ſocordia, quodammodo punibilis, cum amiſſione privilegii poſſeſſorii, vel alias emergat animus effective deſerendi factam inſtantiam, itaut in alio Collitigante naſci potuerit aliqua bona fides ejuſdem privilegii poſſeſſorii.*

5 *Idque procedit non obſtante lapſu Decennii.*

6 *Præſertim ſi agitur de paupere Perſona, quæ non poſſit agere ex ſemetipſa, ſed mediante aſſiſtentia Superiorum, quæ circumſtantia eſt valde habilis ad præſcribendum tempus longe majus.*

7 *Poſſeſſio ipſa civilis animo retenta ſufficit ad non denegandam a Iudice manutentionem.*

8 *Factum Authoris impugnare nequit, qui ab eo cauſam habet.*

9 *Diſpunctio iterata computorum fieri nuſquam poteſt, aut debet poſt ſolidationem ſemel factam niſi per antea doctio de claro, & manifeſto errore,*

10 *Verba quæ præſeferunt negationem, aut ſaltem contradictionem extorqueri nequeunt ad affirmationem,*

11 *Inſtrumentum tranſactionis facit rem manifeſtam, & undique æquipollentem rei judicatæ.*

12 *Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur quando una Eccleſia contrahit cum altera, vel una Eccleſia alienat favore alterius, & de ratione,*

13 *Multoque minus requiritur in qualibet ſolidatione computorum, vel ſucceſſiva tranſactione facta cum Debitoribus, vel Adminiſtratoribus.*

14 *Favore alicujus quod eſt introductum retorqueri nequit in illius odium.*

15 *Beneplacitum Apoſtolicum interveniſſe præſumitur per ſpacium triginta annorum.*

16 *Præſumptio ſemper militat pro actus validitate.*

17 *Nemo præſumitur in ſui contemptum aliquid permittere voluiſſe.*

18 *Error in quibuſcumque materiis non præſumitur.*

19 *Articuli irrelevantes nocere non poſſunt reſpondenti contrarium, ſed magis in partibus favorabilibus obeſſe poſſunt Ponenti,*

20 *Contractus etiam per ſtatutum claudicantes favore minoris, vel Mulieris, revera claudicant ſi ipſe Minor, vel Mulier velit.*

21 *In tranſactionibus non cadit uſura cum una conventio cum altera facile, relevetur, ſiva coæquantur.*

DECISIO CCCXXVIII.

FIdelis Servus, & Prudens repertus in diſpunctione ſuæ adminiſtrationis Petrus de Copons Canonicus, & Theſaurarius Cathedralis Eccleſię Barchinonen. Creditor remanſerat in libris 4126. quapropter æque bene ſeſe gerendo cum Capitulo convenerat, quod loco refuſionis ſibi faciendæ contentaretur idem Capitulum annuatim exſolvere pro eius fortaſſe honeſtis indigentiis Mariæ Thereſiæ Sororis Monialis ſingulis annis libras 125., ipſaque poſtmodum vita fungente applicaretur quotidianum Sacrificium in ſuffragium Animæ eiuſdem Petri Creditoris; & de facto Capitulum adimplens conuentam obligationem exburſavit Moniali ſub tribus inceſſantibus annis 1656. 1666., & 1667. memoratam quantitatem in conventione ſtabilitam donec abinde renuente Capitulo ex varia fortaſſe Capitularium ſuccedentium, minuſve Informatorum ſuperventionem, & reſpective, detrectatione, res redacta eſt ad trutinam Judicii, in quo nihil in ſubſtantia determinante Curia Epiſcopali; Sacrum Auditorium, ad quod conſcenderat cognitio coram *R. P. D. meo Lancetta*, cenſuit manutentiouem ex parte Mariæ Thereſiæ expetitam undequaque fulciri fundamento Juſtitiæ, illique manutentionem attribuit, *ut in deciſ. diei 11. Januarii, & 5. Maii anni proxime elapſi*, & id ipſum reputavit etiam hodie poſtquam delata Cauſa ad Signaturam Juſtitiæ prodierat Reſcriptum - *Alteri cum facultate manutenendi quem de Jure.*

Vnica ſi qua erat amaritudo verſabatur circa ordinem, in quo, ut præmiſimus, hæſit Curia Epiſcopalis, quia cum poſt enunciatam ultimam ſolutionem ſequutam de anno 1667. uſque ad inſtantiam, & reſpective Decretum Curiæ prædictæ defluxi noſcerentur anni 32. incongrua videbatur petitio manutentionis, cujus privilegium, ſeu competentia ſolet expira-
1 re per ſimplex intervallum decennii, ut eſt notiſſima regula, de qua *Bartol. in l. ſi de eo, §. Si forte num. 4. ff. de acquir. poſſeſſ., Bald. conſ. 249. num. 9. lib. 1., Alex. conſ. 6. num. 14. lib. 3., Rot. deciſ. 752. num. 3. coram Cerro deciſ. 47. num. 12., & deciſ. 63. num. 3. coram Priolo deciſ. 517. num. 6., & deciſ. 541. num. 4. coram bonę memoriæ Emerix., & in addit. ad deciſ. 42. num. 39. in fine coram Me* cum aliis in *Recent. deciſ. 90. num. 33., & 34. part. 19.*

Quin relevare poſſe appareret, quod Maria Thereſia Monialis interruperit effluxum hujuſce ſpatii trigenarii per inſtantias ab eadem promotas pro conſequenda ſolutione prædictæ ejus annuæ Præſtationis ſub annis 1673. & 1675. quia ultra quod nihilominus ab anno 1675. uſque ad annum 1699., in quo reſtaurata fuit efflagitatio, intercedebat ſpatium annorum 24. adhuc potius retorquebatur aſſumptum Monia-

lis,

lis, nam ipſa acquieſcendo per hoc intervallum annorum 24. videbatur magis confirmaſſe quaſi poſſeſſionem libertatis in Capitulo, dum in omni materia, quæ pendet a beneficio temporis, acquieſcentia poſt contradictionem
2 roborat magis, quam deſtruat Jus denegantis, ut animadvertunt *Caſtald. Conſult. foren. tom. 1. conſult. 50. num. 10., Manſ. conſult. 386, ſub num. 15., Poſtb. de manut. obſervat. 58. n. 9., Rota decif. 105. n. 9. & 10. part. 17. Recent.*

Cęterum *Domini* præter ea, quę ſubnectentur circa ſubſtantiam boni Juris, proculdubio (ut opinari ſunt) fulgidiſſimi favore Monialis, quod ſæpe ſæpius cum grano ſolis temperat, & moderatur rigorem purę formalitatis judiciarię, Vnde paſſim videmus e converſo, quod ſi contra poſſidentem, vel quaſi urgeat apertum bonum Jus ei denegantur remedia poſſeſſoria ex illa in foro familiari propoſitione, quod petitorium abſorbeat Poſſeſſorium, cum lex nunquam intellexerit per vanos circuitus confoveri injuſtitiam perperam exiſtentium in poſſeſſio-
3 ne, ſive negativa, ſive affirmativa libertatis ad tradita per *Bartol. in l. naturaliter, §. Nihil commune num. 26. ff. de acquir. poſſeſſ., Cancer. variar. reſolut. lib. 3. cap. 14. num. 54.*, Poſtb. *de manut. obſervat. 42. a num. 146., Rota decif. 329. coram Peutinger. decif. 245. num. 5. coram Carillo decif. 254. num. 32. part. 11. Recen*, cum aliis late relatis *in Romana Communantiarum 24. Ianuarii §. Verumtamen, & ſeqq.*, ubi de ſtylo Sacri auditorii coram Me, & noviſſime *in Romana Hæreditatis de Ruſpulis* 13. *Iunii* 1704. §. 56. *coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano.*

Ponderavere, quod in ſubſtantia amiſſio poſſeſſionis unice pendet ab animo, & a facti circumſtantiis licet in dubio ſit ſemper incedendum cum regula per *Doctores*, ſive majores noſtros limitata ad decennium: Siquidem poſſeſſio numquam amittitur, niſi ex facti circumſtantiis arguatur ſocordia, quodammodo punibilis cum amiſſione privilegii poſſeſſorii, vel alias emergat animus effective deſerendi factam Inſtantiam, itaut in alio Collitigante naſci potuerit aliqua bona fides ejuſdem privilegii poſſeſſorii, iuxta ea, quæ in
4 propoſito, tam deſertionis, quam poſſeſſionis ab animo pendentis generaliter dixere, nempe circa deſertionem, *Felin. in cap. Illud num. 27. de præſcription., Abb. conſ. 19. num. 2. par. 2., Cardinal. de Luca de Benefic. diſc. 92. ſub num. 39., Rot. decif. 490. a num. 12. & ſeqq. coram Cerr. decif. 15. num. 36. coram Priol. decif. 142. num. 5. 9. & ſeqq. coram Emerix Sen., & decif. 94. ſub num. 36. par. 7. Recent.* & circa animum *Bartol. in l. non dubium nu. 13. eodem de legib., Cardinal. de Luca de Judic. nu. 69. in fine, Rot. decif. 163. num. 47., & decif. 29. num. 8. coram Cerro decif. 216. num. 1. coram B ch. decif. 2045. num. 35., & 36. coram C. cein. & in Recent. decif. 119. per tot. part.* 10. *Recent.*, & in magis pręciſis terminis
5 manutentionis non obſtante lapſu decenni affirmarunt *Roland. conſ. 9. num. 47., Gaidopap. decif. 629. per tot., Rot. decif. 33. num. 1., & decif. 86. num. 9. poſt Poſtb. de manutent. decif. 634. num. 1., & ibi Adden. coram Buratt.* cum aliis *in decif. 404. num. 7. part. 2. Rec., & in addit. ad decif. 42. num. 41. coram* Me.

Tantoque magis quia tractabatur de paupere Moniali, quæ non poterat agere ex ſemetipſa ſed mediante licentia, vel aſſiſtentia ſuæ Superioriſſæ, ac aliorum Miniſtrorum, Officialium, & Superiorum, unde ſi ad excuſandum lapſum temporis multo maioris, ac cæteroquin ad præſcribendum habilis huiuſmodi circumſtantia ſuperabundans exiſtimatur Teſte *modern. Lucen. conſult. 177. nu. 17. Palm. Nep. allegat. 1. num. 49. & allegat. 2. num. 20., Rota in Romana Immiſſionis* 9. Maii *§. fin. & 30. Ianuarii* 1702. pariter *in fine coram Me.*

Quid dicendum in ſimplici traditate petitionis ad finem tollendi præſidium manutentionis alias debitæ huic Moniali ob trinas ſolutiones annorum 1665. 1666. & 1667. quando etiam ipſa poſſeſſio civilis animo retenta ſufficere con-
7 ſuevit in ſuis terminis ad non denegandam a Judice inſpiciente veritatem, manutentionem, *Abb. in Cap. Conquerente num. 8. de reſtitut. ſpoliat., Menoch. de retinen. remed. 3. num. 26., Poſtb. de manutention. obſervat. 16. num. 25. & ſeqq., Rota poſt Eumdem decif. 112. num. 7., & decif. 226. n. 4.*

Nullatenus ſubſiſtente, quod illa animi deſertio, quam ſi non habuit, vel habere non potuit Maria Thereſia Monialis habere viſus eſt in quadam Epiſtola prelaudatus Petrus de Copons in *Summario Capituli Num.* 4., quapropter nequiverit eadem Maria Thereſia diſcedere a Patruo illius Auctore ſecundum vulgata principia, de quibus *in leg. cum a Matre, Cod. de rei vindicat., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 557. num. 1. & ſeqq., Cardinal. de Luca de Feud. diſcurſ. 10. num. 16., Vincent. de Franch. decif. 83. n. 3., Rot. coram Emerix Jun. decif. 1032. num. 6., & in Romana Prælatura de Vecchiarellis* 2. *Iunii* 1698. §. *Cumque coram Me inter impreſſas decif.* 46.

Nam etſi defenſio hæc Capituli potius reſpiceret meditullium boni Juris, adhuc toto eiuſdem Epiſtolæ tenore perſpecto emergebat potius oppoſitum, dum ipſe Petrus ob eius poteſtatem deinceps promotus ad apicem Dignitatis Epiſcopalis Eccleſię Urgellen. requiſitus a Capitulo ſuper computis ut ſupra factis circa illius adminiſtrationem, modeſte quidem in reſponſione ſe geſſit ſe ſe remittendo ad iteratam diſpunctionem, quæ fieri nuſquam poteſt, aut del et poſt ſolidationem ſemel fa-
9 ctam, niſi per antea docto de claro, & manifeſto errore, *ad Text. in leg. ſemel, Cod. de Apoc. public. lib. 10.*, & tradita per *Cardinal. de Luca de Tutor. diſcurſ. 3. n. 9., Rot. decif. 450. num. 3.*

num. 3. coram Priol. in Rec. deciſ. 367. ſub num. 9. part. 10., & in Æſina, ſeu Anconitana Redditionis rationis 20. Iunii 1665. §. Articulata coram bon. memor. Albergato.

Verum tantum aberat, quod a prænominata Epiſtola reſultaret aliquis aſſenſus adverſativus conventioni iam ſtabilitę, ut potius in eadem Epiſtola adducta ut ſupra, *Summario Capituli Numero 4. litt. G.*, hęc verba legerentur *— quando ſiano fedelmente, e veramente erate le ſomme, queſto in veruna maniera mi ſodisfa, ne mi può ſodisfare, e la ragione ſi è, perche li Commiſſarii non ſono Angeli, ma huomini &c.* Quæ ſane verba, cum potius præſeferrent negationem, aut ſaltem contradictionem nuſquam
10 extorqueri valebant ad affirmationem ſecundum notoria principia, de quibus *in l. non aliter 67. ff. de legat. 3., Rot. deciſ. 522. num. 3. coram Ludoviſ., & deciſ. 475. num. 3. verſ. Tutius eſt, & num. 7. in fine coram Remboldo, & in Recent. deciſ. 573. num. 2. parte 19. tom. 2.*

Atque hinc tranſeundo ad enunciatam ſubſtantiam bonis Juris profecto illud coruſcabat favore Petri, & conſequenter Mariæ Thereſiæ ab illo cauſam habentis, cum de illo clueſceret ex publico inſtrumento Tranſactionis *Summario Mariæ Thereſiæ, ſeu Monaſterii n. 1.*
11 Illud enim faciebat. ex vulgatis rem manifeſtam, & undique ęquipollentem rei Judicatę, ut paſſim tradunt *Surd. conſ. 418. num. 12. Gratian. diſcept. for. cap. 400. num. 27. Vrceol. de tranſact. quæſt. 4. num. 65. & quæſt. 69. num. 3. Monach. deciſ. Lucen. 33. num. 2. Rota in Bononien. Tranſactionis 19. Aprilis 1697. §. Et ſane coram Me inter impreſſ. deciſ. 6.*

Redargutio autem quod huiuſmodi tranſactio laboraret defectu Apoſtolici Beneplaciti viſa eſt *Dominis* nimis aberrans, & longe abſens ab intentione famigeratæ Paulinæ *de reb. Eccleſ. non alienan.*, & a ſucceſſivis Conſtitutionibus Summorum Pontificum, quia ſi (licet, non bene) cenſuerunt *DD.* Beneplacitum minime requiri, quando una Eccleſia contrahit cum altera, vel una Ececcleſia alienat favore alterius ex quo conſervatur dominium rerum Eccleſiaſticarum in eodem ſemper genere Eccleſiaſticitatis licet una burſa Eccleſiaſtica magis, vel minus impleatur, remanente ſubſtantia ad uſus ſemper Eccleſiaſticos
12 & ideo uti Patrimonium Chriſti Domini ex his, quæ habentur penes *Marſil. ſingul. 99. Ciarlin. controv. for. libro 1. cap. 18. num. 28. & ſeqq. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienandis quæſt. 12. num. 28. Ricc. in praxi quotidian. rer. reſol. 35. par. 1., Barboſ. de Offic. & poteſt Epiſcopi par. 3. alleg. 95. num. 56. & 57. Triviſan. deciſ. 56. par. 2.*

Profecto velle quod in qualibet ſolidatione computorum, vel ſucceſſiva tranſactione, aut conventione facta cum Debitoribus de bono, & æquo, ſive aliis adminiſtratoribus rerum
13 loci Pii, vel alicuius Eccleſię vel Capituli exquiratur aſſenſus Sanctæ Sedis nullibi fuit auditum, alias intricarentur contra bonum Eccleſiæ omnia negocia, & quod eadem Sancta Mater Eccleſia Univerſalis provide, & Sacroſancte ſancivit in bonum Eccleſiarium
14 particularium, in illarum odium, & perniciem retorqueretur quod eſt contra regulam Textus *in l. quod favore Cod. de legib. expenſam per Barboſ. Axiomat. 96. num. 1. Surd. deciſ. 195. num. 5. Rot. deciſ. 164. num. 10. par. 13. Recent. deciſ. 529. num. 7. par. 14. deciſ. 334. num. 7. & deciſ. 341. num. 11. par. 17. Rec. & in Romana Fideicommiſſi 12. Februarii 1700. §. Nec eſt coram R. P. D. del Olmo.*

Agnoſcebant Defenſores Capituli debilitatem obiecti. Ideoque recurrebant ad peculiarem ſanctionem *ſan. mem. Clementis VIII.* decernentis intervenire debere in hiſce actibus auctoritatem, ſive pręſentiam Epiſcopi, vel eius Vicarii, ſed ultra quod omnia hæc ex tractu temporis præſumi poſſunt interceſſiſſe, dum preciſive a determinatione *ſan. mem. Vrbani III.* de Jure preſumitur interventus Beneplaciti ipſius met Papę in veris, & effectivis
15 alienationibus rerum Eccleſiaſticarum per ſolum ſpatium trigenarium teſte in terminis Juris *Gonzal. ad Regulam 8. Cancell. gloſſ. 12. n. 77. Pacion. de locat. cap. 14. §. 11. n. 10. Turricell. de rebus Eccleſ. non alienan. cap. 14. n. 3. & ſeqq.* Mareſcott. *var. lib. 1. cap. 13. n. 11. Rota coram Ludoviſ. deciſ. 354. ſub num. 15. ibique Adden. num. 18. & in Recent. deciſ. 202. num. 5. par. 7.*

Adhuc ſedula ordinatio præfati *ſan. mem. Clementis III.* minime reſpiciebat ſolemnitatem faciendi computa cum Adminiſtratoribus huius Eccleſiæ, aut gerendi quid ſimile, vel ſaltem tendebat ad refrenandam poteſtatem Capituli, ne valeret congregari abſque interventu Epiſcopi, vel eius Vicarii *Summar. Capituli num. 9.* Ideoque cum eadem Bulla non diſponeret quod ulterius in Inſtrumentis celebrandis, ſive in Congregationibus Capitularibus exprimi deberet quod intervenerit auctoritas Epiſcopi, vel eius Vicarii certe potius de Iure præſumendum erat quod Capituli Convocatio, & Congregatio ad effectum diſſerendi, & ſolidandi computa cum Petro, ipſo Epiſcopo non reclamante, pluſquam abunde
16 interceſſerit nedum ex præſumptione quæ militat pro actus validitate, ut ait *Auguſtin. Barboſ. axiom. 12. num. 17. cum duobus ſequen. Rot. deciſ. 182. nu. 33. coram Priol. & in Rec. deciſ. 288. num. 6. par. 10. deciſ. 348. num. 11. par. 16. & deciſ. 332. nu. 26. par. 18.* verum etiam quia cenſendum eſt Epiſcopum non fuiſſe permiſſurum hanc convocationem in illius contemptum, & contra Bullam Clementis iuxta illam præſumptionem de qua *Rot. deciſ. 19. nu.*
17 *10. par. 9. deciſ. 77. nu. 3. par. 11. deciſ. 152. num. 13. par. 12. deciſ. 414. n. 14. par. 14. & deciſ. 576. nu. 14. par. 18. Rec.*

Digitized by Google

Circa errores qui promovebantur irrepſiſſe
in hac ſolidatione, ſeu tranſactione Capituli
cum Petro nulla, vel modica habita fuit apud
Dominos difficultas quia præter faciendam
ſuppoſitionem quod Capitulum non approbaſſet
ea, quę non erant approbanda, ſuffecit etiam
alia regula quod ſuppoſita firmitate reſolutio-
nis in ea parte conceſſiva manutentionis in
ordine ad ipſum ordinem error in huiuſmodi
18 liquidationibus, & in quibuſcumque etiam
materiis non præſumitur ex deductis per *An-
gel. de Confeſſ. lib. 3. quæſt. 20. ſub num.* 35.
Rot. coram Royas deciſ. 312. *num.* 12. *in Romana
Quarti Dotalis* 1. *Iulii* 1697. §. *Cæterum coram
Me inter impreſſas deciſ.* 19. *&* *in Romana
Pecuniaria* 28. *Februar.* 1701. §. *fin coram
Reverendiſſ. Domino meo Molines Decano*.

Documenta autem, quæ exhiberi præten-
debantur huiuſce erroris ſolidabantur in im-
perfecta radice Articulorum, ſive Poſitionum,
quas Petro iam evecto ad Epiſcopatum Ur-
gellen. exhibuerat Capitulum inſiſtens pecu-
liariter in duabus partitis quæ habebantur *in
Summario eiuſdem Capituli num.* 7. *ſub num.* 45.
& 46., ſed cum ex verbis reſponſivis Epiſco-
pi Petri ſupra relatis coniiceretur oppoſitum
negative, & nullibi alias appareret de hoc
19 errore propter non factam exhibitionem libri
Capitularis, a quo prętendebatur emicare ta-
lem errorem, utique præfati articuli, ſive quæ-
dam reverentiales Propoſitiones nocere non
poterant reſpondenti contrarium, ſed magis in
partibus favorabilibus poterant obeſſe Capitulo
Ponenti ad commune affirmata per *Michalor:
de Poſition. cap.* 3. *num.* 15. *& cap.* 25. *num.* 1.
Angel. de confeſ. lib. 2. *quæſt.* 2. *ſub.nu.* 43. *Tho-
mat. deciſ.* Marcb. 116. *n.* 41. *Rot. in Romana
Alimentorum* 2. *Maij* 1698. §. *Nec valet coram
R. P. D. meo Caprara*.

Minus denique juvit Capitulum quod ſę-
pius memorata tranſactio reſolveretur quoties
una Pars alteram moleſtaret, nemo enim non
videbat, quod moleſtia proveniebat a Capitulo
non autem a moniali petente ſuum, immo
huiuſmodi conventa reſolutio legebatur con-
cepta favore Petri, & monialis eius Neptis,
& proinde magis roborabat eamdem tranſa-
ctionem, quæ valida & iuſta ſemper cenſenda
erat, petente moniali conventam ſatisfatio-
nem abſque eo quod neceſſe foret recurrere
ad propoſitionem quod contractus etiam per
20 ſtatutum claudicantes favore minoris, vel
mulieris revera claudicant ſi ipſe minor
vel Mulier velit ex relatis per *Gratian. diſcept.
forenſ. cap.* 27. *num.* 39. *& ſeq. modern. Aſ-
enlan. ad Stat. Vrb. annot.* 44. *nu.* 714. *et ſeqq.
tom.* 2. *Rota poſt illam deciſ.* 59. *nu.* 19. *et deciſ.*
154. *a num.* 4. *ad num.* 10. *et in rec. deciſ.* 335.
num. 13. *et* 14. *par.* 10.

Poſtremo lapſum eſt noviſſimum præſidium,
ſeu refugium quod onus exſolvendi libras 125.
annuas, & ſucceſſive hanc præſtationem con-
vertendi in ſuffragium Petri, ſaperet quam-
dam perſonalitatem Cenſus a Sacroſancto Iu-
re Canonico condemnatam, quia potius to-
tum hoc negocium geſtum fuit in levamen
Capituli, dum enim Petrus, cui ex Confeſ-
ſione in Tranſactione idem Capitulum debuiſ-
ſet exſolvere libras 4126. ipſum admitteret ad
ſolvendas in extinctionem huius debiti annuas
libras 125., & deinceps ad diurnum ſuffragium
jam emeriti ſervi fidelis, vertebatur nedum in
reſtaurum illius fructus, quem percipere po-
tuiſſet idem Petrus per ſolutionem ſibi factam
incontinenti, uti debebat Capitulum, ſed &
pręſeferebat alleviamentum memorati Capi-
tuli quod per commodam ſolutionem contro-
verſarum librarum 125. & futuri ſuffragii ſa-
tisfaciebat oneri magis gravi exburſandi in con-
tanti libras 4126. ex qua ſane ratione noſtri
maiores opinati ſunt in Tranſactionibus non ca-
dere uſuram una etenim conventio cum altera
21 facile relevatur, ſive coæquatur ex iis, quæ
habentur apud *Bald. in l. prima num.* 33. *Cod. de
Summ. Trinit.* Mantic. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 18. *ſub
num.* 29. *verſ. Sed puto Vrecol. de Tranſact. quæſt*
40. *num.* 11. *et ſeqq. Rota deciſ.* 490: *num*: 4. *par*
2: *et deciſ*: 74: *num*: 4: *par*: 14: *cum aliis in tract
de Commerc: et Mercat: diſc*: 67: *num*: 27:

Et ita quantumvis ſuperflue, & pro ſola co-
loratione, & fulcimento poſſeſſorii deſcenden-
tes *Domini* ad deguſtandum aliquo modo etiam
merita boni Iuris favore huius pauperis Monia-
lis ſecunda vice *coram Me* reſponderunt.

Utraque &c:

FINIS TOMI TERTII.

IN-

INDEX
RERUM, ET VERBORUM
HUJUS VOLUMINIS.

A

ACQUIESCENTIA.

POST contradictionem roborat magis quam deſtruit Jus denegantis. *deciſ.* 328. *n.* 2.

ACQUIRENS.

Pro perſona nominanda ſibi non acquirit, ſed nominatario, cujus organum fuiſſe cenſetur idem acquirens *dec.* 319. *n.* 16.

Pro ſe, & perſonis nominandis ſecuta nominatione exit de ſcena, & nominatus habetur, ac ſi ipſemet contraxiſſet *dec.* 222. *n.* 5.

Et factum nominantis Nominatario obeſſe amplius nequit. *ibid. num.* 6.

Quod procedit in terminis Cedentis, & Ceſſionarii poſt jam factam Ceſſionem, *ibid. n.* 7.

Quin etiam ſententia non tenet contra Nominantem, vel Cedentem non citato Nominatario, aut Ceſſionario, *ibid. n.* 8.

Limita hæc procedere quoties prædicta nominatio innoteſcat, ſed quoties nullibi docetur de hac notitia, ſententia lata contra Nominantem, ſeu cedentem afficit etiam Nominatarium, ſive Ceſſionarium, *ibid. n.* 9.

Quod etiam procedit in ſolutione facta cedenti ante ſcientiam, ſeu notificationem ceſſionis. *ibid. n.* 10.

ACQUISITIO.

Facta ab hærede nomine proprio præſumitur ex pecuniis hæreditariis ſi ſtatim, vel ex modico intervallo poſt obitum Teſtatoris ſucceſſit, *dec.* 287. *n.* 2.

Pro ſe, hæredibus, & *ſucceſſoribus* remanet libera pro eiſdem acquirentibus, *dec.* 304. *n.* 1.

Limita ſi acquirens declaraverit eamdem acquiſitionem fuiſſe factam de pecuniis fideicommiſſariis. *ibid. n.* 2.

ACTA.

Intra biennium tranſportari debent, *dec.* 295. *n.* 3.

Lite pendente geſta nihil exiſtimantur. *dec.* 273. *n.* 19.

Non tranſportatis actis inſtante lapſu biennii obtinetur committi eidem Judici ad quem, ut ſuam moderetur inhibitionem, *dec.* 249. *num.* 3.

ACTIO.

Cedendarum actionum quando procedat, *dec.* 282. *n.* 19.

Hypothecaria an competat fideicommiſſario, *deciſ.* 300. *n.* 22.

In tributoria actione præſtanda eſt cautio ob æqualem conditionem concurrentium, *dec.* 318. *n.* 3.

Non datur actio, & paſſio, in eodem ſubjecto, *dec.* 283. *n.* 5.

Sive in rem ſcripta, ſive *hypothecaria* numquam operativa eſt poſt decennale intervallum contra Tertium rei etiam hypothecatæ poſſeſſorem, quis dicatur Tertius, *dec.* 256. *n.* 5.

Tranſlatio anticipata actionum improbatur per Textum *in L. ſed ſi & ante diem ff. ad Senat. Conſult. Trebell. dec.* 237. *n.* 1.

ACTOR.

Exceptionem ſuam tenetur liquido oſtendere contra inſtrumentalem obligationem, *dec.* 219. *n.* 2.

Reus abſolvitur actore non probante *dec.* 210. *num.* 12. *dec.* 265. *n.* 9.

ACTUS.

A ſe vel à proprio authore factus, aut verbo ſemel approbatus controverti nequit, *dec.* 384. *n.* 14.

Conſcentivus tribui debet mandanti, non autem exequenti *dec.* 320. *n.* 6.

Contra intentionem agentis interpretari nequit, *dec.* 304. *n.* 6.

Æquivoci ſunt ſemper referendi ad cauſam præambulam, *dec.* 244. *n.* 27.

Faciens actum nedum licitum, ſed etiam illicitum nequaquam tenetur ad conſequentias abinde provenientes *dec.* 237. *n.* 20.

Item exercens actum æque ſe habentem ad commodum, & incommodum, remanet indifferens, neque ſibi, ac tertio præjudicialis, *ibid. n.* 22.

Geminatio magis roborat, & quatenus opus eſt declarat antecedentia *dec.* 251. *n.* 2.

Inchoativus factus contra *Tit. & Rubr. ut Eccleſiaſtica Benef. ſine diminut. conferant*. manifeſta laborat nullitate in ſemetipſo *dec.* 253. *n.* 14.

In quibuſcumque actibus humanis non ſufficit voluntas, ſed æque requiritur poteſtas faciendi, *dec.* 280. *n.* 9.

Incerti, & æquivoci referuntur ad titulum & actus magis certos *dec.* 280. *n.* 25.

Læſivus cenſetur ſi careat ſubſtantia, debiti, vel relevationis *dec.* 224. *n.* 20.

Manutenibilis non eſt actus independens, & procu-

Digitized by Google

curatorio nomine geſtus, *dec.* 266. *n.* 18.

Nullus actus, nulla ſcientia prætergreditur ſpheram ſuæ aptivitatis, & illationis, *dec.* 274. *n.* 25.

Nullum fundamentum conſtitui poteſt ſuper actu jam revocato, *dec.* 304. *n.* 9.

Omnis actus ſecumfert uberiorem præſumptionem validitatis, *dec.* 252. *n.* 1.

Pendente lite & parte non citata ad intereſſendum geſtus nullius roboris eſt, *dec.* 311. *num.* 5.

Pro conſervando aliquo Jure, ſive titulo univerſali ſuperabbundat unicus actus, *dec.* 280. *n.* 23.

Publici faciunt probationem undique probatam, *dec.* 228. *n.* 15.

Quoties includit verba *ſenza pregiudizio* incapax non eſt ad inferendum præjudicium Jura ſua præſervanti, *dec.* 280. *n.* 28.

ADITIO.

Efficit, ut ſint illico incompatibilia in eodem ſubjecto jura crediti, & debiti, *dec.* 296. *n.* 4.

Limita ſi ante aditionem hæreditatis debitor jura ſua Creditoribus ſubjugaverit, *ibid. n.* 5.

Facta a filiis Creditoribus quælibet eorum actio dicitur confuſa, & extincta ſi Inventarium non confecerint, *dec.* 239. *n.* 9.

Semper intelligitur ad normam Inventarii facta, ſeu titulum de quo conſtabat, quam ad titulum de quo non conſtabat, *dec.* 286. *n.* 29.

Quinimo ad titulum adeunti, vel poſſidenti magis proficuum, *ibid. n.* 30.

ADJUDICATIO.

Creditori fieri nequit niſi quatenus nulli alii interpellati ad licitandum in expoſita ſubhaſtatione non reperiantur juſti oblatores, *dec.* 323. *n.* 10.

Et Judex in adjudicationibus, ut conſulat debitori præmittere prius tenetur æſtimationem bonorum adjudicandorum, aliàs adjudicatio eſt nulla. *ibid. n.* 11.

Iſta tamen formalitas adjudicationis negligi poteſt, ſi omnes offerre volentex fuerunt per aſſueta proclamata invitati *ibid. n.* 12.

Judex autem in his adjudicationibus non arctatur ad ineundam æſtimationem rigoroſam, & ſolemnem, mediante e. g. electione, & relatione Peritorum, *ibid. n.* 13.

Et ſublata tali neceſſitate in Judice ex ſolo inſtrumento acquiſitionis oritur ſufficiens præſumptio, vel comprobatio legitimi valoris *ibid. n.* 14.

Judex in adjudicatione præcipere debet, ut loco pecuniæ numeratæ, ſeu præexiſtentis in Banco computetur debitum, *dec.* 323. *n.* 19.

ADMINISTRATIO.

Bonorum vacantium concedi debet illi, qui magis proximam, magiſque certam habet cauſam ſuccedendi, *dec.* 321. *n.* 4.

Concedenda illi eſt, qui commune fovet intereſſe, *dec.* 326. *n.* 13.

ADMINISTRATOR.

Ante redditam rationem reputari nequit Creditor [illegible] bitor, *dec.* 283. *n.* 20.

Mandatum ad ipſum factum reddendæ adminiſtrationis evitare nequit, *dec.* 283. *n.* 21.

Refundere non tenetur verò Domino quidquid ad illius manus perveniſſe demonſtratur, *deciſ.* 324. *n.* 4.

Repetere poteſt expenſas dumtaxat erogatas in utilitatem Patrimonii adminiſtrati, *dec.* 324. *n.* 15.

Teneri dumtaxat adminiſtrationem reddere de illis rebus, quæ ad ejus manus pervenerunt ſolum procedit in adminiſtratione particulari, ſecùs in tutoribus, ſive Adminiſtratoribus generalibus, *dec.* 283. *n.* 22.

AFFICTUS.

Inſtrumenta affictuum regulariter celebrantur juxta formulam antiquam, *dec.* 223. *n.* 37.

Major ratio non ſemper attenditur in affictibus, ſed potiùs factorum, & circumſtantiarum unio *dec.* 325. *n.* 8.

AGNATIO.

Contemplatio agnationis ex quibus inducatur, *dec.* 242. *n.* 20.

AGRICULTURA.

Adeo Principum imperio, tempeſtatibus Cœli, & inclementiæ temporum ſubjacet, ut non raró jacturam ſecumferat utilium, & capitalis, *dec.* 244. *n.* 19.

ALIENANS.

Contra expreſſam Teſtatoris voluntatem, an is reſtituendo prætium alienationem retractare poſſit, *dec.* 271. *n.* 19.

Privatio, & caducitas adeo dura eſt, ut etiam ſi Teſtator illam inflixiſſet, non tamen alienans regulariter cadit a tota hereditate, ſed ſolum a re alienata recuperabili per vocatos *dec.* 271. *n.* 22.

Refundere tenetur omne damnum, & intereſſe cauſatum ab alienatione illicita, & interdicta, *dec.* 237. *n.* 6.

Suppoſita alienandi facultate regulariter tranſeunt in alienatarium, & ceſſionarium omnia Jura, quæ perantea competebant alienanti, *dec.* 280. *n.* 6.

ALIENATIO.

Commoditas percipiendi fructus regulariter non venit ſub quacumque etiam ſtrictiſſima prohibitione alienationis, *dec.* 237. *n.* 16.

Contra formam Teſtamenti facta eſt nulla, & locum aperit vocatis in caſu fideicommiſſi conventionalis, *dec.* 287. *n.* 13.

Facta non ſolum in præjudicium Creditorum, ſed etiam paratæ executionis, utpote colluſiva remanet nulla, *dec.* 207. *n.* 10.

Facta a gravato contra prohibitionem Teſtatoris adeo nulla eſt, ut ſtatim purificetur pœnale fideicommiſſum favore ſubſtitutorum in ipſo momento alienationis, *dec.* 259. *n.* 11.

Pęne privationis ſi appareat indicta in caſu confiſcationis, extendi nequit in hac odioſiſſima materia ad alterum caſum alienationis, *dec.* 271. *n.* 9.

Prohibitio alienationis, & cauſa conſervandi bona in familia quando non famulentur, nec ſint appoſita conſecutive ad prius expreſſum fideicommiſſum, *dec.* 248. *n.* 9.

Non

Digitized by Google

Non deſinit eſſe perpetua etiamſi reſtricta fuerit ad unicam vitam, *ibid. n.* 17.

Famulatur ſemper fideicommiſſo, *ibid. num.* 20.

Prohibitione alienationis non accedente numquam cenſetur interdicta alienatio in vita gravati, qui interim, etſi revocabiliter, eſt Dominus, *dec.* 259. *n.* 12.

Prohibitione alienationis non obſtante ſubſtinetur aliquando alienatio quoad commoditatem favore Creditoris, *dec.* 309. *n.* 36.

Subſtitutus vel altera perſona ad cujus favorem facta noſcitur prohibitio poterit durante vita ipſius gravati revocare alienationem, *dec.* 271. *n.* 20.

Declara niſi poſſeſſor coemerit ſimplicem commoditatem fructuum, *ibid. n.* 21.

ALIMENTA.

Collitiganti debentur alimenta, & ſumptus litis quoties in eo concurrit bonum jus, & demonſtretur illius paupertas, *dec.* 291. *n.* 1.

Et cur in hoc caſu addatur particula illa in cauſam declarandam, *ibid. n.* 2.

Creditum petentis alimenta non differt ab eo, qui illa in effectu perhibuit, *dec.* 256. *n.* 32.

Debentur ex ſubſtantia bonorum ſuppoſitorum Primogenituræ ſi conſtet non adeſſe bona, nec fructus ſuper quibus fieri poſſit executio, *dec.* 256. *n.* 31.

Militi in gratiam ejus caracteris opportuna reſervantur alimenta, ne ſordide mendicare cogatur, *dec.* 245. *n.* 2.

Nepotibus a Patruo præſtita referenda ſunt ad ſanguinis neceſſitatem, quam ad animum repetendi, *dec.* 312. *n.* 5.

Declara *ibid. n.* 7.

Privilegiata magis ſunt quam ipſa dos, *dec.* 256. *num.* 38.

Quantitas alimentorum major correſpective eſſe debet oneribus ab alimentario ſupportandis *dec.* 291. *n.* 14.

Soluta præſumuntur alimenta, & expenſæ filiorum, vel hæredum Teſtatoris ex fructibus, & aliis effectibus hæreditariis, *dec.* 312. *n.* 4.

Limita ſi fructus bonorum ſint valde exigui, nec idonei ad alimenta, & expenſas, *ibid. n.* 6.

Taxare ſolent Judices alimenta ad veriſimilem normam futuræ congruentiæ, ſeu neceſſitatis, *dec.* 216. *n.* 11.

Taxa alimentorum deſumitur ex facti circumſtantiis, *dec.* 291. *n.* 11.

Taxantur ſemper in concurſu maxime maſculorum ad ratam patrimonii, ejuſque fructuum, *dec.* 311. *n.* 11.

ALIMENTARIUS.

Interpellare ſi negligat pro conſequendis alimentis ſibi debitis ex officio Judicis, & interim ſe alat nullam conſequitur, & nanciſcit actionem, *dec.* 310. *n.* 33.

Secus ſi interpellatio interceſſerit, *ibid. n.* 34.

ALTERNATIVA.

De duobus alternativis ſi quis unum impleverit ab omni ulteriori obligatione immunis efficitur, *dec.* 303. *n.* 10.

In alternativis electio eſt debitoris, *dec.* 308. *n.* 5.

Et ſi quis eligerere decretaverit electio traſit vel in Judicem, vel in Partem, *ibid. n.* 7.

AMENS.

Diſponere nequit de rebus ſuis neque cauſa mortis, neque inter vivos, *dec.* 288. *n.* 1.

ANTERIORITAS.

Cedere alteri perſonæ nequit is anterioritatem quam jam ceſſit, *dec.* 239. *n.* 13.

Commenſuratur non a tempore ſolutionis ſive ceſſionis, ſed a tempore contracti debiti, ac ceſſi, *dec.* 292. *n.* 5.

ANTIDATA.

Sola antidata ſufficit ad tollendam fidem libris, *dec.* 201. *n.* 9.

APPELLANS.

Infra annum appellationis tenetur congruam obtinere commiſſionem, & intra biennium proſequi Jura, *dec.* 208. *n.* 1.

APPELLATIO.

Ad S. Sedem interponi debet intra ſpatium octo dierum, & intra annum impetrari debet commiſſio, *dec.* 295. *n.* 2.

Deſertio appellationis non intrat ſi acta tranſportat ſint tempore præfixo etiam poſt biennium *dec.* 249. *n.* 1.

Efficit ac ſi ſententia non fuerit lata, *dec.* 327. *n.* 11.

Et de jure Canonico ſemper eſt locus proſecutioni cum ex eodem Jure inſtantia ſit perpetua, *ibid. n.* 12.

Non conceditur a mandato, ſeu decreto proviſionali, *dec.* 291. *n.* 3.

AQUA.

Oriens in fundo alicujus eſſe dicitur de dominio illius, cujus pariter eſt fundus, a quo ſcatet, *dec.* 322. *n.* 25.

ARBITRIUM.

Locum eſſe ſolet arbitrio quando concurrit aliqua rationabilitas, *dec.* 308. *n.* 8.

Regulatur a Jure. *dec.* 255. *num.* 1.

ARCHIDIACONUS.

Antiquitus dicebatur Diaconorum Princeps, *dec.* 315. *n.* 4.

In Diœceſi Leodienſi remanet in ſuo antiquo ſplendore ac dignitate, *dec.* 315. *n.* 7.

Volente Epiſcopo tamquam Vicarius natus exercet Juriſdictionem, quam ſibi, vel ex in[illegible]tia, vel ex conventione, vel vigore [illegible]dinis concedere, aut permittere [illegible] Epiſcopus, *dec.* 315. *n.* 5.

ARCHIVIUM.

Capituli privatum ad hoc ut probe[illegible] requiſita in illo debent concurrere. [illegible] *n.* 3.

Quibus non concurren[illegible] illo deſumpti ad effectum proba[illegible]tudinem nil penitus concludere vale[illegible] *n.* 4.

Potiſsime ſi re[illegible] Tertios, [illegible] non ſint de grem[illegible] Capituli. *ibid.* [illegible]

Et probatio [illegible] Archivio [illegible]

Capituli manifeſte tendat in implicitum intereſſe ſive favorem ejuſdem Capituli, *ibid. n. 6.*
Probationis robur non præbet, quod in ſe non habent ſcripturæ p rivatæ, *dec. 273. n. 7.*

ARGUMENTUM.

A diſcretiva deſumptum eſt potentiſſimum, *dec. 255. n. 30., dec. 276. n. 11.*
A ſtatu præſenti argui non valet ad præteritum, & maximè plurium ſæculorum, *dec. 211. n. 10. deciſ. 223. n. 23.*
Ab uſu particulari aliquorum ad uſum genericum, & univerſalem non valet, *dec. 215. n. 8.*
A fortiori deductum validiſſimum in jure reputatur, *dec. 223. num. 28.*
A ſuperfluitate deductum in ultimis voluntatibus, & maximè ad effectum caducitatis reputatur prorſus inane, *dec. 271. n. 14.*
A defectu poteſtatis argumentum eſt ad alterum voluntatis, *dec. 280. n. 16.*
A majori ad minus valet, *dec. 309. n. 29.*
De parte ad partem, ſive de toto ad totum deſumitur, *dec. 323. n. 18.*
De præterito ad præſens non valet in materia odioſa *dec. 309. n. 20.*
De præſenti ad antecedens quando liceat arguere, *dec. 325. n. 4.*
Diſcretivæ multum valet pro arguendo, quo caſu Teſtator voluerit prohibitionem alienationis, & quando non, *dec. 271. n. 17.*

ARS AGRARIA.

Cultores artis agrariæ magnam ſemper ſibi laudem in hac vita promeruerunt, *dec. 244. n. 17.*
Exemplo Regum, & Imperatorum, qui dedignati non ſunt manus apponere aratro, *ibid. n. 18.*

ARTICULI.

Admittendi an & quando ſint abſque cauſæ retardatione, *dec. 288. n. 5.*
Irrelevantes nocere non poſſunt reſpondenti contrarium, ſed magis in partibus favorabilibus obeſſe poſſunt Ponenti, *dec. 328. n. 19.*
Juſtificationem temporis præciſi niſi probent tanquam irrelevantes non attenduntur, *dec. 288. n. 3.*
Non ſunt concedendi ſi concludere nequeunt principale objectum cauſæ, *dec. 211. n. 7.*
Pro admiſſione articulorum ſat eſt, quod materia articulata implicitè, vel explicitè tendat ad victoriam cauſæ, *dec. 288. n. 4.*
Reliqua vide in verb. *Teſtes*.

ASSEQUUTIO.

Ad impediendam quamcumque intermediam acquiſitionem ſat eſt afferre mandatum Procuræ exaratum ad prorogationem obtinendam, *dec. 203. num. 23.*

ASSERTIO.

Magis clara & certa, ambiguam & incertam detrudit, *dec. 201. num. 17.*

ASSIGNATIO.

Facta pro ſoluto, ſive pro ſolvendo quando procedat, *dec. 286. n. 8.*

ATTENTATA.

Ad Partis inſtantiam, quæ non eſſent revocanda, revocarentur tamen officio S. Rotæ in ſpretum Juriſdictionis ſi ejus inhibitio ſpreta fuerit, *dec. 258. n. 14.*
Appellatione pendente commiſſa ſunt revocanda, omniaque de jure reponenda ſunt in priſtinum *dec. 258. n. 4.*
Clara quando ſint celeriter purgari debent, *deciſ. 213. n. 15.*
Intimatio attentatorum perſonaliter fieri debet ad hoc, ut inducatur ſcientia ad differentiam intimationis relictæ in manibus Domeſticorum, quæ aliam ſcientiam inducere nequit niſi præſumptam, *dec. 213. n. 2.*
Amplia etiamſi facta fuerit filio, *ibid. n. 3.*
Non habentur in conſideratione, vel ad finem litis illorum purgatio eſt ſuſpendenda, ſi doceatur de bono jure attentantis, *dec. 213. n. 6.*
Pro incurrendis attentatis ſpeciale exigitur mandatum, *dec. 258. n. 11.*
Et ad eiſdem renunciandum individua procuratio deſideratur, *ibid. n. 12.*
Renunciaſſe ut quis dicatur attentatis ſufficit, ut neglecta inſtantia purgationis ſinat cauſam ſuper meritis diſputari, *dec. 258. n. 8.*
Vitio attentatorum ſubjacent omnia geſta per inferiorem poſt habitum recurſum, & interjectam appellationem ad Judicem ſuperiorem, *dec. 258. n. 2.*

ATTESTATIO.

Informis, & aliunde non juſtificata rejicienda eſt, *dec. 256. n. 57.*

AUDITOR *Cameræ*.

Quas hodie facultates habeat, *dec. 299. n. 1.*
Tranſgredi non valet ſimplicem executoriam, neque ullam in ſe cognitionem, & proceſſum judiciale aſſumere. *dec. 299. n. 2.*

AUTH. *Res quæ*.

Beneficio Auth. Res quæ, qui nititur, nec etiam compellitur excutere bona libera intricata, *dec. 256. n. 21. dec. 267. n. 15.*
Idque procedit in caſu dotis conſtituendæ vel reſtituendæ Puellæ, aut Viduæ ad finem ne interim retardaretur cauſa publica Matrimonii vel alimentorum, ſecus in caſu, quo utraque ratio ceſſat, *dec. 267. n. 15.*
Et in hoc propoſito intricata dici non debent illa bona, quæ ſtant in aperto, neque talia apparent, ſed pro illius dotis conſecutione nulla contra dd. bona adhibita fuit diligentia, *ibid. n. 16.*
Beneficium Auth. Res quæ qua ratione fuit introductum, *dec. 256. n. 36.*
Bona a fideicommiſſo diſtracta vigore *Auth. Res quæ* remanent libera, & fideicommiſſum ceſſat, *dec. 317. n. 12.*
Citra caſum ſubſidii nequit quis admitti ad beneficium *Auth. Res quæ*, *dec. 262. n. 38.*
Concernit tantum bona in proprietate, cum non poſſit Mulier poſtea nata repetere fructus aut perceptos a gravato, aut ab ejus Creditore, *dec. 272. n. 24.*

Exe-

Exigi prius debent in remedio, *Auth. Res quæ* bona provenientia ab Aſcendente, & poſtea ex tranſverſo, *dec.* 267. *n.* 18.
In caſu tantum ſubſidii ſcilicet deficientibus bonis liberis gravatorum, & reſpective debitorum intrat Beneficium *Auth. Res quæ, dec.* 267. *n.* 13.
Iura non curant de integrali exinanitione fideicommiſſi ſi ob remedium *Auth. Res quæ* totum fideicommiſſum, & primogenitura abſorberetur, *dec.* 256. *n.* 44.
Nunquam porrigitur ad bona fideicommiſſi tranſverſalis, niſi adſit præceptum, vel promiſſio dotandi, *dec.* 267. *n.* 19.
Probatio ſubſidii *Auth. Res quæ* facienda ab eo eſt qui in ea ſe fundat, *dec.* 262. *n.* 28.

AUTHORITATES.

Beroi Authoritas in *conſ.* 149. *n.* 6. & 7. *lib.* 1. explicatur *dec.* 302. *n.* 7.
Interpretationem ſemper capiunt a Doctrinis collaudatis, *dec.* 217. *n.* 17.
Punctualis non infimi Doctoris, etſi caſualis pro Lege tamen habenda eſt, *dec.* 221. *n.* 20.

AXIOMA, AXIOMATA.

Abſolvere ejus eſt, quod eſt ligare, *dec.* 280. *n.* 27.
Alterutro ex correlativis deficiente, deficit in totum relatum, *dec.* 217. *n.* 9.
Baſe, ſeu principio decidente, ruit omne principiatum, ſive ab ipſo principio deductum, *dec.* 228. *n.* 9.
Commodum qui ſentit, & incommodum ſentire debet, *dec.* 313. *n.* 4.
Conſequentia, vel illatio fieri nequit a particularibus ad univerſalia, *dec.* 202. *n.* 3.
Conſequens qui vult, vult etiam antecedens, *dec.* 214. *n.* 15. *dec.* 225. *n.* 12. *dec.* 324. *n.* 2.
Corruente principio corruit etiam dependens & acceſſorium, *dec.* 210. *n.* 10.
Diſcedere non dicitur, qui ſtatim redit, aut redire velle demonſtrat, *dec.* 245. *n.* 25.
Duo vincula magis ligant quam unum, *dec.* 246. *n.* 16.
Exceptio firmat regulam extra caſus non exceptos *dec.* 240. *n.* 2.
Falſus in uno cenſetur falſus in omnibus *dec.* 228. *n.* 7.
Favor retorqueri nequit in odium, *dec.* 219. *n.* 10.
Fruſtra quis petit quod intus habet, *dec.* 214. *n.* 10., *dec.* 247. *n.* 13., *dec.* 279. *n.* 8., *dec.* 298. *n.* 1., *dec.* 301. *n.* 1., *dec.* 313. *n.* 5.
Impedito tempus non currit, *dec.* 250. *n.* 2.
Et an hoc procedat ſi agatur de gravi præjudicio infligendi humeris appellantis onus rei judicatæ, *ibid. n.* 3.
Incluſio unius eſt excluſio alterius, *dec.* 215. *n.* 1. *dec.* 234. *n.* 17.
Limita ſi agatur de genere permiſſorum, quo caſu uno permiſſo per ſpeciale forſan privilegium non cenſetur alio derogatum, *dec.* 215. *n.* 2. & 6.
Incommodum qui ſentit debet etiam ſentire commodum, *dec.* 326. *n.* 16.
Et è contra *ibid. n.* 18.
Indiſtincte loquens indiſtincte accipiendus eſt, *dec.* 320. *n.* 12.
In favorabilibus qui tacet aſſentiri videtur, ſecus in præjudicialibus, *dec.* 223. *n.* 47.
Modicum, & nihil æquiparantur inter ſe, & de modicis non curat Prætor, *dec.* 223. *n.* 38.
Negligens nemo præſumitur in re ſibi neceſſaria, *dec.* 327. *n.* 10.
Nemo poteſt duobus Dominis ſervire, *dec.* 314. *n.* 1.
Nemo præſumitur eſ, & operam diffundere, & facto impracticabili, & impoſſibili alligare voluiſſe, *dec.* 219. *n.* 9.
Nemo præſumitur jactare ſuum, *dec.* 223 *n.* 26. *dec.* 251. *n.* 3., *dec.* 264. *n.* 8., *dec.* 309. *n.* 34., *dec.* 312. *n.* 25., *dec.* 319. *n.* 25.
Nemo præſumitur in ſui contemptum aliquid permittere voluiſſe, *dec.* 328. *n.* 17.
Non entis nullæ ſunt facultates, *dec.* 232. *n.* 7., *dec.* 239. *n.* 1., *dec.* 283. *n.* 6. & *deciſ.* 285. *n.* 14.
Præteriti ratio ſcire docet futura, *dec.* 326. *n.* 17.
Probatis extremis media præſumuntur, *dec.* 256. *n.* 48.
Quem de evictione tenet actio eondem agentem repellit exceptio, *dec.* 262. *n.* 34.
Qui prior eſt tempore potior eſt jure, *dec.* 239. *n.* 3. *dec.* 250. *n.* 6. *dec.* 267. *n.* 11.
Limitatur præfata regula, *dec.* 250. *n.* 7.
Reſoluto jure datoris, ſeu prohibentis, reſolvitur Jus acceptoris, *dec.* 319. *n.* 14.
Solutione ejus quod debetur omnis extincta remanet obligatio, *dec.* 322. *n.* 1.
Uno ex correſpectivorum corruente neceſſe eſt, ut alterum etiam corruat, *dec.* 281. *n.* 4.
Unum Altare diſcooperiri non debet, ut alterum cooperiatur, *dec.* 310. *n.* 20.

B

BAPTISMUS.

Fides Baptiſmatis influit in juſtificationem ſolius ætatis, non autem poſitivæ generationis & filiationis, *dec.* 243. *n.* 2.
Si tamen ea juncta ſit cum confeſſione paterna, actibus, tractatibus, & communi reputatione perfectiſſimam probationem filiationis conſtituit, *ibid n.* 3.
Declara, quod hoc procedat quando agatur de inferendo dumtaxat præjudicio ipſi Patri agnoſcenti, ſecus autem ubi tractatur de excludendo ſubſtituto, quia tunc conjecturæ debent eſſe admodum ſtringentes, *ibid. n.* 4.
Et generaliores demonſtrationes, & argumenta nihil officiunt fideicommiſſario petenti independenter immiſſionem ſuper bonis ſibi per fideicommiſſum reſtituendis, *ibid. n.* 5.

BARO.

Iuramentum aliud poteſt a Vaſſallis exquirere, quam illud debitum ab iis Vaſſallis, qui ſub alte-

alterius poteſtate territoriali, ac juriſdictionali ratione Perſonæ commorantur, *deciſ.* 202. *num.* 2.

Quæſtio ſi agatur cum ſubditis Domini, & Baronis ſubalterni (excepto tamen Principe ſupremo cum ſuo Feudatario) ſuper præſumenda qualitate feudali bonorum exiſtentium intra circumdarium Caſtri, tunc recurri valet etiam ad conjecturas, *deciſ.* 202. *num.* 6.

Iſta tamen ad eam unicam reſtringuntur, an ſcilicet reperiantur extare intra idem circumdarium alia bona privatorum libera, *ibid. num.* 7.

Vel quoties reliqua bona ſunt ſervilia quia tunc opponens præmitur a majori præſumptioue quod bona ſua ſint ejuſdem naturæ, cujus ſunt reliqua univerſa, *ibid. num.* 8.

BENEFICIUM *Eccleſiaſticum in genere.*

Affectum ſi dignoſcatur certo generi Perſonarum collatio ab aliis facta remanet inſanabiliter nulla, *dec.* 265. *n.* 4.

Et in hoc caſu Papa confert hujuſmodi Beneficia eodem modo, quo illa diſpenſat per literas, quæ nuncupantur pro præſentato ad favorem illius, qui verè eſt præſentatus, *ibid. n.* 5.

Per aſſecutionem Canonicatus ſi quis Parochialem non dimittat, remanet de Iure orbatus Canonicatu propter incompatibilitatem, *dec.* 203. *num.* 3.

Præcipue ſi accedat decretum Summi Pontificis, vel alterius de dimittendo, *ibid. n.* 4.

Limita ſi proviſus prorogationem obtinuerit a Summo Pontifice, *ibid. num.* 5.

Qua ſtante prorogatione non poteſt proviſus a Iure ſuo, & ſignanter a Gratia Canonicatus noviter obtenta decidere, *ibid. n.* 6.

Cancellariæ Regulis non ſubjicitur ſi beneficium Eccleſiaſticum admixtum reperiatur cum Laicis, *dec.* 221. *n.* 22.

Ceſſio Beneficii ſolemniter fieri debet in manibus ipſius Pontificis, vel ſaltem alterius ſuperioris inſtituere, & deſtituere debentis, *dec.* 249. *n.* 28.

Conferri alteri nequit, nec vacare dicitur donec Gratia a Pontifice conceſſa juſtificari poteſt, *dec.* 249. *n.* 17.

Cupiens obtinere impetrationem Beneficii incompatibilis, tenetur ex parte ſua patefacere poſitivam, & inexcuſabilem in poſſeſſore reluctantiam in dimittendo, *deciſ.* 203. *num.* 19.

Et dura provincia vocatur illa aſſumpta per hoſce Imperatores ex præciſo capite non factæ dimiſſionis, *ibid. n.* 20.

Dimiſſio Beneficii per Papam demandata infra certum tempus, nuſquam illud decurrere incipit niſi a die pacificæ apprehentionis ſecundi Beneficii, *deciſ.* 203. *num.* 11.

Eccleſiaſticum, præſumitur ſi illius Fundator fuerit Sacerdos, & Canonicus, & de redditibus Canonicatus illud fuerit erectum, *dec.* 221. *n.* 1.

Item ſi tale illud nominaverit Fundator, vel ſignum Eccleſiaſticitatis adjecceret, *ibid n.* 3.

Eccleſiaſticum non præſumitur ſi Fundator ultra redditus Eccleſiaſticos poſſidebat alia bona prophana, ex quibus cenſendum potius eſt erectum fuiſſe Beneficium, *dec.* 221. *n.* 4.

Item ſi Fundator reſervat Iuſpatronatus pro hærede prophano, *ibid. n.* 5.

Familiarium & Commenſalium Cardinalium Beneficia ipſorum familiaritate durante perpetuo remanent reſervata *in reg.* 4. poſtmodum tota tendit in commodum eorumdem Cardinalium, *dec.* 255. *n.* 25.

Fundator Beneficii poteſt in fundatione quaslibet leges apponere, *dec.* 221. *n.* 16.

Idoneitas reſpectu unius Beneficii ſuffragatur etiam quoad aliud *dec.* 249. *n.* 21

Impetrans Beneficium, tamquam actor concludenter juſtificare compellitur propriam narrativam, & modum ab eo narratum fuiſſe verum, *deciſ.* 203. *num.* 30.

Incompatibilia Beneficia uno, eodemque tempore retineri nequeunt, *dec.* 249. *n.* 21.

Inter Beneficium Eccleſiaſticum, & Legatum pium maxima intercedit differentia, *dec.* 221. *n.* 7.

In valoris probatione detrahuntur expenſæ pro manutentione Eccleſiæ, *dec.* 249. *n.* 22.

Litigoſum non cenſetur realiter redditum per ſimplicem literarum executionem in ſolo judicio Summario poſſeſſorio, *dec.* 255. *n.* 12.

Poſſeſſor Beneficii valet excipere de Iure, ac re ad tertium ſpectante præſertim ad excluſionem Juris agentis, *deciſ.* 217. *n.* 6.

Privationem Beneficii ad evitandam ſat eſt illud coram Notario in partibus dimittere, *dec.* 203. *num.* 24.

Prorogatio non eſt concedenda in præjudicium illius, qui ante per ſupplicationem à Pontifice ſignatam Ius acquiſiverat ad Beneficium, *dec.* 203. *num.* 9.

Secundum Beneficium ad aſſequendum ſat eſt, quod actualis dimiſſio primi aſubſequtur, *dec.* 230. *n.* 15.

Sæculare ſemper de jure præſumitur beneficium, *dec.* 221. *n.* 8.

Statum beneficii non immutant Proviſiones Apoſtolicæ, *dec.* 284. *n.* 2.

Nec minus tollit, quod pro metiendo ultimo ſtatu poſſeſſorio non attendatur, qui præcedenter extaret in quaſi poſſeſſione præſentandi, *ibid. n.* 3.

Et in hac materia requirendum eſt quiſnam per antea pacificè præſentaverit, *ibid.* 4.

Succeſſor in Beneficio moleſtari nequit pro penſionibus decurſis adhibito etiam rigore diligentiarum, *deciſ.* 256. *n.* 55.

Vacans poteſt Patronus laicus canonicè variare ac divertere in aliam Perſonam, *deciſ.* 249. *num.* 9.

Vacatio inducitur per detentionem alterius Beneficii incompatibilis, & Poſſeſſor utriuſque abſque Pontificia diſpenſatione ſe confovet in illicita poſſeſſione, *deciſ.* 203. *num.* 8.

Item

Item inducitur tam per ceſſum, quam per deceſſum poſſeſſoris, vel alias canonicè proviſi, *dec.* 249. *n.* 10.

Vacatio ſi evincat exiſtente plena S. Sede in menſe reſervato etiamſi nulla emanat Apoſtolica proviſio, adeo Beneficium ob impreſſam reſervationem affectum remanet S. Sedi, *dec.* 252. *num.* 2.

Si vero d. vacatio ſucceſſerit e vivis erepto Pontifice, cum ipſo pariter obeunt quæcumque reſervationes, & Regulæ Cancellariæ, & remanent liberæ manus Ordinarii, aliorumve inferiorum Collatorum, *ibid. n.* 3.

Valor Beneficii neceſſarium eſt, ut innoteſcat Pontifici ad finem denegandi, concedendi, vel temperandi gratiam, *dec.* 217. *n.* 21.

BENEPLACITUM.

Non requiritur quando una Eccleſia contraxit cum altera, vel una Eccleſia alienat favore alterius, *dec.* 328. *n.* 12. Et de ratione, *ibid.*

Multoque minus requiritur in qualibet ſolidatione computorum, vel ſucceſſiva tranſactione facta cum Debitoribus, vel Adminiſtratoribus, *ibid. n.* 13.

Nuſquam a S. Sede relaxatur niſi in evidentem Eccleſiæ utilitatem, *dec.* 211. *n.* 8.

Et inutilitas, & pernicies d. conceſſionis eſt per allegantem lucidiſsimè demonſtranda, *ibid. num.* 9.

Obſervantia continua i non probata nunquam præſumitur, *dec.* 314. *n.* 10.

Præſumitur interveniſſe per lapſum 30. annorum, *dec.* 328. *n.* 15.

Præſumi nequit ex obſervantia longeva ſi ea ſit interrupta, & æquivoca, *dec.* 273. *n.* 14.

Solemnitates omnes ſupplentur per Beneplacitum Apoſtolicum in contractibus Eccleſiæ non adhibitæ, *dec.* 317. *n.* 18.

BESTIAMINA.

Separabilia non ſunt à Fundo tamquam illius inſtrumenta, *dec.* 325. *n.* 9.

BONA.

Acquiſita a filiis præſumuntur acquiſita ære paterno, vel ad Patrem ſpectaſſe, *dec.* 261. *n.* 11.

Alienata pro debito fideicommittentis perpetuo remanent extra cauſam fideicommiſſi, *deciſ.* 204. *n.* 23.

Certo ſub onere a Teſtatore gravata non valent diſpoſitioni contrariæ ab hærede ſubmitti, *deciſ.* 259. *n.* 13.

Derivatio bonorum ex quibus reſultet, *dec.* 241 *num.* 24.

Deſcripta a Teſtatore in ſuo Teſtamento, illaque fideicommiſſo gravata, etſi non fuerint propria, ſed hæredis gravati, præſumptio eſt, quod d. gravamen voluerit etiam in bonis dicti hæredis gravati, *dec.* 261. *n.* 14.

Neque de hac poteſtate Teſtatoris ambigendum eſt ſi filii hæredes gravati illius Teſtamentum acceptaverint, *ibid. n.* 15.

Diminutio ſive alteratio bonorum non præſumitur niſi poſt lapſum decennii, *dec.* 323. *n.* 15.

Donata alicui quandoque vivente etiam donatore in extraneas & alienas tranſeunt familias, *deciſ.* 296. *n.* 11.

Eccleſiaſtica vocantur Chriſti Domini hæreditas, & Patrimonium, *dec.* 221. *n.* 2.

Eccleſiæ alienari nequeunt niſi concurrente neceſſitate, ſeu utilitate evidenti, & beneplacito Apoſtolico, *deciſ.* 210. *n.* 11.

Et ubi utilitas deficit corruit etiam confirmatio Apoſtolica illam ſupponens, ac requirens, *dec.* 211. *n.* 4.

Facultas conceſſa alicui recuperandi certa bona referenda eſt ad merum jactum retis, ſeu talem qualem ſpem recuperandi, quæ remanet in eventualitate, & nihil concludit, *deciſ.* 204. *num.* 25.

Fideicomiſſaria remanent libera in ultimo hærede fideicommiſſario ſi ſine filiis decedat, vel gravato præmoriatur, *dec.* 296. *n.* 9.

Hæreditaria fideicommittentis pro debito ad ipſum ſpectante, nuſquam præſumuntur diſtracta ad vitam gravati, qui ad nihilum de proprio tenebatur, *dec.* 204. *num.* 24.

In medio ſituata ſpectare præſumuntur ad Dominos habentes prædia circumadiacentia, *dec.* 223. *num.* 4.

Juriſdictionalia augent juſtum prætium, itaut venditiones, quæ circa bona indifferentia correſpondent annuo redditui ſe. 4. vel 5. in dd. bonis juriſdictionalibus menſurantur ad duo tantum, *dec.* 222. *n.* 1.

Noſtra intelligimus etiam ea, quę reſtitutioni ſunt obnoxia, *dec.* 286. *n.* 38.

Atque æqua lance cadunt ſub determinatione, ſive diſpoſitione Teſtatoris *ibid. n.* 39.

Obligari poſſunt bona libera, & allodialia omnibus & quibuſcumque Creditoribus, *dec.* 294. *n.* 3.

Principi quæ bona acquirantur veluti privatæ Perſonę, & quæ illi veluti Principi abſoluto, & independenti veniunt *dec.* 319. *n.* 15.

BONA *fides*.

In negociis Banci aliiſque ſimilibus exhuberat bona fides *dec.* 224. *n.* 26.

BVLLA BARONVM

Bona a Baronibus per aliquod temporis ſpacium poſſeſſa vigore Bullæ Baronum a S. M. *Clementis VIII.* editæ ſubiacent debitis, & hypothecis contractis ab eiſdem Baronibus, *dec.* 301. *n.* 2.

Bulla Vrbani VIII., per quam conſulitur fideicommiſſis adverſus Bullam Baronum examinatur, *dec.* 237. *n.* 23.

Cogit Creditores cenſuarios etiam invitos ad extinctionem cenſuum, & quomodo, *dec.* 282. *n.* 1.

Creditorum cautelis per hanc Bullam non eſt conſultum, quia tenentur accipere pecuniam vinculatam, *dec.* 282. *n.* 7.

In materia cenſuali ſervanda eſt tanquam lex inviolabiliter, *dec.* 282. *n.* 3.

Qualitas baronalis requiritur, ad hoc ut vigore Bullæ Baronum abſcindantur fideicommiſſa & bona reducantur ad inſtar indifferentium *deciſ.* 301. *n.* 6.

Et præterea quod poſſeſſio rerum eximendarum a fideicommiſſo extiterit penes Baronem obligatum, ſeu debitorem, *ibid. n.* 7.

Tantæ eſt efficaciæ, ut abroget quodcumque fideicommiſſum in præjudicium vocatorum, licet ſimpliciter, & per momentum temporis bona fideicommiſſaria fuerint a Barone poſſeſſa, *dec.* 237. *n.* 19.

BULLA.

Bonifacii IX., & *Pauli V.* non adaptantur illi, qui ſubjectionis qualitatem non habet, *dec.* 285. *num.* 15.

Explicantur *deciſ.* 545. & 680. *Pamphil.* de prędd. Bullis loquentes, *ibid. n.* 18.

Urbani VIII. moderatoria emanata poſt Bullam Baronum quid diſponat, & quando intret, *deciſ.* 301. *n.* 10.

C

CADUCITAS.

AD *caducitatem* rei alienatæ ubi agitur ſufficit dumtaxat ipſum materiale factum alienationis, ſi verò intentatur commiſſum, & privatio totius, tunc exigitur probatio doli, & malitię formalis, *dec.* 259. *n.* 5.

Ubi verò concurrit voluntas, & intentio Teſtatoris exuberat ad caducitatem incurrendam, dolumve ſubintelligendum, quod alienans idoneam habuerit notitiam nedum ipſius Teſtamenti, ſed & prohibitionis in illo contentę, *ibid. n.* 6.

Incurriſſe ut quis dicatur in caducitatem ob alienationes factas, neceſſe eſt quod dd. alienationes præter poſitivam indictionem caducitatis præſeferant malitiam, ac dolum, *dec.* 271. *num.* 8.

CALCULATIO.

Natura calculationis ea eſt, ut hinc inde data ſive debita apponantur, ſive dinumerentur, *dec.* 283. *n.* 18

CALUMNIA.

Major ſæpe, vel quandoque adeſſe valet in accuſante alterum de Calumnia, *dec.* 255. *n.* 15

CAMBIUM.

Creditor nequit protrahere proprio marte cambium ſupra tempus in conventione expreſſum, *dec.* 224. *n.* 16.

Licet cambii duratio protracta ab aliquibus DD. & Sac. Rota uſque ad integram ſortis reſtitutionem ſit admodum controverſa, *ibid. num.* 17.

Iſta tamen propoſitio procedit attentis peculiaribus facti circumſtantiis, *ibid. n.* 18.

In renovationibus cambiorum neceſſarium non eſt quod quis ſe ſubſcribat, ſed ſatis eſt quod intercedat nuncupatio nominis illo tacente, & conſentiente, *dec.* 224. *n.* 39.

Inter Mercatores an, & quando extinctum cenſeatur, *dec.* 224. *n.* 40.

Declara, *ibid n.* 41.

Reſtringitur ad primas Nundinas etiam abſque dictionibus taxativis, *dec.* 224. *n.* 19.

Reſtitutione cambii ad primas nundinas reſtricta, durat favore Creditoris mandatum pro renovatione cambii uſque ad perfectam ſatisfactionem, *dec.* 224. *n.* 42.

Tranſportatio ad novum cambium, novaſque literas facta de extinctione veteris cambii, non importat veram illius extinctionem, ſed omnimodam reviviſcentiam, aut potius perdurationem in ſecundo, *deciſ.* 224. *n.* 36.

CAMPANA.

Priori loco pulſandi campanam in Sabbato Sancto ante Paſcha Dominicæ Reſurrectionis ſpectat ad Eccleſiam Cathedralem, *dec.* 320. *n.* 3.

Ampliatur etiam in Eccleſia Matrice in circumſtantia etiam, quod aliqua fortaſſe Eccleſia Collegiata ſolita ſit habere omnimodam præcedentiam ſupra eandem Matricem, *ibid. num.* 4.

Sacri CANONES.

Adhærere non dedignantur in puri facti notitiis Tribunalibus ſæcularibus, *dec.* 291. *n.* 13.

CANONICVS CANONICI.

Turnarium Ius ſemper attinet ad Canonicum antiquiorem, *dec.* 258. *n.* 9.

Turnarius in Germania vigore concordatorum confert Beneficia, quæ ſuo tempore vacant *dec.* 258. *n.* 1.

CAPITULUM.

Conſtituitur ex legitimè invitatis, non curatis aliis pariter vocatis, ſed abſentibus, *dec.* 317. *n.* 22.

Fundationis præſumptio ex redditibus communibus Capituli ab aliquibus enervatur, *dec.* 252. *n.* 15.

Ius conferendi Beneficia, quod Epiſcopo viventi competebat nullo pacto uſurpare ſibi poteſt Capitulum, *dec.* 252. *n.* 4.

Idque procedit quamvis de jure, vel conſuetudine teneretur Epiſcopus in collatione Beneficiorum procedere cum conſilio, ſive conſenſu Capituli, *ibid. n.* 5.

Quinimo per regulam 2. Cancellariæ exiſtunt hujuſmodi Beneficia quatenus vacent poſt obitum Epiſcopi expreſſe S. Sedi reſervata, *ibid. n.* 6.

Id tamen limitatur quoad Capitulum Tiraſonen. quod ad inſtar quoque multarum Eccleſiarum illarum partium fruitur ſimultaneo jure conferendi cum Epiſcopo, *ibid n.* 7.

Neque intrat reſervatio vigore *Regulæ* 2. *Cancellariæ*, *ibid. n.* 8.

Item hæc procedunt ſi collatio diviſa fuerit per Turnum inter Epiſcopum & Capitulum, quia tunc per Jus quoddam non decreſcendi defecto Epiſcopo remanet tota facultas conferendi in Capitulo, & poteſt conferre etiamſi vacatio contigerit in Turno Epiſcopi, *ibid. n.* 9.

Sicuti in Jurepatronatus pariformiter individuo, in quo per abſtenſionem, vel inhabilita-
tem

Digitized by Google

tem aliorum Patronorum, totum; erieverat, & reſidet in uno etiam Patrono actu præſentante, *ibid. n.* 10.

Simultaneum Jus conferendi cum Epiſcopo qua ratione Capitulo tributum fuit a Sacris Canonibus, *dec.* 252. *n.* 11.

In hac tamen materia totum facit conſuetudo, quæ efficit, quod Jus conferendi Præbendas vel ad ſolum ſpectet Epiſcopum, vel ad Capitulum, *ibid. n.* 12.

Si verò pro parte Capituli nulla oſtendatur collatio ſimultanee inita cum Epiſcopo concludi debet vel non adeſſe hanc conſuetudinem favore Capituli, vel potius vigere contrariam, *ibid. n.* 13.

Hoc tamen ſimultaneum Jus locum habet in portionibus ſimplicibus, & generice in quibuſcumque Beneficiis inferioribus, *ibid. n.* 14.

Et quomodo hæc conſuetudo juſtificari debeat, *ibid. n.* 16.

CAPPELLA.

Appellatione bonorum, & jurium abſque neceſſitate ſingularis expreſſionis, ſive mentionis venit etiam Cappella, *dec.* 286. *n.* 36.

CARCER.

Aufugiens a carceribus, ac exilium frangens propter recurſum ad principem, ſive S. Sedem non eſt rigoroſè puniendus, *dec.* 263. *n.* 2.

CAUSA, CAUSÆ.

Ad inſulam Melita remittenda eſt cauſæ cognitio ſi ea verſetur inter mere laicos juxta diſtinctionem Perſonarum in ſupremo magno Magiſtro militantem, *dec.* 292. *n.* 1.

Ceſſante ceſſat aſſignatio illius vigore facta, *dec.* 283. *n.* 17.

Commiſſa poſtquam reperitur a Judice prioris inſtantiæ ad Sac. Rotam totum negocium ad eandem devolvitur, *dec.* 322. *n.* 8.

Amplia, *ibid. n.* 9.

Continentia cauſarum operatur, ut acta facta coram alio Iudice ſint nulla, & attentata, *dec.* 213. *n.* 14.

In cauſis forenſium applicari non poteſt ſanctio ſtatutaria *Vrbis in Cap.* 180. *lib.* 1. ſed procedendum eſt de Iure per tres conformes, *dec.* 267. *n.* 2.

In mixtura duarum cauſarum recurrendum ſemper eſt ad Ius commune, *dec.* 323. *n.* 20.

Pluralitas cauſarum nunquam eſt præſumenda, *dec.* 292. *n.* 3.

CAUTHELA *Angeli*.

Ad juſtificandam cauthelam Angeli ſat eſt ſola poſſeſſio ante executionem, præſertim ſi concurrant adminicula, *dec.* 226. *n.* 15.

Dubium ſi in Rota fuerit diſputatum ſuper cauthela Angeli, non eſt ultra inquirendum quam de viribus præd. cauthelæ, *dec.* 271. *n* 4.

Tertio opponenti cauthelam Angeli ante factam executionem ſat eſt docere de materiali poſſeſſione, ſecùs ſi eadem cauthela allegetur poſt factam executionem, *dec.* 226. *n.* 2.

Declara, quod etiamſi poſtea ab Actore probaretur, quod reus nullo ſuffultus titulo rem detentaret, ſed ratione ſolius hypothecæ illi incubaret, adhuc obſervanda ſemper foret eadem cauthela, *ibid. n.* 3.

Et de differentia inter utrumque caſum, *ibid. n.* 4.

Titulo, & poſſeſſione indiget, *dec.* 293. *la* 2. *n.* 1.

CAUTIO.

De reſtituendo prioribus, & potioribus operatur, ut pecuniæ videantur extare penes debitorem, vel in Banco Iudicis, vel perdurare in ſuo primævo depoſito, *dec.* 282. *n.* 2.

Nec ſoluta d. pecunia dicitur, *dec.* 300. *n.* 16.

CEDENS.

Adſtringitur tradere ceſſionario inſtrumenta crediti, ſive Iuris ceſſi, alias tenetur de proprio pro capitali ceſſo, illiuſque fructibus deficientibus, *dec.* 322. *n.* 5.

Creditum proprium, vel jura ordinaria immunis eſſe debet ab omni novatione, ſeu præjudicio, & ſatisfaciet ſi præſtat illa jura uti manebant apud ſe, *dec.* 318. *n.* 10.

CENSURÆ.

In cenſurarum abſolutionibus, quæ cauthelæ de more adhiberi ſolent, *dec.* 263. *n.* 1.

Per cenſurarum fulminationem nil aliud Sac. Canones intendunt obtinere, quam reſipiſcentiam, & obtemperantiam contumacibus, *deciſ.* 263. *n.* 6.

CENSUS.

Cedula Bancaria tradita Notario per Emptorem cenſus in ipſa impoſitione reddit contractum tutum; ſecùs tamen eſt de ordine, qui fictioni ſubjacet, & intermediæ exactioni, *dec.* 205 *num.* 4.

Quando hæc diſtinctio limitetur, & non in, tret, *ibid. num.* 6.

Creditor cenſus habens notitiam evictionis fundi cenſiti ex facto proprio, nequit amplius prætendere fructus, *dec.* 239. *n.* 6.

Poſſidens hæreditatem ſui debitoris vel cenſus interim remanet conſepultus, vel eſt diſſolvendus ex fructibus hæreditatis, *dec.* 283. *n.* 8.

Dominus cenſus, ſi acquirat dominium Fundi cenſiti irrevocabiliter cenſus extinguitur, ne detur ſervitus in re propria, *dec.* 239. *n.* 5.

Ex credito creari nequit juxta conſtantem Sacræ Rotæ opinionem rejectis contrariis, *dec.* 205. *n.* 7.

Limita num. 8.

Extinguitur quando evictio fundi cenſiti ſequuta ſit ex cauſa neceſſaria, ſecus ex voluntaria, *dec.* 274. *n.* 21.

Declara quod fructus ſaltem debeantur loco damnorum, & intereſſe non probata ſcientia creditoris cenſuarii ſuper evictione Fundi, *ibid. n.* 22.

Extinctio probatur per intervallum longiſſimi temporis, & urgentibus ſolitis conjecturis, & acquieſcentia creditoris, *dec.* 283. *n.* 3.

Fructus ſoluti à debitore tempore, quo cenſus erat nullus cedunt in extinctionem ſortis, *dec.* 205. *n.* 10.

Impoſitio ac ſimul fidejuſſio facta a minoribus vigore Conſtitutionis a Card. Carillo promulgatæ, & ſine ſolemnitatibus eſt nulla, *dec.* 300. *n.* 20.

Impoſitionem cenſus fuiſſe ſimulatam apparet ſi illius impoſitor fructus nunquam percepit, neque illius vigore fuit aliquid perſolutum, *dec.* 251. *n.* 6.

Juncta præſertim indigentia impoſitoris, qui fructus cenſus ſi verus extitiſſet non neglexiſſet exigere, *ibid. n.* 7.

Impoſitus ſuper fundo ſi pars illius venditur, durat in ea parte terreni, quæ ſuper eſt, *dec.* 239. *n.* 7.

In ſolutum dans, vel aſſignans cenſum cum promiſſione ſecuritatis, vel exigibilitatis obſtringitur ratione ſaltem damnorum, & intereſſe ad æquipollens reſtaurum, *dec.* 322. *n.* 7.

Sors cenſus ex ſanctionibus Pontificiis eſt penitus irrepetibilis, ne alias contractus cenſualis deflectat in mutuum uſurarium, *dec.* 274. *n.* 10.

Peti poteſt in contractu cenſus nominato loco intereſſe, non uti prætium, & ſors principalis, *ibid. n.* 11.

Eſt repetibilis ſi immineat concurſus Creditorum ſuper bonis cenſualis debitoris, *ibid. n.* 13.

Titulus cum redit ad non titulum cenſus redit ad primeva Iura, & Dominus cenſus conſequi debet fructus ſui cenſus, *dec.* 283. *n.* 7.

Validè, ut dicatur conſtitutus juxta formam Pianę Conſtitutionis, requiritur, ut pecunia numeretur coram duobus Teſtibus, & Notario, *dec.* 205. *n.* 1.

Venditio, vel alienatio fundi cenſiti facta per debitorem, minimè facit cenſum extinguere, *dec.* 239. *n.* 8.

CENSUS *quoad Sanationem*.

Efficit ut pro fructibus decurſis, & non ſolutis relaxari ſoleat, & debeat etiam mandatum, *deciſ.* 205. *n.* 9.

Non denegatur ubi liquet de crediti præxiſtentia, & realitate, *dec.* 205. *n.* 8.

Papa non præſumitur juri tertio quæſito per ſanationem voluiſſe præjudicare, *dec.* 205. *n.* 17. *Limit. num. ſeq.*

Papa non poteſt abſque juſta, & rationabili cauſa cenſum ſanare, *dec.* 205. *n.* 14.

Papa poteſt cenſum ſanare non obſtantibus ſententiis illius nullitatem convincentibus, *deciſ.* 205. *n.* 16.

Sanatione non eſt opus, ſi loco pecuniæ numeratæ fuerit contextualiter directus Ordo alicui Monti, in quo pecunia extabat, & fuit per Impoſitorem cenſus exacta, *dec.* 205. *n.* 2.

Vel ſaltem hoc caſu nunquam ſanatio denegatur, *ibid. n.* 3.

Sors cenſus ſi fuerit extincta illius ſanatio concedi nequit, *dec.* 205. *n.* 11.

CENTENARIA.

Præſumere facit quemcumque meliorem titulum de Mundo, *dec.* 309. *n.* 25.

CESSIO.

Comprehendit omnia bona, & jura, quæ ſpecificantur in ea, *dec.* 276. *n.* 6.

Pacta pro ſolvendo periculum exigibilitatis, vel aliud quodcumque remanet apud cedentem, *dec.* 292. *n.* 10.

Facta pro ſoluto, ſive pro ſolvendo quando locum habeat, *dec.* 286. *n.* 8.

Facta quando dicatur de nomine debitoris, vel de re in ſolutum, *dec.* 292. *n.* 8.

Extendit nequit ad id, de quo non cantat inſtrumentum, *dec.* 276. *n.* 8.

In ſolutum venditioni aſſimilatur, præcipuè ſi fiat ex cauſa correſpectiva, *dec.* 292. *n.* 11.

Et vendentes expreſſè obligantur de evictione, quæ ſequatur circa rem venditam tranſfuſo in reliquis periculo in emptorem, *ibid. num.* 12.

Natura ceſſionis, ſive dationis in ſolutum ea eſt ut periculum nominis, vel rei ceſſæ transfundatur in ceſſionarium, *dec.* 292. *n.* 9.

Rei prohibitæ alienari facta pro filiis, & deſcendentibus tamquam ſubverſiva fideicommiſſi non ſuſtinetur, *deciſ.* 309. *n.* 37.

Verbis generalibus concepta quamvis fuerit reſtringi tamen debet ad Jus, quod cedenti competebat, *dec.* 319. 17.

CESSIONARIUS.

Regreſſum habet contra cedentem pro eo, quod non potuit recuperare, *dec.* 292. *n.* 7.

CITATIO.

Contra quoſcumque intereſſe habentes optime ſatisfacit erga quoslibet clandeſtinos, vel ignoratos, aut ſuccedaneum foventes intereſſe, *dec.* 222. *n.* 12.

Defectus citationis allegari nequit ad infractionem Judicati poſt decurſum annorum 20., *deciſ.* 222. *n.* 16.

Irrogat ſemper nullitatem, *dec.* 260. *n.* 9.

Sanatus dici poteſt per comparitionem, ſi comparitio facta fuerit ante promulgationem ſententiæ, *ibid. n.* 11.

Si verò d. comparitio facta fuerit coram Iudice appellationis nullo modo per d. comparitionem ſanatus dicitur talis defectus, *ibid. n.* 12.

Domi dimiſſa copia regulariter æquipollet citationi perſonali, *dec.* 309. *n.* 7.

Ægroto facta ſat eſt quod in manibus Domeſticorum reliquatur, nec eſt neceſſe illam perſonaliter exequi, *dec.* 213. *n.* 8.

Fieri debet omnibus intereſſe habentibus, *dec.* 326. *n.* 12.

Impedimento rationabili concurrente citati ſufficit citationem deferere in manibus Domeſticorum & in aliquibus caſibus ad valvas etiam, & confinia, *deciſ.* 213. *n.* 9.

In manibus Domeſticorum, ſeu domi dimiſſa copia facta in Tribunali A. C. quotidie admittitur, & ad commodum citantis ſuos producit effectus, *dec.* 213. *n.* 1.

Neceſſaria eſt in pleriſque actibus, uſque ad præfinien-

finiendam, conſumendamque deliberationem, ſeu adjudicationem, *dec.* 323. *n.* 2.

Neceſſaria omnino eſt in ſubhaſtatione, alias ſubhaſtatio eſt nulla, *dec.* 323. *n.* 6.

Declara, *ibid. n.* 7.

Non requiritur ſi citatus ex poſt recognoſcatur nullam habiturum fuiſſe defenſionem, etiamſi fuiſſet in effectu judicialiter laceſſitus, *dec.* 319. *n.* 24.

Per Edictum ſeu proclama tunc attenditur, quando Perſona citanda eſt incerta, *dec.* 245. *n.* 14.

Recurſus ad Iudices laicos pro impedienda executione citationis, vel alterius actus, præſumuntur habiti ab eo, cujus intererat quominus actus fieret, *dec.* 213. *n.* 11.

Reproductione citationis alias legitime expletæ quandocumque ſubſequuta, actus retrotrahitur ad ſuum initium, *dec.* 213. *n.* 12.

Vires aſſumit a reproductione, vel evaneſcit ac ſi non foret donec, & quouſque ſubſequatur illius legitima reproductio, *dec.* 213. *n.* 5.

CIVILITAS.

Privilegio Civilitatis, ut quis uti poſſit neceſſe eſt ut tale privilegium exhibeatur conſilio ſeu Magiſtratui ejuſdem Civitatis, & privilegiatus deſcriptus ſit in Catbalogo Civium, *dec.* 285. *n.* 13.

Reliqua vide in verb. *Privilegium*.

CIRCUITUS.

Non admittuntur in Tribunalibus, *dec.* 233. *n.* 4. *dec.* 274. *n.* 6.

Vitandi omni jure ſunt, *dec.* 271. *n.* 6.

CLAUSULA.

Ampliſſima, & generaliſſima intellectum ſemper recipiunt a ſubſtantia, & intra limites actus demandati, & voliti, *dec.* 224. *n.* 13.

Appoſita in Teſtamento numquam tribuit facultatem progrediendi ultra terminos diſpoſitionis explicandæ, *dec.* 296. *n.* 14.

Cum continuatione operatur pro die ſequenti, & ad ſummum per biduum non vero ad ſeptem, vel octo dies, *dec.* 260. *n.* 10.

Dummodo aliunde &c. appoſita in reſignationibus opponi tantum poteſt ſuper illius non verificatione ab ipſo reſignante, non vero a Tertio, *dec.* 217. *n.* 10.

Si non percutit alimenta ab ipſa reſignatione percipienda, tunc non opponente reſignante exceptionem alimoniç Gratia ſubſiſtit, & cenſetur Jus abdicatum, *ibid. n.* 12.

Si vero penſio reſervanda eſt pars integralis verificationis alimentorum, vel d. clauſulæ, tunc quilibet Tertius valide poteſt exceptionem promovere. *ibid. n.* 13.

Dicta tamen clauſula verificari non eſt neceſſe ſi reſignans prædeceſſit poſt ſignatam ſupplicationem vel expeditas literas reſignationis *ibid. n.* 14.

Quod procedit etiamſi reſignans civiliter mortuus fuerit, *ibid. n.* 15.

Conſtitutio Pii V. præſcribens primario reſervationem congruæ alimoniæ ſub d. clauſula *dummodo aliunde* limitat ubi reſignans ſit ingreſſus in Religionem, *ibid. n.* 18.

Verificatio d. clauſulæ non expoſcitur in re reſignatione, quæ fit per merum Clericum *ibid. n.* 22.

Non obſtante, vel *non obſtantibus* tollit ſolummodo omnia ea, quæ diſpoſitioni in qua eſt appoſita obſtare poſſunt, *dec.* 286. *n.* 43.

Omni melliori modo operatur, ut contractus valeat eo modo, quo valere poteſt, *dec.* 237. *n.* 13.

Quatenus citandi forent legitimi contradictores nullam præfefert agnitionem Iuris paſſivi, ſed apponitur pro cautela adjecta in Literis Apoſtolicis, *dec.* 208. *n.* 41.

Sine præjudicio alicujus &c. adjecta in Gratia Apoſtolica arcet omne præjudicium, quod tertio irrogari poſſet, *dec.* 238. *n.* 13.

Et quid importet, *dec.* 250. *n.* 13.

Numquam operatur quoad realiter diſpoſita & expreſſa incompatibiliter quoad ipſam reſervationem, *ibid. n.* 15.

CLERICATUS.

Præjudicium tertii ubi adeſt probari debet Clericatus cum literis patentalibus Ordinarii, aut alterius Epiſcopi, *dec.* 236. *n.* 15

Reliquæ vide in *verb. ſequenti*.

CLERICUS.

Character clericale in male promoto ſuſpenſum an quoad effectum, & exercitium reviviſcere valeat ex ratihabitione, *dec.* 245. *n.* 12.

Declara quod voluntas proprii Ordinarii ratum habendi Clericatum nulliter ab alio Antiſtite collatum debet eſſe clara, & præciſa, *ibid. n.* 13.

Congrua ad vitam neceſſaria deducenda ſemper eſt Clerico a vexationibus Creditorum, *dec.* 245. *n.* 3.

Id tamen procedit ſi vere ſit Clericus & ſervat requiſita a Concilio Trid. prçſcripta, ſi vero fuerit nulliter promotus, vel ſaltem ſuſpenſus gaudere non debet Clericalibus privilegiis, *ibid. n.* 4.

Quiuimo ſicuti ſevere plectendus eſſet, qui ſine legitima adſcriptione uſurpat nomen militare, non verò favore, & gratiis fulciendus *ibid. n.* 5.

Ita abſonum, & nimis aſperum videtur quod male, & illegitime initiati gauderent illa lege, in quam peccarunt contra omnem rationem, & æquitatem, *ibid. n.* 6.

Quando præſertim Eccleſia adeo cultrix eſt Juſtitiæ, ut ad ſatisfactionem debitorum mandaverit ſubſidiarie implicari etiam fructus Beneficiorum Eccleſiaſticorum, *ibid. n.* 7.

Concurrente potiſsimum juramento, quo caſu ob tale vinculum, vel prorſus impeditum hujuſmodi beneficium, vel in omnem caſum præventiva expoſtulatur abſolutio, *ibid. n.* 8.

Et in urbe concurrente juramento, & obligatione cammerali, neque a Judicibus Ordinariis, concedi poteſt Clericis debitoribus tale præſidium, niſi fuerit de manu ejuſdem Papæ poſitiva commiſſio, *ibid. n.* 9.

Diſponere poteſt inter vivos de fructibus Eccleſiaſticis, ſecus in Fundatione teſtamentaria in locis

Digitized by Google

cis tamen, in quibus viget inteſtabilitas, & ſpolia Clericorum, *dec.* 221. *n.* 6.
Doloſus in contrahendo debitum non admittitur ad beneficium *Cap. Odoardus*, *dec.* 245. *n.* 20.
Ludendo, ac luxurioſe vivendo amittit Beneficium *Cap. Odoardus dec.* 245. *n.* 21.
Negociationibus ſi ſe immiſcet non juvatur *Cap. Odoardus* ob debita in illis contracta *dec.* 245. *num.* 18.
Et hoc procedit etiam Clerico effecto debitore ex cauſa ſibi a Jure prohibita adminiſtrationis bonorum pupillarium, *ibid. n.* 19.
Parentes ex bonis Clericorum auferre debent legitimam, *dec.* 236. *n.* 10.
Primam tonſuram ſeu Ordines recipiens ab alieno Epiſcopo, ſine dimiſſorialibus, vel licentia proprii Ordinarii, remanet ipſo jure ſuſpenſus, *dec.* 245. *n.* 10.
Neque hoc caſu attendi debet aſſertio Collatoris deponentis tonſuram contuliſſe de licentia proprii Ordinarii, *ibid. n.* 11.
Privilegio Cap. Odoardus non gaudet niſi habeat conciliaria requiſita, *dec.* 245. *n.* 15.
Dicta tamen conciliaris diſpoſitio procedit quoad privilegium Fori tantum non verò quoad alia privilegia, *ibid. n.* 16.
Teſtamentum, ut condere poſſit tria illa requiſita habere debet, præſcripta eidem ad ſortiendum Forum Eccleſiaſticum. *dec.* 236. *n.* 18.
Teſtari libere poteſt de bonis Caſtrenſibus, & quaſi, *dec.* 236. *n.* 5. & 8.
Et in dd. bonis Patri non competit uſusfructus, *ibid. n.* 6.
Declara quod per iſtam factionem teſtamenti nullo pacto poteſt Patri adimi uſusfructus ante Clericatum acquiſitus, *ibid. n.* 7.
Potiſſimum ſi Pater hæres inſtitutus teſtamentum filii in pluribus actibus approbaverit, & de ratione, *ibid. n.* 8.
Tonſuram, & habitum a ſe projiciendo ſe facit indignum cujuſcumque favoris, ac privilegii, *deciſ.* 245. *n.* 17.
Tribunali ſeculari an ſeſe ſubjicere valeat, *dec.* 323. *n.* 8.

COLLATIO.

Ordinarii judicium magnopere eſt attendendum in Collationibus Beneficiorum, & Curæ animarum, *dec.* 246. *n.* 13.

COLLATOR

Fides omnis præſtari debet in iis, quæ concernunt ſubſtentationem propriæ collationis, *dec.* 246. *num.* 17.

COLLITIGANS.

Cauſam in Rota pendentem non poteſt alio deviare, ſive alium Judicem adire abſque vitio attentatorum, *dec.* 299. *n.* 7.

COLLUSIO.

Cauſa ſimulandi data, & concurrentibus conjecturis eſt innegabilis, *dec.* 207. *n.* 11., & 12.
Conjunctio ſanguinis probat de facili colluſionem, *dec.* 213. *n.* 10.
Non admittitur non probata neceſſitate, vel occaſione colludendi, *dec.* 313. *n.* 10.
Non præſumitur in honeſta, & nobili Perſona *deciſ.* 306. *n.* 12.
Nunquam præſumitur veluti fraudem involvens *dec.* 256. *n.* 45.

COMMENSALITAS.

Ceſſante commenſalitate per mortem Papæ nunquam ceſſat affectio, *dec.* 255. *n.* 28.
Diſſolvitur ad inſtar cujuſdam ſocietatis per mortem Commenſalis, vel Domini *dec.* 255. *n.* 24.

COMMISSIO.

Inſerenda neceſſariò eſt in aſſueta citatione ad dicendum contra commiſſionem, *dec.* 292. *n.* 2.
Intra annum ſi neque ſignata, neque fuerit incapſata, deſerta, atque inefficax remanet appellatio, *dec.* 250. *n.* 1.
Judices delegati religiosè cuſtodire debent limites Commiſſionis, *dec.* 249. *n.* 4.

COMMVNIO.

Concurrente ſocietate, ſive communione inter Fratres, quiſque abſque ulla ratificatione remanet obligatus pro debito contracto, ac recognito ab aliis Fratribus, *dec.* 228. *n.* 16.
Cohabitatio formalis, quæ non interrumpitur per unius, vel alterius Fratris abſentiam promanantem ex cauſa proprii exercitii exhuberat ad communionem inducendam, *dec.* 228. *n.* 17.
Non inducitur ſi deficiat tertium requiſitum conſiſtens in reciproca communicatione lucrorum citra ullam diſpunctionem rationis, *dec.* 228. *num.* 18.

COMPENSATIO.

Admittenda non eſt inter creditum clarum, & turbidum; liquidum, & illiquidum, *dec.* 233. *n.* 2., *dec.* 306. *n.* 18.
Crediti certi, & indubitati quantumvis poſterioris admittitur reſpectu Creditorum anteriorum, ſive intermediantium, *dec.* 233. *n.* 5.
Inducitur inter Mercatores ex contrapoſitione partitarum debiti, & crediti utriuſque Partis, *dec.* 239. *n.* 4.
Intrat inter credita, & debita hinc inde liquida, & inſtrumentalia, *dec.* 247. *n.* 14.
Rejicitur ſi credita non ſint liquida, cum quibus compenſari prætenditur, *dec.* 308. *n.* 9.

COMPOSITIO.

Amicabilis a S. Sede reportata deſtrui non debet *dec.* 240. *n.* 10.

COMPVTA.

Diſpunctio iterata computorum fieri nuſquam poteſt, aut debet poſt ſolidationem ſemel factam niſi per antea docto de claro, ac manifeſto errore, *dec.* 328. *n.* 9.
Redditio computorum in rebus cameralibus quomodo facienda, & qua pœna mulctentur integra computa non reddentes, *dec.* 292. *n.* 14.

CONCESSIO.

Poſteriores conceſſiones, ac privilegia a Papa conceſſa non ligantur determinationibus Sacr. Concil. Trid. cui Papa ſuperior eſt, *dec.* 295. *num.* 10.

CONCLAVISTÆ.

Civilitatem eligentes unius Civitatis, reputari debent

bent ac ſi eſſent veri Cives ejuſdem Civitatis, *dec.* 284. *n.* 4.
Limita, *ibid.* *n.* 11.

CONCORDIA.

Abrogata, vel contradicta, nec obſervata capax non eſt prębendi aliquem titulum ad Juris deſtructionem, *dec.* 314. *n.* 8.
Adimpleta niſi fuerit concordia ſolemnis, & jurata remanet actio unicuique ad integrum implementum, *dec.* 317. *n.* 14.
Antiſtitum præcedentium ſufficiens non eſt ad obligandos ſucceſſores, ſi eadem facta fuit citra approbationem S. Sedis, *dec.* 320. *n.* 24.
Eccleſia Maioricen. reportata ab illius Epiſcopo ſuper jure privativo conferendi Beneficia in aliquibus menſibus reſervatis fuit pro rationabili & juſta pluries a Sac. Rota canonizzata, *deciſ.* 265. *n.* 7.
Inter Eccleſiaſticos inita invaliditatis nota laborat abſque explicita confirmatione S. Sedis, *dec.* 165. *n.* 6.
Ob inobſervationem pactorum poteſt quis reſilire a concordia, & redire ad primęva jura, *dec.* 314. *num.* 15.
Obſervata niſi fuerit nequit quis in ea ſe fundari, *dec.* 317. *n.* 9.

CONCVRSVS.

Creditorum de natura eſt, ut præſtetur cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus, *dec.* 282. *num.* 6.
In concurſibus Judiciis conſignationum cauſæ cognitio ſemper contingit, *deciſ.* 299. *num.* 24.
In receptione pecuniarum facta in concurſu ſi dictum fuerit *de ſolvendo Creditoribus* congrue hoc ſemper interpretatur ad mentem Juris videlicet anterioribus, & potioribus, *dec.* 318. *num.* 18.

CONDEMNATVS.

Alternative poteſt a præcedenti electione variare, *dec.* 303. *n.* 8.

CONDEMNATIO.

Super falſitate neque de rigore ſufficienter probat in Judicio civili. *dec.* 204. *n.* 5.

CONDITIO.

Quandiu nuſquam datur ubi quæſtio eſt de facienda repetitione de una ad alteram partem contra Jus, *dec.* 255. *n.* 29.

CONDOMINIVM.

Facit quod fructus repartiendi ſint inter Condominos, *dec.* 312. *n.* 9.

CONFESSIO.

Autberit impugnari nequit ab illius hærede, *dec.* 298. *n.* 12.
Contra propriam confeſſionem regulariter probatio non admittitur, quæ manifeſtum errorem non convincat, *dec.* 290. *n.* 17.
Dubitativa præſervativa, vel aliquo modo incerta nocere nequit confitenti, *dec.* 322. *n.* 12.
Impugnari nequit ab habente cauſam a confitente *dec.* 223. *n.* 12.
In inventario emiſſa reſpectu ſortientium, cauſam ab inventarlantibus plene probat, *deciſ.* 223. *num.* 12.
Ne confitenti noceat ſat eſt, quod ſit dubia, & generica, *deciſ.* 201. *num.* 16.
Nihil operatur niſi ſit clara, & perſpicua, *dec.* 223. *num.* 42.
Partis in Judicio ſuperat quodcumque genus probationis, *dec.* 218. *n.* 1.
Probatio major dari nequit quam propria confeſſio *dec.* 270. *n.* 9.
Propria impugnari nequit, *dec.* 217. *n.* 7.
Pręſertim ſi ſit emiſſa in inſtrumento, *deciſ.* 283. *n.* 53.
Reſultans a deſcriptione Executorum teſtamentariorum præſcindere nequit a ſua qualitate, *dec.* 279. *n.* 7.

CONFIRMATIO.

In forma ſpecifica facta ſeorſim, ac diſtinctim a confirmationibus in forma generali quid præſeferat, & includat. *deciſ.* 295. *num.* 12.

CONGREGATIO.

Conſiſtorialis quoties promoveri contingat ad Cathedralem aliquem obnoxium particulari reſidentiæ, vel curæ Animarum ſolet temporalem iſtius fruitionem, ac retentionem concedere, *dec.* 203. *n.* 2.
Rituum, & Summus Pontifex abſolutam habent poteſtatem regulandi univerſam Lyturgiam, omneſque ſacras Functiones, *dec.* 214. *n.* 14.

CONGRVA.

Aſſignatio congruæ neceſſariò exprimi debet ſub illa formula *cum ſolita congrua*, ut facere ſolet Sac. Cong, negociis conſiſtorialibus præpoſita, *dec.* 253. *n.* 17.

CONJECTVRÆ.

Conjungi non debent niſi ſint in ſe perfectiſſimæ, *dec.* 234. *n.* 25.
Fortiores regulant debiliores, præſertim ſi illæ regulę juris nitantur, *dec.* 253. *n.* 3.
Temporis progreſſivitatem denotantes receditur a *Gloſſ. in L. Lucius la* 2. *ff. de her. inſtit.* & a doctrina *Cumani in L. Hæredes mei* §. *Cum ita ff. ad Trebell.*, *dec.* 261. *n.* 3.

CONSENSVS.

In materia feudali ubi Princeps conſenſum præbet alicui contractui adeo fixum, ac reale reſultat Jus contrahentibus, ac creditoribus ſuper ipſo Feudo, ut data etiam legitima ejus devolutione Princeps tenetur pati ſolutionem creditorum, *dec.* 250. *n.* 20.
Præſtans conſenſum alienationi, ſeu ſubjugationi rei ſibi obligatæ propriam cenſetur remiſiſſe hypothecam, *dec.* 250. *n.* 16.
Idque procedit licet agatur de hypotheca dotali, & conſequenter de præjudicio Mulieris conſentientis, *ibid.* *n.* 17.

CONSERVATORES.

Juriſdictionem nullam fovent forenſem, & contentioſam in ſtatu Leodienſi, aliiſque in locis, ſed ad ſummum valent compeſcere ſub cenſuris Turbatores. *dec.* 295. *n.* 4.

CONSTITVTIO.

Contra Conſtitutionem Pontificiam quidquid geſtum fuerit eſt nullum, & irritum, *dec.* 274. *num.* 12.

Pri-

Privativa, & pœnalis canonizzari nequit pro ſufficienti ſine Apoſtolica Authoritate, *dec.* 273. *num.* 13.
Synodalis venit regular iter omnino ſervanda, atque habenda pro lege Diœceſana, *dec.* 234. *n.* 4.

CONSVETVDO.

Abuſiva etiamſi ſit pacifica an veniat rumpenda, *dec.* 320. *n.* 17.
Admittenda eſt per quam aliquid exigitur ab obtinentibus Beneficium, & diſtributiones, dummodo non in ipſorum exigentium utilitatem, ſed Eccleſiæ; alioſque pios uſus convertatur, *dec.* 273. *n.* 16.
Ad eam enervandam, nedum Teſtes, ſed ſolus rumor in contrarium exuberat, *dec.* 238. *n.* 10.
Amplianda non eſt, *dec.* 214. *n.* 2.
Attendenda ut ſit probari debet cum ſuis notoriis requiſitis, *dec.* 238. *n.* 9.
Certa non verò æquivoca eſſe debet, *dec.* 273. *n.* 9.
Sac. Concil. Trid. abrogavit quaſcumque conſuetudines etiam immemorabiles, *dec.* 320. *n.* 20.
Contra ſtatutum non ex ſimplici atteſtatione Cauſidicorum, ſed formiter cum ſuis notoriis requiſitis probanda eſt, *dec.* 283. *n.* 14.
Declaratio, ſive confeſſio multum deſeruit pro arguenda negativa conſuetudine, *dec.* 252. *n.* 18.
Deferre ſatius eſt conſuetudini obſervatæ Populorum, quam aliud in diſſenſionem, & ſcandalum Populi novitate, quadam ſtatuere, *dec.* 266. *num.* 19.
Excluditur contrariis atteſtationibus, *dec.* 273 *n.* 10.
Immemorabilis in materiis præeminentialibus, niſi deſtituta ſit legitimitate cauſæ capax eſt ſubſiſtendi non obſtante cenſura Concilii in contrarium abrogantis quaſcumque conſuetudines, *dec.* 320. *n.* 8.
Immemorabilis non datur abſque titulo vero, vel præſumpto, *dec.* 314. *n.* 16.
Lucrandi diſtributiones in abſentia valet ſtante neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ, *dec.* 314. *n.* 19.
Mutatio conſuetudinis, quæ utilitate adjuvet novitate perturbat, *dec.* 266. *n.* 20.
Scindi nequit, ſed vel eſt omnino abolenda vel permittenda cum ſuis practicis incidentiis, *deciſ.* 215. *n.* 5.

CONTRACTVS.

Claudicans favore minoris, vel Mulieris, revera claudicat, ſi ipſe Minor, vel Mulier velit, *deciſ.* 328. *n.* 20.
Correſpectivi, ut dicantur contractus non ſufficit, ut illi habeant cauſam ſeparatam, ſed attenditur, quod contrahentes unum ſine altero non feciſſet, *dec.* 281. *n.* 7.
Initus cum ratione bancaria continuata valet etiam cum damno Pupilli, *dec.* 224. *n.* 28.
Initus pro ſe & Perſona nominanda, tunc nominans in ſua obligatione, & figura contrahentis perſeverat ſecus ſi dictus contractus fuerit tantum celebratus *pro Perſona nominanda*, *dec.* 222. *n.* 12.
In contractibus conductionis nequit certa norma præfigi cum totum proveniat a voluntate pactionis Patriſfam. locatoris, vel conductoris, *dec.* 219. *n.* 14.
Interpretationi contractuum ambiguorum non parum opitulatur mos & conſuetudo Regionis, *deciſ.* 219. *n.* 13.
Non ſolviſſe idem eſt ac contractum fuiſſe ſine conſumatione, & effectu, *dec.* 322. *n.* 3.
Modus diverſus contrahendi diverſam denotat intentionem contrahentium, *dec.* 219. *n.* 12.
Ratum quilibet habere poteſt contractum etiamſi nullum, *dec.* 228. *n.* 15.
Simulatus habetur contractus quotieſcumque contrahens poſt contractum permanet in poſſeſſione rei caſſæ, *dec.* 322. *n.* 4.

CONTRAHENS.

Cum aſſenſu ſuperioris, vel Principis ſequi dicitur fidem ejuſdem Principis, *dec.* 250. *n.* 19.
Inquirere tenetur de ſtatu facultate, & intereſſe illius cum quo contrahit, *dec.* 224. *n.* 12.
Modus diverſus contrahendi diverſam denotat intentionem contrahentium, *dec.* 129. *n.* 12.
Sciens in actu contrahendi extare fideicommiſſum non verſatur in illa bona fide, quę requiritur ad effectum abrogandi fideicommiſſa, *dec.* 301. *n.* 11.

COPIA.

Adminiculo plura ſi concurrant ſtandum eſt ſimplici copiæ, *dec.* 225. *n.* 10.
In actis judicialiter relictæ nec ſub calore productionis impugnatæ plena fides pręſtanda eſt, *deciſ.* 225. *n.* 9.

CONTRAVENTIO.

Præcepto Teſtatoris multifariam, & ſecundum varios effectus quomodo ſit conſideranda, *dec.* 272. *num.* 25.

CONVENTIO.

Correſpectiva non eſt, quæ ſecumtrahit aliam cauſam, ſeu correſpectivitatem, *dec.* 281. *n.* 8.

COPVLA.

Ad probandam copulam, vel ſucceſſivam filiationem quid requiratur *dec.* 290. *n.* 20.
Mulieri dictum, quærimoniæ, & conquæſtiones ad effectum probandi copulam parum attenduntur, *dec.* 290. *n.* 15.
Præſertim ad irritandum matrimonium à Viro ſolemniter contratum in faciem, Eccleſiæ quo caſu ſuperlativæ in ſuo genere exiguntur probationes, *ibid.* *n.* 16.

CORRECTIO.

Incontinenti & inter unum, & alterum inſtrumentum non præſumitur, ſed ad eam evitandam omnis poſſibilis capitur interpretatio, *dec.* 223. *num.* 7.

CORRESPECTIVITAS

Ceſſante correſpectivitate ceſſat aſſignatio illius vigore facta, *dec.* 283. *n.* 17.

CREDITOR.

Accollatione non obſtante deficiente conſenſu atque delegatione retinet in ſuo nexu, & obligatione veterem debitorem *dec.* 323. *n.* 28.
Actio à creditore exercenda eſt contra depoſitum ſi adſit, *dec.* 262. *n.* 33.
Adiens hæreditatem ſui debitoris confundit omnes actiones, *dec.* 296. *n.* 2.
Adnotatam habens horam in inſtrumento prefertur

Digitized by Google

tur illis eam non habenti, *deciſ.* 292. *num.* 6.
Caſualis Creditor non poteſt non eſformato prius concurſu Creditorum inſtare judicialiter pro reſtitutione, ſeu recuperatione ſortis, *dec.* 274. *num.* 16.
Conſtitutio S. M. Divi *Pii V.* concedens prælationem Creditori cenſuario locum non habet extra ſtatum Eccleſiaſticum, *deciſ.* 262. *num.* 24.
Credidiſſe magis præſumitur fideicommittenti, quam gravato, & de ratione, *deciſ.* 256. *n.* 59.
Dimiſſus ſemper dicitur ſi ſolutio fiat in pecunia ſive in mercibus, ſive in bonis, ſive in quacumque alia materia *deciſ.* 307. *num.* 7.
Excommunicatus quia non ſolvit, abſolvitur cum cautione de ſolvendo ſi ad pinguiorem fortunam devenerit, *deciſ.* 245. *num.* 1.
Expetere poteſt ea, quæ ſuus debitor expetiiſſet, *deciſ.* 296. *num.* 7.
Habens tam Creditorem, quam fidejuſſorem æque principaliter obligatum poteſt poſthabito debitore principali ſatisfactionem expetere a fidejuſſore, *deciſ.* 282. *num.* 13.
Magis privilegiatus ſi ſatisfieri non potuerit, multò minus credendum eſt Creditorem minus privilegiatum, & poſteriorem ſatisfactionem fuiſſe conſecutum, *deciſ.* 256. *num.* 61.
Moroſus ubi fuit, & contumax in exquirendo ſolutionem a principali debitore nequaquam poſtea ei licet ſe convertere ad fidejuſſorem, *deciſ.* 256. *num.* 13.
Quod procedit etiam in dote, *ibid. n.* 14.
Opinio Borgnin. Cavalcan. firmatis, ut Creditor poſterior deperdere non debeat inſurgentibus Creditoribus anterioribus rem retractam, & pecuniam exburſatam refellitur, *deciſ.* 318. *num.* 11.
Pecunias dans alicui negocio ſub aliquo nomine cantanti non compellitur indagare ſecretas conventiones, ſed habet obligatum illum ſub cujus nomine cantat negotium, *deciſ.* 224. *n.* 29.
Poſterior impedire nequit executionem mandati a Judice relaxati favore Creditoris anterioris contra communem debitorem, *deciſ.* 241. *n.* 1.
Prætendere plus nequit quam ejus author, *deciſ.* 296. *num.* 3.
Procurator legalis eſt ſui debitoris, *deciſ.* 296. *num.* 1.
Rem communiter obligatam ſi coemerit impedire nequit Jus offerendi *deciſ.* 262. *num.* 9.
Remedia quæ tribuantur Creditoribus ſuper rebus ſibi pignori datis vel captis in cauſam judicati, *deciſ.* 262. *num.* 1.
Salviano creditor agens repelli poteſt oblatione ſolutionis a poſſeſſore, *deciſ.* 318. *num.* 8.
Et talis creditor hoc caſu tenetur exolvere idem creditum libere, & abſque ulla conditione, *ibid. num.* 9.
Satisfactus de pecunia fidejuſſoris tenetur cedere actiones ipſi fidejuſſori, *deciſ.* 282. *num.* 9.
Separationis bonorum Beneficium, quo caſu Creditori debetur, *deciſ.* 300. *num.* 19.
Variare licet contra hæc vel illa bona debitoris, ſeu contra hanc vel illam perſonam coobligatam uſque ad initio, *deciſ.* 282. *num.* 15.
Maxime ſi accedat efficacia obligationis cameralis, *ibi d. n.* 16.
Veniens ad concurſum compellitur ſubire vinculum reſtituendi prioribus & potioribus ſucceſſivè venientibus, *deciſ.* 318. *num.* 15.

CREDITUM.

Accollatio crediti redolere videtur ſpeciem ſolutionis, *deciſ.* 323. *num.* 23.
Declara quando procedat, *ibid. num.* 24.
Et in accollatione per creditorem facienda requiritur conſenſus Creditoris accollantis in ipſo actus, non vero ante, vel poſt, *ibid. n.* 25.
Et debitor tali caſu remanet, ut prius obnoxius eidem Creditori non conſentienti, *ibid. num.* 26.
Alienum allegari nequit præſertim ad effectum agendi, cum repelli quis poſſit vulgato axiomate, *Tua non intereſt*, *deciſ.* 262. *num.* 32.
Retentio non datur pro credito dotali, quod ex perceptione fructuum remanſit vel extinctum, vel ſaltem illiquidum, *deciſ.* 218. *num.* 6.

CULPA.

Incuſari non debet is, qui fecit ea, quæ facere ſolebat, ac fecit idem Teſtator, *deciſ.* 237. *n.* 24.

CUMULATIO.

Remediorum cumulatio paſſim conceditur nedum in Beneficialibus, ſed etiam admittitur in prophanis citra ullum vitium contradictionis, & repugnantiæ, *deciſ.* 293. *num.* 1.

CURA *Animarum*.

Exerceri poteſt per Presbyterum deputatum ad nutum amovibilem, *deciſ.* 266. *num.* 10.
Longe plus eminet, quam licentia reportata audiendi confeſſiones, *dec.* 246. *n.* 8.
Sacerdos, qui in eadem Eccleſia ſummo cum plauſu & univerſali dilectione curam animarum exercuit in concurſu præferendus eſt, *dec.* 269. *n.* 9.
Tranſlatio curæ animarum fit cauſa majoris commoditatis, vel etiam neceſſitatis Populorum, *deciſ.* 266. *n.* 8.
Et probatur ſi omnia bona, & redditus Parochiales aſſignati fuerint Eccleſiæ in quam tranſlata fuit altera Eccleſia Parochialis abſque ulla participatione Parochi Eccleſiæ tranſlatæ, *ibid. num.* 9.
Reliqua vide in verbo *Parochus*.

CURATOR.

Deputatio Curatoris uti merè ſubſidiaria non admittitur in Tribunalibus, niſi in deficientia veri hæredis & legitimi defenſoris, *dec.* 230. *num.* 4.

CURIALES.

Approbati a S. Rota ſe ſe ſubſignare adſtringuntur in Summario tamquam fidejuſſores expoſitæ veritatis, *deciſ.* 260. *num.* 1.

D

DAMNVM.

Iudicis imperio revocari debet damnum illud quod injuſtè patitur, *deciſ.* 250. *num.* 5.

DATARIA.

In proviſionibus Beneficiorum ſolet ſemper anteferre præſentes in Curia, *deciſ.* 246. *num.* 9.

DATIO *in ſolutum*.

Simulata præſumitur, ſi poſſeſſor in poſſeſſione permanſit, *deciſ.* 222. *num.* 14.

DEBITOR.

Adiens ſive oſcitanter, ſive induſtriosè hæreditatem debitoris obæratam nullum valet irrogare detrimentum Creditoribus ob beneficium ſeparationis bonorum, *deciſ.* 239. *num.* 10.

Certo tempore adventuro ſolvere obligatus, non impeditur anticipare ſolutionem, *deciſ.* 237. *num.* 9.

Deponere obligatus ſpoliatus non remanet poteſtate experiendi Jura ſua in concurſu cum aliis Creditoribus, *deciſ.* 233. *num.* 3.

Nomina debitorum deteriora facta an cedant commodo hæredis, vel fideicommiſſarii, *deciſ.* 306. *num.* 9.

Non impeditur ſolvere ſuo Creditori præſertim anteriori ubi non obſtet aliqua inhibitio, ſeu hominis impedimentum, *deciſ.* 207. *num.* 15.

Reſilire nequit ab electione facta pro ſolvendo debito in aliqua ſpecie bonorum, *deciſ.* 303. *n.* 3.

DEBITVM.

Approbationem, & agnitionem debiti præſefert petitio dilationis ad effectum ſolvendi, *deciſ.* 206. *num.* 8.

Præſertim ſi d. petitio fuerit in Judicio deducta, illaque debitor uſus fuerit, *ibidem num.* 9.

Incertum, & conditionale nemo præſumitur ſolvere voluiſſe citra evidentem jactationem, ſive diſperſionem, *deciſ.* 303. *num.* 5.

Reliquatus eſt, quod repugnat coæquationi, & contrapoſitioni ſatisfactoriæ debiti, & crediti, *deciſ.* 204. *num.* 7.

Solutio debiti ſive *compenſatio* inducitur ex contrapoſitione partitarum inter negotiatores, atque in quibuslibet Tabernis mercantilibus, *deciſ.* 204. *num.* 6.

DECIMÆ.

Dari ſolent in defectum redditium Eccleſiaſticorum, *deciſ.* 253. *n.* 12.

Perceptio decimarum non arguit de neceſſe actualem Parochialitatem, aut perſeverantem curam habitualem cum poſſint Decimæ alio jure ad alium ſpectare, *deciſ.* 223. *num.* 8.

Solutio decimarum ad plures alios titulos referri poteſt quam ad immediatam ſuperioritatem, quæ ſecumfert Jus viſitandi, *deciſ.* 295. *num.* 15.

Solutio decimarum ſequitur rem, & poſſeſſorem *deciſ.* 207. *num.* 16.

Solutioni decimarum obnoxii nequeunt impugnare jus decimandi Decimatoribus conjunctis cum Epiſcopo, *deciſ.* 315. *num.* 3.

DECISIO.

Supponenda eſt, habendaque pro ipſa veritate, *deciſ.* 258. *num.* 3.

Supponenda eſt pro ea decreta fuit expeditio, *deciſ.* 237. *num.* 25.

DECISIONES *peculiares*.

Compoſtellana Parochialis 2. *Maij* 1692. & 16. *Iunij* 1693., & 28. *Iunij.* 1694. *cor. Caprar.* optime declaratur, *deciſ.* 217. *num.* 11.

Deciſ. 367. *cor. Dunozzet* explicatur, *deciſ.* 249. *num.* 23.

Deciſ. 480. *par.* 13., & *cor. Buratt.* 437., & 512. quo caſu procedant late examinatur, *dec.* 217. *num.* 16.

DECLARATIO.

Emiſſa in actu ſerio, & proportionato omnem tollit ambigendi cauſam, *deciſ.* 221. *n.* 9.

Hæredum tractantium ſuper bonis fideicommiſſariis occaſione liquidandi detractiones, aufert ſuper dubia interpretatione vocabulorum omnem difficultatem, *deciſ.* 287. *num.* 12.

Super re dubia per virum eximiæ nobilitatis, ac fidelitatis eſt attendenda, *dec.* 244. *n.* 28.

DECLARATORIA.

Ad parendum aſſignata ceſſat ſi quis pareat mandatis, & ad illam ſervandam pronus ſe monſtret, *dec.* 263. *n.* 7.

Quod etiam procedit in declaratoria, ſeu gravatoria prophana, quæ datur ad unicum effectum parandæ obedientiæ, *ibid.* *n.* 8.

DECRETALES.

In Cap. 5. *de Sepultur.* expenditur, *dec.* 240. *num.* 1.

DEFALCATIO.

In defalcationibus diſcutiendi ſunt ſiniſtri caſus inundationis ſcilicet, & tempeſtatum, *dec.* 306. *num.* 11.

DELIBERATIO.

Differt a terminis adjudicationis, *deciſ.* 323. *n.* 9.

Iudicialis, ac ſolemnis ruit ex inſubſiſtentia crediti *deciſ.* 204. *num.* 8.

Nulla eſt ob defectum præſentiæ pecuniæ numeratæ, *deciſ.* 323. *num.* 21.

Et contra Judicem habentem fidem de pretio de jure competeret actio de dolo, *ibid. n.* 22.

DEMONSTRATIONES.

Conſecutivæ explanant actus, & veritatem antecedentem, *deciſ.* 309. *num.* 30.

DEPOSITARIVS.

Per lapſum longi temporis præſumitur ſuæ adimpleviſſe obligationi reponendo monetam conventam, *dec.* 205. *num.* 13.

DEPOSITVM.

In pecunia numerata transfert dominium in recipientem, qui uti poteſt pecuniis, & aſſumitur periculum in ſe ſicut in mutuo, *dec.* 205. *num.* 12.

DEROGATIO.

De certa voluntate Papæ derogantis, ut conſtet requiritur explicita claritudo, non autem ſubobſcurum verborum involucrum, *dec.* 218. *n.* 8.

Fi-

Fideicommiſſorum, aliarumque ultimarum voluntatum concedi poteſt a Summo Pontifice, *deciſ.* 212. *n.* 1.

Et ſuper eadem derogatione adeſt in ſtatu Eccleſiaſtico celebris Bulla Baronum, *ibid.* *n.* 2.

Dicta vero derogatio, cum odioſitatem contineat, neceſſe eſt, ut profluat a Principe de certa ejus intentione, & voluntate, *ibid.* *n.* 3.

Potiſſimum ſi agatur de adſtruenda, ſeu alteranda Teſtatoris voluntate, *ibid.* *num.* 4.

Quinimo ſi ſervata non fuerit forma in derogatione præſcripta, præter vitium ſubreptionis, & obreptionis gratia caducatur, *ibid.* *num.* 5.

Gratia derogationis ne retrotrahatur ſuperabundat, quod quis prius pervenerit ad alienationem bonorum, & poſtea gratiam expediverit, *deciſ.* 212. *num.* 23.

DESCENDENTES.

Mentione deſcendentium prætermiſſa ex æquitate cenſentur ſemper expreſſi deſcendentes ad arcendum ſaltum bonorum ad ſecundariò ſubſtitutum, *deciſ.* 208. *num.* 38.

Præferendi ſemper ſunt de linea fœminina jam admiſſa, licet exiſtant alii fortaſſe proximiores de linea non adhuc admiſſa. *deciſ.* 208. *num.* 46.

DICTIO DICTIONES.

Di eſſo præſefert lineam reſtrictive nominati, non verò ſubextenditur ad aliam lineam contentivam non nominati, *deciſ.* 296. *num.* 15.

Ex originem, & derivationem indicat, *deciſ.* 208. *num.* 37.

Fino latinè *uſque* magis probabiliter intelligitur excluſivè, *deciſ.* 223. *num.* 27.

In circa quantitatem in ancipiti relinquit, *deciſ.* 244. *num.* 12.

Infra relationem habet ad inferius dicenda, & ſecundum ea ragulatur, *deciſ.* 271. *num.* 13.

Lineę, & *familiæ* quando ſuperaccedit adjectio cognominis, ſeu agnationis, filii, ac deſcendentes a fœmina utpotè alterius agnationis, ac familiæ non comprænhenduntur, *dec.* 208. *n.* 11.

Mentre latinè *dummodo*, ſeu *dum* conditionem, ſeu formam præſefert, *deciſ.* 212. *num* 7.

Omnino præſefert enixam intentionem volitam in omni caſu a Teſtatore, quam præſeferret dictio *ſemper*, *deciſ.* 221. *num.* 13.

Perciò pandit cauſam animativam ſupplicationis, & conceſſionis, *deciſ.* 292. *num.* 13.

Quandiu eſt temporis modificativa, & aſſimilatur dictionibus, *Quoad*, & *donec deciſ.* 255. *n.* 20.

Videlicet & *niſi* declarant intentionem ſtatuentium & inſerviunt ad ſuadendam limitationem arctativam, & præciſam, *deciſ.* 235. *num.* 20., *deciſ.* 277. *num.* 18.

DIGNITAS.

In ingreſſu eorum novę electionis ſolent quandoque Dignitates ſolvere aliquam ſummam ex tolerantia Sac. Canonum. *deciſ.* 326. *num.* 3.

DILATIO.

Auditor S. Rotæ ſolet quandoque ſolus dilationes concedere ejus arbitrio, ac Religione, *deciſ.* 256. *num.* 1.

In illis tamen concedendis habenda ſemper ante oculos eſt temporis conſideratio, *ibid.* *n.* 2.

Tribunalium, & Judicum præcipuum munus eſt amputare dilationes, *deciſ.* 265. *num.* 1.

DILIGENTIÆ.

Ab aliis, & ab ipſamet Parte adverſa factis valent exuſare, & cæteris etiam proſunt, *deciſ.* 256. *num.* 63.

Curandum non eſt de diligentiis non profuturis, *deciſ.* 256. *num.* 51.

In re litigioſa ſervandæ ſunt eę diligentiæ, quas quis in rebus propriis adhibuiſſet. *dec.* 306. *n.* 10.

Morales, & congruæ culpoſam ſocordiam excludunt, *deciſ.* 256. *num.* 56.

DISCRETIVA.

Multum operatur in ultimis voluntatibus, *deciſ.* 286. *num.* 42.

Quid operetur in materia dotis, *deciſ.* 210. *n.* 28.

Voluntatem diverſam demonſtrat, *deciſ.* 230. *n.* 26.

DISCVRSVS.

Æquivocus, & irrelevans non probat, *deciſ.* 208 *num.* 15.

Panditi, quandoque fuere in Sac. Rota diſcurreſus inſtructivi ob aliquo Auditore, ſive Cauſæ Ponente, *dec.* 326 *n.* 1.

Trahi ad d diverſa non debet idem diſcurſus, *dec.* 280. *n.* 20.

DISMEMBRATIO.

Curæ, & erectio formalis novæ Parochiæ fieri debet accedente Populorum neceſſitate, vel majori conſuetudine, *dec.* 266. *num.* 21.

Stricte capienda eſt, neque extendenda tamquam tertio præjudicialis, *dec.* 280. *num.* 15.

DISPENSATIO.

Ad enervandam præſumptionem diſpenſationis Apoſtolicæ de jure ſolum repugnat ac limitatur quoties non intervenit coæqua obſervantia, *dec.* 309. *num.* 26.

Subreptitia & inefficax eſt non expreſſo peculiari impedimento, *dec.* 309. *num.* 31.

DISPOSITIO.

Finem diſpoſitionis, ſeu inſtituti qui adimplet laudabiliter ſemper agit, *dec.* 216. *num.* 7.

DISTRACTIO.

Qualitas diſtractionis probari poteſt ex obſervantia tam proxima, quàm diſcretivè procedente, *dec.* 280. *num.* 22.

DISTRIBUTIONES.

Canonici, & Capitulum non valent per quamcumque legem, ſive conſuetudinem injungere, ſeu tolerare, ut diſtributiones percipiantur ab iis qui Choro non interſunt, *deciſ.* 314. *n.* 9. & 11.

Conſuetudo lucrandi diſtributiones in abſentia valet ſtante neceſſitate, ſive utilitate Eccleſiæ, *deciſ.* 314. *num.* 19.

Debentur tamquam militaria inſtrumenta illis, qui ſubſtinent pondus diei, & æſtus in Choralibus ſervitiis illius Eccleſiæ à qua recipere prætendunt diſtributiones, *deciſ.* 314. *num.* 2.

Debentur ratione laboris, & operis impenſi in vinea Domini, ideſt in Eccleſia, & nuncupantur denarii diurni, *deciſ.* 273. *num.* 2.

Quia os Bovi trituranti claudi non debet, *ibid. n.* 1., *& dec.* 326. *n.* 7.

Dividendæ ſunt ad limites Dignitatis, ipſiuſque ſervitii, *decif.* 326. *num.* 2.

Quotidianæ lucrari nequeunt ab eo, qui excepta cauſa adverſæ valetudinis, aut neceſſitatis, ſive utilitatis ejuſdem Eccleſiæ a chorali ſervitio ſe eximeat, *decif.* 314. *num.* 7.

Vicarius Epiſcopi inſimul, & Canonicus ſi Choro interſit in Sede debita illius honorificentiæ non perfruitur diſtributionibus ſibi cæteroquin competentibus tamquam Canonico, *decif.* 314. *num.* 3.

DISTRICTVS.

Leodienſis optime ſervat Sacroſan. Concil. Tridentinum, *decif.* 295. *num.* 9.

DIVINUM *Servitium*.

Sac. Rota ne Divinum ſervitium decrementum patiatur ſolet injungere, quod illius nomine in vacatione proviſio aliqua accipiatur, *decif.* 321 *num.* 7.

Reliqua vide in verb. *Vacatio*.

DIVISIO.

Admittitur paſſim ex adminiculis, & indiciis recto Judicis arbitrio penſandis, *decif.* 223. *n.* 56.

Circa Jus individuum quale eſt Primogenitura, præſefert prohibitam omnino à Teſtatore fuiſſe alienationem, *decif.* 272. *num.* 10.

Dominium illico transfert, *decif.* 223. *num.* 59.

Favore poſſeſſoris beneficio temporis paſſim inducitur *decif.* 223. *n.* 61.

Et de rationibus, *ibid. num.* 62.

Inventa eſt pro evitandis jurgiis, ac controverſiis, *decif.* 223. *num.* 60.

Nonpræſumitur tamquam quid facti *dec.* 223. *n.* 50.

Ex convincentibus tamen conjecturis & præſumptionibus paſſim admittitur, *ibid. n.* 51. *&* 56.

Pati velle quis non præſumitur diviſionem, ſi integra res privative ad eum ſpectaret, *decif.* 226. *num.* 10.

Prohiberi an poſſit ex teſtamento, vel pacto, ſive in perpetuum, *decif.* 230. *num.* 7.

Pro rata proportionabiliter facienda eſt, *decif.* 276. *num.* 20.

DOLUS.

Ex fuga, ſeu latitatione à facie creditorum nullo interim probato infortunio clare arguitur dolus, & fraus, *decif.* 245. *num.* 22. *&* 24.

Panditur ex conjecturis, & circumſtantiis, *decif.* 245. *num.* 23.

DOMINIUM.

Altius, & majus Principis Superioris, ſeu Supremi ſemper eſt præſupponendum in ſpecie ſtatus Eccleſiaſtici, *decif.* 202. *num.* 4.

Arguitur a locatione contrario non apparente *decif.* 234. *num.* 19.

Fundiarium univerſale publicæ libertatis, & commercii impeditivum per concludentiſſimas juſtificationes probari debet, alias omnis præſumptio viget pro libertate, *dec.* 202. *n.* 5.

Negativa demonſtratio Dominii Vniverſalis fundiarii reſultat ſi Baro in ſuo Cathalogo admodum paucas deſcripſiſſet alienationes, ſeu acquiſitiones, quæ directum illius dominium recognoſcerent, *decif.* 202. *num.* 10.

Probatio veri dominii emergit ex actibus Dominicalibus, *dec.* 260. *n.* 2.

Et juſtificatio poſſeſſionis omnino manutenibilis, *ibid. n.* 3.

Præſumitur illius, cui incumbit incommodum, & jactura refectionis, & expenſarum, *decif.* 223. *num.* 32.

DOMUS *Barberina*

Diſpenſationem habet retinendi Bajulivatum Religionis Hieroſolymitanæ unà cum Vxore, *decif.* 309. *num.* 24.

DONATARIUS.

Manutentio debetur donatario ex judicio per Donantem, ſeu cedentem in vita inchoato, *decif.* 254. *num.* 9.

Vniverſalis capit omnia ea, quæ pertinent ad donantem, & ſtat loco hæredis irrevocabiliter, *decif.* 236. *num.* 33.

Vniverſalis habetur loco hæredis, *decif.* 247. *num.* 18. 283. *num.* 4.

DONATIO.

Annullari nequit ex capite dementiæ niſi de præciſiſſimo tempore ejus confectionis demonſtretur furor actualis, & dementia, *decif.* 288. *n.* 2.

Certæ Perſonæ facta contemplatione etiam agnationis, & familiæ defecto donatario ſine filiis minimè reſolvitur, ſed bona evadunt libera penes hæredes donatarii, *decif.* 269. *num.* 12.

In donatione inter vivos ſi adſunt verba *poſt mortem* dicuntur adjecta cauſa demonſtrationis, & ne donator vivens tale incommodum ſubiret, non verò per modum cauſæ finalis, *decif.* 296. *n.* 6.

In præjudicium vocatorum facta eſt irrita, *decif.* 237. *num.* 5.

Perfecta, & irrevocabilis conditiones poſtea non capit, *dec.* 296. *n.* 13.

DONATOR.

Eo ipſo quod donat bona hæreditaria fit hæres illius cujus erant eadem bona, *decif.* 247. *num.* 22.

DOS.

Communium filiarum detrahi prius debet a paterna hereditate, quam a ſubſtantia Matris, *decif.* 262. *num.* 14.

Condemnari non debet ad reſtitutionem dotis hæreditas Viri ſi illa inexigibilis remanſit abſque ulla culpa Viri, *decif.* 286. *num.* 7.

Conſtituta quando dicatur in quantitate, & non in fundo, *decif.* 303. *num.* 4.

Deducenda non eſt in præjudicium maſculorum, *decif.* 262. *num.* 15.

Dominium dotis excepto caſu veri fundi dotalis a viro exactæ, vel de facili exigendæ tranſit in eumdem Virum, *decif.* 286. *num.* 9.

Detrahenda eſt in ſubſidium a fideicommiſſo quando ſcilicet non adſint bona libera, *decif.* 218. *num.* 5.

Æſtimata facit emptionem, & venditionem ſi Maritus in caſu reſtitutionis promiſit illam reſtituere iiſdem modis, & formis quibus data fuit, *decif.* 303. *num.* 9.

Fideicommiſſi bona alienari poſſunt pro dotis reſtitutione etiam quando tempore dotis datæ ad erant bona libera, quæ deinde tempore reſtitutionis dotis reperiuntur conſumpta, *deciſ.* 256. *num.* 22.

Fructus dotis Marito eo ipſo debentur quod ſuſtinet onera Matrimonii, ſive dos promiſſa fuerit in re, ſive in quantitate *deciſ.* 283. *n.* 9.

Fructus dotis interim non debentur ſi in inſtrumento dotali fuit data dilatio ad numerandam d. dotem, *deciſ.* 310. *num.* 4.

Fructus dotis debentur abſque aliqua interpellatione cum ſatis interpellent ipſamet onera quotidiana, *deciſ.* 310. *num.* 6.

Et nihilominus durante dilatione non valet Maritus dotales uſuras a promiſſore prætendere, *ibid. num.* 7.

Hypothecam deſumit vigore *Auth. Res quæ* a die obitus Teſtatoris, & eſt ſemper præferenda in concurſu Creditorum gravatorum, *deciſ.* 272. *num.* 21.

Interuſuria dotalia ſi non fuérint per Mulierem, vel ejus Virum congruo tempore exacta expeti adhuc valent contra ſucceſſorem in fideicommiſſo, *deciſ.* 256. *num.* 52.

Limita ſi culpæ Viri, vel Mulieris adſcribi poteſt cur pecunias debito tempore a priori poſſeſſore non exegerit, *ibid. num* 53.

Debentur conſtante matrimonio Marito, & Uxori, *deciſ.* 278. *num.* 9.

Et poſt obitum Viri neceſſaria omninò eſt interpellatio, ut Creditores illa conſequi poſſint *ibid. num.* 10.

Peti nequeunt abſque ſolitis requiſitis, *deciſ.* 303. *num.* 15.

Per diſſolutionem Matrimonii ceſſant, *deciſ.* 283. *num.* 10.

Nationes plurimæ ſunt, quæ de conſuetudine potius conſtituunt dotem mulieribus quam quod ab ipſis mulieribus Homines dotes recipiunt, *deciſ.* 310. *n.* 35.

Pater tenetur dotare filiam etiam ſi ea dotem jam conſtitutam ab eodem Patre deperdiſſet, *deciſ.* 256. *num.* 42.

Satisfieri quoties commodè valet cum fructibus fideicommiſſi, illius ſubſtantiam exauriri nequit, *deciſ.* 256. *num.* 18.

Teſtator ſi jubet quod ex fructibus fideicommiſſi dos perſolvatur, tenetur hæres obedire præcepto Teſtatoris, *deciſ.* 218. *num.* 7.

Vigore Auth. Res quæ habet prælationem in bonis fideicommiſſariis a Jure, quam non haberet ſuper bonis indifferentibus, *deciſ.* 267. *num.* 12.

DUBIUM.

Propoſitum abſque reſolutione, & contumacialiter reputatur actus merè extrajudicialis, nec idoneus ad præjudicium irrogandum, *deciſ.* 317. *num.* 15.

Reſpondendum ſtricte eſt dubio in Sacra Rota propoſito, relicta diſpunctione alterius hæſitationis in alio congruo, & ſeparato Judicio, *deciſ.* 312. *num.* 8.

DUX.

Vrbini Duces licet eorum ſtatum aliquo tempore recognoverint à S. Sede ſuprema Domina directa adhuc habendi forent in claſſe Principum non recognoſcentium ſuperiorem, *deciſ.* 319. *num.* 11.

Et præſumptio eſt, quod in eodem Urbini Statu omnia bona ad Duces jure meri, ac privati allodii pertinuiſſent, *ibid. num.* 12.

E

ECCLESIA,

Abſtinere ſe quidem poteſt a Jure quærendò nunquam autem ſine notoriis ſolemnitatibus reſpuere poteſt Jus quæſitum, *deciſ.* 316. *num.* 5.

Appetendum nil magis eſt in Eccleſia, quam quod Deo harmonicum obſequium, Laus, & gloria perennis rependatur, *deciſ.* 273. *num.* 12.

Bona Emphyteutica poteſt pro ſe retinere, *deciſ.* 210. *num.* 1.

Et ſi hoc facere nolit tenetur inveſtire proximiorem ultimi inveſtiti, iſtaque inveſtitura dicitur coacta renovatio, *ibid. num.* 2.

Ædificatio Eccleſiæ pertinet ad illos, qui fructus, Decimas, vel alios Eccleſiæ redditus percipiunt, *deciſ.* 326. *num.* 14.

Ex Conſtitutionibus Bonifacii IX., & Pauli V. Eccleſiæ in ſtatu Ferrarienſi nequeunt bona Emphyteutica ammenſare, ſed obſtringuntur illa reſtituere ad commodum Civium Ferrarienſium, *deciſ.* 285. *num.* 2.

Et de Conſtitutione Vrbana vigente in ſtatu Vrbini, *ibid. num.* 3.

Filialis in ordine ad propriam matricem habere debet dependentiam, ſive inferioritatem, *deciſ.* 216. *num.* 1.

In proviſione Eccleſiarum Parochialium debet electus nominari, & inſtitui ab Ordinario, *deciſ.* 266. *num.* 13.

Neceſſitas, ſive utilitas unius Eccleſiæ non poteſt ſubextendi ad neceſſitatem, vel utilitatem alterius, *deciſ.* 314. *num.* 20.

Et quando utilitas in hoc caſu excludatur, *ibid. num.* 21.

Nolens bona ad ſe devoluta retinere compellitur proximiores noviſſimi inveſtiti ſemper in concurſu extranei anteferre, *deciſ.* 285. *num.* 1.

Limita *num.* 5. *& ſeqq.* ubi expenditur theorica Bartoli.

Parochialis, ut dicatur, quæ ſint probanda, *deciſ.* 266. *num.* 1.

Stare non debet ſine Rectore ne detur corpus ſine anima, *ibid. num.* 14.

Sublimata ad Collegialitatem, vel Cathedralitatem regulariter amittit, & immutat ſtatum præcedentem, potiſſimum ſi intervenerit conſenſus Archidiaconi, *deciſ.* 295. *num.* 11.

Proximior reputatur vera Parochia, & Cathedralis

lis quoties alia non compareat, quæ ſe vicinio-
rem alleget, *deciſ.* 266. *num.* 15.

Reparatio Fabricæ Eccleſiæ provenire poteſt ex correſpectivitate Decimarum, *dec.* 295. *n.* 14.

Subiectio unius Eccleſiæ Parochialis ad alteram debet plenè, & concludenter probari, *deciſ.* 266. *num.* 7.

ÆDIFICIUM.

Mala fide concurrente potius ſolo cedit, quam quod reficiendum veniat per vindicantem bona ſua, *deciſ.* 264. *num.* 9.

Limitatur ſi ædificium, & melioramenta fuerint neceſſaria, & utilia utilitate perpetua, *ibid. num.* 10.

Declaratur principalis concluſio, *ibid. n.* 11.

Novum ubi veteri ſuperadditur relinqui ſolent intacta ea cementa, & ii parietes, qui apti cenſeri poſſunt ad ſubſtentationem novæ fabricæ, *deciſ.* 276. *num.* 14.

Pars inferior Ædificii ſi eſt communis, idem judicandum eſt de ſuperiori, *deciſ.* 276. *num.* 10.

Solo cedit Ædificium ſuperinſtructum, *deciſ.* 276. *num.* 3.

Limitatur tamen hæc regula veluti involvens præſumptionem implicitæ donationis ex contraria animi declaratione, *ibid. num.* 4.

Limitatur ſecundò ſi adſit ſcientia, & permiſſio Domini, *ibid. n.* 5.

Limitatur tertiò, ſi qui ædificavit habebat Jus in ea re, quo caſu omne ædificium acquiritur ædificanti, *ibid. num.* 7.

ELECTIO.

Doctior in concurſu ſemper eſt eligendus, *deciſ.* 246. *num.* 11.

In collationibus Beneficiorum, & materiis Eccleſiaſticis, an ſatis ſit eligere dignum omiſſo digniore antiqua erat quæſtio, *deciſ.* 246. *num.* 3.

In electionibus Canonicis, & Eccleſiaſticis non ſufficit interveniſſe materialem contemptum ſive eligentium, ſive eligendorum, niſi ipſæmet Perſonæ contemptæ cauſam patratæ contemptionis agant, & proſequantur, *deciſ.* 230. *num.* 10.

Sufficit quilibet exceſſus ſupra vota in alios diſperſa, *deciſ.* 234. *num.* 3.

Præponderat ille, qui majorem vocum partem habet, *deciſ.* 234. *num.* 9.

In proviſionibus illarum Eccleſiarum, quibus actualis incumbit cura animarum ex conſtitutione D. Pii V. dignior ſemper eſt eligendus, *deciſ.* 246. *num.* 4.

Originarius magis idoneus judicandus ac præferendus eſt in concurſu extranei, *deciſ.* 246. *num.* 15.

Prærogativa ſtudiorum pollens eſt ſemper in concurſu aliorum illa carentium præferendus, *deciſ.* 246. *num.* 10.

Propria illa eſt quando ex duobus unus perficitur, *deciſ.* 246. *num.* 18.

EMENS.

Cum aliena pecunia ad ſummum remanet debitor erga Dominum circa pretium, ſed commodum & dominium rei emptæ pro ſemetipſo adipiſcitur, *deciſ.* 287. *n.* 4.

EMPHYTEUSIS.

Naturalis filius non ſuccedit in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, *deciſ.* 309. *num.* 28.

Theorica Bartoli limitatur ſi Eccleſia reperiatur in tali diminutione redditaum, ac in tali neceſſitate, ut penitus indigeret hujuſmodi bonorum retentione, *deciſ.* 285. *num.* 5.

Et ab actoribus hoc caſu probari debet, quod Eccleſia actualiter inveſtiſſet extraneum quod eſt ſuperlative probandum pro obtinenda renovatione, *ibid. num.* 6.

Nec ſufficit oſtendere, quod Eccleſiæ Prælatus ſuam panderit mentem emphyteuticandi bona devoluta, *ibid. num.* 7.

EMPTIO.

Bona quæcumque comprehenſa in emptione includi etiam debent ſub apprætio, alias venditio ob concurſum læſionis remaneret nulla, *deciſ.* 222. *num.* 29.

EMPTOR.

Dimittens cum ſuo pretio creditores anteriores acquirit anteriorem hypothecam in eum tranſlatam, cujus vigore gaudet retentione contra poſteriorem Creditorem etiam ſine ceſſione, vel pacto, *deciſ.* 262. *num.* 7.

Emens cum pacto præciſo, ut ex integrali pretio dimitterentur Creditores practicari non poteſt contra illum ullum remedium hypothecarium *deciſ.* 262. *num.* 19.

Iudicari nequit alia lege, quam illa ſub qua contractum iniit, *deciſ.* 287. *num.* 7.

Pecuniæ ſi dederit cum pacto dimittendi Creditores anteriores, ſuccedit in iſtorum dimiſſorum Jura, & ſecurus redditur a moleſtiis aliorum Creditorum, *deciſ.* 262. *num.* 26.

Secus verò ſi pecunia abſque ullo pacto dimiſſionis pervenerit ad manus Creditorum anteriorum, quia licet aliqui eo caſu voluerint, ut id ſufficiat, contraria tamen opinio eſt verior, *ibid. num.* 27.

Solvens Creditoribus vendentis citra ceſſionem, & conventionalem ſubrogationem, tueri ſe valet eorum Juribus, *deciſ.* 307. *num.* 3.

ÆMVLATIO.

Inimica ſemper eſt Legibus, *deciſ.* 262. *num.* 35.

Probata æmulatione impeditur libertas naturalis altius tollendi proprium edificium, *dec.* 262. *n.* 36.

Quinimo nec datur locus retractui, *ibid. n.* 37.

Reiicienda omni Jure eſt, *deciſ.* 311. *num.* 13.

ENVNCIATIVA.

Favere enunciantis non probat niſi fuerit aliunde juſtificata, *deciſ.* 262. *num.* 31.

Non attenditur quoties quæſtio principaliter verſatur ſuper enunciato, *deciſ.* 236. *num.* 16.

EPISCOPVS.

Corpus unum licet efformet cum aliis Dignitatibus vel Canonicis, tamen in hoc ipſo corpore ſemper eſt caput, *deciſ.* 320. *num.* 1.

Et cæteros antecellit in actibus magis honorificis, & præeminentialibus, & indefinitè eſt cunctorum moderator, *ibid. num.* 2.

In capitularibus congreſſibus ſi accedit non tam quam

Digitized by Google

quam Epiſcopus, ſed tamquam Canonicus, tunc præferendi ſunt Canonici digniores, & antiquiores, *deciſ.* 320. *num.* 5.

Contrarium vide, *ibid. num.* 10.

Et explicantur Authoritates contrarium ſententes, quæ loquuntur de Epiſcopo alterius Eccleſiæ, ac ſimpliciter titulari in partibus Infidelium, *ibid. num.* 11. & *ſeqq.*

In juriſdictione concedenda minus quam fieri poſſit ſibi præjudicare voluiſſe præſumitur, *deciſ.* 315. *num.* 10.

Nemo melius agnoſcit oves ſuas, & ſtatum Eccleſiarum inferiorum, quam proprius Epiſcopus, *deciſ.* 266. *num.* 11.

Reparari ut debeat tamquam Canonicus in Capitulo juxta ſenſum veterum Canoniſtarum, ſedere debet ſaltem poſt illum, qui præeſt Capitulo, *deciſ.* 320. *num.* 13.

Et ſi res ſit in ambiguo an Epiſcopus conſideretur magis uti Canonicus, vel uti Epiſcopus, favore Epiſcopi reſpondendum eſt, *ibid. num.* 14.

Statuere quidquam nequit citra conſecutionem Beneficiorum, quæ ſæpe ſæpius conferuntur ab ipſo Papa, quod non ſit Iuri jam ſcripto conſentaneum, *deciſ.* 273. *num.* 15.

ÆQVALITAS.

Servanda eſt in judiciis, *deciſ.* 244. *num.* 8.

Item inter contrahentes, *deciſ.* 310. *num.* 5.

ÆQVITES.

Hieroſolymitani ligantur voto perpetuæ Caſtitatis. *deciſ.* 309. *num.* 14.

Hieroſolymitani ſimplices Candidati, ac geſtantes parvam Crucem, paſſim relicta Cruce legitimum contrahunt matrimonium, *deciſ.* 309. *num.* 21.

ERROR.

Nunquam præſumitur, *deciſ.* 328. *num.* 18.

ÆSTIMATIO.

Bonorum lite pendente, & nemine citato facta nil penitus probat, *deciſ.* 262. *num.* 29.

Facta cum legitimis contradictoribus plenè probat, *deciſ.* 262. *num.* 30.

EVICTIO.

Non debetur per vendentem rem ad vitam alicujus quando hujuſmodi vita defuncta ſuapte natura res rediit ad Dominum, *deciſ.* 204. *nu.* 26.

EXAMEN.

Primum formale examen eſt ſemper præferendum ratione periculi ſubornationis, *deciſ.* 316. *num.* 12.

EXAMEN *in Beneficialibus*.

Novo examini locus non eſt, quando quis fuit electus, atque approbatus a majori parte Examinatorum, *deciſ.* 246. *num.* 1.

Sacra Rota tamen obſequendo ſenſui S. Congregationis Concilii exiſtimavit ſemper Imploravi poſſe novum examen ad magis ex poſt convincendam irrationabilitatem Ordinarii, *ibid. num.* 2.

EXCEPTIO.

Carens legitima juſtificatione non attenditur, *deciſ.* 302. *num.* 9.

Cedendarum actionum admittitur etiam in Judicio executivo, *deciſ.* 282. *num.* 10.

Firmat regulam extra caſus non exceptos, *deciſ.* 255. *num.* 19.

Hæredi gravato competens ſuffragatur habenti cauſam ab eo, *deciſ.* 298. *num.* 11.

Iuris tertii allegari nequit ab hærede ab inteſtato ſed illi congruit vulgare dicterium tua non intereſt, *deciſ.* 316. *num.* 8.

Tarditas exceptionis præſumere facit illius injuſtitiam & inſubſiſtentiam, *deciſ.* 234. *n.* 13.

Turbida impedire non valet executionem ſolemnis, & publici inſtrumenti obligatione cammerali vallati, *deciſ.* 229. *n.* 2.

EXCOMMVNICATIO.

Pœna eſt aliarum quarumcumque pœnarum maxima, & animæ afflictiva, *deciſ.* 263. *n.* 13.

EXCOMMVNICATVS.

Audiri nequit in judicio, neque Beneficia obtinere valet, *deciſ.* 263. *n.* 9.

Comparere valet in Iudicio nedum tamquam reus, ſed etiam tamquam actor, contendens ſe vel eſſe abſolutum, vel abſolvendum, *deciſ.* 263. *num.* 11.

EXECVTIO.

Ad irritandam executionem judicialem ſufficit quilibet exceſſus etiam in obulo, *deciſ.* 278. *num.* 5.

Citatio neceſſaria omnino eſt in executione niſi dicta executio fiat in cauſa alicujus formalis judicati, *deciſ.* 323. *n.* 3.

Et hoc quando procedat, *ibid. n.* 4.

Facta in re alterius, quam debitoris eſt nulla, *deciſ.* 207. *n.* 4

Pro credito inſubſiſtenti eſt nulla, & irrita, *deciſ.* 278. *n* 1.

Item eſt nulla ſi facta fuerit vigore mandati exceſſivi, ſive ultra ſummam verè debitam, *ibid. n.* 2.

Et quæ differentia intercedat inter exceſſum exiſtentem in mandato, & tranſcenſum concomitantem ipſam executionem jam conſumatam, *ibid. n.* 3.

Fructus ex poſt decurſi revalidare non valent executionem, *deciſ.* 278. *num.* 5.

Non requiritur a principio ad finem conſecutivæ ſubhaſtationis, *deciſ.* 323. *num.* 8.

Præſumptio ſemper militat pro validitate, & juſtitia executionis jam factæ, *deciſ.* 211. *num.* 2.

EXECVTOR.

S. Rotæ nequit quidquam gerere citra factum executionis, *deciſ.* 295. *num.* 5

EXEMPTIO.

Ab exemptione paſſiva inferri nequit ad ipſam Juriſdictionem activam in toto Territorio, *deciſ.* 315. *num.* 1.

Ad effectum viſitandi revocavit Concilium Tridentinum, maxime in concernentibus curam animarum, *deciſ.* 295 *num.* 8.

In præjudicium Epiſcopi tamquam odioſa ſtricte eſt interpretanda, *deciſ.* 315. *num.* 2.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPTVS.

Nullus niſi habeat activam Juriſdictionem per acquiſitionem Territorii evitare poteſt quod Rectoris inſtitutio non pertineat ad Diœceſanum in cujus diſtrictu manet Eccleſiæ exempla, *deciſ.* 295. *num.* 13.

EXEMPLVM.

Ad exempla recurrere ubi urgent doctrinæ præciſæ inanis eſt labor, *deciſ.* 256. *num.* 54.
Attendendum non eſt illud, quod eſt conſecutivum legi abrogatæ, ſed potius legis abrogantis, *deciſ.* 215. *num.* 10.
Diverſificantur exempla ſi eorum ratio diverſificat *deciſ.* 214. *num.* 13.
Ea ſunt inſequenda, quæ nedum aſſimilantur, ſed ſunt in individuo, *deciſ.* 2 5. *num.* 9.
Iudicandum nunquam eſt ab exemplis, *deciſ.* 219. *num.* 11.
Judicari ut poſſit ab exemplis requiruntur circumſtantiæ in terminis omnino paribus, *deciſ.* 256. *num.* 58.

EXPENSÆ.

Exceptio congruæ ad ſubſtentationem devicti reſervandæ non ſpectat ad inſpectionem exceſſivitatis expenſarum, ſed examinanda eſt in actu conſumandę executionis, *deciſ.* 232. *num.* 8.
In judicio refectionis expenſarum fieri debet proportionabilis diviſio inter æque ſuccumbentes, *deciſ.* 257. *num.* 3.
In taxatione expenſarum Judices capeſſere ſemper ſolent illam quantitatem, quam veriſimilem dijudicant, *deciſ.* 312. *num.* 26.
Judiciales ſemper veniunt per ſuccubentem reficiendæ, *deciſ.* 209. *num.* 2.
Liquidatę victori reficiendæ ſunt per ſuccumbentem, *deciſ.* 283. *num.* 19.
Neceſſariæ, quæ ſint ad confectionem panis, *deciſ.* 306. *num.* 4.
Nunquam liquidantur, ac reficiuntur niſi in fine litis, *deciſ.* 232. *num.* 1.
Succumbens tenetur reficere quidquid Pars provocata exburſavit, & paſſa eſt pro conſequenda victoria, idque in pœnam temerè litigantis, *deciſ.* 232. *num.* 3.
Voluntariæ, & inutiles, ac nihil facientes ad cauſæ defenſionem ſunt reſecandæ, *deciſ.* 232. *num.* 2.

EXPRESSIO.

Ejus quod virtualiter ineſt nihil alterat, *deciſ.* 318. *num.* 2.
Facta in parte privativa declarat, quid fuerit incluſum, ſive comprehenſum, in parte prohibitiva, *deciſ.* 287. *num.* 11.

F

FACTUM.

Allegans tenetur illud plene, & concludenter probare, *deciſ.* 306. *num.* 22.
Authoris impugnari nequit ab habente ab eo cauſam, *deciſ.* 328. *num.* 8.
Ex facto tollitur omnis intellectualis ratiocinatio, *deciſ.* 201. *num:* 19. & *num.* 26.
Immutato facto, jus quoque variatur, *deciſ.* 214. *num.* 3.
Longe potentius eſt quam ipſa verba, *deciſ.* 247. *num.* 7.
Nemo ex alieno facto, vel contractu obligari valet, *deciſ.* 228. *num.* 20.
Unicus præjudicare nequit tertio nullam participationem in contractu habenti, *dec.* 224. *n.* 15.

FÆVDVM.

Quaternata quæ dicantur, & cur ita nuncupentur *deciſ.* 292. *num.* 15.

FALSITAS.

Actionem omnem perimit, *deciſ.* 204. *num.* 1.
Ad impingendum notam falſitatis alicui requiruntur Fiſci perquiſitiones, proceſſus, aliaque decreta objectiva, *deciſ.* 228. *num.* 13.
Condemnatio ſuper falſitate neque de rigore ſufficienter probat in judicio civili, *dec.* 204. *n.* 5.

FAMILIA.

Tranſitus fieri non debet a familia effectiva tantummodo deſignata hæredis, & donatarii ad latiorem familiam contentivam nullibi deſignatam, ſeu contemplatam, *deciſ.* 295. *num.* 10.

FAMILIARITAS.

Major familiaritas extinguit minorem quando ſunt ejuſdem ſpeciei, *deciſ* 255. *num.* 26.
Quenam differat ab Indulto Papæ, *deciſ.* 255. *n.* 23.

FATALIA.

Non currunt tempore vacationis S. Sedis, *deciſ.* 208. *num.* 4.
Prorogata niſi fuerint cauſa deſeritur per lapſum biennii, & inducitur res judicata, *deciſ.* 249. *num.* 2.

FAVOR.

Introductum quod eſt favore alicujus retorqueri nequit in illius odium, *deciſ.* 328. *num.* 14.
Inducta ad favorem paciſcentis in illius odium retorqueri nequeunt, *deciſ.* 237. *num.* 27.
Renunciare. favori ſuo unicuique permiſſum eſt, *deciſ.* 258. *num.* 7.

FŒMINÆ.

Appellatione lineæ fœmininæ nedum continentur ipſæ fœminæ, ſed omnes etiam maſculi derivantes a Fœmina, *deciſ.* 208. *num.* 27.
Limita in vocatis de *linea maſculina* quæ in ſua proprietate non includit maſculos a fœmina deſcendentes, & vix verificatur in prima fęmina ultimi maſculi, *ibid.* *num.* 28.
Deſcendentes immediate a Maſculo, & lineam fęmininam exordientes, retinent in ſe propriam & na-

Digitized by Google

& nativam agnationem, *deciſ.* 208. *num.* 36.

In vocatione lineæ fæmininæ ſatis eſt, quod ut quis cenſeatur de linea fœminina ſuam manifeſtet originem a Fœmina vocata, citra ullam ulterius ſenſus indagationem, *deciſ.* 208. *num.* 29.

Præſertim ſi *linea fœminina* fuerit in conditione poſita, quia hoc caſu ſufficit, quod quilibet in perpetuum deſcendens à præcedenti fæmina lineam fœmininam inchoante exiſtat vocatus, *ibid. num.* 30.

FIDEICOMMISSARIUS

Agere poteſt vel contra pretium, vel contra ipſam rem alienatam ab hærede gravato *deciſ.* 276. *num.* 13.

Citra conſenſum fideicommiſſarii non licet diſponere de re aliena ſive ipſi fideicommiſſario reſtituenda, *deciſ.* 236. *num.* 34.

Edocere compellitur, quod de tempore detractionis dotis adfuerint fructus ſufficientes ex quibus erat detrahenda, *deciſ.* 256. *num.* 46.

Extinguere coacto fideicommiſſario debita fideicommittentis lex impartitur reitegrationem contra bona libera, ſeu hæreditaria gravati, *dec.* 256. *num.* 28.

Idque etiam ſine ullo miniſterio, aut reportatione ullius ceſſionis *ibid. num.* 29.

Identitatis extremum plenè probare debet ad effectum obtinendi immiſſionem vigore *L. fin. Cod. de Edict. Div. Adr. tollen. deciſ.* 229. *num.* 1.

Opponere valet contra Creditores indifferentes remedium Cauthelæ Angeli, *dec.* 256. *num.* 24.

Limita in creditore habente vel ex lege vel ex facto ejuſdem fideicommittentis obnoxia ſibi bona ejuſdem, *ibid. num.* 25.

FIDEICOMMISSVM

Ad effectum fundandi intentionem Actoris pro fideicommiſſo ſufficit, quod nemo alius compareat qui ſit proximior *deciſ.* 309. *num.* 12.

Arguere nequit à fideicommiſſo in caſu delicti ad minus aſperum delictum in caſu obitus *deciſ.* 271. *num.* 10.

Debiti ſolutio ſive voluntarii ſive neceſſarii Teſtatoris detrahitur ſemper ex fideicommiſſo *deciſ.* 306. *num.* 19.

Detrahitur ſemper ab hærede univerſaliter gravato fideicommiſſum antiquius non minus, quam ipſa legitima, ac æs alienum. *deciſ.* 286. *n.* 31.

Diminutionem pati non debet ob æs alienum à gravato contractum, *deciſ.* 272. *num.* 2.

Extendi nequit ultra caſum. & perſonas antecedenter expreſſas *deciſ.* 248. *num.* 14.

Fidejuſſoria figura, quam regulariter repræſentat fideicommiſſum, vel eius nomine fideicommiſſarius quando procedat, *dec.* 256. *num.* 26. & 27.

Fidejuſſorium eſt tantum in caſu, quo adverſus illud intentatur remedium *Auth. Res quæ deciſ.* 256. *num.* 6.

Fraternizzat penitus cum Iurepatronatus, *deciſ.* 221. *n.* 17.

In fideicommiſſo penali, ſeu conſervatorio gravatus ſi alienet decedit ſtatim in commiſſum non expectata morte, ac caſu fideicommiſſi reſtitutorii, *deciſ.* 259. *num.* 1.

Declara id procedere reſpectu dumtaxat rerum alienatarum, non autem totius, & integræ hæreditatis, *ibid. num.* 2.

Idque procedit ſi Teſtator prohibendo quamlibet alienationem ulterius privaverit alienantem a ſuis bonis, & ipſa hæreditate, *ibid. n.* 3.

Limita tamen declarationem niſi in contrarium expreſſe obſtet voluntas ipſius Teſtatoris quæ tamquam lex ſervanda eſt, *ibid. num.* 4.

Prohibitionis cauſa an ſit, ſeu potius bonorum conſervatio, *deciſ.* 248. *num.* 18.

Reciprocum, & *perpetuum* inducitur ſi deficiente una linea alia vocetur, *deciſ.* 208. *num.* 33.

Remanet in fideicommiſſo totum id quod non avellitur per Creditores, & gravatos ex capite detractionum, *deciſ.* 276. *num.* 9.

Scientia fideicommiſſi probatur ſi hæres mentionem fecit de fideicommiſſo, & explicavit Notario annum, & diem rogitus Teſtamenti, *deciſ.* 259. *num.* 8.

Subſtantia fideicommiſſi tangenda non eſt ſi Creditor in uim *Auth. Res quæ* obtinere commode poteſt ſatisfactionem ſuper fructibus ejuſdem fideicommiſſi, *deciſ.* 256. *num.* 64.

Succedit in jura dotatæ ſi dos ſubſidiaria ab eo extrahatur, *deciſ.* 218. *num.* 4.

Succeſſor in fideicommiſſo avocare poteſt bona nedum a Creditoribus extraneis, ſed etiam a quocumque alio intermedio hærede vel poſſeſſore, *deciſ.* 272. *num.* 3.

Vniverſale an deflectat in particulare, ſi fideicommittens in calce Teſtamenti regiſtrari mandaſſet bona etiam propria ipſius hæredis, *dec.* 286. *n.* 22.

Sacra Rota tamen fuit ſemper in ſenſu, quod adhuc fideicommiſſum remaneat in ſua univerſalitate non obſtante præfata regiſtratione, *ibid. num.* 23.

Vocatus ad fideicommiſſum ſi ſe abſtineat a petitione fideicommiſſaria non idcirco tollitur fideicommiſſum, ſed lex non repugnat, quod bona fideicommiſſaria maneant apud quemlibet, *deciſ.* 236. *num.* 26.

FIDEICOMMITTENS.

Bona hæreditaria fideicommittentis pro debito ad ipſum ſpectante, nuſquam præſumuntur diſtracta ad vitam gravati, qui ad nihilum de proprio tenebatur, *deciſ.* 204. *num.* 24.

Cenſetur determinationi Iuris ſe confirmaſſe, niſi aliud præciſius, & literaliter dixerit ſive in contractu, ſive in ultima voluntate, *deciſ.* 267. *num.* 20.

FIDEJUBENS.

Pro officiali, vel adminiſtratore adſtringitur pro reliquatu ejuſdem adminiſtrationis ſive in ſuis circumſtantiis notæ ſive ignoratæ, *dec.* 302. *n.* 4.

FIDEJUSSIO.

Invalida ne remaneat ſupponendum ſemper, & reſpondendum eſt, *deciſ.* 282. *num.* 20.

FIDEJUSSOR.

Hæredes fidejuſſorum conſtituendi ſunt in mora

in vim alicujus interpellationis ad hoc ut compellantur ad fructus, & intereſſe, *deciſ.* 302. *n.* 5.
Limita, *ibid. num.* 6.
Indemnis ſervari debet de natura contractus à principali debitore, *deciſ.* 222. *num.* 26.
Non tenetur ad aliud plus, quam ad id ad quod obligatus erat idem principalis, *deciſ.* 282. *n.* 5.
Obligans ſe ſe pro muliere, vel minore licet creditor contra eoſdem ex præſcripto Iuris non poſſet obulum prætendere, compellitur tamen Fidejuſſor ſatisfacere ſuſceptę obligationi, *deciſ.* 282. *num.* 18.
Obligatus tamquam principalis, & inſolidum fit correus debendi, & tenetur ad omne id, quod incubebat principali promiſſori, *deciſ.* 302. *n.* 3.
Offibus fidejuſſorum inhærent multæ periculoſæ conſequentiæ, & maleficia, *deciſ.* 282. *n.* 12.

FILIA.

Deficientibus maſculis conſequi poteſt paternam hæreditatem, *deciſ.* 268. *num.* 11.

FILIUS.

Gravari nequit in legitima niſi per verba directa civilia, *deciſ.* 277. *num.* 32.
Hæres fideicommiſſarius valet in caſu alienationis factæ per gravatum agere pro revocatione alienationis, non verò ſpoliare Patrem niſi oſtendat Patrem habuiſſe ſcientiam Teſtamenti, *deciſ.* 271. *num.* 23.
Et quę ſcientia in hoc caſu requiratur, *ibid. num.* 24.
Læſus non dicitur in acceptatione hæreditatis ſi vivens nullum actum obſtativum fecerit, *deciſ.* 286. *num.* 44.
Paterna bona donare nequit citra præambulam additionem, & acquiſitionem tituli paterni, *deciſ.* 247. *num.* 17.
Procreatio filiorum non præſumitur, ſed eſt concludenter probanda, *deciſ.* 227. *num.* 11.
Regula filius ergo hęres procedit tantummodo agente filio non excipiente, *deciſ.* 247. *num.* 15.
Teſtamentum condere nequit, dummodo non ſit per emancipationem ſui juris effectus *dec.* 236. *num.* 3.
Limita ſi filius diſponeret de peculiis caſtrenſibus, vel quaſi, & ſit Doctor, Clericus, & Judex, *ibid. num.* 4. & 14.
Si verò illi quibus incumbebat teſtamentum interrumpere, non interruperunt ſat eſt ad hoc ut filius non dicatur decedere inteſtatus, *ibid. num.* 11.
Imo Parentes expetendo legitimam videntur teſtamentum filii confirmaſſe, *ibid. num.* 12.
Teſtamentum filii fam. in quo fuerunt præte[illegible] Parentes valet, ſed ſolum irritari debet ex cauſa præteritionis ipſis parentibus præeligentibus factionem teſtamenti, *deciſ.* 236. *num.* 23.
Non vero teſtamentum ipſius filii ex carentia publicæ authoritatis nullum, validari valent per privatam Parentum authoritatem, *ibid. n.* 24. *& ſeqq.*
Teſtandi facultas cum exiſtat de ſublimiori potentia legis, hinc ad ipſam legem, & non ad Parentem ſpectat authoritatem ipſi teſtamento concedere, & illud confirmare, *deciſ.* 236. *num.* 19.
Itaut filius neque Patre quomodolibet conſentiente valide teſtari valet, *ibid. num.* 20.
Et quamvis inter clauſulas teſtamentarias includatur donatio cauſa mortis filioſam, permiſſa Patre conſentiente, *ibid. num.* 21.
Iſte tamen conſenſus debet poſitive intercedere ſuper d. donatione, quæ Patri conſentienti innoteſcat, non autem inherere poteſt illi implicitæ, & inter generales clauſulas commixtæ donationi, *ibid. num.* 22.
Potiſſimum quia cum teſtandi poteſtas requiratur in ipſo momento, quo conditur teſtamentum, ſatis non eſt, quod per actus ex poſt a Patre exercitos ſit illi tributa facultas, quę contextualiter non aderat, *ibid. num.* 25.

FILII.

Poſiti in conditione ex ſtatuto Urbis cenſentur diſpoſitive vocati ad portionem tamen Patris, & non Patrui licet decedentis abſque filiis, *deciſ.* 248. *num.* 12.
De jure tamen communi non cenſentur diſpoſitive vocati, *ibid. num.* 13.
Non cenſentur diſpoſitive vocati etiam cum qualitate legitimitatis ſi aliæ conjecturæ non concurrant, *ibid. num.* 15.

FISCUS.

Evincere eſt prohibitus ea bona, quæ ſemel vendidit, *deciſ.* 222. *num.* 27.
Læſionem juſtificare in ſexta parte an ſatis ſit Fiſco, *ibid. num.* 28.
Minoribus, & Pupillis ęquiparatur veluti ſub aliena ſtans adminiſtratione, *ibid. num.* 18.
Et in ejus alienationibus quæ requirantur, *ibid. num.* 19.
Obligatur ad debita defuncti tamquam hæres anomalus, *ibid. num.* 22.
Solvens Fiſco ſemper citra ceſſionem in illius jura ſubintrat, *deciſ.* 250. *num.* 8.

FOLIUM.

Exaratum a viro inſignis probationis cum aliis circumſtantiis eſt attendendum, *deciſ.* 279. *nu.* 2.

FONTANILE.

Conſortium, & dominium promiſcuum, inducit Fontanile, ſeu Paſcua communia, *deciſ.* 223. *num.* 3.

FORMA.

Ad certum effectum ordinata regulariter ſuppleri poteſt ex modo æquipollenti, dummodo idem ſequatur effectus, *deciſ.* 217. *num.* 20.

FRUCTUS.

Antiquitus fructus bonorum ſtabilium calculabantur ad rationem ſcut. 5. pro quolibet centenario, *deciſ.* 242. *num.* 1.
A reſtitutione fructuum ſemper excuſat qualibet cauſa etiam leviſſima, & beſtialis, dummodo abſit mala fides, quæ dolo apertiſſimo æquiparatur, *deciſ.* 272. *num.* 27.
Nec ſufficit media, ſive omnino non mala fides, *ibid. num.* 29.

Item

Item excuſatur ſi titulus ab initio non fuerit nullus, *deciſ.* 283. *num.* 27.
Dominii ſequela ſunt ſemper fructus, & veniant in illius conſequentiam, *deciſ.* 272. *num.* 4.
Computatio fructuum facienda ſemper eſt a die motæ litis, *deciſ.* 261. *num.* 21.
Ex domo ut prætendi poſſint neceſſarium eſt oſtendere, vel quod quis per ſeipſum inhabitaverit, vel quod alter locaverit, *deciſ.* 312. *num.* 21.
Exactio fructuum abſque ullo titulo poſtponenda eſt exactioni factæ cum titulo, ſive mandato Iudicis, *deciſ.* 226. *num.* 7.
Excuſari nequit a fructuum ſolutione, qui vendidit pretium ultra neceſſitatem illiuſque pretium quod erat inveſtiendum retinuit apud ſe, *deciſ.* 312. *num.* 10.
Expenſæ in recollectione fructuum factæ ſunt ſemper boniſicandæ, *deciſ.* 242. *num.* 5.
Fideicommiſſi fructus ad obtinendos ultra purificationem conditionis, vel adapertæ ſucceſſionis requiritur etiam petitio, & inſtantia fideicommiſſarii, *deciſ.* 272. *num.* 5.
Limita ſi adſit expreſſa ordinatio Teſtatoris injungentis bona in ſucceſſive vocatum tranſire debere una cum fructibus, *ibid. num.* 6.
Item limita ſi poſſeſſor bonorum fideicommiſſariorum evaſerit Pupillus, ſive Eccleſia, *ibid. num.* 7.
Fideicommiſſum quando augent, vel augere debent pertinent ad fideicommiſſarium non autem ad hæredes gravati, *deciſ.* 302. *num.* 11.
Fideicommiſſarii hæredes petere poſſunt fructus a die motæ litis, etiamſi antecedens gravatus eam moverit, *deciſ.* 402. *num.* 10.
In taxatione fructuum ſive naturalium ſive civilium ſi contrahentes devenerint ad honeſtam illorum taxationem creditor illam obſervare tenetur, ſed quoad debitorem firma remanet exactio, *dec.* 231. *n.* 12.
Perceptio fructuum nedum oſtendenda eſt per Actorem, ſed ulterius facienda eſt juſtificatio prævia deductione expenſarum per illoſmet, qui ipſi perceptioni, ſive recollectioni interfuere, *deciſ.* 231. *num.* 2.
Limita in caſu, quo perceptio fructuum conſtet ex ipſa partis confeſſione, & queſtio ſit pro enucleanda quantitate, quia tunc leviores ſufficiunt probationes, *ibid. nu.* 7.
Quod procedit etiam in liquidatione damnorum, & intereſſe, *ibid. num.* 8.
Primogenituræ ſuſpenſione ſuppoſita cumulandi ſunt beneficio, & commodo ſucceſſoris, eique poſtmodum reſtituendi, *deciſ.* 272. *num.* 8.
Declara, *ibid. num.* 13.
Quando debeantur ſi petuntur non tamquam fructus; ſed tamquam ſors, & capitalis, *dec.* 302. *n.* 6.
Recollectio fructuum naturalium, vel induſtrialium quibus temporibus fiat affertur diſtinctio, *deciſ.* 324. *num.* 3.
Recollectio fructuum probari optime poteſt ab Agricolis, qui eidem recollectioni opem præſtiterunt, *deciſ.* 231. *num.* 4.
Explicantur hac in re *deciſ.* 30. *par.* 2. *cor. Verall.* & doctrina *Bald. in L.* 1. *Cod. de fruct. & lit. expenſ.* expoſcentes rigidiorem in hac materia probationem, *ibid. num.* 5.
Reintegrandus is venit fructibus quos prædium reddidiſſet, ſibique fuiſſent præſtandi, ſi eo inſcio prædium fuit diſtractum, *deciſ.* 312. *nu.* 11.
Reſtituendi ſunt non a die reproducti Monitorii, ſed a die in quo fuerunt exhibita Iura fulcientia intentionem Actoris, *deciſ.* 306. *num.* 1.
Limita ſi fructus extarent antecedenter percepti, & non conſumpti, quia tunc poſſeſſor etiam bonæ fidei compellitur ea reſtituere Domino, *ibid. num.* 2.
Ad inducendam verò in hoc caſu malam fidem in hærede ſcientia non debet eſſe generica, ſed ſpecifica, & individua, *ibid. num.* 3.
Sac. Rota paucis ab hinc annis taxavit fructus ſtabilium ad rationem ſc. 4. pro quolibet centenario, *deciſ.* 231. *num.* 9., *deciſ.* 242. *num.* 2.
Si petantur in conſequentiam quotæ dominicalis, vel cum, vel ſine mala fide ſemper veniunt in vim ſimplicis Iudiciis familiæ Erciſcundæ ad favorem condomini, *deciſ.* 312. *num.* 14.
Soluti durante tempore in tranſactione convento ad ſolvendam ſortem tamquam pars contractus ejuſdem tranſactionis non poſſunt de uſura redargui, *deciſ.* 303. *num.* 12.
Valor fructuum probatur ex locatione eorumdem fructuum, *deciſ.* 242. *num.* 3.

FUNDATIO.

Leges quandoque contrarias Iuris diſpoſitioni Eccleſia tolerat apponi in fundationibus novorum Beneficiorum, & Eccleſiarum, *deciſ.* 314. *num.* 12.
Limita in materia diſtributionum, *ibid. n.* 13.
Leges veræ fundationis ab alio factas ſubvertere nequit Epiſcopus, vel alius ſuperior, *deciſ.* 216. *num.* 3.
Novi conventus, relinquenda ſemper eſt proviſioni S. Sedis, & Ordinarii conſiderationi, *deciſ.* 316. *num.* 7.
Privilegia, vel conventiones initæ in ipſo actu Fundationis nnmquam peti poſſunt alterationem, vel quomodolibet immutari, vel infringi per Leges poſtea promulgatas, *deciſ.* 314. *num.* 6.

FUNDUS.

Alienatio fundi cenſiti ſi voluntarie ſecuta fuerit nnmquam extinguit decurſum fructuum, ſed cogitur debitor ad alterum fundum ſubjugandum *deciſ.* 274. *num.* 24.
Evictio fundi cenſiti ubi fuerit ſecuta ceſſant fructus in poſterum decurrendi, *deciſ.* 274. *n.* 14.
Limita ſi dictus fundus cenſitus voluntarie per debitorem evictus fuerit nullo urgente creditore, quo caſu cenſus viget, *ibid. n.* 15., & 21.
Scientia individua, & indubitata diſtractionis fundi cenſiti in dubio non datur contra Creditorem cenſus, *deciſ.* 274. *num.* 26.

Digitized by Google

G

GRATIA.

A *Principe* conceſſa ad hoc ut de ſubreptione, & obreptione redargui nequeat, ſat eſt quod Princeps veriſimiliter, ac generice ignorare nequiverit circumſtantias reticitas, *deciſ.* 212. *num.* 13.

Annullanda atque irritanda eſt Gratia ſubreptitia, & obreptia, *deciſ.* 217. *num.* 2.

Declaratio vanis ſuggeſtionibus extorta a Summo Pontifice ſuper gratia conceſſa nequit radicem ejuſdem gratię divellere, *deciſ.* 268. *num.* 17.

Executioni eo magis demandanda eſt ſi preces in ſolida veritate fundentur, *deciſ.* 255. *num.* 18.

Intelligenda ſemper eſt ſine præjudicio Tertii præſertim in Papa, *deciſ.* 215. *num.* 3.

Informa Commiſſaria Gratiæ, quas Papa relaxat ſemper ad ſui integritatem, & effectum expectant declarationem Judicis Commiſſarii, *deciſ.* 203. *num.* 16.

In forma dignum ante illius executionem non ſuffragatur ad effectum excludendi vel impediendi proviſum ab Ordinario, *deciſ.* 249. *num.* 16.

An & quando talis gratia dicatur conditionalis, *ibid. num.* 18. & 25.

Veris exiſtentibus narratis efficitur perfectiſſima a principio, *ibid. num.* 19.

In gratia quæ nuncupatur *certo modo*, modum expreſſum, qui fuit impetrationis fundamentum ad unguem verificare neceſſe eſt quidquid ſit in aliis collationibus, *deciſ.* 203. *num.* 31.

Nullum verbum in gratia Principis remanere debet otioſum, *deciſ.* 212. *num.* 19.

Obreptitia, & ſubreptitia numquam ſubſtinetur, neque executioni demandanda eſt. *dec.* 203. *n.* 1.

Et dicitur obreptitia, quando fuit ſuppoſitum beneficium eſſe reſidentiale, quamvis in rei veritate illud reſidentiam non requireret, *ibid. num* 28.

Papa ſi ſciviſſet gratiam eſſe ſubreptitiam vel obreptitiam, illam certe non conceſſiſſet, *dec.* 203. *num.* 29.

Papa quando vult, ut gratia, ſive diſpenſatio deſumenda ſit ab ipſo momento, ſive die datæ ipſius gratiæ apponere ſolet clauſulam: *à die datæ præſentium*: *dec.* 203. *num.* 10.

Perfecta de jure cenſetur eſſe per ſolam ſignaturam & inductiva vacationis de novo ſortiendæ in Perſona gratificati abſque eo, quod neceſſaria ſit formalis executio, & actualis apprehenſio, *deciſ.* 249. *num.* 11.

Potiſſime ſi deventum fuerat ad effectivam literarum Apoſtolicarum expeditionem, *ibid. num.* 12.

Id tamen procedit ſi ſignata fuerit ſupplicatio in forma gratioſa, quæ nullam expectat ulteriorem verificationem, *ibid. num.* 13.

Subreptitiè ſi quis erraverit in ſuppoſitis Gratiæ erratic etiam dicendum eſt in expreſſione annui redditus, *deciſ.* 257. *num.* 2.

Supplicationis limites nuſquam egredi cenſetur, niſi litera expreſſa contrarium oſtendat, *deciſ.* 215. *num.* 6.

Tenor Gratiæ, & non petitio venit attendendus, quoties in litera, vel in explicata ratione inſimul diſcordant, *deciſ.* 215. *num* 7.

H

HÆREDITAS.

A *Ditio* hæreditatis, ex quibus inducitur, *deciſ.* 247. *n.* 23. *deciſ.* 271. *num.* 26.

Defertur proximiori excluſis remotioribus, *deciſ.* 236. *num.* 1.

Opulenta in dubio præſumitur, *deciſ.* 300. *num.* 14.

Privatio hæreditatis ut inferatur ſcientia in hærede debet eſſe pluſquam manifeſta, *deciſ.* 272. *num.* 28.

Quilibet ſemper præſumitur magis augere, & meliorare paternam hæreditatem, *deciſ.* 237. *n.* 21.

Repudiatio hæreditatis ex quibus emergat, *deciſ.* 247. *num.* 16.

Reſtitutio præmatura hæreditatis non poteſt fieri in præjudicium Tertii, ſed tantum ipſius hæredis gravati, qui ſi vult, poteſt adhuc vivens reſtituere, *deciſ.* 237. *num.* 8.

Et fieri poteſt quibuſcumque verbis ſive renunciationis ſive donationis ſive ceſſionis *ibid. n.* 12.

Titulus hæreditatis cum ſit individuus, ita nequit illam pro parte acceptari, & pro parte repudiari, puta petendo legitimam, *deciſ.* 283. *num.* 30.

Viri obnoxia eſt pro reſtitutionem dotis ſuæ Uxoris, *deciſ.* 226. *num.* 1.

HÆRES.

Actionem, ut exercere, & pretium ſuo Authori competens obtinere poſſit, neceſſe eſt, ut illud repræſentet titulo aliquo ſucceſſorio particulari, vel univerſali, *deciſ.* 287. *num.* 5.

Quod procedit etiam in ceſſionario, *ibid. num.* 6.

Adiens ſimpliciter hæreditatem ex teſtamento nullo, & in illius ſequelam gerit actus hæreditarios, tunc talis generica aditio, nec validat teſtamentum, nec obligat adeuntem, *deciſ.* 236. *num.* 27.

Si vero pactum facit de obſervando, tunc ad teſtamenti obſervantiam tenebitur in vim ſolius pacti, & non alias, *ibid.*

Adiens hæreditatem cum beneficio legis, & Inventarii tenetur reddere rationem de bonis inventariatis, *deciſ.* 236. *num.* 30.

Adiens hæreditatem ſui debitoris confundit Iura ſua, *deciſ.* 300. *num.* 2.

Alienans ſcienter bona fideicommiſſi contrahit hypothecam in bonis propriis pro reintegratione fideicommiſſi, *deciſ.* 293. *num.* 3.

Beneficiatus remanet in favorabilibus hæres ad finem

nem conſequendi illud quod ſupereſt ſatisfactis creditoribus, *deciſ.* 224. *num.* 35.

Tenetur reddere rationem de fructibus hæreditatis, eoſque lucrari nequit deteſtis creditoribus, *deciſ.* 272. *num.* 1.

Eſt ſimplex adminiſtrator, & conſequenter nequit ex facto proprio Domino præjudicare, *ibid. num.* 19., & 20.

Beneficiatus eſt purus Procurator, & adminiſtrator legalis hereditatis, *deciſ.* 312. *num.* 12.

Qui arctatur ſolum reddere rationem de rebus ad ſe perventis abſque neceſſitate faciendi negocium ad finem lucrandi fructus. *ibid. n.* 13.

Beneficiatus adhibere debet illam diligentiam, quam in rebus ſuis adhibuiſſet, alias ad reſtaurum tenetur, *deciſ.* 312. *num.* 15.

Et propter antecedentem ſcientiam, & urgentiam tenetur etiam rationem reddere de fructibus, *ibid. num.* 16.

Confeſſionem ſui Authoris impugnare nequit, *deciſ.* 283. *num.* 15.

Contraveniens præcepto Teſtatoris privatur commodo hæreditatis, *deciſ.* 230. *num.* 6.

Neque fructus contemptæ hæreditatis ſuos facere valet, ſed illos reſtituere compellitur, *deciſ.* 272. *num.* 11.

Creditum proprium confundit in ea quota, in qua eſt hæres, & pro reſiduo agere valet contra coheredem, *deciſ.* 283. *num.* 16.

Facultatem habens eligendi unum de certo genere Perſonarum in morte, nequit illam exercere in vita, quia præjudicaret capacibus eligendis tempore obitus, *deciſ.* 237. *num.* 7.

Fideicommiſſarius probare debet quando agit pro immiſſione rem ad quam petit immitti fuiſſe coemptam ex bonis fideicommittentis, *deciſ.* 201. *num.* 1.

Gravari poteſt in bonis propriis, quatenus hæreditas ſibi relicta, & fructus percepti oneri æquivalent, *deciſ.* 261. *num.* 16.

Gravatus doloſe dicitur alien ſſe ex quo ſciebat fideicommiſſum, *deciſ.* 259. *num.* 7.

Gravatus non poteſt in bonis reſtitutioni obnoxiis alium quécumque hæredem facere. *dec.* 286. *n.* 2.

Gravatus non conficiens Inventarium tenetur ſolvere, ſeu integre præſtare etiam de proprio legata, & fideicommiſſa particularia, *deciſ.* 286. *num.* 21.

Gravatus pure adiens hæreditatem per hanc aditionem obnoxiam reſtitutioni, ſicque reſolvibilem non confundit perpetuò ſuas actiones, *deciſ.* 300. *num.* 3.

Gravatus bonificare nequit ſubſtituto loco rei ex facto Principis inexiſtentis ipſum valorem, ac pecuniam in alienatione coacta, vel voluntaria ſuſceptam, *deciſ.* 313. *num.* 3.

Gravatus præjudicare nequit ulterioribus ſubſtitutis, *deciſ.* 316. *num.* 6.

Gravatus acquirens pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, non fideicommiſſo, ſed ſibi libere acquirit, ejuſque bona obnoxia remanent creditoribus ejuſdem hæredis acquirentis, *deciſ.* 201. *num.* 2.

Idque procedit etiamſi dictus hæres pecunias deſumpſerit ex bonis fideicommittentis, quia ad ſummum eo caſu fideicommiſſarii contra eundem inſtare poterunt pro damnis, & intereſſe, ſi reinveſtire tenebatur, *ibid. num.* 3.

Si verò de tempore acquiſitionis nullam in ſe habebat paſſivam obligationem faciendi ullum inveſtimentum, d. acquiſitio per eum facta propria remanet, *ibid. num.* 4.

Gravatus expreſſe vetitus alienare, ſi alienat, alienationes in cauſam ſuarum detractionum imputat, non vero cenſetur id feciſſe ad evertendum fideicommiſſum, *deciſ.* 201. *num.* 6.

Gravatus prejudicare nequit fideicommiſſariis, *dec.* 201. *num.* 21.

Gravatus inveſtire de certis effectibus, ſi de ſuo ſolvat, ſibique ſtipuletur, & acquirere intendat, ſibi quoque libere acquirit, *ibidem num.* 21.

Gravatus, ſive in Inveſtitura comprælienſus alienare poteſt pro ſatiſfaciendis propriis debitis temporale dumtaxat commodum fruitionis bonorum emphytheuticorum, vel fideicommiſſariorum, *deciſ.* 204. *num.* 27.

Gravatus ſua vita durante reſolvibile tenet dominium, *deciſ.* 207. *num.* 2.

Ideoque effugere nequit ſuper fructibus ad eum perventuris executionem, ac ſi ageretur de aliis bonis indifferentibus, *ibid. num.* 3.

Gravatus ſi ſit robuſtæ ætatis facilius adimplere poteſt inveſtimentum, ſeu multiplicationem pecuniæ, *deciſ.* 218. *num.* 21.

Gravatus ſive in ſubſtantia, ſive in effectu non differt quoad vitalitiam fruitionem ab ipſo uſufructuario. *deciſ.* 237. *num.* 8.

Gravatus alienare nequit bona fideicommiſſaria, & in dubio ad excluſionem delicti capienda ſemper eſt interpretatio excluſiva illicitæ alienationis, *deciſ.* 276. *num.* 12.

Hæredis habetur ac ſi foret primus hæres obligati, vel debitoris, *deciſ.* 218. *num.* 3.

In mora non conſtituitur pro ſolvendis fructibus dotalibus niſi advento tempore defluxus terminorum ad ſolvendum ſuſceptorum, *deciſ.* 310. *num.* 9.

Alias durante dilatione cenſeri nequit moroſus etiamſi interpellatus, *ibid. num.* 10.

In re certa inſtitutus nullo alio dato hærede univerſali ex vi legis fit hæres univerſalis, *deciſ.* 235. *num.* 14.

Et in hoc totum facit voluntas Teſtatoris, *ibid. num.* 15.

Inventarium non conficiens tenetur etiam de proprio ſatiſfacere creditoribus, *deciſ.* 300. *num.* 4.

Jura omnia hæreditaria, & libera ſui Authoris tranſeunt in hæredem, *deciſ.* 201. *num.* 20. *deciſ.* 254. *num.* 1.

Lis eadem, & inſtantia continuatur in hæredem, *deciſ.* 254. *num.* 5.

Itaut d. hæres non valeat ex propria Perſona Iudicem, & forum Authoris ſui declinare, *ibid. num.* 6.

Et

Et conſequenter eadem manutentio, quæ pertinebat authori ſuo aſſequitur idem hæres, *ibid. num.* 7.

Quinimo ſi fuit decreta, vel data manutentio in vita defuncti, ea quoque proſit illius hæredi, *ibid. num.* 8.

Obligatus remanet per aditionem ad ea omnia, ad quæ defunctus tenebatur, *deciſ.* 228. *num.* 19.

Per reſtitutionem in integrum repouitur in ſtatu, ac ſi nunquam hæreditatem adiviſſet, *deciſ.* 300. *num.* 5.

Poſſidens bona ſui Authoris defuncti, alio titulo non demonſtrato, jure hæreditario poſſediſſe præſumitur, *deciſ.* 312. *num.* 2.

Limita ſi dicta poſſeſſio referri poteſt ad alium titulum magis proprium, & naturalem, *ibid. num.* 3.

Rationem non reddens de bonis inventariatis tenetur illa reficere, & perſolvere ſucceſſivis hæredibus, *deciſ.* 279. *num.* 6.

Recuperans aliquid jure hæreditario, adminiſtratorio, vel fideicommiſſario, non ſibi, ſed adminiſtrationi, hæreditati, vel fideicommiſſo acquirit, *deciſ.* 312. *num.* 23.

Quid ſi recuperatio, vel acquiſitio fiat per viam tranſactionis, *ibid. num.* 24.

Seculari hæredi competunt fructus beneficii, quos percipere debuiſſet illorum auctor Clericus, vel beneficiatus jam defunctus, *deciſ.* 254. *num.* 2.

Succedit ad omnia jura activa, & paſſiva, ad quæ defunctus tenebatur *deciſ.* 207. *num.* 5.

Titulo fideicommiſſario ſe fundans quidquid acquirit ipſi fideicommiſſo, & comprahenſis, ſeu vocatis in illo acquirit, *deciſ.* 317. *num.* 28.

Vivens adhuc ſi reſtituat poteſt gravamen fideicommiſſario injungere commenſurabile cum emolumentis, quę percepiſſet ſi non reſtituiſſet, *deciſ.* 237. *num.* 17.

Uſufructuarius ex veriſimili mente Teſtantis tenetur ſolvere debita, etiamſi iſta non ſint annua, *deciſ.* 286. *num.* 4.

HOMO HOMINES.

Cum moritur dicitur reddi homo, *deciſ.* 238. *n.* 1.

Vaſſalli Baronum Status Avenionenſis, & Venaiſſini quam Jurisjurandi formulam præſtare debeant, *deciſ.* 202. *num.* 1.

HYPOTHECA.

Anteponitur ſemper creditis perſonalibus, etſi anterioribus, *deciſ.* 300. *num.* 21.

Fideicommiſſario an competat actio hypothecaria, *deciſ.* 300. *num.* 2.

I

IDENTITAS.

PRobatur ex duobus confinibus, *deciſ.* 223. *num.* 55.

Requiritur omnino pro competentia *L. fin. Cod. de Ædict. Div. Adr. tollen., de*. 261. *num.* 1.

Superlativè probatur ex deſcriptione bonorum ab ipſo Teſtatore exarata intra viſcera ſuæ diſpoſitionis cum individua connotatione quantitatis, qualitatis, & confinium, *deciſ.* 261. *num.* 8.

IGNORANTIA.

In hærede poſſeſſore non præſumitur de illis rebus, quæ in eum deſcenderunt, pręcipue ſi ſuper dd. rebus clamoroſa lis fuerit antea intentata ab ejus Authoribus, *deciſ.* 286. *num.* 33.

Supina & inveriſimilis in Judicio rejicitur, *deciſ.* 286. *num.* 34.

ILLATIO.

A diverſis non fit, *deciſ.* 228. *num.* 14., *deciſ.* 264. *num.* 7., *deciſ.* 272. *num.* 26., *deciſ.* 310. *num.* 36., *deciſ.* 214. *num.* 14., *deciſ.* 320. *num.* 15., *deciſ.* 327. *num.* 4.

Ab uno caſu ad alium fieri nequit, *deciſ.* 219. *num.* 3. & 8.

ILLEGITIMITAS.

Excipiens de illegitimitate adverſus exiſtentem in quaſi poſſeſſione nobilitatis, & legitimitatis tenetur uti Actor ſuam juſtificare exceptionem, *deciſ.* 309. *num.* 16.

Maxime in materia objectiva, quę exigit ſuperlativam probationem, *ibid. num.* 17.

Et præcipue quando agitur contra reſiſtentem Juris præſumptionem, *ibid. num.* 18.

IMMEMORABILIS.

Ad eam probandam Teſtes deponere debent cum requiſitis *Gloſſæ Magnæ in Cap.* 1. *verb. memoria de præſcript. in* 6. *deciſ.* 314. *num.* 17.

Ad interverſionem improbabilis, ac difficilis immemorabilis ſufficit ſimplex etiam rumor in oppoſitum, *deciſ.* 320. *num.* 21.

Delicata uſque adeo eſt ut interverſionem patiatur quotieſcumque nedum actus publici emanaverint in contrarium, ſed ſi ſolum rumor in oppoſitum irrepſerit, *deciſ.* 314. *num.* 18.

IMMISSIO.

Conceditur comparentibus, & habentibus cauſam ſuccedendi ex Teſtamento, vel ab inteſtato, donec, & quouſque compareat, qui ſe proximiorem demonſtret, *deciſ.* 266. *num.* 16.

Creditori anteriori pro indiviſo cum emptore, qui promiſit ſolvere pretium potioribus, & anterioribus, & poſtea ſolvit poſterioribus, *deciſ.* 307. *num.* 2.

Nedum pro ſorte ſed etiam pro fructibus, *ibid. num.* 5.

Exceptio Genealogiæ, ac omnis turbiditas non retardat immiſſionem petitam, aut obtentam, *deciſ.* 309. *num.* 33.

In Salviano conceditur quoties bona hypothecata ad commodum Actoris poſteriori loco diſtracta noſcuntur apud Tertium titulo emptionis, *deciſ.* 307. *num.* 1.

In vim L. fin. Cod. de Ædict. Div. Adr. tollen. concedi nequit niſi probetur, quod bona ad quæ petitur immiſſio de tempore obitus fideicommittentis exiſterent in illius bonis, *deciſ.* 294. *num.* 2.

Non datur niſi ad bona exiſtentia de legitima poſ-
ſeſſio-

ſeſſione, aut dominio gravantis de tempore illius obitus, *deciſ.* 261. *num.* 9.

Retardari nequit ob creditum turbidum, & illiquidum, *deciſ.* 261. *num.* 22.

Retardari ut nequeat ſat eſt reddere exceptiones illiquidas, *deciſ.* 298. *num.* 14.

Succeſſivè vocatis concedenda eſt immiſſio reſpectu Perſonæ intermediatæ, quæ filios non habuit, præſtita tamen cautione de reſtituendo bona, quatenus adſint Perſonæ intermedie vocatæ, *deciſ.* 227. *n.* 12.

IMMISSUS.

Ex cauſa crediti anterioris arcere poteſt quoſcumque Creditores poſteriores, *deciſ.* 307. *num.* 4.

IMPAR.

Iudicandum non eſt ad imparia, *deciſ.* 301. *n.* 13.

IMMUTATIO.

Immutari non debent ea, quæ certam ſemper habuerunt determinationem, *deciſ.* 267. *num.* 5.

IMPETRANS.

Beneficium tamquam actor concludenter, & digito juſtificare compellitur propriam narrativam, & modum ab eo narratum fuiſſe verum, *deciſ.* 203. *num.* 30.

IMPERFECTVM.

Cumulus imperfectionum, ſive unire imperfecta fieri non licet, *deciſ.* 244. *num.* 5.

IMPOSSIBILITAS.

Excluditur ex facto claro, & palpabili, *deciſ.* 264. *num.* 6.

INFANS.

Incapax licet ſit contrahendi, in hoc tamen ſupplere poteſt authoritas Patris, qui contrahit pro filio etiam infante, & habet pluſquam juridicum mandatum a Lege, *deciſ.* 224. *nu.* 24.

Non habet nec velle, nec nolle, *deciſ.* 286. *n.* 28.

Quatuor annorum non habet neque velle neque nolle, *deciſ.* 224. *num.* 4.

Renunciare nequeunt juri certo, rem incertam ſectantes, *deciſ.* 230. *num.* 13.

Trium annorum idoneus non eſt ad ullius juramenti emiſſionem, *deciſ.* 230. *num.* 11.

Sed neceſſe eſt quod illius Tutores, & Curatores ſervatis Juris ſolemnitatibus, & ſtatuti illius Perſonam reintegrent, *ibid. num.* 12.

INHIBITIO.

Formalis ubi non obſtat nunquam debitor impeditur ſolvere ſuo Creditori præſertim anteriori, *deciſ.* 207. *num.* 19.

In inhibitionibus regulariter apponi ſolent verba *Perſonaliter, ſi Perſonas commode haberi potuerint ſin minus Domibus ſuarum habitationum*, *deciſ.* 213. *num.* 7.

Moderatio inhibitionis non eſt neceſſaria ad effectum, ut cauſa efficiatur deſerta, ſed ſufficit lapſus temporis, *deciſ.* 208. *num.* 6.

Non egreditur propriam cauſam, & expreſſionem, neque præſertim in materia odioſa, porrigitur ad diverſa, ac ſeparata, *deciſ.* 213. *num.* 4.

INOPIA.

Teſtimonium majus exoptari nequit, quam ſequeſtratio fructuum, bonorumque appoſitio ſub Æconomatu, *deciſ.* 256. *num.* 50.

INOPS.

Cenſetur ſemper ille in effectu, qui propriis non ſatisfacit obligationibus, præſertim ſub pœna caducitatis a Iudice inflictis, *deciſ.* 256. *num.* 49.

INSPECTIO.

Ocularis non ſolum dicta Teſtium, ſed etiam quodcumque probationis genus evincit, *deciſ.* 276. *num.* 15.

INSTANTIA.

Defuncti active, & paſſive cum ſuis qualitatibus & privilegiis tranſit in hæredem, *deciſ.* 267. *num.* 9.

Taxari ſolet in Rota ſcuta decem, *deciſ.* 209. *num.* 3.

INSTITVTIO.

Debita eſt illi, qui ad ſui favorem plura numerat vota Patronorum, etiamſi in alterius oppoſitoris Perſona majores ſupereminent qualitates, *deciſ.* 234. *num.* 1.

Et de ratione, *ibid. num.* 2.

Debetur illi, qui fuit præſentatus a Patrono exiſtente in quaſi poſſeſſione, & facto præſentandi, *deciſ.* 284. *num.* 1.

Facta in certa qualitate, *ac pro omni, & toto eo &c.* habetur loco legitimæ, *deciſ.* 235. *num.* 33.

INSTITVTVS.

Incapax uſque quo fiat capax, ſi proximior poſſeſſionem apprehendat hæreditatis, retinet illam uti adminiſtrator, non autem uti Dominus, & ſuperveniente capacitate reſolvitur omne Ius poſſeſſoris, & tenetur reſtituere reliqua cum redditione rationis, *deciſ.* 272. *num.* 14.

Et adminiſtrator hujuſmodi non facit fructus ſuos ſed tenetur eos ſervare futuro ſucceſſori, & ab initio ſuſceptæ adminiſtrationis idoneam præſtare tenetur cautionem, *ibid. n.* 15.

Quæ procedunt in adminiſtratore, non verò in hærede libero, ſive Domino, quouſque ſucceſſerit capax, *ibid. num.* 16.

In re certa alio non dato hærede ſit hæres univerſalis, *deciſ.* 277. *num.* 14.

Loco hæredis eſt, *ibid. num.* 27.

INSTRVMENTVM.

Alicujus partis, ſeu capituli notitiam habens allegare nequit ignorantiam exiſtentiæ, ſive confectionis inſtrumenti, *deciſ.* 274. *num.* 23.

Cenſus facit probationem undique probatam, & manifeſtam, *deciſ.* 283. *num.* 2.

In diſſonantia plurium inſtrumentorum, inſtrumentum pinguius eſt attendendum, & declarat omiſſa in minus pingui, *deciſ.* 244. *num.* 3.

Probationem undique probatam facit publicum inſtrumentum, *deciſ.* 234. *num.* 11., *deciſ.* 311. *num.* 3.

Publicum facit probationem probatam, *dec.* 245. *num.* 26.

Vna pars cum altera reducenda eſt ad concordiam *deciſ.* 237. *num.* 14.

Digitized by Google

INTERESSENTIA.

Contra deficientes intereſſentiæ actualis ſervitii *Sac. Conc. Trid.* opportuna medicamina ſubminiſtravit, *deciſ.* 263. *num.* 12.

INTERPELLATIO.

Dies purificatę conditionis ſtat loco interpellationis, *deciſ.* 302. *num.* 2.

INTERPRETATIO.

Ex eiſdem uſu verborum, & genere Perſonarum diſſormis eſſe non debet intellectus, atque interpretatio in diſpoſitionis, *deciſ.* 235. *num.* 27.

Melior exoptari nequit quam ea quæ reſultat ex ipſo facto contrahentium *deciſ.* 237. *num.* 3.

Vna pars clara inſeruit pro interpretatione alterius minus explicatæ, & ſubobſcuræ, *deciſ.* 219. *num.* 7.

INTITVLATIO.

Banchi facta a Tutore obligat indefinite Pupillum, *decil.* 224. *num.* 31.

Nominatis pura non inducit perſonalem obligationem reſpectu perſonarum demnrtuarum, quæ neque contrahere, neque conſentire ullatenus valent, *deciſ.* 224. *num.* 7.

Reliqua vide in verb. *Litera*.

INVENTARIVM.

Afficit nedum ipſum ſcribentem, ſed, & habentes ab eo cauſam, *deciſ.* 289. *num.* 1.

Conficiens minus legitime dicitur hæres ſimplex & obligatus ſolvere de proprio legata, & debita defuncti, *deciſ.* 289. *num.* 3.

De hæreditate alterius conficiens, nunquam præſumitur bona propria deſcribere velle, *deciſ.* 227. *num.* 15.

Privationem beneficii Inventarii ad inducendam requiruntur urgentia ſigna ſtudioſe occultationis, ut dolo poſitivo, vel ſaltem culpæ malc olenti æquiparentur, *deciſ.* 289. *num.* 4.

Probat rem in eo deſcriptam fuiſſe in bonis Teſtatoris de cujus hæreditate agitur, *deciſ.* 244. *num.* 2.

INVESTIMENTVM.

Factum pro fideicommiſſo, ſive primogenitura cum pecuniis ejuſdem Primogenituræ, fideicommiſſo, & Primogenituræ acquiritur, *deciſ.* 276. *num.* 2.

INVERISIMILITVDO.

Speciem ſemper præſefert erroneitatis, & falſitatis, *deciſ.* 228. *num.* 8.

INVESTITVRA.

Beneplacito Apoſtolico carens invalida prorſus eſt, *deciſ.* 285. *num.* 21.

Formula quæ practicatur in quibuſcumque inveſtituris, ſive conceſſionibus Feudorum, *deciſ.* 280. *num.* 12.

JOCALIA.

Ad manus mulieris ſi pervenerunt, & ſi in inſtrumento dotali conventum fuerit, quod eveniente caſu reſtitutionis iſta fieri deberet pro eodem pretio, & valore, nil ultra tam Mulier, quam habentes ab eo cauſam expetere poſſunt, *deciſ.* 286. *num.* 10.

Secus ſi non eſſet conventa reſtitutio pro eodem pretio, & valore, *ibid. num.* 11.

Mulier ſi tot bona ad ejus manus deſcenderint cum quibus ſe ſe ſatisfacere valuerit de localibus gemmis, aliiſque rebus marito extraditis corruit quælibet retentio allegata ſuper credito dotali niſi prius de hiſce bonis rationem reddiderit, *deciſ.* 286. *num.* 12., & 15.

Remanere præſumuntur apud Conjugem ſuperſtitem etiam poſt viri deceſſum jocalia, & veſtes conſtituentes mundum muliebrem, *deciſ.* 238. *num.* 26.

JUDEX.

Ad quem omnem habet juriſdictionem cognoſcendi de viribus latę ſententiæ a Judice a quo, *deciſ.* 299. *num.* 5.

Citra aſſenſum, vel diſſenſum Partium quandoque irritat etiam ex officio geſta contra ſuas inhibitiones ſive juſtas, ſive injuſtas, *deciſ.* 226. *num.* 11.

Deferere debet quod eſt obſcurum, & incertum, & niti ſoliditati Jurium adductorum, *deciſ.* 217. *num.* 1.

Diſtinguere debet caſum a caſu, *deciſ.* 287. *num.* 1.

Dubitans de ſua Juriſdictione eſt fatuus, *deciſ.* 299. *num.* 6.

Exequi non valet illud Judicatum, quod agnoſcit eſſe injuſtum, *deciſ.* 204. *num.* 16.

Executor quid in ſui ſtatione, ac deliberatione facere prius debeat, *deciſ.* 299. *num.* 3.

Immorari non debet ſuper diſcuſſionibus inutilibus, *deciſ.* 311. *num.* 9.

Iudicare debet ex actis, *deciſ.* 223. *num.* 2.

Motiva ſententiandi in ipſis ſententiis exprimentes improvide ſe gerunt, *deciſ.* 246. *num.* 12.

Procedere quando poſſit per decretum non verò per ſententiam, *deciſ.* 317. *num.* 3.

Secundæ inſtantiæ, & appellationis ſuper iiſdem actis pronuncians non revocata priori contraria ſententia, ſecunda non tenet, *deciſ.* 271. *num.* 2.

Supplere debet in quo deſunt Advocati, *deciſ.* 248. *num.* 1.

Et in Jure, *deciſ.* 294. *num.* 1.

JVDICATVM.

Conſumatio, ac ſequela Judicati impediri nequit per exceptionem altioris indaginis, *deciſ.* 324. *num.* 8.

JVDICIUM.

Æqualitas in Iudicio ſervanda eſt, *deciſ.* 282. *num.* 8.

Executivum retardari nequit a turbidis probationibus, *deciſ.* 231. *num.* 13.

In criminalibus neceſſe non eſt per proceſſum, ſeu ſententiam probare actionem criminoſam, adhoc, ut in Foro, externo debeat aliquis tamquam criminoſus repelli, *deciſ.* 204. *num.* 4.

Immiſſivum dubias non toleratur exceptiones, *deciſ.* 283. *num.* 1.

In judiciis quaſi contrahitur, *deciſ.* 223. *num.* 14.,

deciſ. 282. *num.* 4.

In judicio devolutivo reaſſumi debet ſubſtantia negocii principalis, & diſcuti debet an ſententia a qua appellatum fuit ſit infirmanda, vel confirmanda, *deciſ.* 367. *num.* 2.

In judiciis attendi non debet quid fuit generice propoſitum, aut potentialiter exercibile, ſed quod deinceps actualiter, & ſpecifice fuit expoſtulatum, *dec.* 293. *num.* 15.

Ordinarium per tres conformes terminandum eſt, *dec.* 271. *num.* 5.

JURAMENTUM.

Ligamen nunquam eſſe debet injuſtæ prætenſionis, *dec.* 273. *num.* 20.

JURISDICTIO *Spiritualis*.

A Papa quidquid in propoſito activæ Juriſdictionis non legitur conceſſum cenſetur ſemper Epiſcopo reſervatum, *dec.* 315. *num.* 9.

A S. Sede tanquam ſupremo fonte ad libitum derivant omnes rivuli inferiorum Juriſdictionum, *dec.* 295. *num.* 6.

Clericis tantum à Summo Pontifice conceſſa extendi nequit ad Laicos, & Mulieres, *dec.* 280. *num.* 10.

Conceſſa ut dicatur neceſſe habet ſpeciali animadverſione, & nota *dec.* 280. *num.* 13.

Conceſſa alicui ordini a nullo alio exerceri valet niſi à Clericis, vel Vicariis ejuſdem Ordinis, *dec.* 280. *num.* 18.

Epiſcopus in Juriſdictione concedenda minus, quam ſibi poſſit ſibi præjudicare voluiſſe præſumitur, *dec.* 315. *num.* 10.

Exercitium Juriſdictionis Spiritualis ex quibus probari poſſit, *dec.* 280. *num.* 24.

In Contractum deduci nequit Spiritualis Juriſdictio abſque labe ſimoniæ, ſed transferri poteſt cum univerſitate bonorum, *dec.* 280. *num.* 7.

JURISDICTIO *Temporalis*.

Caſtrum non ſemper ſecumfert juriſdictionem temporalem a ſolo Supremo Principe concedendam, ſed quandoque reſidet intra puta bona allodialia, & indifferentia, *deciſ.* 301. *num.* 9.

Pertinent ad temporalem juriſdictionem per ſpeciem regaliæ *Cacciagione*, *P ſca*. *Scrivania*, *Taglia*, *Impoſizione* -- *dec.* 280. *num.* 21.

IVS IVRA

Allegans jura quæ non ſunt in actis dicitur allegare rem extram Mundum, *deciſ.* 227. *num.* 3.

Authori competens tranſit in ſucceſſorem, *deciſ.* 223. *num.* 5.

Bonum Ius conſtare dicitur ex ſententia, *deciſ.* 291. *num.* 4.

Præſertim ſi ſententia ſit valida, & juſta, *ibid. num.* 5.

Certam formam ſervari ſi mandent, impleri nequit per æquipollens, *deciſ.* 230. *num.* 14.

Coactivum durius, & potentius eſt, quam mere, & ſimpliciter prælativum, *deciſ.* 285. *num.* 19.

Datoris jure reſoluto reſolvitur etiam Ius acceptoris, *deciſ.* 204. *num.* 21.

Quod procedit etiam in illis Iuribus ad vitam tantummodo diſtractis, remanente fideicommiſſi vinculo favore vocatorum, *ibid. num.* 22.

Deſertio Iurium, quæ quis habere contendit demonſtrat illorum invaliditatem, & inſubſiſtentiam, *deciſ.* 201. *num.* 11.

Dubietas quæcumque Iuris ceſſat ex facto & voluntate Teſtatoris, *deciſ.* 272. *num.* 12.

Factis potius quam verbis ſunt appoſita, *deciſ.* 237. *num.* 11.

Negligere ut quis voluerit Jus, quod habebat eſt prorſus inveriſimile, *deciſ.* 201. *num.* 14.

Nemo plus iuris in alium transferre poteſt quam in ſe habet, *deciſ.* 262. *num.* 8. *deciſ.* 272. *num.* 9.

Non ſuccurrunt mulieribus non læſis ac cum aliena nactura lucrum facientibus, *deciſ.* 300. *num.* 13.

Pro conſervando aliquo iure ſive titulo univerſali non conſtito de legitima præſcriptione ſuperabundat concurſus unius actus, *dec.* 280. *n.* 23.

Reddi unicuique debet etiam quoad obulum, *deciſ.* 279. *num.* 5.

Renunciare quis validè poteſt juri quærendo etiamſi exurgat detrimentum Creditoribus, *deciſ.* 225. *num.* 2.

Reſervatio Iurium admitti debet a Iudice in ſententia quoties eadem reſervatio nemini præjudicat, *deciſ.* 324. *num.* 10.

Reſoluto jure Datoris, reſolvitur etiam Ius acceptoris, *deciſ.* 204. *num.* 21.

Scienti Jus ſuum eſſe ſalvum non præjudicat taciturnitas, *deciſ.* 292. *num.* 4

Tranſmiſſibilia quæ non ſunt ad extraneos neque ſunt ceſſibilia, *deciſ.* 309. *num.* 35.

Vitalitia poni poſſunt ſub haſta, & deliberatione, *deciſ.* 207. *num.* 1.

JVS *Nominandi*.

Capitulo ſi ſpectet, jus notificandi ſpectare etiam debet ad idem Capitulum, non autem ad Epiſc. qui in eo jure proprio ſingulari ſe immiſcere nequibat, *deciſ.* 320. *num.* 16.

JVS *Offerendi*.

Ad obtinendum ſubſidium Iuris offerendi creditor oſtendere debet alia bona debitoris non ſuffeciſſe pro ſui crediti ſatisfactione, *deciſ.* 311. *num.* 12.

Beneficium Juris offerendi uti ſubſidiarium favore creditoris poſterioris locum ſibi non vindicat non probato caſu hujus ſubſidii, *deciſ.* 262. *n.* 12.

Ceſſat ceſſante caſu ſubſidii, neque illud obtinere poteſt creditor, qui commode obtinere poteſt ſatisfactionem ſui crediti, *deciſ.* 311. *num.* 1.

Et quod creditor potuerit ſatisfieri à debitore quomodo convincatur *ibid. num.* 2.

Citra caſum ſubſidii quis admitti nequit ad beneficium Juris offerendi, *deciſ.* 262. *num.* 38.

Contra ſe qui ſuſſert ſi alias exiſtat per pactum aut aliam obligationem obnoxius conditioni ſolvendi anterioribus hæc conditio in facta obligatione nunquam reiicitur, *dec.* 318. *num.* 14.

Creditor anterior nunquam præſumitur rem in ſolutum obtentam, aut coemptam acquirere voluiſſe pro acquirendo independenti dominio, ſed ad finem confirmandi propriam hypothecam ſemper ſubjectam æquitativo remedio Iuris offerendi, *dec.* 262. *num.* 16.

Creditor quoties rem communiter obligatam coemit impedire nequit Jus offerendi, *deciſ.* 262. *num.* 9.

Excepto caſu quo idem crediditor anterior

Digitized by Google

in publica ſubhaſtatione tanquam tertius licitator rem ſibi deliberari feciſſet, *ibid. num.* 10. Declara, *num.* 17. *& ſeq.*

Depoſitum à Creditore poſteriore faciendum debet eſſe omnino purum, & liberum non vero vinculatum, aut conditionatum *dec.* 318. *num.* 5. limita *num.* 13. *&* 14.

Et de ratione, *ibid. num.* 6.

Licet contrarium in ſuo caſu tenuerit aliquando S. Rota, *ibid. num.* 11.

Emptor extraneus ſi emat rem ſub haſta non dubitat, quod tanquam indifferenti licitatori, ac deliberatario nullatenus applicentur jura loquentia de jura offerendi, *dec.* 262. *num.* 18.

Exercibile eſt per quemcumque etiam ſecundum creditorem nedum quoties res communiter oppignorata ſive per debitorem, ſive per Judicem in faciem creditoris anterioris diſtrahatur *dec.* 262. *num.* 3.

Et quando id limitetur, *ibid. num.* 4.

Verum etiam ubi debitor ipſe priori creditore non interveniente, imo diſſentiente rem hypothecatam alienat in tertium, *ibid. numer.* 5.

Et de ration. *eibid. num.* 6.

Fundamentum habet in æquitate, *deciſ.* 262. *numer.* 13.

Hypotheca eſt mater Juris offerendi, quæ proprie tendit ad Salvianum contra Tertium, vel in concurſu cum tertio concreditore, *deciſ.* 262. *num.* 20.

Legatario non competit beneficium Juris offerendi, *dec.* 262. *num.* 39.

Non obſtante Jure offerendi creditori anteriori, ac poſſeſſori libere ſolvendæ ſunt pecuniæ, neque ullam cogitur dare cautionem, *dec.* 318. *numer.* 4.

Præſcribitur ſpacio annorum 30., *deciſ.* 262. *numer.* 23.

Probatio ſubſidii Juris offerendi facienda ab eo eſt, qui in illis nititur, *dec.* 262. *num.* 28.

Secundus creditor mediante jure offerendi, offerendo primo, ſive anteriori creditori creditum pro quo res communis debitoris extitit illius favore diſtracta pignus obtinet, ſive recuperat, magiſque propriam confirmat hypothecam, *dec.* 262, *num.* 2.

Subſidium Juris offerendi excluſum remanet poſita conſiſtentia, & veritate bonorum ſuper quibus creditor ſatisfieri potuit ducto exemplo, *Auth. Res qua*, *dec.* 311. *num.* 4.

JUSPATRONATUS.

Caſtro adnexum non præſumitur, itaut cum univerſitate Villæ, ſive comitatus tranſeat, ſed eſt plene probandum, *dec.* 280. *num.* 17.

Defecto primo genere vocatorum Iuſpatronatus purificatum remanet in Perſonis ſecundi generis, *dec.* 208. *n.* 10.

De fundatione ubi non conſtat cenſendum eſt hæreditarium, *dec.* 208. *n.* 7. *&* 14.

Eccleſiaſticum, & aliud quodcumque Beneficium quoties cum Laicis reperitur admixtum non ſubjicitur Regulis Cancellariæ, *dec.* 221. *n.* 22.

Exiſtentia abſque alia juſtificatione probatur ex literis Apoſtolicis ſuper approbatione, & reſervatione quando uterque ex Collitigantibus venit ex eodem Iurepat. *dec.* 249. *n.* 24.

Familiare æquiparatur ſucceſſionibus fideicommiſſariis, *dec.* 208. *n.* 9.

Fraternizzat penitus cum materia fideicommiſſaria, *dec.* 221. *num.* 17.

Hæreditarium ad initio deflectere poteſt in gentilitium, & familiare, *dec.* 208. *num.* 8.

In donatione Iuriſpatronatus requiritur conſenſus Ordinarii, *dec.* 327. *num.* 13.

Inſtitutio in Jurepatronatus debetur ha'ʳ nti medietatem vocum, *dec.* 208. *num.* 16.

Laicorum favore ſi fuerit ab initio reſervatum ſi poſtea legatur ſubſtitutus locus ; ius in d. ſubſtituto mutat naturam, & de laicali efficitur Eccleſiaſticum, *dec.* 221. *num.* 10.

Declara id procedere quoties Iuſpatronatus tranſit in Perſonas Eccleſiaſticas jure ſucceſſionis, *ibid. num.* 11.

Limita ſi in contrarium adſit voluntas, & mens Fundatoris, *ibid. num.* 12.

Maxime ſi agatur de Beneficio erecto a Patrimonio ſæculari, & profano, *ibid. num.* 13.

Paſſivum pari paſſu ambulat cum activo, *dec.* 208. *num.* 34.

Ideoque qui fuerunt in activo Jurepatronatu prædilecti, tales etiam reputari debent in paſſivo, *ibid. num.* 35.

Patronus Juſpatronatus hæreditarium efficere nequit gentilitium, *dec.* 208. *num.* 20.

Præſentatio fit in ſtirpes in Jurepatronatus hæreditario, *dec.* 208. *num.* 15.

Sacerdos in concurſu ſimplicis Clerici omnino eſt in Iurepatronatu præferendus, *dec.* 208. *n.* 17.

Sicuti fraternizzat cum materia fideicommiſſaria, ita in eo eadem regula ſervanda eſt, *dec.* 283. *num.* 7.

Succeſſio Iuſpatronatus *in ſtirpes* arguitur ſi Fundator duos Columnellos hæredes inſtituiſſet, *dec.* 208. *num.* 22.

IUS *Præſentandi*.

Beneficio pleno, ac non aperta nova vacatione non competit Jus præſentandi, *dec.* 249. *n.* 6.

Et de ratione, *ibid. num.* 7.

Factum poſſeſſionis Iuris præſentandi, ſeu quaſi licet non tranſeat in hæredes, ſeu ſucceſſores tranſit tamen Jus exuberans ad finem aſſequendæ inſtitutionis vigore *Cap. Conſultationibus de Jurepat. dec.* 284. *num.* 5.

Senioritas volita à Fundatore, & concurrens in ſucceſſore Iuris præſentandi illum efficit legitimum ſucceſſorem, *dec.* 249. *num.* 8.

Ultimum ſtatum pro ſe habens manutenendus eſt in quaſi poſſeſſione Juris præſentandi, *dec.* 327. *num.* 2.

IUS *Prohibendi*.

Annexum rei tranſit etiam in ſucceſſores de cætero ſingulares, *dec.* 319. *num.* 5. *&* 6.

Juſtificatio major juris prohibitivi, ac privativi exopta-

Digitized by Google

optari nequit, quam ea, quæ reſultat ex Principis Bannimento, ac lege palam indicta, *dec.* 319. *num.* 7.

Et ſupremus Princeps poteſt ad ſui libitum promulgare hujuſmodi Bannimenta, & de ratione, *ibid. num.* 8.

Declara hoc procedere in iis, quæ jure Principatus ad ipſum ſpectant, ſecus vero in iis quæ ad eum pertinent jure allodii, ac proprie burſæ privatæ, *ibid. num.* 9.

Et in hoc ſecundo caſu ceſſat facultas in ſupremo Principe Juris prohibendi in præjudicium Vaſſallorum, *ibid. num.* 10.

Titulus & poſſeſſio non acquiritur in juribus negativis, ſeu prohibitivis, niſi demonſtretur, quod prohibitus acquieverit prohibitioni, *dec.* 319. *num.* 19.

Et quod iſta acquieſcentia per tantum tempus obſervata fuerit, quantum requiritur ad præſcribendam naturalem libertatem, *ibid. num.* 20.

JUSTITIA.

Definitur conſtans, & perpetua voluntas Ius ſuum unicuique tribuendi. *dec.* 313. *n.* 2.

Firma remanente poteſt etiam æquè bene conſuli Epichejæ, *dec.* 229. *num.* 3.

L

LÆSIO.

AD *reſcindendam* venditionem eſt concludentiſſimè probanda, *dec.* 222. *n.* 23.

Enormiſſima dolo æquiparatur, efficitque, ut nunquam cenſeatur abdicata poſſeſſio, & dominium a Poſſeſſore, cui Iura ad hunc effectum manutentionis impartiuntur etiam auxilium, *dec.* 222. *num.* 21.

Exceptio læſionis utpote requirens altiorem indaginem proponi nequit in Judicio executivo, *dec.* 317. *num.* 23.

Fomentum præbet ſuccurrendi læſo per viam reſtitutionis in integrum, *dec.* 293. *num.* 7.

Ne intret requiritur, ut pretium attingat dimidiam juſti valoris, *dec.* 222. *num.* 24.

LAICUS.

Immiſcere ſe nequit in iis, quæ ſpectant ad ſpiritualem juriſdictionem, *dec.* 280. *num.* 1.

Niſi doceat de claro privilegio Papæ, in quo reſidet, & a quo fluit omnis eccleſiaſtica juriſdictio, *ibid. n.* 2.

Non arcetur ab Eccleſia a ſervili, & mechanico ſervitio, ſed tantum a rebus, & implicationibus ſacris, *dec.* 214. *n.* 12.

LAVDATVR.

Marcellus Severolus Signaturæ Juſtitiæ Decanus, *dec.* 225. *num.* 17.

LAVDVM.

Contra laudum emologatum, ac reſpectivè acceptatum abſque juſtificatione erroris non datur regreſſus. *dec.* 251. *num.* 1.

Æditum in diſcordia Partium, & non citatis intereſſe habentibus eſt inefficax, *dec.* 286. *n.* 13.

LEGATVM.

Abſorbens, imo tranſcendens hæreditatem ejus loco ſuccedit, ſeu naturam aſſumit, *dec.* 268. *num.* 10.

Continetur in fideicommiſſo, quando illud præcedit, limita ubi fideicommiſſum non adeſt, ſed agatur de ſimplici hæreditate, *dec.* 268. *num.* 8.

Intelliguntur ære alieno ſemper deducto, & nequit debitor legans præjudicium inferre creditoribus, *dec.* 300. *num.* 17.

Maritationis non debetur niſi pubeſcente Pupillo, *dec.* 277. *num.* 36.

Pro toto &c. dicitur pro legitima, *dec.* 277. *n.* 28.

Relictum ad effetto di monacarſi, ò di maritarſi valet juxta conditionem incerti futuri viri minui, vel augeri, *dec.* 262. *num.* 43.

Satisfacienda ſunt deducto prius ære alieno, *deciſ.* 262. *num.* 41.

Quod procedit etiam in legato dotis, & alimentorum, *ibid. num.* 42.

Solvenda ſemper ſunt ab hærede legata, etiamſi nihil in hæreditate ſuperſit, remanente dumtaxat hæredi congruo præſidio Falcidiæ, *dec.* 298. *num.* 13.

Taxativum quando dicatur, & quando demonſtrativum, *dec.* 286. *n.* 5.

LEGATARIVS.

Agere nequit pro legato conditionali ante diem & adventum conditionis, *dec.* 262. *num.* 44.

Hypotheca quædam tacita competit legatario niſi ſit legata ſpecies, quia tunc tranſit etiam dominium, *dec.* 262. *num.* 40.

LEGITIMA.

Cauthela Soccini eſt neceſſaria, ut onus in legitima imponatur, *dec.* 277. *n.* 31.

Et quomodo ſit concipienda, *ibid. num.* 33.

Continuativa dicitur illius condominii, quod habet filius, vel filia in vita Patris, *dec.* 235. *num.* 34.

Ideoque nullo oneri reſtitutionis, vel fideicommiſſi ſubjici poteſt, *ibid. num.* 35.

Et non agnita etiam ad quoſcumque hæredes extranea tranſmittitur, *ibid. num.* 36.

Creditor legitimæ, aliorumque Jurium ſi per multum temporis ſpacium fructus totius hæreditatis a qua legitima erat detrahenda perceperit, præſumitur cum fructibus de ſuo credito ſatisfactus, *dec.* 286. *num.* 6.

Debetur in ſemiſſe, ſi filii ſint quinque, *deciſ.* 225. *num.* 14.

Defalcum non capit, *dec.* 277. *num.* 29.

Detrahenda eſt ante omnia per ſpeciem antipartis, ac æris alieni, *dec.* 298. *num.* 4.

Detrahitur deducto prius ære alieno Patris, *dec.* 278. *n.* 11.

Filii ſi excedant numerum quatuor legitima procul dubio debetur in ſemiſſe, medietate totius hæreditatis, *dec.* 298. *num.* 2.

Filio vivente Patre debetur legitima in caſu delicti ex conſtitutionibus *Pii IV. & Sixti IV. dec.* 225. *num.* 5.

Digitized by Google

LEGITIMITAS.

Ad probandam legitimitatem multum operatur communis reputatio. *dec.* 309. *num.* 27.

LEGITIMVS.

In dubio jura præſumunt, quem eſſe legitimum, *dec.* 309. *num.* 19.

LEX LEGES.

Abrogatæ remanent leges, & Ordinationes Supremi Principis per contrarium uſum a Supremo Principe toleratum, ac inobſervatum, nec valent obligare, *dec.* 319. *num.* 21.

Secus in Conſtitutionibus Apoſtolicis, & de ratione, *ibid. num.* 22.

Claræ, & manifeſtæ eſſe debent itaut intelligantur, *dec.* 319. *num.* 18.

Claræ eſſe debent eæ leges, & ordinationes, quæ celebrantur, non vero ſuboſcuræ, litiumque productivæ, *dec.* 216. *num.* 6.

Ædita fuit non pro iis, quæ raro accidunt, ſed quæ frequenter occurrere ſolent, *dec.* 273. *n.* 8.

Efficacia legis ceſſat, ſi rationis applicabilitas corruat, *dec.* 285. *num.* 27.

Fine adimpleto legis ſive ludicis aliud non curatur, etiamſi impleatur per æquipollens, *dec.* 263. *num.* 10.

Ligatur quis legibus illius Tribunalis in quo litigat, *dec.* 282. *num.* 14.

Mentem legis, vel Pontificis ſat eſt adimpleri uno vel alio modo, *dec.* 217. *num.* 8.

Reſpectus haberi nequit ad illam legem, quæ ſucceſſive fuit pari, & contrario Imperio revocata, *dec.* 319. *num.* 23.

LIBERATIO.

Termini liberatorii, ſeu relevatorii non intrant quando agitur de prohibendo directe alicui, & non tertio Creditori, ne ſe, ſuamque hæreditatem moleſtet, ſed intrant prohibitiones de non petendo, *dec.* 204. *num.* 10.

LIBERTAS.

Redimibilis nullo pacto eſt libertas naturalis, *dec.* 319. *num.* 1.

LIBRI.

Antidata ſola ſufficit ad tollendam fidem libris, *dec.* 201. *num.* 9.

Capitulares ab Archivio traduci, & aſportari nequeunt ad Judicem compulſorialem, *dec.* 265. *num.* 8.

Credi nequit in Judiciis libris, ac notulis, familiaribus favore ſcribentis, *dec.* 270. *num.* 1.

Pro præſtanda tamen illis fide totum remittitur arbitrio ludicis, qui judicet ſecundum facti circumſtantias, *ibid. num.* 2.

Dicti tamen libri, ſeu notulæ quoties verificatæ noſcuntur in majori parte ex publicis inſtrumentis, curandum non eſt ſi in minima illarum parte in hac probatione deficiant, *ibid. num.* 3.

Et probatio oritur ab incontrovertibili verificatione omnium partitarum in eiſdem notulis adnotatarum, *ibid. num.* 4.

Exitus, & *receptarum* contra ſcribentem ſuperlative probant, *dec.* 204. *num.* 3.

In libris ſi ſtat potiſſima cauſæ reſolutio ſuper liquidatione fructuum congruum non eſt ab iiſdem libris reſilire, *dec.* 324. *num.* 13.

Memoriales vocati non obligant, nec inducunt certam ſolutionem, & novationem, ſeu permiſſionem, *dec.* 304. *num.* 8.

Mercatorum libris fides præſtanda eſt, *dec.* 201. *num.* 10.

Pro ſcribente non probat in præjudicium Tertii, *dec.* 317. *num.* 21.

LICENTIA.

Reportata ad ſimplicem, & ulteriorem cauthelam apta non eſt ullo modo nocere, *dec.* 250. *num.* 14.

LINEA.

Tranſitus non eſt faciendus de una linea ad aliam quouſque durat linea prędilecta, & admiſſa, *dec.* 208. *num.* 45.

Reliqua vide in verbo *Faemina*.

LIQVIDATIO.

Ad liquidationem alicujus ratæ, ſeu quantitatis determinari prius debet quanti valeat integra res, *dec.* 276. *num.* 16.

Fructuum facienda eſt de bono, & æquo Judicis arbitrio, *dec.* 325. *num.* 1.

In libris ſi ſtat potiſſima cauſæ reſolutio ſuper liquidatione fructuum, congruum non eſt ab eiſdem libris reſilire, *dec.* 324. *num.* 13.

Probationibus levioribus uti difficilis probationis contentatur fructuum liquidatio, *dec.* 325. *num.* 5.

Intellige ſi probationes ſint aliquo modo legales, *ibid. num.* 6.

Neque admittuntur fides ſimpliciſſimæ, & dicta Teſtium inconcludentium, *ibid. num.* 7.

Probatio certa, & ſufficiens pro liquidatione fructuum reſultat ex locationibus effectuatis, *deciſ.* 306. *num.* 7.

Probatur per locationes, *dec.* 325. *num.* 2.

Et de ratione *ibid. num.* 3.

LIS.

Ceſſante lite ceſſant omnia attentata, quæ ea pendente facta prætenduntur, *dec.* 230. *num.* 5.

Deſerta remanet ſi acta intra biennium non tranſportentur, *dec.* 208. *num.* 3.

Introductio Litis per viam Monitorii fieri ſolet in cauſis pure ordinariis ad differentiam actionis, & proceſſus executivi, *dec.* 317. *num.* 1.

In materia preſertim Beneficiaria maximopere expetit lites dirimere, *dec.* 255. *num.* 4. & *ſeqq.*

Jura ſummopere abhorrent nequis promovendo lites injuſtas pro aſſecutione Eccleſiaſtici Beneficii inhiat voto captandæ mortis alterius legitimè præſentati, & electi *dec.* 255. *num.* 14.

Juſtificatio litis probatur ex illius conteſtatione, *dec.* 255. *num.* 11.

Pendente lite nequit ad ullum actum innovativum deveniri abſque vitio attentatorum Iuris, *dec.* 230. *num.* 2.

Renunciatio liti ut ſuffragetur debet obſequi præexiſtenti Judicato, non vero illud impugnare, *dec.* 275. *num.* 1.

Digitized by Google

Si verſetur ſuper ſimplici ſeparatione Thori ad effectum concedendi alimenta, & ſumptus litis inſpici ſolet an Mulier cum cauſa, vel ſine divertat, & ſeparetur à Viro, *deciſ.* 291. *num.* 7.
Etiamſi Maritus apud ſe dotem ab uxore perperam divertente, retineret, *ibid. num.* 8.
Si vero lis verſetur ſuper fœdere Matrimonii, tunc conjugi, ſeu Muliere indiſtinctè præſtanda ſunt alimenta, & ſumptus litis, non habita conſideratione an Vir Mulierem ſumpſit indotatam, *ibid. num.* 9.
Quod & communiter extenditur ad Patrem ejuſdem Viri, alioſque illum alere obligatos, *ibid. num.* 10.

LITERA LITERÆ.

Contra ſcribentem plenè probant, *dec.* 206. *n.* 6.
Oblatoriæ literæ exteris negociatoribus tranſmiſſæ, debent aliquam habere rationem ad pactiones, ſive intitulationes ſecretas, *deciſ.* 224. *num.* 32.

LITERÆ *Apoſtolicæ*.

Executio literarum Apoſtolicarum retardari nequit per exceptiones requirentes altiorem indaginem, præcipuè ſi fuerint conceſſæ in forma gratioſæ ſubrogationis, *dec.* 255. *num.* 2.
Nunquam per turbidas exceptiones ſunt retardandæ, *dec.* 253. *num.* 19.
Juſtificatæ ſi reperiantur, executioni ſunt demandandæ, *dec.* 217. *num.* 3. *dec.* 265. *num.* 3.
Solicitam requirunt executionem, *dec.* 252. *num.* 20.

LITERÆ *Hortatoriæ*.

De una Curia ad alteram, dummodo ſint diverſi Principatus, & Dominij Juriſdictionis efficiunt, ut Perſonæ, vel bona ejuſdem Juriſdictionis minimè ſubiiciantur primo judicanti, *deciſ.* 204. *num.* 18.

LOCA *Montium*.

Alia vincola non admittunt niſi expreſſa in Literis patentalibus Theſaurarii Principalis R.C.A. quæ ſtant loco inſtrumentorum, *dec.* 287. *n.* 8.
Emens reſpuere non valet illa onera, & fideicommiſſa, cum quibus eadem loca Montium emit, *dec.* 301. *num.* 15.
Privilegium hoc habent, ut exceptis ligaminibus, & conditionibus expreſſis in attergatione illorum, indiſcriminatim liberè transferantur in quoſcumque non prohibitos emptores, ſeu Reſignatarios, *dec.* 259. *num.* 15., *dec.* 278. *num.* 7., *dec.* 287. *num.* 8.

LOCATIO.

Dominium rei cur probet, *dec.* 223. *num.* 36.

LOCATOR.

Manutentio, vel *aſſociatio* denegari nequit locatori finito Affictu, *dec.* 206. *num.* 1.

LUCRUM.

Admiſſio magni lucri nedum pœnæ comparatur, ſed & illicitam coactionem infligit ideoque utpote matimonio contraria eſt reiicienda, *dec.* 268. *num.* 4.

LUCRUM DOTALE.

Vigore Statuti Viterbii lib. 2. *rubr.* 76. debetur tantummodo viro ſuperſtiti quotieſcumque matrimonium diſſolvi contigiſſet per præmorientiam conjugis ſine filiis, *dec.* 283. *num.* 12.

M

MAGISTRATUS.

Pater, & filius in eodem Magiſtratu ſtare poſſunt, *dec.* 216. *num.* 12.
Limita niſi aliter fuerit cautum per inveteratam conſuetudinem, vel ſtatuta particularia, *ibid. num.* 13.

MAJOR.

Læſis majoribus ob ignorantiam, vel alia de cauſa opportunè etiam ſuccurrendum eſt, *dec.* 313. *num.* 1.

MALA *Fides*.

Ad inducendam malam fidem requiritur ſcientia individua omnium contentorum in Teſtamento, *dec.* 272. *num.* 18.
Impreſſa in Authore quo caſu extendatur ad quemlibet univerſalem ſucceſſorem, *dec.* 300. *num.* 15.
Impreſſa in defuncto tranſit in hæredem Beneficiatum, *dec.* 312. *num.* 18.

MANDATUM.

Ad conſtituendum principalem ſub uſuris opus eſt ſpeciali mandato, *dec.* 224. *num.* 14.
Ad lites quomodo probetur, *dec.* 309. *num.* 9.
De faciendo non ſufficit ubi factum præciſum intervenire debet, *dec.* 319. *num.* 26.
De immittendo non probata illius executione non probat factum poſſeſſionis, *dec.* 226. *num.* 5.
Limita ſi concurrant actus poſſeſſori puta perceptio fructuum, & his ſimiles, *ibid. num.* 6.
Executivum exigit creditum certum, liquidum, & indubitatum, *dec.* 228. *num.* 21.
In mandato ſemper venit quodcumque ſubſequens, vel neceſſarium ad idem mandatum, *dec.* 224. *num.* 37.
Non requiritur, ubi adeſt actus, intereſſentia, comparitio, vel inſtantia principalis, *dec.* 225. *num.* 11.
Nondum revocatum habet ſemper præſumptionem validitatis, & juſtitiæ, *dec.* 226. *num.* 13.
Originale mandati procuræ conſervatur penes Procuratorem niſi opponatur per collitigantem, *dec.* 309. *num.* 8.
Procuræ factum ad contrahendum ut revocatum dici poſſit neceſſarium eſt alteri contrahenti notam efficere revocationem prædicti mandati, *dec.* 290. *num.* 2.
Secus in contractu matrimonii, in quo cum requiratur mutua contrahentium voluntas ſub eodem contextu temporis, ſi illud fuerit a procuratore revocato celebratum nullius momenti eſt, *ibid. num.* 3.
Quod procedit etiamſi conſtituens hujuſmodi procuratorem, juraverit non revocare mandatum procuræ a ſe datum pro Matrimonio contrahendo, *ibid. num.* 4. *Re-*

Digitized by Google

Revocatio mandati procuræ quando præſertim agitur adverſus mattimonium ſolemniter contractum in faciem Eccleſiæ debet eſſe indubitata, *dec.* 290. *num.* 10.

Speciale ubi exquiritur in faciendo aliquem actum ſpeciale pariter, atque individuum deſideratur in illius actus ratihabitatione, *dec.* 247. *num.* 6.

Tribunalia reſcribunt procedendum eſſe *ad ulteriorem legitimam executionem* quoties mandata præcedentia nullo aſperguntur vitio nullitatis, & injuſtitiæ, *dec.* 297. *n.* 1.

MANUTENTIO.

Actus poſſeſſorii non ſunt manutenibiles, ſi fuerint expleti ſine ſcientia, & patientia legitimi poſſeſſoris, vel ab iſtius precaria ſucceſſione, *dec.* 223. *num.* 16.

Aſſiſtentiam Jnris habens habere dicitur bonum Ius ad effectum manutentionis, *dec.* 260 *n.*8.

Concedi non ſolet ex aliorum Perſona, aut poſſeſſione, *dec.* 254. *num.* 4.

Conceditur illi, qui pro ſe habet aſſiſtentiam Iuris, & fulcitur cum actibus effectivis poſſeſſoriis, *dec.*280. *la* 2. *num.* 1.

Datur poſſidenti, *deciſ.* 223. *num.* 15. *deciſ.* 266. *la* 2. *num.* 1.

Quinimo etiam Prædoni donec ſaltem de ſua depredatione convincatur, *dec.* 266. *la* 2. *num.* 2.

Deliberationem, ſeu adjudicationem paſſo manutentio, ut concedatur ſat eſt unum tantummodo caput de jure, vel de ſtylo deficere, *dec.* 323. *num.* 1.

Denegari non debet edocenti de ſua poſſeſſione, *dec.* 320. *num.* 7.

Exceptiones requirentes altiorem indaginem non retardant manutentionem, *dec.* 223. *num.* 22.

In dubio deneganda non eſt poſſeſſori de ſua poſſeſſione docenti, *dec.* 260. *num.* 13.

In concurſu poſſeſſorum manutentio tribuitur habenti, & oſtendendi titulum clariſſimum, ac proprietatem indubitatam, *dec.* 223. *num.* 17.

Nil magis famulatur manutentioni quam petitio ſive pretenſio unius, & contradictio alterius cum ſubſecuta acquieſcentia prætenſoris, *dec.* 320. *num.* 9.

Non denegatur illi qui mediante exceſſiva executione ſpolium paſſus fuit, *dec.* 278. *la* 2 *nu.* 1.

Poſſeſſor ſi de ſuo bono jure doceat, eo libentius in ſua poſſeſſione manutenendus eſt, *dec.* 223. *num.* 48.

Privilegium, ſeu competentia manutentionis expirare ſolet per ſimplex intervallum decennii, *dec.* 328. *num.* 1.

MARITVS.

Contriſtatur mariti anima per tranſitum Vxoris ad ſecunda vota, & per denegationem alimentorum, & dotis ab hæredibus, Vxori factam, *dec.* 310. *num.* 31.

Defuncto Marito licet matrimonium diſſolvatur, durat tamen obligatio hæredum ipſius Viride alenda Vxore donec dos illi fuerit reſtituta, *dec.* 310. *num.* 30.

Expenſas utiles, & neceſſarias factas etiam circa res non dotales repetit, *dec.* 306. *num.* 16.

Hæres debitoris dotis præſumitur ſibi ſatisfeciſſe de interuſuriis dotalibus, *dec.* 283. *num.* 11.

MATER.

Excluditur a legitima filii per expreſſam pupillarem, *dec.* 277. *num.* 9.

Et quo caſu hoc procedat, *ibid. num.* 10.

Inſtituta in re certa an habeat legitimam quando ineſt pupillaris ſubſtitutio, *dec.* 277. *nu.* 12.

Quid ſi alius hæres non ſit inſtitutus, *ibid. num.* 13.

Si vero ſit inſtituta per verba communia conſequitur legitimam non obſtante ſubſtitutione pupillari, *ibid. num.* 16.

Legitima, quæ debeatur attenta pupillari ſubſtitutione, *dec.* 277. *num.* 3.

Per tacitam pupillarem conſequitur legitimam filio debitam, *ibid. num.* 4.

Contra alii tenent quod Matri eadem legitima minime debeatur, *ibid. num.* 5.

Legitimam filii pupilli an amittat ſi eſt in medio frater major ipſius Pupilli, *dec.* 277. *n.* 11.

Deſcendit a Iure naturali, *ibid. num.* 34.

MATRIMONIUM.

Amiſſio magni lucri nedum pœnæ comparatur, ſed, & illicitam coactionem infligit. ideoque utpote Matrimonio contraria rejicienda eſt, *dec.* 268. *num.* 4. & 14.

In hac tamen materia diſpenſatio Apoſtolica facit articulum planum, *ibid. num.* 15.

Et hujuſmodi diſpenſationes dicuntur potius favorabiles quam odioſæ, *dec.* 268. *n.*16.

Conditiones impeditivæ libertatis Matrimonii a Lege rejiciuntur, *dec.* 268. *num.* 3.

Limita, *ibid. num.* 13.

Contractum ab eo, qui propter illicitam copulam præventivam affinitatem cum ſorore contraxit eſt nullum, & dirimitur, *dec.* 290. *num.* 5.

Et quid in Foro externo dicendum veniat; *ibid num.* 6.

Verificari nequit niſi pubeſcente Pupilla, ſive Infante, aut impubere, *dec.* 235. *num.* 42.

MEDICINA.

Creavit medicinam de Terra Altiſſimus, & Vir ſapiens non abhorrebit eam, *dec.* 256. *num.* 34.

MEDICVS.

Textus in L. Medicus ff.de var., & extraord.cognit. non ita facile ſubextenditur ad Filium ejuſdem Medici. niſi probetur, quod contemplatione Patris fuiſſet erga filium inita donatio, *dec.* 217. *num.* 23.

Quinimo nec ſatis eſt fuiſſe initum contractum favore Medici, quoties non evincatur Medicum doloſe ſe geſſiſſe in excruciatione infirmi pro extorquendo ab eo aliquam promiſſionem, *ibid. num.* 24.

MEDICAMENTA.

Alimentorum nuncupatione quamvis largiori vocabulo veniant, nihilominus tanquam præterita, vel nullum de jure ſortiuntur privilegium, *dec.* 256. *n.* 8.

Vel

Digitized by Google

Vel certe concurrere nequeunt cum alimentis actualibus, vel debitis in futurum, *ibid. num.* 9.

Appellatione alimentorum veniunt, *dec.* 256. *num.* 33.

Cauſa medicamentorum adeo præcellit cuilibet alteri publicę cauſæ, ut etiam ipſi doti illam eſſe anteponendam cenſuerint DD., *dec.* 256. *num.* 37.

Debentur ex ſubſtantia bonorum, ſuppoſitorum primogeniturę ſi conſtet non adeſſe bona nec fructus ſuper quibus fieri poſſit executio, *dec.* 256. *num.* 31.

Fideicommiſſum tunc tenetur pro medicamentis, quando de tempore ſuſceptorum medicamentorum vel nulla bona libere extarent penes gravatorum, vel fructus fideicommiſſi ſatis non eſſent ad illorum ſatisfactionem, *dec.* 256. *num.* 10.

Alias enim plura naſcerentur abſurda, & fideicommiſſa, omneſque Primogenituræ terminarent, *ibid. num.* 11.

Obligatio præſtandi medicamina inſit in Patre, aliiſque ad alendum obligatis, ac perſeverat licet filius incidiſſet propter peccata in manus Medici, *dec.* 256. *num.* 41.

Privilegium Auth. Res quæ datur pro medicamentis, & aſſimilantur alimentis, *dec.* 256. *n.* 35.

Qui impellente natura cogitur ad præſtationem alimentorum, tenetur quoque a fortiori præbere medicamina, *dec.* 256. *num.* 39.

Ratio ſpecialis haberi debet de medicaminibus in taxatione alimentorum, quę Iudicis arbitrio fieri contingat, *dec.* 256. *num.* 40.

Redditus eximii valoris non præſumuntur eſſe inſufficientes pro ſolvendis annuis diſpendiis medelarum, *dec.* 256. *num.* 19.

MELIORAMENTA.

Ad obtinendam retentionem pro melioramentis neceſſe eſt diſtinguere utrum illa fuerint neceſſaria, utilia, & voluptuoſa, *dec.* 298. *num.* 15.

Cedunt ſolo regulariter niſi aliud obſtet, *dec.* 304. *num.* 4.

Inhibitus facere melioramenta, nullo modo reficienda ſunt ei ſi fecerit, ſed ſibi imputare debet ſi voluit in alieno ſolo pecunias diſperdere, *dec.* 398. *num.* 16.

Prætendens probare debet ſtatum antiquum quid impenſum, & quid melioratum. ut quod minus eſt poſtea reficiatur, *dec.* 261. *num.* 19., *dec.* 264. *num.* 1.

Pretium bonorum ſemper augent, *dec.* 323. *n.* 16.

Valorem ſi ſuperent antecedentis rei melioratæ compellitur ille, qui melioravit exburſare æſtimationem veteris valoris in caſu, quo Domino non expediat potius pretium reſtituere ipſorum melioramentorum, *dec.* 264. *num.* 12.

MELIORANS.

Antelatio conceditur melioranti reſpectu Domini directi in bonis Emphytheuticis ratione meliorameutorum, & expenſarum, *dec.* 203. *num.* 22.

Retentionem ſæpe ſolet concedere S. Rota melioranti ſoluto valore prædii cum fructibus à die motæ litis fideicommiſſario illud vindicanti, *dec.* 306. *num.* 21.

MERCATOR.

Si contraxit cum nomine vivi, intrat publica fides, quæ jubet creditores non eſſe decipiendos, *dec.* 224. *num.* 34.

MERCES.

Data ratiocinatori ab hærede gravato eſt illi excomputanda in reſtitutione fideicommiſſi, *dec.* 324. *num.* 6.

MILITIA *S. Jacobi de Spatha Legionen.*

Juriſdictio in Spiritualibus dictæ Militiæ Priori concedenda eſt, fortius ſi dictus Prior doceat de pluribus actibus Juriſdictionalibus in Perſonas, & res ſpirituales, *dec.* 280. *num.* 5.

Et conceſſa huic Ordini à nullo alio exerceri valet niſi à Militibus, vel eorum Clericis, & Vicariis *ibid. num.* 18.

Privilegia quæ a Summis Pontificibus conceſſa fuerint eidem Militiæ, *dec.* 280. *num.* 4.

MINOR.

Contractus a minore juramento munitus ſuſtinetur *dec.* 212. *num.* 16.

Minores, Pupilli, vel infantes licet per ſe civiliter conſentire non poſſunt, iſte tamen conſenſus recte impletur per Tutorem ſive Curatorem ad id deputatum una cum decreto Judicis, *dec.* 212. *num.* 14.

Non ſervatis ſolemnitatibus Juris, & ſtatuti nullum ſibi irrogare valet præjudicium, *dec.* 224. *num.* 5.

Obligare ſe valide poteſt in aliquibus caſibus ſine Tutore, *dec.* 212. *num.* 17.

Succurrendum non eſt minori quando actus, quem ſatagit impugnare dignoſcitur magis utilis, quam damnoſus. *dec.* 224. *num.* 43.

Verbo minori infantes quoque compræhenduntur, *dec.* 212. *num.* 15.

MOBILIA.

Conſumpta præſumuntur ex lapſu longi temporis, *dec.* 311. *num.* 7.

Limita in mobilibus ſtabilis, ſive ſolidioris materiæ, *ibid. num.* 8.

Uſu conſumibilia reſtituenda non ſunt per gravatum hæredi fideicommiſſario, *dec.* 324. *num.* 11.

Secus ſi fuerint ſolidioris materiæ, quia tunc tenetur reſtituere, & ſi non habeat tenetur ſolvere, vel bonificare tantumdem, *ibid. num.* 12.

MODICUM.

Et nihil æquiparantur inter ſe, & de modicis non curat Pretor, *dec.* 223. *num.* 38.

MOLENDINUM.

Conſtruere in ſuo prohibere, aut impedire nemo valet, *dec.* 319. *num.* 2.

Et hoc procedit etiamſi aqua deſumeretur a flumine communi, dummodo non ſit navigabile, quia tunc licentia Principis requireretur, *ibid. num.* 3.

Neque attendi debet præjudicium Domini alterius Molendini jam præexiſtentis, & de ratione, *ibid. num.* 4.

Fen-

Feudalitas excluditur in molendinis, quoties devoluto Fundo ad Dominum directum illa non fuerunt devoluta, *dec.* 319. *num.* 13.

MOLESTIÆ.

Liberatio moleſtiarum de neceſſitate implicat tertium moleſtantem, & operatur, ut moleſtatos ab hoc tertio pro conſequenda liberatione ſeu relevatione laudet authorem ſibi obligatum de jure vel vel ex pacto, *dec.* 204. *num.* 9.

MONACHVS.

Quidquid acquirit Monaſterio acquirit, *dec.* 227. 227. *num.* 2.

MONIALES.

In renunciationibus, quæ fiunt a Monialibus requiruntur ſolemnitates a Concil. Trid. præſcriptæ alias ſunt nullæ, *deciſ.* 227. *num.* 4. & 5.

Quidquid acquirunt Monaſterio acquirunt, *dec.* *num.* 2.

Renovationem proximis capacibus de æquitate debitam impedire nequeunt moniales licet proximiores, *dec.* 210. *n.* 3.

MONITORIVM.

Nil aliud eſt quam monitio Partis, ut propriæ obligationi ſatisfaciat, & quandoque reſolvitur in meram citationem neceſſariam in omnibus Judiciis, *dec.* 317. *num.* 2.

Reduci ſemper debet ad viam Iuris, *dec.* 318. *num.* 17.

Vigore L. Diffamari poteſt in ſui exordio anſam præbere intentandi, præſidium Actori beneviſum, *dec.* 293. *n.* 14.

MONS *Subſidiarius*.

Montes ſubſidiarii pecunias Pauperibus mutuantes fuerunt a pluribus Summis Pontificibus, & ab ipſo Œcumenico Concilio Lateranenſi ſub Leone X. celebrato commendati, atque approbati, *dec.* 216. *n.* 5.

MORA.

Perdurare non valet propter annalem paritionem, *dec.* 263. *n.* 5.

Petens ante tempus conventum pro conſtituendo aliquem in mora, plus petere videtur, *dec.* 310. *n.* 11.

Purgari quandocumque poteſt de æquitate canonica ubi Ius alterius non eſt effectum deterius, *dec.* 303. *n.* 7.

MOROSVS.

Dici non debet is ſi ad illius favorem viget dilatio, *dec.* 310. *n.* 29.

MVLIER.

Adiens hæreditatem Mariti abſque ſolemnitatibus nulliter adit, *deciſ.* 300. *num.* 11.

Contra ſe ipſam Mulier confitendo, aut enunciando nequit citra ſolemnitates ſtatutarias ullum, vel minimum ſibi irrogare præjudicium, *deciſ.* 223. *n.* 40.

Diligentias facere debet pro conſecutione ſuæ dotis ſuper bonis liberis, alias ob non factas diligentias, propriæ ſuæ culpæ, non verò inexiſtentiæ ſatisfactionis adſcribere debet retardatam ſolutionem, *deciſ.* 257. *num.* 14.

Dotem recipiendo cum proteſtatione illam aſſequendi cum omnibus oneribus, & vinculis fideicommiſſariis non fruitur privilegio, *Auth. Res quæ*, *deciſ.* 217. *num.* 26.

Durum nimis eſt quod mulier exuriet, & alter ebrius ſit in ſua dote, *deciſ.* 310. *num.* 27.

Fructus ſuæ dotis efflagitare nequit ſi in interpellatione defecerit, *deciſ.* 310. *num.* 32.

Jura non ſuccurrunt Mulieribus non læſis, ac cum aliena jactura lucrum facientibus, *deciſ.* 300. *num.* 13.

Obligare ſe licite valet pro liberando viro a Carceribus, vel quando idem Vir ad libitum Creditoris carcerari poterat, *deciſ.* 274. *n.* 20.

Obligatio Mulieris pro viro excarcerando tenet non obſtante S. C. Vellejano, *deciſ.* 241. *n.* 2.

Præſumptio L. Quintus Mutius quando procedat ſive Mulier ſit Actrix, ſive Rea, *dec.* 310. *num.* 22.

Et concluditur quod eadem præſumptio operatur etiam in muliere Actrice, & de ratione, *ibid. num.* 23.

Et refellitur opinio *Roch. diſput.* 118., *ibid. num.* 24.

Privilegium non amota competit Mulieri bona viri pro ejus dote mancipata poſſidenti, *dec.* 207. *num.* 9.

Rationem uſque quo non reddiderit de rebus ad ſe perventis, ejus dotale creditum adeo obnubilatur, ut nequeat illud objectari ad effugiendam immiſſionem, *dec.* 286. *num.* 14.

Status cenſetur undique firmatus in eſſe Mulieris ad effectum detrahendi legitimam ex ſola præſumptione *L. Quintus Mutius*, & ad effectum pariter elidendi præſumptionem imputationis, vel conſumptionis, *dec.* 310. *nu.* 19.

Et hæc præſumptio procedit in Muliere etiamſi ſit Actrix ad effectum etiam repellendi Virum a privilegio *Deducti ne egeat* ſi ipſa agit pro recuperatione, vel aſſecutione ſuæ Dotis, *ibid. num.* 21.

Tutrix non informata præjudicare nequit filiis infantibus, *dec.* 223. *num.* 39.

MVTATIO.

Mutanda ea non ſunt, quæ certam ſemper habuerunt interpretationem, *dec.* 214. *num.* 17.

Præſumitur uſuum, rerum, & dominiorum per ſpacium longi temporis, unius nempe ſæculi, *dec.* 223. *n.* 33.

Imo ſpacio tanti longi temporis quidquid ſub Mundi machina regitur, revolvitur, atque innovatur, *ibid. num.* 34.

MVTVANS.

Si durante aliquo termino ad cambiandum poteſtatem ſibi admiſſet cambiandi, cambiare volens ad quæ teneatur, *dec.* 302. *num.* 8.

N

NEGATIVA.

Scriptura, ſive actus judicialis juſtificatur ex revolutione, aut rimatione actorum expleta per officialem *deciſ.* 236. *num.* 17.

NEGLIGENTIA.

Anteceſſoris obeſſe nequit ſucceſſori, *deciſ.* 260. *num.* 6.

NOBILITAS.

Ad probandam nobilitatem multum operatur communis reputatio *deciſ.* 309. *num.* 27.

NOMINATVS.

Factum defuncti nominantis acceptare tenetur *dec.* 222. *n.* 17.

Obligatus ſemper remanet, & ſi moriatur, tunc ejus hæreditas, quæ eum repræſentat, *deciſ.* 224. *n.* 33.

Reliqua vide in verb. *Acquirens*.

NOTARIVS.

Fides adhibenda non eſt Notario, ac Teſtibus ſuper ſtipulatione Inſtrumenti deponentibus niſi Inſtrumentum ipſum pandatur, atque aſſeratur in Judicio, *dec.* 290. *num.* 12.

In omnibus contractibus requiritur quod Notarius acquirat notitiam Partis ſaltem eo modo, quo poteſt, *deciſ.* 290. *num.* 11.

Inſtrumentum antequam extradat petentibus, ſive intereſſe habentibus ſolet conficere publicum ejuſdem inſtrumenti, *deciſ.* 316. *num.* 15.

Pro inſtrumentis repetitis ſolvi debet Notario Cauſæ tertia pars mercedis ratione copiæ extendendæ, *deciſ.* 209. *num.* 1.

NOTULA.

Favore ſcribentis non probat ſimplex notula *deciſ.* 243. *num.* 1.

Perceptionis fructuum juramento munita fidem in Judicio promereretur niſi oppoſitum demonſtretur, *deciſ.* 312. *num.* 20.

Privatæ notulæ durante illius veriſimilitudine plena fides præſtanda eſt, *deciſ.* 244. *num.* 22.

Simplex notula juncta eximia nobilitate ac probitate ſcribentis ad ejus commodum plene probat, *deciſ.* 244. *num.* 13.

Potiſſimum ſi eadem notula ab ejus Authoribus producta fuerit poſt obitum ſcribentis, quia tunc ex hoc ſolo capite mortis, & non factæ retractationis ſemiplenam conſtituit probationem *ibid. num.* 14.

Item ſtante etiam ſola veriſimilitudine ſuadente Judicem, quia tunc probat ad commodum ſcribentis, *ibid. num.* 15.

NOVATIO.

Ad inducendam veram novationem, repellendique proprium, & originarium Creditorem exigitur, quod Creditor mandet debitori ſuo, quod Tertio ſolvat, iſque mandatum acceptet, & ſolvere promittat, *dec.* 281. *num.* 11.

Extinguit præcedentem obligationem, ut ex ea poſſit agi, *dec.* 281. *num.* 5.

Non datur ſine incompatibilitate actuum, *dec.* 281. *num.* 10.

NUMERUS.

In numero majori explicito, continetur etiam minor, *deciſ.* 235. *n.* 26.

NVNCIJ.

Hiſpaniarum quæ Beneficia Clericis illarum Partium nomine S. Sedis conferre valeant, *dec.* 305. *num.* 2. & ſeqq.

Indultum autem hujuſmodi requirit ſpecificam expreſſionem vacationis per obitum, & non per ceſſum, ſive reſignationem, aut alio modo, *ibid. num.* 7.

NUPTIÆ.

Invitatio ſub ſpe lucri licita eſt ad nuptias, *dec.* 268. *num.* 2.

O

OBIECTIO.

Tempore litigij non promota merito rejicitur, *deciſ.* 227. *n.* 13.

OBLIGATIO.

In uno caſu emiſſa trahi nequit ad alium diverſum, *dec.* 228. *n.* 5.

Mulierum, vel Perſonarum a jure, vel Statuto effectarum incapacium contractum, ſive obligationem validat timor executionis erga Perſonas conjunctas, *deciſ.* 206. *n.* 12.

Obligare ſe nemo præſumitur in contractu, in quo nullam habuit utilitatem *dec.* 228. *n.* 6.

Obligari ut quis ſe valide poſſit requiritur ſcientia nullitatis facti, vel Iuris, *deciſ.* 224. *n.* 21.

OBLIGATIO *Cammeralis*.

Exceptiones deductæ contra obligationem cammeralem nullam involuere debent dubitationem, ſeu indaginem, *dec.* 247. *n.* 1.

Tacitè quæ continentur in obligatione cammerali ad quorum favorem operentur, *deciſ.* 293. *n.* 4.

Tribuit jus agendi contra heredem, & executionem paratam habet, *dec.* 293. *n.* 5.

OBLIGATUS.

Tenetur ad formam ſuæ obligationis, *deciſ.* 282. *n.* 17.

OBSERVANTIA.

Attendi ut mereatur debet eſſe clara, ne alias interpretatio deducta ab obſervantia eſſet obſcurior, *dec.* 208. *num.* 40.

Certa, & non æquivoca eſſe debet, *dec.* 273. *num.* 9.

Omnem dubitandi occaſionem perimit, *dec.* 208. *num.* 13. *dec.* 221. *num.* 23.

Vltimiſtatus in quacumque materia, præſertim in beneficiali eſt attendenda *dec.* 208. *num.* 44.

OBSTETRIX.

Judicium Obſtetricum eſt multum fallax, *dec.* 290. *num.* 18.

Potiſſimum citra incluſionem, vel excluſionem Virginitatis cujus reſpectu difficile eſt certam firmare ſententiam, *ibid. num.* 19.

ONUS.

Deducendum ſemper eſt ex fructibus, *dec.* 209. *num.* 17.

OPIFEX.

Debitorem recentem compellere non ſolent opifices, & de ratione, *dec.* 256. *num.* 62.

ORDINARIUS.

Non abſoluto, ſed ſimultaneo cum Capitulo patitur jure conferendi de Dignitatibus, & Beneficiis Eccleſiæ Cathedralis, *dec.* 265. *num.* 2.

ORDO.

Directus Sacro Monti Pietatis, ac reſpective ſolutus conſtituit undique probationem probatam, *dec.* 313. *num.* 6.

ORDO *Succedendi*.

Gradualis a Teſtatore volitus quemcumque juridicum ſubingreſſum alterius Perſonę excludit, *dec.* 221. *num.* 18.

Norma ſuccedendi quomodo facienda ſit in his caſibus ubi Teſtator voluit, ut Succeſſor ab urna delegeretur, *dec.* 230. *num.* 1.

ORIGO.

Dici non poteſt de tali caſata, qui trahit originem ab illegitimo connubio, *decif.* 309. *numer.* 15.

Macula illegitimæ originis purgatur per plura media legitima, & illuſtria, *dec.* 309. *n.* 13.

P

PACTUM.

Confovens Juris communis cenſuram magis ſtringit, & convalidat Juris diſpoſitionem, *dec.* 256. *num.* 60.

De retrovendendo importat perfectiſſimam dominii abdicationem, illuſque tranſlationem in Emptorem, & venit ſub nomine alienationis, *dec.* 259. *num.* 10.

In rebus ſpiritualibus, illiſque annexis quodcumque pactum improbatur, *dec.* 240. *num.* 4.

Redimendi non habet certam menſuram in eorum appretio, ſed æſtimabatur arbitrio Judicis licet etiam in ſuis caſibus pro tertia parte, *dec.* 311. *num.* 6.

Retrovendendi ſecumfert quartam, vel ſextam partem pretii, *dec.* 323. *num.* 17.

Reverſivum regulariter interjectum legitur ſub inſtrumentis continentibus de more obligationem cammeralem, *dec.* 237. *num.* 28.

PAPA.

Alienus adeo eſt a violanda intentione Fundatorum, ut vacante aliquo Beneficio affecto S. Sedi, & qualificato, derogare non ſoleat qualitatibus ipſi Beneficio præſcriptis, *dec.* 221. *num.* 21.

Cogitaſſe in dubio non præſumitur de illegitimis, *dec.* 242. *num.* 16.

Contra Papæ voluntatem quidquid geſtum fuerit eſt nullum, *dec.* 212. *num.* 11.

De certa voluntate Papæ derogantis ut conſtet, requiritur explicita claritudo, non autem ſuboſcurum verborum involucrum, *dec.* 212. *num.* 8.

Dubitare nefas eſt de Papæ poteſtate, *dec.* 280. *num.* 3.

Æquitas non patitur, ut contrahens ſub fide, & gratia Principis remaneat deceptus, *dec.* 212. *num.* 12.

Gratia a Principe conceſſa ad hoc ut de ſubreptione, & obreptione redargui nequeat ſat eſt quod Princeps veriſimiliter, ac generice ignorare nequiverit circumſtantias reticitas, *dec.* 212. *num.* 13.

In conceſſionibus, ſeu derogationibus Principis non inſpicitur, quid Partes rogaverint, ſed quid Princeps indulſerit, ſeu voluerit, *dec.* 212. *num.* 9.

In materia Beneficaria abſolutus eſt Dominus, *dec.* 255. *num.* 3.

Poſterior derogare poteſt Conſtitutionibus aliorum Principum Anteceſſorum, *dec.* 232. *num.* 6.

Præjudicare voluiſſe non præſumitur Juri alterius quæſito, *dec.* 327. *num.* 14.

Providere quomodo ſoleat de Beneficiis, & quæ Gratia pro illis concedit, *dec.* 249. *num.* 20.

Si ſciviſſet gratiam eſſe ſubreptitiam vel obreptitiam illam certe non conceſſiſſet, *dec.* 203. *num.* 29.

Tollere poteſt poteſtatem, & prohibitionem Teſtatoris, præcipue ſi prohibitio ſit in Jure admodum dubia, *dec.* 268. *num.* 5.

Voluntas in Principe ſemper intercedere debet ut quælibet relaxatio, ſeu Gratia ſubſiſtat, alias eadem Gratia remanet ſubreptitia, & obreptitia, *dec.* 268. *num.* 6.

PARENS.

Filium exheredare juſta, ac rationabili cauſa concurrente licitum eſt Parenti, *dec.* 298. *num.* 8.

Et cauſa exheredationis probari debet per hæredem, non vero a filio, *ibid. num.* 9.

Et ex quibus argui poſſit verificatio cauſæ exhæredationis, *ibid. num.* 10.

Præſumuntur ſemper Parentes aſſumere bonum conſilium pro filiis, *dec.* 224. *num.* 25.

PAROCHIALITAS.

Poſſeſſio vel quaſi, & conſuetudo Parochialitatis penes aliquem Præsbyterum præexiſtens ſuffragatur ad effectum excludendi Eccleſiam deſtitutam exercitio Actuum Parochialium, *dec.* 266. *num.* 3.

Præſcribitur per longe minus ſpatium 30., vel 40. annorum poteſtas adminiſtrandi Sacramenta, ipſaque Parochialitas, *decif.* 266. *num.* 2.

Probatur ex perceptione Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ in Paſchate in Eccleſia Parochiali *dec.* 266. *num.* 4.

Item ex ſubminiſtratione Sanctiſſimi Sacramenti infirmis, & ex tumulatione corporum Defunctorum, *ibid. num.* 5.

Et aſſiſtentia adhibita Matrimoniis, *ibid. num.* 6.

Digitized by Google

PAROCHUS.

Eligendus eſt ſemper ille, qui veluti Paſtor cum amore, benevolentia a regendis ovibus excipiatur, *dec.* 269. *num.* 7.

Iudicio, ac prælectioni, ſeu gratificationi in concurſu aliorum factæ ab Ordinario ſtandum omnino eſt, præcipue circa curam Animarum, quæ eminenter, & generaliter commiſſa eſt a S. Sede eiſdem ordinariis, *dec.* 269. *num.* 1.

Et in hujuſmodi electionibus Parochorum quid primario inſpicere debeant Ordinarii, coram quibus fit concurſus, *ibid. num.* 2.

Item ordinarius in dictorum Electionibus anteferre ſemper debet concurrentem ſibi notum, quam ignotum, *ibid. num.* 3.

Illiuſque judicium hac in re difficile multum eſt de irrationabilitate convincere ſi unum magis habilem, & idoneum poſtpoſuerit minus idoneo, *ibid. num.* 4.

Quinimo magis notus ſemper eſt præeligendus minus noto, *ibid. num.* 5.

Idque procedit etiamſi excluſus in linea doctrinæ ſit magis ſpectandus, quia reſpectu curæ animarum anteponendi ſunt mores, & qualitates, quæ magis innoteſcunt, *ibid. numer.* 6.

Iunior, ac robuſtior eſt eligendus ubi agitur de cura animarum diffuſa per loca nimium remota, aſpera, & difficilia, *dec.* 246. *n.* 5.

Si vero hæc circumſtantia ceſſat ſenior ſemper adminiſtrationi curæ Animarum eſt eligendus, *ibid. num.* 6.

Potiſſimum ſi in ſeniore concurrat etiam major antiquitas Sacerdotii, quæ pariter influit in majoritatem, *ibid. num.* 7.

Nativitas, & origo in Electione Parochi multum conſideranda eſt, *dec.* 269. *num.* 8.

Nemo melius agnoſcit oves ſuas, & ſtatum Eccleſiarum inferiorum, quam proprius Paſtor, *dec.* 266. *num.* 11.

Perpetuus eſſe debet, & non amovibilis excepto caſu, quo cura ipſa reſideat penes aliquam dignitatem, collegium, aut monaſterium, *deciſ.* 266. *num.* 12.

PARTITÆ.

Examen partitarum eſt ſingillatim perpendendum ad evitandam confuſionem, *deciſ.* 312. *num.* 1.

Extractæ a libris Nundinarum abſque citatione partis admitti nequeunt ad effectum canonizandi creditum, *dec.* 324. *num.* 7.

Iam ſolidatæ in nulla conſideratione habentur, *dec.* 233. *num.* 7.

PASCUA.

Conſortium, & dominium promiſcuum inducunt Fontanile, ſeu Paſcua communia, *dec.* 223. *num.* 3.

PATER.

Filiæ ſi plus reliquerit ad hoc, ut certum cum aliquo matrimonium iniret, iſta conditio non eſt impeditiva Matrimonii, *dec.* 268. *num.* 13.

Relicta dote, vel legitima filiis valet quemlibet extraneum ſibi conſcribere hæredem, *dec.* 268. *num.* 9.

PATRES *Servitæ*.

Tumulari valent in eorum Eccleſiis cadavera eligentium inibi ſepulturam non obſtante quolibet oppoſita conſuetudine, *dec.* 238. *num.* 8. & 11.

PATRONUS.

Gaudere poteſt ſive per viam adhæſionis ſive per alteram ſupplicationis eo beneficio cujus præſentatio active aliàs ad eum pertineret, *dec.* 208. *n.* 39.

Incumbere debet pro Beneficii recta adminiſtratione, ne redditus, & bona ipſius Beneficii dilapidentur, aut diſſipentur, *dec.* 216. *num.* 2.

Legem a Fundatore præſcriptam quoad Jus præſentandi contemnere nequit, *dec.* 208. *num.* 12.

Requiſitorum verificationi factæ a Patronis ſtandum omnino eſt, & de ratione, *dec.* 234. *num.* 5., & 6.

Limita ſi docetur de injuſtia verificationis, ac peritiæ, *ibid. num.* 7.

Quinimo tali caſu datur etiam appellatio ab irrationabili judicio ipſius Epiſcopi, *ibid. num.* 8.

PAUPERTAS.

Probata remanet ex plurium Teſtium depoſitionibus, *dec.* 201. *num.* 6.

PECUNIA.

Fructus parere nequit citra concurſum requiſitorum lucri ceſſantis, vel damni emergentis, *dec.* 303. *num.* 1., & 13.

Et hoc procedit etiamſi inita fuerit conventio, ſeu obligatio præſtandi fructus, quia talis conventio uſurariam redolens pravitatem ab uttoque jure, & ſignanter Pontificio damnatur, niſi talis conventio ſufficienti cauſa legitimetur, *ibid. num.* 2.

Limita, *ibid. num.* 11.

PENSIO *Eccleſiaſtica*.

Affligi, ut valeat ſucceſſor in Beneficio pro penſionibus decurſis, & non ſolutis, quot requiſita enumerentur, deſiderantur diligentiæ exactiſſimæ, vel judiciales, *dec.* 256. *num.* 15.

PENSIO *Profana*.

Domorum ſicuti fructus in agris, & prædiis veniunt in ſequelam dominii, *dec.* 276. *num.* 22.

In penſionibus Urbanorum prædiorum tot cenſetur eſſe credita, quot ſunt termini, vel dies, *dec.* 233. *nu.* 96.

PERITIA.

A qua non fuit appellatum, ſed fuit per rem judicatam approbata, nequit ſive aliquo documento manifeſti erroris improbari, *dec.* 204. *num.* 2.

PERITVS.

Deponens de rebus ad ejus artem, & peritiam pertinentibus in dubio attendendus eſt, *dec.* 313. *num.* 8.

In diſcordia duorum Peritorum ad tollenda majora diſpendia, liteſque reſecandas nimis de raro eligendus eſt quartus, ſed ſtandum eſt tertio, *dec.* 276. *num.* 17.

Præ-

Præſertim ſi tertius Peritus ſit quaſi medicus inter præcedentia, extrema diſcordantium partitarum, *ibid. num.* 18.

Et quomodo hoc caſu Judex ſe gerere debeat, *ibid. num.* 19.

Lite pendente expiſcatus, pretioque conductus nihil probat, *dec.* 228. *num.* 10.

Practicis peritis fides non modica præſtanda eſt, *dec.* 291. *num.* 12.

Sac. Rota, & Tribunalia multum deferre conſueverunt Peritis in faciem loci controverſiam exquirentibus, *dec.* 234. *num.* 5.

PERMANENTIA.

Ephimera, vel momentanea non prætergreditur unum, vel alterum diem, *dec.* 263. *num.* 3.

PERSONA PERSONÆ.

Legitimatio Perſonarum, & pertinentia Jurium demonſtratur ex admiſſione earumdem Perſonarum in Judicio, in quo emanavit res Judicata, *dec.* 223. *num.* 13.

PETITIO.

Reſtaurari, & cumulari poteſt per diverſa compatibilia tamen auxilia ad eumdem finem tendentia, *dec.* 293. *num.* 10.

PHARMACOPOLA.

Auth. Res quæ extendi nequit ad Pharmacopolas ob duplicem extenſionem nempe de dote ad alimenta, & de alimentis ad pharmaca, *dec.* 256. *num.* 12.

Creditum Pharmacopolæ per nimiam diuturnam taciturnitatem præſcribitur ex Conſtitutionibus Summorum Pontificum, *dec.* 256. *num.* 4.

Privilegio nullo pollent eorum Apothecæ excepetis medicaminibus erogatis in ultima infirmitate, *dec.* 256. *num.* 7.

PIA *Cauſa*.

Privilegium piæ cauſæ generaliter contemplatum non eſt adeo potens, ut prævaleat favori legitimæ jure naturæ debitæ, *dec.* 235. *num.* 40.

Verba quantumvis communia interpretanda ſunt uti directa favore piæ cauſæ, *dec.* 277. *n.* 22.

PORTIO.

Contravenientis ſemper acquiritur alteri Perſonæ obtemperanti, *dec.* 268. *num.* 7.

POSSIDENS.

Contra poſſidentem, vel quaſi ſi urgeat apertum bonum Jus, ei denegantur remedia poſſeſſoria ex illa familiari regula quod petitorium abſorbeat poſſeſſorium, *dec.* 327. *num.* 3.

POSSESSIO.

Acquiri nequit contra aliquem remotum, & ignarum, *dec.* 226. *num.* 8.

Animo retenta ſufficit ne manutentio denegetur, *dec.* 328. *num.* 7.

Anteſertur ſemper ille ad effectum manutentionis in poſſeſſione, qui docet de ſua poſſeſſione tempore motæ litis, *dec.* 226. *num.* 9.

Breve de capienda poſſeſſione nomine Cammeræ quando eſt juſtificatum venit exequendum, *dec.* 321. *num.* 6.

Capta in vim fideicommiſſi alias, quam de manibus hæredis, vel habentis cauſam univerſalem a gravato eſt nulla, & attentata, *dec.* 213. *num.* 13.

Capta, & tranſlata a Judice falcem immittente ſuper juriſdictione aliena ſuſtineri nequit, *dec.* 299. *num.* 8.

Continuatæ poſſeſſionis obſervantia, & juſtificatio emergit ex affictibus, & venditionibus, *dec.* 223. *num.* 6.

Deficiente poſſeſſione non applicatur interdictum retinendæ, ſive ulla manutentio, *dec.* 254. *num.* 3.

Extendibilis non eſt de uno ad alium caſum, *deciſ.* 327. *num.* 5.

Quod procedit etiam in Beneficiis omnino diſtinctis, *ibid. num.* 6.

Fructuum productiva non eſt referibilis ad titulum ignoratum, ſed cum de quo conſtat, *deciſ.* 272. *num.* 17.

Immemorabilem poſſeſſionem allegans babet meliorem titulum, ut dicunt, de Mundo, & ſic proprietatis etiam, & dominii, *deciſ.* 260. *n.* 5.

Non amittitur niſi ex facti circumſtantiis arguatur ſocordia punibilis, vel animus deferendi factam inſtantiam, *deciſ.* 327. *num.* 4.

Idque procedit non obſtante lapſu decennii, *ibid. num.* 5.

Præſertim ſi agatur de paupere Perſona, quæ non poſſit agere ex ſemetipſa, *ibid. num.* 6.

Rei ad communem debitorem ſpectantis eſt concludenter ab actore probanda, *deciſ.* 301. *num.* 8.

Sola univerſalis ſufficit pro manutentione quando Jus commune aſſiſtit poſſidenti, *deciſ.* 327. *num.* 3.

Limita, *ibid. num.* 7.

POSSESSORIUM.

Cauſa univerſalis eſt contemptibilis in Judicio poſſeſſorio, quando alter eſt in poſſeſſione actus particularis, *deciſ.* 327. *n.* 9.

Cumulationi poſſeſſorii cũ petitorio tunc eſt locus, quando conſtat de bono jure claro, & liquido, à quo dependeat poſſeſſio, *deciſ.* 223. *n.* 18.

Limita ſi poſſeſſio ex una parte ſit clara, tunc enim non admittitur, ne poſſeſſor gravetur onere probandi, & ſic figuram rei gerat, *deciſ.* 223. *n.* 19.

Delibatio boni Juris quando aſſumitur ad magis roborandum, vel colorandum poſſeſſorium tunc dependente poſſeſſione ab ipſo titulo, deguſtatur idem titulus, *deciſ.* 223. *num.* 20.

Præſertim accedente in Commiſſione clauſula *Arbitrio*, quod aliquid de rigore Juris relaxat, *ibid. num.* 21.

Privilegium poſſeſſorium ad infringendum requiritur, quod vel confeſſio, vel inſtrumentum, publicum, vel res judicata nullam patiantur dubietatem, *deciſ.* 223. *num.* 46.

POSSESSOR.

Ad effectum removendi poſſeſſorem a ſua legitima poſſeſſione neceſſe eſt probare titulum, & dominium poſitivum, non vero inhærere præſumptioni, *deciſ.* 223. *num.* 24., & 46.

Con-

Continuatio poſſeſſori concedi debet juxta ſtatum antiquum, *decif.* 266. *la* 2. *num.* 3.
In dubio judicandum ſemper eſt pro poſſeſſore, *decif.* 223. *num.* 49.
Reſponſio quead te liberas ædes habeo, quo caſu exuberet Poſſeſſori, *decif.* 223. *num.* 43.
Violentus condemnatur nedum ad refuſionem fructuum quos vere, & realiter recollexit, ſed etiam ad eos, qui recipi potuiſſent, *dec.* 306. *num.* 8.

PRÆBENDA.

Vocabulum præbendæ ſolummodo congruit independenti, ac proprio titulo Beneficii, non vero ſimplici adminiſtrationi curæ prorſus dependentis, & incorporatæ, *decif.* 253. *num.* 16.

PRÆDIVM.

Parvum inveriſimile eſt reddere annum valorem in ingenti ſumma, *decif.* 311. *num.* 10.

PRÆLATIO.

Intentans prælationem debet ſedulo inveſtigare antequam tertium poſſeſſorem divexet utrum ſibi expediat rem retrahere offerendo, ſive ſolvendo liberum pretium, alias a petitione deſiſtat, *decif.* 318. *num.* 7.

PRÆPOSITVRA.

Collegiata alicujus Eccleſiæ veluti prima Dignitas perſonalem reſidentiam expoſcit, *decif.* 203. *num.* 27.

PRÆSCRIPTIO.

Ad impediendam præſcriptionem reſultantem ex inobſervantia tranſactionis, ſat eſt, ut in parte eadem tranſactio remaneat executioni demandata, *decif.* 317. *num.* 13.
Interrumpitur per actum contrarium ſubſecutum intra terminum a Lege inductum ad præſcribendum, *decif.* 301. *num.* 14.
Spatium trigenarium requiritur ad præſcriptionem omni Jure odioſam, *decif.* 317. *num.* 5.

PRÆSENTATVS.

A medietate Patronorum inſpectis præpollentibus qualitatibus prælegi, & gratificari debet, *decif.* 208. *num.* 23.
Contra confeſſionem, vel profeſſionem ſui Authoris venire neqit, *decif.* 258. *num.* 5.

PRÆTIVM.

Collatum ſi ſit in certæ Perſonę arbitrium contractus eſt validus, & tenentur ſuccumbentes illud ſolvere, *decif.* 219. *num.* 1.

PRÆSVMPTIO.

Cedit veritati, *decif.* 269. *num.* 10., *decif.* 279. *num.* 3.
Fortius ſtringit ſi communita fuerit ab extranea probatione, *decif.* 310. *num.* 26.
Habens Juris præſumptionem transfundit in oppugnantem neceſſitatem probandi contrarium, *decif.* 310. *num.* 18.
Militat ſemper pro actus validitate, *decif.* 528. *num.* 16.
Reiicitur contrariis probationibus, *decif.* 231. *num.* 5.

PRIVATIO.

Beneficii privationem ad evitandam ſat eſt illud coram Notario in partibus dimittere, *decif.* 203. *num.* 24.

PRIMOGENITVRA.

Antequam vexetur conſumi potius debet totum fideicommiſſum generale, *decif.* 256. *num.* 20.
In perpetua primogenitura quoties quis oriri contingat vel antea, vel poſt avocat bona etiam ſi medio tempore legitimè in alium ſucceſſorem translata fuerint, *decif.* 230. *num.* 9.
Naturæ Primogenituræ nil magis repugnat quam diviſio, & e ſciſſura bonorum inter plures Perſonas, *decif.* 230. *num.* 8.

PRIMOGENITVS.

Eligendus nullum habet titulum acquiſitivum niſi a die ſuæ electionis, a quo tempore facit fructus ſuos, *decif.* 272. *num.* 25.

PRINCEPS.

Cives creare ſicuti eſt Supremi Principis ita ſat eſt ſola aſſertio ejuſdem Principis, quod aliquis ſit Civis alicujus Vrbis, *decif.* 285. *num.* 10.
Supremus Princeps hoc inter cętera privilegium habet impartiendi ſcilicet efficaciam veritatis, etiam privilegiativæ fictioni, *decif.* 285. *numer.* 9.

PRIVILEGIVM.

Cap. Odoardus locum non habet in debitis contractis, ex cauſa negociationis, & commercii, *decif.* 245. *num.* 27.
Reliqua vide *in verb. Clericus*.
Civilitatis ſi quis acquirat poſtquam Rectori alicujus Eccleſiæ, vel aliis Civibus fuerit Ius quæſitum ſuper renovationibus faciendis, nequit hoc privilegium illis obeſſe, *decif.* 285. *num.* 11.
Et quommodo probetur hoc Ius quęſitum, *ibib. num.* 12.
Non amota cui Creditori competere nequeat, *decif.* 207. *num.* 8.
Non ſuffragatur ei, qui illius conditionibus obtemperare neglexit, *decif.* 285. *num.* 8.

PROBATIO.

Actus publici faciunt probationem undique probatam, *decif.* 224. *num.* 12.
Auguſtiandæ non ſunt probationes, ſed ampliandæ, *decif.* 324. *num* 9.
Circumſtantia probationis ſolidari debet in hoc vel illo tempore præciſo, *decif.* 228. *num.* 11.
Deprompta ex juridicis præſumptionibus eidem expreſſæ probationi aliquo modo æquipollet, *decif.* 256. *num.* 47.
Emergens ex publico inſtrumento ſuperat omne genus probationis, *decif.* 278. *num.* 6.
Ex illarum incertitudine Iudici ſemper ſunt arbitrariæ, *decif.* 244. *num.* 6.
In arbitrio ejuſdem Judicis ſitum eſt adhibere, vel denegare fidem libris, ſive ſcripturis alias informibus, *ibid. num.* 7.

PROCVRATOR.

Ad conſtituendum Principalem ſub uſuris indiget ſpeciali mandato, *decif.* 224. *num.* 14.
Conſtituens Procuratorem cum ſubſcriptione in albo, probare concludenter debet illud album non

non fuiſſe repletum, alias contra ſcribentem præſumptio ſtat, *deciſ.* 290. *num.* 7.

Deputatus a conſtituente ad utilitatem tamen alicujus Tertii in iſtius præjudicium revocari nequit, *deciſ.* 281. *num.* 6.

Revocatur per mortem conſtituentis, *deciſ.* 309. *num.* 1.

Revocatus ſi fuerit eſt prorſus inefficax ad promovendam in Iudicio quamlibet actionem nomine conſtituentis, *deciſ.* 281. *num.* 1.

Sublato de medio Procuratore, ſive lite extincta poteſt Dominus, ſeu conſtituens debitores ſuos nomine proprio moleſtatos eximere, & liberare, *deciſ.* 281. *num.* 3.

Voluntarie conſtitutus poteſt ſemper, & quandocumque revocari, etiamſi hujuſcemodi irrevocabilitati ſuperacceſſerit pactum, & juramentum de non revocando, *deciſ.* 281. *num.* 2.

PROFESSIO.

Caſtitatis votum præfefert ſola ſolemnis profeſſio, *deciſ.* 309. *num.* 22.

Probari concludenter debet uti quid facti, *deciſ.* 309. *num.* 23.

PROHIBITIO.

Commoditas percipiendi fructus regulariter non comprehenditur ſub quacumque prohibitione alienationis, vel uſusfructus, *deciſ.* 287. *nu.* 9.
Et de ratione, *ibid. num.* 10.

PROMISSIO.

De facto alieno non tenet, niſi ſuperacedat clauſula alias de proprio, *deciſ.* 234. *num.* 28.

De non parendo ſuperiorum judicatis etiamſi juramento communita fuerit eſt injuſta, ideoque non attendenda, *deciſ.* 258. *num.* 6.

De rato facta a Fratre, nulla ſuperveniente ratificatione reſpectu aliorum Fratrum, inutilis redditur, *deciſ.* 206. *num.* 2.
Ac proinde ea non probata fieri nequit executio ſuper bonis aviti fideicommiſſi eorum favore purificati, *ibid. num.* 3.

PROMITTENS.

Indemnem aliquem revelare ex quocumque titulo etiam pio damna ſemper ſive occurſa, ſive occurrenda refundere tenetur, *dec.* 216. *num.* 8.

PROROGATIO.

Concedenda non eſt in Beneficiis in præjudicium illius, qui ante per ſupplicationem a Pontifice ſignatam Jus acquiſiverat ad Beneficium, *deciſ.* 203. *num.* 9.

Denegari nunquam ſolet in Beneficiis de ſtylo attentis circumſtantiis, *ibid. num.* 21.

Præſupponit durationem temporis prorogati, ſeu prorogandi, neque locum ſibi vindicat illo defluxo, & extincto, *deciſ.* 203. *num.* 7.

Tempus prorogatum de Iure labi nunquam incipit, ſive exorditur, niſi a preciſo momento expiratæ præcedentis dilationis, *deciſ.* 203. *num.* 17.
Potiſſimum ſi ita declaretur in prorogatione obtenta, *ibid. num.* 18.

Reliqua vide *in verb. Beneficium Eccleſiaſticum in genere.*

PROTESTATIO

Contraria facto eſt penitus inefficax, *dec.* 259. *num.* 9. *dec.* 320. *num.* 23.

Idonea eſt ad conſervandum jura ſua, *dec.* 320. *num.* 22.

PROVISIO.

Beneficij in forma penitus abſoluta & gratioſa ſupponit cuncta præcedenter extitiſſe a Datariæ Officialibus animadverſa, ac juſtificata, *dec.* 305. *num.* 1.

Juſta, & rationabilis ubi ſit retardari nequit, *dec.* 321. *num.* 5.

PROVISUS.

Authoritate propria nequit capeſſere, vel legitime retinere poſſeſſionem Beneficii priuſquam Executor in Literis Apoſtolicis deputatus opportunam illi dederit authoritatem, *dec.* 203. *num.* 12.

Tempus non currit noviter Proviſo ad dimittendum beneficium, quod ante habebat, durante rationabili timore ſuper præcedenti impetratione Beneficii, *dec.* 203. *num.* 14. ; *Ampliа num. ſeq.*

Si ante obtentam legitimam apprehenſionem ſeu intraturam Beneficii, Proviſus illius poſſeſſionem obtinuerit, cenſendus potius eſt intruſus ob male expreſſam ejuſdem Beneficii qualitatem, *dec.* 203. *num.* 13.

PROXIMITAS.

Gravati ſemper attenditur ſi Teſtator voluit ſucceſſivitatem, *dec.* 208. *num.* 47.

Succeſſio ut minus evadat ſaltuaria magis attendenda eſt in ordine ad ultimum gravatum, quam ad ipſummet gravantem, *dec.* 208. *n.* 24.
Et hæc quæſtio percutienda etiam eſt in terminis Iuriſpatronatus, *ibid. num.* 25.
Limitatur tamen regula præmiſſa in caſu quo extincto primo genere vocatorum, tranſeundum eſt ad aliud genus ſubſtitutorum, & de ratione, *ibid. num.* 26.

PUBLICATIO.

Impedimentum juſtum excuſat a publicatione, *dec.* 217. *num.* 28.

Præſumitur interveniſſe per ſententiam latam ab Ordinario ſuper executione Literarum Apoſtolicarum, *dec.* 217. *num.* 26.

PUPILLUS.

Incapax eſt cujuslibet conſenſus ſive civilis, ſive naturalis, *dec.* 212. *num.* 6.

Incontractibus indifferentibus ubi convicatur læſus valet contra Tutorem ſe retorquere, & infirmul dicere de nullitate contractus, *dec.* 224. *num.* 27.

Per medium Curatoris valide conſentire poteſt *dec.* 212. *num.* 22.

Præſentia impuberum, ſeu Pupillorum an de neceſſitate exigatur ad validitatem contractus dependet ut plurimum a Iudicis arbitrio, & facti circumſtantiis, *dec.* 212. *num.* 18.

QUA-

Q

QVALITAS.

BAronalis requiritur ad hoc, ut vigore Bullæ Baronum abſcindantur fideicommiſſa, & bona reducantur ad inſtar indifferentium, *deciſ.* 301. *num.* 6.

Hereditaria tanquam quid facti venit concludentiſſime probanda, *dec.* 301. *num.* 5.

QVIETANTIA.

Extingit omne debitum non docto de aliquo errore, *dec.* 322. *num.* 10.

Manus creditoris recognita in quietantia, ſeu computo contra illius hæredes urgere debet, *dec.* 322. *num.* 11.

Satisfactionem ſupponit ſicuti privatio ſupponit habitum, *dec.* 322. *num.* 6.

R

RATIFICATIO.

CApitularium ſubſequens ratifieatio, & conſenſus æquipollet antecedentibus, & actum convalidat. *dec.* 317. *num.* 20.

Facta ab effecto majore non nocet ſine ſcientia nullitatis tam facti, quam Juris, *deciſ.* 317. *num.* 16.

Fieri non minus valet per Epiſtolam, quam per quemcumque efficaciorem actum inter vivos, *dec.* 206. *num.* 7.

Obligat valide ratificantem ad ſervandum contractum illius nomine celebratum, *dec.* 228. *num.* 1.

RATIO.

Ampliat dictum, & fideicommiſſum intra tamen terminos, & naturam dicti, non vero dictum rationem, *dec.* 248. *num.* 10.

Differentiæ ratio ubi nulla intercedit idem Jus emergere debet, *dec.* 249. *num.* 26.

Eadem quando militat eadem fit Deciſio caſuum dubiorum, *dec.* 214. *num.* 9., *dec.* 217. *num.* 19. *dec.* 287. *num.* 3.

Moderatur totam orationem, ac diſpoſitionem, *dec.* 255. *num.* 21.

Potentioribus ſervitium eſt, *placebo Domino deciſ.* 246. *num.* 19.

Præteriti ſcire docet futura, *dec.* 216. *num.* 9.

Reddi nequit omnium quæ a majoribus noſtris conſtituta ſunt, *dec.* 326. *num.* 8.

RATIO *Bancaria*.

Siquis ab initio in ratione bancaria erigenda certum capitale oppoſuerit, & proprium nomen expendi voluerit, tunc obligatur ultra capitale, *dec.* 224. *num.* 30.

RECIPROCA.

Ad inducendam reciprocam inter deſcendentes unius ejuſdemque Columnelli leviores requiruntur conjecturæ, ſecus ſi agatur de deſcendentibus a diverſis ab initio Perſonis inſtitutis, *dec.* 261. *num.* 7.

De natura reciprocæ eſt, ut portio demortui accreſcat ſuperſtiti vocato, *dec.* 261. *num.* 5.

Habet in ſe tacitam conditionem quatenus alter decederet ſine filiis, *dec.* 248. *num.* 11.

Inducta cenſetur inter deſcendentes ſi alias fideicommiſſum juxta voluntatem Teſtatoris non poſſet devenire ad extraneos, *deciſ.* 261. *numer.* 6.

Linearis inducitur ſi ab initio Teſtator duos hæredes inſtituiſſet, *dec.* 208. *nu.* 21.

Linearis ut inducatur quæ requiſita debeant concurrere, *ibid. num.* 43.

RECOGNITIO.

Characteris ut attendatur fieri debet cum manu certa aſſerti ſcribentis, *dec.* 244. *num.* 4.

RECOGNITIO *Bonæ Fidei*.

Efficit, ut vere creditor originarius, quamvis ab initio latens ſit ille erga quem Perſona nominata bonam fidem æquo animo recognoſcit, *dec.* 239. *num.* 11.

Declara quod dicta recognitio procedit in præjudicium declarantis, ſeu recognoſcentis, non autem illorum, qui medio tempore contraxerunt, *ibid. num.* 12.

RECURSUS.

Mora quæ eſt Mater privationis nunquam incurritur pendente probabili, & honeſto ad Principem recurſu, *dec.* 203. *num.* 25.

REDDITIO *Rationis*.

In redditione rationis nil magis æquum, & rationabile eſt, quam ad commodum Inventariantis excomputare, quidquid favore hæreditatis a ſe adminiſtratæ erogavit, *deciſ.* 289. *num.* 2.

Partitarum, & creditorum contrapoſitio fieri debet in redditione rationis, *dec.* 313. *num.* 11.

Poſt ſpacium longiſſimi temporis impoſſibile eſt conſcendere ad ullam redditionem rationis, *dec.* 286. *num.* 15.

Præſumitur ex temporis defluxu, & ex reſtitutione hæreditatis, *dec.* 286. *num.* 17.

Limita, *ibid. num.* 18.

REGULA.

Allegari, ut poſſit regula de Triennali requiritur titulus ſaltem coloratus poſſeſſionis, *deciſ.* 305. *num.* 10.

De annali concedit titulum intruſo, & injuſto poſſeſſori, *dec.* 263. *num.* 4.

De natura cuiuslibet regulæ eſt judicare normam deſignantis, quouſque per habentes deſuper intereſſe diverſimode evincatur, *deciſ.* 231. *num.* 11.

De triennali ſecurum reddit Poſſeſſorem Beneficii, *dec.* 305. *num.* 8.

Iſta tamen poſſeſſio debet eſſe ſpecifica, *ibid. num.* 9.

Habenti pro ſe regulam ſuperabundat reddere turbidam limitationem contrariam, *dec.* 255. *num.* 27.

Ha-

Digitized by Google

Habens contra ſe regulam tenetur docere ſive in facto, ſive in Jure de limitatione contraria, *dec.* 310. *num.* 25.
Nuncupata del tre aſſertur, *dec.* 223. *num.* 41.
Pro ſe habens Juris regulam, ſive illius præſumptionem relevatur ab onere probandi, & è contrario, *dec.* 231. *num.* 10.
Quod potui volui &c. procedit etiam in linea Beneficiali, *deciſ.* 249. *numer.* 27. *deciſ.* 252. *num.* 19.

REFERENS.

Plus virtutis, & operationis tribui nequit referenti, quam relato, *dec.* 271. *num.* 12.
Sine relato remanet corpus ſine anima, *deciſ.* 273. *num.* 18.

REINTEGRATIO.

Facienda ſemper eſt de æquo, & condignò, *deciſ.* 280. *num.* 14.

RELATIO.

Ad aliquod inſtrumentum ſub individua expreſſione anni diei, & Notarii ſemper præſefert indubitabilem ſcientiam in eo coutentorum, *dec.* 301. *num.* 12.
Approbationem eorum inducit, quæ in ſcriptura relata continentur, *dec.* 261. *num.* 18.
De natura relationis eſt, ut potius unum inſtrumentum alteri inſit, quam quod ab eo ſubſtantialiter diſcordet, *dec.* 223. *num.* 8.
Facienda ſemper eſt ad eos quibus verba magis congruunt, uon autem ad eos quibus diſpoſitio repugnat, *dec.* 286. *num.* 27.
Habita ad ſuperiorem, & inferiorem diſpoſitionem ſortiri ſolet efficaciam expreſſę, ac individuæ mentionis, *dec.* 271. *num.* 11.
Reſtringitur ad ea, in quibus verificari poteſt, non antem ad cætera quibus nou adaptatur, *deciſ.* 301. *num.* 12.

RELIGIOSVS.

Diſponere quo caſu poſſit ad commodum ſui Conventus, *deciſ.* 316. *num.* 9.
Procurator probus, ac doctus nunquam præſumitur præjudicare voluiſſe ſui Conventui tranſigenti, *deciſ.* 317. *num.* 24.

RELIQVATVS.

Nil magis repugnat prætenſæ coæquationi & contrapoſitioni ſatisfactoriæ quam reliquatus, *deciſ.* 304. *num.* 7.

REMISSORIA.

Ad concedendam remiſſoriam requiritur ut articuli ad cauſæ victoriam relevent, *deciſ.* 211. *num.* 3.
Non conceditur quoties materia articulata non relevat, *deciſ.* 211. *num.* 5.

RENOVATIO.

Ad eam obtinendam ſat eſt, ut quis ſit intra gradum ſucceſſibilitatis correlative ad ultimum inveſtitum, *deciſ.* 285. *num.* 20.
Conſtitutiones Bonifacij IX. & *Pauli V.* locum habentes in ſtatu Ferrariæ potius præſervant quam excludunt æquitatem Juris in renovationibus, quæ fiunt favore proximiorum, *dec.* 210. *n.* 4.

Explicantur, *deciſ.* 545. & 680. *Pamphil.* de prædd. Bullis loquentes, *deciſ.* 285. *num.* 18.
Facienda ab Eccleſia neceſſariò promanare ſolet a præſumpta commendatione, ſive appodiatione bonorum ſponte facta a Laicis erga ipſas Eccleſias, *deciſ.* 285. *num.* 16.
Moniales licet proximiores impedire uequeunt renovationem proximis capacibus de æquitate debitam, *deciſ.* 210. *num.* 3.
Peti debet intra unum annum, & diem tum in materia Emphyteutica, tum Feudali, *deciſ.* 210. *num.* 5.
Limita ſi mediante lite ſuper dd. bonis, qui eſt proximus fuerit ab alio impeditus, & renovationem obtinere nequivit, *ibid. num.* 6.
Quia agere prius non valenti tempus non currit, *ibid. num.* 7.
Declara, quod annus, & dies defluere debet non ab hora deceſſus ultimi inveſtiti, ſed ſolum ab illa ſuperventæ ſcientiæ. *ibid. n.* 8.
Et tali caſu Ius conquærendi pro renovatione ad intervallum 30. annorum protrahitur, *ibid. num.* 9.
Reliqua vide in verb. *Eccleſia*, *Bulla*.

RENVNCIATIO.

A monialibus facta ut valeat copulativè in ea requiruntur ſolemnitates a Concil Trid. præſcriptæ, *deciſ.* 227. *num.* 4.
Alias renunciatio eſt ipſo jure nulla, *ibid. num.* 5.
Concepta ſub ampliſſimis verbis ab ingrediente in Religionem dicitur translativa & compræhenſiva futurarum quoque ſucceſſionum, *deciſ.* 317. *num.* 27.
Et ſic renuncians privatur omnibus Iuribus, & ſucceſſionibus, *ibid. num.* 28.
Corruit non data ſuperviventia, ſive acceptatione renunciatarii, *deciſ.* 227. *num.* 6.
Præjudicium nullum irrogat Iuri jam alteri quæſito, ſed tantum ipſimet renuncianti, *dec.* 258. *num.* 13.

REPETITIO.

Ad inducendam repetitionem non eſt ſufficiens vicinitas orationis, quando oratio diverſas perſonas compræhendit, & in unaquaque earum poteſt diverſa ratio aſſignari, *deciſ.* 225. *num.* 22.

RES.

Alienæ, quæ invito Domino incorporantur citra facultatem eas amplius recognoſcendi, nedum recuperandi, tunc datur ſuper pretio proportionabilis actio ad aſſequendam æſtimationem, *deciſ.* 276. *num.* 21.
Bis peti nequit res, quæ ſemel fuit recepta citra crimen ſtellionatus, *deciſ.* 318. *num.* 19.
Diligentia, & æquitas ea adhibenda eſt in re litigioſa quam quis in rebus propriis adhibuiſſet, *deciſ.* 306. *num.* 10.
Dotales res de rigore juris eveniente caſu reſtitutionis debent reſtitui eo modo, quo a marito ſunt acceptæ, *deciſ.* 310. *num.* 3.
Eadem res identifica paſſim evenit ut proportionabiliter acquiratur pluribus condominis, vel con-

contribuentibus juxtà naturam plurium titulorum, *deciſ.* 304. *num.* 3.

Hæreditaria, quando dici debeat, *deciſ.* 312. *n.* 22.

Reverti rem quamcumque ad ſuam naturam nil magis pronum, ac rationabile eſt, *deciſ.* 318. *num.* 16.

RESCRIPTVM.

Petito literis arbitrio quid importet, *dec.* 327. *num.* 1.

RESERVATIO.

Menſis majus invariabiliter eſt S. Sedi reſervatus, *deciſ.* 255. *num.* 17.

Major reſervatio extinguit minorem quando ſunt ejuſdem ſpeciei, *deciſ.* 255. *num.* 26.

Odioſa in Iure reputatur, & quatenus opus ſit, effugienda, *deciſ.* 221. *num.* 14

RESIGNATIO.

Clauſula dummodo aliunde in reſignationibus appoſita: quid operetur, & a quo illius juſtificatio ſit apponenda latè videre eſt in verb. *Clauſula*.

Corruit ſi conſtet de ſimonia inter reſignantem, & reſignatarium, *deciſ.* 217. *num.* 29.

Limiıa ſi adſit beneplacitum Apoſtolicum in reſignatione, quod animi pravitatem ſemper excludit, *ibid. num.* 30.

Ulterius limita ſi interveniat Papæ authoritas ſive ſcientia, *ibid. num.* 31.

Fraus omnis exulatur in reſignationibus quæ fiunt coram Ordinario, vel Summo Pontifice inter Conſanguineos, *deciſ.* 217. *num.* 25.

In reſignationibus Beneficiorum apponi ſemper ſolet clauſula, quod reſignans haberet, *unde commodè vivere valeret*, *deciſ.* 217. *num.* 4.

Declara id procedere etiamſi reſignans cujus favore alimenta decernuntur, obiiſſet ante expeditionem, ſive executionem Gratiæ, & de ratione, *ibid. num.* 5.

Locus non eſt collationi ab alio factæ quoties reſignatio admittitur per Summum Pontificem, *deciſ.* 217. *num.* 27.

RES *Judicata*.

Ad efformandam rem judicatam requiritur Iuſtitia, *deciſ.* 295. *num.* 1.

Ad eam reſcindendam opus eſt palpabili injuſtitia, *deciſ.* 304. *n.* 10.

Efficit de albo nigrum, *deciſ.* 204. *num.* 20.

Emanata ſuper poſſeſſorio neque minimum gradum conſtituit in petitorio, *deciſ.* 223. *n.* 44.

Exequi non debet a Iudice ſi ſit injuſta, *dec.* 204. *num.* 16.

Injuſtitia concurrente efformari nequit res judicata ſive illa prætendatur a temporis defluxu ſive a numero ſententiarum, *deciſ.* 250. *num.* 4.

Interventi nequit niſi ope reſtitutionis in integrum, *deciſ.* 267. *num.* 6.

Opponi nequit contra rem judicatam niſi obtenta prius in integrrm reſtitutione, *deciſ.* 204. *num.* 19.

Poſſeſſor, & Dominus ipſius rei gaudet re judicata lata ſuper ſtatu rei, *deciſ.* 223. *num.* 45.

Præſumptio ſemper militat pro validitate, & conſiſtentia rei judicatæ, *deciſ.* 202. *num.* 11.

Pro conſtituenda re judicata utraque extrema a legibus volita conjungi debent temporis ſcilicet & juſtitiæ, *deciſ.* 295. *num.* 7.

Pro veritate habenda eſt, efficitque de albo nigrum, *deciſ.* 300. *num.* 1.

Revideri ſemper debet ex iiſdem actis, iiſdemque propoſitis actionibus, aut confirmari, aut reſcindi, *deciſ.* 293. *num.* 9.

Supponenda eſt, & pro ipſa veritate habenda, *deciſ.* 261. *num.* 17.

RESTAVRUM.

Reficiendum ſemper eſt ſi acceptum cum dato non coæquet, *deciſ.* 279. *num.* 1.

RESTITVTIO *in integrum*.

Abſque læſione concedi nequit, *dec.* 282. *n.* 11.

Ad obtinendam reſtitutionem in integrum expoſtulatur talis injuſtitia, quæ niſi ſit notoria ſaltem tranſcendat limites dubietatis, *dec.* 268. *num.* 18.

Bis non tribuitur ne detur reſtitutio reſtitutionis, *deciſ.* 261. *num.* 4.

Conceditur non obſtante lapſu legitimi temporis, ſive quadriennii quoties quis patefacit documenta læſionem concludentia, *deciſ.* 300. *n.* 10.

Exceptio reſtitutionis in integrum tamquam altiorem requirens indaginem impedire nequit immiſſionem, ſeu judicium executivum, *deciſ.* 300. *num.* 12.

Mulieribus faciliùs datur reſtitutio in integrum præcipue ad finem retinendi jura dotalia, *deciſ.* 300. *num.* 6.

Petita principaliter requirit libellum, & ſolemnitates Iudicii Ordinarii, ſecus petita incidenter, *deciſ.* 300. *num.* 7. & 9.

Petitio reſtitutionis in integrum impedire nequit conſumationem mandati de conſignando jam relaxati alioſque ſimiles proceſſus executivos, *deciſ.* 300. *num.* 8.

Reſtitutionis citra manifeſtam, & exorbitantem injuſtiam regulariter non datur, *deciſ.* 267. *n.* 1.

RETENTIO.

Anterioritate Crediti concurrente retentio conceditur adverſus Creditorem poſteriorem promoventem favorabilius remedium Salviani, *deciſ.* 207. *num.* 6.

Anteriori Creditori conceditur non ſuper toto Fundo, ſed ad ratam ſui Crediti, & pro reſiduo conceditur poſteriori immiſſio, *deciſ.* 256. *num.* 30.

Bonorum ab aliis, quam a fideicommittente acquiſitorum competit hæredi gravato in qualibet reſtitutione fideicommiſſi, *deciſ.* 261. *num.* 10.

Datur pro credito claro, & liquido, *deciſ.* 307. *num.* 8.

Non datur pro credito non exiſtente, *deciſ.* 239. *num.* 2.

Nec pro credito, & juribus jam extinctis, *deciſ.* 286. *num.* 1.

Pro mobilibus, ſive ſuppellectilibus non datur ubi creditor, vel adminiſtrator non reddidit de illis rationem, *deciſ.* 306. *num.* 20.

Digitized by Google

RETRAHENS.

Onera omnia, & pacta quæ erant infixa rei retractæ debet in ſe aſſumere, *deciſ.* 318. *n.* 13.

REUS.

Favorabilis magis eſt quam Actor, & in dubio pro reo præſumptio ſumitur, *deciſ.* 270. *n.* 10.

Viuere ſat eſt reo convento per non Ius actoris, *deciſ.* 270. *num.* 7.

Sac. ROTA.

Abſtinet ſe nedum a reſolutione articulorum, qui ſunt ad cauſam inutiles, ſed etiam a propoſitione dubiorum, quæ ſunt ſuperflua, *deciſ.* 248. *num.* 2.

Ad ſenſum Sac. Rotæ trahendum non eſt quidquid de calamo extenſoris exciderit, *dec.* 274. *n.* 4.

Aequita præcedentis rei judicatæ, vel ſententiæ injuſtitia ſolet paſſim reſpondere *de Cauſis* quam *de re judicata*, *deciſ.* 256. *num.* 3.

A ſubſcriptione dubii, vel ſuperflui, vel nimis clari, & indubitabilis ſe abſtinere ſolet, *dec.* 308. *num.* 2.

Amplectitur, ac veneratur oracula S. Congregationis Immunitatis, *deciſ.* 316. *num.* 16.

Ante ſententiam definitivam ſæpe pandit quid ſentit, *deciſ.* 218. *num.* 1.

Idque facit poſthabita nimia, & inutili ſcrupoloſitate, ſeu rigore deſumpto a *Text. in L. Vbi falſ. Cod. ad L. Corn. de falſ.* qui explicatur, *ibid. num.* 2.

Auditor S. Rotæ ponens ſolet quandoque ſolus dilationes concedere ejus arbitrio, ac Religione, *deciſ.* 256. *num.* 1.

In illis tamen concedendis habenda ſemper ante oculos eſt temporis conſideratio, *ibid. n.* 2.

Commiſſionum legibus ſemper obſequitur, et tribuentibus Juriſdictionem, *deciſ.* 267. *num.* 10.

Dedignare non ſolet in practicis materiis quandoque audire ſenſum Patronorum Sac. Palatii, *deciſ.* 267. *num.* 4.

Executori S. Rotæ non licet aliam manum præbere, quam mere executricem alias incidit in attentatum, *deciſ.* 308. *num.* 4.

Extra Spheram propoſitæ dubitationis nuſquam in reſcribendo ſe ingerit Sac. Rota, *deciſ.* 215. *num.* 11.

Intra limites Deciſionum continere ſe ſemper ſolet, *deciſ.* 318. *num.* 1.

Niti nuſquam conſuevit ſententiis aliorum Judicum ſed illarum juſtitia, vel injuſtitia perſpecta modo abſtinet ab executione modo pro illarum executione reſpondet, *dec.* 294. *n.* 17.

Ponens, ſive relator S. Rotæ nequit ex ſe procedere ad expeditionem alicujus Decreti, ſeu ſententiæ, niſi conſultis Correſponſalibus, *deciſ.* 308. *num.* 1.

Repetitiones inutiles evitare ſemper ſolet, *deciſ.* 294. *la* 2. *n.* 1.

Reſpondere ſolet quid Juris dumtaxat, relinquendo Partium diſcretioni, & arbitrio ubi velint amicabiliter convenire, *deciſ.* 214. *num.* 16.

Segregare ſemper ſolet triticum a palea, ſive certa ab incertis, *dec.* 225. *n.* 13. & 242. *nu.* 4.

Sententias aliorum Tribunalium non exequitur, quamvis in judicatum tranſactas niſi conſtito de illarum validitate, atque juſtitia, *dec.* 249. *n.* 5.

Spernit nullitatem, quam Signatura rejecit, *deciſ.* 309. *num.* 11.

Tempore Sedis vacantis quieſcit, *deciſ.* 208. *n.* 2.

RVBRICA.

Illatio nulla fieri nequit de una rubrica ad aliam *deciſ.* 212. *num.* 25.

S

SACERDOS.

IN *concurſu*, ſimplicis Clerici eſt omnino præferendus, *dec.* 208. *num.* 17.

In eadem Eccleſia ſi ſummo cum plauſu, & univerſali dilectione curam animarum exercuit in concurſu eſt ſemper præferendus, *dec.* 269. *n.* 9.

In materia ardua, & objectiva adverſus Sacerdotem expoſcuntur formales probationes, & undiq. limpidiſſimæ, *deciſ.* 316. *num.* 11.

Sacramenta quilibet Sacerdos adminiſtrare poteſt de conſenſu tamen, & poteſtate ſibi tributa à vero Parocho, *deciſ.* 266. *num.* 17.

SACRISTIA.

Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe habet Apoſtolicum Indultum percipiendi medietatem annatæ à novis Canonicis, & aliis noviter ingredientibus, aliaque ſolui ſolita in ingreſſu, & admiſſione *dec.* 326. *num.* 4.

SALARIUM.

Auctio labore ſalarium quoque augendum eſt, *deciſ.* 306. *num.* 15.

Exactoris, & computiſtæ detrahendum eſt ex fructibus qui alteri reſtitui debent, *dec.* 306. *n.* 13.

SALVIARUM.

De natura Salviani eſt, ut poſtquam creditor ſatisfactus fuerit de fructibus prædium redit liberum ad Dominum, *dec.* 307. *num.* 6.

Interdicto Salviano locus eſt quoties duo concurrunt extrema, creditum nimirum cum hypotheca, & poſſeſſio bonorum penes debitorem, *dec.* 293. *num.* 2.

Præſidium L. fin., & *Salvianum* in uno, eodemque judicio ſunt incompatibilia, *dec.* 293. *n.* 11.

Et quomodo differant inter ſe, *ibid n.* 12. & 13.

SANCTISSIMUM SACRAMENTVM.

Ad geſtationem Corporis Chriſti in ſolemnitate quolibet anno fieri conſueta, vocandi ſunt ſacerdotes, qui eſterius oloſericis ſimbris induti illud aſportare videantur, *dec.* 214. *n.* 11.

Recipere non alibi licet in Paſchate quam in Eccleſia Parochiali, *dec.* 266. *num.* 4.

Reverentia omnis debita eſt Sanctiſſimo Sacramento, illudque in Feſto Corporis Chriſti deferendum eſt a Sacerdotibus, non autem ab infimis Perſonis, *dec.* 214. *num.* 4.

Nec exemplum deſumi poteſt ab Arca Veteris Teſtamenti, quia in eo fuerat ſancitum, ut a Levitis deferretur, *ibid. num.* 5.

Digitized by Google

Aſſertur exemplum Ozæ, qui cum non eſſet Levita, & labentem Arcam ſubſtentare auſus fuerit mortuus eſt juxta Arcam Dei, *ibid. num.* 6.

SATISFACTIO.

Commoditas ſatisfacendi ex quibus probetur, *deciſ.* 256. *num.* 23.
Non cadit ubi debitum non coincidit, *dec.* 304. *num.* 7.

SCIENTIA.

Arguitur in hærede per ſcripturas, & jura in hæredi ate reperta, & notitiam litis, *dec.* 312. *num.* 17.
Diſtractionis fundi cenſiti certa, & individua non
Ex reſponſionibus datis ſatis oritur ſcientia, ac notitia in reſpondente, *dec.* 284. *num.* 9. datur contra creditorem cenſus, *deciſ.* 274. *num.* 26.
Præſumpta etiam admittitur quando agitur de actu favorabili, & lucrativo, *dec.* 286. *numer.* 32.
Procuratoris in præjudicialibus extendi nequit ad ſcientiam Principalis, *dec.* 274. *num.* 27.
Teſtamenti in hærede præſumitur ſi iſte ſolverit legata, vel conveniſſet de implendo, vel executionem Teſtamento dediſſet, *deciſ.* 286. *num.* 40.
Item convincitur ſi hæres indicaverit diem conſulem, & annum d. Teſtamenti, *ibid. num.* 41.
Veriſimilis conjecturalis, aut præſumpta in pœnalibus non ſufficit, *dec.* 237. *num.* 26.

SCRIPTURA.

Inter colluctantes ſcripturas capeſſenda non eſt alia conciliatio, quam ea, quæ majori ſtipatur probabilitate, *dec.* 244. *num.* 16.
Negativa exiſtentiæ ſcripturarum in Secretariis Sacr. Congregationum, ex quibus probetur, *dec.* 214. *num.* 1.
Privata probat quidem contra ſcribentem, nullatenus vero ejus commodo ſtipulatur, *dec.* 244. *num.* 9.
Declara id procere quando creditum ſcribentis fundatur in eadem notula, ſecus autem ſi eadem notula fuerit ab hæredibus deducta per modum ſimplicis exceptionis, *ibid. num.* 10.
Si vero eadem notula verificetur in pluribus partitis vera, tunc probat, & arbitrio Judicis remittenda eſt, *ibid. num.* 11.
Privata nullum fortiri poteſt legale teſtimonium in Judiciis, niſi Parte opponente per aſſueta media recognoſcatur, *dec.* 301. *num.* 3.
Vel ubi vigea ſtylus ut in contumaciam ejus Partis a Judice pronuncientur pro recognitis, *ibid. num.* 4.

SECRETARIA *ſtatus*.

In ſecretaria ſtatus, & Sacr. Congregationum non aſſervantur niſi ſcripturæ magis perſpicuæ, & non omnia memorialia, *dec.* 214. *num.* 7.
Neque in ea permittuntur diligentes perſcrutationes, ne pandantur illius Arcana, *ibid. num.* 8.

SEDIS *Apoſtolicæ*.

Omnia valide reputantur geſta quæ fuerunt a S. Sede approbata, & per Epiſcopum illius delegatum executioni demandata, *dec.* 317. *num.* 19.

SENIOR.

In concurſu Junioris eſt ſemper præferendus, *deciſ.* 208. *num.* 18.
Et hoc paſſim ſervat Sac. Rot. in Beneficiis Calaguritanis, in quibus vigore Conſtitutionis *S. M. Clem. VIII.* directe induit Jura Epiſcopalia, *ibid. num.* 19.

SENTENTIA.

Arbitramentalis ædita in diſcordia Partium & non citatis intereſſe habentibus eſt inefficax, *deciſ.* 286. *num.* 13.
Binæ vigore ſtatuti Urbis conſtituunt rem judicatum, *deciſ.* 293. *num.* 8.
Clara, & aperta gloſſatione non indiget, *deciſ.* 287. *num.* 15.
Contra nominantem, vel cedentem non tenet, non citato Nominatario, aut Ceſſionario, *deciſ.* 222. *num.* 8.
Contra ſententiam emologatam, & reſpective acceptatam abſque juſtificatione erroris vel læſionis non datur regreſſus, *deciſ.* 251. *num.* 1.
Deciſionis limites tranſcendens eſt nulla, *dec.* 293. *num.* 6.
Diſpoſitio Text. in L. Ingenuum ff. de Stat. Homin. non procedit in iis ſententiis, quæ ratione ſpirationis fatalium fecere tranſitum in rem judicatam, & ſunt prolatæ cum minus legitimo Contradictore, *deciſ.* 204. *num.* 13.
Immiſſivis ſententiis impoſſibile eſt dare executionem abſque probatione identitatis, *dec.* 289. *num.* 5.
Injuſta nomen ſententiæ non meretur, & abſque revocatione ſperni poteſt, *deciſ.* 271. *n.* 7.
Injuſta eſt ſi nitatur actis, & fundamentis omnino inſubſiſtentibus, *deciſ.* 260. *num.* 7.
In rem judicatam tranſacta pro veritate habenda eſt. *deciſ.* 222. *num.* 1.
Et prodeſt etiam quibuſcumque ſucceſſoribus, *Ibid. num.* 2.
Imo acceptata per Prædeceſſorem impugnari nequit ab habente cauſam ab eo, *ibid. n.* 3.
Limita ſi contra illam obtenta fuerit ab utraque Signatura reſtitutio in integrum, *ibid. n.* 4.
Interpretationem recipit a luribus enunciatis, *deciſ.* 287. *num.* 14.
Et ab actis, *deciſ.* 293. *num.* 16.
Inter alios acta, non citato intereſſe habente non afficit citatum, *deciſ.* 253. *num.* 6.
Lata cum legitimo Contracreditore eſt apta ad alligandum ſucceſſorem etiam ſingularem, *deciſ.* 204. *num.* 14.
Lata contra hæredes incitatos, aut contra mortuum eſt nulla, *deciſ.* 309. *num.* 2.
Secus ſi adſit Procurator effectus Dominus litis contra quem prolata ſit ſententia, *ibid. num.* 3.
Et procedit principalis concluſio tam ſi agatur

tur de morte naturali, quam civili ipſius conſtituentis, *ibid. num.* 4.

Et ſive agatur de conſtituente actore, vel reo prædefuncto. *ibid. num.* 5.

Neque tunc neceſſe eſt citare hæredes conſtituentis, *ibid. num.* 6.

Nomen abſentis in actis, ac ſententiis adhibitum ſatis non eſt ad validandam ſententiam, ſi in ea non fuerit citatus, *deciſ.* 247. *num.* 5.

Nullitas ſententiæ excluditur quando Signatura illam non circumſcripſit, ſed reſcripſit *de Appellatione*, *deciſ.* 309. *num.* 10.

Per colluſionem lata tertio non præjudicat, *deciſ.* 271. *num.* 25.

Prolita cum ſimultate, & colluſione Partium contemni debet a Iudice, coram quo opponantur, *deciſ.* 204. *num.* 15. & 16.

Qui ſe fundat in aliqua ſententia, quæ non ſit apta efformare rem judicatam compellitur ſententiam ipſam exhibere una cum actis, *deciſ.* 236. *num.* 16.

Sac. Rota ſententias ſemper antecedunt plures Deciſiones quæ præteritas, vel præſentes explicant ſententias, *deciſ.* 293. *num.* 17.

Validas ſententiæ reſultat ex actis, & injuſtitia ex deciſionibus deducitur, *deciſ.* 274. *num.* 7.

SEPVLTVRA.

Ad excluſionem propriæ Parochiæ poteſt quilibet eligere ſepulturam in loco ſacro ubi vult, *deciſ.* 238. *num.* 5.

Etiam in locis Monaſterialibus, ac Conventibus Religioſorum, eorumque Eccleſiis, *ibid. num.* 6.

Eccleſia ſi promiſerit non tumulare amplius Cadavera defunctorum, tunc non læditur libertas Chriſtifidelium, quia habetur actu Eccleſia d. tumulationem anticipate denegaſſet, *deciſ.* 240. *num.* 9.

Eccleſiæ cuicumque competit Ius ſepelliendi, *deciſ.* 238. *num.* 7.

Facultas eligendi ſepulturam unicuique ex Fidelibus tributa eſt, *deciſ.* 240. *num.* 8.

Pacta quoad electionem ſepulturæ ſunt valida, & recte ſubſtinent, *deciſ.* 240. *num.* 7.

SEQUESTRATIO.

Species eſt executionis, *deciſ.* 308. *num.* 6.

SIGNATVRA *Iuſtitiæ*.

De appellatione reſcribens reducit negocium ad viam Ordinariam ad differentiam Reſcripti *S. Q. E. deciſ.* 271. *num.* 3.

Reſcribens -- Conſtito de duobus, vel quod ſit locus ſtatuto -- in cauſis Forenſium, tunc Iudex ad quem examinat, de hoc articulo Civilitatis, vel forenſitatis, *deciſ.* 267. *num.* 7.

Si vero reſcribat -- *Sine præjudicio duarum* tunc præſumitur quod in dd. cauſis ſtatutum intret, *ibid. num.* 8.

SIGNUM.

Nulla major intelligentia, ſive dilucidatio ſignorum, quæ ſunt ad placitum exoptari nequit, quam ea, quæ noſcitur habita, ac practicata a Vicinis, *deciſ.* 223. *num.* 57.

SIMONIA.

Adeſſe tunc dicitur, quoties conventum fuerit pretium temporale, vel alia res pretio æſtimabilis inter dantem, & recipientem, *deciſ.* 234. *num.* 22.

Ad concludendam ſimoniam ſatis non eſt extitiſſe probatum effectum niſi de antecedenti conventione inſimul doceatur, *ibid. num.* 28.

Arguitur ſi reſignans poſt beneficium reſignatum adhuc in illius poſſeſſione, fructuumque perceptione perſeverat, *deciſ.* 207. *num.* 15.

De privatione Beneficii ubi agitur ſimoniæ probationes debent eſſe ineluctabiles; ſecus ſi agatur de repellendo aliquem ab aſſecutione Beneficii, *deciſ.* 234. *num.* 30.

Præſumptiones, & interpretationes multiplicare non licet in materia ſimoniæ, cum ſit materia, quæ delictum involuit, *deciſ.* 234. *nu.* 26.

Præſumptio quælibet capienda, eſt pro excluſione ſimoniacæ pravitatis. *dec.* 234. *n.* 23.

Probata dicitur quoties pactum ſubſecutum jungitur cum antecedenti pactione, *deciſ.* 234. *num.* 21.

Probari poteſt ex conjecturis, & præſumptionibus claris, & univocis, *deciſ.* 234. *num.* 24. & 25.

SIMVLATIO.

Materia ſimulationis tota reponitur in animo, & Religione judicantis, *deciſ.* 251. *num.* 5.

Non enti æquiparatur ſi ſimulatio nihil tribuat unde quis laceſſiri mereatur, *deciſ.* 222. *n.* 15.

Pro cauſa ſimulandi ſufficit etiam illa, quæ a Partibus fuit ſimulata, *deciſ.* 251. *num.* 4.

De veritate ſimulationis quoties conſtat, demonſtrationes, & conjecturæ non probant, *dec.* 207. *num.* 18.

Vt indicatur ſat eſt cauſam ſimulandi fuiſſe, a ſimulante opinatam, *deciſ.* 222. *num.* 13.

SOCIETAS.

Affictum, & Vectigalium Principis tranſit in hæredes, *deciſ.* 244. *num.* 25.

Declaratio emiſſa in ſocietate, quod totum commodum, & incommodum ad ſe ſpectabat attendenda eſt; efficitque ut ſocietas ad eum primario, & directe pertineat, *deciſ.* 241. *num.* 3.

Expirat per mortem unius Socii non obſtante etiam juramento, *deciſ.* 244. *num.* 20. & 23.

Limita ſi Socii declaraverint ab initio illam perſeverare debere quoad commodum, & incommodum in hæredibus, *ibid. num.* 24.

Leonina omni jure reprobatur, *deciſ.* 314. *nu.* 22.

Leonina non toleratur in majoribus, nedum in minoribus, & infantibus, *deciſ.* 224. *num.* 6.

Tranſitoria dicitur ad hæredes ſi in inſtrumento ſociali appareat facta mentio hæredum, & concurrant aliæ circumſtantiæ, ſive demonſtrationes, *deciſ.* 244. *num.* 26.

SOCIVS.

Acquirens nomine proprio, & pro ſe, & hæredibus præſumptio eſt, quod eadem acquiſitio expleta fuerit de rata proprii Capitalis immiſſa in ſocietate, vel de illius utilibus, *deciſ.* 201. *num.* 5.

Et

Et circumſtantiæ adductæ pro oſtendendo, quod Conſocius licet acquiſiverit pro ſe, & hæredibus, adhuc intellexerit acquirere ſocietati non probant, & de ratione, *ibid. num.* 7.

Sed quatenus dd. circumſtantiæ aliquid probarent numerandæ tamen ſunt inter illas, quæ nuncupantur altioris indaginis, ſuntque inhabiles ad retardandam publicorum Inſtrumentorum executionem, *ibid. num.* 8.

Si vero ſocius de tempore acquiſitionis nec tot capitalia, nec tot lucra habebat, acquiſitio referri debet pecuniæ ſociali ad gravius delictum excludendum, *ibid. num.* 18.

Acquiſitio, ſeu retentio facta per conſocium abſque ulla ſpecificatione ſociali ad ipſum citra mixturam ſocietatis dominium ſpectat, *deciſ.* 244. *num.* 21.

Aliquid ſemper accepiſſe præſumitur juxta praxim campſoriam de burſa ſocietatis, *dec.* 201. *num.* 13.

Aufugere nequit legalitatem librorum inſcriptorum ab inſtitore communiter electo in præjudicium Creditorum, qui eidem Inſtitori fiderant, *deciſ.* 233. *num.* 1.

Contra legem in ſocietate præſcriptam divexari nequit, *deciſ.* 224. *num.* 8.

SOLUTIO.

Facta non præſumitur quando de quietantia non appareat, *deciſ.* 270. *num.* 8.

Facta in aliqua quantitate, quando in totum facta etiam præſumatur, *deciſ.* 278. *num.* 4.

Facta ſemper præſumitur ad extinguendum debitum magis antiquum, *deciſ.* 324. *num.* 5.

Minoris ſummæ ſolutio demandari ſolet in materiis illiquidis, vel in cauſam omnino certam vel in cauſam declarandam, *deciſ.* 216. *n.* 10.

Præjudicium non irrogat ſolventi, ſi ſolutio facta fuerit metu mandati, *deciſ.* 206. *num.* 10.

Declara id procedere ſi adſit concomitans proteſtatio quæ requiritur neceſſario, *ibidem num.* 11.

Præſumi *non* quando debitor eſt locuples, & promptè ſolitus ſatisfacere Creditoribus, & Creditor non multum delitiis affluat, *deciſ.* 270. *num.* 11.

Quinimo egeat victu, & veſtitu, *ibid. n.* 12.

Recepta per ſalao præſefert integram ſatisfactionem Crediti, *deciſ.* 313. *num.* 9.

SPOLIATOR.

Mandata activa obtinere nequit, quouſque ſpolium non purgaverit cum reſtitutione fructuum uſque ad obulum, quinimo nec ſimpliciter audiri meretur, *dec.* 247. *num.* 2.

SPOLIUM.

Ad effectum incidendi in delictum ſpolii requiritur, mandatum ſpecialiſſimum, *dec.* 247. *num.* 4.

Ad illius verificationem non admittuntur genericæ, & confuſæ probationes, *dec.* 247. *num.* 8.

Cauſam agitari patiens ſuper meritis illamque deferens ſuper negocio principali cenſetur implicite privilegio ſpolii renunciaſſe, *dec.* 247. *n.* 3.

Eccleſiaſticum quid ſit, *dec.* 250. *num.* 9.

Non cadit ſuper eo, quod licite diſtractum eſt in vita, *dec.* 250. *num.* 10.

SPORTULÆ.

Conſtitutio S. M. Innoc. XII. præcipit, ut ſportulæ ſint ſolvendæ juxta menſuram, *Text. in L. Herditatum* 68. *ff. ad L. Falcid.*, *dec.* 232. *num.* 5.

In Beneficialibus ſunt *ſc.* 25. auri ſi annui redditus ſuperexcedunt, *ſc.* 100., *dec.* 257. *num.* 1.

In qua ſumma ſint ſolvendæ in cauſis Penſionum Eccleſiaſticarum, *dec.* 232. *num.* 4.

STABILIA.

Antiquitùs reddebat annuum valorum *ſc.* 5. pro quolibet centenario. *dec.* 231. *num.* 2.

Hodie vero taxantur ad rationem *ſc.* 4. ex cauſa vel ſuperventæ diminutionis redditum, vel majoris affluentiæ monetarum poſt Indiarum repertionem, *ibidem numer.* 3. & 9.

STATUTUM.

Certa forma ſervari ſi mandet impleri nequit per æquipollens, *dec.* 230. *num.* 14.

Clarum eſſe debet itaut ab omnibus intelligatur, *dec.* 319. *num.* 18.

Conſuetudo contra ſtatutum non ex ſimplici atteſtatione Cauſidicorum, ſed formiter cum ſuis notoriis requiſitis probanda eſt, *dec.* 283. *num.* 14.

Contradictio ſtatutorum effugienda ſemper eſt, *dec.* 250. *num.* 11.

Eccleſiæ ſuper qualitate providendorum locum ſibi non vindicat in pruviſo Apoſtolico, *dec.* 273. *num.* 17.

Forum ſortiri, & ſtatutis ligari pari paſſu procedunt, *dec.* 274. *num.* 3.

Geſtum a contrahentibus contra ſtatutum eſt omnino nullum, *dec.* 212. *num.* 13.

Illatio in interpretandis ſtatutis fieri nequit de caſu ad caſum, *dec.* 283. *num.* 13.

Inferior nequit edere ſtatuta a determinatione Juris communis abherrantia, *dec.* 216. *numer.* 14.

In ſtatutis diſponentibus de ſucceſſionibus bonorum paternorum, ac maternorum conſideratur potius latus, ac deſcenſus, quam immediata origo, & proprietas, *deciſ.* 247. *num.* 20.

Privativum, & pœnale canonizzari nequit pro ſufficienti ſine Apoſtolica Authoritate *dec.* 273. *num.* 13.

Trahi non debet ad abſurda, *dec.* 235. *num.* 28.

Unum caput ſtatuti debet ad alterius conciliationem, & explanationem, deſervire, *dec.* 250. *num.* 12.

STATUTUM, *ſeu Statuta particularia*.

Auximanum diſponit, quod non obſtantibus verbis alium ſenſum præſeferentibus ſubſtitutio pupillaris facta a Patre, vel alio aſcendente intelligenda ſemper veniat pro directa, *dec.* 235. *num.* 17.

Ejque ſtandum eſt uti pinguius teſtamentum

Civium

Civium, & uti approbatum a S. Sede, *ibid. num.* 18.

Et ſæpius a Sac. Rota pro valido fuit canonizzatum, *ibid. num.* 19.

Dicitur validum tanquam a Pontifice confirmatum, *dec.* 277. *num.* 17.

Viterbij cohibens maternam diſponendi Poteſtatem auget legitimam filiorum ad novem ex decem partibus ejus bonorum, *deciſ.* 283. *num.* 28.

Declara, *ibid. num.* 30.

Vrbis lib. 1. *cap.* 113. Ultra tutorum, aut Curatorum auctoritatem, necnon Judicis decretum exquirit interventum duorum proximiorum, & in eorum defectum mandat alterum deputari curatorem, *dec.* 212. *num.* 10.

Declaratur, *num.* 24.

Vrbis lib. 1. *cap.* 180. Determinans gemina judicata ſortiri vim trium ad correctionem Juris communis procedit quando eadem duo judicata ſunt juſta, & valida, *dec.* 274. *num.* 1.

Hæc autem ſtatutaria diſpoſitio, ut intret neceſſario requiritur utriuſque colligantis civilitas, domicilium, & incolatus, *ibid. num.* 2.

Vrbis non ligatur is, qui licet forum in Urbe ſit ſortitus, & ratione contractus ſe ſubjecit ſtatuto eſt tamen forenſis, *dec.* 274. *num.* 5.

STIPULATIO.

Publica non deſideratur circa validitatem Teſtamenti ad pias cauſas, *dec.* 316. *num.* 17.

STRENÆ.

Solvi permittuntur Epiſcopo, vel ejus familiaribus occaſione expeditionum, & gratiarum ex permiſſione Sac. Canonum in recompenſam laboris, & ſuperioris Juriſdictionis, *deciſ.* 326. *num.* 6.

STYLUS.

Inobſervantia Styli ſuapte natura vehementem ſemper ingerit ſuſpicionem, *dec.* 253. *num.* 18.

SUBHASTATIO.

Dominus plenarius quis efficitur ex ſubhaſtatione, & effectiva pretii numeratione, *deciſ.* 234. *num.* 10.

Facta ſuper bonis alterius, quam debitoris eſt nulla, *dec.* 207. *num.* 4.

Non impeditur a tertio poſſidente tantummodo Jure pignoris, ſeu prætoriæ detentationis licet anteriori, *dec.* 207. *num.* 7.

SUBREPTIO.

Ad eam evitandam ſufficit quod Papa id, quod oblat potuiſſet in genere cogitare, *dec.* 203. *num.* 32.

Vel quod etiamſi reticitum fuiſſet Pontifici verum, illum tamen a conceſſione Indulti non retardaſſet, *dec.* 212. *num.* 20.

Vitiat eatenus gratiam, quatenus aliquid fuerit prætermiſſum in petitione illius Gratiæ quod, ſi fuiſſet expreſſum, vel Princeps non conceſſiſſet, vel difficilius, *dec.* 319. *num.* 27.

SUBROGATIO.

Lis adhoc ut in hac materia dicatur calumnioſe intentata requiritur tam palmaris injuſtitia, temeritas, & cavillatio, ut nullo velamine adumbrari queat. *dec.* 255. *num.* 16.

Pro conſequenda ſimplici ſubrogatione in Jura, talia qualia defuncti collitigantis ſat eſt litem Principi narratam quomodolibet verificari de facto, quidquid dicendum foret de ſubrogatione rigoroſa, *dec.* 255. *num.* 13.

Pro ſubſtinenda ſubrogatione gratioſa requiruntur tria requiſita Lis, Clericatus, & obitus Collitigantis, *dec.* 255. *num.* 8. *ad* 10.

SUBROGATUS.

Induit naturam ejus cui ſubrogatur, *dec.* 318. *num.* 12.

SUBSCRIPTIO.

Folij albi ſubſcriptio non obligat ſubſcribentem niſi probetur habuiſſe ſcientiam eorum, quæ in ipſo folio erant ſcribenda, *dec.* 290. *num.* 8.

In albo facta reputatur inefficax ad quoſcumque contractus, & obligationes indifferentes, *deciſ.* 290. *num.* 1.

Exceptio tamen hujuſmodi ſubſcriptionis ſemper excluditur quoties ſubſcribens potuerit habere notitiam futuræ repletionis, *ibid. num.* 9.

In vacuo ſignata apta non eſt ad inducendam in ſubſcribente ullam obligationem, *deciſ.* 206. *num.* 4.

Probationem faciliorem reſpicit, non vero ſubſtantiam actus, *deciſ.* 316. *num.* 14.

Veriſimile non eſt, quod creditor, vel contrahens pro gravi ſumma voluerit in nuda ſubſcriptione niti, *deciſ.* 206. *num.* 5.

SUBSCRIBENS.

Ignarus obnoxius non remanet ullæ obligationi *deciſ.* 228. *num.* 2.

In albo, ut obligetur inſpici debet an ille conſcius ſit, vel ignarus rei quam ſubſcribit, *deciſ.* 228. *num.* 4.

SVBSTITVTIO.

Compendioſa quando matrem a legitima excludat, *deciſ.* 277. *num.* 19.

Facultas diſponendi de certa parte importat fideicommiſſariam non pupillarem, *dec.ſ.* 277. *num.* 37.

Non compræhenſo in ſubſtitutione opponi poteſt adagium illud *ſubſtitutio de te non loquitur*, *deciſ.* 236. *num.* 2.

Non dicitur pupillaris, ſed fideicommiſſaria ſi Teſtator deferuit hæredi poteſtatem diſponendi de re certa ſibi legata, *deciſ.* 235. *num.* 43.

Pluralitas ſubſtitutionum non reſolvitur in ſingularitates ſi ſupereſt Perſona prædicta ex mente Teſtatoris ſubſtitutum excludens, *dec.* 242. *num.* 27.

Pupillaris tacita contineri dicitur in ſubſtitutione compendioſa communibus tamen verbis explicata, *deciſ.* 235. *num.* 1.

Quid ſi in hujuſmodi ſubſtitutione adſit de medio Mater, ſeu alius aliquis aſcendens, & an iſti a ſucceſſione excludantur, *ibid. num.* 2.

Præterea an Mater in compendioſa contenta ſicuti arceatur ab univerſali ſucceſſione, ita exclu-

Digitized by Google

excludatur a Trebellianica, & a legitima, & a qua legitima, *ibid. num.* 3.

Aſſertur opinio nonnullorum DD. affirmantium ex motivo æquitatis Matri non eſſe tollendam legitimam Pupillo debitam, dimiſſa tamen Trebellianica ſubſtituto, *ibid. num.* 4.

Reicitur tamen hæc opinio, & aſſertur communior, & de ratione, *ibid. num.* 5.

Declara, quod ſubſtitutio in compendioſa ſubincluſa non exiſtat proprie tacita, ſed vera pupillaris, licet expreſſa verbis generalibus, *ibid. num.* 6.

Et iſto caſu quæ legitima Matri debeatur, *ibid. num.* 7.

Verba *redeat*, *revertatur*, *ſubſtituit*, *ſuccedat* ſunt communia, *ibid. num.* 8. & 16.

E converſo autem verba *inſtituit*, ſeu *Hæres eſto* directa omnino reputantur, *ibid. n.* 9.

Et hoc caſu cum pateat de voluntate Patris erga Filium primario directa, Mater ab omni penitus ſucceſſione eliminatur, *ibidem num.* 10.

Secus ſi Teſtator uſus fuerit verbis obliquis ex. gr. *gravo*, *reſtituat*, quia tunc ſubſtitutio reputatur fideicommiſſaria, per quem valet Mater a plenaria arceri ſucceſſione, non autem a legitima, *ibid. num.* 11.

Quid ſi pupillus fuerit una cum Fratre ſuo pubere, vel majori hæres inſtitutus cum reciproca inter eos ſubſtitutione, & pupillus præmoriatur, *ibid. num.* 12.

Item quid dicendum, ſi pupillus, vel Pupilla inſtituta, non fuerit hæres univerſalis ſed tantummodo in re certa, & an eo caſu Matri debeatur legitima, *ibid. num.* 13.

Sub compendioſa expreſſa arcet Matrem a quacumque prætenſione ſucceſſionis, & legitimæ, *ibid. num.* 21.

Teſtator ſi in inſtitutione mentionem habuit de ætate pupillari ſubſequens ſubſtitutio interpretatur pro directa pupillari non obſtante adhibitione verborum communium, *ibid. num.* 23.

Potiſſimum ſi accedit favor piæ cauſę, qui exigit ut verba quamvis communia accipi mereantur, in ſenſu directo, *ibid. num.* 24.

Compræhendit vi ſua bona propria, & legitimam ipſius Pupilli, *ibid. num.* 25.

Pupillaris continetur in compendioſa, *deciſ.* 277. *num.* 1.

Matrem excludit a ſucceſſione, *ibidem num.* 2.

Matri quæ legitima debeatur attenta pupillari ſubſtitutione, *ibid. num.* 3.

Per tacitam pupillarem Mater conſequitur legitimam filio debitam, *ibid. num.* 4.

Contrarium alii tenent, *ibid. num.* 5.

Ad certum effectum dicitur teſtamentum Patris, ad alium verò Teſtamentum filii, *ibid. num.* 6.

Quæ ſint verba communia in hac ſubſtitutione, & quæ directa, *ibid. num.* 7.

Mater per expreſſam pupillarem excluditur etiam a legitima filii, *ibid. num.* 8.

Et quo caſu hoc procedat, *ibid. num.* 10.

Voluntas Teſtatoris efficit, ut ſubſtitutio pupillaris compræhendat tantum bona propria Patris, *ibid. num.* 15.

Quando facit mentionem pupillaris ętatis ſubſtitutio dicitur directa pupillaris, *ibid. num.* 21.

Compræhendit bona propria pupilli, *ibid. num.* 23.

Non cadit in re certa, *ibid. num.* 25.

Capere debet univerſum patrimonium non autem particulare, *ibid. num.* 26.

Theorica Bartoli *in L. Centurio ff. de vulgar.* intrat quando in ſubſtitutione adhibita ſunt verba communia, & non directa, *deciſ.* 235. *num.* 16.

SUCCESSIO.

Æquiparatur flumini quod nunquam redit ad ſuum caput, ſed in proximum canalem deflectit, *deciſ.* 208. *num.* 48.

Norma ſuccedendi in iis caſibus in quibus Teſtator voluit, ut ſucceſſor ab Urna delegeretur, quomodo facienda ſit, *deciſ.* 230. *num.* 1.

Pluralitas ſucceſſionum non præſumitur niſi de illis literaliter doceatur, *deciſ.* 286. *num.* 37.

Poſſeſſio lineæ, ſeu prærogativa in fideicommiſſariis ſucceſſionibus attenditur priuſquam tranſitus fiat ad alteram, quæ nuſquam fuit in legitima ſucceſſione. *deciſ.* 284. *num.* 6.

SVMMA.

Duplicitas ſummæ quomodo probetur, *deciſ.* 270. *n.* 5. & 6.

In majori ſumma minor continetur, *deciſ.* 277. *num.* 24.

SYNDICVS.

Mandatum generale habet ad peragenda ea, quæ alias ad ipſum corpus, ſeu communitatem, pertinerent, *dec.* 234. *num.* 14.

Declara, quod hac in re attendenda præmaxime ſit loci conſuetudo, *ibid. num.* 15.

T

TEMPERAMENTUM.

IN *proviſionalibus* temperamentis adhærendum ſemper eſt ei, qui magis fundata habet Jura ſuper re, de qua diſceptatur, *deciſ.* 321. *num.* 3.

TERMINI.

Apparentes habentur loco Inſtrumentorum, appellanturque antiquarum rerum monumenta, & immutata facie loci, eo magis idem terminus eſt relinquendus, *dec.* 323. *num.* 58.

Per reiterationem terminorum ſanantur omnes defectus terminorum nulliter prius tentorum, *dec.* 274. *num.* 9.

Subſtantiales neceſſario ſervandi ſunt in Judicio Salviani, *dec.* 274. *num.* 8.

TESTAMENTUM.

Ad pias cauſas non indiget ulla ſolemnitate legali, ſed

li, ſed nuda voluntate, ac veritate naturali probatur, *deciſ.* 316. *num.* 4.
Anima Decretalis *in Cap. Relatum*, & vigor teſtamenti ad pias cauſas ſtat in voluntate Teſtatoris quomodolibet probata per duos Teſtes, *ibid. num.* 17.
Pro validitate talis teſtamenti pronunciandum pronius eſt ſi concurrant extrinſecę circumſtantiæ, *ibid. num.* 18.
Stipulatio nulla publica deſideratur circa validitatem teſtamenti ad pias cauſas, *ibid. num.* 17.
In interpretandis Teſtamentis ſingula ſingulis referri congrue debent, *deciſ.* 259. *num.* 14.
Nullitas teſtamenti, ut dicatur approbata neceſſe eſt quod approbans notitiam habeat nullitatis, quæ requiritur individua non minus in facto, quam in jure, *deciſ.* 236. *num.* 31.
Quinimo ad effectum excludendi revalidationem teſtamenti, etiam de per ſe ſive de jure præſumitur ignorantia, *ibid. num.* 32.
Per petitionem legitimæ magis impugnatur, quam validatur teſtamentum, *deciſ.* 236. *num.* 28.
Præſentia Parochi, & duorum Teſtium ſufficit in Teſtamento ad pias cauſas, *deciſ.* 316. *num.* 1.
Et hoc procedit etiam extra Terras Eccleſiæ, quamvis agatur de diſpoſitione ad cauſas quoque prophanas, *ibid. num.* 2.
Si vero deficiat circumſtantia Parochi, & conſequenter principalior eſſentia, impleta non eſt forma *Cap. Cum eſſet*, & corruit Teſtamentum, *ibid. num.* 3.

TESTATOR.

Aſcendens efficere nequit quominus locum ſibi vindicent Leges in ſuo Teſtamento, & ſignanter determinatio *Auth. Res quæ*, *deciſ.* 256. *num.* 17.
Contravenientes ordinationi Teſtatorum ſe reddunt indignos emolumentorum ejuſdem Teſtatoris, *deciſ.* 271. *num.* 15.
Diſponere ubi profeſſus fuit de bonis propriis excluditur ab eadem diſpoſitione hæreditas, & fideicommiſſum alienum, *deciſ.* 286. *numer.* 25.
Explicatio, ac gloſſatio facta a Teſtatore prævalet cuicumque Gloſſæ, ac ſubtilitati Doctorum, *deciſ.* 248. *num.* 16.
Gradualitatem, & ſeriem a Teſtatore ordinatam intervertere non licet, *deciſ.* 237. *num.* 2.
Gravare nequit abſque æquivalenti relicto ſuum hæredem, *deciſ.* 286. *num.* 19.
Judex invigilare debet, ut Teſtatoris voluntas obſervetur, *deciſ.* 271. *num.* 16.
Liberè de rebus ſuis diſponendi ex beneficientia Iuris conceditur Teſtatori vel per viam fideicommiſſi, vel per viam primogenituræ, *deciſ.* 256. *num.* 43.
Noluiſſe præſumitur niti illi Juri, à quo tam apertè, etiam contra ſe deviarat, *deciſ.* 221. *num.* 15.
Non præſumitur de bonis alienis diſponere voluiſſe, *deciſ.* 223. *num.* 11.
Prohibitę à ſe alienationis ſi nullam cauſam adducat, vel aliunde non appareat de Perſonis quarum intuitu prohibitio ipſa iniungitur illa remanet penitus inutilis, *deciſ.* 271. *num.* 18.
Si de aliquo Caſtro diſpoſuerit, vel de aliqua alia re, cenſetur etiam diſpoſuiſſe de illius annexis, *deciſ.* 286. *num.* 28.

TESTATUS.

Decedere quis nequit pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *deciſ.* 235. *num.* 29.
Et quando quis dicatur ita decedere, *ibid. num.* 30.
Repugnantia ne quis decedat partim teſtatus, & partim inteſtatus cadit reſpectu dumtaxat Pagani unicum tantum patrimonium habentis, *deciſ.* 236. *num.* 13.

TESTIS TESTES.

Aſſerere non valent factum plura ſæcula attingens, & in dies variabile, *deciſ.* 211. *num.* 6.
De facto proprio teſti deponenti fides præſtanda eſt, *deciſ.* 313. *num.* 7.
Dicta Teſtium non ſunt criticanda, ſed quantum fieri poteſt concilianda, *deciſ.* 316. *n.* 10.
Duo plene probant, *deciſ.* 228. *num.* 3.
Examen Teſtium non admittitur contra publica inſtrumenta *deciſ.* 220. *num.* 1.
Limita ſi agatur de materia prophana, & aliquis datur fumus materiæ articulorum, *ibid. num.* 2.
Declara limitationem dummodo directe non agatur de tollenda fide inſtrumento, & de arguenda tanquam falſa Perſona Notarii, *ibid. num.* 3.
Licet etiam in hoc caſu concurrentibus urgentibus coniecturis non denegetur admiſſio articulorum, *ibid. num.* 4.
Dicta tamen admiſſio articulorum fieri ſolet cum clauſula *abſque retardatione* ſi agatur de judicio executivo, & fuit ulterius expeditum mandatum, *ibid. num.* 5.
Quod quotidie practicatur a ſupremis Tribunalibus, *ibid. num.* 6.
Identitatem bonorum probare nequeunt Teſtes ad perpetuam, & pendente lite examinati, *deciſ.* 289. *num.* 6.
Inducti pro parte illius qui probare contendit conſuetudinem plene contra ipſum probat, & ſatis eſt ad offuſcandam conſuetudinem, *dec.* 320. *num.* 18.
Intereſſati & ſi ſint admittuntur tamen circa factum de quo alii deponere nequeunt, *deciſ.* 273. *num.* 11.
Non ſunt examinandi ſi concludere nequeunt principale objectum cauſæ, *deciſ.* 211. *num.* 7.
Numerus Teſtium ſanat aliquos defectus perſonales levitatis, & affectionis, *deciſ.* 260. *nu.* 4.

Digitized by Google

Pendente lite, & abſque citatione Partis examinati, & in eorum dicto ſingulares, & unici nihil probant, *deciſ.* 207. *num.* 17., *deciſ.*247. *num.*12. *deciſ.* 261. *num.*20.

Præferendi ſunt ſi deponunt ad excludendum delictum, *deciſ.* 247. *num.* 10.

Item ſi ſunt adminiculati aliunde, *ibid. num.* 11.

Præferendi ſemper ſunt in conflictu teſtes deponentes pro ſuſulto juris aſſiſtentia quam pro illa omnimode ſubſtituto, *deciſ.* 320. *num.* 19.

Specifice magis deponentes ſunt præferendi, *deciſ.* 247. *num.* 9.

Unicus ſuſpectus cenſetur de falſo, & nihil penitus probat, *deciſ.* 234. *num.* 31.

TEXTUS CIVILES,

Coheredi §. *fin. ff. de vulgar.* & *pupill.* late expenditur, *deciſ.* 235. *num.* 31.

Dudum Cod. de contrahen. Empt. explicatur, *deciſ.* 262. *num.* 21.

Ex parte ff. fam. Erciſcun. expenditur, *deciſ.* 306. *num.* 14.

L. Ingenuum de ſtat. Homin. non procedit in iis ſententiis, quę ratione ſpirationis fatalium fecere tranſitum in rem judicatam, & ſunt prolatæ cum minus legitimo contradictore, *deciſ.* 204. *num.* 13.

Magis puto §. *Non paſſim in fin. ff. de reb. cor. qui ſub Tut.* enucleatur, *deciſ* 274. *num.* 18.

Prædicta tamen Textus diſpoſitio non procedit reſpectu contractuum cenſualium, quorum ratione nedum abeſt actualitas, ſed potentialitas ad urgendum, *ibid. num.* 19.

Medicus ff. de Var., & extraord. cognit. non ita facile ſubextenditur ad filium ejuſdem Medici, niſi probetur, quod contemplatione Patris fuiſſet erga filium inita donatio, *deciſ.*217. *num.* 23.

Nec ſatis eſt fuiſſe geſtum contractum favore Medici, quoties non evincatur; Medicum doloſe ſe geſſiſſe in excruciatione infirmi pro extorquendo ab eo aliquam promiſſionem, *ibid. num.* 24.

Poſt mortem Cod. de fideicom. interpretatur, *deciſ.* 237. *num.* 10.

Qui autem ff. de his, quæ in fraud. Credit. expenditur, *deciſ.* 225. *num.* 7.

Qui prior ff. de diſtract. pignor. late, ac docte expenditur, *deciſ.* 262. *num.* 25.

Quintus Mutius ff. de donat. in Vir. & Uxor. late examinatur, *deciſ.* 310. *à numer.* 17. *ad plur. ſeqq.*

Sed ſi, & ante ff. ad Senat. Conſult. Vellejan. improbat anticipatam jurium tranſlationem, *dec.* 237. *num.* 1.

Titio Centum §. *Titio centum il primo ff. de Condit., & demonſtrat.* expenditur, *deciſ.* 268. *num.* 1.

TITULUS.

Allegans titulum ſubſidiarium caſum ſubſidii probare ſemper debet, *deciſ.* 310. *num.* 16.

Hoc tamen non procedit in Muliere cui aſſiſtit juridica præſumptio, *L. Quintus Mutius*, *ibid. num.* 17., & 18.

Cum redit ad non titulum cenſus redit ad primeva jura, & Dominus cenſus conſequi debet fructus ſui cenſus, *deciſ.* 283. *num.* 7.

Meliorem, ac tutiorem deducere quilibet ſemper præſumitur, *deciſ.* 252. *num.* 17.

Spacium unius ſæculi præſumere facit meliorem titulum de Mundo, *deciſ.* 327. *num.* 8.

Unius tituli incluſio, perneceſſe excludit alterum *deciſ.* 246. *num.* 14.

TRACTATUS.

Ad arguendam concluſionem, & ſtabilimentum nihil infert, *deciſ.* 219. *num.* 15.

TRANSACTIO,

Apoſtolica confirmatione ſuffulta ligat quoslibet ſucceſſores in Rectoria, ſeu dignitate, *deciſ* 240. *num.* 5.

Ad eam ſubſtinendam exuberat probabilis, & honeſta dubietas imminentis, vel futuræ litis *deciſ.* 224. *num.* 1.

Limita ſi in ſucceſſivo examine meritorum dignoſcatur læſio, *ibid. num.* 2.

Cauſa tranſigibilis ea dicitur, ſi in propoſitione cauſæ dilata remanſit illius reſolutio per aliquod Tribunal., *deciſ.* 224. *num.* 23.

Dubietas eſt mater tranſactionum, *deciſ.* 253. *num.* 10.

Expoſcit natura tranſactionis, ut aliquid hinc inde detur, & remittatur *deciſ.* 340. *num.* 3.

Extenſionem non patitur uti ſtricti juris, *dec.* 315. *num.* 8.

Extinctiva eſt cujuslibet obligationis, *deciſ.* 322. *num.* 2.

Inita cum interventu inſignum Juris conſultorum cenſenda ſemper eſt honeſta, & prudentialis, præſertim ſi fuerit facta calore pendentis Judicis, *deciſ.* 224. *num.* 22.

Quod procedit etiamſi a minore fuerit inita, *ibid. num.* 44.

Inita cum Priore, & Procuratore ſine conſenſu Capituli conventionalis eſt nulla, *deciſ.* 317. *num.* 10.

Declara, *ibid. num.* 17.

Inita cum Eccleſia, vel loco pio requirit non ſolum interventus ſolemnitatum, ſed copulative etiam verificatio cauſæ, quæ ſit utilis Eccleſiæ, aut loco pio contrahenti, *deciſ.* 317. *num.* 11.

Inſtrumentum tranſactionis facit rem manifeſtam & undique rei judicatæ æquipollentem, *deciſ.* 328. *num.* 11.

inter

Inter alios inita nunquam afficit tertium, & maxime non nominatum, *decif.* 238. *num.* 12.
Litis finitæ peremptionem, & exceptionem inducit, *decif.* 204. *num.* 12.
Natura tranſactionis eſt, ut ubi non adſit factum reſolutivum, & e converſo concurrat juramenti religio, nulla admittatur pœnitentia, ſive reſciſſio, ſed tribuatur actio ad intereſſe ſeu adimplementum, *decif.* 281. *num.* 9.
Natura tranſactionis eſt ut aliquid hinc inde detur, & remittatur, *decif.* 303. *num.* 14.
Et res judicata ad invicem fraternizzant amboque ſilentium imponunt tranſigentibus, & reſpective ſuccumbentibus, *decif.* 204. *num.* 11.
Receſſus à lite magnum ſemper lucrum reputatur in tranſactione, *decif.* 317. *num.* 25.
Reſciſſio tranſactionis conceditur concurrentibus etiam in contrarium injuſtis judicatis, *dec.* 224. *num.* 3.
Vſura non cadit in tranſactione cum una conventio cum altera facilè relevetur, ſive coæquatur, *decif.* 328. *num.* 21.

TRANSFVSIO.

Datur in terminis etiam campſoriis, *decif.* 224. *num.* 38.

TREBELLIANICA.

Quarta pars eſt reſidui non vero totius hæreditatis, *decif.* 298. *num.* 3.
Retentio datur pro Trebellianica, *decif.* 298. *num.* 5.
Vtraque detractio Falcidiæ; & Trebellianicę permittenda non eſt ſecundum opinionem Baldi ejuſque ſectatores, *decif.* 298. *num.* 6.
In praxi tamen contrarium obſervatur, *ibid.* *num.* 7.

TRIBVNALIA.

Tempus in fruſtratoriis repetitionibus, rebuſque ſupervacaneis terere non decet, *dec.* 227. *n.* 14.

TVMVLATIO.

Lites quotidie exarſere tam ſuper modo, quam ſuper loco tumulationum, *decif.* 238. *num.* 2.
Oſſa mortuorum intra ſepta Sacra, & Eccleſiaſtica pia mater Eccleſia tumulari voluit, *decif.* 238. *num.* 3.
Et regulariter ſunt tumulanda in Eccleſia Parochiali, *ibid.* *num.* 4.
Reliqua vide in *verb.* *Sepultura*.

TVTOR.

Inveſtire tenetur pecunias pupillares, *decif.* 326. *num.* 9.
Et in hoc propoſito parificantur Eccleſiæ cum Pupillis, *ibid.* *num.* 10.

Jus præſentandi recte exercere valet niſi Pupillus exiſtat major ſeptennio, & veluti capax ad ejus animum explicandum diſcordet a Tutore alterumque præſentet, *decif.* 234. *num.* 12.
Ratione ſui crediti quantitativi præſumitur ſe ſatisfacere voluiſſe, ac potuiſſe, *decif.* 286. *n.* 18.
Tutelam acceptando ſi ut moris eſt promittat utilia facere, tenetur ad omnia damna, quæ Pupillis obveniſſent ex neglecta ab eo adminiſtratione, & tutela, *decif.* 283. *num.* 23.

V

VACATIO.

Conſumpta non dicitur per mandatum de ſubrogando, ſeu gratiam, *in forma dignum* ante illius executionem, *decif.* 249. *num.* 14.
Præcipue ſi reperiatur adjecta clauſula *verificato priùs Jurepatronatus*, quæ plenè excludit conſumptionem vacationis, *ibid.* *num.* 15.
Divini Cultus imminutio permitti nequit per contentionem ſuper vacatione alicujus præbendæ vertentem, *decif.* 321. *num.* 1.
In Beneficiis inducitur per detentionem alterius incompatibilis, & poſſeſſor utriuſque abſque Pontificia diſpenſatione ſe confovet in illicita poſſeſſione, *decif.* 203. *num.* 8.
Odibilis, & perteſa in jure eſt Beneficiorum vacatio, *decif.* 321. *num.* 2.

VALOR.

Alteratur in dies teſte experientia, & creſcendo, ac decreſcendo immutatur, *decif.* 264. *num.* 2.
Auctus non dicitur ex beneficio temporis, ſed ex melioramentis in illis factis, *decif.* 264. *num.* 3.
Emptio, & venditio ſola de jure non coarctat veritatem valoris, *decif.* 264. *num.* 4.
Fructuum, frumenti, fabæ, ordei, ordiolę probatur ex Calmerio Civitatis, *decif.* 306. *n.* 5.
In valoris probatione detrahuntur expenſæ pro manutentione Eccleſię, *decif.* 249. *num.* 22.
Medius valor in liquidationibus eſt ſemper attendendus, *decif.* 306. *num.* 6.
Non probatur ex inſtrumentis venditionis, ſi poſtea noſcatur plurima facta fuiſſe melioramenta, *decif.* 264. *num.* 5.

VASSALLVS.

Baronum ſtatus Avenionenſis, & Venaiſſini quam jurisjurandi formulam præſtare debeant, *decif.* 202. *num.* 2.

VENDITIO.

De re aliena fieri etiam poteſt, *decif.* 223. *n.* 35.
Dominium, aut poſſeſſionem ideo probat, quia re-

reſpectu illarum rerum ſuper quibus cadit quæſtio individua comprobatur ſubſecuta actualis effectuatio, *deciſ.* 223. *num.* 36.
Ex quantitate pretii quid incluſum fuerit in venditione cognoſcitur, *deciſ.* 223. *num.* 9.
Facta non cenſetur niſi pro ea parte ad Venditorem ſpectante, *deciſ.* 223. *num.* 10.
Inſtrumenta affictuum, & venditionum regulariter celebrantur juxta formulam antiquam, *deciſ.* 223. *num.* 37.
Judicialis, & conſecutiva coacta evictio quando oriatur, *deciſ.* 274. *num.* 17.
Nemo vendit propriam ſubſtantiam, qui non exiſtit aliquali ære alieno gravatus, *deciſ.* 262. *num.* 22.

VERBA *in genere*.

Ad affirmationem extorqueri nequeunt, quæ præſeferunt negationem, aut ſaltem contradictionem, *deciſ.* 328. *num.* 10.
Adaptantur ſemper illi legi, vel caſui, cui magis appropinquant, *deciſ.* 237. *n.* 4.
Ambigua interpretationem ſemper recipiunt ab adjunctis, *deciſ.* 280. *num.* 11.
Antecedentia ex ſubſequentibus interpretationem recipiunt, *deciſ.* 284. *num.* 8.
Conjecturis non eſt opus ubi verba ſunt clara, *deciſ.* 280. *num* 8.
Conſecutiva, & inferius appoſita ſemper explicatur in ſenſu, in quo ſupra fuerunt uſurpata, *deciſ.* 280. *num.* 19.
De *clara* voluntate Teſtantis ubi conſtet verba debent etiam impropriari, *deciſ.* 235. *num.* 41.
Directa quando neceſſe ſit obliquare, *deciſ.* 277. *num.* 35.
Dubia ſi ſunt interpretanda ſunt contra eum, qui in illis ſe fundat, *deciſ.* 219. *num.* 16.
Expreſſa præferri ſemper debent quibuſcumque conjecturis, *deciſ.* 279. *num.* 4.
Sonitus verborum ſuapte natura eſt ſemper æquivocus, & obſcurus, *deciſ.* 247. *num.* 21.

VERBA *in Specie*.

Debbino neceſſitatem inducit, *deciſ.* 219. *num.* 4.
Familia junctis aliis dictionibus perpetuitatem præſeferentibus complectitur quoſcumque deſcendentes, *deciſ.* 248. *num.* 7.
Inſtituit ſeu hæres eſto directa omnino reputantur, *deciſ.* 235. *num.* 9.
Legitimi, & *naturales* ſumenda ſunt in eo ſenſu de quo Teſtator intellexerit, *deciſ.* 242. *n.* 19.
Mandavit nil plus importare valet, quam verbum *volo*, ſeu *voluit*, *deciſ.* 248. *num.* 19.
Pervenerint poteſt ſtare indicative ad manum in qua perantea manebant bona, & a qua in alios deſcenderint, *deciſ.* 247. *num.* 19.
Poſt mortem ſupponit ſemper gravamen, & fideicommiſſum, non vero ſimplex uſusfructus, *deciſ.* 227. *num.* 9.
Idque procedit etiamſi diſpoſitio non incœperit a ſucceſſione, ſed ab uſufructu, *ibid.* *num.* 10.
Poſſino præſefert ſignificationem omnino liberam, & facultativam, *deciſ.* 219. *num.* 5.
Limita ſi d. verbum *poſſino* adjectum reperiatur in ultimis voluntatibus, quia tunc neceſſitatem, & coarctationem importat, *ibid.* *num.* 6.
Redeat revertatur ſubſtituit ſuccedat ſunt communia, *deciſ.* 235. *num.* 8. & 16.
Ritorni magis aſſimilatur directæ, quem obliquæ ſubſtitutioni, *deciſ.* 235. *num.* 22., *deciſ.* 277. *num.* 20.
Subſidiarium, ſeu *ſubſidium* regulariter involvit ſuppletionem, ac præſtationem auxilii, *deciſ.* 216. *num.* 4.
Succedant, ſeu *ſuccedere debeant* importat ſucceſſionem in proprietate, non in uſufructu, *deciſ.* 227. *num.* 7.

VERITAS.

Effulget nitidius ex utriuſque partis digladiatione, *deciſ.* 302. *num.* 1.
Probatio, ſeu manifeſtatio major veritatis haberi nequit, qua ea, quæ reſultat ex judiciali petitione litigantis, *deciſ.* 303. *num.* 6. & *ſeq.*

VIA.

Quando alibi poteſt quis habere viam licet remotiorem, vicinus ad id adſtringi non debet, *deciſ.* 223. *num.* 29.
Et de ratione, *ibid.* *num.* 30.
Vicinus qui non habet viam aliunde, ut valeat tranſire per prædium Vicini requiritur, ut fiat electio ſitus Domino Fundi minus damnoſi, & quod ſolvatur juſtum pretium, *deciſ.* 223. *num.* 31.

VIA *Executiva*.

Contra Tertium non competit, *deciſ.* 271. *nu.* 1.
Præſcribitur per lapſum annorum triginta, licet non præſcribatur ſubſtantia petitionis, vel Crediti, *deciſ.* 317. *num.* 4.
Signatura Juſtitiæ reſcribens cum clauſula *S.Q.E.* præſervat viam executivam, *dec.* 317. *n.* 6.

VICARIUS.

Conſiſtorium unum faciunt Vicarius, & Epiſcopus, *deciſ.* 315. *num.* 6.
Epiſcopi inſimul, & Canonicus ſi Choro interſit in Sede debita illius honorificentiæ non perfruitur diſtributionibus ſibi cæteroquin competentibus tamquam Canonico, *deciſ.* 314. *num.* 3.

VICINITAS.

Notitiam ætatis, ſtatus, & conditionis alicujus
ad

ad inducendam ſola vicinitas ſatis eſt, *deciſ.* 224. *num.* 10.

Itaut non ſit opus alia ſpecifica nominatione, *ibid. num.* 11.

VIDVA.

Acceſſiones dotales petere nequit pro dote quantitativa ſibi reſtituenda, *deciſ.* 310. *num.* 8.

Interuſuria dotalia ut ratione dotis ſibi reſtituendæ correſpondenter aſſequatur duo extrema requiruntur interpellatio ſcilicet, & indigentia alimoniæ, *deciſ.* 310. *num.* 1.

Si verò d. Vidua alimenta receperit penès hæredes Viri prædefuncti, nequit inſimul efflagitare fructus dotales, *ibid. num.* 2.

Vſuræ dotales non debentur Viduæ poſt annum deficiente auxilio ſtatuti ex ſola mora, & interpellatione, *deciſ.* 310. *num.* 12.

Limita ſi ultra interpellationem depauperata reperiatur etiam alimentis, *ibid. num.* 13.

Quod procedit etiamſi Vidua habeat Parentes, & Conſanguineos locupletes, *ibid. n.* 14.

Indigentia tamen, & inopia in hoc caſu probanda eſt a Vidua, *ibid. num.* 15.

VIR.

Nobilis, & honeſtus non præſumitur abſque ullo ſuo peculiari intereſſe præjudicium irrogare velle Perſonæ inopi, *deciſ.* 264. *num.* 13.

VNIO.

Conjectura, vel probationes fortiores regulant debiliores præſertim in materia unionis, quæ in ſe eſt odioſa, *deciſ.* 253. *num.* 3.

Contradicit maximopere unioni, ac identificationi diverſa Burſa, & diverſa Legum ordinatio, *deciſ.* 314. *num.* 5.

Excludere etiam per poſſibile ſuperabundat unionem de jure odibilem, *deciſ.* 253. *num.* 9.

In dubio contra unionem ſemper eſt judicandum, *deciſ.* 253. *num.* 11.

Monaſterio plenariè, & perpetuo facta unione exercitium curæ actualis remanet penes Vicarium, & habituale penes eundem Monaſterium, *deciſ.* 253. *num.* 7.

Præſentationes ſi non poſſunt referri ad titulum Juriſpatronatus ſunt referendæ ad titulum unionis, ſi de ea conſtet, *deciſ.* 253. *num.* 4.

Probari ſufficienter poteſt ex pluribus præſumptionibus, & conjecturis urgentibus, *deciſ.* 253. *num.* 1.

ro concludenda unione incorporativa demonſtrationes exiguntur univocæ, ac in ſe perfectiſſimæ, *deciſ.* 253. *num.* 13.

Signum univocum unionis incorporativæ eſt aſſignatio congruæ, *deciſ.* 253. *num.* 15.

Tituli vera ſive extinctiva, ſive incorporativa impedit quamcumque vacationem, ac collationem in ipſum titulum jam extinctum, *deciſ.* 253. *num.* 2.

Vacationis expreſſio in materia unionis etſi in genere probationum ſit fortiſſima, adhuc tamen cedere debet illi probationi, quæ provenit a publico munimento, *deciſ.* 253. *num.* 5.

VNIVERSITAS.

Succedens jure ſingulari poteſt exercere omnia, quæ eidem ſingulari ſucceſſioni inhærebant, *deciſ.* 234. *num.* 16.

VOCATIO.

Filiorum ad portionem Patris capit etiam bona Patrui jam effecta unicum patrimonium ipſius Patris, *deciſ.* 261. *num.* 2.

In vocatione lineæ fæmininæ ſat eſt, quod ut quis cenſeatur de linea fœminina ſuam manifeſtet originem a Femina vocata, citra ullam alterius ſenſus indagationem, *deciſ.* 208. *num.* 30.

Præſertim ſi linea feminina fuerit in conditione poſita, quia hoc caſu ſufficit, quod quilibet in perpetuum deſcendens a præcedenti femina lineam fœmininam inchoante exiſtat vocatus, *ibid. num.* 31.

Lineæ fæmininæ etiam cum additamento cognominis de aliqua familia ſtat dumtaxat demonſtrative ad deſignandam qualitatem deſcendentiæ a principio feminino, non verò taxative, *deciſ.* 208. *num.* 32.

Naſciturorum adjuncta cum dictione pro tempore ſuapte natura præfefert tractum progreſſivum in infinitum, ſeu quod idem eſt indeterminatum, *deciſ.* 248. *num.* 3.

Hujuſmodi tamen vocatio regulariter non inducit æternitatem fideicommiſſi, ſed intelligitur active, & per nudam vulgarem ſubſtitutionem, *ibid. num.* 4.

Limita ſi ſuperaccedant dictiones, & verba perpetuitatem denotantia, *ibid. num.* 5.

Quo caſu ſub nomine filiorum ab hæredibus inſtitutis *pro tempore naſciturorum* veniunt omnes deſcendentes in infinitum, *ibid. num.* 6.

VOCATVS.

Ex eadem unica deſcendentia teſtatoris, lineæ ſubalternantes conſiderantur per modum unius, ſecus ſi vocati eſſent tranſverſales, *deciſ.* 208. *num.* 42.

Nato, & concepto de legitimo Matrimonio ſufficit deſcendentia cum conceptione, & procreatione legitimitatis, *deciſ.* 309. *num.* 32.

VOLVNTAS.

Conjecturæ, & circumſtantiæ pro eruenda Teſtatoris voluntate ſunt inſimul jungendæ, *deciſ.* 242. *num.* 13.

Mens Teſtatoris, quæ non eſt obligata huic, vel alteri formulæ loquendi in ultimis voluntatibus inſpici ſemper debet, *deciſ.* 248. *num.* 8.

Mortui voluntatem quo melius fieri poteſt adimpleri debet, *deciſ.* 230. *num.* 3.
Non trahitur ad incognita, *deciſ.* 286. *num.* 24.
Pinguiſſi quando adimpletur, ea nullo modo dicitur interverſa, atque deſtructa, *deciſ.* 237. *num.* 15.
Teſtatoris gravandi bona etiam hæredis ex quibus arguatur, *dec.* 286. *n.* 35.

VOTVM.

Habens plures uncias ſeu ratas voti, trahit ad ſe totum votum, *dec.* 234. *n.* 18.

VSVFRVCTVARIVS.

L. fin. de Ædict. Div. Adr. toll. præſidium conceditur uſufructuario, ſi nullo præexiſtente proprietario, uſusfructus conſolidatus fuerit cum proprietate, *deciſ.* 227. *num.* 1.

VSVRÆ.

Crimen uſurarum Sac. Rot. ſemper abhorruit, *deciſ.* 205. *num.* 5.
Licet in materia fœneratitia, ſive uſuraria neque ætas, neque ſimplicitas ſatis eſt pro validando quod eſt invalidum, & nullum, *deciſ.* 205. *num.* 20.
In quibuſdam tamen circumſtantiis ſuggerit Epicheja, quod imbecillitati Perſonarum conſulatur, *ibid. num.* 21.

VSVRPATIO.

Ad eam evitandam præſumi debet quicumque titulus de jure validus, *deciſ.* 223. *num.* 52.

VXOR.

Munuſcula calore ſponſalitio Vxori tradita cenſentur donata libere, *deciſ.* 283. *num.* 24.
Secus in gemmis aliiſque rebus prætioſis, quę præſumuntur potius accommodatæ Sponſæ, quamdonatę, *deciſ.* 283. *num.* 26.

FINIS.

VA1 153 1230

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

166.
7.
9.

Digitized by Google